12835

19
37

R. P. M.

# FR. EMMANUELIS DE VILLARROEL

PINTIANI,

MONACHI BENEDICTINI

LAURENSANENSIS,

THEOLOGIÆ DOCTORIS,

SACRARUM LITERARUM INTERPRETIS,

AC

CONGREGATIONIS

VALLIS-OLETANÆ

CONCIONATORIS GENERALIS,

# IN SACRAS TAUTOLOGIAS,

CUM ILLUSTRATIONIBUS

PANEGYRICIS, ANAGOGICIS, TROPOLOGICIS,

ET POLITICIS,

COMMENTARIORUM

LITERALIUM

TOMUS SEXTUS.

SECUNDA EDITIO.

CUM PRIVILEGIO.

Matriti: Ex OFFICINA apud Hæredes Franciſci del Hierro. Anno Domini M.DCC.XXXVII.

R. P. M.

FR. EMMANUELIS

DE VILLARROEL

ORDINIS FRATRUM

MONACHORUM BENEDICTINI

CONGREGATIONIS

LAURENTIANÆ,

SACRARUM LITTERARUM INTERPRETIS,

AC

THEOLOGIÆ DOCTORIS,

VALLISOLETANÆ

CONGREGATIONIS GENERALIS,

IN SACRAS

THEOLOGICAS,

CUM ILLUSTRATIONIBUS

PANEGYRICIS, ANAGOGICIS, TROPOLOGICIS,

ET POLITICIS,

COMMENTARIORUM

LITTERALIUM

TOMUS SEXTUS.

SECUNDA EDITIO.

# ILLUSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO D. F. IOANNI ANTONIO BENAVIDES, MUñOZ DE SALZEDO REGIO CONSILIARIO, ECCLESIÆ MINDONIENSIS PRÆSULI DIGNISSIMO.

*Fr. Emmanuel de Villarroel S. P. V.*



Ncomijs quisquis propensè gratibundus studet, laudanda merita obsequiosus inquirit. Exigua profectò, si quæruntur merita: magna, dum obvia. In te (illustrissime Princeps) quicquid obiectum, uti mirum, totum encomium: verúm celsiora magis, quæ non videntur. Inadæquatè utique celebrabuntur laude, quæ debent admiratione. In te *decus linguæ, regnumque dicendi.* Planè fulges arte Plato, Cato vità, Tullius ore. Unde quicquid à nobis è Sacra pagina fluit, ad te, ut par est, uti in pelagum flumen, avidissimè confluit. Minimè cedet gratiæ; quod tot titulis, meritis, donis, debetur iure. Errat, qui tribuit obsequio, quod obstringitur officio. Donum huiusce voluminis videtur oblatio, sed tantúm videtur donum; eò quód plenissimo iure tributum: quantunvis etenim speciamina amoris, vectigal æstimandum observandæ gratitudinis; quam tacitè exigunt merita, munera, gratia, cuius radix pectoris magnanimi generositas, respondet quibus, præut valet, obærata voluntas. En præclara, laudibus obvia, inventa, sed non quæsita. Vita tota præconium: pietas ac gratiarum studium nata sunt tecum.

Manil. lib. 4. *Astron.* v. 194.

Ad magna profectó natus, magnorum decus. Fulget potiùs in factis præclarissimis, quám in venis, ex origine nobilissimus sanguis. Ex inclyta stirpe Comitum de Santisteban, Cocentaniæ, Marchionum de las Navas & Solera, nites ramus. Quid ulterius?

*Quis venerabilior sanguis? Quæ maior origo,*



*Quàm*

Claud. de Laudib. Seren. v.76.

*Quàm regalis erit? Nec tantum poterat contingere nomen*
*Angustis laribus.*

Sen. Epist. 44. *Omnes hi Maiores tui sunt.* Dignus appares Maioribus, uti Maximus, & vitâ & sapientiâ, & munere; ostendentibus à nullo te nobilitate superari valere. Idem, ibid. *Quis ergo generosus? Ad virtutem benè à natura compositus. Hoc unum est intuendum.* Primates Hispaniæ sunt, flosque Bæticæ. Sed tibi quid inde? Decus addis tuis, tuorum decus. Cunctorum splendor uno se pectore clausit.

Claudian. Panæg. Theodor. v.95. *Condidit, & maior collectis viribus exijt.*

Nihil, nisi tuæ insignia virtutis, valebat imponi tantis insignijs nobilitatis; quæ singulos familiæ numerat triumphis. Quasi non sufficeret ambitus terræ, Theatra constituit è mari, ut totius fieret spectaculum mundi, rutilante splendore generis non solùm Hispaniæ, sed & orbi; extollenti clarissimam stirpem, virorum atque triumphorum pariter matrem. Cunctorum igitur nomina in templo immortalitatis scribit quotidiè fama, & legit Euclia.

Idem in Probin. à v. 12.

*Nec novit mutare vices, sed fixus in omnes*
*Cognatos procedit honos, Quemcunque requires*
*Hac de stirpe virum; certum est de Consule nasci.*
*Per fasces numerantur avi: semperque renata*
*Nobilitate virent, & prolem fata sequuntur,*
*Continuum simili servantia lege tenorem.*

Tibi itaque (Illustrissime) licèt non faveret sanguinis decus; in nobilitatem sufficeret sola virtus.

Achil. Boech. symbol. 10. *Una enim & altè in statione sedent.*

Cassiod. 8. Variar. 19. *Si inveteratæ, & per genus ductæ divitiæ nobiles faciunt; multò magis præstantior est, cuius origò thesauris prudentiæ locuples invenitur.* Virtutem sanequàm, quæ sortis, non faciunt; verùm nobilem ad illam impellunt, & robur adijciunt.

Plin. 10. Epist. 3. *Auget hæc & natalium & paternarum facultatum splendor; quibus singulis multum commendationis.* Tua quidem virtus, tui nostrique honos, pingi nequit, quia caret coloribus: dicitur aspectu, sed duntaxàt comprehenditur animo.

Achill. symbol. 24. *Ipsa tamen potuit talem te fingere virtus;*
*Qualem animus possit cernere, non oculi.*

Fugisti in D. Hieronymi institutum sacrum, in terra cœlestem domum; ut quæ cœlo ex mundo vana, oblivionis studio fierent solida. Fugisti in Monachatum, sed non fugisti. Ingrederis, ut ne-

sciaris; frustratá cogitatione: luces quidem magis, dum magis absconderis. Haud facile, splendorem in tenebris suffocari: sese lumen prodit: quò tenebræ obscuriores, vividior, præstantia iubaris. In medium te protulit ingenij atque genij vigor, religiositatis fulgor, & observantiæ decor. *Tanta notitia te invasit; ut si in extrema mergaris, ac penitùs condaris; tenebras habere non potes. Sequetur pristinæ lucis multum, quocunque fugeris.* Ingrederis cunctorum iubar, *nobilitatis, & humilitatis exemplar.* Quam minuis, excellentiam auges. *Tu licét contemnas ipse te, magnus es.* Magnum næ, vel tunc in tenera ætate regi & regere: dirigere, & simul dirigi; summis atque infimis ex tunc charus, quibus reverentia accesserat, quoniam à te priús reverentia obsequiosè vocaverat, adsciscente conciliatione verentes; siquidem priùs verentes reverebaris. Cunctorum dotes tuo pectori cingis, & corda furaris; dum primus in opus præsens exactor incederes, atque socius gravamina relevares. Leges ut acceperas, operatione dabas. Manibus Fecialium nutritus, evasisti ducentium ductor, rectorum rector. *Felix ingenium! Salutaria in transitu rapuit. Nam ut Dij immortales nullam didicere virtutem, cum omni editi, & pars naturæ sit eorum, esse bonos; ita quidam ex hominibus, egregiam sortiti indolem, in ea quæ tradi solent, perveniunt sine longo magisterio; & honesta complexi sunt, ut primúm audierunt. Unde ista tam rapacia virtutis ingenia, vel ex se fertilia? In bonum pronos virtus citiùs educit ad summa.* Haud secús imperator in sacris castris cum stupore fulges, vel dum militiam exerces.

Sen. *Epist.* 19.

Hieronym. Præfat. 1. in *Iob.*

Senec. d.

Sen. *Epist.* 95.

*Iam tenera informas venturis moribus ora.*

Paulin. Carm. 1. v.

Quanti quidem fulgidi honoris in candelabro, qui vel lucebat sub modio? Fallor, prius dotibus, quàm muneribus superior. Excelsum nunquàm te ostendit virtus honoris: nonnunquàm honor virtutis.

*—— Ante omnes: medium nam plurima turba*
*Hunc habet, atque humeris exstantem suscipit altis.*

Virgil. 6. Æneid. v. 667.

Cúm tecum cunctorum ornamenta & commendabilia & pretiosissima haberes; haud quærebas meritis ditissimus, dignitates; sed ab illis quærebaris, ut possent tecum momenta acquirere honoris. Nunquàm sanè ampliorem dignitates habuere, quàm tuo tecum optabili moderamine. Ultra Talabrigam prægnizat Scorialis insitam gloriam. Inde grande nomen, & gaudium, expertis quotidie

tidie, quàm aptè, quàm decorè, quàm pulchrè humeris tuis sederet imperium, & sine imperantis gravamine, respondente prudentiá cunctorum expectationi. Astruit Monasterium, astruit aula, quæ ex egregijs, adiutrice famà, construit nomina; electionem Monarchæ plaudente Regià, exprimente etiam Procerum gaudio, quàm ad unguem in superiorem dignitatem Superioris electio. *Ad hoc audiebas Senatus populique consensum. Non unius iudicium illud, illa electio fuit: nam qui ubique sunt homines, hoc idem votis expetebant. Ille tantúm iure Principis præoccupavit, quod omnes facturi erant. Nec hercule tantoperè cunctis factum placeret; nisi placuisset, antequàm fieret.* Citò electio glorioſa ab electore destruitur, dum ab illo altius fastigium iuxta merita decernitur. Vide quantus es, quæ dotes sint, quæ ornamenta, & qualia munera; ubi Monarchæ videtur, sic eminere, non eminere, sed cadere: non extolli, sed iacere. In amplissimum meritum, celsiorem meditatur ornatum, præstantius solium; ne vagarentur querula merita & munera, ut concilientur munera dotibus, electique ornamenta muneribus. *Altera ex alterius fine nascitur dignitas. Potestas maior, sed vir potestati par.* Nuncius à Principe nil attulit novi. Non novum, quod fueras, esse. Vera utique gloria, florere electum in privata fortuna. Maioris ducitur, sine honore dignum honoris videri; quàm honorari: esseque dignum electione, quám elegi. Lætantur ex assumptione cuncti; quia tecum omnes sunt ex honore dignati. *Etiam Senatus impatiens solatium petit de honore virtutis: vestrumque Numen precatur, ut virum nostrà ætate mirabilem tradat oculis posterorum. Non quòd ille præmia terrena desideret, qui gaudia corporis uti caduca calcavit; sed quia ornamentis bonorum incitatur imitatio, & virtus æmula alitur honoris exemplo.*

Plin. *Trajan. Panegyr.*

Sen. *Epist.* 19. & Tit. Liv. lib. 4. sect. 53.

Symmach. lib. 10. *Ep.* 25.

Tibi enim creditur (virtutibus ac munere Princeps) & à Principe Mindonienſis Eccleſia, & illi optabilis gloria; dum decantat & per compita sæpe: *Non est inventus similis illi.* Quàm aptè, sacra prædicant opera! Modò silentium, lapides clamabunt. *Ecce Sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroboravit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio, & excelsi parietes templi. In diebus ipsius emanaverunt putei* (Heb. *fontes*) *aquarum. Prævaluit amplificare Civitatem, & ingressum domus & atrij amplificavit.* Hoc idem

Eccli. 44. 20

Ibid. 50. à 1.

in Ecclesiam Sponsam famosum opus. *Narrate in turribus eius.* Hæc vera Præsulis gloria, atque dignitatis gratia. In virtute eius ponite corda vestra. Psalm. 47. à 13.

Tecum ac per te ( Rara avis in terra ) Sanctuaria florent, aureä templa rigent. Quodnam in Diocesi Monasterium tuæ munificæ liberalitatis expers?

*Cùm lamentantur, non apparuere labores.* Horat. 1. Epist. 2. v. 17.

Tibi hoc summum, minimum gratiæ theätrum. Labori subsidium antevertit lamentum. Quæ à te facta? Quæ non facta? Non solùm donis, sed & donarijs largissimé honoras; sed & oneras. Aliud è pulvere Monialibus erigis, aliud ædificijs extollis, aliud divite supellectile insertas, meum magnificé fidem ultra coronas.

*Meärum grande decus, columenque rerum.* Idem 2. Od. 17. v. 3.

Cuncta lustras & illustras adinstar Solis, ut omnia videäs & in auxilium videaris ab omnibus. Cuncta lustras, ut pauperes foveäs & faveäs

*Humanum curare genus quis terminus unquàm*
*Præscripsit? Nullas recipit prudentia metas.*
*Adde, quod hæc potuit multis contingere sedes;*
*Sed meritis tantùm redeunt, actusque priores*
*Commendat repetitus honor, virtusque reducit.* Claud. Theodor. d. à v. 141.

Titulos ornas, non ornaris. Non tua te movet in celsitudine celsitas, sed communis utilitas. Munus tibi traditur, sed tu muneri, quotidie admirabilior, maior & celsior. Verùm quia te nescis suffragijs Nemesis maior. Nihil in tanta magnitudine á cæteris differs nisi morum præstantiá, atque dotium eminentiá, viva virtutis imago. *Vir Magnus, etiam si maximis comparetur.* Ascendisti in honorem; sed non tuum, quippe in splendorem honoris. Illustrem accepisti, illustriorem habes, & illustrissimum reddes. Claret, quanti sit in maiestatem dignitatum eligi dignum; & in amplius auctoramen, dotibus ac ornamentis digniorem. *Scis, ubi vera Principis, ubi sempiterna sit gloria, ubi sint honores. Arcus enim & statuas demolitur & obscurat oblivio, negligit carpitque posteritas: contrà, contemptor ambitionis, & potestatis domitor ac frænator animus ipsà vetustate florescit; nec ab ullis magis laudatur, quàm quibus minimè necesse est. Non ergo perpetuä fama, sed bona concupiscenda. Eä porró non imaginibus & statuis, sed virtute ac meritis prorogatur. Formam Principis favor hominum ex-* Senec. 7. Benef. cap. 1 Plin. Traian. Panegyr.

pri-

*primit*: quod quidem *prolixè tibi cumulatèque contingit; cuius lætissima facies & amabilis vultus in omnium civium ore, oculis, animo sedet.*

Senec. quò dudùm. Non hoc certamen adulationis, sed officium iustitiæ in theätro & in theätrum plausibile veritatis. Haud formidinis, *quid dicam, sed quid non dixerim.* Quam de me, Monasterioque meo præclarè meritus vixeris; dicam, quia taces.

Virgil. 12. Æneid. à v. 57.

*Tangit bonos animum: spes tu nunc una senectæ*
*Tu requies miseræ; decus, imperiumque Cœnobij*
*Te penes. In te omnis domus inclinata recumbit.*

Quid ultrà prædicem? *Non alius erga te novus honor supereſt, quàm* Plin. d. *si aliquando de te tacere audeämus.* Rupto silentio, gratitudo expressit gratiam; ut tuam posset superare modestiam. Tibi volumen & nos dicamus, sed denuò, quippe semper addicti obsequio, studio & officio. Vive felix. Vive diu.

Tibull. 1. Eleg. 6. v. 63.

*——Proprios ego tecum,*
*Si modò fas, annos contribuere velim.*

CENSU-

# CENSURA R. ADMODUM P. M. FR. IOSEPHI DE BARNUEVO,

*Congregationis Benedictinę Hiſpaniarum Generalis Magiſter, olim electi Abbatis Lerecenſis, poſt Rmi. P. Generalis Iudicis aſſociati, atque Abbatis Hyrachenſis, Regni Navarræ pro ſtatu Eccleſiaſtico quondam Deputati, ac demum Monaſterij Parrochialis S. Martini Matritenſis Abbatis, & Parrochi, necnon eiuſdem Congregationis Diffinitoris Generalis.*

TOmum ſextum Commentariorum Literalium in Sacras Tautologias, Auctore R. admodum P. M. Fr. Emmanuele de Villarroèl, noſtræ Congregationis Monacho, Doctore Theologo, Sacrarum Literarum Interprete, Generali Concionatore, & Monaſterij Laurenſanenſis ſemel atque iterùm Abbate, noſtræ cenſuræ commiſſum à Rmo. P. N. M. Fr. Antonio Sarmiento eiuſdem Congregationis Generali digniſsimo, & pro Regijs ſeſsionibus ſuper Puriſsimæ Conceptionis myſterio Theologo, qua potui animi intentione, & non minori voluptate evolvi.

Opus ſanè à multis ſacrarum literarum ſtudioſis, qui iam edita libaberant, impatienter deſideratum, & avidè quæſitum; ſed poſtquam illud attentè legerint, & adamuſim judicij examinaverint, curioſitatem propriam, me judice, intemperantiæ accuſabunt; adeò enim plenum, & elaboratum egreditur, ut mirum ſit, quòd ad fruendam publicæ lucis uſuram maiores non traxerit moras. (a) *Nihil, enim, rerum ipſa natura voluit magnum effici citò præpoſuitque pulcherrimo cuique operi difficultatem, quæ aſcendi quoque hanc fecit legem, ut maiora animalia diutiùs viſceribus parentum continerentur*; ſed tamen fœcunda Auctoris mens, pernix ingenium neſciens tarda molimina hanc naturæ legem tranſgrediens, tantum maturaverit, & edidit fœtum.

(a) Plin. lib. 8. de Eleſant. Quintil. inſtit. Orator. lib. 12. c. 3.

Quinque alios huius ſexti Tomi germanos fratres publici juris fecerat, quorum ſic artem, copiam, varietatem, pulchritudinem, ſermoniſque nitorem preſens exuperat, ut videri poſſit filius unicus patris ſui, & ipſius ſapientiæ hæres inſtitutus, ex aſſe: unde non tam ordine Aritmeticæ, quàm dignitatis; ſenarius numerus ipſi debetur: (b) *Quia ſenarium numerum conſiderantes invenimus eſſe perfectum.*

(b) Auguſt. de Geneſ. ad lit. lib. 4.

Eruditorum hominum libri ſunt nobiliot pars animi, ingenij proles, filij, & hæredes, qui parentum ſapientiam orbi teſtantur, dum cuduntur, quia ſapientia ſponſa eſt, non ancilla, & prolem de ſe videre deſiderat, hoc eſt, ingenij fœtus, & quoſdam mentis partus, quos non tam libros, quam liberos vocare debemus; inglorius enim vixit, qui in aliqua diſciplina diù verſatus abſque his liberis ſupremum diem clauſit. (c) *Qui in aliqua diſciplina diù laboraverunt adſtringuntur, ex debito profeſsionis, quæ mente conceperunt inſtar ſeminis in lucem proferre.*

(c) Bald. in Poœm. Decret.

Non defuit debito eruditiſsimus Auctor, qui licèt toto vitæ decurſu ſuoptè ingenio ſacris literis mancipatus, dicendis ex ſuggeſtu concionibus ex munere deditus tanta poſteritate ſapientiæ ſemina mandavit, ut poſt quinque iuxta pariter & præclara volumina, Sextum modò reliquis perfectiùs, & ditius in lucem proferat, ut verbi divini Præcones in ipſius lucubrationibus, pro adornandis ſacris concionibus. Bibliothecam integram & paratiſsimam habeant, nec ultiá quid deſiderent; ſed qui mirum, quandoquidem ut aliquis ludebat.

*Et puer, & iuvenis chartis impalluit, & vir*
*Et nunc; non alium ſe cupit eſſe ſenem.*

Copia, in ſubiecto opere, non turba, ſed opus venit, adeò, concinè digeſtum, & ordinatum, ut corpus reſultet ſuis ita diſtinctum membris ut nihil deſit, quod artis regulæ exigant, & deſideret ipſius integritas, in quo pulchritudinis, & elegantiæ ſumma poſita eſt, quæ ex apta membrorum inter ſe conſenſione efloreſcit, iuxta illud:

*Nec primo medium, medio nec*
*——Diſcrepet imum.*

Stylus in totius operis ſerie, ſtrictus, præſſus & comptus, & in quo plus intelligitur, quàm legitur; ut quondam pingebat Timantes: (d) *In cuius omnibus operibus intelligebatur ſemper pluſquàm pingebatur; & cum ars ſumma eſſet, ingenium tamen ultra artem erat.*

(d) Plin. libro 54. cap. 10.

Sed cum unuſquiſque in ſuo ſenſu abundet, forſàm non deërit, qui Auctori ſuccenſeat tanquàm qui multus ſit in coäcerbandis humanioribus literis, & eruditione profana; ſacræque doctrinæ candorem Ethnicorum ſordibus polluat. In fugillationem ſic deſipientis Zoyli ſubaudio Auctorem opponentem Doctorem Gentium, qui non ſemel Poetarum uſus eſt numeris, ut Epimenidis verſiculo; (e) *Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ*; & verbis Menandri: (f) *Corrumpunt bonos mores colloquia mala*; & Arati: (g) *Ipſius Dei genus ſumus.*

(e) Ad Tit. 1.
(f) 1. Corinth. 15.
(g) Actor. 1.

Necnon obijcientem Hieronymum latè, & eruditè hanc materiam verſantem, dum de Apoſtolo-

ſtolo modò allegato, hæc ſcribit: (h) *Dedicerat enim à vero David extorquere de manibus hoſtium gladium, & Goliæ ſuperviſsimum caput proprio mucrone truncare; legerat in Deuteronomio Domini voce præceptum mulieris captivæ reædendum caput, ſupercillia, omnes pillos, & ungues corporis amputandos; & ſic eam habendam in coniugio. Quid ergo mirùm ſi & ego ſapientiam ſæcularem, propter eloquij venuſtatem, & membrorum pulchritudinem de ancilla atque captiva Iſraelitidem facere cupio; & ſi quid in ea mortuum eſt, idololatriæ, voluptatis, erroris, libidinum, vel præcido, vel rado, & mixtos puriſsimo corpori vernaculos ex ea genero Domino Sabaoth?*

(h) Epiſt. ad mag. Orat. Roman.

Nec alienum eſt à Hieronymi mente Gregorij Nacianzeni iudicium, qui de eodem argumento hæc aurea literis conſignavit:(i) *illud inter omnes homines ſanæ mentis conſtare arbitror, eruditionem inter omnia humana bona principatum tenere, non illam ſolùm generoſiorem, ac noſtram, quæ contempto omnis ſermonis lepore, & ornatu ſaluti uni, atque earum rerum, quæ animo percipiuntur pulchritudini arctiſsimè inhæret, ſed extraneam etiam, quam plerique Chriſtiani pravo quodam iudicio, ut inſidioſam, & periculoſam, ac procul à Deo avertentem, reſpunt.* Et poſt pauca: *Minimè damnandas, aut negligendas eſſe literas iſtas, & ſtultos, atque imperitos habendos eſſe qui hoc exiſtimant, qui omnes eſſe ſui ſimiles cupiant, ut privatum eorum dedecus ſub communi delitеſcat, nec quiſquam eorum inſcitiam prodat.*

(i) *In Laudat.* Baſ. Magn.

Eadem de re præclarè Syneſius, qui mira varietate, & copia ſententiarum atque argumentorum probat: (j) *Homini Theologo, nec ornatum elocutionis, nec humanioris doctrinæ deeſſe debere, ut omnibus numeris ſit perfectus.*

(j) In lib. qui *Dio* inſcrib.

Ut iudicium meum de opere abſolvam, nihil ſe offert optandum, niſi quod Auctor ſuperſtes ſit editioni aliorum operum, quæ promiſit, ne immaturo fatu tollatur in magnum Reipublicæ literariæ detrimentum: (K) *Nam mihi videtur acerba ſemper, & immatura mors eorum, qui immortale aliquid parant: nam qui voluptatibus dediti quaſi in diem vivunt, vivendi cauſas quotidie finiunt; qui verò poſteros cogitant, & memoriam ſui operibus extendunt, ijs nulla mors non repentina eſt, ut quæ ſemper inchoatum aliquid abrumpat.*

(K) Plin. lib. 4. *Epiſt. ad Maxim.*

Denique illud luce publica digniſsimum iudico; cùm in eo nihil Orthodoxæ fidei non conſonum, bonis moribus non conforme deprehendem. Sic cenſeo in hoc S. Martini Matritenſis Cœnobio, Poſtridie Kalend. Ianuarij anni milleſimi ſeptuageſimi vigeſimi quarti.

*M. Fr. Joſephus de Barnuevo.*

# FACULTAS ORDINIS.

NOS Magiſter Fr. Antonius Sarmiento, Congregationis S. Benedicti Hiſpaniæ, & Angliæ Generalis &c. ut Tomus ſextus *Commentariorum literalium in Sacræ Scripturæ Tautologias* elucubratus à R.P.M.Fr. Emmanuele de Villarroèl, Theologiæ Doctore, ſacrarum Literarum Interprete, noſtræ Congregationis Generali Concionatore, ac Monaſterij Laurenſanenſis iterum Abbate, quoniam à viris doctis (quibus ipſum examinandum commiſimus) recognitus, & approbatus, typis mandari, & in lucem prodere valeat, quantum ad nos attinet, tenore præſentium ſigillo noſtro, & ſubſcriptione munitarum, facultatem concedimus; in noſtro Sanct. Ioannis Burgenſis Cœnobio die 12. Aprilis anno Domini 1724.

*Magiſter Fr. Antonius Sarmiento,*
Generalis Congregationis S. Benedicti.

*M. Fr. Carolus de Coubaren,*
Secretarius.

APPRO-

# APPROBATIO R. P. M. FR. DOMINICI LOSSADA, LECTORIS Jubilati Complutenſis, Archiepiſcopatus Toletani Examinatoris Synodalis, Archivarij Generalis Ordinis, ac Cuſtodis almæ Provinciæ Caſtellæ Regularis Obſervantiæ S. Franciſci, ac demum eiuſdem Provincialis.

MIhi ſanè quàm libentiſsimè obſecundanti præſcripto, ac commiſsioni perilluſtris D. Doct. D. Chriſtophori Damaſio, Sacri Illipulitani Montis Canonici, Inquiſitoris Ordinarij, ac Vicarij huius Curiæ Matritenſis, auſpicata ſorte plurimùm obſecundarunt tempus, atque facultas prælegendi, etiam & lectitandi (tanta equidem me tenuit, traxitque rei pulchritudo ſingularis) ſextum Tautologiarum opus elaboratum à Rmo. P. M. Fr. Emmanuele Villarroel, Benedictino, Theologiæ Doctore, Sacrarum Literarum Interprete, Congregationis Vallis Oletanæ Concionatore Generali, &c. In cuius luſtratione, cum nihil in primis ſanæ doctrinæ, ac bonis moribus adverſum offenderim, nihil profectò non eximiè lucidum, ac omnibus numeris abſolutum deprehendi. Unde verba Goropij huc apprimè conſonant: (a) *Hunc videmus Senarium eſſe, qui in Circulo in ſe reducitur, & totus ex ſuis totis partibus abſolvitur, ita ut nihil vel deſit, vel ſuperſit.* Quin etiam affabré adeò concinnata, nova indagine illuſtrata, ac omnigenæ ſapientiæ pulchra varietate contexta, ſingula conſpiciuntur, ut totum ſimul conſtruant ceu *Encyclion* illud corpus *ex omnibus ſcientiarum membris compoſitum*: Et me quidem herclé, ab omnibus maximopere demirandum, ni in Authore noſtro ingenij miracula quaſi iam *viluiſſe* videantur *quottidiano uſu.* (b)

Iam diu per quinque magna volumina in lucem edita, Authoris noſtri ingenium orbi ſeſe pandit univerſo veluti firmamentum quoddam ſcientiarum omnium phrygionia tanquam ſtellis vermiculatum: cunctis maximoperè plaudentibus, ac multum mirantibus excelſam mentis aciem, & amplitudinem, qua ad omnia ſe vertit, verſatque acuta, & dextra ſemper acu, quá Eccleſiaſtes, ſenſus Sacræ Scripturæ exponens, eiuſque recondita myſteria exenterans, nedum eruens, ex omnibus quibuſcumque literis quæque optima hauriens, & affatim fundens: quá itidem Theologus, difficillimas Sacræ Theologiæ extricans quæſtiones, cum è re nata materierum ſeries id poſtulat ad ſui conſumatum perfectionem, non tamen more ſcholaſtico, ſed more Antiquorum Patrum, Doctorum authoritatibus, & Sacræ Scripturæ teſtimonijs mirè concatenatis. Dignus ſanè, ut eorum inſtar, *apis cœleſtis favi, & divini eloquij* (c) compelletur, utpote qui *ex floribus Bibliorum, & doctrinarum omnium dulciſsimos legit favos, & ſuaviſsima mella compoſuit*; ac certe dignior, quam Plutarchus ab Enapio, conclamari: *totius ſapientiæ Venus, & Lyra.* (d)

Quid igitur nobis ſupereſt iam maximè demirandum de Authore noſtro tot ingenij mirabilia quotidie vegeta virtute producente? Porrò ſi in mundi iuventute mirabatur Ioſeph, quod adhuc viveret pater ſuus, *vir integer, & Miniſter domus* (ut inquit Caldeus) doctrinæ, ſtudijſque deditus à primis annis; (e) modò iam feneſcente, mirari potius debemus de Authoris noſtri vitali aura poſt tot literarios agones, poſt tot exalanthos labores, poſt tot ingenij ſudores; cum probatiſsimum ſit, vel ipſa experientia teſte, illud Tertulliani effatum: *tot venena, quot ingenia: tot pernicies, quot ſpecies: tot dolores, quot colores.* (f) Ita quidem ſuos Cultores doctrinæ, quæ meritò *plaga* nuncupatur à Nazianceno, ſedulum ſtudium, ac ſapientiæ indefeſſus labor ſauciant, imo & iugulant, ut non immeritò inter miranda recenſeri debeat longæva vita eorum, ſacro etiam clamante eloquio: *qui addi ſcientiam, addi & laborem.* Ubi alij legunt: *tormentum, dolorem*: Et tandem: *moritur in adoleſcentia ſua.* (g) Sed enim præter propter vitam mortalem vivitur, atque verus *ſapiens fortis eſt: & vir doctus robuſtus, & validus*, (h) ut agones ipſos ſtrenuè appetat, nedum aggrediatur, vitam ſponte litet in aliorum utilitatem: quippe *ſicut bombyx eviſcerat ſe in telis, quas ſubtiliter texit* (*trahitur enim ſapientia de occultis*) ut alios induat pretioſiſsimè. (i) At hinc triumphi, hinc palmæ ex calliditſsimo cum hoſte pugna reportatæ: hinc immortalis vitæ glorioſa præmia, & iubila. Fortunatiſsimum ſanè Scriptoris ſtudium, & operam Fortunatus noſter ex Caſiano deſcribit hiſce verbis: *Felix intentio, laudanda ſedulitas, manu hominibus prædicare, digitis linguas aperire, ſalutem mortalibus dare, & contra Diaboli ſubreptiones illicitas calamo, atramentoque pugnare. Tot enim vulnera Diabolus accipit, quot Antiquarius Domini verba deſcribit. Uno itaque loco ſitus operis ſui diſſeminatione per diverſas Provincias vadit. In locis ſanctis legitur labor ipſius. Audiunt Populi, unde ſe à prava voluntate convertant. Operatur abſens de opere ſuo. Verba cœleſtia multiplicat homo, & quadam ſignificatione comprobabili, ſi fas eſt dicere, tribus digitis ſcribitur, quod virtus Sanctæ Trinitatis effatur. O ſpectaculum benè con-*

(a) In Hermath. l. 8.

(b) Ex Auguſt. in *Ioan. tr. 1.*

(c) Fortunat. Hueber. Minor. *Ornithолog. Mor.* fol. 354.

(d) Ap. Hueber. loc. cit.

(e) *Adhuc Pater meus vivit?* Geneſ. 45. v. 3. *Iacob autem vir ſimplex habitabat in Tabernaculis.* Geneſ. 25. v. 27.

Ibi Cald. *habitans in domo doctrinæ.*

(f) Tertull. in *Scorp.* c. 1.

(g) Eccleſiaſt. c. 1. v. 18. Ap. Celad. in *Iudith.* c. 11. v. 14. §. 59.

(h) Prover. 24. v. 5.

(i) Ap. Celad. cit. cap. 1. v. 59.

*considerantibus gloriosum : arundine currente verba cœlestia describuntur : ut unde Diabolus caput Domini in passione fecit percuti, indè eius calliditas posit extingui!* (j)

(j) Fortunat. Hueb. cit. *fol. mihi* 182.

Hæc certè Scriptoris nostri curas, & immensos labores maximè levant, imo excitant, & accendunt, ut velocius currat ad reliqua perficienda, quæ multùm, diuque desiderantur. Mirum sanè quantas, quamque per diversas iam petiverit Provincias Author noster uno loco situs, vel verius, *sub clauso positus, tanquam doctrinæ Reus, & Sapientiæ Martir* (K) operum suorum dissemination:ex quorum ditissimo ærario, tanquam sacro quodam Armamentario spiritualia armamenta ministrante, accincti prodeunt mystici pugiles, ac sacri Phalangitæ adversus dœmonis phalanges, & vitiorum copias debellandas. Non utique ei sufficiebat, si tantùm proprijs viribus Verbi Dei machæram in hostes exereret. Ut enim esset in omnium prædicantium linguis, ipse omnes armis instruit : magis in Cacodæmonem sæviens omnes adiuvando, quàm proprio ore concionando.

(K) Celad. cit.

Nec minus gloriosè decertat æquus virtutum æstimator pro iam in patria triumphantium sanctorum Militum celebranda gloria, epinicijs decantandis, eorumque gestis, ut alios ad æmulationem provocet, dignis laudibus efferendis, totius etiam humanæ sapientiæ effusis rivulis, ut lustratis lymphis, sacris ancillentur, qui iniustis dominis adblandiebantur conflctè. Enim verò, cum conceptum sermonem retinere quis haud facilé possit, modò occasionem nactus, vel etiam captans, dum Franciſci Patris nostri laudes Author noster præ cæteris uberiore decantat copia, vehementiorique affectus cursu, amoris pondere actus ; ad Sanctissimi Benedicti, eiusque charissimæ Sobolis debitas rependere grates, etsi non pro meritis ; pro aliquali tamen nostræ gratitudinis, & innatæ propensionis monimento, compellor quàm iucundissimè.

(l) Ita P. Cast. Franciscan. in *Franci. log. Sacr.* lib. 1. c. 8. ex Petro Spoletan. *in Hist. Gallic.* verb. *Franciscus.* Quibus alij addunt Yepes 1. p. c. 11. Sandoval, Camargo, & alios.

Igitur Inclytus Minorum Pater Franciscus originem suam trahit ex clarissimis, ac limpidissimis Patriarchæ Benedicti fontibus, eique sanguine iunctus perhibetur. (l) O quanta hinc utriusque Parentis laudum seges! Hausit equidem Franciscus à Benedicti sanguine, vel ad heroica virtutum facinora aggredienda, vim quandam innatam, ac nobilitatem ingenuam ; à Franciſci verò deosculatione, & tactu postmodùm Benedicti sacratus sanguis glorificationem accepit, & claritudinem valde miram : Cum Dumetum olim Benedicti sanguine irriguum ; ad Franciſci tactum miras produxerit Rosas, quarum frondes, uti refert Fortunatus noster, vernant in plantario tota hyeme inter frigora, & nives : ex quibus etiam dicitur, aquam Rosaceam distillari, quæ pro eximio, ac religiosissimo horario ad Ecclesiæ Magnates, & ad Regnorum Principes dispensatur. (m) Est equidem inquit, D. Ambrosius, *unus odor omnibus, sed tamen habet natura odorem suum domesticum, quem soboles charissima speciali proprietate redolere videtur.* (n) Et sanè, si tactu producere flores, veteres usurpabant ad alicuius felicitatem, & gloriam celebrandam, (o) absdubio ut Sanctissimi Benedicti gloria reviveſceret clarius, vernantes Rosas cælitus Franciscus protulit, purpureis linguis candidè declamantes tàm singulare trophæum. Gloriari maximé potest Inclytus Benedictus talem, ac tantum nactus laudatorem, qui de spinis legens florem, naturæ legem transilivit, ut in æternum victuras loqueretur Rosas : *Roseoque hæc insuperaddidit ore*, ut numquam marcesceret debitorum memoria, quibus se, suosque filios obæratos reliquit syngrapha manu propria subscripta. Porrò tempus, & charta deficerent, si vel primoribus labris degustare intenderem quidquid charitatis, & beneficentiæ, quidquid benevolentiæ, & comitatis, quidquid honoris, ac decoris ab ipso Religionis exordio indesinenter accipit Franciſciadum cœtus à præclarissima Benedictina Familia. Satius dicam:

(m) Fortunat. Hueber. in *Fest.* S. Benedicti.

(n) Ambros. lib. 6. in *Exaemer.* cap. 4.

(o) Pint. *Spicileg. Sacr. tr.* 1. c. 13.

*Non si pariter mihi vertice læto*
*Nectat odoratas & Smyrna, & Mantua Lauros,*
*Digne loquar : medijs videor discumbere in astris.*

Hæc vel indicasse sufficiant in æternum gratitudinis symbolum, dum longiorem sermonem protrahere haud valeo. Modò iam ad præcipuum scopum, & munus proram vertere oportet.

Quamvis enim Authoris nostri scripta communi Doctorum plausu, & approbatione eximiè commendata, nedum accepta, fastigiata adeo assurgant, ut, sicut Memphitica Pyramidum miracula umbras contra se non patiantur insurgere : *Surgit & ipsa suas consumit pyramis umbras*; quia tamen *quicquid pulchrum est, sequitur Momus*, atque adeo varium, & difficile est humanum ingenium, ut *infelicem iudicarunt multi, quem libor intactum abire permisit, quippe magnorum conatum semper hostis* ; (p) Coronis erit, sub brevitate transcurrere à peritissimis Dialcalis scriptam Dicam, & Crisim, ut non quidem meo, sed optimorum iudicio probatum iam opus eat sartum tectum.

(p) Aust c. 11. Salvian. ad *Eccles.* lib. 4. Sherlog. in *Cantic.* tom. 1. *Anteloq.* 11.

Certé quidem Authoris nostri ingenium acutissimum novam arripuit viam in Sacræ Scripturæ Tautologijs enucleandis. Num propterea vellicandus ? Imo *ingeneroſum est*, teste Seneca *sapere solum ex Commentario, & quasi Maiorum inventa nostræ industriæ viam præcluserint, quasi in nobis effecta sit vis naturæ.* (q) Sanè dehonestatur præsens sæculum invidia præteriti

(q) Ap. Sherl. cit. *Anteloq.* 3. *sect.* 5.

illi

illi tribuitur, quod huic adimitur: & defloratione noſtræ ætatis viventis, & iuveneſcentis, floret ætas priſca ſeneſcens, & emortua. (r) Nec enim adhuc exhauſtus eſt divinarum literarum Theſaurus, *qui abſumi minimè poteſt*, ut inquit Chriſoſtomus: *imo abyſſus quæſtionum Scriptura eſt, quoniam quæſtionum nullus erit finis: ecce enim ſi hanc ſolvero, mille acervos oſtendam quæſtionum.* (ſ) Unde luculentiſsimè eloquentiſsimus Chriſologus: *Singula Scripturæ verba, ſi libris ſingulis mandarentur, nec ſic myſteria, quæ in ipſis ſunt, audientibus perlucerent.* (t)

Ex Tautologiarum literari expoſitione vela expandit ingenioſiſsimè ad Didaſcalias inde pullulantes contexendas, eximij Interpretis partes ſuſcipiens iuxta Gregorij Romani ſapiens præſcriptum: *Sacri enim Tractator eloquij morem fluminis debet imitari: fluvius quippe dum per alveum defluit, ſi valles concavas ex latere contingit, in eas protinus ſui impetus curſum divertit: cumque illas ſufficienter impleverit, repentè ſe in alveum refundit.* (u) Per quarum lata longèque diffuſa æquora ita velificat multi iugis eruditionis ſuppellectilli onuſtus, *ut neſcias, quid in illo primum demirari debeas, eruditionem ſæculi, an ſcientiam Scripturarum*, uti de præclariſsimis PP. præcinivit Hieronimus. (x) Ideonè increpandus? Imò eximiè laudandus. Sanè, inquit Sherlogus, *hominem eſſe plurimæ, atque exquiſitæ lectionis oporteat, in omni Scripturarum genere non mediocriter verſatum, qui hæc pro ſufficientia præſtat, atque tantas poſt comparatas divitias, & memoria polleat valenti neceſſe eſt, & diſcurſu acri*: Quin & huiuſmodi probationem, ac Bibliorum mixtam explanationem, & præſtantiſsimam, & utiliſsimam eſſe, Author idem multis ediſſerit, & *qua nihil iucundius, ſi rerum varietas conſideretur; nihil difficilius, ſi multitudo lectionis perpendatur: nihil ſublimius, ſi quorum geſta celebrentur, examinemus: nihil denique utilius, aut homine dignius, ſi quem in finem ſuſcepta diligentia tendat, auſcultemur.* (y) Nunquid Eccleſiæ præſtantiſsimi Patres hoc idem interpretandi genus non ſervarunt, in ſua commentaria derivantes ex Gentilium, ac Poetarum ſententijs pretioſa quæque? *Præſtat* (luculenter ait Paulinus) *quaſi quædam de hoſtilibus armis ſpolia cepiſſe.* (z) Sed præ omnibus Auguſtinus: *Nonne aſpicimus, quanto auro, & argento, & veſte ſuffarcinatus exierit de Ægypto Cyprianus Doctor ſuaviſsimus, & Martyr Beatiſsimus? Quanto Lactantius? Quanto Victorinus? Optatus, Hilarius? Ut de vivis taceam, quanto innumerabiles Græci? Quod prior ipſe fideliſsimus Dei famulus fecerat, de quo ſcriptum eſt, quod eruditus fuerit in omni ſapientia Ægyptiorum: Quibus omnibus viris ſuperſtitioſa Gentium conſuetudo diſciplinas, quas utiles habebat, nunquam commodaret, ſi eas in uſum unius Dei colendi, quo vanus Idolorum cultus extingueretur, converſum iri ſuſpicarentur, ſed & dederunt aurum, & argentum, & veſtem ſuam exeunti Populo Dei de Ægypto neſcientes quemadmodum illa, quæ dabant, in Chriſti obſequium redderentur; illud enim in Exodo factum ſine dubio figuratum eſt, ut hoc præſignaret.* (aa)

Num denique eliminandus ſermo limatus, & comptus? *Loqui nobis communiter datum eſt* (inquit Caſiodorus) *ſolus ornatus eſt, qui diſcernit indoctos.* Nec ſufficit generoſos, & ſubtiles conceptus mente inveniſſe, niſi generosè eos in lucem per verba emittas. Portio ingenij eſt ingeniosè loqui, quæ ingeniosè concepiſti. (bb) Numquid non elegantiſsimi in hoc genere floruerunt maxima cum laude S. Ambroſius, Nazianzenus, Paulinus, Nolanus, Baſilius Seleucus, Cyprianus, Chriſologus, Hieronymus, Zeno Veronenſis (qui aliquando Commentatore indiget) & alij quàm plurimi Eccleſiæ Patres, ac Doctores? Igitur nihil omninò reperire eſt in toto opere, quod ab omnibus probari non debeat, quin & plurimum commendari; ac propterea facultate, quam Author efflagitat, dignum valdè, ut in publicam lucem prodeat actutùm ad ſtudioſorum avide expectantium profectum, & commodum, ad totius Rei Chriſtianæ publicæ utilitatem non modicam, ad præclariſsimæ Benedictinæ Familiæ eximium ornamentum, ac tandem ut nobili Scriptori illud Horatij melius replicetur: *Exige monumentum ære perennius. Regalique ſitu Pyramidum altius: Quod non imber edax, non Aquilo impotens poſsit diruere, aut immemorabilis annorum ſeries, & fuga temporum.* Hoc meum eſt iudicium: Salvo &c. Matriti in hoc Regali Conventu S. P. N. Franciſci die 20. Iulij anno 1723.

*Fr. Dominicus Loſſada.*

(r) Celad. *loc. cit.* §. 57.
(ſ) Chriſoſto. *Hom.* 12. *in Geneſ.* id. *Hom.* 13 *in Act. Apoſt.*
(t) Chriſolog. *Serm.* 64.
(u) Greg. Roman. *in Ep. ad Leandr. Hiſpal.*
(x) D. Hieronym. *in Ep. ad Magn. Orat. Rom.*
(y) Sherlog. cit. *Anteloq.* 11. *ſect.* 3.
(z) Paulin. *Ep.* 35.
(aa) Auguſt. lib. 2. de *Doct. Chriſtian.* cap. 40.
(bb) Ap. Celad. cit. c. 11. v. 14.

## FACULTAS ORDINARIJ.

VIſa ſuperiore approbatione, facultatem concedimus R. R. P. M. Fr. Emmanueli de Villarroel Benedictino Laurenſanenſi, &c. ut Tomum Sextum *in Sacras Tautologias* in lucem edere queat. Matriti die 16. Septembris anno Domini 1723.

*Doct. D. Chriſtophorus Damaſio.*

CEN-

# CENSURA Rmi. P. M. FR. PAULI YAÑEZ DE AVILES, CISTERCIENSIS

*Monachi, Lectoris Theologiæ, & Concionatoris Maioris emeriti, Archidieceſeos Toletanæ Synodalis Examinatoris, & Regis noſtri Philippi V. atque Regnorum eius Hiſpaniarum, & Indiarum Hiſtoriographi, &c.*

EX mihi cenſoris munere iniuncto à Catholici Regis noſtri Philippi V. Supremo Caſtellæ Senatu per quam avidis oculis perlegi hoc Hergrammateion Tautologicon ſacrum, ſive ſextum Volumen Repetitionum Vocalium Scripturæ ſanctæ omnimodo ſenſu declamatarum ab illo maximo inter Hiſpanos viro, omnigenæ eruditionis Emporio, literarij orbis vero Athlante, indefeſsi laboris, & perennis laudis *homine*, Reverendiſsimo, inquam, P. M. Fr. Emmanuele à Villarroel, Benedictini Monachatus Collega, Theologiæ Inter laureatos apice Doctoratus ſignanter inſignito, divinarum literarum ab imo, & ſurſum Interprete, dictore, ac dictatore ſummo, quo citharœdo citharizante in citharis ſuis adhuc expenduntur, expanduntur, & exponuntur iterata Biblicorum textuum uniſona verba, quæ ſexta nunc, nunc voce ſonora, aut lingua calamo gyrata in mundi harmoniam, in cœli concentum, in melodiam ſcripti verbi Dei (cum ultrà ſex alia non ſit muſica nota) levantur, ubique reſonant, multa ſignificant, plura laudant, omnia complent, & univerſis auribus expetita ſexies magis repetita placebunt. Quid ni placeat ſenarius labor, qui de ſemel à Deo loquutis, & duobus vel à Prophetis auditis, plures, & quidem dulciſsimos edidit ille ſonos? Quæ gemina iterà olim loquutus eſt Deus, nunc ſtylus *hominis* multiplici ſenſu diſſolvit: & qui gladius anceps, ex utraque parte acutus, ex antiqui dierum ore procedebat in aures, multiplex iam verbum, & ex omni parte ſonorum ſexta luce, ſeu ſexto die clareſcit in mentes. *Unum autem* (inquit D. Auguſtinus de Trinit. lib. 4 cap. 4.) *& duo, & tria commendant eundem ſenarium. Cuius perfectionem nobis ſacra Scriptura commendat, in eo maximè, quod Deus ſex diebus perfecit opera ſua, & ſexto die factus eſt homo ad imaginem Dei.* En itaque novum Hexaemeron omnibus numeris literarijs abſolutiſsimum, ipſo ſuo numero undelibet perfectum. Quod ſi ſenarius numerus ad mundi fabricam conſonantior, utpotè conſtans proportione duplà, quæ *Diapaſon* facit omnium conſonantiarum conſonantiſsimum, opus hoc veluti *Miſna* ſenarij primi domum erigit ſapientiæ, aut gymnaſium omniſcium, & hoc quod ſecundò continet omnia ſcientiam habet vocis. Rectè *Camon* á Pythagora dicitur ſenarius, quòd huius partes iuxta ſe poſitæ ipſum gignunt, quem & ſummus opifex eligit convenientem ſibi, cui nihil deeſt, nec alienis adminiculis eget, ut hinc Authori noſtro congruenter ſextum prædicemus opus: Partes quoque ſenarium gignentes genitum ſimilem genitori reddunt. Præcipuè ex figura Trigona, quam exprimit numerus ipſe, etenim baſis eſt ternarius, ſummitas unum, intermedium binarius ut patet :: quæ ad fabricam pertinet, & ut á prima, ſeu priori conſtat, cum mundialis machina á Tribus Divinis emanavit Perſonis. Ergo *homo*, & *homo* denuo natus eſt Author noſter in eiuſdem hocce labore ſenario, & quidem ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, tum perficientis hominis naturam, tum naturam hominis elevantis ad gratiam, cum evangelizans evangelizando iterum cunctos parit in Chriſto, ut iteratis verbis Dei, aut uniſonis vocibus perfectius informentur in fide, religione, moribus. In medio Eccleſiæ Dei Verbum aperuit os Authoris huius, ut nunc temporis multa ille loquatur nobiſcum, quæ forſan non portavere, nec audivere priores. Per Authoris calamum favus diſtillans Eccleſiæ labia, à quibus fluit intellectus verborum, quæ plicabat auditus: ut ab eius Sponſo mereatur audire: *Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Quin & vox ipſa Verbi, quæ vox ſapientiæ eſt, ut ei afferamus gloriam, & honorem poſt ſenum Pſalmi 28. verſum de ipſius voce canentem in ſena vocum eius meditatione quieſcit: *Vox Domini ſuper aquas. Vox Domini in virtute: Vox Domini in magnificentia. Vox Domini confringentis cedros. Vox Domini intercidentis flammam ignis. Vox Domini concutientis deſertum. Vox Domini præparantis Cervos, & revelabit condenſa, & in Templum eius omnes dicent gloriam. Dominus diluvium inhabitare facit, & ſedebit Dominus Rex in æternum.* Poſt ſextam, ſeu in ſexta de Dei vocibus ſignificatione, & laude gratia non ſparſim, non diviſim pluit, ſed Dominus diluvium inhabitare facit. *Simul attende vim verbi* (ut cum D. Hieronymo loquar) *quod non dixerit aquas, ſed diluvium, ut abundantiam gratiæ ſpiritualis oſtenderet: tanquam in arca Noë Sanctos à fluctibus ſæculi huius protegens: & modò inhabitat diluvium in conſcientia, per abundantiam Spiritus ſancti,* ſancti Spiritus videlicèt, qui ſcientiam habet, & dat vocis de vocibus eius. Sed dices: Nunquid Opus hoc ſextum extremum? Non, inquam; ſed homo cùm conſummaverit, tunc incipiet, de quo ſane non abſque dicitur: *Abyſſus abyſſum invocat in voce cataractarum tuarum,*

&

& iuxta D. Hyeronymum hæc invocatio venit: *Cùm vel vetus Teſtamentum novum annunciat, vel novum vetus in teſtimonium vocat.* Vocat quidem, & invocat alias, & alias ſententias pleonaſmicas hoc ſacrorum eloquiorum diluvium, hæc abyſſus, & ubi ſiſtit aſcendit, ut ſtet volans, ſicut ſonans alarum Angelicarum, aut ſicut ſonus ſublimis Dei. *Seraphim ſtabant ſex alæ uni, & ſex alæ alteri. Credo autem*, ait melleus noſter P. Bernardus, *ſicut in ſtatione immutabilitatem ſic, & in volatu alacritatem promitti, ne videlicèt inſenſibilis quædam, & quaſi lapidea ſtabilitas æſtimetur.* Sed dicas: *Et ſi alas habere neceſſe eſt, quare tam multas? Quid ſibi vult multiplicitas iſta pennarum? Audi quod ſequitur: Duabus alis velabant caput, duabus pedes, & duabus volabant. In quibus verbis videre mihi videor, quod de ſtatione dictum ex volatu manifeſtius explicari. Quo enim Seraphim volant, niſi in eum cuius ardent amore? Vide flammam quaſi volantem, & ſtantem ſimul, nec miraberis iam Seraphim ſtantes volare, ſtare volantes.* Ecce video ſextum hoc volumen volans Seraphicis alis, mira ſtatione verba Dei, quæ non licet homini loqui, & capiens, & emittens miro volatu in aliorum verborum captum, & ſenſum progrediens, ut Dei maieſtatem intonet pennatus ſcriptor, ut ſanctorum gloriam prædicet, ut bonos mores laudet, pravoſque caſtiget. Stat, & volat Seraphim, qui vel opere pennato ſexto amoris divini verba dedit, vocem laudis ſanctorum erupit, & cuius etiam *verbera verborum amicabilem curam ſonant*, ut aiebat Bernardus.

Pſ. 41. 8.

Iſai. 6. 2.

P. Bernard. *Serm. 4. de Verbis Iſai.*

P. Bernard. *Epiſt. 281. Abbati Brunoni de Caravalle.*

Sic ſexto à puncto, ut vocant, rotantur muſicæ voces, & quæ *mutationes* dicuntur in illo tanquàm ab axe vocali harmonico concentu volvuntur; reſonat tonus altus, nec ſtridet, auditur, & imus nec garrit. *Illud eſt maius* (ut cum Cicerone de clar. Orator. loquar) *quod in vocibus noſtrorum Oratorum recinit* (Author noſter) *quidem, & ſonat urbanius.* Quin, & voce ſumiſſa cunctorum Poetarum chorum trahit, ſeu attrahit, ut audiat, id eſt, ut obediat verbis Dei ad quorum ſonitum vel gentilica carmina choræas agunt. Emittit Author verbum ſuum, & liquefacit ea, flat ſpiritus eius, & fluunt aquæ.

*——— Mixtis gratia rebus ineſt,*
*Nec fruſtra Aonio pendent de pumice circum*
*Cymbala, plectra, lyræ, tympana, ſiſtra, tubæ.*

P. Bernard. *Rubus Epigram. f. 99.*

Quid autem de linguis loquar balbus ego? Aſt cecinit quidam de Benedicto Aria Montano verſus, quos de variarum verſionum ſonu, & ſenſu à Benedictino noſtro perceptis, & productis non longe traducam.

*Hoc Syrus in libro eſt, Hebræus, Graion, & Auſon*
*Verus item, ſed non teter, & uſtus Arabs.*
*Quinque homines? Inquis? Mi lector fallere; nam qui*
*Graius, is & Latius qui Syrus, ille & Arabs.*
*Hebræuſque idem: nempè hic eſt Villaroelus,*
*Qui patriâ unus homo, quinque ſed ore fuit.*

Item qui ſupra fol. 75.

Igitur homo ſenus noſter Author: verùm, verius dicam unus *mille*, cùm ſponte ſua venerit Anagramma nequaquàm mihi vel ſeriò dicenti, tacendum: *M. Emmanuel Villarroel mille manu, auro, melle.* Nihil tandem abſonum in hoc Pleonaſmorum ſanctorum Commentario ſexto reperio, ſed omnia iudico digniſsimâ ſextâ luce, ſeu laborum Authoris editione conſpicua. Sic ſentio, ſalvo meliori, &c. Matriti, in hoc S. Annæ Monaſterio Ciſtercienſi menſe ſextili, die 28. anno Chriſti 1723.

*M. Fr. Paulus Yañez de Avilès.*

# FACULTAS REGIJ CASTELLÆ SENATUS.

HAccine approbatione viſa, Regius Caſtellæ Senatus permiſit M. Fr. Emmanueli de Villarroel Benedictino Monacho, &c. *Sextum Tomum Tautologiarum, &c.* Typis committere, ut latiùs patet ex facultate expedita die 11. Septembris, ann. 1723. per D. Balthaſarem à Sancto Petro & Azebedo Regiæ Cameræ Secretarium.

MEN-

# MENDA.

FOL. 6. lin. 42. domat, pro *domet*. Fol. 49. col. 1. lin. 23. quàm, prō *quam*. Fol. 212. col. 1. lin. 22. dedicerent, pro *perdiscerent*. Fol. 213. col. 2. lin. 38. licèt, pro *licet*. Fol. 214. col. 1. lin. 35. elegi, pro *eligi*. F. 241. col. 2. lin. 12. fines, pro *finis*. Fol. 273. col. 1. lin. 8. arcibus, pro *artibus*. Fol. 279. col. 1. lin. 57. & 58. Excella, pro *Excellat*. Fol. 347. col. 1. lin. 47. qui, pro *quid*. Fol. 359. lin. 24. repellulante, pro *repullulante*. Fol. 400. col. 2. lin. 56. multam, pro *mulctam*. Fol. 455. col. 1. lin. 43. nobus, pro *novus*. Fol. 484. lin. 38. Deis, pro *Dies*. Fol. 520. col. 2. lin. 31. summus, pro *sumus*. Fol. 566. col. 1. lin. 31. Modulator, pro *Modulatur*. Fol. 583. lin. 3. servilis, pro *serviles*. Fol. 624. col. 1. lin. 48. finis, pro *fines*. Fol. 634. col. 2. lin. 33. acrins, pro *acrius*.

His mendis exceptis, antiquo, quod originalis vicem gerit, exemplari est conformis Tautologiarum Tomus hic sextus, admodum R.P. M. Fr. Emmanuelis de Villarroel, Benedictini. Matriti, quinto idus Ianuarij. Anni Domini millesimi septingentesimi trigesimi septimi.

*Lic. D. Manuel Garcia Alesson.*
C. M. Generalis Corrector.

# SUMA DE LA TASSA.

TAssaron los Señores del Consejo à seis maravedis cadá pliego de los de este Libro, que son ciento y sesenta, sin principios, ni tablas, como consta de la Certificacion de D. Miguél Fernandez Munilla, Secretario del Rey nuestro Señor, su Escrivano de Camara, y de Govierno mas antiguo del Consejo. En Madrid á 21. de Enero de 1737.

APPARA-

# APPARATUS TAUTOLOGIARUM TOMI SEXTI.

## TAUTOLOGIA PRIMA.

3. Reg. 2. v. 43. *Præceptum quod præceperam.*
*In præcepto quod mandasti.* Psalm. 7. 8.
*Præceptum patris sui, quod præceperat eis.* Ierem. 35. 16.
*Præcipiendo præcepimus.* Act. 5. 28.
*Si mandavero & præcepero.* 2. Paralip. 7. 13.
*Traditiones quas tradidit nobis Moyses.* Act. 7. 14.

## TAUTOLOGIA SECUNDA.

3. Regum 8. v. 13. *Ædificans ædificavi.*
*Ædificabo te, & ædificaveris.* Ierem. 31. 4.
*Ædificabo eos, & non destruam.* Ibid. 24. 6. 42. 4.
*In ædificationem & non in destructionem.* 2. Cor. 10. 8-13. 10.
*Converte me & convertar.* Ierem. 31. 18.
*Converte nos Domine ad te, & convertemur.* Thren. 5. 21.
*Aversione aversi.* 3. Reg. 9. 6.
*Seduxisti me Domine, & seductus sum.* Ierem. 20. 7.
*Mutabis eos, & mutabuntur.* Psalm. 101. 27-Hebr. 1. 12.

## TAUTOLOGIA TERTIA.

3. Reg. 10. v. 10. *Gemmas pretiosas.*
*Thesauri pretiosi.* Eccli. 41. 15.
*Quæ aurea, aurea: quæ argentea, argentea.* 4. Reg. 25. 15.
*Inaurata auro.* Apocal. 17. 4-18. 16.
*Pretium quo oppretiatus sum.* Zach. 11. 13. Matth. 27. 9.
*Tepidus es, & nec frigidus, nec calidus.* Apoc. 3. 16.
*Avaritiam malam.* Habac. 2. 9.

## TAUTOLOGIA QUARTA.

3. Reg. 11. v. 11. *Disrumpens scindam.*
*Divisit mare Rubrum in divisiones.* Psalm. 135. 13.

## TAUTOLOGIA QUINTA.

3. Reg. 22. v. 10. *Prophetæ prophetabant.*
*Verba Prophetarum, qui prophetant.* Ierem. 23. 16. 27. 16.
*Nuncius Domini de nuncijs Domini.* Agg. 1. 13.
*Ministerium in ministrando.* Rom. 12. 7.
*Vocatione vocatus.* 1. Cor. 7. 20. Ephes. 4. 1.
*Vocavit vocatione sua sancta.* 2. Tim. 1. 9.
*Vocem quam audivi, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis.* Apoc. 14. 2.

## TAUTOLOGIA SEXTA.

4. Reg. 1. v. 2. *De infirmitate mea hac.*
*Ægrotabat infirmitate.* 4. Reg. 13. 14.
*Sana me Domine, & sanabor.* Ierem. 17. 14.
*Obducam sanitatem & curabo.* Ibid. 33. 6.
*Recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis.* 4. Reg. 5. 10.
*Discessit ab eo lepra, & mundatus est.* Marc. 1. 42.
*Nec curata medicamine.* Isai. 1. 6.
*Cuius rubigo in illa est, & rubigo eius non exivit de ea.* Ezech. 24. 6.
*Ventilatores ventilabunt.* Ierem. 51. 2.
*Scopabo eam in scopa terens.* Isai. 14. 23.

## TAUTOLOGIA SEPTIMA.

4. Reg. 18. v. 36. *Tacuit populus, & non respondit quicquam.*
*Siluerunt & non responderunt verbum.* Isai. 36. 21.
*Tacui semper, silui.* Ibid. 42. 14.
*Obmutui, & non aperui os meum.* Psalm. 38. 10.
*Obmutescet & non aperiet os suũ.* Isai. 53. 7.
*Silens conticesces.* Ierem. 48. 2.
*Tace obmutesce.* Marc. 4. 39.
*Eris tacens & non poteris loqui.* Luc. 1. 20.
*Tacuerunt, & nemini dixerunt.* Ibid. 9. 36.
*Mutum non posse loqui.* Baruch. 6. 40.
*Lapidi tacenti.* Habac. 2. 19.

## TAUTOLOGIA OCTAVA.

1. Esdr. 4. v. 7. *Epistola scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro:* & 1. Mach. 8. 22.
*Prædica prædicationem.* Ion. 3. 2.
*Evangelium evangelizavi.* 2. Cor. 11. 7. Galat. 1. 11.
*Qui docet in doctrina, & exhortatur in exhortando.* Rom. 12. 7.
*Semina semen tuum.* Eccli. 11. 6.
*Exijt qui seminat, seminare.* Matth. 13. 3. Luc. 8. 5.
*Exijt seminans ad seminandum.* Marc. 4. 3.
*Arabit arans.* Isai. 28. 24.

# Apparatus Tautologiarum

## TAUTOLOGIA NONA.

Tob. 5. v. 12. *In tenebris sedeo, & lumen cœli non video.*

*Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce.* Iob. 12.25.

*In tenebris, & non est lumen ei.* Isai. 50.10.

*Adduxit in tenebras, & non in lucem.* Thren. 3. 2.

*Tenebræ & non lux.* Amos. 5.18.20.

*Misit tenebras, & obscuravit.* Psalm. 104. 28-103. 20.

*Tenebris obscuratum.* Ephes. 4.18.

*Nox præcessit, dies autem appropinquavit.* Rom. 13.12.

## TAUTOLOGIA DECIMA.

Iudith. 5. v. 24. *Tradens tradet illos.*

*Tradendo tradetur.* Ierem. 38.2.

*Comprehensione capieris.* Ibid. 34.3.

*Dissipatione dissipabitur: confractione confringetur: contritione conteretur.* Isai. 24. 3.19. *commotione commovebitur: agitatione agitabitur.* Ibid.

*Desolatione desolata.* Ierem. 12.11.

*Fornicans fornicabitur; fornicatione fornicati.* Ose. 1.2-2.18.

*Suffossione suffodietur.* 51.58.

## TAUTOLOGIA UNDECIMA.

Iudith. 13. v. 28. *In contemptu superbiæ suæ Deum Israël contempsit.*

*Sprevissent contemnentes.* Ezech. 20.27.

*Subsannaverunt me subsannatione.* Psalm. 34.16.

*Subsannationem, & derisum.* Psalm. 43.14.

*Opprobria exprobrantium.* Psal. 68.10.

*Improperia improperantium.* Rom. 15.3.

PA-

# PARATITLA DIDASCALIARUM TOMI SEXTI.

## TAUTOLOGIA PRIMA.

*Præceptum quod præceperam.* Fol. 1.

*AUCTORITATIS PERIPHRASIS.*

1. *Præceptum quod præceperam.* Voces geminantur ad obſervantiam pleniſsimam. Conſtat præceptum entitate, modo & fine: diciturque præceptum præceptum; ut formidetur Dei ex diſcuſsione iudicium: igitur non rectum tantùm, ſi obſervatur, quod præcipitur; dummodò in ipſa obſervantia intentione depravetur.

2. *Præceptum quod præceperam.* Vulnus divinæ legis eſt audacia tranſgreſsionis: diciturque præceptum quæ lex à Domino; ut conſtet quid ſine Domino præcipitur à peccato, quod quidem ex legis vulnere tranſit in vulnus conſcientiæ; ſiquidem quamprimùm præceptum frangitur; à percuſſa conſcientia timor præcipitur.

3. *Præceptum quod præceperam, & iudicio præceperam.* Quid ex iudicio præceptum? Quod non prolubium, obſervatis vitijs ut præceptis; iungiturque iudicium & præceptum; ut clareät delirium ex prolubijs fœminarum: igitur illarum in obſervantia obſervatio, præceptum ſine iudicio.

4. *Præceptum quod præceperam.* Conſtat auctoritas præcipientis ex præcepto; cæterùm ſine obedientia, ubi non præcipit ratio: præceptumque præcipitur quaſi non præciperetur; quippe præceptum abſque ulla præcipientis auctoritate, quùm auctoritate firmat, quod debet fieri ratione.

5. *Præcepto præceperam.* Quis præcipiens in præcepto nil ordinat? Mundus quùm ſuis præceptis delirat: equidem propter cœlum voluntariè ſurdis ad eius voces, ligatis tenore legis, præcipiendo non præcipit: quippe quod eſt delirium, non eſt præceptum.

6. *Præcepto præceperam.* Indicatur, eſſe poſſe præcepta ſine præcepto. Proculdubiò, modò iudex præcipiat extra legem, iuris excludens affectu, vel prolubio directionem: quandoquidem in decretis nulla præcipiendo præcepta, ubi præceptis iugulatur iuſtitia.

*DIDASCALIARUM SYNOPSIS.*

DIDASC. 1. *Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis.* Fol. 36.

DIDASC. 2. *Anima in corporis morte patitur, quicquid conſcientiæ repræſentat timor.* F. 42.

DIDASC. 3. *Quod diſcretionis ludibrium, eſt fœminarum præceptum.* Fol. 48.

DIDASD. 4. *Errantis corrigitur animus, modò imperij interſit modus.* Fol. 55.

DIDASC. 5. *Sacra Euchariſtia rapit hominum corda.* Fol. 61.

DIDASC. 6. *Nulla iudicij iura, ubi iuſtitia à iudice vulnerata.* Fol. 69.

## TAUTOLOGIA SECUNDA.

*Ædificans ædificavi domum.* Fol. 75.

*AUCTORITATIS PERIPHRASIS.*

1. *Ædificans ædificavi.* Aliter, quomodò? Elucet ſpirituali ædificio: igitur ſi cordis pravitas evellenda, & virtus prudenter ædificanda; tota machina, ſi ineſt modus, deſtructione ædificatur: ſi abeſt modus, ædificandò deſtruitur.

2. *Ædificatione ædificans ædificavi.* Quis enim dum fabricam formar, ædificatione non edifi-

*DIDASCALIARUM SYNOPSIS.*

DIDASC. 1. *Nulla res conſummata, dum incipit.* Fol. 100.

DIDASC. 2. *Perperàm eligitur, quò voluntas & non ratio ſuffragatur.* Fol. 105.

cat ? Qui construit fastigium electionis ex suffragio voluntatis : ædificationeque & apprimè ædificatur, ubi structum à meritis, à fastidio non destruitur.

3. *Ædificatione ædificavi* : Igitur sæpe unus construit, & alius destruit ; ne moles perveniat in fastigium. Quis ergo ? Gratia in electione & odium: etenim iuxta affectiones cordium & desiderria, destruunt & construunt suffragia.

DIDASC. 3. *Regimen Amoris & odij sine regimine.* Fol. 110.

4. *Ædificans ædificatione ædificavi.* Non ædificatur ædificatione, si gratia applicatur exaltationi : destruitur enim toto favore ædificium; quippe ad honorem non habet meritorum fundamentum.

DIDASD. 4. *Si animus odiosus invisus, amor in electione magis odiosus.* Fol. 117.

5. *Ædificans ædificavi.* Duplex ædificatio, Voce nimirum & Verbo. Verbum enim Divinum in expressionem charismatum Vocis Ioannis; quia nulla vox aptior ad demonstrandam excellentiam Verbi Numinis.

DIDASC. 5. *Ioannes Baptista singularis, vel in conditione hominis.* Fol. 122.

6. *Ædificatione ædificans ædificavi.* Cur tanta in geminatione ? Laboris formæ lapidum indicatur necessitas, ut locemur in Ierusalem cœlesti, quæ ædificatur ut civitas: meditanterque, Ædificari ædificatione geminatur, ne in vanum ad ædificium ab animo laboretur: equidem plerique volunt ædificari, sed sine ædificatione.

DIDASC. 6. *Ubi infelix felicitas, felix adversitas.* Fol. 128.

## TAUTOLOGIA TERTIA.

*Gemmas pretiosas.* Fol. 135.

*AUCTORITATIS PERIPHASIS.*

1. *Gemmas pretiosas.* Patet, quàm pulchra conversione Gentilitas: igitur quæ propter idola vilis specie divinitatis, ac ignominiâ adorationis despecta ; cognito Salvatore apparuit gemma pretiosa.

*DIDASCALIARUM SYNOPSIS.*

DIDASC. 1. *Gentilitas ut filia agnita, ex quo illi in Christo divinitas manifesta.* Fol. 159.

2. *Gemmas pretiosas.* Gemma viri mulier est, erga quam apponit cor ; verùm sæpe fallitur, dum magis illa diligitur: igitur apparet vitreâ, quæ servabatur uti gemma pretiosa.

DIDASC. 2. *Mulier, si mala, pessima.* Fol. 166.

3. *Gemmas pretiosas.* Possunt esse gemmæ sine pretio ? Utique si Monachus frigescit in instituto : & non tantùm textus sacer signat gemmas, sed pretiosas; quippe vita Monachorum, si non pretiosa, non gemma.

DICASC. 3. *Monachus eó spectabilior, si quotidiè melior.* Fol. 171.

4. *Gemmas pretiosas, singulares lapillos.* Singulares? Utique, in hieroglyphica honoris. Splendor gemmæ conditio : gravitas lapidi sine pretio: exponiturque gemma ad honorem, & gravamen; ut ambitiosus cognoscat uti gravamē honorem: equidem munere expectans gemmarum decus; invenit, ut prematur, lapidum pondus.

DIDASC. 4. *Honoris decus gravissimum onus.* Fol. 177.

5. *Gemmas pretiosas, singulares lapillos.* Lapides occurrunt in offendiculum: gemmæ in præstantissimum pretium : dicunturque singulares, propter miracula pœnitentiæ virtutis : igitur quæ animæ delinquenti offendicula, fulgent cum pœnitentia gemma pretiosa.

DIDASC. 5. *Pœnitentia criminis est lapis philosophalis.* Fol. 184.

6. *Gemmas pretiosas, singulares.* Proprio amore quod pretiosum, singularitate amittit pretium: equidem cùm sibi placeat, etsi cunctis displiceat; cunctis scoria, quod philauto videtur pretiosa gemma.

DIDASC. 6. *Amor cordis deaurata pestis.* Fol. 189.

TAU.

# Paratitla Didascaliarum.

## TAUTOLOGIA QUARTA.

*Disrumpens scindam regnum tuum.* Fol.194.

| *AUCTORITATIS PERIPHRASIS.* | *DIDASCALIARUM SYNOPSIS.* |
|---|---|
| 1. *Disrumpens scindam*, dicitur in Salomonem, qui fervidè religionem suscepit, quam perfidè declinavit. Qui Religioni accedens uti inutilis cognoscitur; sine disruptione scinditur: removetur enim antequàm noceàt, ac per damnum innotescat: etenim satius, quod relinquatur ob fraudem; quàm quòd relinquat deinde, in dedecus Religionem. | DIDASC. 1. *Haud Religioni Monasticæ suscipiendi, qui tantùm oneri.* Fol.209. |
| 2. *Disrumpens scindam regnum tuum.* Pœna vehementior principantibus non est: & ut explicet doloris gravissimam pœnam, meditatò exprimit remotionem ut scissuram: igitur desperatione rumpuntur, quiqui ab usu dominandi removentur. | DIDASC. 2. *Amissio dignitatis plena doloris.* Fol.214. |
| 3. *Disrumpens scindam.* Salomoni dicit Dominus agens de successione principatus. Disruptio est possidentis, scissura consummatio muneris: & quod idem videtur in verbis, sensu non idem; quia ubi de successore dignitatis cogitamen; antequam Superiores scindantur, disrumpuntur. | DIDASC. 3. *Exitus dignitatis plenus formidinis.* Fol. 218. |
| 4. *Disrumpens scindam.* Sine nota scissuræ potestate Dominici Silensis rumpebantur Mahometani. Modo & instrumento fulgurabant miracula, ut undique viderentur mirabiliora: quandoquidem in insignius portentum, ligno frangebat ferrum, quasi esset lignum. | DIDASC. 4. *Dominici Silensis miracula, rara ac singularia portenta.* Fol.224. |
| 5. *Disrumpens scindam.* Dei notatur præsentia, ut citiùs arceàntur crimina; atque ex præsentia eius constet miracula: equidem quæ in corde oscitantia congerit, sine scissura disrumpit. | DIDASC. 5. *Dei præsentia animæ quàm necessaria!* Fol.232. |
| 6. *Disrumpens scindam.* Gloria clarescit Martyrum, dum à tyrannis vim superant tormentorum, vulneratis victoribus, atque victoribus victis: etenim disrupti vulnere non vulnerantur; quo tyranni sine scissura rumpuntur. | DIDASC. 6. *Martyrum inclita virtus, atque fortissimum pectus.* Fol.238. |

## TAUTOLOGIA QUINTA.

*Universæ prophetæ prophetabant.* Fol. 244.

| *AUCTORITATIS PERIPHRASIS.* | *DIDASCALIARUM SYNOPSIS.* |
|---|---|
| 1. *Prophetæ prophetabant.* Vocati fuerunt in munus prophetarum; ut actione & exercicio comprobarent ministerium. Officij materia, sine actione est sine forma: & in prophetarum munere, iurè dicitur, quòd prophetabant prophetæ; quia persistebant actione in opere ad quod vocati. | DIDASC. 1. *In Monachis oblivio vocationis, origo frigiditatis.* Fol.268. |
| 2. *Prophetæ prophetabant.* Phrase signatur & nobile ministerium, & continuationem etiam miraculorum. Eluxit in Magno Gregorio sine munere ac cum munere huiusmodi magnitudo, dum claruit prodigium multis, & spectaculum orbis: igitur assumptus in dignitatem mirabiliora patravit; quia in despectu dignitatis se mirabilem ostendit. | DIDASC. 2. *Gregorius in magnis Magnus, & in minoribus.* Fol.274. |
| 3. *Prophetæ prophetabant.* Continuationem ministerij verba signant. Per modum transitus datur huiusmodi gratia: & in prophetis proponitur mira; eò quòd in actione transeuntis, esset modus permanentis. | DIDASC. 3. *Virgo Theresia volando requievit.* Fol.281. |
| 4. *Prophetæ prophetabant. Cantores cantabant.* Est officium sine munere? Profectò si qui cantat, cantet corde: igitur cœlo musica non est, modò in voce canentis duntaxàt audiatur vox. | DIDASC. 4. *Nulla in oratione oratio, si deviat cordis intentio.* Fol.287. |
| 5. *Prophetæ prophetabant.* Signatur munus & opus, ut opere pateàt munus. Videtur evanidis, accipientibus officium, officium accepisse, & nequaquam ministerium: & officium ministerium dicitur; ut officium utentis, uti officium cognoscatur: etenim si ministrando comprobatur ministerium; sine officij servitute non est officium. | DIDASC. 5. *Principis ministerium prompta expeditio causarum.* Fol.292. |
| 6. *Prophetæ prophetabant.* Huiusmodi clausulà taxatur legisperitorum voluntaria legibus expressis glossa. Hi prophetæ dicuntur deliri, quippe afflati a dæmone. Advocati, dum prophetant, non prophetant, sed delirant: siquidem quod dicere debent lege, dicunt furore. | DIDASC. 6. *Malæ causæ mali patroni.* Fol. 299. |

TAU-

# Paratitla Didascaliarum.

## TAUTOLOGIA SEXTA.

*Utrùm vivere queäm de infirmitate mea hac.* Fol. 305.

*AUCTORITATIS PERIPHRASIS.*

1. *De infirmitate mea hac.* Si *hanc* dicit, aliam supponit. Sanè, Erat alia & gravior infirmitas ab origine, ex qua fauci generis infirmitates, atque traducti à radice languores. Erat infirmitas ex capitis conditione, ac proprio capite: diciturque *de hac*, cùm lapsus ex illa sit; quoniam ad illam efficax alexipharmacum, duntaxàt per crucis lignum.

2. *De infirmitate mea hac*: dicit Princeps in aula iacens. In aula proculdubiò alia est: dicitque *de mea & hac*; quippe ambitionis infirmitas, dulce lethale venenum est cunctorum aulicorum.

3. *De infirmitate mea hac.* Quænam ergo, si non hæc? Cordis dilectio, qua infirmum validum,& futile solidum: virgoque in Martyrio dicit, *de infirmitate mea hac*, ut triumphus glorioſior sit: igitur validè tyrannorum frangit potentias ipla virginis fragilitas.

4. *De infirmitate mea hac.* Rex qui hanccine sustinet, aliam cognoscit. Profectò, & graviorem animo, quæ grassatur in aula, ex veritatis absentia: equidem etsi levior, quia occultus languor; excedit gravissimam ægritudinem, nolle in palatio recipere veritatem.

5. *De infirmitate mea hac*, quæ corporis,de qua doleo, quin animæ infirmitatum accesserit pœnitudo. Ab assuetis non fit passio; unde non pœnitet cor: infirmitate labat corpus: duntaxat molestat hæc: igitur etsi gravius vulnere animæ criminum frequentatione; minime dolet de vulnere consuetudine peccati.

6. *De infirmitate mea hac*; dicit Petrus Nolascus. Quænam hæc? Magna sanè ex cordis vulnere. Saucius erat charitate: hancque in corporis infirmi ate infirmitatem signat; quippequàm in languore tantùm amore languebat.

*DIDASCALIARUM SYNOPSIS.*

DIDASC. 1. *Lignum vitæ salus ægris, efficax remedium mortis.* Fol. 323.

DIDASC. 2. *Ambitio nunquàm quieta.* Fol. 327.

DICASC. 3. *Ecclesiæ floribus nec rosæ nec lilia desunt.* Fol. 332.

DIDASC. 4. *Veritas exulat ab aula.* Fol. 338.

DIDASC. 5. *Gravior morbus, in criminibus relapsus.* Fol. 342.

DIDASC. 6. *Charitatis summitas Nolasci charitas.* Fol. 348.

## TAUTOLOGIA SEPTIMA.

*Tacuit populus & non respondit quicquam.* Fol. 356.

*AUCTORITATIS PERIPHRASIS.*

1. *Tacuit populus & non respondit quicquam.* Rex ita imperaverat, sicut legatis missis; ut Rabsacem audirent, & necquicquam responderent. Ipsi tacuerunt & non responderunt, ad conversationem exeuntes; in quo norma datur Monachis, ut observetur Religionis forma, exeuntibus ex præcepto extra Monasterij sepia: igitur extra claustra, ut decet Monachum cum sæcularibus, citra & ultra ministerium, neque verbum.

2. *Tacuit populus, & non respondit*; quia sic prudentia Regis præcepit,ut Dei servaretur honor,ac sine fomite insani cerebri coërceretur furor: equidem diceret, furentem & blasphemum in audaciora irritaret.

3. *Tacuit populus & non respondit quicquam.* Quid, nec quicquam respondit; si omninò tacuit? Virtutis periculum indicatur,quùm silentium post silentium proponitur; igitur ita delicatula virtutis conditio, ut dicatur ni lateat, etiam silentio.

4. *Tacuit. Siluerunt & non responderunt verbum. Mutierunt cessantes loqui.* Si tunc muti facti, aliquid pridem locuti. Quomodò siluerunt, & auditâ blasphemia, qua vulnerata iustitia? Speculum patent iudicum, vociferantium ad fractionem legum, postque studiosè ex muneribus mutorum: etenim cùm adimant loquendi libertatem, ac in leges constituant diversam legem; quantumvis scelera moveant animum, ad crimina neque verbum.

5. *Tacuit. Siluerunt & non responderunt verbum.* Quorsùm ergo in responso nullum verbum, si tacuisse pridem dictum? Virtus silentij exprimitur contra garrulitatem, hominum virulentissimam pestem: quæ quidem ita procax ac pervicax; ut labijs perversissimè dolosis, loquax & loquax inveniatur sine verbis.

*DIDASCALIARUM SYNOPSIS.*

DIDASC. 1. *Monachi cœlum cella, atque libertas sine libertate clausura.* Fol. 377.

DIDASC. 2. *In correctione valet modus, sed prævalet tempus.* Fol. 382.

DIDASC. 3. *Virtus tunc fulget, si latet.* Fol. 387.

DIDASC. 4. *Munus Præsidis commendabili sine munere.* Fol. 393.

DIDASC. 5. *Mala progenies otiositas, curiositas & garrulitas.* Fol. 399.

6. *Siluerunt, & non respondérunt verbum.* Aliquod profectò responsum in silentio. Utitur in gratijs Mater-virgo: quæ quidem favens hominibus silet, verùm favore respondet.

DIDASC. 6. *Virgo Maria singularis spes nostra.* Fol.405.

## TAUTOLOGIA OCTAVA.

*Epistola scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.* Fol.411.

*AUCTORITATIS PERIPHRASIS.*

1. *Epistola scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.* In lite non mirum, quod aliter legeretur, dum affectio instrumenta interpretatur: etenim causidici avaritia allecti, minime iuxta sensum exponunt leges, sed iuxta affectus, aut non affectus lectiones.

2. *Epistola accusationis scripta erat Syriacè, &c.* Epistola accusationis vitiorum est doctrina prædicantium: diciturque lecta, ut erat scripta; ut excitentur in pœnitudinem corda: igitur Scripturam aliter legi, quam scribi; non est vitia accusare, sed mulcere.

3. *Epistola accusationis, &c.* Syrè scribitur & Syrè legitur accusatio, ut proficua sit peccatorum confessio: siquidem à pœnitente ore legi debent peccata, præut scripta cognoscuntur in conscientia.

4. *Epistola erat scripta Syriacé, &c.* Nobilitatis signum est scriptum privilegium, quo exponitur genus inclytum. Lectio pendet à fuga criminum, inscriptio à virtute prædecessorum: nobilitasque summè dedecoratur, si in actionibus non legitur, ut scribitur.

5. *Epistola scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.* Aliter in perfidia, dum videtur animorum concordia: igitur per proditionis insidiosæ crimen; eximia necessitudo definit in accusationem; quoniam quæ videtur amicitia in ore legitur, verùm aliter scribitur, ut non videatur.

6. *Scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.* Nolunt accipere huiusmodi documenta, qui ad mortem falluntur in vita; quasi aliter in iudicio esset legendum, quàm in vita esset scriptum.

*DIDASCALIARUM SYNOPSIS.*

DIDASC. 1. *In iure rabularum glossemata, legum pernitiosa vulnera.* Fol.431.

DIDASC. 2. *In Prædicatoris vita, amica & opera & verba.* Fol.437.

DIDASC. 3. *Ore confessio fit ad salutem.* Fol. 443.

DIDASC. 4. *Splendor virtutis nobilitas insignis nobilitatis.* Fol. 448.

DIDASC. 5. *In amicitia nomen inane fides.* Fol. 453.

DIDASC. 6. *Sicut vita, mors est ita.* Fol. 460.

## TAUTOLOGIA NONA.

*In tenebris sedeo, & lumen cœli non video.* Fol.466.

*AUCTORITATIS PERIPHRASIS.*

1. Querebatur homo in Tobia cæco, interrogatus de gaudio. *Quale gaudium* (dixit) *mihi, qui in tenebris sedeo, & cœli lumen non video?* Quiescant quereiæ, dum apparet Verbum Divinum in carne: igitur si patitur cæcitatem, quippe in cœlo cœli lumen; iam in tenebris non sedet, qui in terra lumen cœli cum gaudio videt, superato à modo, etiam amoris excessu.

2. *In tenebris sedeo, & lumen cœli non video.* Si cœli lumen in terra, unde corda fugiunt gaudia? Haud pendet carentia à luce; sed à peccatorum inolita cæcitate: etenim lumen cœli oriens rutilè non videt; qui inter criminum tenebras cæcè sine motu sedet.

3. *In tenebris sedeo, & lumen cœli non video.* Si idem omninò, quare regerit, quòd lumen cœli non videat, & quòd in tenebris sedeat? Optat in luce simul ac tenebris, videre nativitatem Salvatoris; quandoquidem ubi in tenebris, cœli luminis claritas; hominis prorsùm cœci summa felicitas.

4. *In tenebris sedeo, & lumen cœli non video.* Nihil mirùm, quòd cœli lumine careat, cùm in tenebris infeliciter sedeat. Quidum de eodem ipso geminatur questus? Ut rutilet felicitas, qua donatus Benedictus: etenim si in mundo tenebræ vitæ, extra mundum lumen cœli; in tenebris vitæ sedens, cœli lumen clarè vidit, quippequàm in mundo, extra mundum habitavit.

5. *In tenebris sedeo, & lumen cœli non video.* Ea ægritudo senis, sed ridicula affectionis: etenim cùm præ cæcitate in tenebris sedeat, & in tenebris nil videat; arbitratur in dilecto non tam videre lumen, quam cœlestem splendorem.

DIDASC. 1. *In Verbi incarnatione hominis mirabilis fructus, & in Virgine modus.* Fol. 486.

DIDASC. 2. *Quærentem lumen, nimis oportet prævenire Solem.* Fol.492.

DIDASC. 3. *Christus nascitur mundi salus, terræ gaudium, atque lætitia cœlorum.* Fol.496.

DIDASC. 4. *S. Benedicti vita, vita Angelica.* Fol.501.

DIDASC. 5. *Cæcæ affectiones voluntatis, lethalia vulnera mentis.* Fol.509.

6. *In tenebris sedeo, & lumen cœli non video.* Quod idem est in oculorum sensationis privatione; usuvenit diversimodò affectionis cæcitate: igitur ita propendet in dilecta, & aversatur non propria; ut in lumine cœlestes dotes non videat, & in tenebris lumen, quod non videtur, discernant.

DIDASC. 6. *Affectionis amor, non amor, sed furor.* Fol. 516.

## TAUTOLOGIA DECIMA.

*Tradens tradet illos Deus.* Fol. 523.

*AUCTORITATIS PERIPHRASIS.*

1. *Tradens tradet illos.* Deus in iugulum, dicit Achior, si fuerit modò peccatum. Luent profectò gladio pœnas, si intervenerit iniquitas: etiam gratia sumit pœnas; quandoquidem offendentium maiora vulnera à gratia.

2. *Tradens tradet illos* in dolorem ex dolore: siccine in luxuria latent insidiæ: etenim quos semel impulit; non dolore, sed blandimine in mortis dolorem tradit.

3. *Tradens tradet illos.* Sæpe pœna medicina: & ubi peccatoribus à cœlo infligitur pœna; non traduntur, ut tradantur; sed ut curentur.

4. *Tradens tradet illos.* Dolor fugiendus & doloris periculum. Perperam qui quærit fugit, quin possit iurè queri de quo dolet; quoniam ubi caurè non removetur occasio, in dolores dolens trahitur à semetipso.

5. *Tradens tradet illos.* Amor Christi uti eximus exponitur, dum morti traditur: etenim eximia in amore fides, ubi se tradidit, ne traderentur homines.

6. *Tradens tradet illos.* Tormentum videtur, quod homo patitur: fallitur domo, cùm dulcis amaritudo: & dum traditur pœnæ, nullatenus tractu traditur ad pœnam; igitur æternum pondus operatur in gloriam.

*DIDASCALIARUM SYNOPSIS.*

DIDASC. 1. *Gratia in hostile pectus minimè gratia, sed vulnus.* Fol. 541.

DIDASC. 2. *Comes voluptatis dolor.* Fol. 547.

DIDASC. 3. *Quos cœlum vulnerat, vulnerando sanat.* Fol. 553.

DIDASC. 4. *Venerem fugabis, si Venerem fuges.* Fol. 559.

DIDASC. 5. *Triumphus Christi ante pugnam, & victoriam.* Fol. 565.

DIDASC. 6. *Sub specie doloris, felicitas beatitudinis.* Fol. 573.

## TAUTOLOGIA UNDECIMA.

*In contemptu superbiæ suæ Deum Israël contempsit.* Fol. 579.

*AUCTORITATIS PERIPHRASIS.*

1. *In contemptu superbiæ suæ contempsit*: verùm contemptus non valuit. Initur certamen, sed in vincentis pudorem: igitur amissâ à victore victoriâ, virtute iacuit vulnerata superbia.

2. *In contemptu superbiæ contempsit.* Aliquid planè sine contemptu contemnitur, ubi in contemptu contemptus etiam signatur. Utique, obijcitur iustitia falsa & superbia, simulque charitas integerrimà iustitia: equidem correptione delinquentis peccatum plectitur; verùm flamma charitatis dedignatione servatur.

3. *In contemptu superbiæ contempsit.* Si superbia, gloria; ex mundi contemptu glorioſa superbia: igitur anima exaltatur, quùm mundi fastus opprimitur.

4. *In contemptu superbiæ Deum contempsit* diabolus, inhonoratà Deitate; sed iniuria vindicatur ab homine: etenim Bernardus in superbiæ contemptum humiliavit, qui contemptu superbiæ Numen contempsit.

5. *In contemptu superbiæ.* Sine superbia est contemptus, ubi sibi, qui excessus, videtur nullus: siquidem si superbia ex gloria visa; maxima profectò gloria, si contemnitur superbia.

6. *In contemptu superbiæ Deum Israël contempsit.* Obijcitur clades peccatoris obstinati, etiam vulnerum vexatione, qua Deus medicus per dolorem, illum conatur revocare in sanitatem. Doloribus vocat, sed nec sic revocat; quo peccator sine pœna relinquitur, ut in pœnam relinquatur: igitur Deus medicus, quia illusus, non dignatur saucium visitare ut medicus, imò contemnes relinquit; quia ægratus lethaliter illum superbè contempsit.

*DIDASCALIARUM SYNOPSIS.*

DIDASC. 1. *Triumphus virginum martyrum ex victoria tyrannorum.* Fol. 593.

DIDASC. 2. *Prudentiæ summitas, ubi in correptione delinquentis latet charitas.* Fol. 600.

DIDASC. 3. *Quæ mundo spectabilia, spectanti virulenta.* Fol. 607.

DIDASC. 4. *Sensus Bernardi superiores sensus.* Fol. 613.

DIDASC. 5. *S. Franciscus, quia minus, maximus.* Fol. 625.

DIDASC. 6. *Pessimum signum, peccare, & impuné exire.* Fol. 631.

# TAUTOLOGIA PRIMA.

## *PRÆCEPTUM, QUOD PRÆCEPERAM.*

### 3. Reg. 2. v. 43.

## EXPOSITIO LITERÆ.

1 NOXIOS Nonnunquàm ſequitur vindicta à tergo, ut vel proprijs conſilijs in ſua fata ruant. Poſſunt aliquando fortunâ comite eſſe inter diſcrimina liberi, ſed nunquam tuti. At ſi tuti, non ſecuri. *Ideo* (inquit Seneca, *Epiſt.97.*) *non prodeſt latere peccantibus; quia latendi etiam ſi felicitatem habent, fiduciam non habent. Ita eſt: tuta ſcelera eſſe poſſunt, ſecura non poſſunt: prima & maxima peccantium eſt pœna, peccaſſe: neque ullum ſcellus, licèt illud fortuna exornet muneribus ſuis, licèt tueatur ac vindicet, impunitum eſt; quoniam ſceleris in ſcelere ſupplicium eſt. Hæc & alia ſecundæ pœnæ premunt: timere ſemper & expaveſcere, & ſecuritati diffidere.* Hoc intuitu à Salomone adducitur in urbem impius & procax Semei, qui habitabat in Bahurim, indulgentiâ Davidis, etſi reus mortis, propter opprobria illi fugienti filium, obiecta (quæ dicitur *Maledictio peſsima*, 3.*Reg.*2.8.& à Chald. & Hebr. *Maledictio amara & doloroſa*: ita obſervat Hieronym.hìc in *tradition.*) aggravato crimine maieſtatis læſæ; & quia læſus innocens, & vilis nocens, perſequens perſecutum, fingenſque, ut plus punctus doleret, opprobrium. Quæritur vel nocens ita læſus, in *Ibim.*à v.7.

*Tutum potest esse peccatum, sed nõ securum.* Senec.

*Unus (& hoc ipſum eſt iniuria magna) perennem*
*Candoris titulum non ſinit eſſe mei.*
*Vulneraque immitis requiem quærentia vexat;*
*Iactat & in toto crimina noſtra foro.*
*Nititur ut profugæ deſint alimenta ſenectæ:*
*Heu, quantò eſt noſtris dignior ille malis!*

Ovid.

2 Siccine, pro vita indultâ mortis pœna, Salomoni commendaverat David: quo quidem ſolvitur antilogia, 2. Reg. 19. 23. ubi à Rege Semei dicitur: *Non morieris*: & hic v.9. *Deduces canos eius cum ſanguine ad inferos.* Si ampliora deſiderantur, conſulendus Abulenſ. loc. cit. 2. Reg. *quæſt.*26. Lyran. Caietan. & Sanctius, num. 11. Occurrit graviſsimum ſuperioribus documentum, ut munda ſit à nota ultionis conſcientia, maximè in iniuria privata, ſimulque publica ſcelera ne maneant in exemplum ſine vindicta. Si David feciſſet, quod filio iamiam moriturus commendavit; haud criticorum ſugeret notam, quaſi occaſiones quæreret in vindictam: dareturque dedecori, vel in regio culmine,

*Politica agendi ratio aliquando neceſſaria in plectenda crimina.*

mine; quòd privatæ iniuriæ Regis paterent ultioni: igitur nequaquàm malè affecti intendunt in damnati meritum, ſed in ſupplicium: filioque David ultionem prudentiſſimè commendat, quam iuſtitia iurè poſtulat; ut compeſcatur impudentis audacia, & conſcientia ſontis punitione ſit illæſa: etenim per alium iudicem plectabatur crimen; quin tanquàm iudicem, in iudicio incuſaret proprium amorem. Ni Superior protritam auctoritatem vindicet Superioris, cadet in ruinam tota machina regiminis: malè feriati ſubditi(Superiorum audaciam iuvante benignitate)cuncta vel glorioſa maculant, dominationem ſpernunt, & maieſtatem blasphemant, fulti facilitate indulgentiæ, ac dignitatis decore, qui quidem languet; modò qui læſus iniuriam è ſolio vindicet: munuſque ultionis alteri Superiori commendatur; ut in regimen prudens iuſtitia manſuetudine ordinetur: etenim obvià occaſione, remiſsà iniuria privatà, punitione floreſcit vindicta publica.

3 Cur igitur Salomon dum Semei ſanguinem fundere intendit, quaſi in præmium in regiam adducit; prudentiæ ſolertis munus fuit, ut Semei moreretur, priuſquàm violenta veniret mors. Sciebat Semei peccaſſe. *Tu noſti* (dixit illi Salomon) *omne malum, cuius tibi conſcium eſt cor tuum.* Malum dixit, ſed quale tacuit ob reverentiam patris, & delicatam auctoritatem muneris: igitur habet pudori, vel poſſe oſtendi. Improbus Semei erat: ipſe noverat. Maxima ſontis pœna, peccaſſe, & peccaſſe ſcire, etiam ab alijs cognoſci. Dat pœnas, quiſquis expectat: expectat qui meruit: expectata timet, & conſcientiæ timore, etſi non deprehendatur, cogitat poſſe deprehendi. Sceleris eſt in ſcelere ſupplicium: formidat alijs obijci in exemplum. Aliquando ſine pœna latet crimen, ſed à metu fortuna liberavit neminem. Diffidit ſecuritati, ſicque Semei circundatur urbe; ut mortis perpetuæ præmatur cruciatu, quia ſemper erat ſub ictu. Hinc induſtriè, propoſito iudicio capitali, interdicitur reditus in patriam, uti occaſio præceps & pronior in ruinam. *Id videbat Salomon* (infit Sanctius hic num.58.) *à Semei minùs obſervari poſſe.* Aſſentior, ſed alio intuitu cognita à Semei futilitate præcepti, facili tranſgreſsionis excuſatione: maximè quia qui de primo tanto crimine veniam obtinuerat; de inanitate tranſitus Cedron indulgentiam, vel prætermiſsionem ſperabat: patet ex reditu de Geth in urbem: etenim abiens neutiquàm rediret, ſi capitis periculum ex abitu cogitaret. Ita ergo edixit Salomon: *Quacunque autem die egreſſus fueris, & tranſieris torrentem Cedron, ſcito te interficiendum: ſanguis tuus erit ſuper caput tuum.* Hiſpanice: *Tu alma en tu palma; en tu mano eſtà tu vida.*

3. Reg. 2. 44.

*Maieſtas habet pudori, vel poſſe offendi.*

Sanct.

Verſ. 37.

4 Arbitror, quodcunque in re qualibet improbo Semei præceptum, ab illo non obſervandum. Genius & indoles maligna naturaliter tendit in ſcelera. *Iucundum illis nefas*: ait Plin.*lib.*14.*cap.*22. & Perſius *Satyr.*3. v.41.

Plin. Perſ.

*Imus, imus præcipites.*

Cognoſcunt præcipitium, ſed eunt, & nequaquàm quà eundum; quippe *lucerna impiorum peccatum.* Appoſitè Seneca, quò dudùm: *Id* (infit) *pravà conſuetudine evenit. Res etiam ipſa ſine duce, ſine comite procedit. Non pronum iter eſt tantùm ad vitia, ſed & præceps; & quod pleroſque inemendabiles, facit. Omnium aliarum artium peccata artificibus pudori ſunt, offenduntque deerrantem: vitæ peccata delectant. Omnibus crimen ſuum voluptati eſt.* Ad deteriora enim facilis, quiſquis inolitis premitur vitijs. Viæ impiorum tenebræ & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos. *Quia non profertur citò contra malos ſententia, abſque timore ullo perpetrant mala*: inverecundiùſque leges voluptuosè tranſgreditur; ex eo quod peccator facit malum, & per patientiam ſuſtentatur. Sic ludentes peccant, & quia latet ſupplicium, omne perplacet nefas per iocum.

Prov.21.4.

*Gravis conſuetudo peccati.*

Senec.

Eccl.8.11.

*Impellit tranſgreſſores in pœnam.*

Stat.

*——Sic omnia caſum*
*Fecimus, & vires auxit fortuna nocendi.*

Ut ſuccinit Statius, *6.Thebaid.* v.934. At cùm iuſtitia in pœnas nocentes urgeat, deijcit arte, dum allevat: iugulatque gladio confidentiæ pravos, quos in lubrico collocavit quaſi in tuto propter dolos.

Cleobul.

*Felix criminibus nullus erit diù.*

Dixit Cleobulus apud Auſon. in *Sapient. ludo*, num.229. Ita Semei pœnas luit, qui felix criminibus floruit. Indixit illi Salomon, ne tranſiret torrentem Cedron, quod quidem capitale decretum prætergreſſus eſt Semei, cui ad ſe vocato dixit: *Nonne teſtificatus ſum tibi per Dominum, & prædixi tibi: Quacunque die egreſſus ieris huc & illùc, ſcito te eſſe moriturum? & reſpondiſti mihi: Bonus eſt ſermo, quem audivi?*

Qua-

*Quare ergo non cuſtodiſti iusiurandum Domini, & præceptum quod præceperam tibi?*

5 Hæc extrema periodus eſt Tautologiæ præſentis argumentum, ex cuius expoſitione clarebunt alia affinia teſtimonia, eodem ſtylo gaudentia, ut *Pſalm.*7.8.*Ierem.* 35.16.& *Actor.*5.28. Aliquid inſigne in geminatione intenditur. Non enim in Scriptura vacua verba, & in caſum prolata, ut ille alius de Atticis dicebat apud Auſon.loc.cit. num.221. *Geminationes myſterijs gravidæ.*

*Quàm pauca, quàm diù loquuntur Attici!*
*Unam trecentis verſibus ſententiam.* Auſon.

*Non apices, non literæ* (ait Chryſolog. ſerm.146.) *non ſyllabæ, non verbum, non nomina, non perſonæ divinis vacua ſunt figuris.* Euthym. in Pſalm. 39. verſ. 2. *Repetitionem* (inquit) *frequentiſsimam eſſe apud Hebræos, & ſignificare mentis intenſionem. Idioma eſt linguæ ad maiorem intenſionem, & validiorem ſententiæ confirmationem.* Non ſecùs Tomis prioribus vidimus, ſimulque in ſequentibus videbimus. De præceptis & illorum diviſione fuſè egimus, *Tom.*4.*Tautolog.*2. regerendumque eſt ex D. Thom. 1. 2. *quæſt. 99.* art. 5. *In lege ponuntur aliqua tanquàm præcepta, aliqua verò tanquàm ad præceptorum impletionem ordinata. Præcepta quidem ſunt de his quæ ſunt agenda; ad quorum impletionem ex duobus homo inducitur: ſcilicet ex auctoritate præcipientis, & ex utilitate impletionis: quæ quidem eſt conſecutio alicuius boni utilis, delectabilis, vel honeſti; aut fugæ alicuius mali contrarij.* Auctoritas præcipientis facit præceptum ultimæ neceſsitatis, quæ in Prælatorum inſtitutione conſiſtit, ut ait idem Doctor Angelic. cap. 1. *Opuſc.*61. ſicut præceptum primæ neceſsitatis, ſine cuius impletione Dei maieſtas non ſalvatur. Brevius: Aliud præceptum eſt naturale, & aliud poſitivum. Illud præcipitur, quia bonum: hocque præſcribitur bonum, quoniam præcipitur. Modò in inſtitutum. Chryſolog. D.Thom. *Diſcrimen præcepti naturalis & poſitivi.*

6 Variæ ſunt acceptiones præcepti: equidem huiuſmodi vox ſignificat aliquando legem, aliquando decreta, iuſſa, imperia, inſtituta, documenta, ordinationes, directiones, regulas, cohortationes, & denunciationes: quæ quidem, quia obſervari congruit in uſum, deſignantur abſolutiſsimà voce præceptorum. Singulariter accipitur voce præcepti ſumma Dei poteſtas, præut fuerit eius voluntas: igitur uti ſumma, eius voluntas potentia. Eſt operatio creaturarum vel ſecundum ordinem naturæ, vel ſecundum ordinem divinæ potentiæ. Quælibet enim creatura in operationibus & ad operationes præter inclinationem, quam habet in eſſe proprium, & ſui bonum; gaudet ampliore ac fortiore propenſione in ſuum potentiſsimum Auctorem, à quo illud eſſe accepit, & ſine quo peribit. Duplex enim eſt in creaturis potentia paſsiva: *Una quidem per comparationem ad agens naturale* (ait præf. Thom. 3.*part. quæſt.*11. *art.*1.) *alia vero per comparationem ad agens primum, quod poteſt quamlibet creaturam reducere in actum aliquem altiorem actu, in quem reducitur per agens naturale: & hæc conſuevit vocari potentia obedientiæ in creatura*: de quo DD. Theologi hìc, etiam *quæſt.* 1.art.3-in 4.*diſtinct.*8.quæſt.2.art.3.ſed præ omnibus Eximius Suarius, in 3 *part.quæſt.* 13 *art.* 1. *Diſp.* 31.ſect.4. 5. & 6. Unde Auguſtin. lib. 9. de *Geneſ. ad liter.* cap. 17. *Super modum* (inquit) *curſumque rerum naturalem, poteſtas Creatoris habet apud ſe poſſe de his omnibus facere aliud, quàm eorum quaſi ſeminales rationes habent: non tamen id quod in eis poſuit, ut de his fieri vel abſque ipſo poſsit. Neque enim potentia temerariâ, ſed ſapientiæ virtute omnipotens eſt: & hoc de unaquaque re in ſuo tempore facit, quod antè in ea fecit, ut poſsit.* Aliter ſanè haud eſſet omnipotens, quia non poſſet facere in creatura, niſi quod facit. Ordo naturæ ei ſubijcitur, utpote ab eo procedens, & ad voluntatis arbitrium; quod patet: etenim inſtituere potuit alium ordinem rerum: & cum voluerit, agere poteſt ad libitum præter naturalem præſentem ordinem inſtitutum; quin ſit contra, vel invitâ naturâ, aut eius potentia temeraria: quandoquidem, ut inſit Auguſtin.lib.26.*contra Fauſt.*cap.3. *Quid ſit ſecundum naturam, quid contra naturam homines noſſe non poſſunt. Deus autem Creator, & conditor omnium naturarum, nihil contra naturam facit. Id enim erit cuique rei naturale, quod ille fecerit, à quo eſt omnis modus, numerus & ordo naturæ.* *Acceptiones præceptorũ.* *Pro Dei voluntate, ſeu potentia.* D.Thom. *Quid potentia obedientialis in creaturis.* Auguſt. Idem.

7 Quicquid contra uſum notum præſentis ordinis in natura, dicitur in rebus obedientialis potentia tan activa, quàm paſsiva: quæ quidem nihil aliud eſt in rebus quàm ipſæmet rerum entitates cum virtute ſeu potentia ad operationes, ut Dei inſtrumenta; cuius obiectum eſt effectus agentis principalis, ex cuius virtute inſtrumentaliter operatur, & opus perficitur: nec ideo res creata poteſt in miracula & portenta;

*In operationes extra cõmunem ordinem, res creatæ sunt in instrumenta principalis agentis.*

quia illi in hæc modus agendi, & concursus in mira necessarius, nec naturalis est, nec ordine debitus. Elevatur enim in effectus à Deo, qui est principale agens: diciturque potentia obedientialis capacitas huiusmodi elevationis. Certum est notitiam præcepti, quæ dicitur promulgatio, necessariam esse in præcepti adimpletionem. Nulla sanè promulgatio, aut denunciatio potest fieri; ubi qui urgentur in obedientiam præcepti, carent ratione: qua de causa Xerxes iurè habitus demens & furiosus, dum præcipiebat rebus inanimatis & irrationalibus: de quo Seneca de *Constant. sapient.* cap. 4. Plutarch. 1. de *Fortun. Alexand.* qui libell. *De non irascendo*, infit: *Xerxes etiam æquori stigmata & verbera inflixit, atque ad montem misit epistolam: Noli divine Atho, qui nubes attingis vertice operibus mis præbere lapides vastos & parùm tractabiles: alioquin te scindam, & in altum proijciam.* Ita montem perfodisse, asserit Ludovic. Nonnius in *Græciam Goltz.* Tabul. 24. & Plin. *lib.* 4. *cap.* 10. *Montem Athon Xerxes rex Persarum continenti abscidit in longitudine passuum M. ccccc.*

Plutarch.

*Insolentia & stoliditas Xerxis.*

Catull.

*Cùm Medi irrupere novum mare, cumque iuventus*
*Per medium classis Barbara navit Athon.*

Accinit Catull. *Carm.* 67. vers. 45. idem Propert. *lib.* 2. *eleg.* 1. vers. 22. Lucret. *lib.* 3. à vers. 1033. Lucan. *lib.* 2. vers. 672. Æmil. in *Themistocl.* Iustin. *lib.* 2. *Histor.* Valer. Maxim. ex Herodoto, *Gravem* (inquit) *& mari & terræ Xerxem: nec hominibus tantùm terribilem, sed Neptuno quoque compedes, & cœlo tenebras minitantem.* Ipse Herodotus in *Polymn.* alia gesta regis stolidissimi addit. *Cùm audisset* (ait) *classem quassatam; indignè ferens, iussit trecenta Hellesponto verbera infligi, & in eius pelagus compedes demitti: & audivi, mississe quoque cum his etiam qui stigmata Hellesponto inurerent.* Iuvenalis, *Satyr.* 10. à vers. 179. refert & ridet, dum Xerxes animam moribundo corpore fudit.

Valer. Max. Herod.

*Ille tamen qualis redijt Salamine relictâ*
*In Corum, atque Eurum solitus sævire flagellis*
*Barbarus, Æolio nunquàm hoc in carcere passos,*
*Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigæum? Neptunum,*
*Mitius id sanè, quòd non & stigmate dignum,*
*Credidit.*

Iuvenal.

Dignum credidit, ut vidimus, superbiâ & amentia inflatus, uti dicitur de Antiochô Epiphane, cogitante contingere sidera cœli. 2. *Machab.* 9. 10. & apud Plutarch. 2. de *Alexandr. Fortun.* Lysimachus tumens legatis dixit: *Nunc cum cœlum lanceâ attingo, Byzantini ad me veniunt.* Insolentiam compescuit Pasiades Byzantinorum nuncius, subdens continuò: *Subducamus nos, ne lanceæ iste cuspide cœlum pertundat.* de Alexandro Seneca 1. de *Benef.* cap. 13. inquit: *Tanquàm cœlum, quod mente vanissima complectebatur, teneret.* Cicero 2. *epist.* 1. ad Attic. *Principes nostri digito se cœlum putant attingere.* Denique Petron. in *Satyric.* fol. 22. *Se cœlum Iovis tenere arbitratus est.* Plura huius furfuris congessimus, *Tom.* 5. *T.* 8. *à num.* 20. quæ videsis.

*Aliorum.* Plutarch.

Senec. Cicer. Petron.

8 Sicut impos mentis, qui præceptis rationalis non obedit, ita vacuus cerebro, qui insensatis aut irrationalibus præcipit. Præceptum enim hominis non se extendit nisi in creaturas rationales: igitur cum ratione gaudeant, præcepta cognoscunt conformia rationi, & planè consona; utpotè actionum rationalium directiva, & directione moventia. Quæ insensibilia aut irrationalia non agunt, sed aguntur, præut ab agente moventur. Non enim hominis sunt instrumenta, quæ ad Deum tanquàm ad principale agens ut instrumenta comparantur; ut ait D. Thom. 1. *part. quæst.* 22. *art.* 2. & 1. 2. *quæst.* 1. *art.* 2. Unde *quæst.* 93. *art.* 5. subdit: *Ideo rebus irrationalibus homo legem imponere non potest, quantuncunque ei subijciantur: rebus autem rationalibus, sibi subiectis, potest imponere legem, in quantum suo præcepto, vel denunciatione quacunque imprimit menti earum quandam regulam, quæ est principium agendi. Sicut autem homo imprimit denunciando quoddam interius principium actuum homini sibi subiecto; ita etiam Deus imprimit toti naturæ principium propriorum actuum: & ideo per hunc modum Deus dicitur præcipere toti naturæ, iuxta illud: Præceptum posuit, & non præteribit. Per hanc etiam rationem omnes motus & actiones totius naturæ legi æternæ subduntur.* Ita enim pro inclinatione naturali, usuque rerum communi: at cùm extra communem rerum usum vult Deus patrare, quæ nobis videntur miracula, utitur impressione nova; quin operationes quæ contra naturæ usum, sint contra naturam: igitur præ virtute humanæ rationis, ratio divina est amplioris potesta-

*Præcepta hominum ad homines tãtùm.*

D. Thom.

Psal. 148. 6.

sta-

ſtatis; cùm de unaqueque re, præut placuerit poſsit facere, quòd ante in ea fecit ut poſsit. Naturali enim exemplo virtus ſuperior exprimitur. Suaptè naturà aqua deorsùm dilabitur: nihilominùs tamen ex impreſsione cœleſtium corporum, à qua pendet naturalis inclinatio, aqua maris non deorsùm movetur, ſed fluxu refluxuque vagatur: præcepto poſito, directoque in aquam, ne convertatur operire terram. Ita in obedientiam conditoris participant ratione divinà; ut quæ motu carent habeant motum, & inſenſibilia ſiccine participent ſenſum. *Confitendæ maieſtatis ſenſum totus mundus accepit* (ait Leo Pap. ſerm.8. de *Paſsion.* cap.7.) *cùm obſcuratis luminaribus cœli, & converſo in noctem die, terra quoque motibus quateretur inſolitis, univerſaque creatura impiorum uſui ſe negaret.* Aſtipulatur Gregor.Magn.Homil.10.in *Evangel.*ubi inquit: *Omnia elementa Auctorem ſuum veniſſe teſtata ſunt. Deum hunc cœli cognoverunt, quia protinùs ſtellam miſerunt. Mare cognovit, quia ſub plantis eius ſe calcabile præbuit. Terra cognovit, quia eo moriente contremuit. Sol cognovit, quia lucis ſuæ radios abſcondit. Saxa & parietes cognoverunt, quia tempore mortis eius ſciſſa ſunt. Infernus agnovit, quia hos quos tenebat mortuos reddidit.*

*Quæ inſenſibilia & immobilia reſpectu Dei habent motum & ſenſum.*

Leo Pap.

Greg. Mag.

9 Haud ſecùs in alijs rebus obedientia creaturarum declaratur erga Auctorem. *Videbatur nihil elephantis creaturà habere robuſtius* (ait Ambroſius lib. 6. *Hexaëm.* cap. 6.) *nihil tam ferum, quàm leones vel tigrides ſunt: & hæc ſerviunt homini, & naturam ſuam humanà inſtitutione deponunt. Obliviſcuntur quod nata ſunt, induunt quod iubentur. Quid multa? Docentur ut parvuli, ſerviunt ut infirmi, verberantur ut timidi, corriguntur ut ſubditi: in mores tranſeunt noſtros, quoniam motus proprios perdiderunt.* Hoc enim homini in ſtatu iuſtitiæ conceſſum privilegium: Deo enim naturale dominium. Quare ut clareat omnipotentia, uſu ſuo, & ſupra modum & communem naturæ uſum; dicitur: *Qui tranſtulit montes: qui commovet terram de loco ſuo: qui præcipit ſoli, & non oritur, & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo: qui facit magna & incomprehenſibilia, & mirabilia, quorum non eſt numerus.* Ut vides, huiuſmodi inſuetæ operationes in natura, Dei vocantur præcepta: igitur ſicut homo in ſibi ſubiectis imprimit præcepto principium directivum agendi; Deus toti naturæ ſupra eius inditum ordinem, imprimit principium in operationes, quas & quomodò intenderit: naturaque uti Auctoris inſtrumentum mota obedit; quia operari, non ut inſitum, ſed ut placitum Auctori placet: nec tunc operatio contra naturam cuilibet enim rei naturale; quod fuerit ille, qui eſt ordo totius naturæ. Ita ergo dicitur: *Imperavit ventis & mari. Qualis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei:* & apud Luc.8. 25. *Quis, putas, hic eſt, quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei?* Unde reſpectu potentiæ ſummæ capax præcepti, quod non rationis humanæ, quia in obſequium obedientiæ, participat Divinà ratione, ut ait Angel.Doctor,loc.cit.ad 2. Pater in Ioſue,qui ſtare fecit Solem,*cap.*10.14.& 2.Paralip.7.13. ubi Dominus: *Si mandavero & præcepero locuſtæ, &c.*

Iob.9.à v.5

*Præceptum pro divino imperio.*

Matth.8.26 27.

10 Conſtat præceptum & imperium, quod quidem ſæpe exprimitur cum excellentia. Quare ſicut nos increpando & terrendo reprimimus & comprimimus alicuius audaciam, ne vltrà progrediatur; ita quam in rebus inſenſitivis & inanimatis Deus mittit novæ impreſsionis in effectus ſpeciem, ſignat Scriptura minas & increpationem. Nahum, 1. 4. *Increpans mare & exiccans illud.* Iſai.50. 2. *Ecce in increpatione mea deſertum faciam mare.* Pſalm. 105. *Increpuit mare Rubrum, & exiccatum eſt.* Luc. loc. cit. verſ. 24. *Increpavit ventum & tempeſtatem aquæ.* Marc. 4. 39. *Comminatus eſt vento, & dixit mari: Tace, obmutesce:* quod per imperium factum refert Matth. loc. cit. & per proſopopœiam, Pſalm.103. 7. *Aquæ ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui formidabunt.* Genebrard. hic: *Illæ Dei imperiò per tonitrua & ſimiles motus demonſtrato, ſe recipiant in ſuum alveum, neque extrà excurrant ad mergendam terram.* Per tonitrum ſimpliciter intelligitur præceptum: ita ut intumeſcat mare ad eius nutum, ut factum Iona fugiente; & quieſcat æſtuans, Apoſtolorum nave periclitante. Deo volente ſtat ſpiritus proccellæ, & exaltantur fluctus æquoris, ut pateant mirabiles elationes maris.

*Increpare pro præcipere.*

Genebr.

——— *Iamque omnis in aſtra*
*Itque reditque ratis, lapſaque reciproca fluctu*
*Deſcendit: trahit hos vertex, hos agmine toto*
*Gurges agit: ſimul in vultus micat undique terror.*

Valer.Flac.

Similiter quaſi audacis, conantis terminos tranſgredi, compeſcit & frænat *Tu dominaris*

*Deus utitur creaturis, prout vult.*

*naris potestati maris : motum autem fluctuum eius tu mitigas.* Psalm. 88. 10.

Idem. ——— *Ab imo.*
*Erigitur : sed fluctus adest, magnoque sub altis*
*Turbine sigit aquis, & tandem Numini cessit.*

Igitur divinæ est potestatis uti ad placitum creaturis,& exercitijs oppositis. Unde Crucius in præf.*Psalm.* succinit:

Lud. Cruc. *Tu mare conturbas, conturbatumque serenas,*
*Et sternis pelagi missas in sidera moles.*

Siccine Dei est increpatio,idest præceptum cum imperio: igitur *potestas Dei est*:Psal.61. 12. & quia *Dei mens lex est* (ut ait Auson. in *Minosyll.* v.11.) cuncta perseverant extra communem ordinem,eius ordinatione;siquidem omnia serviunt ei. Omnia serviunt, & in contraria,ut eius clareat potentia, quæ omnibus ut naturale ingerit,quicquid ad placitum præcipit. Plura videris apud Bagattam in *Mirabilib. orbis.* Ex Scriptura constat dehiscens stabilis terra,*Numer.*16.31.aqua solida,*Matth.*14.29.ventus miraculosus ultra ordinem naturæ, *Numer.*11.31. Ion. 1.4. ignis innocuus, & deorsùm descendens. *Exod.*3.2.*Daniel.*3.50.*Genes.*19.24.*Levit.*9.24.*Iudic.*6.22-1.*Paral.*21.26-2.c.7.1.& 2. *Machab.*1.22. Virginitas materna, *Isai.*7.14. sterilitas fœcunda, *Genes.*21.2. *Luc.*1.24. ariditas germinans,*Numer.*17.8.lutum illuminans,*Ioann.*9.11.venenum sanans,4.Reg. 20.7. Isai.38.21.sal aquas dulcorans,4.*Reg.*2.20.sic enim alia portenta; quia Deus solus, qui facit mirabilia, & vocat ea quæ non sunt, tanquàm ea quæ sunt.

Auson. *Mens Dei lex est.*

*Mirabilia eius.*

Iob.9.7. *Actus secundo pro primo.*

11 In potentiæ expressionem, ut vidimus, dicitur à Iobo: *Qui præcipit Soli,& non oritur,*&c. Hic sumitur actus secundus pro primo, sive actus pro potentia; quam regulam in Scripturæ intelligentiam sæpe signavimus. *De fructu lignorum,quæ sunt in paradyso,vescimur.*Genes.3.2.idest,possumus vesci.*Quis eum plus diligit?*Luc.7.42.nimirùm, diligere debet. *Omnia autem quæ arguuntur.*Ephes.5.12. hoc est,quæ debent argui. *Quò ego vado,scitis: & viam scitis.*Ioann.14.4.putà,potestis scire. Ita intelligitur illud Pauli,2.Cor.5.14.*Charitas Christi urget nos: existimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est;ergo omnes mortui sunt,& pro omnibus mortuus est Christus.*Quædam in hoc testimonio accipienda sunt in actu primo,quædam in actu secundo,ne Pauli consequens sit proposito contrarium : igitur prout iacet, si omnes mortui sunt, quorsùm Christus pro omnibus mortuus est? Sensus ergo est: si unus pro omnibus mori debuit, ergo omnes digni & obnoxij morti, quia mori debebant : qua de causa, ne morerentur qui debebant mori ; pro omnibus mortuus est Christus. Non aliter intelligendum est illud Genes.2.17. *In quocunque die comederis, morte morieris* ; & Osseæ 13.1. *Deliquit : & mortuus est.*Haud apud Profanos devius stylus.Plutarch.2.de *Alexandr.Fortun.*subdit; *Summam potestatem exercet, & fortunà utitur rectè* : scilicèt, debet uti, & summam potestatem exercere. Ovid.1.*Metam.*Fab.9.

Ovid. ——— *Te decor iste quod optas,*
*Esse vetat, votoque tuo tua forma repugnat.*

Nimirum,debet vetare,& repugnare: sicut apud Claudian.de 4.*Consul.Honor.* v.267:

Claudian. *Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,*
*Occurrat: mentemque domat respectus honesti.*

Q.d. Mentem inter voluptates fluxam, & propter velle, impunnèque posse, pronam, frænare debet respectus honesti. Perspicuò siccine exponitur testimonium.Cùm Deo sit summa potentia, nemo resistere potest, quia nemo ei similis, nec inquirere possit, cur ita faciat, estò turbetur terra & transferantur montes in cor maris. Potest enim transferre montes, & subvertere, commovere terram, & eius columnas concutere ; ne oriatur, præcipere Soli, & stellas ne luceant sub signaculo claudere. Sic enim facere Deus dicitur, quod potest facere. Mellius Sousa hìc in propositum accinit:

*Factum eius dicitur à potente facere.*

Ioan. Sous. *Ille potens celsos nutanti vertice montes*
*Transtulit ipse locans aliò.*
*Ipsius imperio tellus concussa tremiscit,*
*Et loca mota ruunt latè, nutantque columnæ.*
*Cùm iubet, ecce negat radios Sol luridus orbi:*
*Claudit & astra quasi proprio munita sigillo.*

12 Pro ampliore intelligentia,sciendum est,in his & alijs affinibus testimonijs,sæpè subaudiri particulam conditionalem.Psal.103.29.& 30. *Auferes spiritum eorum,& deficient : emittes spiritum tuum & creabuntur.* Idest,si abstuleris, si emiseris. Psalm.143.

5.*Tange*

5. *Tange montes & fumigabunt.* Psalm. 101. 27. *Ipsi peribunt, tu autem permanes.* Hoc est, immutabilis eris, etsi cœli immutentur, qui nequaquàm immutabuntur: priùs enim cœli mutabuntur, quàm tu: equidem si immutabiles perirent, tu semper stares. Idem *Matth.* 5. 18. & 24. 35. & apud Habac. 3. 17. *Ego autem in Domino gaudebo*; etsi ficus non floreat, fructus evanescat olivæ, sterilia sint arva, vacuaque ovilia. Sic plura, & apud Profanos frequentiora. Unde apud Petronium in *Satyr.* fol. 27. qui inops cogitare intendit magna, dicit: *Bonæ mentis* (si) *soror est paupertas.* Terent. in *Adelph.* Act. 1. scen. 3. v. 21. *Mihi crede*: hoc est, si mihi credas: *Heautontim.* Act. 5. scen. 4. v. 7. *Vocat? Veniendum est. Reijcit? Abeundum*: quod per particulam *si* expositi Iuvenal. *Satyr.* 3. à v. 101.

*Ellipsis.*

*Si particula sæpe subaudienda.*

——*Rides? Maiore cachino*
*Concutitur: flet, si lachrymas conspexit amici,*
*Nec dolet, igniculum brumæ si tempore poscas*
*Accipit endromidem: si dixerit, æstuo, sudat.*

Iuvenal.

In voluntate Dei universa sunt posita: constat nobis ordo concinnus universi.

*Nonne vides, operum qui se pulcherrimus ipse*
*Mundus amore ligat, nec vi connexa per ævum*
*Conspirant elementa sibi? qui limite Phœbus*
*Contentus medio, contentus littore Pontus,*
*Et qui perpetuò terras ambitque vehitque,*
*Nec premat incumbens oneri, nec cesserit aër?*

Claudian.

Si Deo placuerit, cuncta subvertet. Omnia deficerent vinclis elementa solutis; terra, cœlum, universique machina: equidem si vult, transfert montes, terram commovet, columnas concutit, stellas claudit, & Sol obscurabitur, si præcipit. Quæ insensibilia habent sensum ad illum, & immobilia motum. Præcepit Soli quondam, & stetit: haudquaquàm oriretur, si præcepisset. Quàm genuina textus expositio, constat, 2. Paralip. 7. 13. ubi: *Si clausero cœlum, & præcepero locustæ, ut devoret terram.* Modò ad alias præcepti acceptiones.

13 Interdùm præceptum accipitur in Scriptura pro tota lege. *Exurge Domine in præcepto quod mandasti.* Psalm. 7. 8. *Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.* Psalm. 18. 9. Synecdochicè unum præceptum pro omnibus, quod dicitur legis tenor, & custodia; sicut peccatum pro omni transgressione. 4. Reg. 21. 17. Thren. 1. 8. & Rom. 7. 13. Aliquando pro rigorosa lege, severo edicto, proposito iudicio capitali, vel gravi damno. Unde illud cadit sub præcepto propriè, pro quo pœna legis infligitur. Ita D. Thom. 1. 2. quæst. 100. art. 9 *Ostendam præcepta Dei*, & (pro *Idest*) *leges eius.* Exod. 18. 16. Totum comprehenditur, 3. Reg. 2. 3. *Observa custodias Domini, & præcepta eius & iudicia & testimonia, sicut scriptum est in lege.* Siccine præceptum in observantiam strictiorem legis. Verùm frequenter præceptum accipitur pro consilio directivo, non coäctivo, uti lex est. Colliguntur plura, ut doctrina & monitiones, *Prov.* 3. 1-4. 4-10. 8. Salust. in *Iugurt.* ait: *Pater meus moriens mihi præcepit.* Q. d. monuit, hortatus est. Aptè Seneca, *Epist.* 94. *Leges* (inquit) *ut faciamus quod oportet, non efficiunt*: & *quid aliud sunt, quàm minis mixta præcepta? Primùm omnium ob hoc illæ non persuadent, quia minantur: at hæc non cogunt, sed exorant. Deinde: leges à scelere deterrent: præcepta in officium adhortantur. His adijce, quod leges quoque proficiunt ad bonos mores: utique, si non tantùm imperant, sed docent.* Unde *epist.* 105. subdit: *Quæ observanda tibi sunt, dicam: tu sic audias censeo ista præcepta, quomodò si tibi præciperem.* Ubi præcepta monitiones in admonitionibus sunt; non proferuntur præceptorum coäctione: verùm, si maximè utilia, uti præcepta observanda. *Præceptum Regis acceperant, ut non responderent.* 4. Reg. 18. 36. idest iussum, mandatum, decretum: diciturque consilium, illud præceptum, quia præ utilitate observatione dignum. Virg. 4. *Georgic.* v. 448. *Deûm præcepta secuti.* v. 548. *Continuò matris præcepta facesit.* 1. *Æneid.* v. 345.

*Præceptum pro tota lege.*

*Pro lege absolutè.*

*Pro actuum directione.*

Senec.

*Pro mandato.*

*Et observantiæ utilitate.*

*Infelix, qui non sponsæ præcepta furentis*
*Audierat.*

Virgil.

14 Hac enim de causa præcepta dicuntur institutiones tam ad Ethica, quàm ad Politica, aut sacra, quæ dicuntur decreta; estò inter hæc & illa discrimen invenerit Seneca *Epist.* 94. cit. *Siquis non habet recta decreta, quid illum admonitiones iuvabunt? Hoc licèt, ut illis liberetur: non enim extincta in illo indoles naturalis est, sed obscurata & oppressa. Sic quoque tentat resurgere & contra prava nititur: nacta verò præsidium, & adiuta præceptis, convalescit. Quid enim interest in decreta Philosophiæ & præcepta, nisi quod*

Senec.

*Discrimen decreti, & præcepti.*

*quòd illa generalia præcepta ſunt, hæc ſpecialia? Omnia iſta monitionum genera ſunt: per iſta ad perfectum animi ſtatum pervenitur. Nulla res magis animis honeſta: paulatim enim deſcendit in pectora, & vim præceptorum obtinet.* Hinc de Auguſto dicit Sueton. in eo, cap.89. *Nihil æquè ſectabatur quàm præcepta & exempla publicè vel privatim ſalubria: eaque ad verbum excerpta, aut ad domeſticos, aut ad exercitum, provinciarumque rectores, aut ad urbis magiſtratus, prout quique monitione indigerent.* Petron.d.fol.85.etiam acceptionem aſtruit. *Prudentiæ, bonitatique credere ſe: illum eſſe ſolum in toto orbe terrarum, qui præceptis etiam ſalubribus inſtruere iuvenes poſſet. Dicta Philoſophorum, ſi principium virorum & politicorum inſcripta fuerint animis, & infixa altiùs, vicem obtinent legum* infit Plutarch.libell.*Cum Princip.philoſoph.* Propertius *lib.3.eleg.9.v.21. Vitæ præcepta recepi.* Virgil.1.*Georg.* v.176.& 5. *Æneid.*v.747.

Sueton.

Petron.

Virgil.

*Poſſum multa tibi veterum præcepta referre:*
*Et Iovis imperium & chari præcepta parentis.*

Hoc enim in uſu accipiuntur, quæ in ritus ſplendorem inſtituerat, ordinaratque David: 1.Paral.23. 27. & 2.35.15.& 44. dicitur: *Iuxta præcepta David.* Quo intelligitur illud: *Firmaverunt filij Ionadab præceptum patris ſui, quod præceperat eis.* Hoc eſt, inſtituerat: igitur Rechab conſtituerat filios vinum non guſtare, quod quidem obſervarunt ut præceptum, qua de cauſa ſignatur præcepto, quod tantùm primiparentis inſtitutio. Hac enim acceptione Glorioſus Benedictus, cap.4.*Regul.Sanct.* inſtrument.60. ait: *Præceptis Abbatis in omnibus obedire*: nimirùm ordinationibus & ſcitis: quandoquidem ſub precepto non ſemper Prælati iubent: ſed ut conſtet obedientia quàm prompta; inſtruit, vel ordinationes obſervari à Monacho tanquàm præcepta. Apud Ethnicos etiam inſtituta, præcepta dicuntur, & præſcripta; quo ſtylo uſquequaquè utitur Tit.Livius in procuratione prodigiorum, iuxta præcepta librorum Sibyllarum, quæ dicebantur Sibyllina oracula. Innuit Iuvenal. *Satyr.*13.v.18.

*Pro ordinatione.*

Ierem. 35. 16.

S.Benedict.

Iuvenal.

*An nihil in melius tot rerum proficis uſu?*
*Magna quidem ſacris quæ dat præcepta libellis.*

15 Præcepta enim dicuntur documenta in ſcientiarum, ſeu artium conſecutionem; quæ ſignantur regulæ ſive principia. *Præcepta & res antiquas dominus triplicitatis docet octavæ domus*: inquit Claud. Dariotus *introduct.in Aſtron.* cap.13. & Senec. in *Thebaid.* verſ.661.

Dariot.

Senec.

*Præcepta melius imperij Reges dabunt.*

Ideſt, regulas in rectum regimen. Principia ſcientiarum ſcripta à Deo traditaque Adamo à quo accepit Seth, refert Gelandinus in *Hiſtor.Arab.*(videſis Kircher. *Obeliſc.Pamph.*lib.1. cap.1.& *Oedip.Ægypt.*Tom.2.p.1.claſſ.2.cap.1.) quare Ioſeph.1.Antiq. cap.3. infit: *Seth à patre edoctus nepotes ſui ſimiles poſt ſe reliquit, & ſideralem ſcientiam, ac cœleſtium rerum cognitionem excogitaverunt. Ne autem inventa ſua ex hominum notitia dilaberentur, & prius perirent quàm percognoſcerentur (ſcientes Adamum univerſalem rerum interitum præceciniſſe, unum incendio, diluvio alterum) excitatis duabus columnis, utrique ſua inventa ſcripſerunt, ut ſi lateritiam diluvio deleri contingeret; lapidea ſuperſtes hominibus, diſcendi copiam faceret, & quæ ſcripta continebat, ſpectanda exhiberet.* Inter ſcripta in his columnis Genebrard. in *Chronolog.* ann.325. refert artes liberales, doctrinam de Deo & myſteria futura, de quibus infr. à n.43. Iure igitur à Suida de Adamo dicitur: *Huius ſunt artes & literæ, huius ſcientiæ rationales & non rationales, huius prophetiæ operationes, huius leges ſcriptæ & non ſcriptæ, huius inventiones artium.* Quæ cognoverat & præcognoverat in pellibus ſcripſit: quapropter in *Hiſtor. Saracenic.* legitur: *Hic liber primus fuit: continebat autem præcepta & traditiones in generationes ſecuturas, & interpretationem literarum, pacta & ſtatuta & promiſsiones, & hiſtorias mundi totius exhibebat, generationes hominum ſingulas & figuras eorum, cum omnibus & ſingulis uſque ad cibos & potiones.* Hunc librum traditum fuiſſe Noëmo, qui cuſtos fuit fidiſsimus tanti theſauri, autumat Eugubin. de *Perenn. Philoſoph.* lib.1.cap.1. At nequicquam floreat ſine nugis, multa inania Rabbini commenti ſunt. R.Moſes Ægyptius, ſeu Rambam lib.3. cap.19. ita delirat: *Adam primo natus eſt ex maſculo & fœmina, ſed honorabant eum multum, quoniam è Luna egreſſus, propheta & Apoſtolus Lunæ fuit, & quòd prædicavit gentibus, ut ſervirent Lunæ. Seth contradixit opinioni patris ſui in ſervitio Lunæ: at Adam quando ingreſſus eſt de Luna, & de climate vicino Indiæ, ad clima Babylonis profecturus, multa mirabilia ſecum tulit: ſcilicèt, arborem auri, quæ creſcebat cum ramis, & folijs: & arborem lapidum, & folia cuiuſdam arboris viridis, quæ*

*Pro regulis, ſeu aphoriſmis, principiſve.*

Ioſeph.

*Columnæ ſcientiarum.*

Suid.

*Adam omniſcius.*

*Liber eius.*

Rab.Maim.

*Nugamenta Hebræorum, de Adamo.*

non

*non comburebatur ab igne: sub huius arboris umbra decem millia hominum continebantur, & altitudo arboris ad similitudinem staturæ humanæ. Attulit secum etiam duo folia, quorum utrumque duos homines coöperiebat.* Apage mulum.

16 Alij Rabbini præfata dicunt præcepta; quia quæcunque pellibus, laminis vel columnis fuerunt ab hominibus notata, in firmamento stellarum charactere fuerant pridem scripta. Hinc suo modo fingunt ex figuris constellationum, elementorum alphabeti cœlestis figuras (videsis Kircher. Tom.2. *Oedip. Ægypt.* p.2. classi.7.) quia legunt Genes. 1.1. *In principio creavit Deus literas & scripturam cœli.* Nihil aliud est firmamentum lucidè expansum quàm liber fulgoribus speciosus, stellis ceu literis insignitus, habens vocis scientiam, quia continet omnia. Complicantur enim cœli sicut liber, & omnis militia illorum defluit (uti dicit Isaias 34.4.) nescientibus ordinem cœli ad præsentium, præteritorum ac futurorum eventus. Videt homo ignarus, & cum præ oculis habeat, dicaturque ei, *Lege*: respondet: *Nescio literas*, estò conspiciat stellas. ibid. 29.12. Unde in libello apocrypho (cuius titulus, *Narratio Iosephi*) dicitur, fratres ita morti proximus allocutus: *In tabuli cœli legi, quæ contingent vobis & filijs vestris.* Huiusmodi insomnium secutus est in *Archidox.* Paracels. & in *occult. philosoph.* Cornel. Agrippa: at præ omnibus desipuit Robert. de Fluctibus, in *Apolog.* cruc. roseæ. *In cœlo inserti* (ait) *& impressi sunt characteres, qui non aliter ex stellarum ordinibus constentur, quam lineæ geometricæ, & literæ vulgares ex punctis, superficies ex lineis, corpus ex superficiebus. Quibus vero huiusmodi linguæ & scripturæ arcanæ, characterumque abaitorum cognitio a Deo concessa est* (igitur ut canit ex Propheta Sedul. lib.1.*Carm.* v.66.)

*Præceptum pro influxu constellationis.*

*Characteres stellarum.*

Rob. de Fluct.

*Qui stellas numeras, quarum tu nomina solus*
*Signa, potestates, cursus, loca, tempora nosti.*)

Sedul.

*His etiam datum erit, veras rerum naturas, mutationes, alterationes, & proprietates siderum, omnesque alias operationes & executiones oculis, quasi illuminatis, legere, & legendo intelligere.* Ita vidit & legit Iupiter, dum edicto diluvio, dixit eiusdem furfuris Dijs, apud Ovid.1.*Metam.*fab.7.

*Delirium.*

*Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus,*
*Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli*
*Ardeat, & mundi moles operosa laboret.*

Ovid.

Legerat etiam Sophocles in libro splendenti fatalem tantæ machinæ ecpyrosim. Ita ergo succinit apud Iustin.Martyr.lib.de *Monarchia*:

*Erit, erit enim illud sæculorum tempus,*
*Cùm plenum ignis thesaurum laxabit*
*Igneus æther, pastuque flamma*
*Omnia & terrestria & sublimia*
*Comburet insaniens.*

Sophocl.

Legit Plinius proculdubiò futuram conflagrationem, uti signat *lib.2.cap.106.* & *lib.7.cap.* 16. legerunt Stoici, uti videris apud Lipsi. in illorum *Physiolog.*2. cap.22. Cœl. Rhodig. *lib.2.cap.21.* Non solùm legerunt, sed calluerunt Lucan.1. *Pharsal.* à v.72. & Lucret.5. de *Rerur.natur.* à v.95. igitur huiusmodi pyra fiet, ut hìc observat Dionys. Lambinus, cùm septem sidera errantia in unum ex duodecim signiferi animalibus coierint. Præclarè legerunt stellarum characteres: at nemo ut Postellus, qui ut sciremus quanta sciret, Commentat. in *Ietsira*, hæc auctoratè effutit & turgidè: *Si dixero in cœlo me vidisse in ipsis sacræ linguæ characteribus* (ab Esdra primùm pulchrè expositis) *ea omnia, quæ sunt in natura rerum constituta; vix ullus mihi crediderit.* Acu rem tetigit. Nec ullus: non est illius nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.

Postell.

17 Ex hoc delirio tanquàm ex equo Troiano exierunt tot monstra, quot sunt in Rabbinorum Cabala; de qua brevi agam: qui plura desiderat, consulat Bonfrerium *Præloq. in Script.*cap.21.à sect.1.Leonard.Mar. *Prolegom.* quæst.8. sect.2.Maiol. *Tom.7. colloq.5.* Sixt.Senens. *Biblioth.sanct.* lib.2, verb.*Esdras*, & lib.3. de *Elementar. expositi.* Quintanill. de *Arca fœder.* lib.1. Annot.8. à sect.1. & denique Kircher. fusè tota classi.4. p.1. tom.2. *Oedip.copt.* ubi satiatur curiositas, claret scripturæ veritas & pallet Rabbinorum auctorata fatuitas. Cabala est doctrina, seu notitia arcanorum in Scriptura latentium, ore duntaxàt prolata: quæ dicitur *Cabala*, seu traditio, & *Masora*, seu receptio: receptio respectu discentis, traditioque respectu dictantis. Cabalam incœpisse astruunt Hebræi a Moyse, postque captivitate Babylonicà solutà, ab Esdra propagatam, ut ille dicit lib.4.cap.14. à v.3. *Dominus dixit ad me: Revelans revelatus sum super rubum, & locutus sum Moysi, quando*

*Quid Cabala?*

4.Esdr. 14. à 3.

*populus meus serviebat in Ægypto: & misi eum, & eduxit populum meum de Ægypto, & adduxi eum super montem Sina, & detinebam eum apud me diebus multis, & enarravi ei mirabilia multa, & ostendi ei temporum secreta & finem: & præcepi ei dicens: Hæc in palàm facies verba, & hæc abscondes.* Hinc doctrinà arcana revelata senioribus, ideſt, sensus allegoricus & anagogicus horum quæ construebat, & populo universo dictabat, uti post fecit Paulus, alloquens Hebræos, à *cap.3.* Astruit Hilarius in *Psalm.2.* Nazianz. 1. *Apologet.* Picus in *Apologia*, & Petr. Cunæus, de *Republ. Hebr.* cap.8. & 9. Esdras cùm in Babylone de doctrina mysteriorum cogitaret; ne varijs populi vastationibus periret, colligere decrevit, & consilium suum viris pijs, doctissimisque in lege communicavit. Moyses doctrinam secretiorem à Deo accepit, Iosue tradidit, hic senioribus, seniores prophetis, prophetæ viris magnæ Synagogæ, ut placet Alapide, in *Numer.* 11. 16. Magna Synagoga dicitur Synodus magna sub Artaxerxe Longimano, cui interfuerunt (ut observat Genebr. 2. *Cronolog.* ann. 3710. ex Elia Levita, præf. 3. *Masoreth.*) Nehemias, Mardochæus, Zorobabel, Iosue filius Iosedec, Ananias, Azarias, Misaël, Aggæus, Zacharias, Malachias, prætuitque Daniel, ut ait Alapid. loc. cit. In hac synodo constitutus est ordo librorum Canonicorum (qui etiam divisi per sententias, membra & versus) & simul literæ, seu alphabeti elementa mutata, auctoritate Synodi, vocataque Assyria, seu Syro-Chaldaica, quia prisca Samaritani callebant.

Origo.

Quæ magna Synagoga?

18 Hinc simulatque Esdras venit in Ierusalem, incubuit in cogitata, & à viris magnis iussa; quoniam lex incensa fuit, & venturi profectò nescirent, quid sub lege lateret. Iussu Dei (inquit loc. cit. à v. 23.) præparavit tabulas buxeas, ut scriberet in eis. Scripsit, seu potiùs quinque scriptoribus dictavit: tuncque audij à Deo: *Priora quæ scripsisti in palàm pone, & legant digni & indigni: novissimos autem septuaginta conservabis, ut tradas eos sapientibus.* His ergo, queis firmatur, Cabala corruit: igitur si Cabala est traditio & receptio doctrinæ secretioris ab ore tantùm susceptæ, illa doctrinà scriptà, & sapientibus traditâ, Cabala non erit. Originem alij Rabbini non à Moyse sed ab Adamo, non literis cognitas, cabalisticas traditiones habere arbitrantur. Adamum cognovisse mysterium SS. Trinitatis, asserit Epiphan. init. lib. 1. *contra hæres.* etiam incarnationis & passionis filij Dei, ruinæ Angelorum habuisse notitiam claram, astruunt plures videndi apud Suar. lib. 3. de *Opere sex dier.* cap. 18. Valentiam in 1. *p. d. sp.* 7. *q.* 2. *punct.* 1. Vazquez, *tom.* 1. *in* 3. *p.* disp. 12. num. 5. Alap. in *Genes.* 2. 21. Pererium, lib. 5. in Genes. disp. 1. quæst. 4. à num. 33. sed ne sine nugis inolitis quicquam dicant, ita Rabbini insaniunt. *Raziel Angelus magister Adami* (refert ex illis Kircher. loc. cit. *cap.* 2.) *commissi peccati condonationis expiationisque rationem exposuit, viam ad salutis reparationem monstravit, & Divinum Verbum per allegoriam declaravit. Thalmudistæ hoc allegorico verborum involucro proponunt. Deus post conditum sæculum, cœlique machinam consummatam, cùm ex parte Aquilonis ingens foramen reliquisset, mirati filij Dei dixerunt: Ut quid Domine tantam in hac Aquilonari parte fœlitatem relinquis? Cur non ut cæteras partes stellis ornas? Respondit Deus: Hoc foramen claudi non poterit, nisi venerit mihi æqualis, & hic claudet foramen, & omnem decorem reparabit.* Hæc enim & alia protoparens tradidit filijs & nepotibus, unde sumpta Cabala, seu doctrinæ Mysticæ traditio. Illustre quidem ratiocinium!

Cabalæ progressus.

Vers. 45. & 46.

Adamus mysteriorũ legis gratiæ habuit notitiam?

Kircher. Nugæ Rabbinorum de Cœli foramine.

19 Mihi verosimile videtur inter seniores Hebræorum fuisse traditiones ex primis Patriarchis ante & post diluvium, inter seque locutos de pluribus mysterijs, maximè de redemptione generis per adventum Salvatoris. Constat ex die, quo gavisus est Abraham, de semine suo cognocens, Dei promissione, Christum venturum in mundum. *Ioan.* 8. 56. Addit Birgitta in *Serm. Angelic.* cap. 8. *etiam Abrahæ divinitùs fuisse præostensum, quòd una filiarum suæ stirpis immaculata virgo Dei filium parturiret.* Exod. 4. 13. dicit Moyses Domino: *Mitte quem missurus es.* Iam ergo fidem habebat: siquidem præter Abrahamo promissa, ut dicitur *Luc.* 1. 55. iterat Moyses, quòd dixit Iacob: *Donec veniat, qui mittendus est.* Genes. 49. 10. Liquet etiam ex Prologo Siracidis, ubi infit: *Avus meus Iesus postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, & Prophetarum & aliorum librorum, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt, &c.* Hæ igitur videntur esse sanctæ traditiones de legis prophetarumque arcano sermone: aliàs, ni extra legem & prophetas libri, à Deo, non traditi à parentibus dicerentur. Roborat infrà subdens: *Postquàm perveni in Ægyptum, inveni ibi libros relictos non parvæ, neque contemnendæ doctrinæ;* quod quidem nequit dici de libris sacris, qui summam continent doctrinamque venerandam. Hi libri dici poterant Cabala, seu seniorum traditiones: quippe in Rabbinorum, qui fuerunt ante Christum commentarijs, plura inveniuntur de nostræ fidei mysterijs, sub corti-

Birgitt. Virginis Mariæ existentia Abrahamo revelata.

Quæ vera Cabala?

ce literæ obumbratis: imò perſpicuæ expoſitiones de Meſsia eiuſque Virgine-matre; ut obſervant Galatin. lib.1. *Arcanor.* cap.3. & Burgenſ. in *Scrutin. ſcript.* diſtinct.1. cap.1. arbitrantes traditiones ſeniorum, eſſe ſacrorum librorum expoſitiones à quibuſdam Doctoribus Hebræis ſeriò excogitatas, & ideo dictos Iuriſperitos, quia callebant, quæ intra elementa continebantur: communicabantque idoneis, inter quos manſit ſecretæ doctrinæ acceptio, palàm expoſitâ doctrinâ communi, ſub ſigillo niſi inter perfectos recluſis arcanis doctrinæ myſticæ: unde Paulus cum ex Scripturis exponeret Chriſtum Dei virtutem, Dei ſapientiam, Iudæis ſcandalum, gentibus ſtultitiam ſubdit: *Sapientiam autem loquimur inter perfectos*: ideſt, in eos, qui Scripturæ percallent ſenſus arcanos, & quibus Doctores ſecretò communicabant huiuſmodi ſenſus. 1.Cor. 2.6.

20 Plauſum & nomen Doctorum quærentes aliqui præſtigiatores apud vulgus, arcana Scripturæ curioſis, vel prece vel pretio, indicto ſilentio, indicare ſtudebant: etenim cum illiterati audirent ſcientiam cunctorum in ſcriptura contineri, & iuriſperitos ſibi clavem reſervare: avidè arcana illa callere cupiebant, & doctrinæ occultæ inhiabant, ut futura ſcirent, & miracula facerent: ſcitis igitur Cabalæ combinationibus, ſicut in alphabeto cœleſti conſtelationum & Planetarum aſpectibus; nihil impoſsibile voto. Per Cabalam ſciebant verba, nomina & literas ſparſim in Scriptura collocatas, nectere, dividendo, tranſferendo, tranſmutando, præponendo, aut poſtponendo; ut alterum ex altero efformantes, & ſententias ad libitum fingentes, audientium haurirent cerebrum, plaudentes embolium, quaſi exponerent theſaurum, ut deciperent ipſi de vanitate in idipſum. Hæc Cabala ab his ſeductoribus dicitur *Marcana*, quaſi ſymbolica Theologia, in qua literæ, numeri, res, nomina, elementorum apices, puncta, lineæ, imò accentus, & forma profundiſsimis, ſcitu dignis, ſacramentis repleta. Plura huius fatuitatis exempla, videris, ſi placet, apud Kircher. *d.Claſſ.* 4. 5. & 7. Alia Cabala dicitur *Theömantia*, quæ divinæ maieſtatis myſteria, emanationes, attributa, ſacraque nomina (maximè decem eius præcipua nomina, quod dicitur *Sephirot*, de quibus idem ibid.à cap.9. & Leonard. Marius in *Exod.*15. digreſſ. de *Dei nominib.* cap.4.) impensè ſcrutatur: quam quidem qui felix naſciſcitur, quæ non inde piſcetur? Admirandis pollebit virtutibus, inauditis florebit perfectionibus, cœlos penetrabit, quando & quandiù voluerit, futura cuncta cognoſcet, toti naturæ imperabit, in Angelos & dæmones ius habebit, ac miracula perficiet. Ideo Salomon de ſe dicit (delirant ſic nugatores) Sapient.7. à v.17. *Dedit mihi horum, quæ ſunt, ſapientiam veram, ut ſciam diſpoſitionem orbis terrarum, & virtutes elementorum, initium & conſummationem & medietatem temporum, viciſſitudinum permutationes, & commutationes temporum, anni curſus, & ſtellarum diſpoſitiones, naturas animalium & iras beſtiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias vircultorum & virtutes radicum, & quæcunque ſunt abſconſa & improviſa didici: omnium enim artifex docuit me ſapientia.* Hinc *diſputavit ſuper lignis, à cedro quæ eſt in Libano, uſque ad hyſſopum, quæ egreditur de pariete: & diſſeruit de iumentis & volucribus & reptilibus & piſcibus*, 3.Reg. 4. 33. additque Ioſeph. 8. *Antiq.*cap.2. *Artem conſecutus eſt ad utilitatem & medelam hominum, quæ adverſus dæmones eſt efficax. Incantationes enim compoſuit, & coniurationum modos ſcriptos reliquit, quibus cedentes dæmones fugantur::. Modus curationis erat hic: Admoto naribus dæmoniaci annulo, ſub cuius ſigillo incluſa erat radicis ſpecies à Salomone indicatæ.* Vide quæ diximus, *Tom.5.T.9. à n.*18. *Falſa, & commentitia.* *Marcana.* *Theömantia* *Sicientiæ Salomonis tribuitur Theömantiæ.* Ioſephi.

21 Proculdubiò furatus eſt Cabalam Orpheus, vel cœleſtem legere didicit in firmamento ſcripturam. Ita enim ſcripſit lib.de *Lapillis* in proœmio. à v.43. *Orpheus magni.*

*Scire cupit ſi fortè, ſciet quæcunque volutant*
*Pectoribus tacitis mortales, quæque volucres*
*Inter ſe ſtridunt, cœli per ſumma volantes:*
*Infandum ut crocitant cantum mortalibus ullis,* Orph.
*Significantque Iovis mentem, gens nuncia fati.*
*Is ſerpentis humi noſcet firmare draconis*
*Sibila, ſerpentumque ſciet ſuperare venena.*

Alia apponerem, ſed adi, *Tom.*3.*T.*3.*D.*3.*n.*18. *Tom.*4. *T.*3.*à n.*18.*& Tom.*5. *T.*7.*n.*36. *& T.*10.*n.*43. Sed dicent, quid mirum? Ipſe dicit à Moyſe: unde in Hymn.ſuccinit.

*Deique manum video; verùm ipſum cernere quis ſit,*
*Nequaquàm valeo; nam nubibus inſidet altis:*
*Nemo illum niſi Chaldæo de ſanguine quidam* *Legit Scripturam.*
*Progenitus vidit, quem cœlorum aureæ ſedes,*

Idem.

*Sublimisque tenet, cuius se dextera tendit*
*Oceani ad fines, quem de radicibus imis*
*Concussique tremunt montes, nec, pondere quanvis*
*Immensa sint, ferre queunt, qui culmina cœli*
*Alta colens, terris nunquam tamen ille fit absens.*
*Ipse est principium, mediumque, & exitus idem.*
*Priscorum nos hæc docuerunt omnia voces,*
*Quæ binis tabulis Deus olim tradidit illis.*

*Quis, Deus ex eius sententia?*

Consule Kircher. *Class.*3. cap.4. Ut perfricta bambalionum horum pateat frons, miracula facta à Moyse, tribuunt cognitioni Cabalæ Theömanticæ; igitur ille percalluit nomen *Iehova*, quod nulli alij illudusque revelatum *Exod.*6.3. Si alij deinde non fecerunt alia signa; haud alia de causa nisi quia, etsi nomen scirent, non rectè pronunciabant, ut virtute rectæ prolationis miraculum fieret. Unde ut ritè fieret, Deus nomen *Iehova* sculpsit in lapide, quem invenit Moyses, pòst Salomon: iccircò tantæ virtutis nomine, ille tot portenta fecit, hicque rerum cunctarum naturas percalluit. Adi Mathiam Toring. contr.Burgens. Exod.3. §. *In Septim.quæst.*

*Nomē Iehoba quantæ virtutis!*

22 Alto intuitu hæccine nebulones finxerunt, unde Thalmudistæ audaciores (ne fides ulla daretur Christi miraculis, nec ex illis crederetur Messias, qui facit mirabilia magna solus) commenti sunt, non aliter facta à Christo portenta, quàm à Moyse & Salomone facta: equidem Christus invenit denuò lapidem illum (post utriusque obitum sub terra absconditum) in quo pridem sculptum nomen *Iehova*: quare iurè tot miris exhibitis, tot miraculis patratis, non dicitur Dominus, sed *benedictus qui venit in nomine Domini.* Psalm. 117.26. Papæ! quanta sciunt! Consule August.1. de *Consensu Evangelist.* cap.9. Sist. Senens. lib.2. Biblioth. fol.75. & Galatinum *lib.*8. *cap.*5. Diximus aliqua *Tom.*5. *T.9. num.* 24. Apud illos prævaluit, nullum miraculum factum, nisi virtute huius nominis, quod quidem facile inventu per Cabalam Theömanticam. *Hac putant* (subdit Maiolus, quò sup.) *Mosen tot signa edidisse, virgam in colubrum, aquam in sanguinen vertisse: ranas, muscas, pediculos, locustas, bruchos, ignem cum grandine, vesicas & tabes Ægyptijs immisisse, primogenitum omne ab homine usque ad pecus interemisse, suosque deducentem mare aperuisse, fontem de petra, coturnices de cœlo produxisse, aquas amaras dulcorasse, fulgura & nubes per diem, columnam ignis per noctem suis præmisisse, vocem Dei viventis ad populum è cœlis devocasse, arrogantes igne, murmurantes leprà percussisse, malè mærentes subita strage, alios terræ hiatu absortos affecisse, populum cœlesti cibo pavisse, serpentes placasse, venenatos curasse, numerosam turbam ab infirmitate, vestes eorum à corrosione conservasse, & hostium victricem reddidisse. Hac miraculorum arte & Iosue stare Solem præcepisse: Eliam ignem in adversarios è cœlo devocasse, puerum mortuum vitæ restituisse: Danielem leonum ora perstrinxisse, tres pueros in camino æstuantis incendij carmina succinuisse. Porrò hac arte Christum tam miranda astruunt sæpe fecisse.* O bone Deus! quæ & quanta amittimus Cabalæ nescientia! Miseri idiotæ sumus, sed illi miserabiliores: equidem totam istham rotam penitiùs sciunt, & nulla miracula faciunt. Sciunt, vel nesciunt? Si nesciunt, quid docent mirificà theömantia? Si sciunt, quo animo tanta virtus otiosa? Sciunt audientes esse curiosa sectantes, qui illos nesciunt esse insignes bambaliones, & nugas tegendas nugis, quarum in Ethnico circa ethnica insigne invenitur exemplum apud Lucian. dialog. *Pseudomatis*, seu *Alexander.* Non in cœlo leguntur hæccine deliria, sed in Thalmudistarum cerebro: etenim populo duræ cervicis sufficeret esse cœli præcepta, ut nequaquàm observarent; imò nec legerent. Pervetusta Hæbreis huiusmodi lepra, cuius medicina flamma, ut ostenditur, Actor.19. 19. *Multi ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt.* At phœnices videntur: repellulant in flamma, maximè dum flant, alioquin viri docti, ut Galatin.1. de *Arcan. Cathol.verit.* Reuchlin. de *Verb. mirific.* Georg. Venet. in *Harmon.* & quod magis miror, Picus Mirandulanus (cuius sectiones videsis apud Bonfrer.loc.cit.) qui scripsit accerrimè in Astrologos iudiciarios, & defendit pro viribus arcana Cabalæ; ita ut *Conclus.*9. auderet astruere *Nihil magis conducere in declarationem divinitatis Christi, quàm Magiam & Cabalam.* Præcepta ergo quæ in cœlis astris scripta sunt, nihil profectò aliud, quàm ordo, regula, lex stata, & rata, de moribus, influxibus, actionibus & temporibus, quibus astra apparere influereque debeant; quippe constituta in signa temporum dierum & annorum. Manent stellæ in ordine suo. *Cunctis diebus terræ sementis & messis, frigus & æstas & hyems, nox & dies non requiescent.* Genes. 8.22. *Idem est ignis, aqua, aër, consules ijdem & Senatores Sol, Luna, Lucifer: leges omnibus*

*Calliditas Thalmudistarum.*

*Omnia miracula facta fingunt nomine Dei à Deo in lapide scripto.* Maiol.

*Fautores Cabalæ.*

Picus Mirand.

*Præcepta cœlorum sunt ordo naturæ.*

eadem

*eadem sub uno ordine atque imperio, solstitia, æquinoctium, vergiliæ, Arcturus, articulus sementis, articulus plantandi: Rex etiam & princeps unus Deus, qui principium, medium ac finem tenet universitatis, cuncta complens.* Ita Plutarch. libell. de *Exilio.* & Manil. 1. *Astron.* cap. 2. à v. 72. Plutarch. Manil.

*Lunaque per totidem luces mutetur, & orbes:*
*Et natura vias servet, quas fecerat ipsa.*
*Nec tyrocinio peccet, circumque feratur*
*Æterna cum luce dies, quo tempora monstrat:*
*Nunc his, nunc illis eadem regionibus orbis*
*Semper, & ulterius vadentibus ortus ad ortus,*
*Occasumve ortus cœlum & cum Sole perennet.*

Hoc præceptum, quod non præteribunt cuncta acceperunt à Deo.

*Qui cœli fabricator ades, qui conditor orbis,*
*Qui maris undisonas fluctu surgente procellas* Sedul.
*Mergere vicinæ prohibes confinia terræ:*
*Qui solem radijs, & Lunam cornibus imples,*
*Inque diem ac noctem lumen metiris utrunque.*

Canit Sedulius, quò dudùm à v. 61. Adi etiam Cœl. Rhodig. lib. 10. cap. 1. Petr. Gregor. de *Republ.* lib. 12. cap. 5. & impugnatores Delrium, 4. *Disquisit. Mag.* cap. 2. quæst. 7. sect. 4. Moure, sect. 2. cap. 5. & Ciruel. *Paradoxor.* q. ult.

23 Quod Cabalistæ conficiunt & comminiscuntur de nomine Dei *Iehoba* (quod tetragrammaton in cunctis orbis nationibus, uti exhibet Kircher. graphicè d. *claff.* 4. c. 7.) ut se ostentent pios, vel in idiomatibus Orientis doctos, deducunt Catholici in sacratissimum nomen Iesu, virtutem intendentes characterum, queis scribitur, & negligentes à quo virtus nominis, uti dixi, *Tom.* 5. *T.* 11. *D.* 5. de venerabilissimo Mariæ nomine (quæ legeris, quia displicet acta agere) igitur nomen Iesu vel supra id quod pietas vel religio exigit operatur mira & ex opere operato. Ita astruit Serarius lib. 1. *Iosue*, cap. 2. quæst. 14. Gretserus lib. 4. de *Cruce* à cap. 44. & Marsil. Ficin. in *Gratyl. Platon.* quasi aliquam vox posset habere virtutem, sine relatione ad Christum cuius est nomen. Unde Serar. pro parte affirmativa (sed negativam pòst cordatiùs amplectitur, etsi prætereat impugnator Theophil. Raynaud. in *Diptych. Marian.* p. 1. punct. 2) infit: *Soni ratione virtus videtur probari ex eo quod si alia lingua vel sono efferatur, vel eius Synonymum, nihil, aut certè non tantum efficit.* Prorsùm siccine infelices essemus, qui non novimus vocare *Iehova*, aut *I suba*, aut: *Ibsub.* O lepidissima capita! *Cum ergo dicimus & credimus esse Trinitatem* (ait August. lib. 8. de *Trinit.* cap. 5.) *novimus quid sit Trinitas, quia novimus quid sint tria; sed non hoc diligimus. An verò diligimus, quòd omnis Trinitas, vel quòd Trinitas Deus?* Minimè attendendum ad nomina, sed ad significata, quæ quidem eadem sunt, etsi distincta orbis terrarum idiomata; quin ex elementis huius, vel huius linguæ habeant aliquam efficaciam, ut erronee tribuit nominibus Origenes lib. 5. *contra Celsum*, prop. fin. *Neque enim ab hominibus* (infit) *initium sumpserunt linguæ hominum, ut iquet animadvertentibus proprietates incantationum*) considera thematis finem, ut nullius censeas auctoritatis auctoritatem) *in linguis varijs, & varios accentus nominum pro diversis regionibus. Voces genuinam vim habentes in lingua quadam, si transferantur in aliam, non eandem vim obtinent. Idem reperitur in hominibus: hominem enim à nativitate Græco nomine illo vel illo vocatum, si mutato nomine in Romanum vel Ægyptium, aut cuiusvis gentis incantaveris; non erit efficax incantatio.* Profectò, ubi Origenes malè, nemo peior. Huius propositi fatui asseclæ sunt Georg. Venet. in *Problem.* tom. 6. sect. 8. n. 296. Reuchlin. de *Verb. mirific.* lib. 2. & 3. Ficin. lib. 3. de *Vita cœlest.* cap. 21. Anton. Mizald. *Memorab. centuriat.* & quod mirum (nonnunquàm Doctissimum sum veneratus) Alphons. Mendoza, in *Quolibet.* quæst. 10. Scholast. à num. 1. qui postquàm nugas præf. AA. quas etiam compilavit Kircher in *Cabal. Saracen.* protulit, num. 2. subdit: *Si vera sunt, & certè verissima sunt.* Sed unde? Quia nominum characteres cœlorum figurant imagines, & quandam cognationem cum constellationibus habent, uti radij rerum signatarum, cum efficacitate indita à proprietate linguæ? Ita nugatur Rabb. AKiba dicens in *Cabal.* insulsè: *Characteres hi sunt volentes supernè in fundamento Sapientiæ, & sunt administratores spiritus & præfecti ad omnia, eorumque operationes notæ sunt.* Respondet Rabb. Moys. Maimon, seu Ægyptius (de quo cæteri Rabbini, ut observat Syst. Senens. 4. *Biblioth.* in fin. *A Moyse usque ad Mosen, non surrexit alter Moses, sicut iste.*) in *Ductor. dubitant.* cap. 71. ita infit. *Mendaces & stul-*

*Sonus nominis Iesu nullius virtutis*

*Nec ullum nomen, aut vox.*

Origen.

Alphons. Mendoz.

*Nihil habent cum characteribus coeli.*

Rabb. AKib

Rab. Maim.

*stultos esse, qui soli figuræ, soli scripturæ, solis denique lineamentis, aut vocibus ære fracto natis tantam mirabilium potestatem adscribunt.* Idem D.Thom. 2. 2. q.96. Delr. 1. *Disq. magic.* cap.4. q.1. & 3.Reyes-Franc. in *Camp.Elys.* q.22. & 23. Hinc iurè Gabriel Medina, lib.2. de *Recta in Deum fid.* cap. 7. inquit: *Nullum maius mysterium in Hebraicis nominibus, quàm in alijs cuiuscunque idiomatis reperio; nisi quòd quidam ingentia volumina de nomine Iehova tetragrammaton ediderunt; quæ an potiùs sint Rabbinica inventa, quam Theologici laboris fructus, non modò diffinio.* Idem invenies apud Molanum, qui, cùm Povelus *lib.*2. fol.372. impudenter de Ecclesia Catholica dicat: *Ecclesia Pagana peccat contra secundum Symboli articulum, dum syllabas & literas huius nominis IESU, secundum se consideratas, venerandas esse indicat*: respondet cap.57.de *Pictur.* pro Catholicis: *Sciunt hi ex sacris concionibus, & aliundè, in literis vocis IESUS, non contineri aliquod mysterium, sanctitatem aut virtutem: easque non esse maioris virtutis, quàm tuum, aut meum nomen.*

Medin.

Povel. Molan.

24 Si nihil aliud literæ nudæ, quorsùm de nudis literis tanta volumina? Cuncta Rabbinica & Cabalistica insomnia. Quid quod nomen Christi Hebraicè sit *Iesuah*, & aliorum haud aliter vocatorum fuerit *Iehosuah*? Quid inde? Etiam hoccine falsum: etenim de Iesu filio Iosedech, 1. Esdr.2.2. ubi, *Iosua*, Heb.legit: *Iesuah*. Maluend. *Iesuagh*. Unde claret Rabbinantium mendacium, & inter nomen Iesu & aliorum, nullum interesse discrimen. An illud, quòd nomen Dei tetragrammaton, arcanum SS. Trinitatis, *Iod*, *He*, *Vau*, *He*, hoc est, *Iehovah*, insit nomini Iesu; meditanterque replicatur *He* (quod significat filium, seu Dei Patris verbum, sicut *Iod* Patrem, principium sine principio, & *Vau* Spiritum Sanctum, utriusque nexum) vel quia *He* filius habet solus respectus producentis & producti, qui non invenitur nisi divisivè in alijs duabus personis; vel quia in filio Christo Domino cùm sit duplex natura, divina & humana, debebat in signum, fieri replicatio *He*. Optimum & ingeniosum ratiocinium in concionem curiosam, quin ut mysteriosam nudam characterum venditarent figuram. Profundiùs nugatur illustri cogitatione Reuchlin. quò supr. *Nomen* (inquit) *Sacrosanctum Iesu idem est, ac nomen ineffabile Dei Iehovah, interiecta litera, Sin.* At quo intuitu interiecta? Quia Christus Salvator est, & litera *Sin* habet figuram lampadis. Unde huc collimans Isaias, 62. 1. ait: *Propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor iustus eius, & Salvator eius ut lampas accendatur.* Oleo enim ut luceret, lampas egebat: ideoque Cantic.1. 3. dicitur: *Oleum effusum nomen tuum.* Io! Si lampas egebat oleo, Reuchlini cerebrum indigebat helleboro. Ex ipsis Rabbinis constat quodnam nomen ineffabile Dei. Tharphon.apud Kircher. d.cap.7.infit: *Tria sunt tempora, quibus usitata fuerunt tria diversa Dei nomina. Tempus naturæ utebatur nomine Schadai* (Saddai) tempus legis *scriptæ nomine Dei Iohova: & tempus Messiæ iusti nostri, nomine Ihsuh.* Duo clara ex testimonio liquent: nimirùm hunc Rabbinum cognoscere venisse Messiam, cuius nomen *Ihsuh*; & nomen Iesu haud procedere à nomine Dei, sed econtrà; quia *Ihsuh* iam nomen Dei.

*Frigida & inania de nomine Iesu.*

Reuchlin.

Tharph.

25 Paulus Burgensis in *Exod.*3. q.6. etiam rabbinizat, sed inconsequenter: dicit enim in nomine Iesu esse nomen Dei tetragramaton, *Iehova*; quòd quinque vocalibus tantùm constat, cuius cogitationem amplectitur & plaudit eruditus Mendoza, num.6. Si quinque literis vocalibus constat, unde nomen tetragrammaton? At quid quod in nomine sint quinque vocales? *Deitatem* (subdit Mendoza) *quæ hoc nomine significatur, nullam admittere compositionem; sed esse rem simplicissimam & purissimam, sicut & vocales purissimam habent prolationem IEOVA.* Vah! Valebit anagramma? Legitur perspicuò *OVEIA*. Iam Christus hoc nomine non erit agnus, qui tollit peccatum mundi. Sicut hæc ludicra, pariter illa. Seriò igitur respondendum. Si quia vocales simplicissimam habent prolationem *IEOVA* dicit, uti Christi nomen, simplicitatem; perperàm hoc nomine declaratur Christi persona, quæ duplici mirabiliter constat naturâ. Deus est enim & homo; qui quidem si unus, non unus conversione divinitatis in carnem; sed assumptione humanitatis in Deum. Adde, Genebrardum in *Psalmor.* præfat. nomen Iehova dicentem etiam apud Hebræos inauditum de Deo, illosque inficiari nullum huius prolationis habere divinum vocabulum: de quo aliqua dicemus *Tautolog.*8. Alia puerilia nugivenduli effutiunt: nimirùm, *Iehova* esse nomen ineffabile, quia literæ quibus constat, insonæ sunt; & nullam per se articulatam vocem possunt exprimere. Ergo nihil significat, ne quit significare nomen *Iehova*. Cur igitur tribuitur Deo, & Christo Domino? Quorsùm tanta moles voluminum ac disputationum? Sane nomen, dicunt, ineffabile esse, sed Christum declaraturum huius nominis rectam pronunciationem, iuxta illud Psalm. 21. 23. *Narrabo nomen tuum fratri-*

*Deliria.*

Mendoz.

*Et dicibula.*

*tribus meis.* Præclarè quidem : sed quomodò ? Perpende acumen , ingenioſamque cogitationem ; ſed debaccantem. *Nomen hoc Iehova, quod ſine vocalibus ſcribitur* (ipſi viderint, quomodò ſine vocalibus , quod totum ex quinque vocalibus conſtruebant) *IHUM, ſi in medio recipiat literam Sin* , convertitur in nomen *IHSUH , ſeu Ieſuah.* Ita Reuchlin. *lib.* 3. & Andr. Oſiander lib. 1. Annot. in *Harmon. Georg Venet.* iam ab Inquiſitoribus proſcripti. Sint ergo hæc fatua : ſed quid inde ? Unde Chriſtus docuit rectam pronuntiationem nominis Iehova , ut nomen Dei fratribus recte narraret ? Si rectè in nomine *IHSUH*, priuſquàm illic doceret , vocatum eſt nomen eius Ieſus , quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquàm in utero conciperetur. Si litera *S* non eſſet in pronunciationem inventa, corrueret proculdubiò tota ſacri nominis machina , qua Cabaliſtarum ridentur embolia. Videtur utique mihi hos hebraizantes cum delirij cognitione delirare , peſſundantes vocari inſanos, modò audiant doctos , callentes myſteria linguæ Sanctæ , quæ cæteros arbitrantur neſcire.

Reuchlin.

*Fatuitates fatuitatum.*

26 Nomen Dei haud quia conſtet vocalibus , vel non conſtet , dicitur ineffabile; ſed quia ſonat Dei eſſentiam , quæ indecibilis , indefinibilis & ineffabilis eſt. Nominatur Deus utique à nobis , ſed non ideo propriè eſt à nobis nominabilis: igitur nullum nomen poteſt exprimere ſecundum ſe innominabilem divinam naturam: quo quidem ſenſu, Prov. 3. 5. dicitur : *Quod nomen eius , & quod nomen filij eius , ſi noſti ?* aſtruitque Dionyſ. de *Div. nominib.* cap. 1. & Theologi cum D. Thom. 1. *p. q.* 11. & Magiſt. 1. *diſtinct.* 22. Aliquid enim par erat habere , quo nomine diceretur indecibile , & exprimeretur ineffabile. Hoc nomen nobis : *Deus* eſt , apud Græcos *Theos* , & ſic de alijs nationibus ; haud quia *Deus* nomen ſit Dei , ſed quia hac voce ſignamus , quod nominare & diffinire non poſſumus. Naturam hoc nomine ſignamus Dei , ſed nomine Dei non diffinimus naturam , ut propriè Deum nominemus , quia non cognoſcimus. Sic igitur dum per attributa nominamus , vel abſtractè , exprimendo ſimplicitatem , uti Prov. 8. 12. *Ego ſapientia* : vel concretè, declarando perfectionem, uti Exod. 15. 3. *Omnipotens nomen eius.* Brevi de cunctis Magiſter Sentent. loc. cit. *Deus* ( inquit ) *non eſt manus eà magnitudine , quæ non eſt quod ipſe , ut quaſi particeps eius ſit. Deo non eſt aliquid maius. Eà ergò magnitudine magnus eſt , qua ipſe eſt : non participatione magnitudinis magnus eſt; ſed ſeipſo magno manus eſt, quia ipſe eſt ſua magnitudo. Ita de bonitate , & æternitate , & omnipotentia dicendum eſt.* Similiter de nomine cenſendum. Pſalm. 82. 19. *Ut cognoſcant , quia nomen tibi Dominus:* Hebr. *Quia tu es nomen tuum Domine.* Vid. Maluend. Ioann. 14. 13. *Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo* , exponit Auguſt. apud D. Thom. opuſc. 60. cap. 6. *In nomine meo, quod eſt Chriſtus Ieſus.*

*Unde Dei nomen dicitur ineffabile?*

Pet. Lomb.

*Nomen pro cuius eſt nomen.*

Auguſt.

27 Pro quo ſciendum (quod ſæpe monui maximè *Tom.* 5. *T.* 11. *D.* 5. *n.* 3.) nomen ſumi ſæpeſæpius in Scriptura pro illo cuius eſt nomen, ut patet, Act. 3. 6. *in nomine Ieſu-Chriſti*, v. 16. *In fide nominis eius: cap.* 4. 12. *Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus , in quo oporteat nos ſalvos fieri* : quibus in locis nomen ſumendum pro cuius nomen eſt , ideſt , Ieſu-Chriſti. Unde cum ab hoc ſit ſalus , qui dignus , ob tantam in hominem dignationem , maieſtate , potentià, honore ; nomen eius frequenter uſurpatur pro eius poteſtate , maieſtate & honore. Patet ibid. v. 7. *In qua virtute , aut in quo nomine feciſtis hoc vos ? In nomine Ieſu-Chriſti.* v. 10. *Non eſt in alio aliquo ſalus.* v. 12. Expreſſit Paulus , Philipp. 2. 9. *Deus exaltavit illum , & donavit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen* : ideſt , maieſtatem : nimirùm , *ut in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium & infernorum* : hoc eſt nomen : hic eſt honor: ſiquidem *Dominus Ieſus-Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.* Magnum enim dicitur nomen & reſpectu ad imponentem , & reſpectu ad receptorem , ut ait D. Thom. in 3. *diſtinct.* 18. *art.* 4. *q.* 3. *ad* 2. ſed ubi de nominis virtute agitur , uti dum dicitur *nomen Ieſu* , nihil aliud intelligitur , niſi ipſe Ieſus ; ut aſtruit Vazquez de *Adorat.* diſp. 8. cap. 8. imò Serar. quò ſupr. quæſt. 12. Quare non dubito de effectu, quem nomen Ieſu dulciſsimum (quia dulciſsimus Ieſus) animabus , animiſque noſtris infert. Non eſt in alio aliquo ſalus , non eſt in alio aliquo ſpes firmior : demonſtrationes eius aſtruxerunt amorem , & maiorem charitatem : unde excitata à nomine memoriâ in redamationem , flagrans pectus uti in centrum tendit ; quia corda trahit , eò quòd pro nobis & digna & indigna pertulit. Ita celebrat Bernard. in lubilo de *Nomine Ieſu* , in fin. Tom. 2. & ſerm. 15. in *Cantic.* n. 5. & 6. *Nomen ieſu lux , medicina , cibus. Ieſus mel in ore , in aure melos , in corde iubilus. Hoc nomen* ( inſit Chryſologus , ſerm. 144.) *dedit cæcis viſum , auditum ſurdis , claudis curſum , ſermonem mutis, vitam mortuis , totamque diaboli poteſtatem virtus huius nominis effugavit. In hoc nomine*

*Pro honore & dignitate.*

*Unde dulciſſimum & ſacratiſſimum nomen Ieſu?*

Bernard.

Chryſolog.

D. Thom. *Effectus & virtus?*

*mine Deitatis tota adoratur maieſtas.* Suffragatur D. Thom. *Opuſc. 60.* loc. cit. *Hoc nomen Ieſus eſt magnæ & multæ virtutis : eſt enim pœnitentibus in refugium, ægrotantibus in remedium, pugnantibus in ſubſidium, orantibus in ſuffragium ; quia confert veniam à peccatis, gratiam ſanitatis, victoriam tentatis, virtutem & fiduciam impetrandæ ſalutis.*

28 Hæc utique veriſsima, ſed accepto nomine pro perſona : aliàs, quomodò nomen nudum veniam poterit peccatorum conferre, & ſalutem æternam impetrare ? Ducimur hoc nomine in memoriam Chriſti, Altiſsimi filij Dei, qui pro nobis homo factus, ſalutem æternam contulit nobis, ipſo in nomine ſignificatam, ſiquidem in illo non magni nominis umbra, ſed veritas : *Nomen eius Ieſum : ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum* : Matth. 1. 21. Hunc Pater ſignavit Deus, & Deum nomine ſignavit, quia Deus ſolus ſalvare non poteſt. Proprium Chriſti nomen eſt, in quo cuncta alia nomina eminenter continentur : de quo vide Hieronym. in Ezech. 46. Damaſum, Carm. de *Salvator. nomin.* à v. 140. D. Thom. 3. p. q. 37. art. 2. & hìc Suar. *diſp.* 15. ſect. 2. *Quidni* (inquit Seneca, *Epiſt.* 64.) *Ego magnorum virorum & imagines habeam, & natales celebrem? Quidni illos & honoris causà ſemper appellem ? Quam venerationem præceptoribus meis debeo, eandem illis præceptoribus generis humani, à quibus tanti boni initia fluxerunt. Quid ergo ? Sine dignatione ſumma in animum meum recipiam? Ego verò illos veneror, & tantis nominibus ſemper aſſurgo.* Chriſtus Ieſus generis humani præceptor eſt, ex cuius doctrina ſalus. Unde illi qui falſæ doctrinæ lepra infecti (ut notat Auguſtin. 2. *Evang. qq.* cap. 40.) levaverunt vocem ſuam, dicentes : *Ieſu præceptor, miſerere noſtri.* Luc. 17. 13. Nonne venerandum nomen, à quo tantum bonum fluxit ? & toto corde adorandum, ad cuius prolationem genu flectendum : verùm non propter nomen, ſed propter Ieſum, cuius eſt nomen ; quo flammeſcit memoria, inardeſcit voluntas, iubilat cor, exultat pectus, lætatur auditus ; igitur ſummè placet vel vocis tenor, ubi inhæret præ dulcedine ſagittis amoris amor. Amicus ſponſi qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Cæterùm nullum gaudium ex ſola voce, è ſono literæ, quippe nihil virtutis vocationi, ſed invocationi. Nomen debebat eſſe, quo rationis conceptus, & voluntatis affectus debebant exprimi, ſimulque perſona cognita atque dilecta ſignari. Unde non nomen diligitur, niſi quia eo eius memoria excitatur dilecti & cogniti. Aptè Bernardus rythmicè :

Quo iure vocatum?

Senec.

Virtus non in vocatione, ſed in invocatione.

Bernard.

*Ieſu dulcis memoria*
*Dans vera cordis gaudia ;*
*Sed ſuper mel & omnia*
*Eius dulcis præſentia.*

*An non toties confortaris, quoties recordaris? Quid æquè mentis cogitantis impinguat? Quid ita exercitatos reparat ſenſus ? Virtutes roborat, vegetat mores bonos atque honeſtos, caſtos fovet cogitationes*: ſubdit loc. *Cantic.* præf. Non nominis elementis confortamur (in quolibet folio Lutherus ſcribebat *IESUS*, verùm longiſsimè cor) non nominis characteribus virtutes foventur ; ſed virtute cuius etiam eſt ſacratiſsimum nomen, quod quidem uti è cœlo compendium erat Chriſti virtutum, ideſt, ſalutis hominum : quandoquidem inter nos renuit accipere nomen, priuſquàm pro nobis effunderet ſanguinem.

Idem. *Totum deſiderium noſtrum.*

*——— Lingua fatetur Ieſum,*
*Nomine quo fundata ſalus ſtat noſtra, fideſque*
*Nititur, æternæ tendens in ſæcula vitæ.*
*Huius divino mortales munere fulti*
*Aſſequimur fragilem caſtis evincere factis*
*Naturam, & rigidæ diſrumpere vincula mortis,*
*Et non corporeis in corpore legibus uti.*

Claudian. Mam.

Accinit Claudian. Mamertus, Epiſc. Viennenſ. poëmat. in *Vanos poëtas*, à v. 61.

29 Quid mirum, quòd Ieſu nomen (idem de nomine Virginis-matris) vel in nummis aureis incudatur, & literæ illuminentur radijs ? Non adoramus literas, nec nomen è literis collectum, ut calumniatur Povelus ; ſed illum per nomen ſignificatum, Ieſum ſcilicèt cuius exprimimus cultum, & voluntatis affectum : quandoquidem per venuſtas, decoras, coruſcas nominis etiam literas, excellentiam eius (cuius eſt nomen, & cuius gratiâ vel materiales nominis characteres illuminamus) quoad poſſumus, venerantes ſculpimus. Si nomina Regum in privilegijs, ſeu bullis formantur ex auro ob dignitatis auctoramen, abſordum arbitratur hæreticus, à colentibus radiari Principis principum nomen ? Nominibus Apoſtolorum Agni decoratur Ieruſalem cœleſtis ; & Eccleſia Catholica nomen non

Apoc. 21. 14.

ve-

venuſtabit Agni, mundi Redemptoris? Nihil veneramur in nomine extra nominis ſignificationem, nec Ieſu nomen, ut aliqui imperite, vocamus Chriſti Salvatoris imaginem. Nomen Ieſu eſt eius ſpeculum, quippe totius eius propoſiti index in ſalutem hominum: quapropter impoſitum à cognitione Patris, reſpondens, ad quod miſſus proprietati muneris. Signum poteſt dici, non imago, quæ ſimilitudinem dicit ad ſuum exemplar: Chriſtuſque exemplar, quid habebit cum characteribus, ut hi contineant aliquam cum Ieſu ſimilitudinem? Imago ex ſe habet repræſentationem determinatam: characteres ex ſe nullam, quippe ſigna duntaxàt ad placitum, merà voluntate characteres invenientium; aliàs in diverſis linguis idem eſſet à ſe diverſus. Vide Soto 2. de *Iuſtit. & iur.* quæſt. 4. art. 2.

*Nihil in nomine veneramur, niſi ſignificatũ per nomen.*

30 At dato & non conceſſo, quòd nomen Ieſu eſſet eius imago, quod omninò inficior; quid inde propoſito? *Duplex eſt motus animæ in imaginem* (ait Angel. Doctor. 3. *part. quæſt.* 25. *art.* 3.) *unus quidem in ipſam imaginem, ſecundum quód res quædam eſt: alio modo in imaginem, in quantum eſt imago alterius: & inter hos duos motus eſt hæc differentia: quia primus motus, quo quis movetur in imaginem, ut eſt res quædam, eſt alius à motu, qui eſt in rem. Secundus autem motus qui eſt in imaginem, in quantum eſt imago, eſt unus & idem cum illo, qui eſt in rem. Sic ergo dicendum eſt, quod imagini Chriſti, in quantum eſt res quædam, nulla reverentia exhibetur, quia reverentia non niſi rationali naturæ debetur. Relinquitur ergo quód exhibeatur ei reverentia ſolam, in quantum eſt imago: & ſic ſequitur quód eadem reverentia exhibeatur imagini Chriſti ac ipſi Chriſto.* Patet nomen Ieſu, præut res quædam eſt, ideſt, elementis compactum, quod dicitur ſecundum ſe, connotatione ſeclusâ; nullâ dignum reverentia: ſed venerabilissimum, reſpectivè ad Chriſtum per nomen ſignificatum: qua de cauſa à Suario hic *ſect.* 7. dicitur *Reſpectiva reverentia, quia nomen Ieſu propriè adorandum, propter eum quem ſignificat.* Quod aſtrui quit ex illo Iſaiæ, 49. 7. *Nomen enim magnum invocabunt in te*, cuius magnitudo reverentiâ conſtabit: *Reges videbunt, & conſurgent principes, & adorabunt propter Dominum.* Sit ergo, ſed viderit Eximius Doctor, quomodò nectendum *Propriè & Reſpectivè.* Reſpectivè, aſſentiendum eſt: propriè, abſolutè ſignificat, præut res quædam eſt; quod quidem iurè inficiatur Angelicus Thomas. Unde nullius virtutis eſt nomen præut ſic, quavis fingeretur imago, quæ nequit eſſe: tùm quia nomina non ſunt imagines rerum, ſed ſigna, & ſigna ad placitum: tùm quia nullus intercedit ordo, nulla ſimilitudo, nulla proportio, nullaque inter utrumque adæquatio, neceſſaria omnino ad imaginis conſtitutionem. Quomodò ergo invariata imago perſiſtet, variato exemplari, ut in nomine *Iudas*, repræſentatione Patriarchæ, Machabæi, Thaddæi, Iſcariotis, Galilæi & aliorum! Idem in nomine *Ieſus*, ad Ieſum Nave, Ioſedech, Sirach, Eliezer, Iuſtum, & Ieſum-Chriſtum: Hic differentius præ illis nomen hereditavit (quod ſi nomen nominati imago, nil differentius) quippe propter Ieſu-Chriſti maieſtatem, quam connotat, & ad quam refertur referens, veneratione dignoſcitur, noſtras excitans movenſque potentias in cognitionem, amorem, ac recordationem (nihil habens niſi relativè) eius, cuius nomine gaudemus, & cuius amore, minimè gratis, flagramus. Cor illo audito & caro gaudibundè exultat. Dicam ex Prudentio, in *Apotheoſ.* à v. 462.

D. Thom. *Nullius virtutis præut nomen eſt.*

Suar.

Tob. 13. 15.

*Nomen Ieſu non eſt eius imago.*

*O nomen prædulce mihi, lux & decus & ſpes,*
*Præſidiumque meum, requies ò certa laborum.*
*Blandus in ore ſapor, fragrans odor, inriguus fons;*
*Caſtus amor, pulchra ſpecies, ſyncera voluptas!*

Prudent.

Faceſſat Profanus Martialis, qui blandiens Ceſari, de nomine amici *lib.* 9. *Epigramm.* 12. ſuccinit:

*Nomen cum roſis, violiſque natum*
*Hyblam quod ſapit, Atticoſque flores,*
*Quod nidos olet alitis ſuperbæ:*
*Nomen nectare dulcius beato.*
*Reſpondent Veneres, Cupidineſque:*
*Nomen nobile, molle, delicatum.*

Martial.

31 Tandem accedamus expoſitioni Tautologiæ, digreſsionibus quaſi prætermiſſæ. Aliquando nomen in Sacra pagina accipitur pro præcepto, ſeu præſcripto: ut ſæpe in Pſalm. 44-18. *Memores erunt nominis tui.* 118. 55. *Memor fui nocte nominis tui.* v. 132. *Secundum iudicium diligentium nomen tuum*: quibus & in alijs affinibus locis nomen ſignificat legem, præcepta aut præſcripta. Quo lucem accipit illuſtre teſtimonium *Actor.* Apoſtolor. ubi Petrus monet Hebræos: *Baptizetur unuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu-Chriſti,*

*Nomen præ præcepto ſeu præſcripto.* Actor. 3. 38.

*ſti, in remiſſionem peccatorum.* Nunquàm nec in primitiva Eccleſia baptiſma miniſtratum tantùm ſub nomine Ieſu-Chriſti; ſed ſemper ut hic præcipit in *nomine Patris & Filij & Spiritus-Sancti*: Matth. 28. 19. hicque dicitur *In Ieſu-Chriſti nomine*: ideſt, ex præſcripto, ſeu inſtitutione Ieſu-Chriſti. *Poſt reſurrectionem á Domino Apoſtoli ad gentes mittuntur: in nomine Patris & Filij & Spiritus-Sancti baptizare gentiles iubentur. Quomodó ergo quidam dicunt foris extra Eccleſiam, imò & contra Eccleſiam, modó in nomine Ieſu-Chriſti ubicunque & quomodocunque gentilem baptizatum remiſſionem peccatorum conſequi poſſe; quando ipſe Chriſtus gentes baptizari iubeat in plena & adunata Trinitate?* Ita Cyprian. *Epiſt.* 73. Hoc eſt nomen Ieſu-Chriſti, non nomen eius tantùm, ſed baptiſmus iuxta eiuſdem inſtitutum. Patet ex articulo Pauli, cùm veniſſet Epheſum: igitur cùm aliqui diſcipulorum Ioannis baptizati nec nomen Spiritus-Sancti audiſſent, mirans Paulus dixit: *In quo ergo baptizati eſtis?* Nequibant enim Chriſti accepiſſe Baptiſmum, quin cognoſcerent Spiritum-Sanctum eſſe; cùm concederetur ſub præſcripta forma Patris & Filij & Spiritus-Sancti. Si baptiſmus eſſet validus ſub Ieſu-Chriſti nomine, non erat neceſſaria notitia Spiritus-Sancti. Unde iubet Paulus, ut notitiam Spiritus-Sancti haberent, *baptizari in nomine Domini Ieſu*: hoc eſt, baptiſmo à Ieſu inſtituto, in quo expreſsio trium divinarum perſonarum: aliter nullum in Pauli mandato propoſitum; quippe ſi nomen Chriſti in baptiſmo, Chriſti nomen tantùm diceret, & non baptiſmi formam ab illo præſcriptam, Spiritum-Sanctum non cognoſcerent, uti antequam nomen eius audiſſent. Nomen hìc formam ſignificat præſcriptum aut præceptum. Unde *In nomine Ieſu-Chriſti baptizabantur viri ac mulieres.* Ibid. *cap.* 8. 12. Haud cum diſpenſatione in præſcripta à Chriſto forma, ut vult D. Thom. citand. ſed indiſpenſabiliter ſub Chriſti inſtituto; accepto nomine pro præcepto. Ita intelligendi ſunt PP. aſſerentes baptiſma validum ſub nomine tantùm Ieſu: ſed reijciendi ſunt. Magiſter Sent. in 4. *diſt.* 3. & Caietan. tam in *3.part. D.Thom. q.66. art.6.* quàm in *Matth.* 28. quippe aſſerunt idem eſſe baptiſma ſub nomine Chriſti, ac in nomine Trinitatis, & utrumque validum. Verùm hoc non noſtri, ſed Scholaſtici inſtituti eſt.

Cyprian.

*Semper baptiſmus cũ invocatione Trinitatis.*

Act. 19. 3.

Cap. 19. 5.

32 Denique præcepta ſumuntur pro donis templo dicatis, in quibus ſcriptæ literis, vel hieroglyphicis ſculptæ notis directiones, & ordinationes inſignes, uti arbitrantur aliqui Tabulam Bembinam, quam exponunt Ioann. Geörg. Hervvart, in *Theſaur. Hieroglyphic.* & Kircher. tam in *Obeliſc. Pamphil.* lib. 2. cap. 9. quàm in *Oedip. Ægypt.* Tom. 3. tot. ſyntagm. 1. Tabulam cathegoricam Idearum Platonis. Idem ibid. *cap.* 7. *Tom.* 2. *p.* 2. *claſſ.* 12. *cap.* 5. & Cœl. Rhodigin. lib. 16. cap. 17. ubi ſubdit: *Inter myſteria etiam Mercurij Triſmegiſti myſterium nobile: Primus, ait, Deus & unus: primi pater eſt Dei, quem gignit in ſolitaria ſui permanens ipſius unitate. Eſt autem exemplar filij, qui nominatur ſuimet filius, & ſuipater, & unipater Deus verè bonus. Ille enim fons eſt idearum: á quo utique uno per ſe ſufficiens Deus ſeipſum explicavit in lucem: eſt enim principium, Deus Deorum, unus ex uno, ſuper eſſentiam omnem, principiumque eſſentiæ.* Vid. Auguſtin. 7. *Civit.* cap. 28. *lib.* 11. *cap.* 10. & *lib.* 83. *quæſt. q.* 46. Idem dicendum de gradibus, ſeu arcibus Æönum cogitatorum à Valentino, quorum ſchema apud Pamelium invenietur in præfatione libri Tertullian. *Adverſ. Valentinian.* Hac item cauſa commendabilis illa columna Romæ, in qua deſcripta cuncta itinera Italiæ, & leges duodecim tabularum in templo Capitolini Iovis ſuſpenſarum, de quibus ex Marliano & Halicarnaſſeo egimus in *Ephemer.* Addi ſanè quit ex Strabone *lib.* 4. loquente de templo Apollinis Didymei. *Id á Xerxe incenſum eſt, quemadmodùm cætera templa omnia, Epheſino excepto. Poſteá Mileſij templum conſtruxerunt omnium maximum, quod propter magnitudinem remanſit ſine tecto, varijs Antiquarum artium donis ſumptuoſiſsimè honoratum.* Hinc Aries aureus apud Mythologos dictus pellis illa ſacra luco Martis in colchide, quippe in illa ſcripta præcepta Chimiæ, quæ docuit Phrixus, ut cogitat Natal. Com. 6. *Mythol.* cap. 9. & ſuccinit Apollon. lib. 2. à v. 278. *Argonaut.*

*Præceptum pro tabulis templo dicatis, in quibus aliqua utiliter ſignata.*

Merc. Triſmeg.

*Tabulæ inſignes Antiquorum.*

Strab.

Apoll. Rhod.

*Hunc Aries vixit, quem Cyllenius aureum*
*Fecit. Nunc etiam ſuſpenſa eſt aurea quercu*
*Pellicula interdùm crepitat quæ leniter auris.*

Macrob. Aſtruit Macrobius acceptionem lib. 5. *Saturnal.* cap. 16. ſubdens: *Poſt præcepta quæ naturá res dura eſt; ut legentis animum novaret, ſingulos libros acciti extrinſecús argumenti interpoſitione concluſit: primum de ſignis tempeſtatum, &c.* Ex rebus ſacris, ab Ethnicis non intellectis, eductæ fuere imagines Deorum ſuorum; ut fusè protulimus *Tom.* 4. *T.* 1. *num.* 26. & *T.* 5. *n.* 75. quo intelligitur illud 1. Machab. 3. 48. *Expanderunt libros*

*bros legis, de quibus scrutabantur Gentes similitudinem simulachrorum suorum.* Consule Sanctium hìc, & in cap. 1. *Ionæ*, Serar. in *Iudic.* 16. quæst. 16.

33 Iam ergo expeditiores in arenam descendimus, ut sine pulvere Tautologias exponamus. Salomon cùm occasionem in vindictam iniuriarum David, quas profugo fecerat audax occasione Semei perinduſtriè quæreret; præcepit vel specie honoris, vel commodi in ruinam præcipitis, ne exiret Semei de Ierusalem, & sub capitali pœna: quod quidem & fuit præceptum à Rege, & iuramentum Semei: unde dum huic Salomon obijcit transgressionem, etiam arguit de fractione iuramenti. *Non custodisti iusiurandum Domini, & præceptum quod præceperam tibi.* Ioseph lib. 8. *Antiq.* cap. 1. explicat: *Nec contentus interminatione, iureiurando hominem ad id mandatum servandum adegit.* Hic Præceptum sumitur propriè pro edicto: etenim *edicere est Magistratuum, Regumve*: inquit Taurent. Valla, 5. *Elegant.* cap. 68. Non indixit, sed edixit Salomon decretum: non denunciavit, sed enunciando iusit. Hoc enim sensu Virgilius, 8. *Æneid.* 646.

3. Reg. 2. 43
Ioseph.
*Edicere quid sit?* Vall.

*Nec non Tarquinium eiectum Porsenna iubebat*
*Accipere, ingentique urbem obsidione premebat.*

Virgil.

Non suadebat, sed iubebat præcipiendo. Proponitur voluntas Salomonis in præcepto tanquàm lex, quam comitantur minæ, non directivè, sed coactivè, severo edicto, utpotè in gravi causa: unde geminatione Præcepti præcepti innuitur animus imperantis firmitatè asseverationis; uti diximus supr. *n.* 5. *Firmè aliquid iubere*: ait Donatus in Terent. *Andria.* Act. 3. scen. 3. v. 1. Salust. in *Catilin.* subdit: *Iudices rerum capitalium, quibus præceptum erat*: hoc est, ius præcipiendi sub capitali edicto; ut minimè edicta iudicarentur suasoria, sed seriò præcepta. Sic ut infrà videbimus, per gerundium exponitur Lautologia: *Præcipiendo*, nimirùm, *præcepimus.* Arab. *Nonne fuit præcipiendo præceptum?* Quod etiam patet ex Hebræo: igitur cum omnia articuli Salomonis cum perduelli Semeo, essent maximi momenti; geminationibus exponit: pro *Iusiurandum*, legit: *Iuramentum quod iurasti.* Pro *Scito te esse moriturum, Sciendo scias, quod moriendo morieris*: cui lectioni etiam favet Cajetanus. Maluend. *Cognoscere cognosces, quia mori morieris.* Scilicèt, sine dubio, profectò, firmiter, sine mutatione sententiæ. Ita sensus de præcepto, quòd utiquè geminatione exponitur; ut constet immutabilitas animi in decreto seu edicto, acceptà repetitione pro adverbio: habet enim verborum replicatio significationem emphaticam, & asseverationem erga prolatam sententiam.

*Geminatio pro adverbio.*
Hebr.
Maluend.

34 Connotat huiusmodi geminatio auctoritatem præcipientis & potestatem dignitatis: quasi si aliquid aliquomodò factum contra præceptum, potestas sit in supplicium. Hinc huiusmodi in edictis stylus est habentis supremam dominationem, & impugnabilem potestatem: *Principes gentium dominantur eorum; & qui maiores sunt potestatem exercent in eos.* Matth. 20. 25. Homer. 8. *Iliad.* à v. 3. succinit:

*Iupiter verò Deorum concionem habuit gaudens fulmine.*
*Audite me omnes Dij, omnesque Deæ:*
*Nequa igitur fœmina Dea, hoc neque aliquis mas*
*Tentet rescindere meum mandatum.*
*Quemcunque ergo Deorum seorsùm velle intellexero,*
*Saucius indecorè redibit ad Olympum,*
*Aut ipsum correptum proijciam in Tartarum obscurum:*
*Cognoscet deinde quantus sum fortissimus Deorum.*

Homer.

Haud aliter præcepti geminatio denotat Salomonis potentiam in vindictam transgredientis, contra eius sententiam imperiosam operantis. Unde Iusti quidam apud Philon. Bibl. dixerunt: *Memores præceptorum sumus, quæ præceperunt nobis prædecessores nostri, & Debbora mater* nostra. Præcipere præcipiendo est cum violentia (si renuit animus obedire) posse rebellem compellere, & facillimè, ut dixi ad illud, 1. Reg. 26. 25. *Faciens facies, & potens poteris*: *Tom.* 4. *T.* 2. *n.* 16. & *Tom.* 5. *T.* 1. *à n.* 3. Amor ductu diverso conatus perficit; sed non in una sede morantur amor imperantis & maiestas imperij. Hæc facit faciendo, ille mulcendo: quapropter Plato in *Sympos.* ait: *Violentia amoris neminem tangit, nec faciens facit*: idest, nihil in amore invitum, aut violentum: ductus mulcimine ducit, severitate nec stimulat, nec cogit. Econtrà imperantis maiestas in expeditis decretis. Virgil. 4. *Georg.* v. 398. *Sine vi non ulla dabit præcepta.* Sophocl. in *Oedip. tyrann.* v. 54. *Imperabis, ut imperas.* Plaut. in *Bacchid.* Act. 4. scen. 4. v. 74. *Quæ imperasti, imperatum est*, & Senec. 4. *Benef.* cap. 38. *Perseverantia est; Quod semel dixi, qualecunque est, fixum, ratumque sit.* Ita Pilatus pro maiestatę muneris: *Quod scripsi, scripsi.* Ioann. 19. 22.

Phil. Bibl.
*Vox geminata in præcepto pro maiestate potestativa.*
Plato.
Virgil.
Senec.

Præceptum Salomonis non fuit directionis, ſed maieſtatis, munitum minis, & pœnis, ut ſuprà prænotavimus ex Seneca, num. 13. Nequaquàm fulminatum; ut monendo dirigeret; ſed ut cogendo Semeium compeſceret, qui nequibat egredi extra imperium ſine capitis periculo, ut Achilles dixit Agamemnoni, apud Homer. 1. *Iliad.* v. 393.

Homer. *Si iam tibi in omni receſſero, quàm dicis,*
*Alijs iam hæc iube, non enim mihi præcipe.*

35 Haud aliter exponendum illud inflatum decretum Principis Sacerdotum in Apoſtolos, quos Angelus, ſalvà cuſtodia, eduxit carcere, reductos in concilium. Priùs ne illorum in Chriſtum ſævitia & malevolentia, ſignis & miraculis pateret; vocantes Apoſtolos, denunciaverunt, ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Ieſu, quippe (prodigijs comprobatà innocentià, quin poſſent inficiari mirabilia) videbatur velle inducere ſuper illos ſanguinem Chriſti per eos in cruce ſuſpenſi, ut dicitur *cap.* 4. à verſ. 16. Pòſt cùm augeretur credentium multitudo, & ſignorum admiratio; Princeps ſacerdo-
Act. 5. 28. tum dixit illis: *Præcipiendo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine iſto; & ecce repleſtis Ieruſalem doctrinà veſtrâ.* Hic modus loquendi aſſeverationem, ut dixi, firmitatem-
*Geminatio pro epitaſi.* que in edicto, ne ullo modo prætermitteretur, deſignat: diciturque Præceptum præceptum, quaſi inviolabilis lex. Hinc præceptum non ſimpliciter quaſi monitum, aut ſuaſum; ſed imperiosè edictum, ita ut ſupplicium ſequeretur negligentiam vel deſpectum: minis & terroribus fulminata denunciatio ut quaſi lex præceptum cuſtodiretur. *Illi com-*
Græc. *minantes dimiſerunt*: dicitur, cap. 4. 21. Græc. *Comminantes minis*: equidem cùm pœnæ comitentur legem; uti legem cupiebant obſervari in poſterum, quicquid præceperat concilium malignantium, deaurantes poteſtate, quod nequibant lege: quaſi eſſet verum, quod ſe diſcrucianti propter cædem iniuſtam Cliti, dixit Magno Alexandro Anaxarchus: *Neſcis,*
Plutarch. *aſſeſſorem Iovis, Deorumque iuſtitiam & fas eſſe? Quicquid factum á dominante fuerit, id ius & fas eſt.* Vid. Plutarch. *comment. ad Principem indoct.*

36 Sacerdotum inſolentia in hoccine præcepto & Apoſtolorum articulo graphicè ibid. deſcribitur. *Nihil enim* (ait) *æquè eſt intractabile, aſperum & perfractum, ut homo cui opinio felicitatis inhæſerit. Quapropter imperantibus operoſum eſt, conſilium dare de imperio. Doctrinam quippe velut imperatricem formidant amittere, ne poteſtatem eorum*
*Deſcriptio Præſidis inſolentis,* Plutarch. *circuncidat, ſi officij frenum iniecerit. Verùm mentis inopes imitantur imperitos ſtatuarios, qui grandem ſpeciem & amplam futuram exiſtimant Coloſſorum; ſi tibijs ductis vehementer inflatos & hiantes finxerint: etenim hi vocis minis, obtutus torvitate, morum aſperitate & conſuetudine durâ, inſociabilique, gravitatem ac maieſtatem exprimere putant, & principalem:: Coniuncta potentia cum improbitate acerbitatem addit animi. Quare magni eſt diſcriminis, quæ non decet, hæc facere eum, qui quæ velit, poſſit.*

*Ut ſemel eſt dictum, ſimul eſt res ipſa peracta.*

*Ita prævertant ſupplicia in imperijs, accuſationes & damnationes probationes præcurrunt.* Hac de cauſa, cum nullam inveniſſent, *Cæſis denunciaverunt, ne omninó loquerentur in*
Verſ. 40. *nomine Ieſu, & dimiſerunt eos.* Prior, æſtimabiliorque erat maieſtas auctorata, quàm
*Improbus auctoratus, quam improbus!* innocentia vel ab ipſis pravis cognita: innocenteſque cædere flagris iubent, ne ſine cauſa videretur in iudicium advocaſſe; vel cauſa luceret, contra legem præcepiſſe. Pœna legis contra legem, ſed firmat dignitatis auctoramen: potius quippe in inſolentia præceptum iniquum iudicis, quàm fama & vita innocentis. Præceptum non obligat ſine præcepti notitia: dicitque iudex, *Præcipiendo præcepimus*; ut in pœnas ſententia iuſtitiæ haberet ſpeciem, cum ignorantiæ nullam Apoſtoli haberent excuſationem: maximè dum ſemel inhibitum, ſeriò, & ſeverè præcepto præciperetur.

37 Hoc indicat geminatio. Uſus frequens apud Orientales geminationibus exprimere animi conatus, vel res ſtudiosè propoſito meditatas, aut vivaces rerum deſcriptionem. Ubertima apud Homerum ſeges: 1. *Iliad.* v. 513-18. v. 387-15. *Odyſſ.* v. 425. *Secundó, iterùm, Iterùm, rurſus.* 8. *Iliad.* v. 57. *Neceſsitate neceſſariá*: 15. v. 165. *Grando gelida.* Euripid. in *Phœniſſ.* v. 1388. *Saltaverunt ſaltu.* v. 1474. *Receſsit ſeorſim.* Sophocl. in
*Epitaſis in intenſionem affectus, & extenſion in effectus.* *Electr.* v. 59. *Ardens combuſtum.* v. 1043. *Odio odi.* Plaut. in *Bachid.* Act. 4. ſcen. 4. v. 4. *Callidum callidis dolis*: v. 43. *Doctum doctè.* Et in *Pſeudol.* Act. 1. ſcen. 1. v. 2. & 11. *Miſeriæ miſeré*: *Miſeré miſer ſum*: v. 22. *Ludis ludo*, Virgil. 4. *Æneid.* v. 538. *Auxilio iuvat.* 6. v. 581. *Fundo in imo.* Senec. in *Octav.* v. 377. *Liber animus, & ſui iuris.* Claudian. *Panegyr. Mall. Theodor.* v. 207. *Nulla temeratus nube ſerenum*: 2. *Stilic.* v. 186. *Tutus, & metuens hoſtile nihil.* Lucan. lib. 5. v. 105. *Fixa, mutandaque nulli.* Manil. 2. Aſtron. cap. 16. v. 111. *Finem vitæ, mortique locatur.* Pauſan. *cap.* 264. *Fluxæ res humanæ, nec*

*quic-*

*quicquam ſtabile & firmum.* Senec. Epiſt. 79. *Non aſcenditur, ſtatur.* Siccine multa obvia etiam apud Sacros: Clemens Alexandr. 3. *Pædagog.* infit: *Pudico pudore.* Cyprian. de *Habitat. virgin.* cap. 2. *Integrum, incorruptum.* & in *Carm. Paſch.* v. 28. *Perſpicuis illimis aquis.* Auguſt. ſetm. 71. de *Tempor. Relatione refert.* Comeſt. in 3. *Reg.* cap. 26. *Iudicijs indicavit.* Hieronym. de *Aſſumpt.* ſerm. 1. *Dealbata, nive candidior.* Haud vehementiora ſcitur exprimi propoſita animi: & prolata ſemel replicantur per verba eadem, vel æquipollentia; ut conſtet audientibus uti fixum, nec mutabile prolatum ſemel. Ita concilium ad Apoſtolos, *Præcipiendo præcipimus vobis.* Hoc eſt, irrevocabiliter præcepimus, ſine ulla poſsibili edicti interpretatione, ſed animo fixo & immutabili. Arabic. *Præcepimus mandato præciſſo.* Lorin. *Conceptis verbis.* Ar. Mont. *Denunciatione denunciavimus vobis.* Haye: *Edicto præcepimus.* Ubi, ut liquet, iraſcuntur, eò quòd prætermiſſum, quod ita aſſeveranter, & irrefragabiliter præceperunt. Ipſiſmet interdicti verbis claret ex auctoritate dignitatis Senatorum inflatio, & ſpiritus tumidi, cognitâ adverſatrice veritate: equidem haud ſuccenſent, quia Apoſtoli defecerunt à ratione, vel lege; ſed quia illorum abdictus tenor mandati. Non lege, nec ratione, ſed præcepto præceperunt; quippequàm nulla vis erga edictum, niſi quia ab illis præceptum. Maieſtatem exprimere putant, dum præceptis delirant, & cùm eorum inſolentia & arrogantia nihil valeat virtute rationis, urgent ſubditos voluntarijs præceptis & præceptis diductis tibijs, coloſſorum ſpecie, buccarum inflatione, ſeverâ facie, acerba conſuetudine, & obtutus torvitate, ducentes etiam immunes in præceptorum fatuorum obſervantiam, quia cordati vel iniuſtam præcavent pœnam. De quolibet dici poteſt, quod Homerus, 1. *Iliad.* à v. 286.

*Præſes qui ſine lege nec ratione regit, & pro lubito dirigit; ut præcipiat, tantùm præcipit.*

*Hic vir ſupra omnes eſſe vult alios:*
*Omnes eſſe in ſua poteſtate vult: omnibus & dominari,*
*Omnibus & præcipere.*

Homer.

Scutum lubidinis præceptum eſt, quod debet eſſe rationis. Verùm quid, ſi coniuncta potentia cum improbitate? Præcipere præceptis, & præcipiendo præcipere. Quid ad illos quòd Apoſtolorum ceſſarent miracula, modò illorum furentium ac debacchantium obſervarentur præcepta? His utebantur, quia nullum virtute legum, meditatâ malitiâ, calliditate fucatâ: etenim præcepti auctoratum ſpecie, quicquid veneni ſervabatur in corde.

38 Obedientiam & ſubiectionem monet Petrus Regi, quaſi præcellenti; Ducibus, tanquàm ab eo miſsis: at clarè præceptum vel minis præcipientium, indicat prætereundum; ſed lege, ratione, urbanè, at modeſtiſsimè. *Si iuſtum eſt* (inquit) *in conſpectu Dei vos potiùs audire, quàm Deum; iudicate. Obedire oportet Deo magis, quam hominibus*: cap. 4. 19. 5. 29. Nil valet præceptum quartæ neceſsitatis, reſpectu præcepti neceſsitatis primæ. Si hominibus in cauſis fidei placuiſſent, ſervi Dei nequaquàm eſſent. Lex iuſto poſita non eſt. Nihil lex reſpectu adimplentis legem. Hi Synedri, ſeu Buleutæ ſtudebant præcepto & præcepto, quaſi cuncta illorum vel circa leges ſederent arbitrio. *A quibus* (inquit Paulus) *quidam aberrantes, converſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Scimus autem quia bona eſt lex, ſi quis eâ legitimè utatur.* Non legitimè utitur, qui prohibere vult lucem, & introducere tenebras: etenim propter Evangelium dictum: *Ponam tenebras coram eis in lucem & prava in recta.* Iſai. 42. 16. Umbra fugere debet, ubi veritas apparet. *Abutuntur lege* (ſubdit Alapid.) *qui per eam terrent iuſtum, & ad iuſtum legis minas & ſeveritatem pertinere volunt.* Non valet lex in legem fidei, qua iuſtificatur homo. Unde præcepto Concilij haud obnoxij Apoſtoli, quia non agebantur à lege, ſed ſupra & iuxta legem agebant, ut ait Auguſtin. in *Pſalm.* 1. & ſerm. 6. de *Verb. Domin.* ex quo D. Thom. 2. 2. *q.* 104. *art.* 5. Legis volebant eſſe doctores, præcipientes præceptis; ſed à lege aberrarunt, & in vaniloquium auctoritate inciderunt: igitur præceptis præcipiendo, neque intelligebant quæ loquebantur, neque de quibus affirmabant, pro lege abutentes legibus. Non eſt præceptum adverſus præceptum ſuperioris poteſtatis. Impropria, imò præpoſtera huiuſmodi obedientia: probroque daretur.

1. Petr. 2. 13.

*Parrheſia.*

1. Tim. 1. à v. 6.

*Non eſt præceptum adverſus ſuperioris poteſtatis.* Alap.

*Iuſſa aliena pati.*

Virgil.

39 Geminatio auctoritatum præfatarum etiam delicari poterit per Palilogiam vel Synonymiam, aut Epizeuxim; eodem propoſito firmitatis animi: ſiquidem pro vehementiore expreſsione ſignatur actio argumento materiæ. *Præcepta quæ mandavit Dominus.* Levit. 27. 34. *Præceptum poſuit.* Pſalm. 148. 6. *Præceptum quod dedit.* Pſalm. 98. 7. Sufficiebat in præcepti explicationem, dare, ponere, & mandare; verùm in manda-

*Epizeuxis, & Synonymia.*

to,

to, edicto, aut denunciatione non demonstrabatur vividè animus, adimpletionis absque ulla tergiversatione cupidus: & voce materiæ insignitur actio, ut clareret quo animo fulminaretur iussio: igitur iussa magis recommendari videbantur, quibus non tantùm præcepti materia sed quasi ipsum etiam præceptum præciperetur. Hinc Arabic. legit: *Monitum patris sui, quod præceperat*; ubi Vulgatus: *Præceptum patris sui, quod præceperat eis.* Aptè Tautologiâ expressum; ut liqueret, ab eis tenaciter observatum; quando-quidem signatur in observatione uti præceptum, quod à patre commendatum tantùm ut monitum. Commendavit Iesus tribus discipulis altum de transfiguratione mysterioſum silentium, unde Æthiop. legit: *Dixit eis Iesus, ne cuiquam, quæ vidissent, narrarent*: & à duobus Evangelistis dicitur quòd *Præcepit.*; quia *verbum continuerunt apud se.* Marc. 9. 9. Fuit commendationis observatio, quasi non credita, sed edicta sub præcepto: monitumque uti iussum iudicarunt, quippe *ipsi tacuerunt & nemini dixerunt.* Luc. 9. 36. In simile propositum Psalm. 7. de quo infr. pro *In præcepto quod mandasti*, legit etiam: *In præcepto tuo, quod præcepisti.* Idem. 2. Paralip. 7. 13. *Si mandavero & præcepero locustæ.* Ubi Hebr. *Si præcepero præcipiendo locustæ.* Frequens est Synonymia, seu Epizeuxis in expressionem conatus, ut latè astruximus in *Prolog. Galeat.* §. 4. numer. 2. & 13. sed quasi non satis æquivalentia verborum; eisdem verbis in materia & actione profertur immutabilis asseverantia sententiæ. In Scriptura multoties effectus materiæ sumitur pro materia, seu effectus pro causa, & consequens pro antecedente, metonymicè. *Alligat contritiones:* Psalm. 146. 3. ideſt, vulnera, ex quibus dolor, quo cor conteritur. Psalm. 4. 3. *Utquid diligitis vanitatem?* Idola, nempè. Expressiùs Iob tautologicè cap. 3. 25. (de quo, *Tom. 4. T. 8. num.* 8.) *Timor, quem timebam, evenit mihi.* Timor non timetur, sed malum: dicitque timuisse timorem, ad signandam acerbam gravitatem, materiam passionis vocando passionem: igitur in vehementiorem expressionem sub eisdem verbis eiusdem significationis, aptiùs promitur, quòd exprimi intenditur; sicut in præsenti Tautologia materia explicatur & actio. Haud alio intuitu Concilium dixit Apostolis, *præcipiendo præcepimus*: & Salomon Semei: *Præceptum quod præceperam.* Stylum inveni apud Hippocrat. 1. *Aphorism.* 20. ubi signans; quanti momenti ordinationis ad medendum observantia; addit: *Nec movere, nec aliud quicquam novare. Quæ decernuntur, decreta.*

Ier. 35. 16. *Monitū observatū pro præcepto.*

*Metonymia Effectus materiæ pro materia, & consequens pro antecedente.*

Hippocr.

40 Etsi in eandem firmitatem animi, alius utique sensus excitationis David, Domino dicentis: *Exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti.* More humano loquitur, quasi in suam defensionem Deus dormiret, & oblivisci posset. Præceperat Deus iudicibus, iudicium facere omnibus iniuriam patientibus. Nullus Regis iudex nisi Dominus, illeque petit à Domino defensionem; quia infensum sine iudicio patiebatur iudicem. *Præsta* (infit Genebrard.) *quod faciendum alijs præcepisti: nempè, ut neminem sinant iniustè opprimi: pro præcepto quod mandasti, propter legem quam posuisti, & ut tueare decretum quod sanxisti. Fac mihi iudicium, qui iudicium & iustitiam præcepisti.* Suffragantur Caietan. & Maluend. Ad rem Plutarch. quò dudùm, num. 36. *Tot tantorumque quæ cœlestes largiuntur donorum & bonorum* (inquit) *non est fruitio, nec usus rectus sine lege, sine iustitia, sine rectore. Iustitia quidem legis finis, lex munus Principis, Princeps, cuncta ordinantis, simulachrum Dei. Quis igitur imperabit imperanti? Lex, mortalium omnium Rex & immortalium. Habet, Iustitiam Iupiter assessorem, & ipse ius & fas est, ac lex antiquissima & sanctissima.* Afflictus iniustè David de Rege tyranno quèritur, cui munus facere de persequentibus iudicium, ut Dei esset adæquatum simulachrum, & imago. Quis ergo imperabit iustè, iniustè imperanti?

Pſalm. 78. *Anthropopathos.* Genebr. Plutarch. *Deus sempiterna lex & Rex simulachrum Dei.*

*Quicquid á vobis minor expaveſcit,*
*Maior hoc vobis dominus minatur:*
*Omne ſub regno graviore regnum eſt.*

Senec.

Succinit Senec. in *Thyest.* v. 609. & Eccle. 5. 7. *Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & subverti iustitiam; non mireris: quia excelso excelsior est alius, & super hos quoque eminentiores sunt alij, & insuper universæ terræ Rex imperat servituti.* Metricè Mariana dulcè modulatur.

*Omnes Reges sub hoc Rege.*

*Utroque eſt maior ſublimis rector Olympi,*
*Immuniſque reus vindice eo nec abit.*

Marian.

Exod. 34. 1. Ioann. 8. 6. *Cur lex sacra in lapide scripta?*

Hinc Deus semel & iterùm legem in Lapide scripsit: Christusque dum scribendo iudicium signavit adulteræ, lapis scripturæ cessit, ut autumat Carthusian. in *Ioann.* 8. Altissimo sanè mysterio, ubi legum fit descriptio, haud assumptâ aliâ materia, sed lapide, ex quo literæ nequibant aboleri: equidem priusquam lex scribatur, meditanter perpen-

den-

denda, ſcripta non immutanda. *Lex facta cui Reges obtemperarent* : ait Tacitus 3. *Annal.* cap. 27. ne liceret Regi, quod Iovi, qui iudex iudice maior. Unde cùm curæ Dei eſſet iuſtitia, & Regis iniqui David gravaretur moleſtiâ; in iudicem Regem excitat iudicis iudicem, ut in illum faciat & perficiat, quicquid uti lex prima alijs facere præceperat. Aſſentiuntur cunctæ verſiones. Hebr. *Iudicio quod mandaſti.* Felix Pratenſ. *Iudicium quod præcepiſti.* Arab. *Ad mandatum, quod iuſsiſti*, Campenſ. *Ad vindictam, quam præcipiendo mandaſti.* Maluend. *Iudicium, ius quod iuſsiſti : iudicium iudicatum per præceptum.* Tacit. *Leges in Reges.*

41 Deus fidelis & abſque ulla iniquitate iuſtus & rectus, maximè in promiſsis. Hinc vel Ethnici conſtituerunt Iovem Medium Fidium, de quo in *Ephemer.* ad diem 5. Iun. *Dius Fidius Iupiter à Romanis fuit dictus* (ait Guiliel. Stuck de *Sacrif. Gentil.* cap. 152.) *quòd ut iuramento præërat, ita & fidei ſervandæ quæ in iuramento dabatur, præſes eſſet.* Quapropter Cicero pro Fonteio, infit: *Ille Iupiter, cuius nomine Maiores noſtri teſtimoniorum fidem ſanctam eſſe voluerunt.* Hæc perpendens Iuſt. Lipſius cogitat iusiurandum, quaſi Iovis iuramentum, *Iusiurandum* (inquit, lib. 1. *Elector.* cap. 18.) *dici Summi Deorum proprium, quia formata vox, quaſi Iovis iurandum ſit.* idem Apuleius de *Deo Socrat.* Quod quidem aſtrui poteſt pluribus Scripturæ locis. *Iusiurandum quod iuravit ad Abrahàm.* Luc. 1. 73. Idem *Actor.* 2. 30. & ad *Hebr.* 6. 17. Claret modò ſenſus urgentiæ preſsi à tyranno Davidis, quippe Dominus in omnibus verbis ſuis ſanctus & fidelis: q. d. Tu mandaſti, mandata tua cuſtodiri nimis: exurge ergo in præcepto quod mandaſti, & iudica cauſam meam, ſiquidem tibi reſervaſti vindictam. Homines ſanè obſervabunt præſcriptionem præcepti, ſi exurgas vindex in præcepto quod mandaſti. Mandaſti, & tu mandaſti: ducor mandatis à te, non hominum præceptis, quæ ferè contra præcepta quæ tu mandaſti, ut dicitur Marc. 6. 7. *Docentes doctrinas & præcepta hominum; relinquentes mandatum Dei.* Coloſſ. 2. 22. *Omnia in interitum ipſorum, ſecundum præcepta & doctrinas hominum.* Hinc neceſſe eſt, quòd exurgas : etenim virtutem accipiunt præcepta legis exemplo legislatoris. Ita Proſper. Aquitan. de *Provid.* v. 413. Medius-Fidius. Stuck. Iuſt. Lipſ. Diſcrimen iuramenti, & iurisiurandi.

*Legis in exemplum iuvat ire.*

42 Ne aliquid in hoccine argumento deſideretur, operæ erit pretium circa voces præceptorum & legum palilogias explicare; quarum ſenſus genuinè per Hendiadym exponitur. Frequens figura apud Sacros & Profanos, de qua ſæpe egimus. *In ſalicibus in medio eius.* Pſalm. 136. 2. ideſt, in medio ſalicum eius. *In lachrymis, in menſura.* Pſalm. 79. 6. In menſura nimirùm lachrymarum. *Ad ſacerdotes & ad iudicem.* Deuter. 17. Hoc eſt, ad iudices ſacerdotes. *Secundum vices ſuas & miniſterium.* 1. Paralip. 24. 3. Nempè, ſecundum miniſterium per vices. *Tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius.* Daniel. 7. 5. Scilicèt, in ore eius erant tres ordines dentium. *In ſpiritu & virtute Eliæ.* Luc. 1. 16. pro in virtute ſpiritus Eliæ. Eodem ſchemate perſpicuò intelliguntur plura teſtimonia legibus & præceptis ſignata. *In lege & in præceptis.* Ierem. 44. 23. *Leges meas & præcepta mea.* Ezech. 44. 24. Ideſt, præcepta legum mearum. Quod patet 2. *Machab.* 7. 30. ubi: *Non obedio præcepto Regis, ſed præcepto legis.* Idem dicendum de teſtimonijs numer. antec. præfatis de præceptis & doctrinis hominum. Exempla profana videris apud Paſſerat. in *Propert.* lib. 3. Eleg. 13. v. 53. La-Zerda in *Virgil.* 5. Æneid. v. 504. num. 3. & pleniora Tom. prioribus, 1. *T.* 6. *num.* 36. 2. *T.* 3. *n.* 12. 3-*T.* 11. *n.* 12-4. *T.* 10. *n.* 17. & *T.* 13. *n.* 7-5. *T.* 3 *num.* 126. & *T.* 9. *num.* 23. 54. & 61. Quia Antiquorum notitiæ de generis commodis, illuſtratione, & miraculis, rebuſque raris futuris dicebantur præcepta (ut vidimus, num. 15.) eò quòd digna obſervatione iudicabant; cæteriſque notata atque ſcripta relinquebant; quaſi parerga Tautologiæ delibare aliquos Antiquitatis floſculos, decrevi: videtur ſanè perſpicuum, etiam Ethnicis, quòd notum Dei manifeſtum ſit illis: Deus enim illis manifeſtavit, quaſi per umbras oſtendit; quoniam relinquens Synagogam, ex Gentilitate Sponſam formaturus Eccleſiam. Aliqua indicavi *Tom.* 4. *T.* 1. *n.* 6. in reliqua procedendum. Hendiadys. S. Proſp. Palilogia. Signa vel vaticinia dicebatur præcepta.

43 Ipſa natura videtur docere, dum lapſum protoparentum & per quem delineavit in gemma. *Eſt enim Coloniæ* (infit Marc. Georg. Draudius in cap. 46. *Solin.*) *in capſa trium SS. Regum magnæ quantitatis onichinus, habens lactitudinem manus hominis & amplius: in quo ſuper materiam lapidis onichini, qui eſt ſicut unguis, picta duo ſunt capita iuvenum albiſsima; ita quòd eſt unum ſub alio, ſed elucet propoſitione naſi & oris, & in fronte capitum eſt figuratus nigerrimus ſerpens, qui colligat capita illa. In mandibula autem unius eſt caput Æthiopis cum longa barba nigerrimum, & ſubtùs in collo eſt lapis habens colorem unguis, & videtur eſſe veſtimentum decoratum floribus circa capita. Probavi* Lapſus Adamiin lapide onichino. Draud.

*autem quód non eſt vitrum, ſed lapis : propter quod præſumpſi illam picturam eſſe á natura, & non ab arte.* De imagine Agni cum cruce in gemma, dixi *Tom. præc.* T. 3. D. 2. n. 8. De cruce plura ſubodorati Gentiles, etſi habita pro triſtiſsima ignominia. Unde uti mirabile notat N. Genebrardus, nunquàm *Tau*, figura Crucis, immutatum in figura. *Elementa auctore Eſdra mutata ſunt* (ait, Ann. Mund. 3710.) *Sed non mutavit tamen figuram antiquam literæ Tau, ut quæ gereret formam Crucis : nam hæc poſt captivitatem Romanam, vel à Maſoretis immutata eſt, vel à Rabbinis odio Crucis.* Dicta eſt litera longa : quapropter apud Plautum, per illam ſignatur Crux. *Unam faciam literam longam:* inquit, *Aulular.* Actor. 1. ſcen. 1. v. 38. & in *Rudent.* Act. 5. ſcen. 2. v. 7. *Longis literis ſignabo.* Ita Cœlius Rhodigin. *lib.* 10. *cap.* 8. Qui addit apud Ægyptios veneratam figuram, quippe in illa futura hominum vita, & cuius ſigno pectus Serapidis inſigniebant. Hæccine veneratio prævaluit, maximè in Alexandria, ubi templum Serapidi auguſtius (uti diximus, *Ephemer.* 25. *April.*) ſub Ptolomeo Philadelpho, Septuaginta Interpretum influxu : etenim cùm verſionem Sacrorum bibliorum in Græcum idioma transferrent ; teſtimonia inſigniora de Chriſti venturi paſsione & in cruce (quæ videſis apud Alphonſ. Mendoza, *Quodlib.* q. 6. Expoſitiv.) aflati divino Spiritu, ita diſtinctè expoſuere ; ut Rex miraretur: unde honorem deferre cupiens Salvatori & ſalutis inſtrumento ; literam *Tau* in maxima habuit veneratione, tanquam futuræ ſalutis inſigne. Adi Fevardentium in Irenæum adverſ. *Hæreſ.* lib. 3. cap. 25. num. 5. Riber. in *Habac.* 3. num. 9. & Leon. Caſtrium, *Apologetic.* lib. 1. cap. 4.

*Figura Tau nunquàm immutata.*

Genebr.

*Cur dicta litera longa?* Plaut.

*Figura crucis in pectore Serapidis.*

44 Floridè Marſil. Ficin. *De Vita cœlitùs propagand.* lib. 3. etſi antiquiorem cultum apud Ægyptios reputet, de figura ita loquitur : *Antiquiores autem figuram Crucis cunctis anteponebant ; quia corpora per virtutem agunt ad ſuperficiem iam diffuſam: prima verò ſuperficies cruce deſcribitur. Sic enim habet longitudinem & latitudinem : primaque hæc figura eſt, & omnium quám maximè recta, & quatuor rectos angulos continet : effectus enim cœleſtium maximé per rectitudinem radiorum angulorumque reſultant. Tunc enim ſtellæ quám maximé ſunt potentes, quando quatuor cœli tenent angulos. Sic diſpoſitæ radios ita conijciunt in ſe invicem, ut Crucem inde conſtituant. Crucem ergo Veteres figuram eſſe dicebant tum ſtellarum fortitudine factam, tum earumdem fortitudinis ſuſceptaculum : ideoque habere ſummam in imaginibus poteſtatem, ac vires & ſpiritus ſuſcipere Planetarum. Hæc autem opinio ab Ægyptijs vel inducta fuit, vel maximé confirmata, inter quos characteres crux una erat inſignis, vitam eorum futuram ſignificans, cuius figuram pectori Serapidis inſculpebant. Ego verò quód de Crucis excellentia fuit apud Ægyptios ante Chriſtum, non tam muneris ſtellarum teſtimonium fuiſſe arbitror ; quàm virtutis præſagium, quàm cum Chriſto erat acceptura. Aſtrologi autem quàm ſtatim poſt Chriſtum fuerunt, videntes à Chriſtianis miranda per Crucem fieri, neſcientes autem vel nolentes in Ieſum tantùm conferre ; in cœleſtia retuliſſe.* Idem refert Rufin. *lib.* 11. *cap.* 29. & Sozomenus, *Eccleſiaſt. Inſtitut.* lib. 7. cap. 13. *Quod ſi roges, unde nam Gentiles hæc ſigna ſacra, imó myſteria tam abſtruſa diſcere potuerint* (inquit Villalpald. in Ezech. 9. 4.) *reſpondebo, non eſſe novum, Romanos à Græcis, Græcos ab Ægyptijs, Ægyptioſque ab Iſraelitis multa accepiſſe pietatis noſtræ ſacramenta : nam Epiphanius, contr. hæreſ. lib.* 1. *hæreſ.* 18. *auctor eſt, Ægyptios memores illius diei, quo á cæde Angeli liberati ſunt Iſraelitæ, qui agni ſanguine poſtes domorum delinierant ; ſolitos eſſe intranto Æquinoctio vernali, accipere rubricam & illinire omnes arbores, domoſque univerſas, clamantes, quia in tempore hoc ignis vaſtavit omnia : contra quam luem remedium putant ignicolorem ſanguineum rubricæ.* Quid vel in ipſa ſuperſtitione, niſi enthuſiaſmus, dum Plinius *lib.* 28. *cap.* 4. inſit : *In quartanis fragmentum clavi á cruce, involutum lanâ, collo ſubnectunt.* Verus erit ſenſus, ſi exulat ſuperſtitio.

*Apud Ægyptios figura præſantior.*

Marſ. Ficin.

*Ab illa iudicabatur vita futura.*

Villalp.

*Acceptũ derivatione à primis patribus.*

Plin.

*Eſt operæpretium diſcere Theta novum.*

Martial.

45 Kircherus ex Abenephio Arabe, in *Obeliſ. Pamphil.* lib. 4. *Hierogram.* 20. §. 1. & lib. 5. Schematiſm. 1. lateris merid. In *Prodrom. Copt.* cap. 9. & *Oedip. Ægypt.* Tom. 2. p. 2. claſſ. 10. cap. 4. & 5. Tom. 3. in *Theatr. Hieroglyph.* cap. 2. & Syntagm. 5. cap. 4. ſchem. 1. inſit : *Crucem Miſraim á Noë per patrem Cham accepit : ille ab Adamo ; quæ quidem nihil aliud eſt, niſi character myſteriosus, cuius ope Angelus Raziel Adamum maxima quævis myſteria edocebat : qui quidem character per continuam ſucceſsionem poſteris temporibus per Noë ad Cham, & ab hoc per Miſraim ad Ægyptios pervenit. Cham quoque illum in uſum magicum convertit, & multa eo mirabilia & prodigia edidit : Hinc Ægyptij ſtupefacti illum varijs modis accomodantes, in proprium uſum converterunt*

Ath. Kircher.

*Crux vehiculum ſpiritus huius mundi.*

&

*& amuleti loco usurparunt, Vehiculumque dixerunt Spiritus mundi.* Addit Gretserus de *Cruc.* lib. 4. cap. 9. quem sequitur Silvest. à Petra-sanct. lib. 3. de Symbol. cap. 7. *In annullo quem Pharaö Ægypti Rex dedit Iosepho Proregi, crucem sculptam fuisse, argumentum supremæ potestatis.* Hinc Prudent. in Peristephan. à v. 2812.

*Crux annulo Iosephi.* Gretser.

*Crux ista Christi, quam novellam dicitis.*
*Nascente mundo, factus ut primum est homo,*
*Expressa signis, expedita est literis,*
*Adventus eius mille per miracula*
*Prænuntiatus ore Vatum consono:*
*Non destiterunt formam pingere crucis:*
*Crux prænotata, crux adumbrata est prius;*
*Crucem vestuta conbiberunt sæcula.*

Prudent.

*Antiquius signum.*

Vide quæ diximus, *Tom.* 4. *T.* 3. *D.* 2. *n.* 13. de Adami pomis, & varias crucis pulchras hieroglyphicas figuras, illarumque expositiones apud Kircher. loc. cit. & *p.* 1. *Tom.* 2. *class.* 4. cap. 8. *Oedip. Ægypt.* formata cruce in arbore imaginaria Sephiroth, sive de decem nominibus Dei. Quapropter qui non perceperunt in figura repositam gratiam, virtutem illius deduxerunt in naturam, dicente Kircherio in *Cabal. Saracenic.* cap. 5. *Philosophi & Medici Ægypti, partium Indiæ & Græciæ indicaturi quatuor elementa quadratum sub figura crucis pingebant.* & Pacuvius in *Antiopa*, succinit:

*Mundus sub cruce.* Kircher.

*Quicquid est hoc, omnia animat, format, alit*
*Auget, creat, sepelit, recipitque in se omnia.*

Pacuv.

Ægyptij huic figuræ portenta tribuunt, asserentes Moysis & Aäronis virgas tot miracula patrasse; quippe in illis signata forma Crucis. Ita Abeneph. in *Arabic. histor.*

*A cruce virga Aaronis & Moysis Thaumaturgæ.*

46 Audiendus Hebræus, quem reliqui Magistrum Sanctum appellant. Hic est Rabb. Simon Iocaides, qui in *Secretor. investigatore*, inquit: *Virga illa qua Moyses & Aaron miracula faciebant in terra Ægypti, & posteà in deserto floruit, gemmasque edidit, ab ea arbore excisa est, quam Moyses ostendit in deserto, ut aquæ amaræ dulces fierent: & hæc arbor excisa est ab arbore vitæ, quæ in paradyso sita est Angelorum manibus; quam quidem miserunt Adæ, cùm ille misisset Seth filium suum ad paradysum, misericordiam Dei imploraturum de suo peccato: dixeruntque Angeli ad Seth, ut plantaret hanc arborem futurum, ut quò primum fructum faceret; misericordia Dei in eum descenderet, aperirenturque portæ cœli, quæ obseratæ sunt. Hanc autem arborem, seu potiùs ramum accepit Seth, plantavitque in deserto, quam posteà Moyses invenit, & ex ea virgam suam excidit, ideoque Dei virga dicta est. Cum autem Israël ad Marab consisteret, nec illas aquas bibere posset; Deus ostendit Moysi hanc arborem, qua aquas illas redderet dulces: & hæc est arbor illa, in qua Moyses serpentem imposuit, per quam Deus universum orbem salvum facere instituit, & mittere misericordiam suam super Adam, cùm venerit Messias. Tunc enim hæc arbor fructus gestabit, quibus secundò amaræ aquæ efficiantur dulces, purgabitque primum peccatum, omnia delicta, quæ fecerunt, facturique sunt homines::. Item intelliges cur Deus miserit serpentem Israël in deserto: & tamen præceperit Moysi: Fac tibi Serpentem, & pone eum super lignum, ut quicunque morsus viderit eum, vivat. Hoc enim significat, quòd quicunque morsus fuerit à serpente peccatorum, respiciens in serpentem in arbore collocatum, supervivat: & quoniam ex arbore vitæ hic ramus excisus est, fructus eius vitam afferunt mundo.* Adi etiam Galatin. *lib.* 6. *cap.* 39. Sanè Rab. Doctor: haud egemus dispositione verborum Salvatoris: *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis; ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Non ex arbore vitæ, sed qua peccavit Adamus formatum lignum Crucis autumat Alcimus Avitus lib. 3. Genes. à v. 19. succinens:

*Unde hæ virgæ?*

Rab. Sim.

*Ab arbore vitæ.*

Ioan. 3. 14.

*Ex ligno in quo peccavit Adamus.*

*Et tamen adveniet tempus, cùm crimina ligni*
*Per lignum sanet, purgetque novissimus Adam,*
*Materiamque ipsam faciat medicamina vitæ*
*Aureus ex alta cùm pendens arbore serpens*
*Serpentis veteris morsus, atque omne venenum*
*Eluet, & veterem perimet sua forma draconem.*

Ic. Avit.

47 Dixi, *Tom.* 1. *T.* 5. *D.* 11. n. 5. astruuntque PP. Augustin. serm. [illegible] de Tempor. infit: *Antiquorum relatione refertur, quod & Adam primus homo in ipso loco ubi crux fixa est, fuerit aliquando sepultus, & ideo Calvariæ locum dictum esse; quia caput humani generis ibi dicitur esse sepultum. Verè non incongruè creditum, quia ibi erectus*

Augustin.

Sepultum caput Adami, ubi fixa crux Christi.

*sit medicus, ubi iacebat ægrotus: & dignum erat, ut ubi occiderat humana superbia, ibi se inclinaret divina misericordia.* Autumat Masius in *Iosue*, 24. 32. Noë ossa Adami in Arcam religiosè suscepisse, ac post diluvium illa inter filios distribuisse, ipsique Sem, quem anteferebat cæteris, Adami calvariam dedisse, & cum ea Iudæam, in cuius monte, qui *Moria* dicebatur studiosè sepelivit, eo loco quò post Christi crux collocata. Tertullian. ut loc. cit. dixi, lib. 2. *Adversus Marcion.* cap. 4. accinit:

*Golgotha locus est, capitis calvaria quondam:*
*Lingua paterna prior sic illum nomine dixit.*
*Hìc medium terræ est, hìc est victoriæ signum.*
Tertull. *Os magnum hìc Veteres nostri docuere repertum;*
*Hìc hominem primum suscepimus esse sepultum,*
*Hìc pariter Christus: pio sanguine terra madescit,*
*Pulvis Adæ ut possit veteris cum sanguine Christi*
*Commixtus, stillantis aquæ virtute levari.*

Hieronym. in *Matth.* 27. 33. *Audivi* (ait) *quendam exposuisse Calvariæ locum, in quo* Hieronym. *sepultus est Adam: & ideo sic appellatum esse, quia ibi antiqui hominis sit conditum caput, & hoc esse, quod Apostolus dicit: Surge qui dormis & exurge à mortuis & illuminabit te Christus.* Cyprian. Carm. de *Pasch.* à v. 1. ita in propositum cecinit:

*Est locus ex omni medium quem credimus orbe,*
*Golgotha Iudæi patrio cognomine dicunt,*
*Hìc ego de sterili succiso robore lignum*
*Plantatum, memini fructus genuisse salubres.*
*Non tamen hos illis qui se posuere colonos*
*Præbuit, externi fructus habuere beatos.*
Cyprian. *Quod tulit hoc primo, maturo semine lapsum*
*Concepit tellus. Mox hinc (mirabile dictu!)*
*Tertia lux iterùm terræ, superisque tremendum*
*Extulerat ramum vitali fruge beatum.*
*Arboris hæc species uno de stirpe resurgit,*
*Et mox in geminos extendit brachia ramos.*

48 Aliter refert Pineda, de *Reb. Salomon.* lib. 5. cap. 14. ex quodam incognito Auctore, historiam Crucis; quàm retulimus ex Rab. Iocaide, *num.* 46. *Moribundus Adam* (inquit) *præcepit Seth ut contendat statim ad Cherubinum, paradisi custodem, petiturus particulam olei misericordiæ, quam Deus illi pulsó è paradiso pollicitus fuisset: à quo Seth viæ ignarus, cùm signa aliqua quæsijsset, pergere iussit in Vallem Hebron, atque ibi quondàm fixa ipsius Adami & Evæ vestigia investigare, in quibus nihil unquàm virentis herbæ provenisset;* Vestigia Adami & Evæ egredientium è paradiso herbarum aridítate cognita. *quorum vestigiorum ductu viam paradisi tenere posset. Obijt Seth patris mandata, & illa ipsa viæ indicia cùm tenuisset; iam paradiso proximus, ac tanto loci splendore perculsus, in ipso horti ingressu constitit. Accurrens Angelus quærit, quid velit, & Seth mandata patris exponit. Angelus benè acceptum permisit Seth, caput oculosque in paradisi locum circumspectandum emittere, atque attentè cuncta observare. Vidit ergo in paradisi medio uberrimum quendam atque amplissimum fontem: prope fontem verò ingentem arborem, multis diffusam ramis, sed sine foliis, sine cortice; & primorum parentum peccatum fuisse cognovit. Rursùs admonitus Seth ab Angelo aispicere iterùm; videt obsérvatque arbo-* Fleret lignũ Adami contactu Christi. *rem illam tam proceram, ut vertice cœlum attingeret: in ipso verò arboris cacumine considentem infantulum, vagientem & plorantem. Suorum verò parentum peccati originarij refricatà memoriâ pudibundus Seth, dimissis oculis & vultu in arboris truncum; videt deflexos deorsùm ramos per mediam tellurem ad infernum usque penetrantes, & tunc cognovit Abelis animam. Conversò deinde ad Angelum visa omnia narranti, Angelus exposuit quis esset infantulus ille cacumini arboris insidens, nimirùm Filius Dei. Hoc oleum misericordiæ à Deo parenti promissum, pulso è paradiso. Ergo Seth de reditu cogitanti dedit Angelus tria seminis grana eiusdem illius arboris, cuius vetitum pomum carpserat Adamus, simulque iniunxit, ut triduò post reditum suum iam diem obeunte Adamo, tria illa grana in os defuncti subtus linguam inderet, sicque cadaver sepulturæ mandaret. Adamus de suo intra tres dies obitu certior factus à Seth, atque de rebus alijs instructus, totus ridibundus atque hilaris gratias Deo reddidit, & iam post satis longam vitam spiritum suum in illius manus deponit. Mortuo parente, inditisque tribus illis granis subtus linguam, iusta funeris persoluit Seth: Paulòque pòst ex tribus illis seminibus pullulant surculi tres*

lon-

*longitudine brachij unius: primus Cedrus, secundus Cupressus, tertius palma. Steterunt tres isti rami, seu potiùs arbores, actis in Adami ore radicibus, aduſque ſæculum Noë.* Hic egreſſus de Arca genuit filium gigantem, qui cupidus videndi ſepulchrum Adami, in vento, tres illos ſurculos ex Adami ore progerminatos primùm avellit, deinde in deſertо ſeparatim pangit, præſagiens ſpiritu prophetiæ fructus mirabiles allaturos: *Ergo Deo ſic volente* (ſubditur) *in ſeſe mutuó tres illi rami influxerunt, & coniunctione mirabili in unam ingentem arborem coäluerunt. Uno igitur & indiviſo trunco & caudice, folia triplici illa varietate diſtinguebantur. Durat arbor uſque ad David: ſed illud lignum quod Deus oſtendit Moyſi, fuit ex illa arbore nata in Adami ore, plantatà in deſerto; quàm iterúm panxit Moyſes in monte Thabor.* Illuſtre ratiocinium! Ibi Moyſes niſi poſt mortem, Chriſto transfigurato, non fuit. Neſcio quo memoriæ lapſu, Auctor. *Floralium novar.* ex quo Pineda decerpſit, Palmam Deboræ in Thabor. (de qua *Iudic.* 4.) ex arbore Adami ſurculum non nominat.

*Translatum in deſertum*

*Hinc in Thabor.*

49 Redeamus ergo in hiſtoriam. Cùm à Davide materies præpararetur in Dei templum, fortè in arborem cæſores incidunt, natam in Adami ore in deſerto tranſplantatam, & iterùm à Moyſe in Thabore conſitam. Rei novitate & miraculo excitus David, viſa arbore, quid? *Prophetiæ ſpiritu plenus* (inſit) *Trinitatem beatificam in illo uno tripli-ci ligno ſalutans, & ſummum ligno honorem habens: Incredibile, inquit, ſolatium & exi-miam lætitiam orbi univerſo, domuique meæ hoc lignum proferet. Fore utique ut filius Dei in crucem, ex illo ligno fabricatam, ſuffigeretur. Ergo ſacrum lignum ſummo honore ha-bitum, in medio templo, Tabernaculóve erigendum curavit. Cùm Regina Auſtri, quæ Sibyl-la & Propheteſſa, veniſſet Ieruſalem, auditura ſapientiam Salomonis, templum ingreſſa & lignum contuita, ſic inquit ad Salomonem: Quod vides lignum, multorum mirabilium in-ſtrumentum erit. Fore, ut illi aliquando Dei filius crucifigendus addiceretur.* Poſt diſceſ-ſum Reginę Saba, voluit Salomon ſepelire lignum, uti fecit in loco abdito, ne a popu-lo ſuo Deicidium committeretur, ſed decurſu temporis, torrente terram lambente, appa-ruit lignum innatans eo loco, quo Probatica piſcina, cuius aqua ſemel in anno cuiuſ-cunque infirmitatis mendicatrix, à ligno accipiens virtutem; quod quidem extractum, pontis vicem gerebat aſcendentibus in templum, & à Iudæis damnato Ieſu in crucem ipſi efformatum. Idem paulò aliter refertur à Comeſtore in 3. *Reg.* cap. 26. *Tradunt quidam* (ait) *Reginam reſcripſiſſe Salomoni, quod præſentialiter ei dicere timuit: ſe vidiſſe ſcili-cèt quoddam lignum in domo Saltus, in quo ſuſpendendus erat quidam, pro cuius morte regnum Iudaicum periret, & certis indicijs illud Regi indicavit: quod timens Salomon in profundiſſimis terræ viſceribus occultavit lignum. Quomodò circa tempora Chriſti in Probatica piſcina ſupernataverit, incertum eſt: creditur fuiſſe hoc lignum crucis Do-minicæ.* Regerit etiam in *Hiſtor. Evang.* cap. 81. Ut aliquid certum de incerto tempore diceretur, refert Alapide ex Genebrardo, eo die quo conceptus eſt Chriſtus ingenti terre-motu fuiſſe templum concuſſum, fontemque hunc è terra erupiſſe, arcanâ virtute præditum, ut morbidos quoslibet ablutos ſanaret; atque illum exaruiſſe, cùm ex cedro, palma & oliva ibidem repertis, crux fabricata eſt, in qua crucifixus fuit Chriſtus. Ita narrat in *Ioann.* 5. 2. Plura in rem videnda apud Barrad. hìc, & Gretſer. d. *lib.* 4. *cap.* 4. Ex his patet, vel Ethnicis revelata myſteria crucis, quandoquidem ita diſtinctè de illa locuta Salomoni Regina Saba, ab aliquibus Sibylla plauſa. Quid non Patriarchæ flagrantia vota, cùm ſalus mundi in ligno venerando collocata? Exprimit Venantius de *Cruce*, v. 54.

*Præciſum in Taberna-culum per-ducitur.*

*A Salomone abſcondi---tur.*

*Apparet in Probatica.*

Pet. Co-meſt.

*Fertilitate potens, ò dulce & nobile lignum!*
*Quando tuis ramis tam bona poma geres?*

*Concepto Chriſto ſa-cta piſcina Probatica, quæ aruit, moriente.*

Venantio.

50 Tertullianus invehitur in Gentiles, quippe in Chriſticolis plectebant, quod ipſi neſcientes adorabant: *Diximus* (ait in *Apolog.* c. 16.) *originem Deorum veſtrorum á plaſtis de Cruce induci: ſed & Victorias adoratis, cùm in tropæis Cruces inteſtina ſint tropæorum. Re-ligio Romanorum tota caſtrenſis ſigna veneratur, ſigna iurat, ſigna omnibus Dijs præponit. Omnes illi imaginum ſuggeſtus inſignes monilia Crucium ſunt. Laudo diligentiam: noluiſtis nudas & incultas Cruces conſecrare. Pars Crucis eſt omne robur, quod erecta ſtatione defigi-tur. Nos* (carpitis) *ſi forte integrum & totum Deum colimus.* Ideſt, ut ait Zephyrus, *Qui totà totum Deum repræſentamus.* Addit Pamellius hic n. 241. *Trophea veſtra victricia, non tan-tùm ſimplicis crucis faciem, verùm & adfixi hominis imitantur.* Sumpſit ex Minutio in *Octov.* & Prudent. in *Periſteph.* v. 278.

Tertull.

*Signum cru cis apud Ro-manos.*

*Tantus novelli dogmatis regnat furor?*
*Hæc illa crux eſt omnium noſtrúm ſalus,*

Pamell.



Roma-

Prudent.

*Romanus inquit: hominis hæc redemptio est;*
*Scio incapacem te sacramentis, impie,*
*Non posse cæcis sensibus mysterium*
*Haurire nostrum.*

51 Hinc ficta insignis fabula, sub cuius involucro apparent nostra mysteria. In crucem actus est Prometheus, quia ignem substulit è cœlo, ut viva hominis formaretur statua è luto erecta, ibique clavis defixus est; de quo Themistius Orat. de *Moderando affect. in liber.* infit: *Prometheus lutum aquâ non maceraſſe, ſed lachrymis.* Vide latè Æschyl. in *Prometh.* Guillielm. Canter. 2. *Novar. lect.* cap. 19. Biscioli. tom. 2. *Horar. subcesiv.* lib. 4. cap. 4. Unde hoc nisi de nostris sacramentis? Homo enim tantùm peccato originis imago; sed cui deërat cum Deo per gratiam similitudo: unde ut posset restitui in vitam, Verbum Dei caro factum ignem venit mittere in terram: cui beneficio ingratè respondens homo, ignis è cœlo portatorem cruci affixit, clavisque suspendit in ligno. *In quo sanè hoc mirum* (subdit Iust. Lipsius in notis lib. sui 3. cap. 13. de *Cruc.*) *cruces repertas fuisse plurifariàm in templis atque in sepulchris. De India occidua loquor. Qua origine aut fine? Nescimus, nisi si iam tunc providus ille Deus stare voluit omen & signum dominaturæ illic Crucis.* In India Orientali refert Petr. Maffeius, lib. 4. *Histor.* in fin. Kircher. in *Prodrom. Copt.* cap. 3. Alvar. Semedus, 3. p. de *Imper. Sinar.* cap. 1. Acosta, 4. *Istor. Indic.* 27. & Iacob Bosius, 2. de *Cruc. triumph.* cap. 6. Crucis igitur nescientes Ethnici habebant signum, quasi malorum remedium. Mar. Victor, 1. *Genes.* à v. 545. accinit:

Themist.

Prometheus quare cruci affixus?

Iust. Lips. Signum crucis etiam apud varias nationes.

Mar. Vict.

*——— Cùm via mortis amaræ*
*Per lignum ingruerit, mundo, populisque futuris*
*Posset adhuc aliquod per lignum vita redire.*

Hercules in ligno fixit draconem.

52 Hic etiam apud Ethnicos fictum, Alcidem ut posset afferre mala Hesperidum aurea, sagittis confeciſſe draconem, ligno inhærentem, de quo Natal. de Comitib. lib. 7. *Mythолog.* cap. 1. & 7. & Virgil. 4. Æneid. v. 484.

Virgil.

*Hesperidum templi custos, epulasque draconi*
*Quæ dabat, & sacros servabat in arbore fructus.*

Clava eius repullulavit.

Clavam eius (ideſt, lignum cum clavis oleagineum, quod ob victoriam Mercurio sacravit) repullulaſſe, actisque radicibus, insignem arborem factam fuisse; refert Natal. loc. cit. Pausan. cap. 74. Kircher. *Obelisc. Pamph.* lib. 4. *Hierogramm.* 3. La-Zerd. in illud Virgil. 8. *Æneid.* v. 250. *Advocat & ramis*: qui 2. *Georg.* v. 30. accinit:

Idem.

*Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu!)*
*Truditur è sicco radix oleagina ligno.*

Etiam lancea Amphiarai. Plutarch. Pausan.

De lancea Romuli frondente, & Achillis ictu vulnera sanante, diximus *Tom.* 1. *T.* 5. *D.* 11. num. 4. & 6. refertque Ælian. 1. *Animal. hist.* cap. 56. Plutarchus etiam in *Casib. Græcor. & Romanor.* subdit: *Ordinum ductoribus commeſſantibus, aquila librans ex alto ſe ſuſtulit in ſublime: Amphiarai lanceam inde dimiſit. Ea terræ defixa in laurum verſa eſt.* Favet alia fabula, quam refert Pausanias, *cap.* 46. de arbore Penthei. *Ut sacra specularetur in arborem ascendisse* (inquit) *& Bacchas impetu facto viventem laceraſſe, & membratim discerpsisse. Postea sibi redditum oraculum, ut eam arborem quærerent, & inventæ divinos honores haberent.* Sanguine revixisse atque lignum aridum floruisse, refert Ovidius, 7. *Metam.* fab. 2.

Arbor Penthei.

Ovid.

*Ecce vetus valido verſatus ſtipes aheno,*
*Fit viridis primo, nec longo tempore frondes*
*Induit, & ſubitò gravidis oneratur olivis,*
*Vernant flores, humusque & mollia pabula ſurgunt.*

Et Medeæ.

Quasi senex homo reviviſceret sanguine, ætate relictâ, nosque expoliantes veterem, indueremus novum hominem; sub persona Æsonis pingitur Adamus.

Sub persona Æsonis Adamus.

*——————Recludit*
*Enſe ſenis iugulum, veteremque exire cruorem*
*Paſſa, replet ſuccis: quos poſtquàm combibit Æſon*
*Aut ore acceptos, aut vulnere; barba comæque*
*Canitiæ poſitâ, nigrum rapuere colorem.*
*Pulſa fugit macies, abeunt pallorque; ſituſque;*
*Adiectoque cavæ ſupplentur corpore rugæ.*
*Viderat ex alto tanti miracula monſtri, &c.*

53 Maius est quod Christus gesit, quàm quod Gentilitas finxit. In cruce confecit dra-

draconem ; ut qui in ligno vicerat, vinceretur in ligno. Arator, 2.in *Acta Apoſt.* v. 1164. eleganter ait:

*Prædo venis, ſed præda iaces, lethumque miniſtrans,*
*Arboris alterni conſumeris improba ramis,* Arator.
*Poſtque crucem Chriſti mors eſt tibi portio ligni.*

Iam *Tau* non mortis ſed vitæ litera eſt : videtur enim prompta, quæ ſalus ſperabatur futura. Signatum in numiſmate, cui epigraphe : *Fœcundo ſæculo*, de quo Ioann. Hemelar. in *Numiſm. aur.* Tabul.34. *Telluris imago, ſeu Genij terræ Præſidis, capite turrito, ſpicas cum caduceo gerit, & ſive anchoram, ſive tridentem inverſum in formam literæ T. radiatum verticem appingunt.* Similiter uti enthuſiaſmus iudicandum lemma illud Octaviani Auguſti (numiſmate cuſſo triginta tribus annis ante N.Aſſertoris nativitatem) *Salus generis humani*; ubi columna clypeata & Victoria cum corona, de quo in *Ephemer.* die 25.Decembr. *Imago temporis nativitatis Chriſti.* Hemel.

*Adhuc adeſt, nondum reliquit folia, ſed viret,*
*Cum ex non marceſcente alea ſit facta.* Eurip.

Uti dicit Euripid.in *Ione*, v.1435.de corona facta ex Apollinis laurea. *Iam in fronte Regum crux illa fixa eſt, cui inimici inſultaverunt*: ait Auguſt. in Pſal.54. Auguſt.

——— *Quod ſignum dextera vindex*
*Prætulerit, quali radiante ſtemmate pila.*
*Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro*
*Signabat labarum, clypeorum inſignia Chriſtus*
*Scripſerat, ardebat ſummis crux addita criſtis.* Prudent.

Accinit Prudent, in *Simmach.* à v.569. Plura congerit Iuſt.Lipſius, d.*lib.3. cap.*15. & 16. neſcioque quo numine Virgil. 12. *Æneid.* à v.206. ſuccinit. *Varia ſigna ligni crucis.*

*Olim arbos, nunc artificis manus ære decora*
*Inclusit, Patribuſque dedit geſtare Latinis.* Virgil.

Crucem dedit Salvator ut ſceptrum ; ſed florens ſanguine illud priſcum paradiſi lignum; non,

*Ut ſceptrum hoc (dextrà ſceptrum nam fortè gerebat)*
*Nunquam fronde levi fundet virgulta nec umbras,*
*Cum ſemel in ſilvis imo de ſtirpe reciſum*
*Matre caret, poſuitque comas & brachia ferro.* Idem.

Sed ut canit Cyprianus, quo *num.*47. à v.16. extollens ſalubre lignum.

*Crevit in immenſum, cœlumque cacumine ſummo*
*Contigit, & tandem ſanctum caput abdidit alto.*
*Hinc iter ad ramos & dulcia poma ſalutis:* Cyprian.
*Inde iter ad cœlum per ramos arboris altæ.*

54 Quid mirum, quòd Ethnici in ſignum confugerint, ſi vel animalia docerent. *Ipſa ſpecies Crucis* (inquit Hieronym. in *Marc.*15.21.) *quid eſt, niſi forma quadrata mundi? Oriens de vertice fulget, Arcticon dextra tenet, Auſter in læva conſiſtit, Occidens ſub plantis firmatur : unde Apoſtolus dicit : Ut ſciatis quæ ſit altitudo & latitudo, & longitudo & profundum. Aves quando volant ad æthera, formam crucis aſſumunt : homo natans per aquas, aut orans, formâ crucis vehitur : navis per maria, antenna cruci ſimilata ſufflatur : Tau litera ſignum ſalutis & crucis deſcribitur.* Paulin.ad *Cyther.*v.8. *Rebus in varijs.* Hieronym.

*Utraque regni cœleſtis myſteria*
*Mutæ loquuntur alites:* Paulin.
*Sacrum potentis explicant inſtar crucis*
*Suſpenſa pennis corpora.*

Aliqui dicunt Manucodiattam, ſeu avem paradiſi, quæ deorsùm nunquàm deſcendit, in formam crucis dormire (adi Ioach.Camerar. lib.3.*Emblem.*43. Conrad. Geſner. de *Avib.* lib.3. liter. *P.* & Ulyſſ.Aldrovand.16.de *Avib.* cap.17.) & ut tuta ſit, ſemper roſtro inhærere arbori altiſsimæ ; qua de cauſa dicitur *Avicula Dei.* Crux in Veneris crucem deſignatur Motacilla, de qua Natal. Comes, lib.8. *Mythol.* cap.19. Auctoreſque præfati ; illam & propoſitum deſcribit Alciatus, *Emblem.*78. *In manucordiatta, & motacilla.*

*Ne dirus te vincat amor, neu fœmina mentem*
*Diripiat magicis artibus ulla tuam;*
*Bacchica avis preſtò tibi motacilla paretur,* Alciat.
*Quam quadrirariam circuli in orbe locet,*

Ore

*Ore crucem & cauda, & geminis ut complicet alis:*
*Tale amuletum carminis omnis erit.*

*Crux in Veneris cuspem.*

Forma crucis signatur in ave, sed allegoricè; ut mortificationis virtus constet in illecebras Veneris: igitur turpis amor cœlesti calcatur amore, dum caro cum vitijs crucifigitur, & mortificatio Iesu in corpore circunfertur. Hoc est in Venerem amuletum, quippe in vitia crux scutum. Modulatur Prudent. in *Cathemer.* à v. 870.

Prudent.

*Crux pellit omne crimen,*
*Fugiunt crucem tenebræ:*
*Tali dicata signo,*
*Mens fluctuare nescit.*

55 Virtutem sanctæ crucis (arbitror per traditionem ex his quæ à Noëmo & filijs eius patres illorum audierunt, & narrarunt filijs suis, eò quòd omnium intererat) Ethnici cognoverunt. Unde, quantum auguror, orta superstitio adorationis arborum, inter quas procerioris in lucis ampliot ornatus & cultus; à qua suspensa micabant vota, & rutilabant tæniæ ac vela, sæpeque pretiosa spolia, uti dixi, *Ephemer.* Isagog. Octobr. n. 29. ex Ovidio & Statio: isque regerit lib. 1. *Silv.* 3. v. 59. & lib. 2. *Silv.* 3. à v. 67. ex Virgil. 10. *Æneid.* v. 423.

*Arbores olim ornabantur & adorabantur.*

Stat.

*Quid te, quæ medijs servata penatibus arbor,*
*Quo non sub domino savas passura bipennes?*
*Qui nunquám vacui prodistis in æthera rami,*
*Hæc tibi parva quidem genitali luce paramus*
*Dona, sed ingenti forsan victura sub ævo.*
*Tu cuius placido posuere in pectore sedem*
*Blandus honor, hilarisque (tamen cum pondere) Virtus.*

Pende enthusiasmum, & cogita sanctæ crucis articulum. Hæc fuere Numinum templa (ait Plin. *lib.* 12. cap. 1.) *pricoque ritu: simplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant. Nec magis auro fulgentia, atque ebore simulachra, quám lucos, & in his silentia ipsa adoramus.* Hinc appensas lampades ab Ethnicis in arboribus tradit. Iust. Lypsius 1. *Elector.* cap. 3. succinitque Prudent. in *Simmach.* v. 1819.

Plin.

*A queis lucernæ pendebant.*

Prudent.

*Et quæ fumificas arbor vittata lucernas*
*Sustinuit, cadit ultrici succisa bippenni.*

De Xerxis platano, quam ornavit aureo monili, & uni immortalium (ideſt, militi ex his quos Persæ dicebant immortales, ut ait Curtius 3. in *Alexand. histor.* cap. 3. & Herodot. lib. 4. cap. 93. quorum insignia præfixa hastis mala aurea; uti astruit Cœl. Rhodigin. lib. 25. cap. 1.) credidit custodiendam, tractat Ælian. 2. de *Var. histor.* cap. 14. Sciebant ex traditione, Dominum è ligno regnaturum. Unde David (ut legunt Septuaginta è quibus Tertull. lib. 3. *Adverſ. Marcion.* cap. 19. & 21. & *Adverſ. Iudæos*, cap. 10. & 13. Cyprian. de *Sina & Sion.* Ambros. in 1. *Cor.* 15. August. & Genebr. in *Psalm.* 95.) ait: *Dicite in Gentibus, quia Dominus regnavit à ligno*: & cùm venerit, *tunc exultabunt omnia ligna silvarum*, utri eorum: contingat fieri thronum ab illo regnantis. Ideo nato Domino cuncta floruerunt: Aldrovand. Tom. 13. lib. 1. fol. 39. & 65. Quod quidem subodorati sunt Gentiles, cùm Cicero 2. de *Divinat.* (referente Genebrard. *ann.* Christ. 71.) dixerit: *Sibyllæ versus observamus, Aliquem appellandum esse Regem, si salvi esse velimus. De hoc Rege* (subdit Aquens. Archiepisc.) *Sibyllinum librum vertisse Ciceronem, asserit Constantinus Imperat. Orat. ad Senatum.* Hæccine volupè compilavi pro crucis veneratione, & quomodò Deus vel cæcis ostendit salutem orbis, & cacumen charitatis, cùm filio suo non perpecerit, sed pro nobis omnibus in lignum tradiderit.

*Arbores cunctæ floruerunt nato Christo.*

Psalm. 95. 10. 12.

Aldrovan.

Cicer.

Genebr.

*Salve ara, salve victima*
*De passionis gloria:*
*Qua vita mortem pertulit*
*Et morte vitam protulit.*

Venant.

Canit Venant. de *Cruc.* v. 5. Videsis Suidam, verb. *Stauros*; Ruffin. *lib.* 2. cap. 29. Nicephor. Calist. lib. 12. cap. 26. Socrat. *Histor. Ecclesiast.* lib. 5. cap. 17. & Laurent. Pignor. in *Mensam Isiac.* fol. 9.

56 Hæc enim sunt præcepta sæculi, ut disceret per quod Filius Dei mortuus: etiam scire congruebat per quam fœminam natus. Hinc numisma illud insigne (de quo Iust. Lipsius lib. 3. de *Cruc.* cap. 16.) in cuius fundo cussa *T.* & *M.* ut per matrem Mariam & Crucem notescerent ex qua Salvator natus, in quaque mortuus. *Opus enim erat* (inquit Bernard.

*Cur iuncta M. & T?*

Bernard. ſerm. 12. de 12. *Stell.* n. 2.) *mediatore ad mediatorem; nec alter nobis utilior, quàm Maria.* Hoc enim intuitu apud Hebræos inſignia caſtrorum, *T.* apud Græcos, *M. ibi ſalus & proſperitas, hìc imperium, quia ſuper binam coronam M, denotatur*: inſit Kircher. in *Oedip. Egypt.* 1. Tom. claſſ. 1. cap. 3. additque Picinell. in *Mund. ſymbol.* lib. 22. n. 143. epigraphen: *Stat magni nominis umbra*: igitur in litera initiali nominis umbra latebat humanæ felicitatis; cùm pateret, Virginis preſentiam non ſolùm Patribus repromiſſam, eò quòd oraculis prænunciata propheticis; ſed etiam Gentibus, quippequàm myſticis præfigurata miraculis. Eius prærogativa ſingularis, non ſolùm quòd mater Dei, ſed quòd virgo & mater, ut illa eſſet benedicta inter mulieres, & beatam dicerent omnes generationes. Ut *longè glorioſior fiat* (ſubdit Bernard. *num.* 9.) *& virginitas ex fœcunditate, & ex virginitate fœcunditas, ac mutuis ſeſe radijs illuſtrare hæc duo ſidera videantur. Magnum enim virginem eſſe; ſed virginem matrem eſſe, longè amplius per omnem modum.* Videbimus ergo quomodo revelata fuit Patribus, poſtque Gentilibus.

Bernard. *Maria mediatrix in mediatore.* Kircher. Picinell. *Prærogativa ſingularis Mariæ, mater Dei & mater virgo.* Bernard.

57 Aſtruit propoſitum Anſelmus de *Virgin. excellent.* cap. 2. *Tacitis itaque illis* (ait) *ab initio omnis creaturæ uſque ad ſanctum ſui adventum ſunt de hac Virgine prophetata, ſicut tam per eos qui ante legem, quàm & per eos qui ſub lege iuſti fuerunt. Illud conijcio apud me, magna quædam atque miranda divinorum ſignorum indicia præcurriſſe.* Idem invenitur apud Damaſcen. 4. de *Fide orthodox.* cap. 15. Andr. Cretenſ. de *Dormit. Deipar.* & Ildephonſ. ſerm. 1. de *Aſſumpt.* Primo revelatam fuiſſe Adamo, aſſerit Virgitta in *Serm. Angelic.* cap. 8. & Pelbart. in *Stellar.* lib. 5. p. 1. art. 3. cap. 2. Spinell. de *Virg.* cap. 22. num. 2. Salazar, de *Concept.* cap. 19. à num. 9. Caniſius, de *Deipar.* lib. 5. cap. 9. Amadæus Lauſanenſ. homil. 7. de *Aſſumpt.* ac Delr. 1. *Adag.* 6. & ex Poëtis, Alcim. Avit. lib. 2. *Geneſ.* à v. 138. & Mar. Victor. *lib.* 1. à v. 494. Deinde Seth, filio Adami, uti dixi, *Tom.* 5. *T.* 11. *D.* 5. *num.* 5. & aſtuit Bolduc de *Eccleſia ante leg.* lib. 1. cap. 3. Deinde Henoch & Noë, ut ait Eugubin. 1. de *Perenn. Philoſoph.* cap. 1. innuitque Tertullian. de *Habit. muliebr.* cap. 3. De revelatione facta Abrahæ egimus, *num.* 19. Sufficiebat enim clarum Iſaiæ teſtimonium, cap. 7. 14. (de quo Matth. 1. 23.) *Dabit Dominus ipſe vobis ſignum: Ecce Virgo concipiet & pariet filium.* Quid perſpicuius? *Hæc enim ſumma, hic finis teſtamentorum* (ait Amad. cit. homil. 1. de *Laudib. Virg.*) *Chriſtum annuntiare & Virginem Mariam: & id quidem nunc ſacramentis tegitur, nunc enigmatibus & ſimilitudinibus obvolvitur, nunc ritu feſto celebratur, nunc ſacrificijs obumbratur, nunc declaratur prophetiâ, aut Evangelicâ aſſertione roboratur.* Unde Anſelm. in *Hymn. Virgin.* part. 3. v. 61. ſuccinit:

*Futura Virgo revelata Patribus.* Anſelm. Amad. Laur.

*Ave per quam confirmata*
*Dei miſericordia:*
*Veritatem prophetiæ*
*Aperuit & gratiæ.*

Anſelm.

Non nudè matris Salvatoris datum ſignum, ſed Vates expreſsit ſingulare privilegium, demonſtrans in genitrice modum. *Sic Chriſtus quòd naſcitur* (inſit Chryſologus, ſerm. 146.) *non eſt conſuetudo, ſed ſignum: non eſt natura, ſed virtus: non ordo eſt, ſed poteſtas: & eſt cœleſte miraculum, non ratio humana. Hìc mundana ſcientia quid capiet? Hìc carnis intelligentia quid requiret? Chriſti generatio ſic erat.* Illa inſignis,

Chryſolog.

*——— Dono cui contigit alto*
*Virginis & matris geminâ gaudere coronâ.*

Alc. Avit.

Uti canit Alcimus Avit. *Ad Soror.* v. 226. Adi dicta, *Tom.* 5. *T.* 3. *à num.* 130. & *D.* 3. *à num.* 3.

58 Facta etiam Virgo lumen ad revelationem Gentium. *Aliquis quæret* (inquit Marſil. Ficin. ubi *num.* 44.) *quas potiſsimùm cœli figuras imaginibus imprimere ſolerent Ægyptij. Sunt enim ibi formæ oculis valdè conſpicuæ, & à multis quales ſunt figuræ Zodiaci, & quæ ſunt extra Zodiacum, manifeſtæ. Sunt ibi præterea formæ quamplurimæ non tam viſibiles, quàm imaginabiles per ſignorum facies ab Indis, Ægytijs, Chaldæiſque profectæ, vel ſaltem excogitatæ: velut in prima facie Virginis, Virgo pulchra ſedens, geminas manu ſpicas habens puerumque nutriens. Sunt enim characteres quidam Signorum & Planetarum ab Ægyptijs deſignati: volunt igitur imaginibus omnia inſculpi; ut ſiquis expectet proprium à Mercurio* (Dei ſapientia) *beneficium, collocare eum in Virgine debeat.* Avenar. apud Kircher. d. Tom. 2. p. 2. cap. 6. inquit: *In prima facie Virginis aſcendit virgo pulchra, longis capillis, & duas in manu ſpicas continet, ſedetque ſupra ſedem & nutrit puerum adhuc parvulum, & lactat eum & cibat eum.* Steflerinus in *Sphær. Procl.*

*Signũ Mariæ ſignum Virginis.* Marſ. Ficin. *Eius imago & figura.* Aven.

ſic

sic exponit: *Oritur in primo Virginis decano puella, Arabicè dicta Aderenosa, ideſt, virgo munda, virgo immaculata corpore decora, vultu venusta, habitu modesta, crine prolixo, manu duas aristas tenens, supra solium aulæatum sedens, puerum nutriens, ac iure pascens in loco, cui nomen Hebræa: puerum dico á quibusdam nationibus nominatum Iesum, significantibus Issa, quem & Græcè Christum dicunt.* Hæc Albumassar apud Auctor. præf. Si hæc Arabs extra religionem in *Introductor. maior. ad Astronomon.* tract.6. describit; cur Hebræus credere renuit ? Claret Salvatorem N. natum ex illibata virgine, indigitari, & quasi mysterioso charactere concentu cœli describi. In rem Cardinalis Aliacus in *Genes.* q. 30. & Albert. Magn. in *Specul.* cuius verba refert Sixtus Senens. 6. *Biblioth.* Annot. 10. Horoscopus in nativitate Christi fuit pars Virginis octava, quæ religionis immutationem significat. *Non quia subiaceat* (ait Albertus) *stellarum motui, aut earum iudicio natorum desideratissimus, qui creaverat ipsas stellas; sed quia cùm extenderet cœlum sicut pellem, formans librum universitatis, noluit literis eiusdem deesse ex his, quæ secundum providentiam suam in libro æternitatis sunt scripta, etiam illud elegantissimum à natura quod de Virgine nasceretur; ut profectò per hoc innueretur homo carnalis & verus, qui non naturaliter nascebatur: non quod cœli figura causa esset quare nasceretur sed potiùs significatio. Imò & vero verius, ipse erat causa, quare modus admirandæ suæ nativitatis significaretur per cœlum.*

Albumass.

Horoscopus in nativitate Christi.

Alb. Magn.

59 Altè præcavet iudicium fieri ex stellarum hac vel illa constitutione, quippe futile omninò, ut notat Augustin. 5. *Civ.* cap. 1. & 3. sed tantum signat cœli figuram quasi partus virginalis notam; ut quod Astronomi ex impossibili finxerunt ut admirabile, clareret puerperâ virgine: videbatur enim in terris virgo pulcherrima lactans & nutriens puerum, ubere de cœlo pleno, quippequàm mater & virgo. Huius mysterij notitia: ab hominum memoria, credo, derivata, constructo à Romanis Magnæ Matri templo; *In eius culmine* (infit Vincent. Chartar. de *Imag. Deor.* fol. 150. de quibus nos sæpe egimus) *virgo erat efficta, quæ ulnis infantem continebat.* Ut huiusmodi cœli systema perspicuius constet, speculum obijciens contemplationi terræ miraculum; *In die nativitatis Domini* (infit Bonifac. Baggata, Tom. 1. de *Admirand. orb.* lib. 3. cap. 1. n. 1.) *medià die circulus aureus apparuit circa Solem, & in medio virgo puerum baiulans, & literis inscriptus: Hæc est ara Filij Dei viventis. Tunc Sibylla Octavian. Cæsarem advocavit, visionem ei ostendit, & puerum illum ipsa die natum dixit, quem Augusto maiorem asseruit. Hunc Imperator adorans, eidem sacrificavit: in eoque loco nunc ædificata est Ecclesia, quæ dicitur, Ara Dei.* Eadem apud Hubert. Goltæ in *Vit. August.* fol. 115. Marlian. in *Rom. Topograph.* cap. 150. ubi in occidentali latere Obelisci Augusti à Sixto V. erecti scriptum manet: *Christum Dominum, quem Augustus de Virgine nasciturum vivens adoravit, seque deinceps Dominum dici vetuit, adoro.* Metricè celebrat Mantuan. Carm. 1. lib. 3. *Parthen.* Aliter Respublica Romana in *Append.* §. 6. Senatores videntes Octavium tantæ prosperitatis, & quod totum orbem tributarium fecerat, voluerunt adorare. Renuit, Sibyllam consuluit: quæ post tres dies Imperatori respondit:

*Virgo mater præfigurata apud Ethnicos.*

Chartar.

Bagatt.

Miracula in Christi nativitate.

Marlian.

*Sit iudici signum, terra sudore madescit:*
*De cœlo Rex venit per sæcula futurus illicò.*

Sibyll. Tibur.

*Postquàm dixisset hoc, cœlum apertum est, & splendor maximus irruit super eum, viditque in cœlo virginem pulcherrimam & puerum in brachijs tenentem super altare Dei, quod miraretur valdé. Audivit vocem dicentem: Hæc ara est Filij Dei: qui statim procidit in terram, & adoravit Christum venturum. Recitavit Senatoribus, de quo mirati sunt valdè.* Hoc phenomenon vocat Plinius Cometen, *terris salutarem*, cum frequenter venena fundant; *lib. 2. cap. 25.* ubi Delecamp. *Cometes hìc Christi Servatoris N. natalem prænunciasse creditur* (Egimus, *Tom. 3. T. 7. D. 5. á n. 4.*) nec sine proposito cogitat: etenim Plin. ibid. præmittit: *Ita refulgens, ut vix contueri liceat, specieque humanà Dei effigiem in se ostendens.* Describit Solorzan. *Emblem. 2.*

Resp. Rom.

Plin.

Delecamp.

Plin.

*Aspice splendentem puerum, radijsque coruscum,*
*Qui Phœbi nitidas lumine vincit opes.*
*Quem Dominum monstrat Tiburis manus alma Sibyllæ*
*Nam soli & solus Rex tonat ille poli.*

Solorzan.

60 Goltzius loc. cit. arbitratur. Octavium hanc aram maximam in Capitolio exstruxisse cum inscriptione, *Ara primogeniti Dei*; quia nascente, Dei primogenito scivit Delphico oraculo oracula cuncta obmutuisse: de quo egimus in *Ephemer.* die 25. Decembr. unde hæc decerpsimus. Ex quo vidit in cœlo hoccine mirabile portentum, Orosius ut refert

*Octavius se Dominum vocari vetuit.*

fert *lib. 6. cap. 22.* ex quo Genebr. *Ann. Christ.* 32. n. 7. hoc est, *die nativitatis Christi, mandavit, ne quis Dominum se vocaret, sentiens, credo, verum orbis Principem natum fuisse: Dei enim cognomentum est.* Idem Tertullian. in *Apolog.* cap. 34. Articulum narrat Sueton in *Eo*, cap. 53. exponitque Mantuan. quò dudùm ex persona Sibyllæ, accinens: Genebr.

*Pone, precor, Cæsar fastus Auguste superbos,*
*Teque (licèt tractes vastæ telluris habenas)*
*Esse sub immenso positum reminiscere summi*
*Principis imperio, cui rerum æterna potestas.* Mantuan.

Quis non cederet, cùm apud Romanos maximè diebus illis frequenter versaretur, quod refert Ravis. Textor. in *Synonym.* lit. C.

*Virginei partus, magnoque æquæva parenti*
*Progenies superas cœli quæ missa per auras,*
*Antiquam generis labem mortalibus ægris*
*Abluit, obstructique viam patefecit Olimpi.*
*Æterno genitore natus,*
*Orator Patris é sinu verendi,* Rav. Text.
*Vocem Evangelij ferens suavem,*
*Qua credentibus exhibet potenter*
*Vitam, iustitiamque sempiternam:*
*Et qui sanguine suo nos redemptos*
*Exaudit, reputat, facitque iustos,*
*Ostenditque pijs suum parentem.*

Hæc enim, unde? Videntur ex Evangelio. *A nonnullis intra Romana mœnia celebri famá vulgatur* (ait N. Petr. Damiani, *Opusc. 36.* cap. 12.) *quòd videlicèt Romulus, qui Conditor urbis asseritur, constructo Palatio, in hanc vocem, quasi de firmamento operis confisus eruperit: Certum est, & immobiliter fixum, quia nisi virgo pepererit, domus ista non corruet. Sicque, si tamen verum est quod asseritur, ex Gentilis hominis lingua, sicut rei probavit eventus, egressa est prophetia: nam nocte qua Salvator ad redemptionem nostram ex virginali alvo processit, sicut dicitur, palatium corruit. Utrumque nimirum, & virginem parere, & ædificium ruere, homini Deum ignoranti, impossibile videbatur: at qui utrumque semper potuit, sed diù intra prudentiæ suæ secreta continuit, utrumque cùm voluit, per effectum operis congruo tempore declaravit.* Plures de templo Pacis vel Fortunæ, quod erat in Palatio referunt, ut diximus, *Tom. 3. T. 7. D. 1. n. 6.* & Antonin. 1. p. *Summ. histor.* tit. 4. cap. 6. §. 10. præter AA. ibi cit. Mirum prorsùs, sed mirabilius, quod refert Cœl. Rhodigin. lib. 9. cap. 19. *Quod ad Virginis attinet partum* (inquit) *in Ægyptiorum mysterijs lectum est: Mulierem ab spiritu afflari diviniore; non videri absurdum, extraque naturæ potentiam: atque eundem generationis semina item inserere.* Falluntur, dum signatur ad Virginem fœcundandam natura, & ab influente Spiritu diviniore semina; igitur ultra naturæ vires, virgo cum honore matris. Hinc, ut dixi *Tom. 5. T. 3. n. 130.* ex Maiolo *Tom. 2. colloq. 1.* & Anonymo in *Observationib. ad Natal. Comit. Mytholog.* cap. 14. Isidis apud Ægyptios institutus ardentissimè cultus, *ex tenui aura famæ, quæ fuit reliqua de muliere paritura filium, generis humani Redemptorem. Significat enim Isis Virginem.* Petr. Dam. *Templū qua re Romæ corruit?* Cœl. Rhod. *Quàm antiqua vel apud Ethnicos notitia, de Virgine paritura!* Maiol.

61 Mos apud illos prævaluit collocandi in lecto Virginem & infantem recèns natum in præsepio, uti asserunt Doroth. in *Synops.* Epiphan. in *Vit. Ierem.* Salian. *Ann. Mund.* 3448. n. 15. Sherlog. *Antiq. Hebraic.* lib. 1. disert. 4. sect. 18. n. 134. Canis. de *Deipar.* lib. 2. cap. 7. Gasp. Sanct. in *Ierem.* Prolegom. 5. denique Chronicum Alexandrin. ubi *Hoc dedit Sacerdotibus Ægypti signum futurum olim, ut idola illorum per terræ tremorem concussa procciderent, nato salutis auctore ex Virgine in præsepi iacenti. Quare hodieque fabricant imaginem virginis puerperæ, & infantem in præsepi positum adorant: cuius rei Ptolomæo causam scisciranti; Sacerdotes responderunt: Id mysterium à venerando Propheta Ieremia Maioribus olim suis fuisse editum.* Alludit illa celebris inscriptio in monte Sina inventa, de qua egimus, *Tom. 4. T. 3. n. 10.* ex Kircherio in *Prodrom. Copt.* cap. 8. scilicèt: *Deus Virginem concipere faciet, & illa pariet filium.* Fusè tractat idem Auctor & spectabili eruditione in *Oedip. Ægypt.* p. 1. Tom. 2. class. 2. cap. 2. ubi non solùm refert mirum, sed Thoma Novariensi auctore, à Ieremia literas formatas ænigmaticè hierophantas, astruit, & eo loci collocatas, quo Dominus in rubo apparuit Moysi. Q. d. *Ille* (subdit) *novissimis temporibus Virginem* (*cuius rubus incombustus hoc loco visus, typus qui-* *Imago & ritus apud Ægyptios.* Chron. Alex. Kircher. *Inscriptio mirifica virginitatis fœcundæ, ubi rubus incombusti.*

Idem. *quidam erat*) *concipere faciet, & illa pariet filium Iesum Messiam, qui salvum faciet populum suum.* Portentum rubi in hoc propositum celebrat Catholica Ecclesia canens, *Rubum quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem, Dei genitrix.* Claudian. post Epigrammata, esto Ethnicus, concinit:

Claudian. *Quemque utero inclusum Mariæ, mox numine viso*
*Virginei tumuere sinus, innuptaque mater*
*Arcano stupuit compleri viscera partu,*
*Auctorem paritura suum.*

Alij non à Ieremia, sed à Moyse inscriptionem factam asserunt, insertumque lapidem Scripturæ in altare, quod Moyses erexit ad radicem montis Sinai. Ita Kircher. loc. cit. eiusque assecla Amatus Chezaud ex numeris signatis per characteres quibus constructa inscriptio, efformat, quando hoccine singulare miraculum in orbe videndum. *Moyses* (ait) *etiam temporis apponere voluit circunstantiam: q. d. Anno ab hinc supra millesimum quingentesimum, Deus faciet Virginem concipere, & illa pariet filium. Unde tempus inscriptionis illius incideret in annum, proximè sequentem egressum filiorum Israël ex Ægypto.* Vide apud Kircher. schema characterum & numerorum in computum.

*Et quando prodigiū in orbe videndum.*

Amat.

62 Non minoris momenti est illa arca lapidea inventa à fodiente in Thracia (aliqui, ut Cassanæus, *Catalog. glor. mund.* p. 12. considerat. 20. & Eugubin. lib. 3. de *Perenn. Philosoph.* cap. 13. autumant sepulchrum Platonis, Ieremiæ qui synchronus & auditor in Ægypto; uti dixi *Tom.* 4. *T.* 5. *n.* 30. & 76.) in cuius concavitate erat lamina aurea, & ad pectus iacentis cadaveris, in qua scriptum: *Christus nascetur ex Virgine Maria: credo in eum. O Sol! Sub Constantino & Irenæ* (apud D. Thom. 2. 2. *q.* 2. *art.* 7. *ad* 3. legitur, *Helenæ*, sed lapsu typographiæ) *Imperatoribus, iterùm me videbis.* Vincent. in *Specul. histor.* lib. 23. cap. 172. Paul. Diacon. *lib.* 23. Baron. *Ann. Christ.* 780. n. 9. & Canis. loc. cit. Cassanæus, quò dudùm, & Martin. Navarr. Tract. de *Orat. & horis Canonic.* cap. 21. n. 28. referunt ante Christi adventum erectam aram *Virgini parituræ*: quò pòst loco Ecclesia Carnotensis in honorem Beatiss. Virginis Mariæ est ædificata. Ioann. Nider. in *Formic.* lib. 4. cap. 6. in fonte iuxta Septam, inventos asserit lapillos, in quibus naturaliter incisum erat: *Ave Maria.* In alijs: *Gratia plena*: in alijsque: *Dominus tecum.* Roborat Bagatta, d. *Tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 2. §. 3. n. 24. Petr. Maffeius lib. 6. *Histor. Iudic.* fol. 132. inquit: *Imago testatur idipsum proceræ mulieris, puerulum in sinu foventis, cui ardentes bodieque lychnucos more nostro suspendunt.* Nomen etiam signatur ab Indis eius formæ imaginis: igitur *digito in imaginem intento, bis Mariam inclamant*: ait Hieron. Osorius, de *Reb. Emmanuel.* lib. 1. fol. 34. Unde Mariæ ibi notitia, referunt & Aspilcueta & Sherlog. loc. cit. Scilicèt, olim Canganoris Regem admonitum à Magis, Persidis & Carmaniæ Regibus, ut unà cum illis proficisceretur in Iudæam ad Christi recens nati adoranda incunabula; patria restitutum ædem erexisse & imaginem Mariæ Virginis Deiparæ collocasse. Astruit etiam Ioann. Bonifac. 2. *Histor. Virginal.* cap. 1. ac de Indis occiduis, adhuc ethnicis, fusè Nieremberg. 8. *Histor. natur.* cap. 17.

*Innuitur lamina inventa in Platonis sepulchro.*

*Et ara Carnotensi.* Cassan. *Laudes Virginis incisæ in lapillis naturaliter.* Nider. Maffeius. *Imago apud Indos, & unde?*

63 Diximus *Tom. præced. T.* 11. *D.* 5. *n.* 7. de monte *Virgo*, ad cuius radicem est imago fœminæ à natura effigiata; & etiam in rupe scissa eiusdem effigies, filium ulnis gestantis. Clariùs n. 5. ubi egimus de templo ab Argonautis constructo, de quo Surius *Tom.* 4. ad diem 8. *Iul.* in *Vit.* S. Procopij, qui ita locutus est Præsidem Ethnicum: *Cùm Iason, princeps Argonautarum, de templo quod Athenis primum constructum est in arce; sciscitatus esset Delphicum Apollinem, & dixisset: Prædic nobis Propheta Phœbe Apollo, cuiusnam erit hæc ædes, & ad quid futura in posterum? Sic respondit: Ego tres cupio, Deum unum regnantem apud Superos, cuius verbum ab interitu alienum* (simile refert Bagatt. quo supr. n. 19. ex Niceph. Callist. lib. 10. *Histor. Eccles.* cap. 33.) *conceptum in simplice virgine. Huius erit hæc ædes. Maria autem erit nomen eius.* Ita etiam Canis. lib. 1. *Deipar.* cap. 1. Ioann. Bonifac. d. *lib.* 1. cap. 2. Spinell. de *Virgin.* cap. 29. n. 23. & Bozius, de *Sign. Eccles.* 1. Tom. lib. 9. sign. 39. cap. 6. Per Sibyllas etiam prædictam Deiparæ virginitatem, asserit Suarius in 3. *p. q.* 28. *Disput.* 5. *sect.* 2 & alij D. D. Scholast. tam hic, quàm *quæst.* 36. & 2. 2. *q.* 2. *art.* 7. Unde vel Virgil. *Eclog.* 4. v. 5. cum promissa orbi audijsset, esto aliò intentus, succinit:

*Mira alia.*

Sur. *Non solùm virginitas, sed & nomen ante Christi adventum.*

Virgil. *Iam redit & Virgo: redeunt Saturnia regna:*
*Iam nova progenies cœlo demittitur alto.*
*Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo.*

Tacet, quæ proles, quæ mater, quæ Virgo, quisque ordo. Dicit & modum Claudian. quo suprà, *Epigram.* 3. v. 1.

Claudian. *Angelus alloquitur Mariam, quo præsciá verbo*

Con-

*Concipiat, salvâ virginitate, Deum.*

64 Sibylla Cimica tempore Numæ (postquàm iudicium totum Albumassaris, de quo n.57. protulisset;quo patet ab ipsa sumptum,ut videre licèt apud Cassanæum loc. cit.) Regi prædixit. *In diebus illis exurget mulier de stirpe Iudæorum, nomine Maria, & habebit sponsum nomine Ioseph; & procreabitur ab ea sine commistione viri, de Spiritu-Sancto filius Dei, nomine Iesu: & ipsa erit virgo ante & post partum. Qui verò ex ea nascetur, erit verus Deus & verus homo, sicut omnes Prophetæ prædixerunt.* Maturè huiusmodi arcanum Deus vel impijs Gentibus manifestavit,ut saltem aliquam(dum prædictum prædicaretur) de matre Salvatoris lucem & notitiam Ethnici haberent. Per saltum illarum circa præsentem materiam testimonia proferam, quippe de illis agendum *Tautolog.*5.à *n.*42. Cassan. *Oracula Sibyllarum.*

*——Puer inde creatus*
*Virgineo partu. Mira est mortalibus hæc res.* *Sibyl. Erythræa.*
*Hebræa quem virgo feret de stirpe decora,*
*Virgine matre satus.*
*Virginea conceptus ab alvo*
*Prodibit sine contactu maris. Omnia vincit* *Delphica.*
*Hoc naturæ opera.*
*Militiæ æternæ Regem sacra virgo cibabit*
*Lacte suo, per quam gaudebunt pectore summo*
*Omnia.* *Cimmeria.*
*——Sanctam potui monstrare puellam,*
*O nimium felix, cœlo dignissima mater,* *Tiburtina.*
*Quæ tantam sacro lactabit ab ubere prolem!*
*Virginis in corpus voluit demittere cœlo*
*Ipse Deus prolem.* *Phrygiæ.*
*——Castam pro matre puellam*
*Deliget: hæc alias formâ præcesserit omnes.* *Cumanæ.*
*——Gremio Rex membra reclinat*
*Reginæ mundi, sanctus per sæcula vivens.*
*Humano quem Virgo sinu inviolata fovebit.* *Libycæ.*
*Annuet hoc cœlum, rutilantia sidera monstrant;*
*——Vidi decorare puellam* *Samiæ.*
*Eximio castam (quod se servaret) honore,*
*Munere digna suo, & divino Numine visa,*
*Quæ sobolem multo pareret splendore micantem;*
*Progenies summi speciosa & vera Tonantis.* *Hellespontiacæ.*
*Solo, sed satis est, oracula prodere verbo;*
*Ille Deo castâ nascetur Virgine magnus.* *Persicæ.*

65 Haud excusationem in fidem habuit orbis, & maximè Hebræi: quandoquidem ex illis unus, ut referunt Krantzius lib.8. *Metropol.* cap.34.Bagatt.d.n.22.Canis.lib.2.*Deip.* cap.7.ex Zonara in *Irenæ imper.* & denique Roderic.Sanctius, p.3.de *Reb.Hispan.*cap.40. cùm amplificare vellet vineam,& scindere eminentem rupem;in eius concavitate, ad quam nullum scissionis signum, invenit librum, ligneis tabulis subtilibus compaginatum,linteo involutum,Hebraicè,Græcè &Latinè scriptum,continentem argumentum de triplici mundo ad Adam,Anti-Christum usque; & principium mundi tertij sic: *Filius Dei nascetur ex Maria Virgine: pro salute hominum patietur.* Hac mirabili scripturâ victus Hebræus, fidem agnovit, erudiensque cæteros gaudibundus suscepit. Demum in coronidem refert Petra-Sancta in *Allocution.*10.*ad miracula comparand.* illuminationem Simeonis Iusti,de quo *Luc.*2. *Expositurus in Synagoga* (infit) *oraculum illud Isaiæ, Ecce Virgo concipiet, & pariet filium; expuncto Virginis vocabulo, cùm adscripsisset: Ecce adolescentula, &c. ratus non posse virgini congruere puerperium; Sidereus Genius restituit oraculum semel & iterùm pristinis atris characteribus: sed quia toties á Simeone emendatio ea fuerat deleta; demùm tertio aureis notis illud rescripsit, ac mysterium Simeoni revelavit: tunc ille responsum accepit à Spiritu-Sancto, non visurum se mortem, nisi priùs videret Christum Domini.* Hæc scripta (scientiæ altioris præcepta) & toties in scripturis figurata (ut in virga Aäronicà ariditate florente, & simul cum floribus fructificante; & in cœlo novo & terra nova, muliere circundante virum, & virginе puerpera) nunquàm legere voluerunt, eligentes in errores sequi priùs durâ cervice genium capitonem, quàm gloriam è populo *Alia mirabilia.* Bagatt. Petr.Sanct. *Simeoni revelatur arcanum prævio miraculo.* Num.17.8. Isai.74-61. 17. Ier.31.20.

pulo suo Virginem-matrem. Nec in cœlo ubi illi collocant insignia præcepta, & in quo cuncta arbitrantur scripta, uti vidimus *num.* 16. & refutat referens Lel. Biscíola, Tom. 2. lib. 2. *Hor. subcesiv.* cap. 12. viderunt signum Virginis: etenim pro isthuiusce Signiferi asterismo, tres spicas plenas, filoque ligatas adscripserunt. Hæc studiosè ex varijs AA. selegi & collegi, in honorem Virginis tanto portento Deiparæ.

Philip. Mezel.

*Vivat igitur honos Mariæ: Mariam arduus æther*
*Ingeminet: Mariam tellus, pelagique profunda*
*Dempto fine sonent: Mariam, matremque salutis*
*Patronamque cliens, animi nunc æquior, orbis*
*Antiquá virtute colat.*

*Varietas lectionum.*

66 Modò ergo in Tautologiam reflexo calamo Versiones Sacr. Interpret. apponendæ, iuxta aliorum voluminum seriem & ordinem. *Præceptum quod præceperam.* Alij, ut vidimus in expositione: *Præcipiendo præceperam: Præcepto edixeram: Præcipiendo præceptum: Mandato præcepi.* Alij: *Edicto præcepi: Denunciatione denunciavi: Præcepi mandato præcisso: Iudicio mandavi: Iudicio præcepi: Mandatum, iudicium iussi.* Modò ad mores aliquid, ut exactè servemus præcepta Dei.

## ADINATON EXEGETICUM.

1. *Præceptum quod præceperam.* Voces geminantur ad observantiam plenissimam. Constat præceptum entitate, modo & fine: diciturque præceptum præceptum; ut formidetur Dei pro discussione iudicium: etenim non rectum tantùm si observatur, quod præcipitur; dummodò in ipsa observantia intentione depravetur.

2. *Præceptum quod præceperam.* Vulnus divinæ legis est audacia transgressoris: diciturque præceptum, quæ lex à Domino; ut constet quid sine Domino præcipitur à peccato: quod quidem ex legis vulnere, transit in vulnus conscientiæ: quandoquidem quamprimùm præceptum frangitur; à percussa conscientia timor præcipitur.

3. *Præceptum quod præceperam, & iudicio præceperam.* Quid ex iudicio præceptum? Quod non prolubium, observatis vitijs, ut præceptis: iungiturque iudicium & præceptum; ut clareat delirium ex prolubijs fœminarum: igitur illarum in observantia observatio, præceptum sine iudicio.

4. *Præceptum quod præceperam.* Constat auctoritas præcipientis ex præcepto cæterùm sine obedientia, ubi non præcipit ratio: præceptumque præcipitur, quasi non præciperetur; quippe præceptum absque ulla præcipientis auctoritate; quùm auctoritate firmat, quod debet fieri ratione.

5. *Præcepto præceperam.* Quis præcipiens in præcepto nil ordinat? Mundus, quùm suis præceptis delirat: equidem propter cœlum voluntariè surdis ad eius voces, ligatis tenore legis, præcipiendo non præcipit; quippe quod est delirium, non est præceptum.

6. *Præcepto præceperam.* Indicatur, esse posse præcepta sine præcepto. Proculdubiò, modò iudex præcipiat extra legem, iuris excludens affectu vel prolubiò directionem: quandoquidem in decretis nulla præcipiendo præcepta; quia non præcepta vulnerata iustitiâ.

## DIDASCALIA I.

### *Horrendum est incidere in manus Dei viventis.*

1 IN morte prorsùm sententia meritis cuiusvis lata, verùm non publica: palàm universali iudicio, iudicanda clarebunt universa.

Bernard.

*Cuncta cunctorum cunctis arcana patebunt.*

Ut ait Bernard. De *Cognition. human. condit.* cap. 2. n. 4. Ostendetur in cordibus opus legis scriptum, reddente illis conscientiâ stabile testimonium; præsente simul actore, crimine, iudice, teste, instantia invicem inter se cogitationum accusantium vel defendentium. *Rom.* 2. 15. Quæ prævia in orbis consummationem, iam acta; priusquàm à corpore dirè scinderetur vita: etenim cruciamina perfecta in infirma carne; eorum signa, quæ supervenient universo orbi. *Venit Dominus* (ait Gregor. Magn. *in Evang.* Homil. 13.) *cùm ad iudicium properat: pulsat verò, cùm per ægritudinis molestias, esse*

*Signa in hominis morte quæ in iudicio universali.*

Greg. Mag.

*eſſe mortem vicinam deſignat.* Unde reſonat in aure clangor tubæ, legitur liber conſcientiæ, pari iudicij univerſalis timore, licèt non tempore: quandoquidem quæ in corpore ægritudine valida, erunt ſigna in Sole & Luna: areſcentibus hominibus præ timore & expectatione cauſæ, longè diſito cunctis aſylo reſipiſcentiæ. Superiùs fulminat iudex iratus, ſubtùs orcus flammivomus: hinc peccata criminantia, illìc infinita dæmonia: intùs perculſa conſcientia, foris inſaturabilis flamma. Vid. *Tautol.* 10. à n. 31.

Senec. in Oedip. à v. 570.

*Tota ſuccuſſo ſolo pulſata tellus.*
*Rumpitur cæcum chaös; & totum nemus*
*Concuſsit horror: terra ſe retrò dedit,*
*Gemuitque penitùs: compage rupta ſonuit,*
*Aut ira furens, catenas movit graves.*
*Subitò debiſcit terra & immenſo ſinu*
*Laxata patuit. Vidi inter umbras*
*Torpentes lacus, noctemque veram.*
*Gelidus in venis ſtetit, hæſitque ſanguis.*
*Stetit in armis omne vipereum genus.*
*Erynnis ſonuit, & cæcus furor,*
*Horrorque. Nos liquit animus.*
*Pavidæ latebras nemoris umbroſi petunt*
*Paventes animæ.*

Quò miſer inter anguſtias deprehenſus fugiet peccator? Quia deprehenſus, quantus dolor! Non effugiet, ac ſine doloris utilitate dolebit; quoniam latere, prorsùm impoſsibile; & apparere, cruciamen intolerabile. Tertulian. de *Iudic. Dom.* cap. 2. v. 7. Deus

Tertull. *Totum in libra ponet ſub examine Mundum.*

2 Caveamus fulminis ictum. Oh! At tubà remugit cœlum. Retorqueatur Ethnicus, 9. *Æneid.* v. 503.

Virgil. *At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro*
*Increpuit, ſequitur clamor, cœlumque remugit.*

Cogemur vitæ commiſſa fateri. Unde clangor, inde terror, & cordium horror. Formidabile omninò, ex tubæ horriſono ſono. Mugit per æthera clangor, & tuba multiplici crepitans ſonat auri dolore. *Surgite mortui.* Quis non timet? Vox faucibus hæret, ſtant crines, tinniunt aures, horreſcit corpus, quia concutitur animus, dum tremor & timor creſcit, animaque ſine vulnere pavet. *Venite ad iudicium* immortales qui mortales. Quantum cordolium! Quantum corſalium! Enervant virtutem vel in audacibus ſigna: quid facient dira cruciamina? Suſpenſis ſenſibus, immotis motibus, vivacibus tormentis, præ timore iam paſſis, hominibus occupatis à pavore, reſpiratione ægrotante, atque virtute languente, quin viſa videant, nec audita prorsùs audiant; quia in vicinam intendunt amaritudinem, actionum abdicentes tenorem, perculſo, etiam percuſſo intellectu, ſine diſcretionis uſu, fugientibus pericula, corruentibus in maiora, impellentibus gemitibus reſpirationes, quippe ſucceſsivæ continuò calamitates; vitâ miſerâ occurrente, ubi mors quæritur, & in ampliorem commotionem iteratur, Sole ſine lumine, ebria luna ſanguine, ſtellis ſepultis, atque Planetis funeſtis, cœlo involuto, mari commoto, ſolo quaſſato, nubibus plorantibus ignem, clamore aſcendente in aërem, retorquentem meditatò vocem clamoris, ut echo & echo vehementiùs torqueatur auris, fricentur ulcera pectoris; vel leviſsimum ſolatium evaneſcet hominibus, fugientibus ad ſolatium vel ipſis montibus. Quanti ponderis tormenta, ſi ita ſunt ſigna! & lux eripitur, pariter cœlumque negatur.

*Quantus horror ex quo pavor!*

3 Quid ex apparatu theatri, præparatione iudicij? Animi acerbitates geminant calamitatum dolores, ſed nondum ſtatim finis.

Senec. ubi ſup. v. 320.

*Non una facies mobilis flammæ.*
*Sed ecce pugnax ignis in partes duas*
*Diſcedit, & ſeſe ſcindit unius ſacri*
*Diſcors favilla.*

Correpta Regia cœli: quò mare, quò tellus, cuncta urente flammâ peribunt: ipſa elementa calore ſolventur. Iam mundus in maligno poſitus eſt. Ad nihilum redactus eſt, & neſcivit: tuncque audietur pavidè: *Surgite mortui.* Tremunt orbis igniti columnæ.

Claud. 2. de Rapt. v. 265.

*O malè dilecti flores, deſpectaque matris*
*Conſilia! O Veneris deprehenſæ ſeriùs artes!*

Evomet illo articulo terra cadavera. Quoti fugient ceu non ſua! Proijcient laſcivi oculos, concupiſcentiæ miniſtros. Vani caput, quia vento paſti, ex illo complebant cerebrum. Maledicus linguam, ne ampliorem patiatur flammam. Perfidus pectus, quo ſimulavit diſsimulatione virus. Manus fur rapaces, ne ſecùm habeat latrocinij teſtes. Superbus faciem, pellens arrogantiæ ſupercilioſum indicem. Aures blanditi, quia præbuerunt aurem. Ambitioſi averſabuntur humeros, ubi tam purpura, quàm regiminis pondus; ſcientes ignis legem, qui portant orbem. Magnates brachia ut nocua abominabuntur, quoniam potentes potenter tormenta patientur. Oderit quilibet ut tormentum inſtrumenta criminum; ſiquidem per quæ culta ſubibunt ſumma tormenta. Odio luitur amor, quin criminis, ſed pœnæ intercedat dolor, nec retractetur in converſionem propoſitum; quantumvis pro confuſ-

*Quilibet oderit uti membra non ſua, in peccatum & tormentum inſtrumenta.*

fuſsione colores conſcientia miniſtret & penicillum. Separabuntur iuſti à reprobis, qui vitam illorum æſtimabant inſaniam, ac prudentiam ſtultitiam; cùm hos traducant ex adverſo iniquitates, & luce clareat, quid virtus & quid ſpecies: tractis iurè per barathrum in inferna, dum illi rapiuntur obviam Chriſto in aëra. Qui ſursùm fuerant deorsùm: equidem per rectiſsimum iudicium, qui ab elatis ſubacti amariſsimè in mundo, gradu perſecutionum collocantur in cœlo.

Matth. 24. à 40.

4 Duo igitur erunt, quia fuerunt, ſimul. *Unus aſſumetur & unus relinquetur.* Tranſit per viſcera ferrum: irruit animi deliquium. Erunt duæ neceſsitudine magna, utpotè mater & filia; diverſamque conditionem ſtatus ſortitur: *Una aſſumetur, & una relinquetur.* Erunt duo in uno lecto, communi ſepulchro; & *illa in nocte unus aſſumetur & alter relinquetur.* Diſpoſitis vel ex Babelicâ confuſione cunctis, & cum tenore chao cæco totius generis humani (ibi ero! Ibi erimus! Erimus invicem, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent? Quis mihi det, ut ille iudex in inferno protegat, donec ira & furor tranſeat!) *Ipſe Dominus in iuſſu, in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo*: tuncque videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna & maieſtate. *In nube* & lucida & tenebroſa; ut iuſti voluptuosè delectentur, & reprobi perterreantur. In nube mirabili, pro articulo condita; etenim longiùs emittet radios & fulmina. Iudex terrebit, vel fulgebit facie iuxta ſpeculum conſcientiæ. *In oppido Luſitaniæ Santaren* (infit Alapid. in *Exod.* 28. 30.) *aſsiduo miraculo, in pellucida cryſtallo viſitur Chriſtus pro cuiuſque devotione, nunc puer tenellus, nunc duodecim annorum, nunc triginta, nunc crucifixus, nunc iudex rigidus.* Conſcientia claret cryſtallus. En theatrum: quanta inter ſpem & metum ſolicitudo cordium! O momentum! Graphicè Alcim. Avit. *Geneſ.* lib. 3. à v. 31.

1. Theſſal. 4. 16.

Luc. 21. 27. *Conditio nubis ad iudicium venientis.*

*Imago mirifica Salvatoris.* Alapid.

*Tunc cùm ſynceros paſtor diſcreverit agnos,*
*Hædis diſparibus diversâ in parte locatis;*
*Præſentem Dominum, triſti cum luce peroſam*
*Expavere diem, detecto in crimine teſtem.*
*Quod ſi ſuppeteret iam tum ſententia læthi,*
*Hanc etiam raperet, ſolandi cauſa doloris.*
*Sic miſeri mortem nondùm diſcrimine notam,*
*Cùm primùm meruere, volunt: exordia finem*
*Signant, & ſimul prædicunt affore luctum,*

Alc. Avit.

*Ultima cùm mundi ſenium conſumpſerit ætas,*
*Cúmque repentinus percuſſerit omnia fulgor,*
*Cœlorum clangente tubâ, qua nuncius ante*
*Iudicis adventum concuſſum terreant orbem.*

5 Hic in impios nubis lucidæ iudicis radius. Inclinabit cœlos & deſcendet, & caligo ſub pedibus eius; ſed in probos, qui gravis ſeveritate, iubebit de tenebris lucem ſplendeſcere. Tertull. d.

*Igneus his vigor eſt, rutilantia corpora, cœli*
*Vis divina micat, ſonitus cum voce potentis.*
*Lux ubi clara, nitens, ſpiratque ſalubrior aura,*
*Æternuſque dies, atque immutabile tempus.*

Tertull.

Quàm dilecta tabernacula! In lumine æterno lumen in gaudium videbunt, qui inebriati ab ubertate domus, potant ſitibundi de torrente voluptatum. Leve tribulationis momentum, quo perſecutio per tempus, in gloriam operatur æternum pondus: quandoquidem immortalitatis glorioſæ largitor (ſuorum beatitudo felicisſima & honor) præſtat pro terrenis cœleſtia & immortalia, pro caducis permanſura, pro temporalibus ſempiterna, ac pro modicis eximia; regnans in cunctis, & factus omnibus omnia. Dicit inſipiens in corde ſuo: *Non eſt Deus.* Ideo illi pro lege deſideriorum voluptas, ſed dabit pœnas. Audiatur Ethnicus, cuius pro fide firmanda exponitur enthuſiaſmus. Ita Manil. 5. *Aſtron.* à v. 419.

*In cœlo inſtis quàm copioſa merces?*

*Quæſitor ſcelerum veniet vindexque reorum,*
*Qui commiſſa ſuis rimabitur argumentis,*
*In lucemque trahet, tacitàque licentia fraude.*

Manil.

*Hinc etiam immitis tortor, pœnæque miniſter,*
*Et quiſquis vero favit, culpamque perodit,*
*Tollitur, atque alto qui iurgia pectore tollat.*

Alia videbimus *Tom.* 8. *T.* 2. ad illud Ierem. 51. 56. *Reddens retribuet.* Peccator hoccine tanto fragore ſurdeſcit; quippe non cogitat, nec recogitat corde, de quo non timet. *Tremunt omnes tubâ Dei*: ait Tertull. quò ſupr. *cap.* 6. v. 5. Tremunt & iurè tremunt, dum cogitatione audiunt: quandoquidem vel ſceleſtus, auditu refugit facinus.

Tertull.

6 De diritate Phyſeteris tot mira dicunt AA. quot de vaſtitate corporis *Phyſeter* (ait Plin. *lib.* 9. *cap.* 4.) *ingentis columnæ modo ſe attollens, altiorque navium*

Plin.

*vium velis diluviem quandam erúctans.* Navem enim summergit per maria monstrosè vagans, aquam hausta per ostia frontis in nimbi modum exuflans. Terrorem incutit cunctis bellua prorsùm indomabilis:in quæque audet & imperterrita irruit. Ita quæ audax, *sono tubæ terretur, ac præceps in profundum abigitur*, inquit Munster.4. *Cosmograph.* cap. 39. Hoc mare magnum plenum monstrorum hominum legiruparum ; quorum audacem insolentem impetum nec cohibent repagula iuris, nec pondera divinæ humanæque legis. Iudicium operum non cogitant, etsi sciant. Grassantur, in flagitia corruunt per fas & nefas cuncta ad libitum prosternunt : non est timor Dei ante oculos eorum. Quò crimina magis gravia, ausibus prævaricantium faciliora. Nec retinaculum invenitur avido pectori, nec obex audaciæ : at cùm verbum Dei penetrabilius omni gladio ancipiti ; præpetes instantia sonitus fugiunt, equidem audita iudicij tubà recedunt. Quid pravus, cùm vix iustus sit securus?

*Conditio Physeteris.*

Seb. Munster.

*Tuba iudicij formidabilis.*

7 Aliqua considerandа,in discussionis articulo proficua : etenim stridore cuilibet sonat ad aurem, quæ tuba terrebit universum orbem.

*Pavidus finis cuiusque. Altus ubique tremor*
*Hærent membra comis, nectuntur ossa medullis.*

Tertull.

Tertullian. d. Collimabit profectò illotunc quilibet in scopum ; si cuncta speret à Patre misericordiarum, & cuncta timeant à facie peccatorum suorum. Huiusmodi angustiæ, ni fallor, signantur à Christo præsenti & futuro iudice (igitur omnes ante eius tribunal oportet manifestari) in eo *Arescentibus hominibus præ timore & expectatione*: etenim ad expectationem exitus causę,tot vitę actis articulisque constantis;vel in homine iustissimo sunt multi impulsus timoris. Si iustus vix salvabitur, impius & peccator ubi parebunt! Cuncta discrimina illo,tanti momenti momento. Si hoc est in viridi, quid erit in arido ? Instat ignorantia status & periculum exitus. Urget nescientem de se, an gratiam habeant, an non? an vel inculpabili conscientiæ, donum concedetur finalis perseverantiæ; & qui mare magnum vitæ laboriosè tranavit, tandem tandem tacto littore cum felicitate appellet. Premit an sit aliquid virulentum latenter subdolè occultum, vel bonum obliqua intentione perfectum : quandoquidem opera quæ renident maximè bona, videntur cordium intentione perversa. Virtus,proh dolor! languidior, pugna vehementior, tela ignea,hostiumque protervia. Quid si Dei iudicia (quæ abyssus multa) & hominum sint diversa? Cuncta vigil animus disponit, sed non componit; quippe nonnulla diligentia negligit. Non videt omnia videntem, rimantem cogitationem. Nihil prætermissum meditatò, recolitur;verùm formidatur,quod nescitur. Crescit pavor vicinà retributione iustitiæ, & ante oculos cordis nihil inane. Anima patitur quicquid timetur. Redemptor N.dum solutioni carnis appropinquat, factus in agonia prolixiùs orabat. Quid ergo facient tabulæ, si tremunt columnæ ? Quomodò virgulta stabunt,si huius pavoris turbine etiam cedri quatiuntur? Videsis Augustin.9.*Confess.*cap. 13. & Gregor. in *Iob*, *lib.* 24. *cap.* 7. qui *lib.*29. *cap.*9. subdit : *Væ miseris nobis, qui de electione nostra nullam adhuc Dei vocem cognovimus, & iam in otio quasi de tranquilla securitate torpemus::. Væ etiam laudabili vitæ hominum, si remotà pietate iudicetur : quia districtè discussa ; inde ante oculos iudicis, unde se placare suspicatur,obruitur. Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei : & tamen nescit homo, utrum amore, an odio dignus sit ; sed omnia in futurum servantur incerta.* Vide dicta, *Tom.* 1. *T.*5.*D.*2. Nonne vel cordi perfecto timor ; dum ignorat, unde perfectionis tenor? Væ etiam laudabili vitæ,ubi fuerit iudicium sine pietate: quippe præ hominis conditione desinent in curvitatem, quæ iuxta legem videntur præ se ferre rectitudinem.

*Concussio qualis animæ in corporis discussione?*

Luc.21.26.

Greg. Mag.

Eccl. 9. 1.

8 Symbolum perfectionis præfigitur orbis, circulus, vel sphæra, ut profert Aristoteles, 1. *Ethic.* cap.13.& Pier.Valer.*lib.* 39. *cap.* 7. 10. & 15. Orbis pingitur in circulo, ac per orbem in Arithmetica nihil significatur.*O nihil est*:inquit Achil.Bocchius, *Symbol.* 71. Utrumque profectò aptissimè, quippequàm nihil, quicquid fulget in orbe. Rota & mundus signantur figurà sphericà, quia mundi vel florentis siccine transit figura:etenim si in puncto subsistentiæ centrum, proniores in præcipitium. Figura in despectum acuit tacitè mentem, ut descendat in utilem tantæ futilitatis cognitionem : quandoquidem perperàm felicitatem firmant ; si ut subsistant, cuncta rotant:*Accepimus peritura perituri* : ait Senec. de *Provident.* cap. 5. Quænam permanentia bonorum in mundo; ubi ut dicit Ethnicus, 15. *Metamorph.* fab. 3.

Achil. Bocch.

*Mundi bona futilia.*

Senec.

*Cuncta fluunt, omnisque vaga formatur imago?*

Ovid.

9 Ergo in Didascaliæ propositum. Symbolum igitur perfectionis circulus.Clarè

ret præ divino iudicio perfectum in circulo humanum opus, procul cogitatâ perfectione ex conſtitutione circuli: ſiquidem nulla poteſt eſſe perfectio, ubi nulla ſaltem ad ſpeciem rectitudo. *Nil recti in orbe rotundo*, videt oculus, quippe aliàs non eſſet circulus; ut ait Carol. Bovil. *Epigram.* 47. priùſque Manil. 4. *Aſtron.* cap. 1. v. 416. *Eſt æquale nihil.* Videmus ſphæram in hominis, legem meditantis, actu, per quam omnimoda demonſtratur perfectio; & eſt imperfectio in actu, uti nil rectum in circulo; ut ſibi ex perfectione non iuſtificetur homo: quandoquidem quæ homini perfecto videntur ſpecie recta; uti in circulo apparent omninò curva.

Bovil. & Manil. *Quæ videntur recta in Dei iudicio ſunt curva.*

*Nimirùm in toto quid ſit niſi crimen in orbe?*
*Hoc unum infelix, quòd ſit in orbe nihil.*

Bovil.

*Non intres in iudicium cum ſervo tuo*: anxius exclamat David, electus iuxta cor Dei. Dicitur ſervus, ut notetur iuſtus: fugitque iudicem, qui diligit æquitatem? Profectò in commodum; quippe ſine iudicis pietate haud in ſalutem ſuffragium. Diverſimodò in conſcientia opera ad perfectionem librantur, quàm in libræ divino examine diſcutiuntur. Diſtat longè iudicium in corde proprio, à divino infallibili iudicio: iudiciumque divinum etiam detrectatur à iudicis ſervo; quippe videntur tanquàm in circulo curva, quæ ſine examine illo oſtendebantur perfecta. Cauſam addit: *Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens*: id eſt, nullus iuſtificabitur. Nullus? Nullus profectò, etſi ſervus. Iuſtificatio homini, ex omnimoda æquitate: perperàmque in perfectione circuli inveniri poteſt æquitas, ubi neceſſaria curvitas.

Pſalm. 142. 2.

*Nullaque perfecta.*

Ibid.

*Quid quiſque vitet, nunquàm homini ſatis*
*Cautum eſt in horas.*

Horat.

Canit Horat. 2. *Carm.* Od. 13. v. 13. Iuſtificatur homo ex rectitudine cordis, præut rectitudo in conſpectu Deitatis, hadquaquàm ex ſpecie rectitudinis: & non fit iuſtificatio, ubi vel in modo obſequij levis ineſt prætermiſsio; quippequàm in divino tribunali non rectum, quicquid incautum.

10 Inſigni hieroglyphico expreſsit Bocchius, ut vitæ immortalis cum ſpe fulgeret decus.

*Libram virgo tenens, quadrata rotundaque*
*penſat.*

Achil. Bocch.

Canit *Symbol.* 108. En diſcrimen iudicij humani & divini. *Civitas* Ieruſalem eſt *in quadro*, quia domum Dei decet ſanctitudo. In circulo quicquid conſtituit obliquum; in quadro profectò rectum. Ibi virgo incorrupta, quæ iuſtitia intemerata; ut iuſto examine penſet, quod ad iuſtum examen hominem latet: quadrataque virgo, ſimulque rotunda librat æquitate ponderis; ut ad iudicium decidant vel perfecti à cogitationibus ſuis, quæ tantùm cogitationes: etenim quæ illis videntur quaſi quadrata intendere rectiſsimam perfectionem; uti rotunda in examine nullam habent rectitudinem. Inquirit Lucretius, 4. de *Rer. natur.* à v. 502.

Apoc. 21. 16.

*Sed rotunda.*

*Cur ea quæ fuerint iuxtim, quadrata; procul ſint,*
*Viſa rotunda? Tamen præſtat rationis egentem*
*Reddere mendoſæ cauſas utriuſque figuræ.*

Lucret.

Alta Deus à longè cognoſcit: homo proprio amore iuxta ſe videt; quin actuum in corde ſenſationem percipiat, quia iuxta ſenſum proprium ſenſibile collocat: quapropter cùm ſtrictim non diſcernat; quæ videt obliquè recta, ſeveriore cenſurâ rectè iudicantur curva. *Recta aut obliqua luce refulget.* Idem accinit *lib.* 2. v. 800. Lux à ratione eſt: amore proprio iudicij rarionis ſuffiatur lux; ne quæ ſunt, ut ſunt videantur, quippe non ſunt, ut videntur: equidem quod oculis patet rectitudo virtutis; virus & virus extricatur draconis.

*Quare?*

11 Fit intentione in vafro pectore humano, quod Moyſis virgæ contigit in deſerto. Virgam habebat in directionem gregis, quæ quidem inſtrumentum mirabilis metamorphoſis. Sic ſe habuit articulus, ut conſtet quale divini iudicij pondus. *Quid eſt* (dixit in rubo fulgens) *quòd tenes in manu tua? Reſpondit: Virga. Dixitque Dominus: Proijce eam in terram. Proiecitque, & verſa eſt in colubrum.* Virga directionis eſt vita ad amuſsim legis. In terram Dei iuſſu proijcitur, dum homo moritur; diverſo iudicio humano, à divino integerrimo iudicio, ubi recta quæ recta, quæ curva curva: dracoque pro virga objicitur, dum in morte iudicanda vita deponitur; ut formidet vel intendens in perfectionem, divini iudicij inevitabile examen: quandòquidem quæ videbantur directiones rectitudinis, motus & rabies apparuerunt draconis.

Exod. 4. à 2.

*Virulenta quæ ſalubria.*

*O durum, ò fatale reis, miſeriſque tribunal,*
*Quo iudex rigido tan gravis ore ſedet!*

Herm. Hugo.

Accinit Hermannus Hugo, *Pijs deſider.* lib. 1. *Gemit.* 10. pingens Sponſum Sponſæ ſignantem legem; ut illa non perfectionis ſpeciem amaret, ſed perfectionem: equidem cùm ad iudicium, lex æterna ſit ſpeculum; invenietur confuſione plena, quæ ſibi videbatur geſtis præclaris glorioſa: videbit quippe

pe virgam vitæ, normæ rectitudinum, illo in speculo amarissimum colubrum. Patet in exitu. Virgà nitebatur, virga proijcitur, ubi recta quæ vita illo in iudicio libratur: & fugit? Horridum sanè quod cernit: vera species apparuit in speculo, ex qua stupor & perculsio: unde quod nimis placuit, ita displicuit; ut vitæ cogitatam rectitudinem, fugeret tanquàm serpentem.

12 Elucet modò cur Paulus dixerit: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.* 1.Cor.4.4. Iustificatio non ex puritate conscientiæ, sed tantùm ex puritate; ut clareat, in manus Dei incidere, quàm terribile: etenim cùm iuxta acta & opera formetur & iudicetur causa ad decisionis examen, haudquaquàm iuxta agentis cognitionem; iudicandus proculdubiò cum actione causà palmàque cedat, quantumvis conscientia cognitione non accuset. Paulus non iustificatus, tametsi nullius criminis conscius? Non iustificatus. Haud sententia fulminatur iuxta imperfectionem iudicij rei, sed præut in iudicio ius: equidem quæ cognitio (cæcè videns) plaudit iustificationem; iuxta legem, & iura possunt apparere crimen. Illo in iudicio consilia nudantur cordium, & illuminantur abscondita tenebrarum. Non ibi iudex iudicandi cor, sed tantùm iudicis lex. *Qui iuxta illam? Omnes qui recto sunt corde.* Psal.93.15. Liquet unde rectitudo, ex qua in illo tribunali iustificatio: Paulusque non dicitur iustificatus, etsi nihil sibi conscius; quippe acceptio minimè ex rectitudine conscientiæ, nil cognoscentis; sed duntaxàt pro suffragio ex rectitudine cordis. 3.Reg.2.43 *Præceptum*, quod præceptum, dicitur in præsenti *Tautologia.* Constat præceptum entitate, modo & fine: diciturque præceptum præceptum; ut formidetur Dei ad discussionem iudicium: etenim non rectum tantùm, si observatur quod præcipitur; dummodò in ipsa observantia intentione depravetur. Obediunt plenissimè legi, omnes qui recto sunt corde: & non iustificantur, qui de se cognoscentes, nihil cognoscunt; quoniam quasi nescientes cordis secant rectitudinem, per finem obliquum, aut latentem intentionem. Nostra iustitia nobis iustitia videtur, & cognita non cognoscitur. Plin. *Innumerabilia sunt mortis signa* (inquit) Plin. *lib. 7. cap. 51.*) *salutis securitatisque nulla sunt.* Profectò nulla, nequid cognoscendum; Ubi sup. *quoad usque iustitia convertatur in iudicium*, quo iustitiæ iudicantur. Quid mirum de iustitia, Pauli nescientia; necdùm causa iudicata? In divino tribunali est legis speculum, & est iustitia iustitia; quùm ibi convertitur in iudicium: quandoquidem ibi recta recta, curva curva; & multoties curva, quæ nesciente conscientià, visa sunt recta.

*Iudicio humano gloriosè acta propudiosè crimina.*

13 Ideo pavidi, semperque timentes debemus vitam agere, ut adipiscamur vitam. *Diem iudicij timere*: inquit N. Glorioss. Legislator Benedictus, *Regul. Sanct.* cap.4. *Instrum.*44. Unde tantus pavor? Unde debet esse dolor. Canit Ethnicus in *Hercul. furent.* à v.691. S.Bened.

*Pudor serus conscios vultus tegit:*
*Metus, pavorque, funus & frendens dolor:*
*Aterque luctus sequitur, & morbus tremens,*
*Et cincta ferro bella, in extremo abdita,*
*Rerumque mœstus finis, & mundi ultima.* Senec.

Maiora, ni fallor, urgent. An repat aliqua superbia occulta, an sit vera cordis pœnitentia, an nimia ex sanctitate fiducia vana; cùm inesse debeat spes, ut certantem in agone cœlitùs roboret; metusque, ne inflatus pugnare recuset. Considerandum præ humilitate in iudicium, Moysis cum domino decertantis theatrum; quibus superbis resistit, & humilibus dat gratiam. Ita ergo in nostram doctrinam. *Mitte manum tuam in sinum tuum* (dicit illi Dominus) *quam cùm misisset in sinum, protulit leprosam instar nivis. Retrahe, ait, manum tuam in sinum tuum: retraxit, & protulit iterum, & erat similis carni reliquæ.* Exod.4.6.7. Manus esse signa operum, astruit Pier. Valer. *lib.35. cap.2.* Pende discrimen iudicij Dei, & cogitationis operum creaturæ in huiusmodi certamine. Moyses arbitrabatur manum esse sanam, sed secùs ultra conscientiam; ut timeant de iudicio in confusionem, qui æternam quærunt salutem: igitur coram Domino inventa sunt plena maculis & lepræ maculis; opera quæ Moysi videbantur candidiora adinstar nivis. Quæ hominibus gloriabundis videtur nix, apud Dominum iudicem lepra est: equidem cùm ibi iudicentur entitate & non specie; qui sibi cogitatur plausibilis, apparet abominabilis. Moyses manum vidit, & leprosam expavit; verùm leprosam cognovit, ut salutem à Domino peteret: unde cùm Deus cor contritum & humiliatum non despiciat, imò foveat; manus leprosa Dei mundificatur gratiâ; etenim ita in nostram salutem pronus, ita beneficus; ut cognoscenti crimen vel leprosam imperfectionem, & sanitatem conferat, & restituat in salutem.

*Tribulatio unde morientis?*

*Quæ hominibus videntur sana, apud Dominum leprosa.*

*Quàm pius in humiles Deus!*

14 Unde virtutis fiduciâ, ubi nulla à se virtus, nec virtutis subsistentia? Fiducia vana est superbia. Gloria non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Inde tumor, unde debet esse timor?

Vide ne lumen quod in te est, tenebræ sint.

H.Hug. *Mens pura est, quemque dicere posse nego.*

Mala in iudicio causa, si non mundantur occulta: equidem cùm illa discutienda ad iuris amussim, & nullatenùs ad propriam estimationem; proh dolor! vanitatem decepti cognoscunt, quando miserrimè pereunt. Ambulant in magnis & mirabilibus super se: eorumque vita nequaquàm mirabilis, sed virtutis apparentis inanes cogitationes.

Psal. 75. 6. *Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt viri divitiarum in manibus suis.* Hebraismus est, *Viri divitiarum* pro *Prædivites*. Nonne opulenti? In propria cogitatione, popysmate circumventricis philautiæ. Nec videbantur, sed videbantur sibi; ut illorum divitiæ in somno non viderentur, quia visæ in somnio. Probanda sunt metalla lapide lydio, qui ius, iuxta voluntatem legis, & nequaquàm iuxta legem voluntatis. Somnus est mors, qua in examine constat quid vanitas, & quid veritas: unde qui sibi videbantur divites, nihil divitiarum invenerunt egentes in die mortis; quia quod illos lactabat ad Dei iudicium mirabilis opulentia, in iudicio divino erat scoria & scoria. Omnis consummationis videtur finis: quippè in fine est virtus consummationis: nihilque videtur pretiosum ex cumulo divitiarum; quoniam gloriabantur uti iustificati, eò quod nihil sibi cæcis iure conscij. Quapropter cùm iudicij cœlestis examen sit omninò diversum, quàm est iudicium humanum, cuius fallacia patescit in somno mortis, filij hominum quoniam mendaces in stateris; quod in statera cordis opulentissima gaza, in libramine iustitiæ cœlestis nihilum omnia. Expergescimini ebrij in verum iudicium & timorem, qui fovetis perfectionis vanitatem: igitur nisi à Iudice indultum, vel nihil sibi conscij, non sunt viri divitiarum. Audiatur Tertullianus d. *cap.* ult. à v. 9.

*In die mortis, virtus cognoscitur, vel virtutis species.*

*Quicunque est hodie, secum putet omnia mente:*
*Atque ideo dum vita manet, dum cernere lucem,*

Tertull. *Dum vitam mutare licet, quàm terminus ævi*
*Obruat incautos, & nescia lumina solvat*
*Ultimus ille dies; mortis quia lege tenemur.*

## DIDASC. II.

### *Anima in corporis morte patitur, quicquid conscientiæ repræsentat timor.*

1 GNomen excerpsimus ex Gregor. Magn. lib. 25. in *Iob.* c. 6. *Iudicium eò certius punit, quò interiùs sævit. Ibi tot patiuntur* (infit) *supplicia, quot pati timent: nec deest in hoc iudicio, mente concepto, omne ministerium, quod punire reos suos pleniùs debeat. Nam conscientia accusat, ratio iudicat; timor ligat, dolor excruciat.* De timore diximus Didascalia præcedenti: modò de timoris origine; nempè, de sententiæ expectatione: quæ ita animam hominum cruciant; ut meditatione arescant. In tanti articuli periculoso certamine, sunt illis & tenebræ sine luce (uti videbimus *Tautolog.* 9. n. 45.) igitur scientes unde veniunt, nesciunt quò vadunt. Quid Christianos & Catholicos, si huiusmodi cogitatio torsit & Ethnicos? Aristoteles moribundus dixisse fertur: *Nudus in hunc mundum veni, miser vixi, dubius morior, quò venturus ergo, nescio.* Meritò anxius, nesciens post mortem quò iturus. Adi Alapid. ad *Hebr.* 2. 15. De Adriano, commentus est Ælius Spartian. prope mortem dixisse:

*Iudicium à conscientia.* Greg. Mag.

*In eius examine tribunal.*

Luc. 21. 26.

*Animæ pœna ex æstatus ignorantia.*

*Animula, vagula, blandula,*
*Hospes comesque corporis,*
*Quæ nunc abibis in loca?*

Adrian.

Seneca ad *Marciam*, cap. 17. inquit: *Ad hoc genita es, ut perires, ut sperares, mortem & timeres & optares: & quòd est pessimum, numquàm scires, cuius esses status.* Epist. 5. subdit: *Spem metus sequitur. Utrumque pendentis animi est: utrumque futuri expectatione solliciti.* Unde tanta animæ pœna? Ex status ignorantia: quandoquidem cordi profundissimum vulnus, animus pendulus.

Senec.

2 Mortis sententia decreta profano Baltassari, sed per signa. *Apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis in superficie parietis, & Rex aspiciebat articulos manus scribentis.* Cognovit icta conscientia, quò tendebant fulmina, & detonabat procella. *Tunc facies Regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum, & compages renum eius solvebantur, & genua eius adinvicem collidebantur.* Cuncta prorsùs specimina terroris ingentis. Grave pecto-

Daniel. 5. 5.

Vers. 6.

ri

ri vulnus! mens est quæ sentiat ictus, si percussus intellectus.

Ovid. *Palluit & subitò genua intremuere timore,*
*Suntque oculis tenebræ per tantum lumen obortæ.*

*Maius periculum, nescire ex periculo exitum.* Ovid. 2. *Metamorph.* fab. 1. Unde tanta formido & nihili habito toto Medorum exercitu? An per mortem? Vitæ perspiciebat finem. Altiùs turbatur vulnere mentis, quàm vulnere corporis. Erat inter spem & metum, videns scribentis apparatum; quin sciret, quò propositum tenderet: & præ tormenti dolore facies pallore mutatur, mens icitur, totumque corpus concutitur; quippe sine tormento tormentum summum, in tormentis futuris nescire exitum. Ex articulo Vers. 28. patet. Audit mortem à Daniele, nec timet. Si ex morte timor, dubiâ morte maior dolor? Utique: cruciamen ambiguitatis, est vitæ pendulus ensis, imò in animam acutissima cuspis: Baltassarque mortis creperum ad eventum timidè pavet, & ad mortis occursum neutiquàm tremit; quoniam si mors homini, quia extremum, ultimum malum, exitus ignorantia ultra malorum extremum. Urget cogitatio in vehementius cruciamen, dum anima de possibili refovet cogitationem: torquens ac retorquens pœnam: quæ quidem transfodit animam; quippequàm expectans extremum malum, non est in extremo extremum. Iam non *mors ultima linea rerum est*: ut aiebat Horat. 1. *Epist.* 16. v. 79. Ultra dolorem mortis invenitur acerbitas, transiliens lineas: equidem ita cor pungitur, dum huic inde perculsum tergiversatur; ut potiùs eligat sententiæ diræ solamen, quàm sententiæ expectationem.

*Est extremum malũ ultra malorum extremum.*

Horat.

3 Icta sagittis, à conscientia vibratis arte, æstuabat in flammas anima Magdalenæ; cui plurima vitæ mordebant delicta suæ. Herm. Hugo, 3. *Suspir.* 11. accinit:

Herm. Hug. *Mille vias repetens, infràq́ supràq́ pererrat:*
*Fontis inops igitur ad flumina quæque reccurrit.*

Attonita pœnâ nec videbat lumina: sed *ut cognovit, quòd Iesus accubuisset in domo*
Luc. 7. à 37. *Pharisæi* (irruens quasi importuna convivio, opportuna beneficio) *stans retrò secus pedes*
*Christus munere contritionis derelinquit munus iudicis.* *eius, lachrymis cœpit rigare pedes.* Quò ruit impos mentis? In domum iudicis? Prudentissimè, cognitâ pietate, quæsivit effugium: fugit enim Dominum, qui fugit ad Dominum. Non sentit vulnera? Non videt crimina? Non discernit offensam, ut ita exponat coram iudice causam? *Provolvitur pe-*
Bernard. *dibus maiestatis* (infit Bernard. in eius *fest.* n. 6. & Petr. Damian. n. 7.) *doloris plena, timoris impatiens, compunctionis iaculo vulnerata.* Perpenderis, tò *Timoris impatiens.* Si ad iudicem fugit, quem timebat? Doloris plena, intimè vulnerata, iam sese ferre nequibat. Dolor erat à merito transgressionis legis, dolor etiam à sententia iusti iudicis. Conscientia continuò ac incessanter pungebat: à iudice sententiam dato tempore expectabat: impatiensque timoris cucurrit ad iudicem, lachrymis proferens crimen; ut pœna averteret impatientiam: quandoquidem expectatio ita premit tolerantiam; ut malit sententiam criminis, quàm in sententiam futuram cruciamen expectationis. Peccator impenitens sibi incognitus manet: prorsùm quod tolerat, nescit; quia ubi iaculum compunctionis haud cruciat, esse sub sentibus delitias computat. *Omne enim quod faciunt, cæcà mente pertranseunt: factumque suum, nisi cùm puniti fuerint, non agnoscunt*: subdit Gregor. ubi *num.* 1. Hi iam iudicati sunt, atque tota lex in illos, quippe ad illos nulla lex. Magdalena timoris impatiens, tendit patienter amandare dolorem. Cognovit, & ad iudicem confugit; ut pœnâ illatâ peccati, remmiteret acturùm expectationis sententiæ.

*Quàm gravis cordi expectatio iudicij.*

Greg. Mag.

4 Sententia iudicis expectata à conscientia, morte mediâ est pœna summa, prævalens mortis dolori. Unde dicit Regius Psaltes, ex mortis formidine: *Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ.* Timor ex obitu, & tremor ex mortis exitu, tenebris confusa ratione, quia nescit homo quid inde. Audiendus Ethnicus, sed Stoicus. *Non ad præsentia aptamur, sed cogitationes in longinqua præmittimus. Nos & venturo torquemur & præterito. Timoris enim tormentum memoria reducit, providentia anticipat: nemo tantùm præsentibus miser est.* Hæc Philosophus, *Epist.* 5. Vel in ipsa mortis pœna, Conditoris prælucet misericordia; ut licet sedeât timor, aufugiat tremor: quandoquidem per afflictiones infirmitatis & mortis, conversio intenditur mentis. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, & posteà acceleraverunt. Reprobi illotunc tales probantur, siquidem nec doloribus in meliora convertuntur.

Pſal. 54. 6.

Senec.

*Corporis ægritudo, Conditoris miseratio.*

*Ille igitur finis malus est quem pœna sequetur,*
*Et qui perpetui porta doloris erit:*
*Non quo absumuntur lachrymæ, cunctique labores,*
*Ut veteris pereant omnia signa mali.*

Iacob. Bill.

His duntaxàt timor præest mortis, haud tremor iudicij sceleris; quia tenebris criminum traditi in reprobum sensum.

——*Tanquàm mors nulla sequatur*

S. Brun.

*Malum mortis vulnus, sed peior nescientia status.*

*Et velut infernus fabula vana foret.*
Ut accinit Brunus Carthusian. apud Æneam Sylv. *Epitaph. Clar. viror.* Timor generat ex morte tremorem: attingit quippe à fine usque ad finem: etenim si malum, mortis vulnus; pessimum, nescire cuius status.

Ovven.

*Plorabas cùm natus eras: fuit ergo voluptas*
*Nulla tibi nasci: cur dolet ergo mori?*
Ovven. *lib.*3. *Epigram.*192. Est pœna, quia est mors secunda; & tremor ex pœna, ne mortua amittatur vita.

Ovid. 4.Reg.20.1

*O genus attonitum gelidæ formidine mortis!*
5 *Morieris tu & non vives*: Evangelicus Vates prædicit Ezechiæ, lethaliter ægrotanti. Terribilis prorsùm fulminatur sententia, plus quàm mors, amara. *Morieris, & non vives*! In vita post mortem, est summa felicitatis; sicut calamitas summa, quòd dum moritur vita, moriatur anima. Vita in morte gratia: perstat, licèt ingeratur mors: moritur ubi post mortem non vivitur; quoniam per gratiæ vivificantis absentiam, vita efflatur quæ post vitam. *Morieris tu, & non vives.* Quorsùm ergo eärum geminatio vocum, quæ eundem mortis repræsentant articulum? Videtur sub ijsdem idem, verùm diversum propositum. Moritur & non vivit, qui sine gratia moritur: à moriente habetur vita, quando moritur in gratia; ut vitalitatem in mortalitate celebret, & expirando respiret: igitur in morte ingens mortis solamen; quoniam gratiâ persistit vita post mortem. Vivitur morte, quùm anima vivit inquinatione peccati. Moritur vitâ, qui vivens moritur, & vitæ discussionem meditatur: quomodò scilicèt erit in articulo? Quæ afflictiones in exitu? Cum peccatis qualis vermis! Sine pœnitentia, quanta sagitta doloris! Vita quàm turpiter trita! Tempora quàm malè expensa! Virtutes non apparent: dœmones urgent. Vultum operit Deus ob crimina iratus. Ad conversionem, si fortè non erit tempus: sensus propè sepultus, intelligentia commota, summa hominis agonia, & in fortissimo agone; ex quo pendet tota felicitas vel infelicitas animæ. Hac consideratione itur ad astra: iungiturque meditanter mors sine vita; quippequàm mortui non vivunt, nisi viventes moriantur, & ante lethum, corpus ducant pro vita vivum sepulchrum. *Morieris tu, & non vives*; sed vives, ubi ante mortem morereris: etenim vitia in vita moriuntur, quando sic moritur. Felicitas, mori sic; ubi mors ipsa non mors: igitur omnimodam excedit felicitatem, in morte ipsa nec invenire mortem. *Morieris tu, & non vives.* Profectò vita in humanis ita molesta; ut mors potiùs iurè signandæ, quàm vita. Mors etiam grave tormentum, cùm audacior timeat ictum. Summa insuper amaritudo, nescire Quando. Adhuc vehementius cruciamen viscera pungit. Vehementius! Quodnam? Quid scilicèt erit. Quo instatu occurret mors: an in illa sic vel sic; cardo anxietatis & pharetra expectationis: igitur illo in tractu usque ad intima pertransit; Quid erit, & quid non erit. Non erit? Summa calamitas. Erit? Extrema felicitas. O momentum, à quo æternitas!

*Cum morte in gratia, non amittitur vita.*

*Meditatio extremi iudicij, exquo!*

*Mors in vita, vita in morte.*

*Animam intimè pungit, quid post mortem erit, vel non erit.*

6 Expendamus articulum, simulque expectationis cordolium. In navem Ionas ascendit, ut Dominum fugeret, quasi posset: pugnatque orbis contra insensatum, ut accipiat etiam à insensibilibus sensum. Simulatque tumens fluctus in mari calcavit, mare non secùs intumuit; ut quem tumidum viderat, timidum faciat. Navem gravem commovit quasi spumam, circunquaquè devolvens quasi concham: cuius ita effrenis furor, ut singulis fluctibus funderet æquor in æquor. In rem Manil.4. *Astron.*c.1. à 280.

*Iamque huc atque illuc caligine vertere clavum,*
*Et frenare ratem, fluctusque effundere rectos:* Manil.
*Adde gubernandi studium: pervenit in astra,*
*Et Pontum cœlo coniunxit.*
Timor cunctorum recessit in pectus, quò mari æstuante periculum maius. *Timuerunt nautæ.* Sortes decreverunt mittere, quippe iam navis periclitabatur conteri. Ion.1.5.

*Itur per altum, fit procella maris.*
*Tunc causa tanta quæritur periculi;* Prudent.
*Sors in fugacem missa vatem decidit.*
Ut modulatur Prudent. *Cathemer.* v. 997. Ita factum pro conflictu, cæterùm nautæ tunc *timuerunt timore magno.* Maior paventia, ubi iam extra pericula? Sors in caput alienum, & formido vehementior in sinum proprium? Nihil mirum. Primùm terror ortus ex periculo vitæ; quæ salva, si salva, auxilio fugacis tabulæ, modò evaderet immunis à facie horrisonæ tempestatis. Denuò horror invasit mentem, per latam ordine sortem. Duplex hìc timor, quippe duplex erat dolor. Primus simplex metus: *Timuerunt.* Secundus, maximus: *Timuerunt timore magno.* Primus à vitalitatis discrimine: secundus à maiore tempestate: unde mortem timentes, in mortis articulo formidarunt plus & plus; quippe nesciebant ad mortem qualis eventura sors. Plus cor metuit, quod illi maiorem terrorem incutit: timentque maximè, etiam Vers.10.

*Auget in morte formidinem, mortis ignorare sortem.*

sup-

suppositâ morte ; quippequàm auget formidinem , mortis ignorare sortem. Sors est & mors. A morte dolor, à sorte mayor. Maior? Profectò , ex acriore dolore maior formido : & non à morte , sed à sorte dicuntur timuisse timore magno ; siquidem in fine ignorare finem , nescire futuram sortem, ita animam premit , ita viscera torquet , ita vel coram morte halitum angustat pectoris ; ut sit timor vehementior timore mortis.

7 Revera mors amara , cuius etiam amarissima memoria. *En ego sum ille , qui fui , sed forsitàn hora::.* O forsitàn ! Cogor & ipse meis auribus esse gravis. Sanequàm noster appropinquabit finis; estò nos fugiat, quando & ubi appropinquabit. Venturum finem, ac mortalitati mortem, quasi in propria ; scit vel ipsa ignorantia. Scit homo, quæ illo tractu pœna cordi : sed restant plura maioris momenti. Quid fuit vita ? Flatus. Gaudium? Inutile tempus. Mundi gloria ? Ludibrium aëris. Fastus? Picturata nubes. Pulchritudo ? Embolium imaginis apparentis. Divitiæ? Inauratus cinis.

*Bonamundi transitoria.*

Tibull. 3. Eleg.7.v.1. *Hei mihi! Difficile est imitari gaudia falsa:*
*Difficile est tristi fingere mente iocum.*

Hoc scit: supersest plus. Caput riget , respiratio deficit , vox mutescit , nec os hiscit. Plus in mortis agone ? Plus. Quò vadis infelix? Vincëris, vel vinces? Erit trophæum, vel propudium ? Quænam sors , & qualis in fine finis? An in vitam , vel in flammam? An in pœnam , vel in gloriam ? An in cœlum , vel in lacum ? Manebis tranquillè in navi felicitate sociorum , aut mergeris in profundum ? Ubi parebis ? Nescio, respondes, Sortem expectas, meritòque formidas: igitur alte superat mortis acerbæ cruciamen, mortis expectare sortem.

*Unde cordolium animæ in mortis agone?*

Ovid. 1. Amor 4. v. 45. *Multa miser timeo , quia feci multa protervè*
*Exemplique metu torqueor ipse mei.*

En anfractus hominis , secum in mortis articulo contendentis : etenim perpenso post mortem futuro iactu; mortis acerbæ amaritudo, dulcedo.

8 Postquàm exponit Sirach , quàm amara mors ; subdit gnomen , mortis abdicens amaritudinem. *Noli* (ait) *metuere iudicium mortis* : ideſt , sententiam mortis, quippe à Domino sententia ex prima culpa: in omnes homines mors pertransijt , & pertransibit. *Hoc iudicium a Domino omni carni.* Noscunt vel Ethnici : *Mors malum non est* (inquit Senec. *Epist.*123.) *quid quereris ? Sola ius æquum est generis humani.* Ovidiusque ad *Liviam*, v.359.

Eccl. 41. 5.

Senec.

*Tendimus huc omnes: metam properamus ad unam:*
*Omnia sub leges mors vocat atra suas.* Ovid.

Si mors malum & extremum ; solatium fatui videtur , quod obviet cunctis huiusmodi extremum malum. Cur igitur non metuendum iudicium mortis , quod est extremum in malis ? Quoniam in mortis agone, formidare debemus mortem iudicij. Mors iudicij metuenda , quæ mors secunda ; igitur ibi in tribunali agitur de anima : urgetque pavor ( cùm in corde verminet criminum timor ) an causà cadat , vel victoriam ancipiti lite adscribat: unde cùm causa iudicij corporis sit , quod perficit inexorabilis mors , restetque actorum infalibile examen discutiendorum post mortem; respectu momenti sententiæ futuri examinis , non solùm non metuenda , sed despicienda mors corporis. Mors extremum malum in vita , verùm non malum extremum , quoniam post iudicium mortis, manet extremum iudicium: unde cùm anima pluris ducatur quàm vita; in huiusmodi litisdiscussione, haud iudicium mortis formidatur, sed mors iudicij : quandoquidem ex illa causa pendent absdubiò totius æternitatis momenta.

*Discrimen inter mortem iudicij & iudicium mortis.*

9 Causam subdit Sirachus. *Noli metuere iudicium mortis : memento quæ ante fuerunt , & quid superveniet tibi.* Ex anteactis cor iurè timet, haud quod veniet , sed quod superveniet. Veniet iudicium mortis, quod carni cruciamen : forsitan superveniet & mors iudicij post mortem: cuius cùm lateat sententia , & accuset ægrotum vita anteacta ; augetur animæ nimis ut summum tormentum, quale post iudicium mortis erit iudicium. Erit formidini , *Spiritus iudicij sedenti super iudicium.* Iudicium post iudicium exponitur cunctis , ne iudicium metuatur mortis : equidem si ex iudicio mortis carnis dolor , animæ maximus angor ; eò quod ignoret finem consummationis , ad consummationem finis: quandoquidem pœna timenda super pœnam , acrior plaga super plagam, vulnus super vulnus , cruciatus super cruciatus, & super dolorem vulnerum, ubi in vehementius tormentum , iudicium super iudicium. Amara sanè mors : quia intolerabilis succumbit homo; sed respectu iudicij mors dulcedo. Animæ incipiunt dolores , dum finiunt dolores carnis : in carne enim animam, non mortis , sed iudicij affigunt cogitationes: quid erit ? quid non erit? quid si cœlum amittitur ? quid si in inferno demergitur, conscientiâ accusante & coram severo iudice ; qui tempus in pœnitentiam concesit , ut minùs inveniret , quod damna-

Vers. 6.

Isai. 28. 6.

*Mortis amaritudo coram iudicij acerbitate dulcedo.*

naret. Unde cùm non posſint obijcienda improbari.

Ovid. 1. Metam. fab. 1. ——— (*Pudet hæc opprobria nobis.*
*Et dici potuiſſe, & non potuiſſe refelli.*)

Imò clariora Sole; pateant acta diſcutiendæ litis, quia vel abſente iudice, eſt conſcientia mille teſtes; in infirmitatis angore, cruciatur anima abſque ullo levamine: igitur ita cogitationes premunt, & ſuper dolorem vulnerum dolorem addunt: ut quantunvis mors amara, ratione iudicij amaritudo mortis ſit amariſsima. Magna enim ſunt Dei iudicia, & innarrabilia verba; queis cor compungitur, ut ad illum animitùs convertatur: etenim erga hominem, etſi nullius conſcium criminis; Domini, Domini exitus mortis.

*Unde mortis timor?*

10 Oſtium clauſum eſt undique, ni præoccupemus faciem eius in confeſsione, de nobis iudicium conſtituentes, quòd conſtituendum poſt iudicium mortis. Optimum eſt ſiccine ante tempus iudicare; ne iudicemur, cùm venerit tempus, & tempus non erit amplius, adveniente iudice, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Non moleſtum fateri, quod invitè fatendum.

Ovid. 2. Amor. eleg. 4. *Non ego mendoſos auſim defendere mores,*
*Falſaque pro vitijs arma movere meis.*
*Confiteor, ſi quid prodeſt delicta fateri,*
*In mea nunc demens crimina faſſus eo.*

Ita igitur cor dirigitur in pœnitudinem, futurumque excuſat præveniendo dolorem. Utinam perficeret Catholicus, quod feciſſe dicit Ethnicus! *Quid egeris, tunc apparebit* (inquit Senec. *Epiſt. 26.*) *cùm animam ages. Accipio conditionem: non reformido iudicium.* Iudicium non reformidat, qui ad iudicium ante tempus angoris animum præparat; igitur quæ falſa, aut evacuata ridet: quæ vera cognoſcit, corrigit, dolendoque dolet: componitque vitam, uti iudicandam; ut mores exactè iuris redigantur ad formam: quandoquidem in illis difficilè errabit; qui Dei iudicium nonnunquàm ante conſpectum habuerit. Hoc in felicitatem conſilium ſanum, iudicio prævio perturbare iudicium: etenim ſi iudicium in iudicio mortis ſit, ſequitur profectò ſecunda mors.

Senec. *Quàm utile ad iudicium iudicium prævium!*

11 Reſpondeo promiſsis Tom. præcedent. *Tautolog. 9. D. 3. n. 14.* Quatuor à Ioanne ad ſigillorum apertionis tenorem, deſcribuntur equi & equites. Sagittantem & gladiatorem ſequebatur quidam ſtateram habens. Hunc ſequebatur mors, quam infernus ſequebatur. Hæc eſt viſio, in quam debet intendere ſolicitè cogitatio; quippe-

Apoc. 6. à 2

quam totius articuli pervertitur ordo. Cunctis hominibus in hoſtes tribuuntur arma, ut decertent pro victoria; igitur nullus coronabitur, niſi qui legitimè certaverit: hinc dicitur, *Data eſt ei corona, & exivit vincens ut vinceret.* Conflictus erat toto tempore vitæ, in ſalutem animæ. Exponit metaphoram Maximus Tyrius, *ſerm. 3. Si clariorem* (ait) *imaginem requiris, Deum dic eſſe exercitus ducem, militiam vitam, militem hominem, machinas ratiocinationes, teſſeram fatum, arma facultates, hoſtes calamitates, ſocios rationem, fortitudinis præmium virtutem, cladem flagitia; divinationem denique, eam artem, quæ ex apparatu præſenti futura conijciat. Dux ex apparatu præſenti vel cladem vel victoriam ante cognoſcit.* Siccine conſtat unde victoria, vel cladis ignominia. In viſionis Ioannis apparatu deſignatur confligentis victoria: verùm in ordine temporis, videtur omninò confuſus ordo certaminis. Mors ſequebatur ſtateram portantem, quùm ſequi deberet præcedentem mortem. Statera ſignat iudicium, mors vitæ extremum, poſt quod librantur ad examen & diſcutiuntur acta, quæ inventa ad libramen ex tota vita. Cur igitur iudicium vitæ antevertit ſequentem mortem, cùm mors præcedere debeat vitæ libramen? Ut ex præſenti apparatu certantis præcognoſcatur victoria, aut clades futura: equidem ſi ut diſcutiatur vitæ lis, iudicium præcedit mors; in decertantis ſtrenuè ac validè triumphum, mortem præceſsit cogitatione iudicium.

Ibid. Max. Tyr. *Cur vita hominis militia?* Verſ. 3.

12 Delicetur clariùs. Datur in certamen ex huiuſmodi apparatu diadema; & priuſquàm vinceret, declaratur victoria. Pugna licèt inſtaret, ille tamen *exivit vincens ut vinceret.* Modò iudicium ſequeretur mortem, creperum erat certamen: igitur in tribunali legerentur acta, præut acta; ſed non correcta: perperàm enim ad iudicium corrigentur, quæ ante mortem libranda non iudicantur. Manebunt utique contra ius meditata, cum actorum prætergreſſionis pondere; quòd ſubtrahi potuiſſet & cognitione & pœnitudine. Librantur crimina quæ ſunt, præut fuerunt, ut tota ſint, in quæ criminatur lex: etenim non dolore delentur, quæ ut ſunt & fuerunt, non cognoſcuntur, ut diſpliceat eſſe facta; quæ revocabilia pœnitentia. Si ante mortem huiuſmodi cogitationis examen; iudicium præcedens mortem, vulnera ligat, infirma conſolidat, nævos delet, ſcoriam projicit, devia reducit, averſa convertit, prava dirigit, dura flectit, erigit curva, lavat ſordida,

*Quare debet eſſe iudicium ante iudicium?*

ri-

rigat arida, retorquet obliqua: hinc ante mortis pugnam datur exeunti corona: etenim si corona legitimo debetur certamini, quod futurum in morte; ante venientem mortem habuit cum morte certamen, arripiens ex cogitatione triumphum, igitur, iudicium Dei, priusquàm veniret, habuit ante conspectum.

13 Inversio ordinis in mortis apparatu, indicavit triumphum de apparatu mortis; sicut econtrà morientis miserè, cognoscitur clades. Considerat qui parum de salute solicitus, iudicium Dei post mortis apparatus. Collocat post mortem, stateram portantem; quoniam de iudicio non iudicat ante mortem, quo possit errata corrigere, pœnitudine delere, quasi asini & hominis esset exitus idem, cùm hic possit ex iudicio excusare damnationem: unde cùm in iudicio sint acta ut acta, sine excusatione ulla, sine ullo flagitiorum dolore, nec criminum pœnitudine; iudicium mortis sequitur in æternitatis pœna, mors secunda; *quia adventum desperaverit, quia mandatis non obtemperaverit, quia præsentibus studuerit, quia vitâ gentium vixerit; quia desperatione iudicij* (paveant Præsides) *commissam sibi familiam fame, siti, cæde vexaverit.* Ita Hilar. in *Matth.* Canon. 26. Pende. Apparuit, qui habebat stateram: pòst Mors, hancque *infernus sequebatur.* Hinc malum, quia post iudicium mortis sequebatur iudicium: equidem cùm in hoc nihil retratabile sit, sed cuncta præut dictat ius; reus cadit causâ, & sequitur pœna æterna. In huius excusationem ante mortis angustias, constituitur iudicij stateram portans: iudicium ante mortem, ut felix sit laureâ gloriosâ certamen: quandoquidem si iudicium mortis futuræ sequitur apparatus; mortem sequitur infernus. Hoc est mors iudicij super iudicium sedentis, subsequens iudicium mortis quod quidem non metuendum, si fiat ad victoriam iudicium ante iudicium.

*In iudicio iudicium, iudiciũ crepcrum.*

Hilar.

Vers. 8.

14 Pudeat Catholicos audire Ethnicos. *Faciebat hoc Sextius* (inquit Seneca, 3. de *Ira.* cap. 36.) *ut consummato die, cùm se ad nocturnam quietem recepisset, interrogaret animum suum: Quod hodie malum tuum sanasti? Cui vitio obstitisti? Qua parte melior es? Desinet ira, & erit moderatior, quæ sciet sibi, quotidiè ad iudicem esse veniendum. Utor hac potestate* (dicit de se) *& quotidiè apud me causam dico. Totum diem mecum scrutor: facta ac dicta mea remetior. Nihil mihi ipse abscondo, nihil transeo. Quare enim quicquam ex erroribus meis timeam, cùm possim dicere: Vide, ne amplius facias, nunc tibi ignosco.* Ut possit transire, nihil sine examine transit, & cuncta corrigit. Inquirit fatuè Horatius (ignorabat sanè mortis mortem) quorsùm inutile huiuscemodi examen?

Senec.

*Quàm proficua conscientia examina!*

——*Nec quicquam tibi prodest*
*Aërias tentasse domos, animoque rotundum*
*Percurrisse polum morituro.* Horat.

Ita 1. *Carm.* Od. 28. à v. 4. Prodest, licèt ignoret, exitum qui ignoraverit; quoniam in examen vocata crimina, sunt minora: nec arridet malum, quod venturum in iudicium; igitur antequàm perveniat iudicantis ad fulmen, quòd magis ingratum deletur per correctionem. Iccircò Evangelicus Vates ait: *Expectat Dominus, ut misereatur vestri, quia Deus iudicij.* Si Deus iudicij, cur non iudicat? Expectat. Verùm quid? Quod homo iudicet, priusquàm moribundi accedat mors; ut per illius iudicium, pœnitudinem & correctionem, Deus non possit iudicare crimen: igitur si ad eius iudicium pervenerint acta causæ, nec locus misericordiæ. Expetat non ut iudicet, sed ut possit misereri in iudicio; aliàs minimè expectaret. Expectat, ne accedat crimen uti factum, sed correctum per transgressoris iudicium; ut valeat in iudicio misereri, quem tædet & dolet facti: quandoquidem nulla etiam in summa pietate invenietur miseratio, ni simul iudicio accedat cum crimine pœnitudo.

Isai. 30. 18.

*Nulla in iudicio miseratio, ni simul cum crimine accesserit pœnitudo.*

*Omne quod trahit secum Numinis ira, malum.* Ovid. 3. Trist. 11. v. 22.

Faciat ergo peccator modò, quòd faciendum in iudicio; ne iudicium sit horrendum quia iudicium prætermissum. Plectendum est crimen à pœnitente, vel à Deo iudice. Amat enim Deus pœnitentibus parcere. *Cessat autem vindicta divina, si conversio præcurrat humana.* Ita Augustin. *Sentent.* 210. Si flagellum, cuius est iudicium; homo præveniendo iudicium, de manu Dei extorquet arte flagellum.

Augusti.

15 Audiatur quoque alius Etnicus, in *Supplicib.* à v. 549.

*O stulti! Cognoscite hominum mala:*
*Nostra vita luctu. Sunt fortunati mortales:*
*Alij statim, alij posteà, alij verò iam.*

Euripid.

Hominum in morte describuntur mala, simulque bona. Felices & infelices mortales in morte sunt. Alij statim, alij posteà, at alij iam. Quomodò, si nemo potest dicere: *Mundum est cor meum?* Quia studeat, ne sit immundum. Felices erunt, quorum in iudicio cum peccato expenditur pœnitudo: & qui posteà: statim, iam, licèt peccatores sint; quoniam Dei præveniendo iudicium, ad tribunal accessit peccatum, verùm correctum.

Prov. 20. 9.

*Unde in morte felicitas, vel infelicitas?*

ctum. Alij infelices erunt, & sunt: infelices posteà, & iam; quoniam oblivione peccatorum, usque ad iudicium mortis servant iudicium: quapropter meritò in morte hominum bona collocantur & mala; quoniam malum si in morte iudicium vitæ expectaverint: bonum verò, si prævenerint.

Ioan. 5. 25. 16 *Venit hora* (dixit Assertor N.) *& nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, vivent. Venit,* hic, idest, *Veniet hora*: per Enallagen, ut dicemus in *Expositione liter.* huius pleonasmi, suo loco. Difficilia in textu plura occurrunt. Quomodò si futuri iudicij hora, quæ veniet; iam venit? Quomodò si mortui sine sensibus, audient qui mortui? Utrique satisfaciam; ut præveniendo iudicium à iudice pio impetremus clementiam. Hora iudicij hominis erit finita vitâ: & quæ veniet, nunc est hora; ut construatur felix vita mortalis ex iudicio futuro præsentis temporis: etenim cùm nunc possit corrigi iudicio proprio, quod revocari nequit futuro iudicio; ut tunc post mortem sit vita, nunc venit quæ veniet hora: quandoquidem nunc efficax remedium in commissum peccatum iudicio proprio prævenire iudicium. Ubi oculis rei præfertur severa iustitia, exponitur simul Dei innata misericordia: potest homo exequi in commodum nunc, quòd pòst in damnum futurum est; ne sit in arbitrio iudicis, quicquid causæ potest esse in arbitrio transgressoris.

*Enallage.*

*Dum iudicium præcogitatur, crimen corrigitur.*

17 *Nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei.* Malum profectò, modò non *Nunc*: igitur tunc nullam invenient gratiam, nunc si non audiant vocem vocantis in pœnitentiam. Nunc qui possunt mortui vocem audire, non sunt mortui per carnis interitum; sed per peccatum. Si sic mortui, in vitam animæ audierint, vivent; quia peccatum iudicantes nunc, quod de peccato postea iudicandum est; per offensæ dolorem liturant crimen, vel lachrymis pœnitendo suffocant, vel tunsione pectoris sanguine lavant; ut cunctorum fuligines evanescant, ne post mortem infeliciter moriantur. Qui non audierint, morientur, & post iudicium mortis veniet in mortem iudicium: equidem falsâ spe de pœnitudinis tempore; noluerunt in tempore, quod futurum prævenire. Hinc felicitas hominum & infelicitas, respicientium vel non respicientium horas. Hinc illorum bona & mala. Bona, quippe vocem auditam iudicij à iudicio proprio; post mortem feliciter sequitur beatitudo. Mala, quia ubi deficit cordis auditus, mortem sequitur infernus. *Gehennam expavescere* (docet assecla Dux Monachorum Benedictus. Ut eruatur anima ex inferiori inferno, inferni non sit oblivio, ex qua superior in pectore gehenna, quæ conscientia vulnerata) *& vitam æternam omni concupiscentia spiritali desiderare.* Ita c. 4. *Regul.* S. Bened. *Sanct.* Instrum. 45. & 46. Duo extrema sunt, ne in mortis articulo timeat anima, quicquid repræsentat conscientia. Ideo bona & mala signantur pro his qui moriuntur, iudicio Dei præmisso vel prætermisso in mortis amariscimo tractu: equidem oblivionem stultam sequitur gehenna, & iudicium prævisum sequitur gloria. Dicit Pythagoras in *Aureo Carmin.* à v. 56.

*Qui non prævenit, damnatur.*

*Malorum solutionem pauci intelligunt:*
*Talis sors hominum lædit mentes,*
*Et tristis comes lis latenter nocet.*
*Medelà adhibità liberabis animam,* Pythagor.
*Tunc in animæ solutione dijudicans.*
*Singula priùs considera. Relicto corpore*
*Ad æthera pervenies immortalis Deus,*
*Incorruptibilis, nec amplius mortalis.*

## DIDASC. III.

### *Quod discretionis ludibrium, est fœminarum præceptum.*

1 DE illis sub nomine carnis graphicè Bernardus de *Conversion. ad Cleric.* cap. 6. num. 10. *Voluptuosa* Bernard. *sum* (ait) *curiosa sum, malitiosa sum* (ut legit Merlon.) *ambitiosa sum.* Quicquid malum, mulier est.

*Fœmina corpus, opes, animam, vim, lumina vocem*
*Polluit, anhilat, necat, eripit, orbat, acerbat.* Marull.

Hæc sunt illa obsequia, quæ dici possunt officia; ut constet animorum malignitas ex malacia: quandoquidem vel dùm officium faciunt, magis officiunt.

*Quæ præcepta fœminarum?*

*Quid peius muliere, atque audacius?* Plaut.

Dicit Plaut. in *Milit.* Act. 2. scen. 3. v. 36. Peior seipsâ dum accedit audacia, quia in unum conveniunt & fœmina & adiatrephia; quin revocari possint à conceptu proposito, etsi tundantur pilo præferrato. *Libidinis vices felicitatem vocat* (ait Seneca, de *Vit. beat.* cap. 13.) *& bonum malæ rei quærit* Senec. *auctorem. Vitia sua cùm cœpit putare similia præceptis; indulget illis non timidè, nec obscurè: luxuriatur etiam inoperto capite.* Ab illis vocatur felicitas, tota in prolubium li-

libertas. Placet vitium: sed hoc maximum, dum inaurata felicitatis titulo libertatis prolubia, observantur ut præcepta: concilliantibus enixim auctoritatem, ex eo quòd quę-
2. Reg. 2. 43 libet amens eruperit in furorem. *Præceptum quod præceperam*, dicitur in Tautologia: ideſt, *Iudicio præceperam*: uti vidimus in *Liter.* n. 62. Quid ergo in iudicio præceptum? Dum bonum præcipitur, non voluntatis prolubium; quo ut præcepta, gloriosè obſervantur vitia: iungiturque iudicium & præceptum; ut conſtat delirium ex prolubijs fœminarum: igitur illarum in obſervantia
*Vitia communia.* obſervatio, præceptum ſine iudicio. Elucent clariora Sole, quæ varijs excuſationibus nituntur diſsimulare: aſtruentque teſtes pompoſitas & voluptas, malignitas & curioſitas.

Cant. 2. 14. 2 *Oſtende mihi faciem tuam* (*aſpectus tuos, viſiones, lumina.* Maluend.) *vox enim tua dulcis & facies tua decora*: dicit Amaſius Sponſæ. Quomodò ergo ut decoram plaudit, quàm non videt? Si vidiſſet, faciem oſtendi minimè optaſſet. Quænam igitur vocis dulcedo, quæ necdùm percepta auditu? Videtur planè amoris blandimen, vocis non auditæ extollere ſuavitatem, & nondum viſæ celebrare decorem. Alta profertur commendatio Sponſæ, in exemplum commendabile fœminæ: igitur tunc iurè plauditur, quùm præ modeſtia à diris nec videtur, nec auditur. *Vox dulcis, facies decora.* Vox,
*Pulchrà videtur fœmina, quæ non videtur.* quænam & unde? ex facie. Cognoſcitur fœminæ pectus ex voce vultus: & ut vidit, priùs laudavit modeſtiæ vocem, in vultu pulchro loquentem; quàm decoris pulchritudinem. Lumina cupit videre: videt, & faciem plenam decore. Facies ornatur oculis, ſed hi non ſunt tota facies: viſoque aſpectu, facies dicitur decora; quia fœminæ pulchritudo ex
ibid. oculorum modeſtia. *Sonet vox tua in auribus meis?* Quò ergo niſi in auribus? In oculis, qui audiunt, quæ vox vagetur ex fœ-
*Modeſtia eſt ſpeculũ pulchritudinis.* minis: equidem ex aſpectu, fama videtur in vultu. *Conſtante tibi pudicitiá, virtus ſalva eſt* (ſubdit Stoicus) *nulli corpus tuum patientiæ vacat, ſed in manu tympanum eſt.* Si longè illicium, quorsùm ergo crepitaculum? Non omnia licent: eſtò licerent, non
Senec. omnibus expedirent. *Si tu te ſumptuoſiùs comas* (ait Cyprian. de *Diſciplin. & habit. Virgin.* n. 37.) *& per publicum notabiliter incedas, oculos in te iuventutis illicias, ſuſpiria adoleſcentum poſt te trahas, concupiſcendi libidinem nutrias, ſuſpirandi fomenta ſuccendas, ut etſi ipſa non pereäs, alios tamen perdas, & velut gladium te & venenum videntibus præbeas; excuſari non po-*
Cyprian.
*Decor ex pudore.*

*tes quaſi mente caſta ſis & pudica.* Siccine ergo vox in auribus haud ſuavis, haud dulcis; quippe ſine pudore minimè decora facies.

3 Dos fœminæ ex dote non conſtat. Ita apud Plaut. in *Amphitruon.* Act. 2. ſcen. 2. à v. 209. dicebat Alemena:

*Non ego illam mihi dotem duco eſſe,*
*Quæ dos dicitur; ſed pudicitiam & pudorem:* Plaut.
*Deũm metum, viri amorem, ſedatum*
*cupidinem.*

Hæc fœminæ ornamenta pretioſiora. *Non faciem lenocinijs ac coloribus polluiſti* (dicebat Senec. de *Conſolat. ad Helviam.* cap. 16.) *nunquám tibi placuit veſtis, quæ nihil amplius, quam nudam componeret: unicum tibi ornamentum, pulcherrima & nulli obnoxia arti forma: maximum decus viſa eſt pudicitia.* Senec. Pridem Propert. 1. *Eleg.* 2. à v. 21.

*Et facies aderat nullis obnoxia gemmis,*
*Viro ſiqua placet, culta puella ſatis.* Propert.
*Non illis ſtudium vulgo conquirere amantes:*
*Illis ampla ſatis forma pudicitia.*

Si virtutes dos illarum & ornatus, quorsùm colores & fucus? *Crines inficis* (inquit Auguſtin. 4. de *Doctrin. Chriſtian.* cap. 21. ſequens Cyprian. loc. cit. & Ambroſ. 2. de *Virginib.*) *malo præſagio futurorum, capillos iam tibi flammeos auſpicaris. Hinc illa naſcuntur incitamenta vitiorum; ut quæſitis coloribus ora depingant, dum viris diſplicere formidant: & de adulterio vultus, meditantur adulterium caſtitatis. Quanta hæc amentia, effigiem mutare naturæ, ac picturam quærere! Dum verentur maritale iudicium, perdiderunt & ſuum.* Auguſtin. *Prior enim de ſe pronunciat: ita dum alij ſtudet placere, priùs ipſa ſibi diſplicet.* *Decor ex pigmentis ſine decore.* *Quem iudicem mulier veriorem requirimus deformitatis tuæ, quàm teipſam, quæ videri times? Si pulchra es, cur abſconderis? Si deformis, cur te formoſam mentiris?* Facies profectò adinſtar Iezabelis coloribus fucant, ut ſic præcipites eant: etenim nimius cul- 4. Reg. 9. 30.
tus, pompoſus ornatus, illecebræ voluptatum, caſtitatis & ſimul fœminarum præcipitium. Haud ſe pinxit, ut Iehu in amorem provocaret, ſed ut in vindictam pungeret: & oculos depingit, & caput comit, & faciem ornat, & corpus inſertat? Indolem ſequitur, etſi amittatur iudicium: igitur cùm *In ea inſaniunt.* fucus & cultus elegans totum mulieris propoſitum; vel paſſura mortem, intendit cupidè in ornatus vanitatem. Placidè enim moriuntur; modò politè ac curioſè repumicatæ moriantur. Vide apud Scævolam in l. ult. §. ult. ff. de *aur. & argent.* inſignem fœmi-

næ inſaniam : & etiam poſt mortem de cultu exiguo quærentem Meliſſam, apud Herodot. *lib.* 5. num. 22.

4 Quid, ſi virgines Deo dicatæ? Quo intuitu comæ & criſpulæ? Quorsùm plocami, ſtriduli calceòli, facies tincta, & ſupercilia etiam fuliginata? Quo propoſito plicata ricula, extenta plagula? *Sic flos virginum extinguitur* (ſubdit Cyprian. d. n. 70.) *honor continentiæ, ac pudor cæditur, gloria omnis ac dignitas profanatur. Sic ſe expugnator inimicus per artes ſuas inſerit : ſic inſidijs per occulta fallentibus, diabolus obrepit : ſic dum ornari cultiùs, dum liberius evagari virgines volunt ; eſſe virgines deſunt, furtivo dedecore corruptæ, adulteræ Chriſti : quàm fuerant præmijs ingentibus virgines deſtinatæ; tam magna ſupplicia pro amiſſa virginitate cenſuræ.* Quid dicet Sponſus in uno crine colli vehementer offenſus? Quid ſi omninò vaga mens, dum vel cogitatio leviſsima vulnus?

*Virgines Deo dicatas decet veſtis & vultus modeſtia.* Cyprian.

Cant. 4. 9.

Martial. 2. *Epigr.* 66. & 5. 14. Senec.

*Unus de toto peccaverat orbe comarum.*
*Oculoque ludos ſpectat indecens uno.*
*Eadem ſpecies capillorum* (dicit aliò Senec. *epiſt.* 95.) *ne quis, cui rectior eſt coma, criſpulis miſceatur.* Quomodò audacter oculos in redamationis ſignum Sponſa vertet in Amaſium, cùm emiſitij ipſum avolare fecerunt? Uſitatum olim pro ornatu capitis ſpecies reptilium collocare in comis. Vide dicta *Tom.* 3. *T.* 1. *num.* 22. Unde fœminas ſic comatas Euripid. in *Bacch.* v. 103. dicit: *Ferarum altrices*: igitur per huiuſmodi ſupervacua ac ridicula ornamenta, videntur fœminæ ſpecioſitate monſtra, ſervantes corde entitatem, dum capillis aſpidum manifeſtant effigiem : in pectore ſanè ni foverentur vafri ſerpentis ſpecies; haud apparerent in oculis & capillis venena cogitationis. Victima in ſacrificio Ægyptiorum tota candida. *Si pilum nigrum vel unum viderint* (ait Herodot. *lib.* 2. *n.* 11.) *nequaquàm mundam cenſent.* Vel unius pili error? Eſt ſcrupuloſus amor. Dedecorat victimam cordis quicquid in illa ad holocauſtum nigredinis ; quia placet victimæ candor, qui quidem, ſi nullus cogitationibus error : ingrataque quælibet hoſtiæ nigredo odienti rapinam in holocauſto ; igitur ut mundam videat Sponſus, mundi cogitationis neque pilus. Dicit Ethnicus, *lib.* 3. *Eleg.* 14. v. 30.

*Illarum perfectio ex toto, corde mundo, ac cantore perfecto.*

Herodot.

*Ne quæ ſint facies, neque quæ ſint verba rogandi,*
*Nec digitum anguſtà eſt inſeruiſſe via.*

Propert.

5 Quia non exaudimur invehentes in delirium relaxatione inolitum, opus eſt auctoritatibus Patrum. Ita pingit Nazianzen. *Orat.* 11. n. 12. Monialem, in Sanctimonialem; internam ut filiæ regis deſcribens & gloriam & pulchritudinem. *Non illam aurum* (inſit) *arte ad eximiam pulchritudinem elaboratum ornavit : non flavæ comæ tùm apparentes, tùm ſublucentes : non crinium nodi & impoſturæ, pretioſum caput ſumma cum infamia ſcenam efficientium : non circunfluentis & pellucidæ veſtis magnificentia : non lapidum ſplendores & gratiæ, propinquum aërem colorantes, ac formam luminis circunfundentes : non pictorum artes & præſtigiæ, ac vilis & parùm conſtans pulchritudo; terrenuſque fictor in contrarium fabricans, inſidioſiſque coloribus Dei figmentum obducens, & per honorem infamiam inurens ; ac divinam formam meretricium procacibus oculis idolum proponens, ut adulterina pulchritudo naturalem imaginem ſurripiat. Verùm cum externos multos & varios mulierum ornatus cognitos haberet; nullum tamen moribus ſuis, atque intùs condito ſplendore, præſtantiorem agnoſcebat. Unus illi rubor placebat, quem pudor affert : unus candor, quem parit abſtinentia : pigmenta relinquebat, quibus probrum ac dedecus eſt, erubeſcere.* Sic enim placet cordis victima, quia tota candida. Sine macula indicitur à Domino, ut ſit oblationis acceptio : abſiſtitque in gratiam tota pulchra commendatio candoris, ubi ſæculi deſpecti levis macula nigredinis.

*Speculum Monialis.*

Greg. Naz.

Exod. 12. 5.

6 Reflectatur calamus in fœminas, quas fuco albedinis non pudet eſſe nigras. Quæ apparet pulchrior, deformior ; igitur in illis haud rutilat ſpecies, ſed colores, & ad terrorem elaboratæ imagines, mulierum monſtra, atque furiarum larva. Vulgò: *Quanto mas coloridas, unas taraſcas.* Rarum delirium! quaſi fuco poſsint corrigere ſenium, & Hecubam apparere pulchram, transformatam in Helenam. Quid huiuſmodi embolium, ut carpit Horat. *Epod.* Od. 8. à v. 3.

*Fucis ſpecies evaneſcit venuſtatis.*

*Cùm tibi ſit dens ater & rugis vetus*
*Frontem ſenectus exaret?*
*Incitat pectus & mammæ putres,*
*Oquina quales ubera?*
*Eſto beata.*

Horat.

*Qua fiducia* (ait Hieronym. *Epiſt.* 10.) *erigit ad cœlum vultus, quos Conditor non agnoſcit?* Quid prodeſt ætati ſubtrahere annos, quos fatetur vultus? Ipſa pictura aliquid dicit, abſque eo quod intrinſecus latet. Volunt vivere, ſed non ſeneſcere : cogitaturque fucus, quaſi colorare poſſent tempus. Falluntur miſerè, percupientes falle-

Hieron.

*Tempus pulchritudinis hoſtis.*

re.

re. Ovid. 3. *Trist.* Eleg. 7. à v. 35. ridet.

*Ista decens facies longis vitiabatur annis:*

Ovid. *Rugaque in antiqua fronte senilis erit.*
*Injicietque manum formæ damnosa senectus,*
*Quæ strepitum passu non faciente, venit.*

Volunt esse auctoratè vetulas, & adversus tempus pulchras. Delirium est sequioris naturæ: vel vetulæ haud fatentur vetulas esse.

7 Florebat Sara eximiâ pulchritudine, sed infelici laborabat sterilitate. Cupiebat prolem, splendoris tantæ domus hæredem; & Deus distulit, ut conferret illustriorem: & simul ut Saræ desideria dilata crescerent, & crescentia caperent, quod cœlitùs inveniissent. *Concepit ergo, & peperit filium in senectute sua, tempore quo promiserat ei Deus.* Læta igitur pro voto, certa de oracculo, grata præ nuncio, gestiens de fœtu, religiosa pro officio, ridens præ gaudio dixit: *Quis auditurum crederet Abraham, quód Sara lactaret filium, quem peperit ei iam seni?* Cur ergo non dicit: Quem senex peperit seni, dum Isaäc peperit in senectute? *Erant ambo senes provectæque ætatis.* Tam cum illa, quàm cum illo miraculum factum est: dicitque mariti senectam, sed non propriam; sequens genio ingenitam fœminarum insaniam: igitur ne dicant vel oscitanter tempus multitudine dierum; prætermittent ex industria miraculum & miraculum. Parere, non senis est, sed puellæ ætate vernantis. Parere seni, puellis contingit, non senectute provectis: senexque Sara non dicitur senex, sed seni duntaxàt peperisse; ut nulla sit fœmina sine cunctarum fœminarum mania: quandoquidem signat quæ puellarum spectat ætatem, & nequaquam senectutem. Vetula nunquàm pulchra; quæ parit, planè non vetula. Ars officiosè inquiritur; ut quæ gravis annis non gravata videatur: Saraque indicat signa fœcunditatis, uti insigne pulchritudinis; quippequàm etsi ætas decidit, vel in senecta pulchritudo floret. *Quis crederet?* Cunctæ fœminæ, quibus præ annis non placent species, & nomina non displicent pulchritudinis: Saraque dum diebus plena, seni parit, sua nil dicit de senectute; quippe cunctis studium ætatem dissimulare.

Gen. 21. 2.

Vers. 7.

Cap. 18. 11.

*Mania fœminarũ pro decore ætatem inficiari.*

8 Huc tendunt studia profanarum ex officijs pigmentorum, ut inficientur colores, quod præsefert nuda facies. Quorsùm flavi capilli, & in occiput contra naturam reflexi, fictis nodulis? Ne cognoscatur calvities? Prominent mammæ, ut videantur posse filium lactare seni? Oh! Constringuntur zonà, ne videantur ubera fracta; sed patescunt risui exposita, & sæpesæpius scommate celebrata, ut erubescant quibus non est pudor; ne sint dedecori, quibus non est decor.

*Per ornatus ludicra apparent monstra.*

*Mammas atque tatas habet Afra, sed ipsa tatarum*
*Dici, atque mammarum maxima mamma potest.*

Martial.

Ut iocatur Martial. lib. 1. *Epigram.* 101. Quid quòd in elegantiam thorax ad modestiæ fugam? Industria pro speciositate procax in ornatum aperit, &

*Thoraca simul cum pectore rumpit.*

Virgil. 10. Æneid. v. 337.

Quid palla polymita, sed non tallaris; ut ornatus nutent pedis, & palla syrmate longa, monimentum vanitatis? Aptè sic ornata fœmina confertur pavoni. *Pluma vestis* (ait Tertullian. de *Pallio*, cap. 13. *imó omni conchylio depressior, quá colla florent: & omni patagio* (Hispanicè, *Lentejuela*) *inauratior, quà terga fulgent; & omni syrmate solutior, quà caudæ iacent: multicolor, discolor, versicolor, nunquàm ipsa, semper alia: & si semper ipsa, quando alia; toties denique mutanda, quoties movenda.* Cuncta in luxum, cuncta in fastum, quisquilijs artis volentes fallere tempus, dum illarum picturis & coloribus infatuatur animus, nimis credentium perspicuitati coloris, ubi pulchri rutilantis neque decor nec species. Vid. Alex. Neapol. *lib.* 5. *cap.* 18. & Tiraquell. de *Legib. connub.* gloss. 1. p. 3. *Ad aram Iunonis* (idest Aëris, cuius pavo comes) *per cinereos gradus scanditur*: inquit Pausan. *cap.* 161. Elucet illarum cogitatio vanissima, dum pulchritudinis fovetur idololatria: igitur captant inventionibus vacui cerebri aëris picturatam speciem, somniantes ornatu & luxu ascendere posse in Numen. Per cinereos gradus ascendunt, sed pulverem non cognoscunt: quandoquidem quod ingerere debebat vanitati confusionem, fovet magis vanitatem. Quam fallax gratia, & vana pulchritudo; in cineris quibant circunspicere speculo: at prævalet stoliditas, quin videatur vel in vanitate vanitas, ambitione adorationis, velamine pulchritudinis: siquidem earum intumescit phantasia, unde sequitur à tergo erroris resipiscentia. Verùm fatisco, ac in vanum laboro: tundo ferrum ligno, & fabellam surdis narro: igitur ita illarum in fucos & ornatus impotens appetitus; ut incumbant in harum quisquiliarum studia, etsi in victum defecerint necessaria.

Tertull.

Pausan.

*Et magis decipiuntur ex ipsa resipiscentia.*

9 Mittitur à Domino Elias in domum Sarephtanę viduæ, ut ibi pascatur quic-

quietè. Pervenit, sed stomachus lactravit, fame urente: unde post salutationem dixit viduæ: *Affer mihi obsecro & bucellam panis.* Quid illa? *Vivit Dominus quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ, & paululum olei* (*quo ungar*, Hebr.) *in lecytho.* Mirus sanè articulus in fœmina & vidua, maximè insigni charitate exornata. Quod oleum haberet, ut famem lactaret, & farinæ commisceret; cedebat in aliquam famelicæ utilitatem: sed in unctionem? Vitæ lautæ & copiæ rerum signantur pigmenta, quæ quidem longè ab inopia, & potissimè ab viduitatis statu, quem decorat & vultus & habitus circumspectio: aliter viduæ habent damnationem, irritam (ut ait Paulus) facientes fidem: *simul autem & otiosæ discunt circuire domos, non solùm otiosæ, sed & verbosæ, & curiosæ.* Quomodò ergo oleum vidua habebat in unctionem, quæ desiderabat in vitæ subsidium panem? Operatur secundum mulierum mores pro pigmentis & lautitijs; ut repumicatæ in conspectum appareant, quantumvis egeant: igitur ita titillat in ornatum propensio, vellicat vanitatis cogitatio, impellit venustatis prurigo, præcipitat speciositatis inductio, obcæcat libido, plausus ambitio, cerebri evacuatio, insana phrenitis; ut continuò pruriant pedes, ferventque in decorem unguentum, quanvis nil habeant in cibum. Vernaculè: *Ha de aver por el bien parecer para la cara, aunque no aya un pan que echar à la boca.* Festivius inter effrontes; *Han de tener de repuesto los marjurges, aunque no aya en la casa para afilerés.* In isthac vidua delirium exhibetur, ut indolis misereamur; cùm in illa micaret sexus fragilitas, nequaquam animi pravitas. Nulla recogitat corde quid expedit, vel quid licet; ubi res angustæ domi, ut detrahat toto anixu de superfluis, quicquid impendere debet in necessarijs. Egestas ita urgebat, ut farinæ tantum domi quantum pugillus capere poterat. Nil miserius: panis erat necessarius; & ita ut periret fame; ni de cœlo subsidium adventu Eliæ: deërat domui necessarium, & remanebat superfluum, ut liqueat in fœminis affectus impotens, modò sit nitida facies: quandoquidem arcto pane, & imminente morte, servatur in unctionem futile oleum; quanvis in vitæ subsidium miraculum necessarium.

3. Reg. 17. 11. v. 12.

1. Tim. 5. 13.

*Modò decora facie, subsidium abdicitur vitæ.*

10 O insensatæ! Quis vos fascinavit? Quid præ vita tæniæ & flosculi? Quid ornatus ad ventriculum? Aptè Nostrates: *Comeremos bien con esso.* Haud lapillis filet latrans stomachus. Sine Cerere & Baccho nec friget Venus? Dicit Electra apud Euripid. à v. 1071.

*Ad speculum flavos comæ cincinnos, quæ disponit,*
*Ad formam sibi consiliandam quæ se ornat,*
*Malam depinge: in mala malas depingit.* Euripid.
*Haud enim ipsam oportet foris decoram*
*Ostentare faciem, nisi malum aliquod quærat.* Bernard. *Deliria in cultu.*

*Manus ipsis, quibus est undique liber motus* (infit quò supr. n. 1. Bernard.) *modo vanitati, modo curiositati, modò voluptati sedulum satis exhibent famulatum.* Cuilibet vitio prompta manus, quod fovet pectus.

*Annulus in digitis alter & alter erit.* Ovid.
*Nudaque per lusus pectora nostra patent.*

Ovid. 3. de *Art.* à v. 372. & Propert. *lib. 3. Eleg.* 13. v. 11.

*Matrona incedit census induta nepotum,* Propert.
*Et spolia opprobrij nostra per ora trahit.*

Sanè *opprobrij*, quia homines proculcant iudicium, & illæ non habent cerebrum. Nimia solicitudine formam reformare student, in venustatis commendationem propendent, singulis diebus fucis decolorant colorantes faciem, auro implicant torquentes curiosè crinem, ardentes gemmas decorem capitis faciunt, margaritas ex aure suspendunt, monilibus brachia & humeros opprimunt, & denique inclusas auro gemmas in pectus è collo demittunt. Quid in huiusmodi larvata figura? Sub fœminarum cultu pulchra dæmonia.

11 Ex inferno prodiere in mundi exitium, & hominum tormentum, singulares locustæ; quippe irregularis formæ. *De fumo putei exierunt locustæ in terram* (ait Evangelista Ioannes) *& similitudines locustarum similes equis paratis in prælium: & super capita earum tanquàm coronæ, similes auro: & facies earum tanquàm facies hominum: & habebant capillos, sicut capillos mulierum: & dentes earum sicut leonum erant, & habebant loricas: & habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum.* En fœminarum Hispanarum modò habitus: protulit quippe in animarum ruinam subdolè infernus: & ne, ut par erat, tantæ dehonestatis sumeretur supplicium, evasit turpis libertas auctoritate gestantium. Videmus nubilà fronte solutim & laxim caudam, in thorace inflexibilem loricam (vulgò, *Cotilla*) nudis uberibus, & in modum coronæ crispatis crinibus; uti memini, *Tom. 5. T. 9. D. 4. n. 14.* Clarent ex barathro imagines, videamus ex Ioanne similitudines. Exceptis corollis exhibetur hic Harpyiarum,

Apoc. 9.

Av. 7.

*Habitus modò fœminarum profanus, imò opicus.*

La-

Lamiarumque effigies; de quibus egi *Tom.* 4.*T.*13. *à n.* 2. ubi plura in propoſitum videris. Dantes in Comœd. de *Inferno*, ſuccinit:

Dantes. *Hæc loca monſtra colunt Harpyiæ peſsima, quondám*
*Virginei volucrum vultus, collumque, capillique.*

12 Equi libertatem amant, vagari cupiunt, ornari delectantur, ait Berchor. in *Reductor.* lib.10. cap. 33. Hinc indoles fœminarum ex conformitate equorum: igitur dum ornantur, vagari cupiunt, ſatagentes infelicis libertatis, in trophæum Veneris laſcivientis.

Æſchyl. *Conſule virgini vagabundæ.*
Dicebat Ione, apud Æſchyl. in *Prometh.* v. 584. ſiquidem vagatio in ornatis fœminis, nil aliud niſi periculum temerandæ caſtitatis. In prælium paratæ dicuntur dum ita effrenes vagantur; quippe libertas in procacitatem illis cordi, quin poſsint in frugem neque loris revocari: equidem ſi conſtringuntur in legem, domus cuſtodiam, deſignant captivitatem, indebitam ſervitutem, excitantes primò iurgia deinde prælia, in quibus furenter ardent, & cœlum vocibus implent. Dicit vel Ethnicus, 3. de *Art.* v. 375.

Ovid. *Crimina dicuntur: reſonat clamoribus æther:*
*Invocat iratos & ſibi quæque Deos.*

*Locuſtis loricatis?* In ſimilitudinem hominum quoad loricas; mulierum, quoad faciem, capillos & coronas aureas: cogitat Alcazar & Alapid. hic. Capillis criſpulis, aureiſque capillorum coronis (ab illis vernaculè, *Fontanche*, aut *Eſcarapela*) procedentes quaſi Reginæ in publicum, exhibent pervicaciæ petulantis ſpeculum: non diſtinguitur facies & lorica, inſolentiâ pervicaci: quandoquidem protrito, ſuperfluo ornatu; pudore; habent loricam pro facie. Inſtar leonum habent dentes. De illis Plin. *lib.*8. *cap.*16. *Reddere gravem odorem, nec minùs halitum: ex omni vulnere ſive ungue impreſſo, ſive dente; ater profluit ſanguis*: egimus etiam *Tom.*3.*T.*13.*D.*5. *n.*6-5. *T.*9. *n.* 45. Ita locuſtæ mulieres facie mulieres, ſed ore ac dentibus leones. Nil reſpirant niſi peſtem, eiaculantur è pectore luem: equidem cùm ex abundantia cordis os loquatur, & ſit contagio quicquid fœmina loquitur; verminat, tabeſcit, putreſcit, quicquid dente aut ungue tangit. Cuncta igitur quaſi feſtivè mordent, dicentes ſcitulè quæque in buccam venerint, elicientes è vulneribus ſanguinem, verùm fœtidum & putrem. Aptè Euripid. in *Andromach.* à v.944.

*Nunquàm oportet ad uxorem mulieres* Euripid.
*Ingredi. Iſtæ ſunt magiſtræ malorum.*

13 Denique habebant caudas ſcorpionum. Quod à fœmina æſtimatur ut magnum, eſt prudentibus æſtimationis ludibrium: igitur illis videtur veſtis gloriosè ſyrma, & eſt ſcorpionum cauda. Phraſis trita in Scriptura, uti diximus, *Tom.*4.*T.*6. *In caput & non in caudam*, & econtrà. Claret in huiuſmodi veſtis ſuperfluitate fœminarum iudicium: etenim ſi caput videtur habere, qui caret ornatu caudæ; qui caudam portat in cultum, ſignat non habere caput. Caudam portant in auctoramen; ſed in aculeo imitantur ſcorpionem. De his Plin. *lib.*11. *cap.*25. *In totum* (ait) *nulli nocere, quibus non ſit ſanguis.* Alio intuitu expendemus hìc *T.*9. *D.* 5.*n.*10. Semper caudam fœminæ & ſcorpiones habent in ictum, verùm ſine ſanguine intercipiunt propoſitum: igitur cùm ducantur in vulnus aviditate cruoris, cachinno ſoluto ſemper prætereunt exangues. Caudas habebant, & aculeos aduncos, ideſt, hamatos in caudis: idem officium in fœminis: igitur caudæ cultus, ut ſcorpionum ornatus, ut obviantes ſubdolè trahant, & poſteà venena vomant. Hæc ſanè locuſtarum deſcriptio, & fœminarum imago. Inquiritur ab Expoſitoribus an ſiccine futura animalia? Si in fœminis præſentia, cur ambigimus futura? *Locuſtæ ergo hæ erunt dæmones* (ſubdit Alapid.) *qui ſpeciem & formam locuſtarum induent, ſed monſtroſam.* Eò deveniunt ornatus fœminæ, ſpecioſæ comæ, patulæ mammæ, loricata veſtis, ſyrma fluctuantis, corona aureâ, & mundi muliebris embolia? Eò prorsùm, ut homo colore, ornatu, ſpecie non ſtupeſcat, nec ut Numina colat; ſed viſam quamcitò fugiat, & oculos claudat: etenim nihil circumſpicient in fœmina folicata nutantia lumina, præter ſtolatum ſcorpionem, ſcintillantem ſerpentem, pulchra locuſtarum monſtra, atque dæmonia larvata.

*Scorpionibus?* Deuter. 28. 13. & 44. Plin. *Quò magis elegantes, horribiliores.* Alapid.

14 *Lamiæ nudaverunt mammam,* Thren.4. 3.
*lactaverunt catulos ſuos.* Quid intelligendum nomine Lamiæ, dixi loc. cit. *n.* 11. & agam hìc *Tautolog.*10.*n.*19. Manticora vocatur à Plinio, *lib.* 8. *cap.* 21. & Solin. *cap.* 55. ſine nomine exponitur à Pier. Valerian. *lib.*14.*cap.*24. Dion. Chryſoſtom. *Orat.*5. ita pingit. Formoſum admodùm corpus muliebre, cuius laſcivè tumentes papillæ, pectus cervix, facieſque pulcherrimæ, nitidiſsimo colore, atque oculorum proſiliente hilaritate: blandicijs homini inſidiatur, & mulcimine adoritur; *igitur fallaces* (inquit) *pectoribus tam amabilibus oſtentatis, ſpectatores uti præſtigijs implicant, fallaciſsimoſque amo-*

*Lamiæ quæ?* Dion. Chryſoſt.

*ris*

*ris laqueòs intentant, conciliandis congressibus*: sed cominùs accedentes arripiunt, adunciſque unguibus inopinatò diſcerpunt, priùs à tergo caudæ ſpiculo vulneratos, in quos uſque in præcordia ingerunt lethale virus. Hercules cùm eas vidiſſet (ſubdit) tot armis & viribus non pugnavit, ſed perniciſſimè fugit. Idem Pier. loc.cit. Invicta prorsùs cognita fragilitas, dum contendit fœminarum impudicarum improbitas: igitur ſi quæritur à viro forti victoria; carpenda fuga: ita mimi, oſcilla, geſtus, riſus, iocus, luſus, geſticulationes; ut niſi fugâ, dolos evadat nec Hercules. Quæ videtur feræ fabula, in fera pateſcit fœmina.

*Ex fuga victoria de fœmina pulchra.*

Propert. 4. Eleg. 9. v. 27. *Fulminat illa oculis, & quantum fœmina, ſævit.*

15 En deſcriptio locuſtarum à Ioanne, quæ in ſtrohpam nudaverunt mammam. At quid, quid eſt, lactare catulos ſuos? Proh pudor! In fœminas convertere viros, fovent ibus Lamijs crimen; quippe ex exceſſu virorum moliuntur excuſationem. Quid eſt in ſingulis inſpicere novam nuptam, in ordinem aptantibus comam; ſecum portantibus breve ſpeculum, ut corrigatur in illa venti flatus vel ludibrium? Pluribus quiſquilijs abundant huiuſmodi bipedes cercopitheci, quàm fœminæ in minutijs cataphractæ. Quilibet ſi cauda foret, cercopithecus eſſet. Quàm pulcelli, quàm nitidi, quàm floridi! Vernat cerebrum, ſed areſcit iudicium: equidem in ſexus iniurias, non portant ſimij gladios, ſed ſpatulas. *Nunc obſcœna ſtudia effœminatos tenent* (inſit M. Seneca præf. in lib. 1. *Controv.*) *& capillum frangere, & ad muliebres blanditias vocem extenuare, mollitie corporis certare cum fœminis, immundiſsimis ſe excolere munditijs, noſtrorum adoleſcentium ſpecimen eſt.*

*Fœdiſsimũ in viris cura decoris.*

M. Senec.

*Sint procul à nobis iuvenes, ut fœmina compti.*

Ovid. *Sed vitate viros, cultum, comamque profeſſos,*
*Quique ſuas ponunt in ſtatione comas*:

Accinit mulieroſus Ovid. & *Epiſt.* 4. v. 75. & 3. de *Art.* v. 433. ſed ſeverè Iuvenal. *Satyr.* 2. pungens Othonem fracta voce, lacte lotâ facie, habentem in bello ſpeculum, ubi ſumere debebat ſcutum, aut pilum, cutem curantem, & præficantem frontem:

Iuvenal. *Reticulumque comis auratum ingentibus implet*
*Cœrulea indutus ſcutulata, aut galbana raſa.*

Quæritur arte decor, ſtrident læta crepundia, nec pudor eſt oculos tenui ſignare favilla, dum apparent ſine ulla quiete micantes ornatæ ſtatuæ, verſatiles hinc inde ac ridiculæ figurulæ, ſicut anguibus Andromache. Noſtrates: *De ceinte y cinco aſileres.* Anguis ſumitur ſimilitudo, pro crinium ſpiris: equidem *Ophis* (ait Adrian. Iunius *Centur.* 5. Adag. 57.) *eſt ornamentum capitis, quod crinium volutis lubrico ſpirarum implexu in modum anguium faſtigiatur.* Unde Iuvenal. *Satyr.* 6. v. 499.

Adr. Iun.

——*Tanta eſt quærendi cura decoris.*
*Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum*
*Ædificat caput. Andromachen à fronte videbis.*

Iuvenal.

Quantus vel fœminis riſus ex ornatu ſingularis crotalis, & enſiculi atque ſicæ crepitaculis? *Non videntur tibi* (inſit Senec. *Epiſt.* 122.) *contra naturam vivere, qui commutant cum fœminis veſtem?* Brevi enim Prudentius in *Hamartigen.* v. 350. *Sed pudet eſſe viros.* Plura diximus *Tom.* 3. *T.* 1. *n.* 14. & 44. & *Tom.* 5. *T.* 10. *n.* 14. alibique ſparſim.

Senec.

16 Modò in locuſtas præfatas. In exterminium exierunt de inferni puteo; quarum amplius examinanda eſt imago. *Facies earum tanquàm facies hominum, & habebant capillos ſicut capillos mulierum.* Ecce plaga orbis & mundi corruptio, ex virorum delicatulo ornatu, ſine ullo cerebro. Fœminarum eſt huiuſmodi ſtudium uſque in inſaniam: homineſque furenter imitantur amentiam; quin curioſitatis pudeat, dum natura ſecùs ornat, conferendo hominibus formâ doctâ maieſtatem, ubi fœminis indulgens concinnavit pulchritudinem. Orbiſque ruit, ubi homo à natura corruit; quia evertit libidine ſeriem, quam altè diſpoſuit in ſexus validi atque fragilis diſcrimen: etenim turpe, videre in viris hominum facies, & cincinnis atque ornatu fragilitatem mulieris. *Non induetur mulier veſte virili, nec vir utetur veſte fœmineâ: abominabilis enim apud Deum eſt, qui facit*: ideſt, turpiſsimum ſpectaculum in naturæ opprobrium; ſiquidem ſæpe in aliquod flagitium. Vide Plutarch. in *Cæſar.* Iuvenal. *Satyr.* 6. v. 251. & Prudent. d.

Ubi ſupra.

*Vir fœmina monſtrum.*

Deut. 22. 5.

*Quem præſtare poteſt mulier galeãta pudorẽ,*
*Quæ fugit á ſexu?*

Iuvenal.

*Sed pudet eſſe viros: quærunt vaniſsima quæque*
*Quis niteant, genuina lues, ut robora ſolvant.*

Prudent.

Hoc tempore iam plauſibile, quod prorsùm abominabile; quin conſideretur lues, & imminens orbi clades: quandoquidem mundi rationalis iam inolita confuſio, eſt orbis abominatio.

Pen-

17 Pende petacem industriam. Condalus quidam, ut refert Aristotel. in *Politic.* & ex eo Cœl.Rhodigin. *lib.29.cap.20.* à Mausolo Cariæ Rege Liciæ præpositus, voluit munificè gratificari Regi, meditatusque est singulare commentum. Tenebantur Lycij maximo studio nutriendæ comæ : illeque finxit in sacra *Proscomia*(de quibus in *Ephemer.* 25. Ianuar.) Mausolum comis opus habere: qua de causa necessarium illis cincinnos tendere, & in Regiam mittere : sin autem, quia illorum deliciæ, radere nollent; auri pondus fisco darent, & illi curæ fore in Græcia cæsaries coëmere, ac illorum nomine ad Regem mittere. Avidè beneficium gens simplicitate accepit, & summam auri ab eis artificio emunxit. Quod commenta est præfecti rapacitas, meditatur & fatuè Hispanorum repumicata venustas : ut appareant turpes,quos naturalis decorabat cæsaries:igitur comarum pro tempore vanitatem, furtivam plocamorum ostentationem, pendunt perinde per calvariæ simulacrum, caput ridiculum; quoniam sine crine caput: demùmque per auri protritam æstimationem,ex longinquis propriam comparant deformitatem; tradentes alienigenis sine pondere argentum,ut in ornatum portent pilos caprarum. Relinquendi uti deliri, & furentes, absque ulla spe correctionis ; dum pro mortuorum exuvijs, faciem mulcent paupertatis, evacuantes futile cerebrum ; quia quod fœminis febris, illis delirium. Haud pudet : inest vanis uti studium, quod officium fœminarum : sunt enim ita propensæ in divitem curiosum ornatum,scitulum cultum, queis mens & oculi allucinantur; ut sine illis pereant, quæ propter illos peribant.

*Commentũ comarum, ut auro evacuetur regnum.*

18 Cùm votum Apollini Delphico de decima Veiorum emisisset Camillus ; *factá à singulis civibus collatione* (inquit Plutarch. in eo) *visum est auream crateram facere, eamque Delphos mittere : cæterum auri erat in urbe penuria. Magistratibus deliberantibus,qua id ratione posset confici;mulieres, habito seorsim consilio, mundum omnem suum aureum contulerunt ad donarium faciendum : fuitque auri pondus talenta octo. Quas Senatus honorandas arbitratus ; statuit ut defunctæ in funere laudarentur.* Singulare prorsùm liberalitatis præmium! Oratio funebris: aureum dum fœminæ dimittunt ornatum? Quorsùm ? Insigni iudicio, ut eluceat illarum quanta in ornatum propensio : etenim dum deficit pulcher ornatus, fœminæ cunctæ destinantur in funus. Ardent vanitatem æstimationis, quam conciliat ex oculis pretiosa vestis: defunctæque aurum ornamentorum donantes, Romanæ describuntur mulieres ; quoniam si mundum muliebrem non habent aureum, cogitantur extra modum : Eius privatio destruit, quod vitam construit. Vivunt fœminæ,dum rutilæ comæ,dum calcantur margaritæ lapilli rutilant, vestes follicatæ vernant,uti malum oculorum, cum invidia cæterarum:nudæque pretiositatis & propter illam decoris, in funus vivæ traduntur ; quoniam moriuntur sine his,propter quæ in speciem moriebantur. Protrahitur Didascalia: videris reliqua *Tautol.3.Didascal.2.* Ridentur,sed illis risus ludibrium. Satis modò sit, quia ut dicebat Plaut.in *Pœnul.* Act.1.scen. 2. v. 20.

Plutarch.

*Fœminæ sine ornatu, destinantur sepulchro.*

*Modus mulieri nullus est.* Plaut.

## DIDASCALIA IV.

### *Errantis corrigitur animus, modò imperij intersit modus.*

1 MOdus tota forma imperij, maximè si studet errorum efficaci correctioni : equidem speculum claret modus, quo perspicuò videtur qualis correctoris animus : lubitòque corda recipiunt errorum pœnas ; quippe corrigentis patet per modum bona voluntas, nequaquàm tendens in dignitatis infatuantis auctoramen,sed in subditorum directionem & iustitiæ rectitudinem.

*Modus forma imperij*

*Est modus in rebus : sunt certi denique fines;* Horat.1. *Satyr.* 1. v. 106.

*Quos ultrà, citràque nequit consistere rectum.*

Hic rectus finis rationis, dum vel modo non egreditur extra rationis fines. *Quis enim* (ait Senec. 1. de *Ira*, cap. 14.) *cui medetur, irascitur?* Minimè intenderet mederi, sed vulnerare. Quapropter sine modo vel in nocentem supplicium diceretur sanè rectum, cæterùm non rectè factum : quandoquidem intentio illecta in criminis legem,verum nõ in medicamen. Curatur animus Pharisæorum à Christo, curato hydropico, quia in hoc si fluxus carnis animæ gravabat officia; ambitio exuberans illorum premebat pectora. Sanare intendit, & illorum fastum quasi per occasionem increpavit. *Clementer tamen* (subdit hìc Ambrosius, *lib.* 7.) *ut persuasio humanitatis asperitatem coërcitionis excluderet, ratio proficeret ad persuasionis effe-*

Senec.

*Sine modo quod rectũ, non recte factum.*

Luc. 14.

Ambros.

*fectum, & correctio emendaret affectum.* Objicitur in imitamen qualis in Præside iussio, ut non frustetur correctionis intentio: equidem invenitur in illa ratio ad persuasionem, persuasio adversus asperitatem, & erroris demonstratio in rectitudinem.

2 In propositum Didascaliæ invenitur apud Octavium Strada *Tom. 2. Symbol.* 35. homo, cuius sex oculis ornata imago, tribus clausis, tribusque apertis, in cerebro, in facie, ac pectore collocatis. Si in pectore affectus, si in cerebro ratio, si in fronte aut facie cognitio; sortietur effectum meditata Superioris correctio: quandoquidem ad obiurgationem accedit cognitio criminis, ratio severitatis, non excluso affectu pectoris quin inseri possit querela de animadversione nimia: igitur graviora errata videt, leviora transit quasi non videret; fragilitate dissimulatà, sed corruptà malitia, accedente pœnitentià, qua excluditur vitium, & correctio suavis emendat cordis affectum. Opportunè occurrit, quod alibi ex Tacit. *cap.* 19. de Agricola dixi. *Decet, omnia scire, non omnia exsequi: parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare: nec pœna semper, sed sæpiùs pœnitentiá contentus esse.* Oculos cunctos claudere, est Præsidis insensati: cunctos aperire, est truculenti; qui cuncta inquirit, ut cunctos devoret; prudensque & oculos habet clausos, & habet etiam apertos; ut dissimulatione indulgenda indulgeat, atque zelo reprimenda coërceat: etenim congruit, nec oscitantià dormire, nec dormientes vigilanter excitare. Tunc enim dispositio oculorum prudentiæ exornans imaginem, dividitur iurè inter subditos & Præsidem: equidem siccine cognitione, ratione, iudicio, affectu vigilante, oculis palàm apertis; subditi debent lubenter obedire clausis oculis.

Octav. Str.

*Modus optimus qualis in acerbitate correptionis?*

Tacit.

*Distributio officiorum inter Prælatum & subditum.*

3 Tautologiæ thema est: *Præceptum quod præceperam.* Ut vidimus in *Liter.* alij: *Præcipiendo præceperam.* Detraxit profectò præcipiens edicto formam, ut promptam sortiretur subditorum obedientiam. Auctoritas est, præcipere præcipiendo: iustitia, modò præceperit ratio: caretque præceptum efficacià præcepti; quia quod debet ratione, firmatur auctoritate. Videtur insolenti Præsidi dominus esse vitæ, & mortis; quoniam cuncta dirigit ad prolubium potestatis. Iubet, præcipit, ordinat, mandat, remandat; sed in præceptis præceptis nihil ordinat: igitur nullum præceptum præceptum, quandiù in præcipiente ratio non invenerit iudicium. *Nabuchodonosor in furore & irá præcepit.* Nulla præcepta, si in furore & ira: præcepit præcepto, cùm deberet præcipere iudicio. Lenocinabatur auctoritas, atque rationem opprimebat maiestas, splendente in throno ullà sine maiestate, potestatis non decore, sed dedecore: etenim intendens in præcepto, quòd rutilaret potestatis splendor; in præcipiente insanè duntaxàt apparuit furor. Semper insania, dum iratus aut irato Præses imponit præcepta: de quo *Tautol.* 7. *D.* 2. sed amplior, dum virtutem persequitur, ut potestas dignitatis ostendatur; quippè prohibet ratio, quod præcipitur præcepto; quod quidem longè à fulgore dignitatis, atque commendatione præcipientis; igitur plectens virtutem ut crimen, summum demonstrat furorem; dum nititur in præcepto ostentare auctoritatem.

3. Reg. 2. 43.

*Turpe regimen ratione auctoritatis sine auctoritate rationis.*

Dan. 3. 13.

*Non auctoritatis splendor, sed auctoritati furor.*

——— *Iniustum rigido ius dicitur ense.* Urget in prolubia auctoritas, impellit in præceps vanitas, quæ amovent mentem, ubi pedes regentis pruriunt in sanguinem. Unde cùm non possit ratione, inhietque ostentationi potentiæ; ius statuit iniustum in innocentes furens & ferro & igne. *Pereunt omnia* (inquit Senec. 3. de *Ira* cap. 16.) *ubi quantum suadet ira, fortuna permittit: nec diu potest, quæ multorum malo exercetur, potentia stare.* Hinc Almificus Doctor, *cap.* 64. *Regul. Sanct.* ait: *Præses in ipsis imperijs suis sit providus & consideratus, sive secundum Deum, sive secundum sæculum sint.* Nihil præcipitur in præcepto, si auctoritas inflata præcipit ex abrupto: providèque & considerate in imperijs Præses se debet gerere; quia imperium potestatis non imperium sine consideratione: quandoquidem quæ præcepta sunt fastidio, ubi sine affectu in subditos in iubente nulla ratio, neque decreti cognitio: sine quibus adinstar Nabuchi viget potestatis auctoritas, sed auctorati convertuntur in bestias.

Ovid. 5. Trist. 11. v. 43.

Senec.

S. Bened.

*Nihil fiat ex abrupto.*

4 Hi *in iracundia terræ* loquentes, dolos cogitant. Diximus aliqua, *Tom.* 3. *T.* 10. *D.* 5. *á n.* 8-4. *T.* 12. *D.* 2. *à n.* 4. Dicitur iracundia terræ, contra iracundiam cœli. Cœli iracundia est ex zelo, iracundia terræ ex odio: & ubi non ratio, sed auctoritate demonstratur zelus, in pectore struitur dolus; quoniam si in correctionem errati irroganda pœna; Præses ex terræ iracundià dolosè fertur in vitium, errorem, crimen; nequaquàm in correctionem. Pastoris est, oves errantes dirigere: lupi verò errantes devorare. Hic percellitur iracundià terræ: ille in ictum ducitur, ne ovis det in ora lupi; quod videtur supplicium, & est erranti sub asperitate obsequium: igitur coërcitionis in Præside cogitamen, semper dirigi debet in di-

Psal. 34. 20.

*Pessima correptio non ex zelo, sed ex odio.*

Galat.6. 1. directionem. Monet. Paulus. *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto* (alloquitur Galatas) *vos qui spiritales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.* Lenitas commendatur, ut fiat ritè correptio; modò fuerit homo præoccupatus à delicto, non qui delicto occupatus: etenim si in malitia assuefactione pravè persistit obstinatum pectus; cruciamen erit lenimen propter commiserationem: etenim haud removebitur à via prava iniquitatis; nisi dolor accrescat virgis & virgis. *Insanientibus si sanguis supervenerit, insaniæ solutio*: ait Hippocrat. lib. 6. *Aphorism.* 21. Non purgantur pravi à crimine, nisi sanguinis missione; qui pro peccatis insaniunt: & cùm insaniæ assuefiunt; haud in mentem redeunt, nec relinquunt peccatum; ni sanguis pro evacuatione usque in sanguinis deliquium. *Deliri curantur sale*: ait Rhodigin. *lib. 6. cap.* 1. Sale? Utiquè. Sal mordax urit: & deliros atque furiosos compescit; quippequàm illis nulla alia medicina, nisi acrimonia. Sale à corruptione præservantur, qui corruptela morum, atque bonorum scandalum: sine sale omninò corrumperentur. Semper enim desipiunt, & sale sapiunt. Vernaculè: *Tienen jaicio. Crescit cuique audacia* (ait Famian. Strada, *lib. 2. Prolus.* 4.) *ex aliorum contagione: ita intemperijs acti agentesque, ludibrio palàm habent imperium. Scelera nunquàm tollentur, quandiu auctores tolerantur. A stirpe sunt recindendi.* Dominationem spernunt, maiestatem autem blasphemant; quia impunes patientià Præsidum vel flagitia præconizant. Sed hoc aliàs: interim vide Florent. *Emblem.* 37.

Hippoc.

*Pravi cervicis duræ rigidè tractandi.*

Rhodigin.

Fam. Str.

5 Lenis ergo obiurgatio in præoccupato à delicto: igitur in laqueum cecidit, priusquàm periculum inpræcipitium cognoverit. *Præoccupatus*, ideſt, *fragilis, imbecillis, seductus*: subdit Alapid. Congruit lenitas, quem in errorem illexit fragilitas: igitur ut seductus in foveam immersus ob volatile cogitationis delicium, seu illicium; antequàm caveret lapsum. Pende. *Huiusmodi instruite.* Quem respicit *Huiusmodi*? Peccantem, vel instructionis congruam moderationem? Utrumque. *Huiusmodi* præoccupatum instruite *huiusmodi*: commendat Paulus modum, ut correptus corrigat, uti eruditus erratum; quandoquidem correpti errati correctio, nonnunquam stat in correctoris modo. *Huiusmodi instruite.* Cur non *plectite*? Animadversione dignus, qui utique in peccato comprehensus: quare ergo non designat Paulus delinquenti pœnam, ubi prædemonstrat culpam? Haud vetat Paulus puniri, sed intuitum commendat in punitione, ut spiritus salvus fiat, & correptus huiusmodi sese corrigat: Paulusque pro *Delinquentem plectite*, dicit: *Huiusmodi instruite*; quippe tunc lapsus subitò, lubenter corriget crimen, si cognoscit supplicium in instructionem. Adhuc instat Paulus pro modo, ut fiat prudenter correctio. *Instruite in spiritu lenitatis.* Hoc est, *affectu lenitatis*: ait Chrysostomus. Omnis disciplina in præsenti quidem non videtur esse gaudij, sed mœroris; præ acerbitate ingenitæ amaritudinis: lenitatisque affectu dicit Paulus instruendus, qui delicto præoccupatus; equidem perperàm corrigit recognoscens erratum, qui in correctore non cognoscit affectum. In spiritu lenitatis, qui spiritales sunt; ut in legem reducatur aberrans à recto cor: igitur qui non lenis nec leniter in supplicio, non ducitur zelo, spiritu in correptionem, sed odio: quo concepto durior corde, qui iudicabatur flecti.

Alapid.

*Indulgeatur fragilitas.*

*Optata correctio pendet à modo.*

Chrysost.

*Et correctoris affectu.*

6 Videtur corde fluctuante varijs cogitationibus, quod de Indico mari refert Plinius. *Iuncos quoque lapideos* (ait *lib.* 13. *cap.* 25.) *perquàm similes veris per littora.* Accidit ad redamationem condignam amori Christi cordibus nostris, quod eiusmodi degeneribus iuncis. Flectere conatur in dilectionem exhibitione gratiarum, sed in vacuum cumulus beneficiorum: equidem qui flectere in fidem cogitabat donis, invenit corda durissima, tanquàm lapides. In rem ergo. Sunt iunci plura corda quoad veritatem, y sunt iunci quoad speciem. Hæc verè saxeâ, Illa docilia, quæ flectuntur ad metum. Unde discrimen tantum? Ex aquæ dulcedine, vel ex aquæ amaritudine: ex affectu vel odio Præsidis in exhibitione correptionis: equidem cum homines trahat Superioris affectus; qui duri ut lapides convertuntur in iuncos: & persistunt inflexibiles, amaritudine acerbà, sine affectu corrigentis. Haud dubium, quòd plures non flectuntur gratiâ, genioque mala rigent benevolentia; qui rusticitate barbari, nec vultu affabiles ulli, arbitrantes cuncta deberi sibi, & accipiendo beneficia, collatoribus favere; quorum phantasia evanidum cor, ambulans in magnis & mirabilibus super se: at multoties Præsidis imprudentià, qui iunci, cautes & saxa, amaro pectore, despumatà bile: quid, si etiam dociles, inflexibiles; cùm in illos vomat Præses correctione, tanquàm mare tempestates? *In intellectibus manuum suarum deduxit eos*: dicit Psalmographus de modo regiminis Moysis, ut educeret filios Israël de barbarorum tenebris. Manus Hispanicè

Plin.

*Homo quò magis à Christo fotus, magis ingratus.*

*Acerbitate qui flectuntur, indurantur.*

Psal. 77. 72.

nicè sonat increpationem: propterea dicitur: *Darle una mano.* Vide. *Tom.1. T.6. D.6. à n.17.* Crucius hìc accinit:

Cruc. *Pavit, & egregia doctor mentisque manusque*
*Arte suos fovit.*

Increpatio supponitur, cæterùm cum intellectu. Quorsùm intellectus, dum exponuntur in increpationem manus? Ut in illa clareat prudentis an fuerit modus. Intellectus trahit res ad se. Sic in correctore æstimatur prudens cor: igitur aberrans à lege proculdubiò corrigetur; si ubi corripitur, trahitur. Observa connexionem inter intellectum & voluntatem. In intellectu manuum suarum etiam rebelles deduxit; quos quidem *innocentia cordis pavit.* Manus correptione errantium rigida, & cordis corrigentis innocentia? Prudentiâ intellectus direxit, quos ad se etiam in supplicio traxit. Haud in iracundiæ terræ locutus, quem in pœnam transgressionum duxit zelus. Zelus erat, sed prudens, modus intellectui inhærens, quo lucebat innocentia cordis, etiam iurisdictionem severitate exercentis: quandoquidem Præsidis cognoscitur innocentia, pœnâ irrogatâ; dum intellectu non corripit, ut corripiat, sed ut correptum ad legem & iura trahat.

*Corrigitur qui correptione trahitur.*

Ibid.

*Correptio in correctionẽ.*

Ovid. 2. *Amor.* 4. v. 18. *Tam doctas quis non possit amare manus?*

Irrogant in reos cum intellectu cruciamen, verum in eruditionem.

Ierem. 31. 28. 7 *Castigasti me, & eruditus sum*; dicebat Ephraim ductus in captivitatem propter idolorum servitutem. Cognoscit Deum castigare, sed castigatione mederi. Ignorabat Numinis pietatem, patiens iustitiæ rigorem, considerans tantùm pœnam in pœnam, quin recognosceret culpam: modòque discit per correctionem criminis quorsùm à Numine castigatio; quoniam criminis correctio, uti correptio eruditio. Ne periret anima, à Domino immissa pœna. Cæcus nesciebat in cruciamine intuitum, & castigatione eruditus in propositum: igitur quam patiebatur pœnam, cognovit ut medicinam, propter commissæ culpæ resipiscentiam: redijtque in mentem; quippe supplicium datum in eruditionem. Ex effectu patet, quòd à corde pœnitudo & vera ad Numen conversio. *Postquàm ostendisti mihi* (ait) *percussi femur meum.* Percusionem femoris, summi esse signum doloris: diximus, *Tom.2.T.1.D.2.n.10.& 4.T.9. n.12.* Unde fons doloris tanti? Ex criminis ostensione. Qui sęviunt supplicio in subditos, errata non ostendunt; sed ostentant. Qui in correctionem intendunt; ut cognoscantur à reis, solummodò signant: illi invehuntur in crimen, hi in criminis totalem abolitionem; ut rubore percussi, adhęreant legi: percusio-

*Est correctio, si ex correptione eruditio.*

Vers.19.

neque femoris signat correptus; quòd summè doluit; quippe corripiens è zelo tantùm ad correctionem crimen ostendit. Suaviantur aliqui exaggeratione errorum, regerunt-que quasi demonstrantes zelum. Carent zelo, sicut abest à correptis pœnitudo: etenim corda nec dolore percutiuntur, nec resipiscunt; quia acerbitate Præsides errores non ostendunt, ut corrigant; sed ut ostendant. *Postquàm ostendisti mihi*, tunc accessit dolor cordi. Non manifestasti; sed ostendisti; unde modus obiurgationis movit flammam pœnitudinis: igitur si manifestatione, qua cor languet, cunctis demonstratur delictum; cor meum pœnituit, quippe in correctionem mihi duntaxat ostensum. Sæpe manifestatione non occurritur crimini. Ostensione cadit culpa, quoniam notitiâ erubescit vulnerata conscientia, parto voto correctionis, ex effectu pœnitudinis: corque frangitur, dum ita corripitur; quia corrigitur erratum, ubi ostenditur error quasi per signum.

*Et criminis ostensio nequaquam manifestatio.*

8 Assertor N. instruens discipulos in orbis formam, iubet habere tunicam & virgam. *Ne quid tollerent, nisi virgam tantum, & ne induerentur duabus tunicis.* Quare igitur unà tunica & virga, non virga aut tunica sola? Totum dirigitur in correctionem orbis, & in modum corrigentis. Tunica velamen corporis est, virga potestatis insigne; ut corrector, consulat correpti honori: unaque pro increpationis forma, tunica indulgetur & virga; ut potestatem virga Præsidis exerceat in correctionem, & tunica prudenter operiat punitum crimen. Multoties quùm errata manifestantur, simplicibus edocentur. Non debent manifestari, sed peccantibus ostendi, ut resipiscentia concipiatur ex rubore, ruborque ex urbanitate; cùm vulgare iudex possit, & duntaxàt percusso vulnus ostendit: correctoribusque in correctionis normam, Christus tunicam concessit & virgam; quia operire studio tunicà debent, quicquid virga castigaverint. Occurrit Antilogia, de qua iam egimus, *Tom. 2. T.11. D.4. à n.11. & 4. T. 13. D.4. n. 10.* Quomodò in tunica exponitur arguentis charitas, quando præfigitur tantùm in virga severitas? Sic præceptum: *Ne quid tollerent in via, nisi virgam tantùm.* Tantùm virga? Utiquè omnimodà austeritate. Sunt genij dociles, sunt inflexibiles, qui nihil agunt rectum, nisi tundantur: hisque coërcendis tantùm conceditur virga; quippe illorum correptione sunt manifestanda errata. Hinc Paulus Timotheo: *Insta opportunè, importunè argue.* Difficulter diversi, aversi, imò perversi reducuntur in

Marc.6.8.

*Excusetur, quod corrigitur.*

*Nisi pravi corripiãtur.*

2.Tim.4.2.

viam,

viam, nec per instantiam. *Insta opportunè volentibus* (ait Cæsarius Arelatens. *Homil.* 26.) *importunè nolentibus. Volentibus audire verbum Dei, offerendum est, fastidientibus ingerendum; ne fortè contra nos ante tribunal Christi stantes dicant, se à nobis admonitos non fuisse.* Vid. caput *Facientis*, distinct. 86. & cap. *Error.* Ibid. Sunt cervicosi, capitones, refractarij, nec audire volentes: alij flexibiles, docilitate præditi, veniam captantes: ad hosque directoribus creditur virga simul & tunica, ac in illos tantùm virga; quia tantùm submittent dorsum, dum virga tantùm.

Cæsar.

9 Aliter lib. 2. de *Vit. contempl.* cap. 5. Prosper interpretatur testimonium, ut modus observetur iuxta singulorum qualitatem & genium; uti docet Gloriosus Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 2. divis. 3. & 4. indisciplinatos arguendo, mites obsecrando, negligentes increpando, & corripiendo. *Argue, obsecra, increpa. Argue* (inquit Prosper) *coæquales, obsecra seniores, increpa iuniores: at in omni patientia, quia leniter castigatus exhibet reverentiam castiganti: asperitate autem nimiâ & increpatione offensus, neque increpationem recipit, neque salutem.* Videtur Prosperi sensus sensui nostro adversus, & est consonus. Quæritur de nimia asperitate, quæ non astipulatur correctioni: & ita datur correptioni forma; quippe in procaces & improbos asperitas nulla nimia. Hinc Apostolus *in omni patientia* dicit, ubi indisciplinabiles exhibet: igitur ubi non satis doctrina, omnis patientia correctioni necessaria; quia ad effrontem audaciam non est patientia. Virga necessaria tantùm, ubi cor incircumcisum. Ictibus in saxo imprimitur forma: cordi saxeo tantùm virgâ. Hic est correptionis in correctionem modus:

S. Bened.

Prosp. Aquit.

*In quos miseratio crudelis, audaciæ fomes.*

Ibid.

*Parcere subiectis, & debellare superbos.*

Virgil. 6. Æneid. v. 8.

*Est enim rationalis ingenij* (ait Aristides Orat. 2. de *Pace*) *ut resistentes armis cohibere, ita subiectos leniter tractare.* Hinc in hos cum virga rectoris est tunica; quippe fragiles: in illos tantùm virga, quia præcipites: quandoquidem maior miseratio protervis, virga & virga absque ullo vestigio miserationis. Prosper succinit *Epigram.* 48.

Aristid.

*Omne genus vitij proprio tantùm valet actu:*
*Sola est innumeris armata superbia telis.*

Prosper.

Nec recipit salutem, nec increpationem. Unde ni omnimoda modis applicetur acerbitas, in rectores furiosè vibrabit lanceas.

10 Piscem conantem devorare Tobiam, trahere iussit Angelus ad terram: improborum claret symbolum, qui extrahendi, ne noceant, extra cæterorum centrum. Est enim conventus malignantium, & sine consortio malignitatis moriuntur. Etiam iussit exenteratum discerpi, & carnes assari: equidem voraces, androphagi, turbulenti, ad exilium; etsi rumpantur. Exenteratur qui vagus, ut obvium quemque voraret, & quod latebat, pateret: igitur ad malignitatem cognoscuntur quæ corda, dum patent viscera. Pendè intuitum: *Sunt enim hæc necessaria in medicamenta.* Quænam medicamenta, & necessaria? Ad vulnera reproborum comprimenda supplicio, ut cæteri in flagitia cadant animo, caveantque capite alieno; ubi pravitate illeges, non permittuntur impunes: igitur cùm levi pœnâ nequaquàm arceantur crimina; in supplicium & exemplum, discerpere est necessarium. Medicamentum ægritudinem, aut vulnera supponit: Angelusque ex ictu in viscera medicamentum confecit; ut cæteri haberent metum, cùm viderent vulneratum: equidem cùm vulneribus nocentium, sociorum sanentur vulnera; ut discant iura ex supplicijs medicina necessaria. *Ad medicamenta utiliter* addit. Modus punitionis describitur, ut pro qualitate animorum aut criminum corripiatur; quippe si deviat medicamen à ratione, medicamentum inutile.

Tob. 6. 5. *Quomodo habendi?*

*Mens intelligens in pectore, ut sciat*
*Cui debet irasci, & cui minus.*

Theocrit.

Uti ait Theocrit. *Edyl.* 25. v. 85. & Senec. *Epist.* 105. *Ne pluris remedium, quàm periculum constet.* In docilibus signum vel leve, in remedium; quia non periculum: secùs in consummata nequitia & cauteriata conscientia. Non sat in beliua exterminium: vulnus additur altum, ut cum visceribus exeat præcordiorum virus, in reipublicæ utilitatem, ac vitiorum coërcitionem: medicamentumque dicitur utile omnimodà acerbitate; quippe rebellibus supplicium super supplicium utile medicamentum. In ipso articulo modus exponitur, dum piscis ab Angelo distribuitur. Totum secat, partim servat, partim assat. Totum serpens destruet reipublicæ vitium, qui in correptione huncine servaverit modum: igitur in medicamen hos quidem congruit servare, illos rumpere, alios ustionibus macerare; nullum verò sine mortificatione. Hinc dicitur: *Assavit carnes, cætera salierunt.* Sanè servantur, qui servantur, sed sale; ut senventur acrimoniâ, & supplicij amaritudine.

Senec.

*Duntaxàt illis supplicium, utile medicamentum.*

Vers. 6.

*Hæc iusta, illa æqua.*
*Exemplum habent, quod intueantur.*

Euripid. in Electr. v. 1085.

11 Occurrit illustre testimonium, alibi à nobis expensum, & modò novà luce
Ierem. 33. 6 donandum. *Obducam* (dicit Dominus) *cicatricem & sanitatem & curabo eos.* De sensu literali fusè dicemus, *Tautolog. 6. à num.* 23. Si cicatrix est, profectò curatum vulnus: cur ergo se dicit curaturum, quod iam sanum? Sanè qui imposuit vulneri cicatricem, contulit vulnerato sanitatem: at non loquitur de vulneris medicati curatione, sed de aliorum incurabili vulnere, quod non reciperet sanitatem, ni intueretur alterius vulneris cicatricem. Cicatrix est signum plagæ:
*Supplicium pro peccatis, in exemplum.* in punitis pro crimine signum supplicij: & qui sine cicatrice vulnera sanare valet, in vulnere iam curato cicatricem relinquit; quoniam si intulit supplicium, supplicium fuit in exemplum: igitur sanatur in improbis vulnus cordis, signo cicatricis relictæ ex passione vulneris. Nulla prorsùm cicatrix sine vulnere, sicut nullum profectò vulnus sine dolore. Videt homo in peccatore etsi conversò cicatricem, & timet; ne patiatur quod peccator pertulit: Deusque collatà sanitate, reliquit arte cicatricem in vulnere; quippe cicatrice alterius, obtinet quod in altero nullum inferatur vulnus. *In sapientis animo* (ex Zenone dicit Seneca, 1. de
Senec. *Ira*, cap. 16.) *etiam cùm vulnus sanatum est, cicatrix manet.* Non semper animus est sapientis, ut vivat ad regulas iuris: cicatrixque manet, ne error etiam in cicatricem vulneret: equidem fugiet animus ex vulnere acerbitatem doloris, cùm habeat exemplum signo alterius cicatricis. Eadem dicit ipsi Synagogæ, quæ propter idola deviavit à lege:
Cap. 30. 17. *Obducam cicatricem tibi, & à vulneribus tuis sanabo te.* Cicatrices in aliorum vulneribus posui, ne peccando iaceres percussa vulnere. Non profuit supplicium in exemplum: tibique etiam cicatrix vel in sanitate obducta; ne repetas crebra errata; & sis tibi exemplum per supplicium; ut discas malo, quam amarum, reliquisse Dominum.

Proper. 3. Eleg. 24. v. 17. *Nunc demùm vasto fessi respiscimus ictu.* Cessabit aviditas, si præmit acerbitas: nec audebis vulnerare legem, modò in transgressoribus videris cicatricem. *Qui corripit*
Psal. 93. 10. *Gentes, non arguet?* Arguet profectò, qui corripit; quoniam instruit in errorum correctionem, quam ex correptione vulnerum supervexit cicatricem: etenim docet hominem scientiam; ne respiciat in malitiam, & similem fugiat pœnam: cicatrix enim aliorum vulnerum cautioni ministratur in exemplum. Intelligite insipientes in populo, &
*Ruit homo in peccatis,* stulti aliquando sapite, dum perpetrato scelere, quasi impunè nil esse, cogitat cor: Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt: ingeritur suaviter iniquitatis oblivio, quasi scientia non esset in Excelso: arguitque, dum alios corripit; quippe correptione erudit, & servare legem docet: quandoquidem ne labens criminis perpetiatur cruciamen; in vulnere lapsi haud delevit cicatricem. Hoc intuitu delinquens Gen. 19. 26. uxor Lot convertitur in salis statuam; iubetque Christus eius respicere formam. Si sal Luc. 17. 32. incorruptioni servit, supplicium in sale exponit: igitur aliorum pro crimine pœnis, homines fragiles præservantur à peccatis.

*quasi non esset supplicium.*

12 Sic illis qui gravi corde, decreta iustitiæ; verùm bonà voluntate, dictante pœnas ratione. *Nec sub privato arbitrio ingenium iudicis inclinamus* (ait Cassiodo- Cassiodor. rus, 9. *Variar.* lib. 11.) *de remedijs potiùs, quàm de læsione tractetur.* Unde cognoscendum, de remedio non de læsione in ipsa læsione agi? Facilè quidem. *Nullus horror in vultu, nulla* (dicit Plin. *lib.* 1. *Epist.* 10.) *tristitia, vitæ sanctitas summa, par comitas: insectatur vitia, non homines; nec castigat errantes, sed emendat.* Patet agi de *Correctio in remedium, non in damnum.* erroris remedio, & non errantis læsione supplicij studio: quandoquidem irrogatur pœna, voluntate bona, non in hominum cruciamen, sed duntaxat in hominum correctionem. Summa in Israël ex lascivia perpetrata crudelitas, per petulantes procaces Beniaminitas. Tribus iniuriam decreverunt plectere, ne tantum crimen relinqueretur impune, & ad cuiusvis lubitum huiusmodi libertas verteretur in scandalum. *Peccantes* S. Bened. *publicè coërceantur, ut cæteri metum habeant:* ait N. Legislator, d. *cap.* 70. Ex quo Bernard. serm. de *Bonitat.* n. 2. addit: *Palàm sunt arguendi, qui palàm nocent: ut dum apertà obiurgatione sanantur, bi qui eos imitando deliquere, corrigantur; & dum unus corripitur, cæteri emendetur: melius est,* Bernard. *ut per multorum salutem condemnetur unus, quàm per unius licentiam multi periclitentur.* Congregatus est cunctus Israël in Maspha, ut flagitium ulciscereturBeniamin, ubi consuluerunt Dominum & fleverunt. Opti- *Optima, pro qua fiet iudex.* mus sanè in punitionem delinquentium intuitus; ad cuius usum consulitur Dominus: quandoquidem rectum elucet correptoris propositum; si resipiscentia obtinetur erroris, pretio lachrymarum iudicis. Unde ergo constat de cordium synceritate, & flagitij vindicta tantum pro iustitiæ amore? Patet ex Senatus consulto ut scirent consilium Dei, in quem dirigebant cor. Consuluerunt igitur

tur Dominum, atque dixerunt: *Debeo ultrà procedere ad dimicandum contra filios Beniamin, fratres meos, an non?* Infectantur vitia non homines. Errantes intendunt punitione emendare, non punire; expresà in criminis vindicta recta intentione: igitur quos crimine persequuntur ut hostes, in ultione flagitij reputant fratres.

Iudic. 20. 23. *Et correptus attenditur uti frater.*

Senec. 13 *Admoneri bonus gaudet* (subdit Seneca, 3. de *Ira*, cap. 37.) *pessimus quisque correptorem asperrimè patitur.* Haud aliter filij Beniamin. Sine iustitia cupiebant regimen, in prolubia fovente libertatem, defendentes totis viribus crimen; igitur sine virtute validi approbarunt, quia fecerunt. Prævaluerunt insolentes, in flagitia cæteros invitantes; quippe illicium in vitia, ubi vitiosi felices. Perstiterunt correptores & vicerunt delinquentium exterminio, nobili zelo, qui præstat, dum honor Dei defenditur proprio damno; & tandem tandem bona causa vicit, & protervos superavit: equidem cùm charitate & iustitia ducerentur, qui rebelles & hostes fratres vocantur; ut aversantes crimen, ex modo procedendi reciperent correptionem: in punitione quippe correctores respiciebant naturam, procedentes contra noxam. Idem in correctionis exitum suadet Almificus Benedictus; quoniam optimus modus est obiurgantis affectus. *Oderit* (dicit Abbati, d. *cap.* 64.) *vitia, diligat fratres, & in ipsa correctione prudenter agat.* Gabriel Bugnotius hic succinit:

*Affectus patris in munere iudicis.*

S. Bened.

*Oderit & vitium, sed fratres diligat omnes:*
*Afferat & iustum corripiendo modum.*

Bugnot.

Nullus alius in cordium conversionem magis aptus, quàm præfixus; ad amussim iustitiæ addito in iudice pro severitate amore: equidem cùm expellere malum à dilecto satagat; modus correptione emendat, dum quos cognoscit proiectione rebelles, charitas florens rigore recognoscit uti fratres. Hic prudentia sedet, iustitia viget, amor fervet: qui siccine obiurgans observavit modum,

Horat. de Art. v. 343. *Omne tulit punctum.*

## DIDASC. V.

### *Sacra Eucharistia rapit hominum corda.*

1 HOminis vita non tam militia, quàm continuata pugna. Cato init adversus spiritum crebram in certamen vellicationem; & spiritus nonnunquàm adversus carnem. *Neque Dij, neque Deæ faciant* (alloquitur Seneca Lucilium, *Epist.* 96.) *ut te fortuna in delicijs habeat: vivere militare est. Hi qui iactantur, & per operosa atque ardua sursum atque deorsùm eunt, & expeditiones periculosissimas obeunt; fortis viri sunt.* Unde in voluntate, vallata illecebris (ut canit Claudian. de *Bell. Gildon.* à v. 299.) grave periculum;

Senec.

*Certamen carnis & spiritus.*

——— *Cùm cæca remoto*
*Ferveret iam læta metu: dissensus acerbus,*
*Et gravior consensus erat.*

Claudian.

Palæstram objicit Augustin. *Psalm.* 121. in enarration. *Sicut amor immundus* (inquit) *inflammat animam ad terrena concupiscenda, & ad peritura sectanda vocat perituram, in imaque præcipitat, atque in profunda demergit; sic amor sanctus ad superna elevat, & ad æterna inflammat, & ad ea quæ non transeunt, neque moriuntur excitat animam, & de profundo inferni levat ad cœlum. Vis nosse qualis amor sit? Vide quò ducat.* Est ergo cor sicut acus nautica inter duplicem adversam Cynosuram, modò propensum huc, modò illuc, quò vehitur, quippe trahitur & distrahitur:

August.

*Discrimen Amorum.*

*Agitant adversa quietum.*

Guid. Casson. *Embl.* 3

2 Nunquàm expressius videtur carnis & rationis decertatio, quàm inter Catholicos in carnisprivio. Ita hoc in tempore utriusque instruitur certamen; ut si bona mens, iuxta Stoicum, *Epist.* 27. esset venalis, non haberet emptorem. Inter Gentiles dicebantur *Bacchanalia*, Græcè *Orgia*, idest, vesania, quoniam tunc hominis insigne vivere ac vagari sine mente. Pende quæ bonus Seneca blaterat circumspectione Stoicà digna, pallio barbàque longa, iactabundè bucceflans, salivam quatiens, seriòque delirans. *Nonnunquàm* (garrit de *Tranquillit. anim.* cap. ult. quia insania & ebrietas, animi cogitabatur tranquillitas) *ad ebrietatem veniendum; non ut mergat nos, sed ut deprimat. Catoni ebrietas obiecta est. At faciliùs efficiet, quisquis obiecerit hoc crimen honestum, quàm turpem Catonem. Aliquan-*

*Corruptelæ morum in carnisprivio*

*do tristis sobrietas removenda paulisper. Aliquando & insanire, iucundum.* Idem Plato, 1. de *Legib.* Anacreon. *Od.* 7. Cicer. 1. *Tuscul.qq.* & Horat. 3. *Carm.* Od. 21. v. 11. Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi; ut notat ipse Profanus, lib. 2. *Satyr.* 2. v. 4. & *Satyr.* 3. v. 3.

*Iratus tibi; quòd vini somnique benignus*
*Nil dignum sermone canas. Quid fiet? Ab ipsis*
*Saturnalibus hucfugisti. Sobrius ergo*
Horat. *Dic aliquid dignum promissis. Incipe: nil est.*
*Discite non inter lances, mensasque nitentes,*
*Cùm stupet insanis acies fulgoribus, & cùm*
*Aclinis falsis animus meliora recusat.*

3 Hoccine tempus insaniæ, intolerabile nisi furenti; qui vagatur glorioſus, quia mentis impos. In Bacchanalibus vir induens muliebrem vestem, simul induebat procacem fragilitatem, petulantiam effrontem & adriatrephiam; accipiens uti gloriam ampliorem sexui ignominiam, à fœmina galeatà, pudore depositò, quia fugit à sexu. Cum tympanis crotalis ac thyrsis, suis epulis immunda dœmonia pascebant. Vide Augustin. 2. *Civ.* cap. 4. & 7. *cap.* 20. Vives hìc, Chartar. in *Imagin.* à fol. 275. *Cultu personato, ut nosci non possent, licentiosissimè per urbem vagabantur, nullis verbis factisque fœdis parcentes*; ut ex Macrob. & alijs vidimus in *Ephemerid.* Eodem in tempora sacra celebrata Soli, qui idem in mundo ac in cœlo, diversa cultus specie. Hac de causa *dextrà Gratias gestasse, sinistrà arcum & sagittas Appolo fingitur*, Chartar. d. fol. 41. Gratias Horæ comitabantur, quia *idem Gratiarum Numen atque Horarum*: idem fol. 353. filiæ dictæ Solis, ab Homero, 5. *Iliad.* à v. 757. quibus ut earum commendaretur venustas, pro dotibus Apollo concesit Gratias. Altius mysterium latebat, quod uti indigna Gentilitas ignorabat. Plurima stultè finxit, sed vera umbraticè retulit. *Signo Crucis facto, indice tanquàm horoligij cuiusdam gnomone prominente, quadraginta significabantur*: subdit Pier. Valer. *lib.* 37. *cap.* 39. Unde ut patet, tempus erat quadraginta horarum, quo signo Crucis dicente Solis labores, Sol alienà specie ornatus, ratione cultus hominibus deliris, fulgentibus radijs vibrabat sagittas, atque conferebat gratias.

*Licentior libertas inter Ethnicos.*

Macrob.

*Ritus & cultus.*

Chartar.

*Sol cum Gratijs Horis & sagittis.*

Pier. Valer.

——*Longæva vetustas*
Lucret. 4. v. 324. *Cuncta situ involvens, non res, sed nomina delet.*

Quid signatius & perspicuius in nostram causam, ut huius temporis corda fanatica expellant amentiam? Sol enim Iustitiæ occultus in Eucharistia aliâ specie, ut homines convertantur ad cor, dum de cœlo radiat lux, gratijs sagittis conficit humana corda, per quadraginta horarum floridissima spatia. *Horæ, quæ cœlum claudere & aperire dicuntur, interdùm Soli tribuuntur* (ait Eusebius 2. de *Præparat. Evangel.* cap. 7. Natal. Com. 4. *Mytolog.* 16. & Chartar. d. fol. 354.) *interdùm Cereri.* In gratijs quadraginta horarum, tribuuntur utrique; Soli scilicèt, Cereris sub velamine: equidem sub specie panis è Throno altaris, à Sole Iustitiæ Christo tela vibrantur amoris; ut stultitiam cordis, quam sensim infert fanaticus mundus, vincat panis intellectus. Horis claudere cœlum, & aperire, munus: demonstrat tempus: igitur cùm ex affectu aut fastidio constet eius calamitas vel felicitas: Horæ quadraginta cœlum insanientibus claudunt, atque Solem sequentibus aperiunt.

Euseb.

*Quantæ dei monstrationes amoris Christi, 40. horarum & cultu & tempore.*

4 Signo Crucis facto in horologio designantur quadraginta. Quorsùm Crucis tessera? Ut scutum in hostium iacula obtineant humana corda. In illa invehuntur ravide, maximè in hoc tempore, tres hostes animæ, Cupiditas, Mundus & diabolus. Quo intuitu cor humanum, horum irruente cohorte, ponè scutum Crucis Christi, collocavit ingeniosè Hæften. 3. *Schol. Cordis*, lect. 9. & epigraphe, illud Thren. 3. 65. *Dabis eis scutum cordis, laborem tuum.* Ego dicerem:

*In carnisprivio triumphus hostis animæ.*

*Quo custode procul pelle,*
*Rex Christe pijssime,*
*Omne nefas inimici,*
*Mundo corde.*

Eccles.

Causam promit ibidem præfatus Auctor. *Laborem Christe tuum, ut sit illis scutum. Tua passio erit illorum protectio: tuus labor erit illorum clypeus; nam in labore & vulneribus Iesu, est remedium nostrum constitutum.* Hoc proposito exponitur modò passio Christi: *Tradetur enim Gentibus, & illudetur & flagellabitur & conspuetur.* Intendit hominem habere scutum ad incursus hostium: & nullum validius ad corda custodienda, quàm eius passio, eius vulnera & opprobria. Ni velis dicere (diceſque iurè) passionem recoli Christi, propter flagitia cordium isthoc in tempore: igitur corruptis moribus, iterùm hominibus traditur tanquàm Gentibus; ut illudatur, conspuatur & flagelletur. Iccircò simul obijcitur homo cæcus, quem illuminat Christus: non enim ita aberraret à mente, nisi impulsus cæcitate. *Iesus iussit illum adduci ad se.* En cæcitatis huius temporis collyrium, ut videant

Hæften. *Passio Christi scutum cordis.*

Luc. 18. 32.

Vers. 40.

Psal.33.6. deant cæci corruptelam morum. *Accedite ad eum & illuminamini.* Nisi ad illum hoc tempore accedat cor, sine luce aberrabit cæca mens. Non illuminantur, qui non accedunt: cæcumque iubet adduci ad se, ubi apparet ad illuminationem fulgens Sol; ut per eius lucis radios, videat quam amens, dum cæcus, resistens sagittis amoris, pugnaxque gratijs, quas distribuit eius generosum ingenium per quadraginta horarum notum curriculum: etenim modò oritur Sol in lucem, tenebrarum illuminationem; ut furentes cognoscant oculorum ac mentis voluntariam cæcitatem.

*Cur recolisur in Bacchanalibus?*

Plin. 5 In Oraculo Trophonij Numinis, iuxta Plin. *lib.* 31. *cap.* 1. duo sunt fontes: *quorum alter memoriam, alter oblivionem affert.* Hoc in tempore oblivionis & memoriæ apparent fontes aquarum, oppositum in mortalium animis influentes effectum: equidem qui recordantur temporis, obliviscuntur amoris; & qui Salvatoris recordantur, quæ mundi ac eius vanitatis actutùm obliviscuntur: equidem cùm apud illum sit *fons vitæ*, & in eius lumine videatur lumen, quo eliminantur tenebræ; qui accedit ebrius charitate ad fontem, ut voluptatis potu gratiarum bibat torrentem; degustatâ gratiâ, & luce visâ, voluptatum, illecebrarum mundi nec memoria. Fabula nota Ulysis, qui nave vectus, ut pateret portus, mirâ arte vicit Sirenes, quæ navigantes fallebant, ac in eorum ruinam voce, tibiâ, lyraque cantabant. Dixi, *Tom.*5. *T.*10. *D.*2. *an.*9. expressa exempla esse inimicorum animæ, ad aurem mulcentium, verùm in audientium præcipitium. Haud aliò insidiantes voluptates propinant, nisi ut bibentes barathrum usque præcipites eânt. Ulysses periculum cognovit, socios arte surdos fecit, & se ad navis malum ligavit, atque devictis Sirenis in portum appulit. Quamobrem in propositum lemma emblematis, apud Picinell. *Mund. symbol.* lib.3. n.163. *Canitis surdis, canitisque ligatis.* Quandiù vivimus, remigantes vitæ naviculâ in patriam tendimus. Vid. *Tautol.*3. *D.*3. *n.*10. *& T.*9. *D.*4. *n.*6. Occurrunt Sirenes voluptates, alliciunt animæ hostes: verùm si surdescimus, & malo crucis ligamur; inimici præcipites corruunt: igitur deficiunt, dum corda illorum vocum non recordantur: faustèque animæ in gloriæ perveniunt portum mirabili nave, cuius Christi Crux insigne, panem portante de longè. *Præcepto præcipi*: est sententia Tautologiæ. Ratione præcipere, conatus est in cœli directione. Huius ordinatio opponitur delirijs quæ præcipiuntur à mundo.

*Quare apparet tunc fons vitæ?* Psal.35.10.

Picinell.

*Sirenum fabula.*

3.Reg.2.43

Unde si corda propter cœlum Cruci figuntur, & ad mundi mulcimina obsurdescunt, irritum mundi in præceptis delirium; quippe surdis, ligatis non est præceptum.

6 Vita humana propriè dicitur Comœdia: Augustus orbis dominus, cùm in fine temporis, in quæ vidisset insumptum & tritum tempus, amicis dixit: *Satisne bellè in imperio personam meam, mimumque vitæ egi?* Illis annuentibus, addit: *Valete & plaudite.* Sueton. in eo *cap.*99. Senec. *Epist.*77. *Quomodò fabula, sic vita.* Epist.80. subdit: *Sæpius hoc exemplo mihi utendum est: neque enim ullo efficaciùs exprimitur hic humanæ vitæ minus; qui nobis partes has, quas malè agamus, assignat.* Iuvenal. *Satyr.*14. *v.*265. *Humana negotia, ludi.* Palladesque 1. *Antholog.* carm.17.

Sueton.

Senec.

*Vita hominis scena ac fabula.*

*Scena hæc est vita & minus: vel ludere disce*
*Seria postpones, vel cruciare miser.*

Pallad.

His quadraginta horis producitur in scenam actus Sacramentalis, cuius personæ tres: Auctor & actor Christus, histrio tempus ethopœius homo: sive imitator morum. Tempus relationem proferet, ac vividè affectus exprimet (Pro rudibus in lingua Latina, vernacula est necessaria) *El tiempo echará la relacion, y tenará bien que sentir.* Christus agit verè personam, igitur verè existit per apparentiam. *Hace bien el papel, porque en apariencia representa en realidad.* Si genius, & inclinatio iuvant in expressionem affectuum, sensumque verborum; partes agit homo apprimè, nihil agendo; quippe in tempore ex relatione importuno, sentit semper contra sensum. *Si el natural hace que se sienta bien, el hombre siente mui bien; porque olvida el natural.* Prodit tempus in proscenium, ætate canum, cæterùm cultibus, estò ridiculis, floridum: latetque furor, qui videtur candor. Hominem scena videt nudum, sed eleganter ornatum: igitur auget commendationem gratiæ & venustatis, dum exuit cordis atque corporis passiones. Christus illustrat theâtrum peregrinâ specie, invisibili decore; & apparet gloriosus, alienâ specie occultatus. Titulus actus Sacramentalis in quadraginta horis, *Amoris obsequium, in amantis studium*: Profanus uti dixit Hispanicè: *Finezas contra finezas*: idest, singulares demonstrationes amoris in amorem singularem. Exponit offerens tempus in mensis lances, dapesque vellicantes vel palati fastidium, gustu delicatulo; quas protinùs respuit homo. Hæc profectò amoris demonstratio in cordis fidem: Christusque homini rependit amorem; quippequàm esurientem eo pane alit, qui de cœlo descendit. Urget in

*Personæ, cultus, scenæ & partes actus Sacramentalis.*

po-

potus tempus, dulcia miscens, mulsa evolvens, ut lateat calicum fæx, inclinans ex hoc in hoc ebrius pocillator; cœterùm homini est horror: Flamma cordis obsequio nitet: amori studet: Christusque generosè respondet; siquidem ne siti arescat pectus, est sanguis, qui verè potus. Ne tempus rubore cadat, frigidèque recedat; astu mundi, suggestione dæmonis, illecebrà cupidinis, objicit commutationem vestium, larvasque ludionum. Ornatus hominem tædet, facilitatem fastidit; quia contra naturam fovet vitalitatem, quisquis commutat cum fœminis vestem. Non tantùm ignis, sed vehementia amoris est: flagrat in pectore cor, sed haud fugit Christi obsequium in huiusmodi studium: igitur ita transformatur homo; ut maneat unus cum Christo, & Christus maneat in eo. Si siccine theatri festivitas, dividendus est Actus in scenas.

*Christus sacramento Eucharistiæ hominũ respondet amori.*

7 Intendite. Christus dicit: *Caro mea verè est cibus.* Quorsùm *Verè*? Quomodò verus, si in Actu Sacramentali duntaxàt apparet cibus? Heliogabalus pictas epulas & dapes apponebat epulonibus. *Sæpe ceream cœnam* (ait Lampridius, in eo) *sæpe ligneam sæpe eburneãm, aliquando fictilem, nonnunquàm marmoreãm, vel lapideam exhibuit: ita ut omnia illis exhiberentur videnda de diversa materia, quæ ipse cœnabatur, quùm tantùm biberent per singula fercula, & manus quasi comedissent, lavarent.* Elucent huius temporis ludibria, risu accepta, convivis grata, quasi fel in offa, melle lita; quippe cibus duntaxàt in apparentia, vel apparentia cibi adversus sensum voluptatumque palati. Christus econtrà cibi exponit veritatem, exhibens duntaxàt panis speciem: igitur sine substantia in apparenti pane, includitur substantia cibi veri: nauseatque mundanus vesculus super cibo isto levissimo; quippe accidentia cibi absque ullo prorsùs subiecto: mensaque pane exposita, sine panis substantia; estò contineat superiorem dulcedinem, & omnis saporis suavitatem, quam degustat accipiens mundum cor: equidem non videre accidens est.

Ioan.6.55.

*Heliogabali mensæ.*

Æl. Lampr.

Paulin. *Hoc Domini donum, hanc speciem munere Christi.*

Ut canit Paulin. *Natal.*10.v.194. Hæc dulcedo hominem invitat, qui despecto tempore mensæ lubenter appropiat: rependiturque gratijs promptitudo humanæ voluntatis; quia relinquit pro Christo servitutem, delicium insani temporis.

8 Nobile Eucharistiæ sacramentum signatum fuisse per agnum in Ægypto à filijs Israel immolatum; asserunt PP. Adi Gregor. Homil. 22. in *Evangel.* Augustin. in *Ioann.* Tract.55. Ambros.1. in *Hexaëmer.* cap.8. Quapropter Alcim. Avit. lib.5. Genes. à v.244. canit.

*Inter labentis ferventia munera mundi,*
*Sanguis ab inferno miseros Pharaõne redemit,* Alc. Avit.
*Ægyptique dedit salvos evadere terram.*
*Ergo agnosce tuum in nobis Rex Christe cruorem.*
*Atque tuos educ Ægypti è carcere servos.*

Fulgent quæ mirabilia in Ægypto, per ampliùs & perfectius in Augusto Sacramento. Decreto Dei volunt relinquere terram, sensitque Ægyptus servorum nauseam; arcereque solicitavit fugam, cognoscentibus accolis tanto tempore expositam ab Ægyptijs voluptatem; nil aliud esse præter turpem servitutem. Hoc in tempore à Domino instituitur per Moysen Agni immaculati sacrificium: *Tollat unusquisque agnum.* Hoc sacrificium urgebat, ut possint exire in aliud à Domino indictum, nimirùm spatio quadraginta horarum in desertum, Ægypto amandatà, ut munda essent ac libera corda. *Deus vocat nos, ut eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus.* Cap.5.3. Illotunc, ut ait ex Eupolemo Euseb.9. de *Præparat. Evangel.* & ex utroque Alapid. in Exod. 1. 10. *Hebræos diversà quàm Ægyptios veste indui Rex iussit; ut ita risui & vexationi omnium eos exponeret.* Dialecto nostrà: *El trage era de mascara, provocativo à risa.* Modo scitur plenè, quare tunc institutum sacrificium Agni. Si sacrificium peragendum in deserto; quare ergo perficitur in Ægypto: Vocavit Dominus, ut ludicra relinquerent superstitiosæ terræ; & actutùm responderunt vocationi. Obedientię & amoris est obsequium: unde cum Deus vellet cordis munerare servitium; contulit (quod amplius) in ipsa Ægypto sacrificium Agni, utpotè typum Eucharistiæ sacramenti.

Exod.12.3.

*Vestes Israëlitarum in Ægypto ridiculæ.*

Euseb.

9 Respondet Dominus fervori hominum in spatio quadraginta horarum, dum abdicunt mundi facetias, temporis gratias, seu potiùs iniurias, fictas ridiculasque personas, gulæ dapes, Bacchi potationes, Veneris ignes, foventes cupiditates, voluptates, voluntatis illecebras, in quibus etiam rationis captivitas; quippe fixa in Deo voluntas: quare cùm vehementiæ amoris pectoris respondeant amoris cœlestis demonstrationes; ut corda gaudeant singulari beneficio, occurrit Christus gloriosè mirabili sacramento. Par pari redditur, imò vel tempore superplenè obsequium solvitur: equidem quia triduò tempus & mundi vanitatem

*Mundi odio occurrit amor Christi in Sacramẽto.*

tem homo relinquit; in Eucharistia Christus per tres continuos dies faciem ostendit. Triduò propter Christum sustinent famem, nec habent quod manducent: non esurient, quippe sustinentes per triduum famem; triduò coram oculis habebunt panem cœlestem. Agnus datur Israëlitis ex sacrificio degustandus, & in ipso fervore persecutionis, subdit Alapid. d. *Ut hoc quasi felle, mel & delicias Ægypti, Hebræis ad illas anhelantibus insipidas redderet.* Efficacius sacramentum Eucharistiæ, debacchante cum Mundo furioso tempore, & conficiente embolia, ut irretiantur tricis incauta pectora: igitur qui gustaverit, quanta sacramenti suavitas; delicias mundi arbitrabitur insipidas. Prisci Volupiæ haud concessere corpus (vide Hesiod. in *Theogon.*) quia veram duntaxàt capiebat animus; cùm universæ mundi, uti apparentes deliciæ sint nugacissimæ nugæ. Cupido (finxerunt) haud valebat trahere corda, quia eius gaudia non erant apparentia. Rumpebatur sentiens aversionem; nesciens, cùm esset amor, fastidij originem: maximè abeuntibus cogitationibus hominum, post mundum vanum; etiam in delicijs acerbum. A cœlesti Venere, sive Urania consilium accepit, quòd corpus ad erotica sumeret. Confecit philtrum: apparuit, corpus aversis ostendit; & illicò flagrans corda hominum ad se traxit. Ultrà procedit fictio, ut hominis Amoris studio responderet affectio.

Alapid.

*Hoc cœlesti pane, insipidæ mundi deliciæ.*

*Volupia & Cupido sine corpore.*

10 Cùm vagaretur per aëra, sagittisque solicitaret corda, ut subijceret blanditijs hominum voluntatem, nonnunquàm vel indignè dignatis offendebat offensus ingratitudinem; quin nec signum redamationis ullum micaret, etsi præclara in affectum pro hominibus perfeciisset. Quid non pro voto vehemens cogitat affectio? Instruxit pharmacum, quod dedit homini in cibum, quo sumpto suavissimà violentia usque in iugum traxit corda, sequentia amorem, quin ducentem scirent, cæcà voluntate, atque fascinato pectore. *Fuit ista compositio* (ait Marcell. de Pisted. Homil. 3. de *Eucharist.* mihi pagin. 265.) *singularis pharmaci; ut malagma reciperet particulam carnis & sanguinis.*

*Philtrum illius.*

Pisted.

Alcim. Avit. d. v. 452

*Sic longæva fuit, sed non damnosa vetustas.* Nobis ergo liceat, sacris miscere profana: igitur articulus, quicquid Græcia mendax audet in historia. Quæ non egit erga nos exæstuans amore Christus; ut in suum raperet pectus! Semper à mundo raptus fascino, fugiebat felicitatem infelix homo, pertæsus amorem, & in illo retorquens ingratitudinem, efformans in vulnera pravas cordis sagittas, dum amplius amor propendebat in gratias. Pridem tempus sequebatur: modò tempus oblivisci tur. Unde in tempus & mundum horror? Ex philtro quem confecit ingeniosus amor. Exposuit hominibus in charitesiam insignem & suam carnem & suum sanguinem. Sic conficitur agogima, quo trahuntur ad nutum corda, quantumvis rebellia: hominique redit pectus; quod illecebris præstigiavit mundus, iacetque uti insanum tempus; quia mulcimine philtri, lenocinio charitesiæ sequitur Christum vulnerata voluntas, unde amor in præcordia pro sagittis vibrat gratias.

*Christus sacramẽto trahit corda.*

11 Inimici animæ modò ex temporis despecti relatione; mutuò possunt dicere quod olim Pharisæi: *Videtis quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post eum abijt.* Mundus totus iam mundus abit, & avidè post Iesum, quasi extra se. Nunquàm magis mentis compos, quàm ubi qui insanus extra se fuerit mundus. Unde oblitus in vana propensionem, qui gravi corde diligebat vanitatem. In Eucharistia philtrum datum amoris, confectum ex pretio eius carnis & sanguinis. Philtro trahit, homo suavitate est: rapiturque è pectore cor, dum prægustatur suavitas; quippequàm trahit sua quemque voluptas. Unde cùm in hac forma universo mundo conficiat philtrum; hæc forma traxit ad se incantatum mundum totum.

Ioann. 12. 19.

*Philtrũ cordium est.*

*En ipse allectus Rex Maximus, Optimus, ad se*

*Nos rapiens, dirà morte carere facit.*

Achil. Bocch.

Accinit Achilles Bocchius, *Symbol.* 78. Nactus est cordis propositum per carnis & sanguinis philtrum; nimirum esse deliciosè cum filijs hominum: quorum corda fortiter & suaviter traxit; quia qui vinxerat, in captivitatem gloriosè vicit.

12 *Nunc iudicium* (idest, damnatio) *est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foràs; & (pro Quia) si ego exaltatus fuero terra, omnia traham ad me ipsum*: dicebat Assertor N. turbis exponens effectus tradendæ carnis & sanguinis. Cuncta ad illum in cruce ventura, quippe illecta, ab illoque attracta. Cuncta? Utique. Carnem & sanguinem ibi hominibus tradidit, ex quibus charitesiam in attractionem composuit: formatoque philtro, visa hominis excantatio; quia nec mansit ullum cor, quod non traxerit ad se. Subest causa in eadem sententia. *Tunc*, ait: verùm quare *Tunc*? Magnes, ni detineatur tendit in polum. Non secùs corda hominum tendunt in cœlum. Hæc infa-

Vers. 32.

Et pro Quia

*Traxit corda cuncta.*

tuaverant falsis delicijs dæmon & mundus, ut floridum voluptatis non prætermitterent tempus, vellicantes pronam indolem, ac illecebris nectentes captivitatem. Detinebantur à tyrannis, ne possent iugum excutere servitutis, nec gravi ad sensus dulci catenà elevari sursùm corda: hæcque Christus suaviùs traxit in crucem, dum contulit libertatem; quia ne præoccuparent astutà panurgià pectus, eiectus foràs tyrannus mundus & diabolus. *Tunc*: uterque usus est tempore, ut insidiaretur cordi: quorum embolijs pectora fascinata, ne summo amori responderent corda: factoque philtro ex carne & sanguine in cruce, vincta corda victa traxit; quippe exactores tyrannos, qui captivaverant, vicit. In Eucharistia passionis Christi recoluntur miracula cum memoria. Hæc sunt signa, quæ faciebat super his qui infirmabantur; quippe si corda non tracta, infirma: quem sequebatur multitudo expers infirmitatum; igitur corda iam degustaverant philtrum. Hac de causa qui aderant ad Calvarij spectaculum, & videbant quæ fiebant; *percutientes pectora sua revertebantur*. Ita? & iurè: tristes victis inimicis vafris percutiebant pectora; eò quòd aliò decepta abijssent errantia corda. Nunc videtur in Sacramento, quod tunc factum in Calvario. Nunc iudicium est mundi, cuius cognita futilis vanitas: nunc princeps huius mundi eijcitur foràs. Hoc in tempore uterque in hominem mulcimine pravo exercebat tyrannidem: nuncque uterque victus, foràs eiectus; quippequàm victo tempore à charistesia, ad se Christus traxit corda, dulcedine catenata: patuitque cœlestis panis efficax philtrum amoris. Vulgò vividè: *Porque perseveraste en el hombre la fineza: dióle zeloso echizos en la comida.*

*Ex mundi atque dæmonis ruina.*

Luc. 23. 48.

13 Aliud embolium cogitat tempus, ut prævaleat potus; si inanis ad deceptionem illecebrosus cibus. Necesse erat ingeri in comœdiam etiam à tempore scenam mimicam, seu fabulam Attellanam. Vide Adrian. Turneb. 3. *Adversar.* cap. 17. Non novum temporis ludibrium: habet enim genium desultorium. Quod gratissimum palato, & quod facetum a Priscis dicebatur *Lac Iovis*. Nostrates dicunt: *Saynete*, quasi illecebras gulæ. Has cogitavit in debellationem cordis humani tempus, ut cederet propter vulnus: aliter invencibilis, quem non mulceret lac Iovis. Homo propter sacramentum renuit poculum. Inclinat ex hoc in hoc: liberaturque à morte, quia vult potiri in potu pretioso sanguine. Calix olim fuit tessera mortis, quo exhibebatur cicuta damnatis. Adi Diogen. Laert. in *Vit. Sacrat.* Christus alium calicem propinat hominibus. Vitæ Christus, mortis tempus: *Qui bibit meum sanguinem, habet vitam*: & cùm potus verus sit, qui vitam sitienti dat; non potest homo temporis ut verum habere potum, quo porrigitur venenum ac veneficium. Cæcè sensu uti somnianti aliquid suave videre videtur; verùm fallitur: tantæ enim inauratæ dulcedinis nil videt apertis oculis. Vide dicta *Tom. 3. T. 12. D. 5.* Ex vino & melle fit cæcis oculis collyrium insigne. Hoc tempore, quo largus hilarat convivia Bacchus; aoràsiam mittit in oculos tempus. Homo cùm suffusione laboret, videre se potum videt; sed apertis oculis suavitate dulcissima cœlestis calicis, potum sequitur verum; quoniam in potu temporis duntaxàt videt embolium, scenam versatilem, oculorum deceptricem: equidem cùm non satietur, ac in Sacramento vivificè reficiatur; inter utrumque calicem per effectus, discernit qui verè potus.

Ioan. d. 54.

*Totus despicitur mundi, Salvatoris calice.*

*Qui salutaris, ubi mũdi vasa mortis.*

*Sic fruimur dulci nectare & ambrosiâ.*

Bocch. d.

14 Observatum ab Astronomis Serpentem & Craterem oriri simul. Adi Iovian. Pontan. lib. 3. *Uran.* & quæ diximus in *Ephemer. Isagog. Iul.* à n. 20. Scribitur in cœlo, quod hoc in tempore usuvenit mundo: igitur contra cœlum dum mundus exultat cratere, nescit in damnum ministratum à serpente. Crater est, quo serpens satagit inebriare mentes, ne homo consideret ut sopitus vasa mortis: equidem si aliquatenus vigeret ratio, dum tempus bacchatur luxu; cognosceret sanè, ut caveret periculum, in cratere serpentis nil esse præter venenum. Plures agnoscunt quasi in cœlo rutilantem à serpente craterem, & fugiunt in calicem cœlestem. Est hoc in tempore amantium fides, quæ remuneratur excessivi dono amoris; quoniam amantibus favet, illis consulit, atque diligentes diligit: collocatque pro signo alexipharmaci ortum serpentis atque calicis in cœlo; quoniam nulla efficacior antidotus in potionem virulentam serpentis, nisi sanguis divinus, quem cœlestis habet calix.

*Adversus calicem mundi, sanguis Christi.*

*Protulit irriguos populis sitientibus haustus: Porrexitque suis sacro de vulnere potum.* Alcim. d. v. 462.

Calix Domini *præclarus* dicitur & *inebrians*: Est calix colubri, & calix Christi. Verùm in quo calicis Christi claritas, ut illum avidè in potum amplectatur voluntas? Calix colubri influit in memoriam temporis: calix Christi destruit huiusce memoriam calicis: habetque ex ebrietate singularem, pretiosam claritatem; quia non relinquit in serpentis cali-

Psal. 22. 5.

*In quo Christi calix claritas.*

calicem ullam mentis cognitionem. Bibitur calix serpentis, tempore pincernæ, quandiu temporis fatui perseverat memoria; qua vigent sensus, & sepelitur ratio. Ex Eucharistia floret ratio, mortuo sensu: etenim simulatque cum calice apparet Christus & serpens cadit & tempus.

Apoc. 18. 2. Cap. 17. 4.

15 *Cecidit, cecidit Babylon, habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi.* Quænam hæc? *Mulier habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione, & immunditia fornicationis.* Sæpe multiplicantur sine termino peccata, quoniam deaurantur, ut facilius potentur, etiam abominabilia. *Unà horà desolata est.* En hypotiposis gentilium Dionysiorum, quo tempore corda in hilaria se effundunt; quia gloriatio ex privilegio temporis, non apparere homines rationales: at cecidit & unà horà desolata, quæ inebriabat calicis veneno corda. Unde clades tantæ molis & plausus? Præclarè in calicem demonstrat calicem Christus; qui inebriat hominum mentes, ne sit memoria calicis Babylonis: unde cùm abominatio criminum, habitatio dæmoniorum cadat, in nihilque redigatur, si calix quia venenatus oblivione despicitur; fulget claritas calicis Christi ex subita Babylonis destructione: equidem apparente in Eucharistia; illecebrarum, errorum Babylonis nec memoria.

Sup. v. 19.

*Eo evanescit potus immunditiæ.*

16 Promittitur eiusmodi felicitas à Domino per Oseam. Proterva Synagoga legis & rationis, volens excutere iugum; identidem dicebat: *Vadam pòst amatores meos, qui dant mihi potum.* Celebrentur Hilaria, efformentur tripudia, ut sequar gaudia, quæ etsi vana, ferunt tempora. Exosus Deus bestiales cogitationes, quippequàm etiam misericors plectens; minatur exterminium gaudiorum, hilaritatis plaudentium; quoniam si illecebræ ac nugæ cum tempore inolevere, exolescent cum tempore illecebrosæ nugæ. *Nunc revelabo stultitiam eius, & cessare faciam omne gaudium eius, solemnitatem eius, & omnia festa tempora eius.* Unde Domine plausus gaudiorum destruxisti tempus, etiam in tempore plausus? *Nescivit, quia ego dedi ei* (respondet) *frumentum & vinum.* Quid quòd sciret, ut à futilibus gaudijs respiscens sese averteret? Multum supramodùm. Frumentum & vinum typus sacramenti Eucharistici (Vid. D. Thom. *Opusc.* 57.) potionis sæculi illustris alexipharmaci. Tempus Hilariorum ostendit vacua festa, gaudia inania, queis prono pectore potantur venena: Deusque illorum cum tempore promittit cessationem, dum tempus ampliorem ostendit solemnitatem; igitur in Sacramento contra sæculi stultitiam, simulatque apparet Christus, gaudia destruit, & festa tempora eius. Quærebat in mortem pro potu amatorum calicem; & in suo calice Christus ministrat salutem: equidem cum illuminet in veri gaudij cognitionem hominis intelligentiam; gaudia temporis & festa cognoscit ut stultitia. Felices Catholici qui cognoscunt, quid sit sacrum frumentum & vinum; quippe panis cœlestis, & vinum germinans virgines: quibus proculcatis ludibrijs sæculi, larvis gaudij; non solùm fovent cordibus gaudium, sed gaudium plenum.

Osee. 2. 5.

Vers. 10. & 11.

*Et mundi gaudia videntur stultitia.*

17 Sagittæ temporis dantur in irritamen amoris, sed desinunt in lachrymas, quas cor evanidum retur ut dilectionis sagittas. Falsa profectò dilectio, uti munus Deianiræ marito.

*Mittere quæ vires defecto reddat amori.*
*Dona det illa viro mandat, capit insscius heros.*

Ovid. 9. Met. fab. 3.

*Incaluit vis illa mali, resolutaque flammis*
*Herculeos abijt latè diffusa per artus.*

Quod in expressionem amoris fuit munusculum, fuit verè venenum; quod quem leviter tetigit, usit & flammis extinxit. Aliter Christi sagittæ, tinctæ amore in eius pretioso sanguine: igitur cùm in corda vulnerata sit vitalis, noscunt stultitiam & venena temporis. Sanè ut illecebræ falsa gaudia titillant, verùm immemores usque in cœlum elevant. Iucundà fabula à Priscis indicatum propositum (si spiritus in bello de appetitu mulcente reportat triumphum) in raptu Ganymedis in cœlum iussu Iovis, latrante in Ida cane respicienteque sursùm; dum puer ab aquila elevaretur in cœlum. Epigraphe ad rem elato per auras: *Vera in cognitione Dei cultuque voluptas*: ait Bocchius d. subditque metricè.

*Sagitta Christi amoris & mundi.*

*In cœlũ assumptio, quò à sæculi delicijs longior remotio.*

*Qua mens lætitiâ effertur secura tuendo*
*Divinam speciem? Hìc nectar & ambrosia.*
*Interea canis obscœnæ latratus in auras*
*Sævit nequicquam: hæc bruta cupido hominum est,*
*Quæ furit inferiùs: sublimis at ille triumphat.*

Achil. Bocch.

Modò obtineatur triumphus, latret ergo tempus, latret appetitus, desiderij incendens focum; siquidem surdus sublimatur ad cœlum.

18 Ultima huius actus scena est munus amoris, quo transmutantur corda. Haud tempus mutationibus valuit vincere hominem, & aliam cogitavit fictionibus in mul-

timen. In vestiario præludium varijs discoloribus pittacijs simulavit in embolium; ut novitate ridiculâ, novitate coloris, esset ad oculum scena versatilis. Ostendit se in orchestra gesticulator rara figura; ut magis spectatores alliceret, quia propter fictionem simulatio fucata magis placet. Movet fatua, minimè oculata corda; quippe fraus patet, dum repræsentando fingit: caditque in illicium industria, quia prudentibus displicet apparentia; & per Sacramenti sumptionem, possunt in figura hominum habere divinitatem. Heterodoxi, maximè Novatores, asserunt Eucharistiam verè esse comœdiam; ubi apparet haud Christi persona, sed figura. Collimarent, astruentes sub aliena accidentium figura esse personam: videtur in accidentibus panis species, sub quibus præsentia corporis. Ita Christus proclivis in corda hominum, ut siccine miraculis ludat in orbe terrarum. Negat hæreticus, quia impossibilia, tanti amoris obsequia; quùm Christus præ amoris flamma, superet impossibilia. Hinc hoccine sacramentum augustum dicitur novum atque vetus testamentum. Habet ex veteri figuram, ex novo verò præsentiam: quia alieno specierum habitu, latet persona Christi mirabili sacramento: quod quidem apparet comœdia nova, quoniam sub accidentibus alienis vera substantia. Vividiùs vernaculè: *La substancia en agenos accidentes, y la representacion en realidades.*

*Ultima scena temporis in carnisprivio.*

*Cur ex sanguine Christi novum atque vetus testamentũ.*

19 *Hoc facite in meam commemorationem*: dixit Christus discipulis, dum Sacramentum instituit. Unde Ecclesia: *Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.* Quomodò perficiendum sacrificium in eius memoriam; quo credimus firmiter, ac veneramur præsentiam? Ibi non est, quia eius ibi ex cultu memoria fit? Destruatur os loquentium iniqua. Amplius inter prodigia miraculum, quòd ibi Christus repræsentaret seipsum. Quid enim comœdia sacra de novo haberet, ni seipsum Christus in illa repræsentaret? Inter bella civilia, ab Henrico IV. Galliæ Rege partâ victoriâ; eius memoriam comœdiâ novâ celebravit in aula. *Ibi etsi personatus suas egit partes Henricus*: subdit Pisted. *sect.* 5. ex P. Matthæo. Articulus ad unguem sacræ comœdiæ exprimit novitatem. Peperit Christus & pretio sanguinis, & dispendio vitæ victoriam infignem; qua debellavit & mortem & dæmonem. In Sacramento quo celebraremus victoriæ memoriam, novam instituit prodigio singulari comœdiam. Duntaxàt interest discrimen habitus. Modò ergo candidus, qui in conflictu rubicundus. Mutavit theatrum, quoniam in victoriæ memoriam constituit thronum; qui quidem etsi personatus (ut ita dicam) per sacramentales species; suas agit mirificè partes: quandoquidem hic sui corporis realis vera substantia, mirabili prorsùm, ineffabili sacramentali præsentiâ. Observa phrasem Paulinam, quam primo aspectu arbitraberis impropriam. *Figura substantiæ Patris*, Christus ab illo dicitur. Improprium sanè videtur; quippe in Deo totum esse substantiale. Quomodò literaliter ac catholicè intelligenda sententia; diximus, *Tom.* 5. *T.* 3. *n.* 65. & 82. In expressionem novæ comœdiæ sacramentalis retorquenda concinnitas vocis. In Eucharistia substantia corporis Christi profectò præsens: figura sanequàm accidens. Christus hìc substantialiter adest, verùm se occulit: unde cùm eius substantia locetur sub accidentium figura; species in Sacramento fulgent figura substantiæ.

Hebr. 1. 3.

*Quomodò in Eucharistia præsentia, & sacrificij memoria?*

*Unde ibi Christi substantia & figura?*

20 Quid mirum, ubi vel cœlis articulus novus, quòd ad articulum stuperet ridiculum tempus? Stupuit, cùm vidit in homine per Sacramenti communionem, transmutationem cœlestem, & manere in Christo, qui pridem habitu inventus ut homo. *Ego claritatem, quam dedisti mihi dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus*: dixit assectis Magister cœlestis in cœnaculo, postquàm cibaverat sacramento. In comœdia nova tractus mirabilis, sed difficilis. Christus & homo unum, dum suscipitur latens sub novitate accidentium? Utique: operatur per Sacramentum in anima, quod ex cibo facit vita: quare cùm substantia cibi convertatur in substantiam aliti; Eucharistiâ, hominis cibo, dignè ab illo suscepta, una profectò Christi & hominis substantia. Clareat modus. Distinguitur Pater cœlestis à filio persona; sed non natura. Conficit gratia Sacramenti, quod in divinis mirabile. Claritatem hominibus dat ut cum illo unum sint; sicut Pater & filius unum sunt: quandoquidem eadem Christi & hominis substantia per Sacramentum, distinctione personarum. Vide ubi dudùm, à n. 27. *Tautolog.* 11. *n.* 30. & dicta, *Tom.* 3. *T.* 13. *D.* 4. *n.* 3. In rem Gregor. Magn. *Dum nos unum cum illo iam facti sumus* (inquit lib. 27. in *Iob*, cap. 8.) *unde solus venit in se, illuc solus redit etiam in nobis: & is qui in cœlo semper est, ad cœlum quotidiè ascendit.* Vitam dat Christus in Sacramento, quia homo vivit propter Christum; cæterùm ut remuneret obsequium; in ipsa vita etiam immutat modum. *Vita vestra abscondita cum Chri-*

Ioann. 17. 22.

*Per sacramentũ, Christus & homo unum.*

Greg. Mag.

Coloss. 3. 3.

*Christo in Deo.* Abscondita? Cur ergo non manifesta? Utitur urbanitate propter despectum temporis habitum; ut studio amoris, amoris hominis gratificetur studium: igitur si species, despectà temporis placet; vitam ipsam quam elargitur, in blandimen abscondit. Dialecto nostrà: *Dexando el disfràz del tiempo; por pagarle la fineza, la vida que le dà se la disfraza.*

Ptolom. 21 *Vitales influxus asserat* (inquit Ptolom. lib. 1. de *Iudicijs*, cap. 12.) *singulari coniunctioni, quæ est aspectus duorum in eadem domo.* Vita est in homine influxu Christi. Vitales influxus in Sacramento, quia respiciunt se mutuò. Sunt profectò iam unum per animarum nexum; & sunt in eadem domo, manente Christo in eo, & homine in Christo, quia per eius gratiam, sapit quæ sursùm, nequaquàm quæ super terram. Si histrio tempus habitu cibo & potu grassatur in mundo; cùm inimicis animæ expellitur, spuitur & exulat Sacramento: igitur cor hominis memor candoris; nec delirijs temporis in comessationibus, & ebrietatibus & impudicitijs. Perseverat passionis memoria, atque Sacramenti gratia, queis haud appetuntur nisi cœlestia. Sedulius lib. 5. à v. 34.

*Singulari coniunctione.*

——— *Nam corporis atque*
*Sanguinis ille sui postquàm duo munera sanxit,*
Sedul. *Atque cibum potumque dedit; quo perpete nunquàm*
*Esuriant, sitiantque animæ sine labe fideles.*

## DIDASCALIA VI.

### *Nulla iudicij iura, ubi iustitia à iudice vulnerata.*

*Insigne Censoris statera.*

1 CEnsoris Romani insigne erat statera, iustitiæ nota: equidem perperàm censor de moribus iudicare valebit, qui sine iustitiæ examine iudicaverit. Libra enim præfigitur coram oculis iudicis, ut ad iustitiam examinentur actiones.

Claud. *Dirigitur quæ norma boni, quis limes honesti;*
*Quænam membra sui virtus divisa domãdis*
*Obiectet vitijs, quæ pars iniusta recidat.*

Inquit Claudian. *Panegyr.* Manlij Theodor. v. 95. Ita in varia, dum æqua, iustitiæ libra: quandoquidem non est libra, si non æqua. Emblemate signat Octavius Strada, *Tom. 2. Symbol. 2.* nimirùm, libra æqua lance, in cuius meditullio calathus, pulchris opimis fructibus superplenus, cum lemmate: *Bonæ spei.* Iudex causarum quasi censor exponitur, & simul libra in iudicium signatur: igitur bonæ spei erit, ubi causas iudicaverit: modò quàm æquus in illarum examine, pateat per fructus iustitiæ. Actiones describit Stoicus, 2. de *Ira*, cap. 29. *De summa* (ait) *iudicaturo, tibi res sine teste non probaretur, testis sine iureiurando non valeret: utrique parti dares advocationem, dares tempus, neque semel audires. Magis enim veritas elucet, quò sæpius ad manum venit.* Sic iustitia ad quævis in æquilibrio: larvata verò, species iustitiæ; sed sine fructu: igitur iudice pravo, confugientes ad iustitiam, offendunt, ut offendant, iustitiæ larvam.

Strad. *Fructus iustitiæ ex iudicij æquitate.* Senec. *Partes iudicis.*

2 *Cùm venerit Paraclitus* (alloquitur Dominus discipulis post novissimam cœnam) *arguet mundum de peccato & de iustitia & de iudicio.* Varie ac in diversa hoccine testimonium exposui: modò occurrit, nexus, quare obijcitur rerum longè disitarum, ut sunt peccatum, iustitia, atque rationis iudicium? Longè utique à iustitia ac rationis iudicio legis transgressio: quomodò igitur in iudicio & iustitia erunt arguenda peccata? Fit sæpesæpiùs tribunal non iuxta regulas iuris, sed iuxta affectionem iudicantis, iugulata iustitià, dum exposita: in iudicioque fit de peccato argumentum; quia argumentum iustitiæ totum peccatum: siquidem ubi discutienda & iure & legibus causa, fit contra ius atque leges iudicium universum de iustitia. Olim *imago iustitiæ erat* (iuxta Chartar. in *Fortun.* fol. 310.) *nuda virgo, super quadratum lapidem sedens, æquatam manu alterà tenens bilancem, exertum alterà sub ala ensem quodammodo occulens.* Exponamus singula. Nuda virgo Iustitia exponitur, ut sit iustitia. Non nuda, iustitia non est, quia colorem fingit ius, ut species iustitiæ tantùm appareat, dum iudex non nudè iudicat: simulque nectuntur peccatum, iustitia & iudicium; quippe in iudicio iustitiæ habitu subornatur peccatum. Quò pulchriore ornamento iustitia compta, eò magis à iudicibus in tribunali corrupta. Pravi iudices pavent, si iustitiam nudam vident. Fugiunt sic iustitiæ aspectum: equidem si aliquando, aliquomodò amplectuntur; minimè ut ex iure colant, sed ut virginem corrumpant, collocato peccato pro iustitia iniustissimo iudi-

Ioan. 16. 8. *Larvà iustitiæ personantur peccata.* *Imago iustitiæ.* Chartar. *Non nuda, corrupta.*

iudicio: igitur ubi in iustitia vestis & vestis; signum iustitiæ, iudicij & iudicis corruptionis. Intendit iudicum pravitas privato commodo, quòd iustitia non sit virgo. Potitis voto, quæ integerrima virgo, apparet fœta, ac iudicijs parit monstra: igitur nil præter monstra possunt oriri à iustitia corrupta: tuncque quasi iudicium prodit in lucem detestabile peccatum; quia à corruptione iustitiæ (qua tantùm iustitiæ coloratæ pulchra species) è tribunalibus exeunt horridæ monstrositates.

*Ex qua oriuntur mõstra.*

3 Tunc iudicium mundi & impietatis vastitas, quando earum princeps eijceretur foràs. Hoc iudicium à mundi Salvatore factum in cruce; quò nudus ascendit tanquàm in sedile tribunalis, medius inter duos latrones. *Crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum.* Nudus ascendit, ut iudicaret: *Postquàm crucifixerunt eum, diviserunt vestimenta eius.* Patet ibi iustitia virgo, iudice nudo: equidem ubi ad iudicium iustitiæ vestis; iudicium pravum ut vestiatur iudex: non ergo ornaretur in iudicio, ni in utroque esset corruptio: etenim quia iudicium obliquum nomen iustitiæ supponitur ad ornatum. Diversa vestimenta habuit Christus in tractibus passionis: album, scilicèt, purpureum & proprium. Dum sedet, ut iudicet; cur saltem datum ab Herode; vel militibus non habet, maximè spoliatus suis, medius inter duos latrones? Ut posset mundum & latrones iudicare rectè, iustitia & iudex obijciuntur nudè. Album vestimentum & coccineum non erat proprium: patetque iudex nudus, ut in iudicijs constet etiam quàm rectus: equidem inter duo extrema acceptæ iniuriæ, vel proferendæ; satiùs quod sit nudus in officio, quàm vestitus ex alieno. Iniurias proprias patienter sustinuit; cæterùm alijs factas iustus iudex iudicavit: non enim videretur iustus, damnans latrones; videntes in illo, iudice suarum causarum, purpureas alienas vestes. Ornatus iustitiæ, est præiudicio ornatus sententiæ, pravo iudicio; quippe constat ornatu. Nuditas iudicis, in iustitia ac in iudicio est signum integritatis; quoniam nec affectus præbuit velum, quo possit damnandos iustum latere iudicium: quandoquidem claruit rectè damnasse latrones; qui ita in iudicando nudus, ut veste ablatâ, separaretur à suis.

Ioann. 19. 18.
Matth. 27. 37.
Luc. 23. 11.
Ioan. 19. 5.
*Iudex, ut iudicet rectè, nudus adinstar iustitiæ*

4 Inter leges Locrensium una erat: *In adulterio deprehenso uterque oculus eruitur.* Ælian. 13. de *Var. histor.* cap. 24. Filius Zeleuci, qui legem tulit, in crimen ac pœnam cecidit *Cùm plerorumque sententia esset* (inquit Ubbo Emmius, in *Locrens. Republ.*) *ignoscendum filio temeritate ætatis lapso, ob merita parentis, & hoc tota penè civitas clamaret; pater intercessit, ac in gratiam suam filijque infirmari leges haudquaquàm passus est. Hoc verò Iudices popposcit; ut siquidem gratiæ sibi facere vellent, ut alterum oculum filio, alterum sibi eruerent: idque obtinuit.* Singulare in Ethnico integritatis theatrum, ut propendeant homines in huiusmodi studium: equidem studendum iustitiæ, etsi eruantur sententiâ iudicis oculi. Hispanicè: *Ha de hacer justicia aun con los mas amigos, aunque le cueste las niñas de los ojos.* Ad rem Cicero, de Offic. lib. 3. *Deponit* (ait) *personam amici qui induit iudicis.* Amici potest relevare pœnam, sed non remittere causam; estò dolor pœnæ præ amore tangat teneram pupillam oculi. Priùs vulnerandum cor, quàm privilegio vulneretur lex: igitur si aliquomodò indulgens prætermittit; indultus iudex facti à lege expositas pœnas pro officio luet: igitur patebit ad oculum quid punitum, quid indultum. Vernaculè: *Le saldrá à la cara.* In vera iustitia non est acceptio personarum; quæ quidem datur ubi interest privilegium, quo damnatur iudex à lege devians, atque obnoxium pœnæ iuxta legem non castigans: legem non videt, qui legem transit, quasi non videret: semicæcus in iudicium sedet, qui legem ex parte videt & ex parte præterit: Zeleucusque partim retinet, partim amittit oculorum lumen; quia pœnam legis divisit inter legem & amorem. Iustitia duobus oculis ornatur, duabus auribus, ut utraque parte auditâ, iudex sit rectus; iustitiæ videns imaginem, respicientis & iustum & peccatorem. Qui dividit officia unoculus imperfectè videt, quoniam ad utrumque ut iustitia non attendit. Unde ex deformatione vultus iudicis, constat deformatio legis, atque ex lata sententia læsa iustitia; quia Dominus interrogat iustum & impium, ut prodeat iudicium rectum. Zeleucusque (ubi ob iudicij rectitudinem sententia privatur oculo) deviat à recto iudicio; quoniam non plenè castigavit transgressorem, & iniustè se condemnavit innocentem. Legem sanxit, & à lege implens recessit; dum relinquentis amoris glossemate animadversionem mitigavit, quam iustitia in legis transgressorem direxit: equidem ut rectum sit de peccato iudicium, & in iudicio colore iustitiæ haud involvatur peccatum; tenor adimplendus legis, etsi pœna transfodiat præcordia iudicis.

Ælian.
*Iudicium Zeleuci.*
Ubi Emmij
Cicero
*Ex indulgentia ac dispensatione legis damnãt iudicis.*
*Plectat, quã tunvis doleat.*

5 *Proprio filio suo non pepercit, sed pro*

Rom. 8. 32.

*pro nobis omnibus tradidit illum* : de Patre cœlesti asseverat Doctor Gentium. Nec filio parcit? Quid fecit? Peccatum non fecit, neque inventus est dolus in ore eius. Quæ non rapuit, exolvit. Si iustus & filius & dilectus non salvatur, impius & peccator ubi parebunt? Nil enim filius mali fecit, qui peccatum non noverat, sed pœnam peccati uti sponsor tolerabat. Peccata nostra in corpore suo super lignum pertulit, & iniquitates nostras ipse portavit.

Horat. 1. Satyr. 1. v. 36. ——— *Casu tunc respondere vadato*
*Debebat, quod ni feciſſet, perdere litem.*

Pro homine se vadem dedit, Patrem iudicem habuit; sed mortem iuxta legem iudice patre sustinuit: equidem interveniente legis decreto, atque iustitiæ iudicio, integrè irrogare debet pœnam qui iudex iustus; *Et filium puniat.* estò damnandus sit filius, maximopere dilectus. Haud inter hominem & filium dividit pœnam, ne vulneraret iustitiam. Pœna mors: de filio, hominis vade, in capite libri scriptum est, ut ipse lueret, pro quo spopondit: paterque iudex filio proprio pro hominibus non pepercit; ut discant iustitiam, qui lege iudicant terram: equidem pro crimine inferendum supplicium, quanvis frangat pupillam oculorum. Innocens filius erat, sed nocentis super se crimina sumpserat, queis addicta mors, uti præscripserat lex. Diligebat iudex filium, sed eius iustitiam implorabat erratum. Vel homo in mortem ducendus est, vel hominis vas. Ab homine non futura iustitiæ divinæ satisfactio, quoniam per hominem Deum perficienda redemptio: & licèt filium sponsorem diligeret, filio proprio non pepercit, sed pro omnibus nobis in mortem tradidit; quippe *Sine acceptione personæ.* iuxta leges adimplenda iustitia, quantunvis pœna iudicis vulneret præ dilectione præcordia. Nostrates vividè: *Ha de hacer justicia, aunque le duela. Mandalo el Cielo, aunque le quiere tanto; y se hieran en èl pedazos del corazon.*

6 Videamus ergo priusquàm iustitia sortiretur effectum, quale circa crucifigendum consilium. Litigium summi momenti totius cunctorum sæculorum negotij, cognoscendum exponitur in Tabore, varijs pro suffragio consulibus coram supremo iudice. Causa controversiæ erat inimicitia antiquata, de procaci inobedientia hominis in despectum Numinis, quam tulit acerbè, & audacem offensum infensum multavit morte; quousque criminis esset purgatio, ut reconciliatione aversarum voluntatum intercederet indissolubilis unio: interimque homo catenatus iacebat in carcere originariæ labis, sub exactione ac tyrannide dæmonis, à quo ridebatur & profusè calamitas, dum miser luebat impiæ desertionis dignissimas pœnas. Quanvis offensus tacebat, iustitia vulnerata clamabat; equidem de iure proprio non cedit, quantunvis offensus ultrò dissimulet. Quapropter repetebat in vindicem atque vadem, quicquid excessus & sumptus patebat ex fœminæ inordinato appetitu, cùm quodam die cum viro deliciaretur in horto. Homo erat reus, stipulator Christus, qui tunc in monte præfulgebat gloriosus, cuius comites Petrus, Iacobus, & Ioannes; desuper pater cœlestis ut iudex, Moyses & Elias aliundè allati, synedri etiam in maiestate visi. Siccine theatrum & litigium. Pro decisione causæ, audiantur suffragantium & refragantium sententiæ. *Concilium pro causa bominum expedienda.*

*Panditur interea domus omnipotentis Olympi:* Virgil. 10. Æneid. v. 1.
*Conciliumque vocat Divum pater atque hominum Rex.*

7 A cœlo plauditur: consilium Divis hominum de rebus habetur. Elias & Moyses dixerunt, vindicem hominis in libertatem, ut eius excuteret servitutem, illi restituere vitâ profusâ halitum vitalem, potissimè Auctorem vitæ; planissimè excessum esse. Ita enim *dicebant excessum eius*: Luc. 9. 31. etenim minoris incommodi videbatur, hominem in ergastuli horrore iacere; quàm pro improbo innocentem ignominiosè perire: maximè ingrato, & immerito, quando urbanè in prolubium fastidiosæ fœminæ, *Varia in cõcilio iudicia* à Conditoris gratuitò defecit fide; qui tot bonis cumulavit, cùm è pulvere erexisset. Quid ad hoc? *Dicebant excessum*, sed quem Christus uti sponsor proculdubiò completurus. O divinus amor! Quippe sponsor? *Christo præ amoris flãma etiam excessus videntur modica.* Utique. Tantum opus videtur amori modicum, etsi ministri profiteantur excessum. Petrus cùm tantùm esset testis, voluit esse consiliarius diremptionis. *Nesciens* dixit: testi enim congruit cognita deponere, nequiquàm sententiam ferre. Consilium ergo: *Bonum est nos hic esse.* Imprudens sanè consilium. Modò fieret, quod dicebat, ipse cum alijs peribat. Verùm si regnat ambitiosus affectus; sibi consulit, estò clamet totus mundus. Quid quòd vel ipse pereat, modò in mundo gloriam habeant? Bonum nobis sic esse: igitur maneamus hìc. Dialecto nostrâ: *Nosotros estamos bien: y qué importa lo demás?* Alius latet in proposito color, qui quidem in ministris imprudentibus frequentior. Articuli causæ illo glorioso theatro exponebatur hoc modo: Homo iacet, causa coram iudice pendet, offensus Vers. 33. *Sæpe ministri in consilijs sibi cõsulunt.*

tacet,

tacet, vas in lite summam innocentiam ostendit. Nobis verò benè sic: hic & sic maneamus benè. Aggregentur actiones litis, cumulentur leges, in his exponatur umbra, accedant glossemata, regerantur concilia, protogetur sententia, trahatur in posterum, promittatur in crastinum, interponantur expeditioni moræ, tametsi dies dicta iudicij, interimque capita litis decertent (Hispanicè: *Que las partes se dén de cabezadas*) ne consiliarios tot sæculis gravent, ne quid pro illis vel in illa fiat; modò nobis huiusmodi gloria maneat, quippe bonum esse sic, & bonum nobis hic esse. Hoc Petri consilium; sed non consilium, propter proprium commodum, quærens specie gloriæ obsequiosus sodales, quasi consuleret illis. Aptè dicitur, *Nesciens quid diceret*, dum istiusce modi ratiocinia proponeret: equidem summa nescientia, atque conscientia corrupta, propter iudicum quietem & otiositatem, nullam causarum decernere expeditionem.

*Summum partibus incommodum, dilatio in expeditione causarum.*

8 Præses senaculi erat sponsor, cui incumbebat vadimonij molestissimus labor. Verum eius votum? Toto iure suffragium. Ad tenorem scripturæ voluntatem aptat: equidem licèt excessus, *completurus erat.* Haud aliud consilium decisionis, etsi videretur iudex. Complendum semel prolatum iudicium iuxta scripturam ac amussim legum. Sententia in concilio est, quòd fideiussor tradatur, ut homo vivat, in mortem; etsi sententia retorqueatur in iudicem. Iudex è se nudè separatus, iudex rectus. Sic sancio, dicit Christus, vel sic cœli sententiæ subscribo. Veniat mors, quippe lex est, iustèque fit, pro debitore pati debiti sponsorem, quanvis sententia fulminetur in senaculi præsidem. Arrisit sententia cunctis, etsi præsidis intercederet mors, & loquebantur de excessu, quem completurus erat in Ierusalem. Discite iustitiam.

Ubi supr.

*Iudex iustus vel in se torquet suffragium.*

Iuvenc. 3. v. 335. *Huius iustitiam iusto comprehendite corde.* Prætereà. In gloria erat Christus, dum homo clamabat graviter obæratus, quin quid haberet, quo debitum solveret, ni iustitia bona eximia sponsoris sequestraret. Sponsor amittebat & honorem & vitalem in cruce halitum, modò solveret debitum: de seque decernit executionem decreti, fulminati à cœlo; quantunvis innocens moriatur in ligno. In gloria erat, & propter debitorem à gloria desciv it. Periret homo, modò in gloria maneret. Eius innocentia erat bonum commendabile, quòd tantùm sibi mors innocentis sponsoris, bonum commune: at cùm iustitiæ studeat; ut vel hominis vincti innocens debitum solvat, abdicit gloriosè thronum, propter bonum publicum.

*Bono consulat publico, non privato.*

9 Denique propriùs ad Didascaliæ propositum. Apertum ergo in causæ expeditionem senaculum, quo Christus gloriæ nitore, & ministri visi in maiestate. Innotuit causa, & lata in innocentem mortis sententia, dum Petrus testis ambiebat mansionis commoda. *Hæc autem illo loquente, vox facta est de nube dicens: Hic est Filius meus dilectus.* Vers. 35.

*Et vox è medio lucis manifesta cucurrit:*
*Unicus hic meus est natus, mea sola voluptas.* Iuvenc.

Succinit Iuvenc. d. v. 333. Enthusiasmicè Virgil. 7. *Æneid.* à v. 141.

*Hìc Pater Omnipotens ter cœlo clarus ab alto*
*Intonuit: radijsque ardentem lucis & auro* Virgil.
*Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem.*

Quare igitur filij plausus, postquàm ex causa in mortem crucis destinatus filius? Ut recta sit intentio iudicis, quando sententia fertur ad formam legis. Solet esse sententia recta, sed intentio prava, tendens in dedecus affecti supplicio, à lege atque iure illato: plauditurque uti dilectus filius, qui à iudice cruci, delinquentis sponsor destinatus; tùm quia claret iudicium rectum, dum patientem iudex respicit uti filium; tùm quia supplicio satisdatur iustitiæ, cæterùm cum patientis debito honore. At hoc aliàs, *Hic est filius meus dilectus*: dicitur à Patre; postquàm discesserunt, qui de excessu locuti. Si audissent Patris vocem, cùm filium gratum vidissent & innocentem; forsitàn in sententia ferenda, essent obliqua quasi sine libertate suffragia, nec dicerent ad amussim iustitiæ, cavantes consilio, ne displicerent Patri: & post illorum discessum, dirigit gloriam in filium; ut habentes plenissimam libertatem, in tractu sententiæ, fulminarent sententiam iuxta rationem. *Auditâ causa, excussisque omnibus petit Cæsar* (inquit Seneca 1. de *Clement.* cap. 15.) *ut sententiam suam quisque scriberet; ne ea omnium fieret, quæ Cæsaris fuisset.* Hic anfractus iudicibus frequens, cùm præses prior illis sententiam dicit: filiusque post sententiam iudicum à patre plauditur; ne blandimine, aut necessitate ductos id sentire videretur. *Hic est filius meus dilectus.* Vocem dederunt nubes. Signa dedit genitor, dum filio pro homine definitus crucis labor. Aptè subdit

*Quæ optima iudicis intentio, vel in capitali supplicio.*

*Iudicũ Præses prior nõ proferat sententiam.*

Seneca.

Se-

Idem. Seneca. *Nemo dubitaret, quin reus meritò damnatus esset, quem pater damnare potuisset, qui odisse non poterat.* Suum amorem exprimit in filium dilectum pater cœlestis; & etiam quàm studiosus sit iuris, sortiente effectum sententia iuxta præscripta: igitur decrevit, quod penderet é ligno crucifixus, quanvis filius & dilectus.

*Iustitiæ sententia vel in charactere pingenda.*

10 Ita iudex & iustitia nuda: aliter exertum ensem altera sub ala servat; quippe ubi iustitiæ in quietem ac pacem iuxta leges expectatur modus, in decretis effulget acutus gladius. Alæ illi sunt datæ, ut pravum iudicem possit perniciter fugere, dum citra iura affectu tantum promulgatur sententia, sedente in tribunali pro iustitia iniquitate; contraria dictante lege: alasque iustitia assumit, & fugit, dum iudex pravus opprimit vulneribus innocentiam; quippequàm primum vulnus contra iustitiam. Alæ sunt datæ, ut citò expeditio fiat in lite, nec amplificetur causa, ut iustitiæ titulo sint partium dispendia iudicis commoda: quandoquidem si ex pluma iudicum vestes; litigantes frequenter vivunt implumes. Illi alæ, nequaquam iudici; quippe prævalet iniquitas, modò ornatu iustitiæ sumpserit alas. Alæ iustitiæ, calamus ut illius subscribat decreta, iudici; cuius honor in munditia calami: igitur in rubrica deformi sine discrimine accusamus manum; si calamus habeat pilum. Non calamus ut arundo in piscatura, quæ inclinatur ad gravem, & recta trahit piscem levem. Malum utrumque ostenditur, si trahit aut trahitur: etenim si trahit, exercet arte tyrannidem: si trahitur nequit observare rectitudinem. Gladium sub ala habebat imago iustitiæ. Patet quòd tantùm imago; quippe Iustitia habet gladium in manu, non in sinu. Pinxit ad iustitiæ imaginem iudex pravus, quod fovet malignè pectus: equidem cùm titulo venerando, cordis maligni deauretur amaritudo; celatur gladius sub ala iustitiæ, ut infigatur acies sine cautione: quandoquidem pro iustitia in rectissima causa, occurrit è sinu acuminata sica. Adinstar Scyllæ, mulier formosa supernè, subtùs canes rabidi & lupi.

*Iustitia cur elata?*

*Conditio pravi iudicis.*

Ovid. 14. *Metam.* fab. 1. *Statque canum rabies, subiectaque terga ferarum.*

Alæ dantur in patrocinium: iustitia, ne leges vulnerentur, habet gladium: à iudiceque pravo collocatur in sinu; quoniam quærentibus in iustitia protectionem; occurrit iudex in vulnus, peracutum figens ensem.

11 Vocatur à Davide honorandus Urias. Semper à proceribus nimis suspicioſa urbanitas: equidem quod splendet tanquàm honor, solet esse pectoris æstuantis furor; cuius in risu aurum frequenter tendit in dolum. Non omnis honorificentiæ studium, amoris est signum. Vide Ambros. *lib.* 10. in *cap.* 22. Luc. In omnibus Regibus urbanitas extimescenda est. Non est gratia, sed sub larva favoris meditata sævitia. Vid. Marc. Senec. *Suasor.* 1. Lucium in *Thyest.* qui *Epist.* 4. subdit: *Contumeliosam humanitatem pati.* Sine intuitu in cogitatas insidias, haud facilè cedit auctoritate maiestas. Unde de Philippo Amynthæ, qui risu & dolis insidiatus Græcis, dicit Achill. Bocch. *Symbol.* 25.

*Principum comitas & nimia gratia nonnumquàm suspiciosa.*

Senec.

Ach. Bocch.

*Suspecta est iurè comitas supervi.* Adinstar salamandræ dum Uriæ David insidiosè favet, virus lacteum ore vomit. Ex exercitu in aulam transtulit, de rebus bellicis panurgus consuluit; & ut cunctis pateret, à Principe quàm dignatus; secutus est eum cibus regius. Videbatur viri pretium, eum solùm esse regis consiliarium; ut discceret ab eo an rectè ageretur in regimine militum, & quomodò administraretur bellum: alias ni constaret agi iure, regi lege; corrigi ab ipso tanquàm à supremo iudice. Hoc est tribunal iustitiæ? Hoc in ducem fortissimum amor? Hoc strenui militis honor? Hoc iudicis regis pudor? Hoc utique vafricies pectoris barbari: equidem quæ foris deaurata uti maxima gratia, erat in pectore propudiosa perfidia. Honorem videbatur conferre, dum conatus insidiari: equidem cùm pro iustitia auspicatrice, & occultum sub ala in iudice invenisset gladium; favoris sumens atque iustitiæ velamen, abstulit vitam, qui surripuerat honorem. Iusit Princeps interfici, qui eius studebat tam saluti, quàm honori; confecto embolio iustitiæ & honoris titulo: quandoquidem ex synceritate fideli accedentis ad tribunal nobile regium; iudex arte dolosâ perfidè confecit iaculum.

2. Reg. 11. 7.

*Quæ videtur gratia latet perfidia.*

12 Pende modò in Didascaliæ institutum stylum Scripturæ, iustitiâ tantùm colore. *Misit David á Ioäb, dicens: Mitte ad me Uriam.* Hebr. *Præcepit Ioäb mittere ad se Uriam.* Cur ergo si mandatum Ioäb sub tenore præcepti

Vers. 6.

cepti ; à vulgato dicitur huiuſmodi miſſionem Davidem non præcepiſſe ? Ex Tautologiæ textu elucebit difficultatis ſolutio. *Præceptum præceptum* dicitur : indicatur eſſe poſſe præcepta ſine præcepto. Non præcipitur , quòd præcipitur, modò iudex præcipiat extra legem , iuris excludens in præcepto directionem: quandoquidem in decretis nulla præcipiendo præcepta ; quia non præcepta vulnerata iuſtitia. Quicquid iuxta legem iubent Reges , vim habet iuris : quando delirant , ipſa præcepta ſunt iura furentis : Davideque prę laſcivia furente , nullo modo dicitur in pręcepto præcepiſſe ; quia demonſtrans auctoramine in iuſtitiæ reſpectum , adverſus ipſam iuſtitiam in ſinu fovebat gladium. *Apud Lacedæmones iuxta Ephororum ſyſitium* (ſenaculum , ait Plutarch. in *Cleomen.*) *Timoris fanum dedicatum fuit.* Videbatur aptius iuxta ſedes iudicum Quietis, Pacis , vel Felicitatis ſacellum ; expeditis ab Ephoris cauſis , iuxta regulas iuris : imagoque obviat formidinis & timoris , iuxta tribunal iuſtitiæ , quo in quietem civium dirimuntur cauſę : quia ſępe ſolicitantibus iuſtitiæ integerrimum decretum , ſub toga iudices ſervant in vulnera gladium. Quidni timor ſi vulnus imminet ? Fovet timorem , an titulo iuſtitiæ vibretur fulmen. Videtur iudex intentione bonus , ſed latet gladius. Apparet ſenſus compos in cauſa iuris , ſed cenſet in vulnus legis. Unde huiuſmodi inſtabilitas , ſi recta iuſtitia in cauſam rectam?

3. Reg. 2. 43.

*A iuſtitia non præcipitur , quo vulneratur.*

Plutarch.

*Iuxta iuſtitiæ ſenaculum , timoris ſacellum.*

*Rurſús rurſús mentis ſenſus*
*Mutatus ſecundum auram.*

Euripid. in *Electr.* v. 1201.

TAU-

# TAUTOLOGIA SECUNDA.

## ÆDIFICANS ÆDIFICAVI DOMUM.

3. Reg. 8. v. 13.

## EXPOSITIO LITERÆ.



Ccurrit inter Mundi mirabilia mirabilius, Templi Salomonici, videlicèt, opus: igitur ut terminus artis, pulchritudinis & opulentiæ, cuncta superavit eximiè: intra illud tota continebatur venusti orbis elegantia; & extra illud, etiam pulcherrima, nihil omnia. Quæ divisa famigerata mundus præconizavit, collecta fuere in stuporem mirantium. *Templum Salomonicum, opus eximium.*

*Invicta quicquid condidit manus, cœlum est.* Martial.

*Magnificentiæ vera admiratio extat Ephesiæ Dianæ templum* (ait Plin. *lib.* 36. *cap.* 14.) *ducentis viginti annis factum à tota Asia. Summa miracula, epistylia tantæ molis attolit potuisse. Difficillimè hoc contigit in limine ipso, quod foribus imponebat: etenim ea maxima moles fuit, anxio artifice, mortis destinatione supremâ* (Mirum, si fabula non ingereretur) *Traduntque, in ea cogitatione fessum nocturno tempore in quiete vidisse Deam, cui templum fiebat, hortantem ut viveret: se composuisse lapidem: atque ita postero die apparuit, pondereque ipse correctus videbatur.* Plaudit Callimachus Hymn. in *Dian.* v. 248. *Dianæ Ephesinæ.* Plin.

*Circa statuam quam Amazones erexerant,*
*Ædificatum lati fundi templum est,*
*Quo nullum divinius aspiciet Oriens,*
*Neque ullum opulentius.* Callimach.

Quid cum templo Salomonis? Consummatum in brevi, explevit tempora multa, igitur septem annis, septemque mensibus consummatum eximium mirabile opus: 3. *Reg.* 6. à v. 37. labore & industria 180. mill. virorum, ultra servos Hiram Tyri Regis, qui iuxta Euseb. 9. de *Præparat. Evangel.* cap. ult. fuere octoginta mill. eodemque numero Ægyptij, missi à Pharaöne, quorum summa, 240. mill. exceptis præpositis operum, qui trium millium & *trecentorum* numero, ut dicitur, *cap.* 5. 16. Nec cæspites, eò quòd 2. *Paralip.* 2. 18. Sexcenti dicantur: igitur ex his trecenti erant præsides præsidum 3300. mill. queis completur sexcentorum supra tria millia. Ita Vatab. Caietan. Salian. & Alapid. Totum describitur loc. cit. à v. 17. *Inventi sunt centum quinquaginta tria millia & sexcenti: fecitque ex eis septuaginta millia, qui humeris onera portarent; & octoginta millia, qui lapides in montibus cæderent: tria autem millia & sexcentos præpositos operum populi.* Unde patet trecentos, horum præpositos fuisse, uti dicitur loc. cit. *Reg.* 2. Paral. 2. 18. *Quoti operarij in templo Salomonis?*

2 In huiusmodi fabrica verum, quod in Dianæ basilica, ut commendaretur, fictum. Divinà providentiâ factum est (inquit Theodoret. hìc *quæst.* 21. 22.) *ut eiusmodi suâ sponte nati lapides, adeo ut ad eos compingendos nullo ferro opus fuerit, sed absque ulla arte ædificandi inter se aptè coniungerentur.* Idem referunt Procop. & S. Ephrem serm. de *Margarit. pretios.* Pined. lib. 5. de *Reb. Salomon.* sect. 15. n. 91. Alap. & Isidor. Clar. Respuunt enim, ut par est, nugas Rabbinorum, asserentium lapides ad lubitum sanguine vermiculi (*Samir.* seu *Ianni*, cuius conditionem novit Salomon includens pullum Struthionis in vitrum, quod sanguine Samir à parente statim fractum. Meminit Lyran. in *Ezech.* 3. 8. & R. Maimon.) secari, quemadmodùm crystallus adamantis cuspide frangitur. *Samir* enim in Hebr. *Adamas* dicitur, & exponi quit subintellectà notà comparationis: scilicèt, sicut dividitur æqualiter recta lineâ vitrum, crystallùsve adamantis virtute; haud aliter in lapidicinis inveniebantur dolati & politi lapides, potissime Dei providentiâ in opus hoccine mirabile vigilanter intendente. Totum opus magis Deo, quàm Salomone Theodor. *Vermiculi Samir conditio.*

architecto. Unde David huic fabricam commendans, dixit: *Omnia venerunt scripta manu Domini ad me.* 1. Paralip. 28. 19. Ubi Vatablus subdit: *Deus scripsit manu sua, & digito suo, ut Davidem illam familiariùs doceret.* Vatabl. Cunctorum quippe descriptionem, mensuram, & pondus, materiamque singularum rerum ttradidit filio, ut dicitur loc. cit. refertque Iósephus 7. *Antiq.* cap. 11. ita ut nihil ultra vel citra exemplar à Numine traditum, in cunctis & singulis fieret.

3 De templo Salomonis plures egerunt: at formam brevi describam, ut constet nescientibus dispositionis ordo, relictis antilogijs suo loco. Ferè in distributione templum imitabatur Tabernaculum: qua de causa dictum templum Tabernaculum stabile, & Tabernaculum fœderis templum mobile. Tres enim partes habebat, Atrium, Sanctum & Oraculum, quod etiam dicebatur Sancta-Sanctorum. Atrium erat sub dio: hinc ornatum porticibus ad latera tectis, ut in illas sese plebs recipere posset tempore pluvio. Dicebatur etiam *Vestibulum interius*, in quod nequibant ingredi nisi Hebræi & mundi. Dividebatur hoc atrium muro trium cubitorum altitudinis, ita ut à muro usque ad portam sacram esset laicorum, in cuius medio sedes, seu thronus Regis: à muro verò usque ad Sanctum esset sacerdotum & Levitarum; quod quidem conspectui laicorum patulum, ut prospicerent ministros & eorum in sacrificijs ac oblationibus sacras functiones. Hìc erat Altare holocaustorum, Mare æneum in latere dextro, concha ærea in latere sinistro, quę fuit Tabernaculi, facta de speculis mulierum; simulque conchæ aliæ decem à Salomone ex ære fusæ inter quarum coronulas leones, boves & Cherubim erant. Hìc etiam duę columnæ Boöz & Iachin: & suggesta Cantorum, iuxta porticum templi, ideſt, Sancti. Hoc in loco interfectus Zacharias, sicut in parte laica huius atrij Christum lapidare voluerunt: quo in spatio ad meridiem erat Domus Concilij Seniorum, & in lateribus exedræ, è quibus communi depositâ veste, sacras in munus Sacerdotes sumebant. In porta sacra præfacta, Græcè & Latinè, tempore Christi erat incisum: *Omnis alienigena transiens hunc locum morte moriatur.* Hoc atrium dicebatur sacrum, ad distinctionem Atrij Gentium prodromi ad Sacrum, in quo erat Gazophylacium, seu Corbona; ubi iudicavit & absolvit adulteram Servator N. simulque, ut astrueret signis divinitatem, fulgore ex eius oculis, facieque radiante, ut ait Hieronym. in *Matth.* 21. 23. facto ex funiculo flagello, eiecit è templo vendentes & ementes. Porta huius atrij dicebatur *Speciosa*, quippe maior, omnibusque alijs pulchrior, ante quam Herodes Maior collocavit ingentis ponderis Aquilam auream, fomitem multorum cædis, de quo Iosephus, *Antiq.* 17. cap. 8. In oppositа porta occidentali erat horologium Achaz, quod fecerat ex altari æneo holocaustorum à Salomone extructo, & in quo factum miraculum in signum sanitatis filij eius Ezechiæ.

*Distributio templi Salomonici. Atrium, & eius supellex.*

*Atrium Gentium.* Matth. 21. 23.

4 Secunda pars templi *Sanctum* dicta, seu *Domus exterior* habebat fores aureas, pavimentum tabulis abiegnis, aureis laminis tectum, parietes ex lapide polito, dicto *Pretioso*, ideſt, raro, & peregrino, vestitos cedrinà materià, quam coöperiebant laminæ ex auro, in quibus insculpta Cherubim, palmæ & flores, cęlaturis varijs, picturisque diversis, quæ spectantes mirà delectatione afficiebant: tantà enim summitate ac subtilitate cuncta expressa, ut agitari quodammodó viderentur. Supernè divite tecto opertum totum Sanctum. In huius spatio erat Altare thymiamatis, seu Incensi, aureum contra velum pretiosissimum operiens Sancta-Sanctorum; in quo quotidiè manè & vespere thymiama Domino adolebatur. Altare erat in medio Sancti, & in Aquilonari parte Mensa aurea panum duodecim Propositionis, super quos impositæ duæ phialę aureæ, thure repletæ; sicut in latere meridionali Candelabrum aureum septiceps, totidem lucernis rutilans. Ibi etiam erat fons in latere dextro aquæ perennis, cuius aqua per subterraneos tubos derivabatur in Concham & Mare ęneum, collocata in Atrio Sacerdotum. Alapide placuit, in templo fuisse decem mensas, & totidem candelabra, de candelabris decem, quinque ad dexteram & quinque ad sinistram, loquitur textus, 3. *Reg.* 7. 49. de decem mensis, 2. *Paralip.* 4. 8. & 19. Idem ex textu Sanctius, n. 46. Videsis in 3. *Reg.* 6. 1.

*Sanctum seu Domus exterior, eiusque ornatus.*

5 Tertia pars templi, quę omninò prima, quia principalior & scopus cæterarum; dicta *Oraculum*, *Domus interior*, sive *Sancta-Sanctorum*, habebat pavimentum primò marmore stratum, & tabulis abietis incrustatum, quæ tabulæ tegebantur laminis aureis. Parietes sicut fabrica Domus exterioris; præter clavos aureos ad modum papillarum, quibus aureæ laminæ figebantur: qui quidem clavi erant vertiles, & vertilia foramina (Hispanicè: *De tornillo, muesca, porquetas*) ut cogitat Riber. de *Templ.* 1. cap. 12. In laminis insculpta erant splendido opere Cherubim, palmæ, flores, & gemmæ, quarum fulgore rutila-

*Oraculum, seu Sancta-Sanctorum.*

tilabat ſpatium, ſicut firmamentum ſplendore ſtellarum. Hac de cauſa oblatos refert Davidi, cogitanti & molem, & in eius ornatum ſingularem pulchritudinem, lapillos pretioſos à Principibus Tribuum; Ioſeph d. *lib.* 7. cap. 11. *Præparatis à Davide* (ſubdit) *ſmaragdis, aliiſque omnis generis gemmis.* Clariùs profert, *lib.* 8. *cap.* 2. ubi refert formam domus Salomonis. *Auro* (infit) *atque argento conſtabat, diſpoſitis per parietes & laquearia varijs lapillis, auro incluſis, quemadmodùm & in ornatu templi factum fuerat.* Abulenſ. conſule in 1. *Paralip.* 29. quæſt. 5. Burgenſ. hìc, & Theodoret. ubi ſupr. In ingreſſu Oraculi erant poſt velum (pulchrà varietate contextum, imaginibus Cherubim & florum) duo oſtia de lignis olivarum (in quibus etiam oſtiola) quorum moles ornabatur ſculpturà Cherubim, palmarum & foliorum prominentium, quæ vocantur in Scriptura *Anaglypha*, (Hiſpanicè, *Follage*) totumque auro tectum. Intra Oraculum, Arca fœderis, Propitiatorium, quod operculum Arcæ, dictum *Sedes Dei* & *Oraculum*, quia inde Deus loquebatur & oracula dabat; & duo Cherubim gloriæ, Angelico relucentes ſplendore, ſpecie maris & fœminæ (ut placet Ar. Montano in *Noäh*) expanſis alis ex utraque parte Arcæ, & verſis vultibus in exteriorem domum, ſive Sanctum. Paulus autem ad Hebr. 9. à v. 3. inquit: *Poſt velamentum, Tabernaculum, quod dicitur Sancta-Sanctorum, aurem habens thuribulum, & Arcam teſtamenti, circuntectam ex omni parte auro, in qua urna aurea, habens, Manna, & virga Aäron quæ froduerat, & tabulæ teſtamenti ſuperque eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia Propitiatorium.* In Sancta-Sanctorum denique ſemel in anno ingrediebatur Summus Sacerdos in die expiationis. Hæc perſtrictim de templo, ampliora ſi deſiderantur, videndi Expoſitores in 3. *Reg.* à cap. 6. & in 1. *Paralip.* à cap. 2. Riber. de *Templ.* lib. 1. & 2. Pined. lib. 5. de *Reb. Salomon.* cap. 5. Batrad. Tom. 2. *Concord. Evangel.* lib. 3. à cap. 9. Azor, Tom. 1. *Inſtit. moral.* lib. 6. à cap. 24. Salmer. *Prolegom.* 42. Villalpand. Tom. 2. in *Ezechiel.* Ar. Montan. *Apparat.* libell. *Ariel.* & *Aäron.* Adrichomiuſque in *Ieruſalem*, à n. 75. Totum ergo templum vigebat auro, quia pretioſius metallum Domino ſummo. Canit vel Ethnicus, 1. *Faſtor.* v. 223.

*Ornamenta.*

Ioſeph.

*Supellectilia.*

*Nos quoque templa iuvant, quanvis antiqua probemus;*
*Aurea maieſtas convenit ipſa Deo.*

Ovid.

Quàm auguſtum, mirabileque templum Ieroſolymitanum, vel delirus in res Iudaicas, Deumque ſummum, Optim. & Maxim. fatetur Tacitus, 5. *Hiſtor.* cap. 8. inquiens: *Illic immenſæ opulentiæ templum. Intimis clauſum, ad fores tantùm Iudæo aditus: limine, præter ſacerdotes, arcebatur.* Hoccine terreſtre cœlum, orbiſque miraculum erexiſſe è pulvere gaudibundus profert Salomon, dicens in dedicatione templi, conſumptis ſacrificijs æthereo igne, cordeque inflamato à Deo: *Ædificans ædificavi domum in habitaculum tuum firmiſſimum ſolium tuum in ſempiternum.*

Tacit.

3. Reg. 8. 13

6 En Tautologia: *Ædificans ædificavi.* Vox exultantis eſt (quia miniſter tanti operis electus à Domino, cuius cor urgebat in lætitiam perfectionis conſummatio) ſed exultatio cordis humilis, rependens de obſequio Domino grates: quandoquidem ſeſe exhibet Numini gratum, quaſi non feciſſet, ſed recepiſſet obſequium: iurè quidem. Frequenter Gentes quæ in Dijs Deum non norunt, de donis erga Numina gloriantur: expectaturque avidè pro maieſtate à creditore honos; quippequam Deos habent obſequijs obſtrictos. Hinc Ovid. d. *lib.* 2. à v. 63.

*Prima expoſitio.*

*Templorum poſitor, templorum ſancte repertor,*
*Sit Superis, opto, mutua cura tui.*
*Dent tibi cœleſtes, quos tu cœleſtibus annos:*
*Proque tua maneant in ſtatione domo.*

Ovid.

Longè ab huiuſmodi vanitate animus Salomonis. Nihil feciſſe dicit, niſi ędificaſſe: additque, ædificaſſe ædificatione; quippe Dei, & non ipſius ædificationis expenſæ. Ædificat, qui facit ſumptum in ædificium: ædificat ædificatione, qui ſine impendio ponit tantùm miniſterium. Acceptio apud Martialem invenitur, *lib.* 9. *Epigramm.* 47. in Gellium.

*Salomon ædificationē templi exponit, quaſi nihil feciſſet.*

*Gellius ædificat ſemper, modò limina ponit,*
*Nunc foribus claves aptat, emitque ſeras:*
*Nunc has, nunc illas mutat, reficitque feneſtras;*
*Dum tamen ædificet, quidlibet ille facit*
*Oranti nummos ut dicere poſsit amico,*
*Unum illud verbum Gellius, Ædifico:*

Martial.

Ubi Raderus: *Ædifico: hinc opus eſt præſenti pecuniâ.* Iunguntur neceſſariò propriè ædificationi expenſæ. Quid Salomon in hac ædificatione? Ædificatio, quæ eſt actus ædificandi.

Rader.

1.Paral.29. 16. di. Intende. *Hæc copia, quam paravimus, ut ædificaretur domus nomini sancto tuo* (dicebat David) *de manu tua est, & tua sunt omnia. Tuæ divitiæ, tua est gloria: quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi.* Deo Salomon, quæ Dei, sacravit, in templi ædificatione: tantùmque profert ædificationem in eximia ædificatione templi; quia nihil ex tot opibus proprium, dum illis Numini ædificavit opulentum ædificium.

7 Roboratur ex eo quòd huiusmodi ædificium dicitur opus David & Principum Israël: causaque exponitur, ibid. à v. 3. ubi David inquit: *Super hæc quæ obtuli in domum Dei mei, de peculio meo aurum & argentum do in templum Dei mei tria millia talenta auri de auro Ophir & septem millia talentorum argenti probatissimi. Itaque Principes familiarum & Proceres Tribuum dederunt in opera Domus Domini, auri talenta quinque millia & solidos decem millia: argenti talenta decem millia.* Hinc constat, opus dici eorum qui in opus obtulerunt expensas: cùmque Salomon illis tantùm uteretur in templi erectionem, duntaxat sibi tribuit actum erigendi. Longissimè erat à vanitate Domitiani, de quo impudenter Martialis (haud blandimen par audivi: cognovit sanè Principis genium, & simul cognoscimus Vatis sine fronte studium) accinit *lib.9.* Epigram.4.

Ibid. *Liberalitas David, & Principum tribuum.*

Martial.

*Quantum iam Superis, Cæsar, cœloque dedisti,*
*Si repetas, & si creditor esse velis;*
*Grandis in ætherio licèt auctio fiat Olympo,*
*Coganturque Dei vendere quicquid habent;*
*Turbabit Atlas, & non erit uncia tota,*
*Dedicat tecum qua pater ipse Deum.*
*Pro Capitolinis quid enim tibi solvere templis?*
*Quid pro Tarpeiæ frondis honore potest?*
*Expectes & sustineas, Auguste, necesse est:*
*Nam tibi quo solvat, non habet arca Iovis.*

In cœlum posuit os suum, dum quæ venerabatur Numina, tanta ad Cæsaris meritum dicit laborasse inopia. Quærebat Cæsar gloriam de Deorum ædificijs, tot in eorum decus expensis, quasi non datis à Deo, ut in templorum splendentium dona collocaret, sed crederet. Animus Salomonis omninò citra huiusmodi propositum; inclytum erexit vero Numini templum: & quasi nihil egisset, haud asserit ædificasse, sed quòd ædificaverit tantùm ædificatione. Hæc prima, singularisque Tautologiæ expositio: in alias, præmittendæ ædificandi acceptiones.

8 Ædificare sumitur in Scriptura pro fœcunditate in prolem. *Diligenter nota* (inquit Hieronym. in *Tradition. Hebraic. in Genes.*) *quòd pro procreatione filiorum in Hebreo ædificatio scripta est.* Hinc ad illud Genes. 16. 2. *Conclusit me Dominus, ne parerem: ingredere ad ancillam meam, si fortè ex illa suscipiam filios*: Hebr. legit: *Si quomodò ædificer ex ea.* Idem cap. 30. 3. Quo sensu etiam accipit Hieronym. illud Exod. 1. 20. *Deus ædificavit eis domos.* Dedit scilicet sobolem. Deuter. 25. 9. *Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui*: hoc est, qui non suscitat semen in vidua fratris sui. Clarè Ruth. 4. 11. *Faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachel & Liam, quæ ædificaverunt domum Israël.* 2. Reg. 7. 11. *Prædicit tibi Dominus, quòd domum faciat tibi.* Ubi Maluend. *Dabit tibi successorem*: de quo David gloriatur, Psalm. 88. 5. *Usque in æternum* (dixit Deus) *præparabo semen tuum, & ædificabo in generationem & generationem sedem tuam.* Usquequaquè hæc locutio in Scriptura, quippe filij & successores, mortalitate parentum, genus sustulciunt, ut non cadat quasi domus inhabitata domus splendor. Unde Tacit. 4. *Histor.* cap. 52. *Non legiones, non classes, perinde firma imperij monimenta, quàm numerus liberorum.* Euripid. *Iphigen. in Taur.* v. 57.

Hieronym.

Hebr.

*Ædificare pro gignere.*

Tacit.

Euripid.

*Columnæ familiarum sunt liberi masculi.*

Quia cum illis continuatur familiæ splendor, & sine illis aut languet, aut corruit.

*Laus est Magno in genere, & divitijs maximis,*
*Liberos educare, generi monumentum & sibi.*

Plaut. *Filij familiæ columnæ.*

Ait Plaut. in *Milit.* Act. 3. scen. 1. v. 109. Acceptio etiam domus pro genere apud Virgil. 1. *Æneid.* v. 288. *Domus Assaraci.* idest, genus, & Assaraci filij: unde primus in genere dicitur Auctor. Idem lib. 7. v. 49. *Tu sanguinis ultimus auctor.* Ultimus, idest, primus & principalis. Vid. hìc La-Zerd. n. 4. Metaphorà ædificij, qui genitor dicitur faber. Plaut. in *Mustellar.* Act. 1. scen. 2. à v. 38.

*Homines ædium esse similes, arbit remini.*

Pri-

*Primùm, dum parentes fabri liberùm sunt,* Plaut.
*Et fundamentum substruunt liberorum:*
*Nec sumptus ibi sumptui esse ducunt.*
*Nam ego ad illud frugi, probusque fui,*
*In fabrorum potestate dum fui.*

Hoc in sensu interpretatur Taubmann. Propter splendoris continuationem filij etiam signantur Lucernæ. 3. *Reg.* 11. 36-15. 4. 2. *Paral.* 21. 7. & *Psalm.* 17. 29. Adi. *Tom.* 5. *T.* 11. n. 9. Iust. Lipsius. 1. *Elector.* cap. 24. *Lumen de filijs eleganter dicitur.* Festus verb. *Orba*, infit: *Orba est, quæ patrem, aut matrem, aut filios quasi lumen amisit.* Ausonius in *Parental.* Epigramm. 4. *Et lucernæ.* Iust. Lipsius. Festus.

*Amissum flesti post trina decennia natum:* Auson.
*Saucius, ac lævo lumine cassus, eras.*

9 Haud in hac acceptione sensus nostræ Tautologiæ; sed mysticè signat sacramentum singulare; Virginis scilicèt Mariæ, quæ sine ædificatione ædificavit templum, in quo inhabitavit omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Nulla fœmina sine ædificatione ædificat. Unde Virgo Angelo dixit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* In hoc maximum & inauditum miraculum; quippe sine ulla ex viro ædificatione, virile prodigiosum ædificium. In ædificatione & structura templi corporis Christi, sicut in Salomonico templo, malleus & securis non sunt audita. Concepit & peperit salvà virginitate (Spiritus almi arcanà virtute) cuius prole ædificavit domum, divinissimum templum: verùm ædificavit sine ulla ædificatione; igitur Virgo peperit sine ullo susceptо semine. In rem Venantius Fortunat. de *Gaudijs & spe vit. ætern.* v. 57. *Mariæ claritas, singularis materna virginitas.*

*Templa Creatoris sunt membra pudica puellæ:*
*Atque habitat propius tale cubile Deus.*
*Virginitas felix, quæ partu est digna Tonantis,*
*Quæ meruit Dominum progenerare suum.*
*Sara, Rebecca, Rachel, Esther, Iudith, Anna, Noëmis;* Venant.
*Quamvis præcipuè culmen ad astra levent;*
*Nulla tamen meruit mundi generare parentem:*
*Quæ Dominum peperit clausa Maria manet.*

Ita ènim singulari modo, domum & templum ædificavit Virgo; ut & constaret ab hac ædificatum, cuius erat semen, & Christus ædificante Virgine, ex semine David secundum carnem.

10 Cæterùm unde constat? Mathæus qui librum confecit generationis Iesu Christi, refert, ut iacet generationem Ioseph, viri Iesu-Christi matris, quæ non concepit de viro, sed miraculosè de Spiritu-Sancto: qua de causa dicitur illi: *Quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est*: cap. 1. 20. Quorsùm ergo huiusmodi generationis in libro Christi generationis descriptio, à quo expungitur Iesu Christi generatio! Nec iuvat intelligentiam notitia ex Luca: tùm quia Iesus non erat, sed putabatur filius Ioseph: cùm quia Ioseph origo per Nathan, filij David à Luca signatur; & per Salomonem à Matthęo studiosè describitur: nequitque Ieseph ab utroque procedere. Tùm demùm, quia pater eius ab hoc dicitur Iacob, & ab illo designatur Heli; nequitque esse utriusque. Miror, quanta dixerint & PP. & Expositores. Ex his quotæ cognitiones sine intellectu, fingentes binomina, trinomina, filiationes legales & adoptivas, generationes phantasticas, præcipiti ratiocinio, & sæpe vigili somnio, attrectantes unguibus, atque collisis parietibus? Ostendere volunt altissimam antilogiarum concordiam, & vagæ, futilis cogitationis, buccis crepantibus demonstrant dementiam, vel summam sacræ & profanæ literaturæ ignorantiam. Unde osci tanter textus aspicientes, quæ in eis glomerata plicant, plicantes inextricabiliter replicant, sæpe expositionibus voluntarijs complicant, & demùm insertis complicationibus explicant, promentes labyrinthi aureo filo expositionem; quùm adducunt legentes avidos veritatis, in tenebras & non in lucem. Acurem profectò attingerent; si quæ necessaria in Scripturarum explanationem studerent. At dicunt inepta, plauduntque quia dicunt, vel sine ulla reflexione relata referunt. Matth. 1. 16 Luc. 3. 23. *Cur dicitur liber generationis Iesu-Christi, in quo nihil ad Christi generationem?*

11 Evangelistarum testimonia, quæ primo aspectu videntur opposita, propositum generationum attestantur. Patris Christi putativi, qui veré vir matris virginis, huiusque series generationis utriusque Evangelistæ in institutum scopus. Lineam putativam refert Lucas, generatione naturali usque ad Ioseph (virum Mariæ, de qua natus est Iesus) filium naturalem Heli. Matthæus lineam naturalem Virginis, Christi matris, filiæ Iacob, seu Ioachim; ut pateret generatio Iesu Christi, filij David, ex linea putativa per Nathan, atque ex natura-

naturali traduce per Salomonem. Unde quoad exteriorem etiam opinionem Christus filius David per Ioseph, qui matris vir: & quoad carnem, ex matre Virgine per Salomonem; quin audiatur Ioann. Annius, alioquin eruditissimus, qui in Commentar. Philon. de *Temporib.* seu *Breviar. tempor.* p. 2. asserit morte Ochoziæ extinctam fuisse posteritatem Salomonis, regnumque devenisse posteris Nathan, filij David vocatis Abiasarim. Cùm Ioseph dicitur filius Iacob, seu Ioächim, patris Virginis Mariæ; intelligendus filius naturalis Heli, qui vir filiæ Ioächim, seu filius civilis (non legalis, ut volunt aliqui, sine fulcro cogitationis; nec adoptivus, uti alijs placuit, vigilibus somnio) ideſt, gener Ioächim, qui frequenter dicitur filius. Astruit, licèt non probet Suarius in *3. p. q. 27. art. 1. disp. 2. sect. 3. n. 10.* dicens: *Filius, ratione coniugij cum beata Virgine* (cuius naturalis pater Ioächim, quem vocat Matthæus Iacob) *sic enim gener socerum suum patrem vocare consuevit. Multò ergo facilius exponi potest, quòd sit filius ut ita dicam, coniugalis, & quodammodò naturalis iure matrimonij.* Alapide in re tanti momenti sententiam priùs impugnatam amplectitur, inquiens: *Dicitur filius, ideſt gener: pater, ideſt socer. Heli enim per acopen idem est ac Ioächim, maritus B. Annæ, & pater B. Virginis, cuius maritus erat Ioseph: ideoque gener Ioachim & Annæ.*

* *Filius pro genero.*

Suar.

Alapid.

12 Tam hic, quàm Suarius invertunt ordinem, constituentes Iacob patrem naturalem Ioseph, & Heli patrem naturalem Virginis, in quo cæcutiunt. *Est verisimile* (subdit eximius, & iurè, Doctor) *cùm Matthæus enarrasset naturalem geneälogiam Ioseph, quæ ad Christum comparata, legalis quodammodò dici potest; Lucam è contrario veluti legalem originem Ioseph, naturalem autem Christi descripsisse.* Cæcutiunt, inquam, & quoad entitatem, quia Ioseph filius Heli, & non Iacob; cùm Christus putaretur filius Ioseph naturalis, sicut Ioseph erat filius naturalis Heli, & quoad urgentis argumenti solutionem; quandoquidem nihil ad Christi generationem ex matre virgine, Virginis vir, sive fuerit filius Iacob, sive fuerit filius Heli.

Suar.

*Concipiente fide, nullo se semine lusit:*
*Et quo factus homo est, non fuit alter homo.*
*Hæc sua membra putans, quæ nulla iniuria fuscat:*
*Quæ neque sunt alio participata viro.*

Venant.

Ita Venant. quo supr. *v.* 53. & 71. Pro omnibus ergo respondendum est, ex astructa etiam ab illis acceptione vocis filij, pro generis genero.

13 Gener dicitur quasi alieni generis propagator: adhibetur enim ad genus æditficandum iuxta Festum, Passeratium & Pollucem in *Onomastic.* lib. 3. cap. 2. Gener dicitur, quia matrimonij affinitate ad genus pertinet. ff. de *Verbor. significat.* l. 136. Pavonius, *Diffin, Isagogic.* p. 2. n. 5452. *De familiæ appellatione venit gener & nurus.* Tusch. lit. *E.* Concluſ. 75. à n. 2. & leg. ult. C. de *Verbor. significat.* Menoch. de *Præsumpt.* lib. 4. Præs. 83. n. 12. Barbos. de *Appellativ.* 94. à n. 33. Vox igitur ficcine, quia generatio propriè intelligitur de viro, non de fœmina; ut idem refert ex DD. var. in Repertor. Verb. *Generatio*: sub eademque voce fusè Tusch. Sat ex Civilibus: modò astruendum testimonijs sacris, ut sacra clareant. Nurus erant Noëmi Ruth & Orpha, quibus sacrus dicit: *Filiæ mi.* Ruth. 1. 11. & 12. *Nec dimittam* (dicit Sponsa Ægyptia Dilectum Sponsum, *Cant.* 3. 4.) *donec introducam illum in domum matris meæ* (ideſt, socrus) & *in cubiculum genitricis meæ.* Vid. quæ diximus *Tom.* 5. *T.* 2. *n.* 3. & Sanctium loc. cit. qui in *Paraphrasi*, ait: *Matrem meam appello, quæ Sponsi mater est; quia deinceps mibi futura est pro matre.* Idem intelligendum, dum dicit Sponsus, cap. 6. 8. *Una est matri suæ, electa genitrici suæ.* Perspicuius illa, dum *cap.* 2. 2. sibi complacet de electione, & voti felicitate: igitur cùm multi eius ambirent nuptias, ut generi Regis essent, Sponsum electum extollit, alloquens: *Sicut malus inter ligna silvarum sic dilectus meus inter filios.* Filij enim dicuntur, qui propagatores generis. Unde cùm gener & nurus veniant de familiæ appellatione; sicut gener inter filios, sic Sponsa, quæ matris Sponsi nurus, numeratur inter filios. Adhuc addam testimonia, & insignia, cum Astrologiæ naturali expositione.

*Gener & nurus filius dicitur & filia.*

Sanct.

14 Isai, seu Iesse pater David tantùm habuit septem filios, ex quibus septimus David

1. Paral. 2. 14.

1. Reg. 17. 12.

vid. 1. *Paralip.* 2. 14. Octo referuntur 1. Reg. 17. 12. *David erat filius viri Ephrathæi, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios.* Quomodò septem & simul octo? Habebat domi generum maritum Sarviæ, matris Ioäb, Abisai, & Asaël, quem etiam obtulit inter filios, quasi filium suum, cùm tantùm esset vir filiæ, quando in eius domum venit Samuel, unde futurus in regem Israël, unum de filijs Isai, quem Dominus elegerat. Patet ex textu. *Adduxit* (dicitur) *Isai septem filios suos coram Samuele: & ait Samuel: Non elegit Dominus ex istis. Nunquid completi sunt filij? Qui respondit: Adhuc reliquus est parvulus:* qui Da-

Cap. 16. à v. 10.

vid

vid erat inter fratrès ſeptimus numeratus & ultimus : nequibatque eſſe ſeptimus filius poſt ſeptem ; ni inter filios (uti filium ratione coniugij cum filia) ſocer nominaſſet, & Samueli generum expoſuiſſet. Si per filios genus fulget, gener quoque ad genus pertinet. Ioſeph numeratur inter fratres Iudæ Machabæi, 2. *Mach.* 8. 22. quin de illo ulla mentio inter quinque filios Mathathiæ. *lib.* 1. *cap.* 2. à *v.* 2. Vir erat huius filiæ, ſororis Iudæ, qui dicitur frater: aliàs ſex filij eſſent, & quinque tantùm conſtant. Etiam inter Gentes acceptio vocis. Quare ut filij naturales diſtinguerentur à civilibus, ideſt, à nuru & genero; aliquid addunt pro expreſsione diſcriminis. *O fili, filius verus natus.* Sophocl. in *Trachin.* v. 1085. Plaut. in *Trinum.* Prolog. v. 9. *Gnatam, gnatam*: hoc eſt, filiam naturalem : ſiquidem nurus & gener, etſi non naturales, vocantur filij. Alijs teſtimonijs illuſtrabimus, *Tom. ſeq. Tautolog.* 1. n. 27. Unde gigni aliquando dicitur, imitativè ad genus, & metaphoricè: propriè autem tunc ſignat numerare, deſtinare, aut inſtituere. Iſai. 49. 20. 21. *Filij ſterilitatis tuæ. Quis genuit mihi iſtos ? Ego ſterilis & non pariens.* Ideſt ; ſterili quis iſtos deſtinavit ut filios? Oſeë. 5. 7. *Filios alienos genuerunt.* Hoc eſt, pro ſuis numerarunt, aut reputarunt : alias ſignati, nequibant ſignari alieni. 1. Cor. 4. 15. *Per evangelium ego vos genui* : nimirùm filios inſtitui. Idem ad *Philem.* v. 10. Haud fugit acceptio Profanos. *Hæc eſt conditio mortalium* (inquit Plin. *lib.* 7. *cap.* 52.) *ad has & huiuſmodi occaſiones fortunæ gignimur* : ideſt, deſtinamur. Plaut. in *Pſeudol.* Act. 4. ſcen. 1. à v. 1.

Sophocl. Plaut.

*Gigni, pro inſtitui?*

Plin.

*Dij immortales voluerunt eſſe auxilio adiutum,*
*Cùm te adiutorem genuere mihi.*

Plaut.

15 Patet genuinè acceptio, ex qua tanti nodi ſolutio. De Ioächim dicitur, quod genuiſſet Ioſeph, qui gener Ioächim, quia habuit virum filiæ ſuæ Mariæ : generque ad genus pertinet, potiſsimè apud Hebræos, quos inter *non erat mos* (ait Chryſoſtom. Homil. 2. in *Matth.*) *generationum catalogum per fœminas texere.* Unde cum genitam Ioächim Ioſeph duxiſſet, qui gener, genitus dicitur, ut ordo generationis texeretur : hac enim de cauſa Chriſtus putabatur filius Ioſeph, igitur ordo naturalis generationis hoccine petebat, licèt Chriſti generatio non ſic: quia Chriſti generatio erat ex virgine, filia Ioächim, ſed deſponſatâ Ioſeph, quem dicitur genuiſſe Iacob, ſeu Ioächimus, quia gener eius, genus ex filia ædificans, ſeu propagans ; niſi Chriſti generatio aliter eſſet : hoc enim intuitu filia nubit & gener in generis ſuſcitationem quæritur. Perſpicuò ex Virgil. 7. *Æneid.* à v. 50. & 257.

Chryſoſt.

*Quid Ioſeph ad Chriſti generationē?* Matth. 1. 18

*Cur gener dicitur filius?*

*Filius huic facto Divûm, proleſque virilis*
*Nulla fuit, primaque oriens erepta iuventa eſt,*
*Sola domum & tantas ſervabat filia ſedes,*
*Iam matura viro iam plenis nubilis annis.*
*Multi illam magno è Latio totaque petebant*
*Auſonia: petit ante alios pulcherrimus omnes*
*Turnis avis ataviſque potens : quem Regia coniux*
*Adiungi generum miro properabat amore,*
*Auſpicijs: hinc progeniem virtute futuram*
*Egregiam, & totum quæ viribus occupet orbem.*
*Hoc Latio reſtare canunt, qui ſanguine noſtrum*
*Nomen in aſtra ferant.*

Virgil.

*Nomen*, ideſt, genus, quod ex filia à genero ſuſcitatur, & cuius gratiâ, connubijque affinitate dicitur filius. Hac enim acceptione Ioſeph, vir Mariæ dicitur filius Iacob, cùm eſſet naturalis filius Heli : vel in ſententia Suarij & Alapide dicitur filius Heli, ideſt, Ioächim, cuius gener (quod omninò diſplicet, quippe Chriſti generatio à David per Salomonem, & nequaquàm per Natham) qui naturalis filius Iacob : quo patet in utraque ſententia, generum in ordine ad generationem vocari filium, fœminamque in catalogo non nominari : quia ſub nomine generationis non veniunt fœminæ, ſed duntaxàt viri. Hinc præcluduntur quælibet obiectiones, claretque Chriſtus filius David tam ex parte patris putativi Ioſeph, per Natham ; quàm ex parte genitricis per Salomonem, quo deſcribitur liber generationis Ieſu-Chriſti : concordantque Evangeliſtæ, quoniam *Chriſti generatio ſic* (& non aliter) *erat.* Migremus ergo in alias ædificationis acceptiones.

*Nomen pro genere.*

Matth. 1. 18

16 Ædificare uſurpatur ſæpeſæpiùs pro ornare, nobilitare, illuſtrare, decorare, & augere. Hac enim metaphorà dicitur Pſalm. 143. 12. *Filiæ eorum compoſitæ : circumornatæ ut ſimilitudo templi.* Hoc enim ſenſu Theodoret. *quæſt.* 2. & Auguſt. lib. 2. *Locution.* accipiunt illud Exod. de quo *num.* 8. *Deus ædificavit eis domos ?* hoc eſt, bonis auxit, illas obſte-

*Ædificare pro ditare, ornare & felicitare.*

obstetrices ditavit. Zachar. 3. 15. *Ergo nunc beatos dicimus arrogantes, siquidem ædificati sunt.* Bonis scilicet nobilitati & illustres. Genes. 4. 26. *Iste cœpit invocare* (Chald. *ædificare*) *nomen Domini.* Auxit Dei cultum: propagatorque eximius dicitur auctor. Liquet Daniel. 4. 27. ubi Nabuchus dicit: *Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificavi in domum Regni, & in gloria decoris mei?* Quia Babylonem decoravit, insignibusque monimentis perpolivit, se ut ædificatorem plaudit, quùm Nemrod erexerit. *Fuit principium regni eius Babylon.* Genes. 10. 10. Vel Semiramis, ut ait Hieronym. in 14. *Isai.* & 2. *Oseë.* Orosius *lib.* 2. *cap.* 6. Euseb. 9. de *Præparat. Evangel.* cap. 4. August. lib. 18. *Civ.* cap. 2. Isidor. 15. *Etymolog.* cap. 1. Ex Ethnicis Ammian. Marcell. *lib.* 23. 20. Iustin. *lib.* 1. Q. Curt. *lib.* 5. cap. 1. Ex Poëtis, Ovid. lib. 4. *Metam.* Fab. 4. & Propert. 3. *Eleg.* 11. v. 21.

*Auctor rei dicitur author.*

Ovid. Propert.

*Contiguas habuere domos, ubi dicitur altam*
*Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem,*
*Persarum statuit Babylona Semiramis urbem,*
*Ut solidum cocto tolleret aggere opus.*

Idem de Roma, cuius conditor Romulus dicitur à Plutarch. in eius *Vit.* & à Virgilio, 8. *Æneid.* v. 313.

Virgil.

*Tum Rex Evandrus Romanæ conditor arcis:*

Conditor ergo Romulus signatur, quia rudem gentem sub Evandro adduxit in civilitatem, docuit politicem, vitam rationalem, decoravitque ædificijs inculta loca, quorum cives animata saxa; ut in sequentibus innuit Poëta, Iustin. *lib.* 43. & Dionys. Halicarnass. *lib.* 1. *cap.* 14. De Caracalla dicit Ælius Spartian. in eius *Vit.* quòd primus instituisset Romæ Sacra Isidis, sibique tacitæ obiectioni respondet: *Sacra etiam maiore reverentiâ celebravit, quàm anteà celebrabantur. Pro quo quidem mirum mihi videtur, quemadmodùm sacra Isidis primùm per hunc Romam venisse dicantur; cùm Antoninus Commodus ita ea celebraverit, ut & Anubin portaret: nisi fortè iste addidit celebritati, non eam primus invexit.* Similiter de Arphaxad, Iudith. 1. 1. dicitur: *Ipse ædificavit civitatem potentissimam, quam appellavit Ecbatanis*: quæ quidem constat extitisse tempore Tobiæ: *cap.* 5. 8. & Darij Hystaspis, 1. *Esdr.* 6. 23. 6. 23. haud alia de causa nisi quia Ecbatana ornavit muris, turribus, & portis speciosis ac validis, ut dicitur loc. cit. Iudith. De Hiële etiam refertur à Sacra pagina ædificasse Iericho, destructam à Iosue, 3. *Reg.* 16. 34. quia reædificavit. His ergo elucet ædificatio pro decore, illustratione, augmento aut pulchritudine rei ædificatæ. Salomon ædificavit templum additque toto illo opere ædificantem ædificasse ædificium; verbo significante vasti pretiosi corporis molem, participio verò tantæ molis pulchritudinem: equidem non solùm templum è pulvere erexit; sed divite supellectili mirificè, uti vidimus, ornavit.

Spart.

*Secund. expos.*

17 Participium præsentis additum eiusdem significationis verbo, signat quandoque opus sine cessatione, vel continuationem operis usque in finem: quod quidem apud Hebræos est infinitivum, quippe carent participijs: hisque tam Septuaginta, quàm Hieronymus opportunè utuntur, quia sine illis nobis essent obscura, quæ Hebræis luce profectò clariora. Siccine non solùm participia, sed etiam verba verbis coniuncta vertit Maluenda per infinitivum. Quoniam innumera, prætermitto meditanter exempla. Sufficiat præsens Pleonasmus: *Ædificans ædificavi.* Legit igitur: *Ædificare ædificavi.* Ergo in participium huiusce Tautologiæ. Continuationem operis intenti connotat. Unde Ribera doctissimè in illud Oseë, 1. 2. *Fornicans fornicabitur terra à Domino* (Hebr. *Fornicari fornicabitur*, quia infinitivum abstrahit à præsenti, futuro, præteritoque tempore sine ullo numero, nec personis) infit: *Filij fornicationum filij Israël* (idest, idololatræ, de quo *Tautolog.* 10.) *& ut intelligitur, magis ac magis in dies fornicabuntur.* Hoc est, à cœptis non cessabunt, sed ultrà procedent: in idololatria persistent, Haccine regulà genuinè exponuntur plura S. Scripturæ testimonia, maximè pleönasmica. *Ego sterilis, & non pariens.* Isai. 49. 21. Idest, continuò sterilis. Thren. 1. 2. *Plorans Ploravit.* Nimirùm, perpetuò, inceßanter plorans. Haud aliter: *Coronans coronabit, germinans germinabit, castigans castigabit, miserans miserebitur, prævaricantes prævaricati sunt, peccans peccatum, euntes abibunt, veniens veniet.* Sic alia quæ signant opera sine intermissione proposiți. Haud alio sensu intelligendum participium in nostro testimonio. *Ædificans ædificavi.* Non solùm in opus ut ædificaretur, incubuit; sed ædificatione intendit, quia ab opere non cessavit, neque diem sine opera prætermisit, cœptis addens, queis templum accrescens: & ut dicit Q. Calaber, 2. *Paralip.* v. 305. ex quo Virgil. 4. *Georg.* v. 169-1. *Æneid.* v. 440. & 4. v. 407.

*Maluend.*

*Geminatio participij & infiniti. vi cum verbo eiusdem significationis, continuationem actus indicat.*

*Tertia expos.*

Fer-

*Fervet opus.*

*Opere omnis semita fervet.* Virgil.

Homer. Odyſ.9. v.356. *Aſsiduè, ſemper*: non ſolùm tempore congruo in templi ædificium; ſed in ornatum, quod geminatione Ethnici proferunt. Euripid. in *Rheſ.* v.202. *Ornat ornatu.* & Plaut.in *Milit.* Act.4. ſcen.4.v.41. *Ornatum ornatu.* Haud eſſet mirum, quòd faveret cœlum, quando pro templi fabrica ſub Herode, dicit Ioſephus, 15. *Antiq.* cap. 14. *Fertur, toto tempore quo templum extruebatur, nunquam interdiù pluiſſe, noctu tantùm imbribus deſcendentibus, ne interrumperetur ædificatio.* Summæ etenim voluptati, Ioſeph.

*Magnificas laudes operoſumque viſere templum.* Textor.

18 Haud violenter Pleonaſmus exponi quit per adverbium, q. d.Iucundè, gaudibundè ædificavi. *Ædificavi planè & omninò*: inquit Maluend. Ideſt, perfectiſsimè abſque ullo operantium artificum incommodo, imò cum ſumma felicitate. *Ædificando ædificavi*, uti legit Caietan. ut oſtenderet conatum & deſiderium per epitaſim. Gerundium cum verbo cuius gerundium, importat neceſsitatem, iuxta Azebed. ad l.6. lib.3. titul.9. n.16. & Rebuf. dict. tract. de *ſentent.proviſion.* ſed iuxta Alexandr.*Conſil.* 91. n. 3. Decian. *Conſil.*46. n.37. Curt.Iun. *Conſil.* 264. n.32. Roland. à Vall. *Conſil.* 61. n. 40. & Tuſch. Liter.G. concluſ.28. à n.1. importat maiorem deliberationem, & enixam voluntatem diſponentis, vim latiorem & ampliorem; quàm apud iuriſconſultos habent verba geminata: quæ quidem vis maior conſtat & geminatione pleönaſmicà, aut paliſogicà, & participio, gerundiove verbi eiuſdem ſenſus. De ſacris plura diximus, & apud Profanos frequentiſsimus uſus. Plato in Sympoſ.inquit: *Faciens faciendo faciet.* Homer. Odyſ.8. v.361. *Sponſiones ad ſpondendum.* & 10. v.454. *Flebant lugentes.* Euripid. in *Hecub.* v.1092. *Clamorem, clamorem, clamando clamorem.* In *Electr.* v. 1065. *Prætextum prætexens.* Sophocl. in *Oedip.in Colon.* v.372. *Paſsiones patiens.* v.494. & 1011. *Deprecare precationes.* Plaut. *Curcul.*Act.1.ſcen.2.v.4. *Veteris vetuſti.*In *Menæchm.* Act.1.ſcen.2. v.42. *Caveo cautiùs.* Martial. lib.11.*Epigr.*32.*Cavas lances.*Claudian.2.in Rufin.v.238.*Non diſſociabile corpus, coniunctumque ſumus.* Manil.5.*Aſtron.*v.255.*Humor alit, nec deſerit undam.*Denique Virgil.6. *Æneid.*v.112. Maluend. *Participium pro adverbio, etiamque gerundium. Quarta exp poſit.*

*Ille meum comitatur iter, maria omnia mecum.* Virgil.

19 En cuncta genera epitaſis, quæ aliquando ſuperlativum notant. Eccl.7. 25. *Alta profunditas.* Ubi Hebr. *Profundum, profundum.* Syr. *Profunditatum profunditas*: hoc eſt, Profundiſsimum. Theocrit. *Edyl.9.* v.8. *Dulce etiam fiſtula, dulce & ego*: nimirùm, *dulciſsimus ego.* Ovid.1. *Metam.* fab.9. *Neſcis temeraria, neſcis*: ideſt, neſcia maximoperè. Iuxta huiuſmodi interpretationes delicare poſſumus geminationem teſtimonij præfati: vel quatenus Salomon expreſsit in templi fabricam ſummum conatum, iuxta flagrans deſiderium, ſine ſuſpenſione vigil ſtudium; ductus amore in Deum pro eius inſigniore honore, & ſublimi reverentiâ, *in locum maieſtatis*: ut legit Chald.vel quatenùs vehementiſsimè gaudebat, eò quòd videret perfectum & ornatum quod avidiſsimè deſideraverat, in cuius ædificium orbis opes iurè impenderat. Vel denique participio, uti ſupr.accepto pro adverbio, quatenùs miraculoſam etiam diceret mirabilem templi molem propter ædificationis celeritatem; quæ conſtat ex fabrica domus Regis, minoris ſtructuræ & amplitudinis, conſumptis in ea ferè quatuordecim annis: 3. *Reg.* 9. 10-2. *Paralip.* 8. 1. *Ædificans ædificavit*: ideſt, citiſsimè. Phraſe Homeri, 19. *Iliad.* v. 317. *Citò & diligenter.* Plauti, in *Aſinar.* Act.1. ſcen.1. v.8. *Sine pennis volatus.* Ex velocitate operis perfecti, quid eximium ac divinum autumabant Ethnici, ut canit Q.Calaber de Equo Durio, *lib.*12. à v.141. Theocrit. Ovid. *Vel pro ſuperlativo. Quinta exp poſit.*

——— *Sacrumque opus creſcebat,*
*Ut Equi verè viventis: ſiquidem Deo artem viro*
*Amabilem dederat: adeòque intra triduum cuncta abſoluta*
*Palladis afflatu.* Q.Calab.

20 Iam ergo phraſis ædificationis enucleata: videndum tamen propoſitum phraſis. Bifariam poteſt eſſe. Primò ut Deum quaſi obligaret ex opere in præſentiam & electi populi patrocinium. Q. d. *Ædificans ædificavi* pro tua maieſtate templum: demonſtra ergo effectu ad quod extructum hoc precioſum ædificium. Ego ædificavi, ut te habeam: ergo in hoc templo fac ut faciliùs, propiùſque habearis. *Ædificans ædificavi domum in habitaculum tuum, firmiſsimum ſolium tuum in ſempiternum.* Maluend. & Caietan. ex Hebræo: *Ad directionem ad ſolium tuum ſempiternum, firmam ſedem reſidentiæ, ad habitare te æternitates.* Diligis diligentes te, abundantiâque pietatis merita ſupplicum excedis & vo- Vel pro brevitate ſumma. Sext.expoſ. Sept.expoſ. Hebr.

*Templi fabrica pro Dei præsentia.* ta: gratijs in templo notescat præsentia. Habita hìc, siquidem *ædificavi habitaculum habitaculi tui, ad habitare in sæcula.* Multæ sunt cunctorum tribulationes, unde clamor & dolor: inter nos templo extructo, habitante Numine, nihil timendum. Hinc dicitur: *Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis, & mors ultrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra*: igitur *tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis; & ipsi populus eius erunt & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.* Ne ergo frustraretur totius Israël, Salomonisque votum; orat, Deum habitare, quod ædificavit in habitaculum templum.

Pagnin.

Apoc.21.3.

Claudian.

*——Hoc te donante creatur,*
*Debeturque tibi, certisque ambagibus avi,*
*Ne pete firmatas pacis dissolvere leges.*

*Octava expositio.* 21 Secundò, mirabili emphasi, quia grates rependit Solomon, eò quòd ipse electus, ut templum ædificaret. *Tu non ædificabis mihi domum, sed filius tuus*: dicitur David, 3.Reg.8.19. Deus promisit per illius filium ædificandum templum, verùm per quem

*Participium verbi pro persona.* filium, nequaquàm dixit: gratiasque Salomon Deo solvit, perfecta fabricà; quia inter filios David in tam nobile ministerium electus est. Patet, 2. *Paralip.* 6. 2. ubi pro *Ædificans ædificavi*, dicitur: *Ego ædificavi.* Quo quidem elucet sensus Tautologiæ; quasi beneficium profectò speciale, quòd eligeretur ille. Hinc Rex dicit, v. 24. *Custodisti servo tuo David patri meo, quæ locutus es ei. Ore locutus es, & manibus perfecisti; ut hæc dies probat.* Pro intelligentia testimonij, sciendum est, multas promissiones Dei in Scriptura,

*Acceptio Salomonis signatur ubi à Deo templi ædificator eligitur.* esse conditionatas. Plura diximus, *Tom.*5. *T.*6. *n.*23. *& T.* 9. *a n.* 61. Caietan. in *Exod.* 23.20. cùm signaretur Moyses uti Angelus, ut in terram promissionis introduceret Israël: infit: *Nec te moveat, quòd non fuit verificatum: nam testatur ipse Deus, impedimentum præstasse ipsum Moysen, peccando in aquis contradictionis. Intelliguntur enim huiusmodi divinæ promissiones, nisi impedimentum præstetur peccando.* Isai. 38. 1. dicitur Ezechiæ: *Dispone domui tuæ, quia morieris tu & non vives.* 4. Reg. 8. 10. *Vade, dic ei. Sanaberis. Porrò ostendit mihi Dominus, quia morte morietur.* Sub conditione cuncta. Languor nimirùm, non ita urget, quòd vita privetur; sed morietur profectò, quia deficiet vi suffocationis, non ægritudinis, v.15. Eodem sensu prædictio mortis Ezechiæ. Naturaliter moriturus erat, quia ex se morbus lethalis; ita ut necessarium esset miraculum, quo liberaretur ab urgentia mortis. Promisit Deus Abraham & semini eius terram Chanaän in æternum. *Genes.* 13.15. Minatus est Niniven intra quadraginta dierum spatium subvertendam. Ion.3.4. Utrumque conditionatum: igitur promissiones Israëlitæ frustrarunt peccando; & minas Ninivitæ pœnitendo. Sic intelligendum illud 1.Reg.13.15. *Si non feciſſes, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israël in sempiternum.* Idem de Summo sa-

*Promissiones Dei interdum conditionatæ.*

3.Reg.2.30 cerdotio in familia Heli, expressa conditione promissionis. *Loquens locutus sum, ut domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus, Absit hoc à me, &c.* Vid.infr. à n.50. cunctorum rationem.

22 Magis roborandum est, ex eo quod alijs locis Scripturæ declarantur conditiones promissionis, quæ videbatur absoluta. *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum: habet vitam æternam.* Ioann. 6. 54. 58. Paulusque 1. Cor. 11. 29. signat conditionem, quippe qui obicem ponit, *Iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.*

*Unde constet conditio?* Matth.7.8. dicitur: *Omnis qui petit accipit*, &c. Iacobusque delicat, quomodò Christi promissio, dicens cap.4.3. *Petitis & non accipitis, eò quòd malè petatis.* Sic alia testimonia (in quibus profectò conditio subintelligenda) quin sint absoluta, ut distorto sensu cavillantur hæretici; maximè, dum Scriptura loquitur de fide & Spe: siquidem non solùm nihil boni agentes, sed etiam flagitiosi stultè arbitrantur, solà fide iustificari, iuxta illud Marci, 16. 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit; salvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.* Ioann.3. 16. *Ut omnis, qui credit in eum, non pereat.* Act. 10. 43. *Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum.* Conditiones harum auctoritatum clarescunt ex alijs Sacr.pagin. loc.Hebr.5.

*Fides mortua sine operibus.* 9. *Christus factus est omnibus, obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ.* Fides enim salvat, sed *fides quæ per charitatem operatur.* Galat.5.6. *Quid proderit, si fidem quis dicat se habere; opera autem non habeat? Nunquid* (inquit Iacobus,2.14.) *poterit fides salvare eum?* Nullo modo. Fides sine operibus mortua est. Fideles ita confitentur se nosse Deum, sed factis negant.

23 His præmissis cognoscitur causa gratulationis Salomonis. Promisit Deus Davidi, filium ædificaturum templum. Hic fuit Salomon, & non solùm gratias agit Numini de

ele-

electione, sed de perfectione omnimodâ templi: etenim etsi Deus promiserat, poterat esse promissio conditionata, ac demereri aliquâ notâ aut incognita noxâ, & expelli à templi fabrica: grateſque Salomon meritò Deo efert verbis præfatis, *Ædificans ædificavi*. Nec in opus electum (quod ſpeciale beneficium) nec in proceſſu operis, aut in eius conſummatione, Deus Salomonem reprobavit, igitur Numinis gratia, quanvis promiſsio Davidi facta, conditionata fuiſſet; nihil inventum quod Domino diſpliceret. Ideo dicitur cap.6.14. *Ædificavit Salomon domum, & conſummavit eam.* Sicut cœpit, ita templum conſummavit, & perfecit. *Ædificans ædificavit*, quin ſemel propoſitum fruſtraretur, nec Salomon in opus deſtinatus removeretur ab opere. *Confirmavit Dominus* (dicitur v.20.) *ſermonem ſuum, quem locutus eſt, & ædificavi domum nomini Domini Dei Iſraël.* Sic ergo ædificatus exultatione univerſæ terræ mons Sion, civitas Regis magni; propterea que Salomon geſtit, & Numini præ tanta dignatione gratias agit. Ad rem Plautus tam in *Pœnul.* Act. 1. ſcen.1.v.5.quàm in *Trinum.* Act.4.ſcen.1.v.2.

*Nona expoſit.*

*Unde exultatio Salomonis, dedicato templo?*

*Pro beneſactis fateor deberi tibi*
*Et multas & grates gratias.*
*Lætus lubens laudes ago, & grates gratias.*

Plaut.

24 Non conditionatè, ſed abſolutè, pro conſtantia animi, & infallibilitate propoſiti; dicit Deus facturus de templo deſtructo & Republica exule: *Ædificabo te, & ædificaberis.* Minatus fuerat templi ruinam illa emphaſi ad ædificatorem pendulâ voce: *Domus hæc quam ædificas, ſi* &c. ideſt, ſi averſione averſi fueritis, redigetur in pulverem. Factum eſt: ſed pietate ingenitâ motus (ac pœnitudine ductus, ut dixit per Ieremiam, 18.8. de quo egimus, *Tom.5.T.6.n.36.*) corditùs loquitur: *Ædificabo te & ædificaberis.* Ubi Doctiſs. Sanctius, n.41. ſubdit: *Sicut geminatio vocis aut ſententiæ, ſic ſententia activa atque paſſiva, formâ iterùm explicatâ, vim habet maiorem & pondus.* Quodnam pondus exponam & lucem in affines pleonaſmos. Haud animus deſpondendus vel in hoc univerſali exterminio. Ore locutus ſum, & perficiam quæ locutus. Nihil obſtabit, ut reædificeris. Eſtò tot hoſtes ingruant, erigetur templum. Magna erit gloria domus iſtius noviſsimæ, plus quàm primæ. Cœlum & terra tranſibunt: verba autem mea non præteribunt; quin oblivi scar Iſraël. Filij *revertentur de terra inimici*: v.16. *Rursùm ædificabo te, & ædificaberis. Miſerans miſerebor. Revertere virgo Iſraël, revertere ad civitates tuas iſtas. Iſtas*, magno promiſsionis pondere, & certitudine: dicitque Dominus *Iſtas* civitates demonſtrativè, quæ non erant, niſi futuræ; quia ita certò reædificandæ, quaſi illas videret. *Iſtas*, quæ nequibant eſſe iſtæ, in augmentum gaudij reædificationis; quippe in eodem loco, quo pridem ſitæ, reædificandæ illuſtres civitates. Diximus *Tom.5.T.12.n.19.* & 20. ad illud Zachariæ, 12.6. *Habitabitur Ieruſalem rursùs in loco ſuo, in Ieruſalem.* Pro gloria inſigni habebant Priſci, etiam Ethnici, reædificationes fieri eiſdem in locis quò priùs urbes aut templa diruta. *Urbes hauſtas* (inquit Senec.7. de *Benef.* cap.31.) *ſæpius eodem ſolo condimus.* Cùm reficere vellet, ſeu potiùs ædificare denuò, Domitianus exuſtum Capitolium; *Ab eo contracti aruſpices, monuere: ut reliquiæ prioris delubri in paludes aveherentur: templum iiſdem veſtigijs ſiſteretur. Nolle Deos mutare veterem formam*: inquit Tacit.4.*Hiſtor.*cap.53. & Callimach. Hymn.in *Appollin.* v.15.

*Verba Dei nequaquàm irrita.*

Senec.

Tacit.

*Templum conditum ſupra antiqua fundamenta.*

Tam de Civitate Ieruſalem, quàm de templo in eodem ſitu loquitur Ioſeph. 11. *Antiq.* cap. 4. & *Eſdr.* 1. cap.2.68-5.16-6.7. Si hæc in reſtauratione gloria, *Revertere virgo Iſraël in civitates tuas iſtas*: igitur ædificabo te rursùs virgo Iſraël, & ædificaberis; & in eodem loco, quò priùs ſita in gaudium univerſæ terræ. *Plantandos eodem in loco* (inſit Sanctius, in *Ierem.*24.6. n.11.) *unde ſeptuageſimo ante anno fuerant evulſi.* Sic enim maior ex reſtauratione plauſus, & ædificij decor: nam ut canit Valer.Flacc.2.*Argonaut.*v.574.

Callimach. *Ieruſalem & templi gloria, quòd in eodem ſitu reædificata.*

Sanct.

Val. Flacc.

——*Troiæ melioris honores.*

25 Ita ergo pro firmitate ſententiæ, ac immutabilitate animi, utitur interdùm Scriptura activis & paſsivis vocibus eiuſdem ſignificationis. Interdùm affirmatione rei, & negatione contrariæ (quod quidem ſchema dicitur *Bebæoſis*) vel dum aliquid negatur & affirmatione negationis aſtruitur, uti ſæpe diximus & probavimus ex Sacris, Profaniſque AA. Hac enim regulâ proclivè exponitur noſtra Tautologia, & alia teſtimonia cognata. Ierem. 24.6. *Ædificabo eos & non deſtruam: Plantabo & non evellam.* Pſalm. 27. 5. *Deſtrues illos, & non ædificabis eos.* 2.Cor. 10. 8. & 13. 10. *In ædificationem & non in deſtructionem.* Sub metaphora plantationis & ædificij fit locutio de felicitate, aut calamitate hominum. Poteſt aliquid ædificari, ſed deſtrui: plantari, & poſt evelli. Plantaverat Deus popu-

*Bebæoſis.*

Ierem.24.6
Pſalm.27.5
2.Cor.10.8

lum

lum Israël (*Exod.* 15. 17.) & collocaverat quasi in firmissimo habitaculo, maximè extructo Sanctuario, quod firmaverunt manus eius. Quos plantaverat, evulsit: destruxit, quod ædificavit: & cùm decreverit cunctorum restaurationem, pro stabilitate decreti immutabilis; ait: *Rursùm ædificabo te, & ædificaberis.* Ædificavi, sed ædificium destruxi: non ultrà cùm reædificavero, destruam. Non ultrà avelleris: sed permanebis mirà claritate splendoris: luce splendidà fulgebis. Sub specie ædificationis sæpe destructiones fiunt. *Venerunt structores tui, destruentes te*: dixerat per Isaiam. 49. 17. Non ita erit: *Ædificabo & ædificaberis. Ædificabo & non destruam: plantabo & non evellam.* Promissio isthæc *in ædificationem, & non in destructionem.* Loquitur ad cor, & placita loquitur. Quos Deus aversatur, plantando diruit, ædificando evellit. Quare dum dicitur: *Destrues illos & non ædificabis eos*; idem est, ac nunquam restaurabis. In miserijs non subsistent, nec restituentur in pristinum statum. Iratus est, & misertus Israël. Ita David, Psalm. 59. 3. *Iratus es, & misertus es nobis.* Iratus, destruens quod ædificasti: misertus, erigens quæ destruxisti. Cæterùm aliter cum peccatoribus. *Destrues illos & non ædificabis eos.* Iacebunt (exposito testimonio per adverbium) omninò, prorsùm, semper, sine ulla aliquando vel erectionis spe. Per Bebæosim accipitur prima periodus pro *Non solùm*, secunda pro *Imò*: tuncque Tautologiæ sensus: Non solùm non extrues, sed destrues, imò nunquàm restaurabis. Haud aliter: *Mutabis eos, & mutabuntur.* Vide dicta, *Tom.* 4. *T.* 12. *n.* 10. Nos, ut dicis, ædificabis iterùm, & non avelles; siquidem firmiter accipies in gratiam tuam, reformando mœrentes, & restituendo in antiquas, vel ampliores felicitates: non verò peccatores, quos à statu fastoso mutasti; quoniam irritaverunt te Domine, & in amaritudinem coegerunt. *Mutabis eos & mutabuntur*, non restauratis, nec admissis in gratiam, quos semel expulisti & despexisti. Firmitas decreti promitur, ut patet in varietate lectionum. Syr. *Restaurabo te, & restauraberis.* Chald. *Confirmabo te, & confirmaberis.* Septuag. in illud Proverb. 8. 23. *Ab æterno ordinata sum*: legunt, *Fundavit me, & fundata sum.* Chald. *Præparavit, & præparata sum.* Ita quidem stabile Dei consilium, quod egregiè expressit Homer. 5. *Odyss.* v. 113.

*Affirmatio & negatio cõtrarij pro firmitate propositi.*

*Verbum pro adverbio.*

Psal. 101. 27.

Hebr. 1. 12.

Homer.

*Nullo modo fas est Iovis mentem*
*Neque prætergredi, neque irritam facere.*

26 Unde qui evulsi non ædificati, nec ædificandi, dicitur 3. Reg. 9. à v. 6. (patuitque exemplum in decem tribubus, ut ait Ioseph. 11. cap. 5. *Antiq.* miserante Domino Iuda & Ierusalem) *Si autem aversione aversi fueritis vos & filij vestri, auferam Israël de superficie terræ, quam dedi eis, & templum quod sanctificavi nomini meo, proijciam à conspectu meo; eritque Israël in proverbium & in fabulam cunctis populis.* Aversione averti, non solùm est averti, sed persistentia in aversione. Maluenda: *Si revertere revertimini vos de post me* (non vestigia mea sequentes) *omninò, prorsus.* Est clausum ostium, ne Solis radius ingrederetur in lumen: igitur stante Domino ad ostium, & pulsante; nec auris in auditum, nec motus in conversionem. Queritur & iurè de saxeo corde. *Nunquid* (ait per Ierem. 8. 4.) *qui cadit, non surgit? Qui aversus est non revertetur? Quare ergo aversus est populus iste aversione contentiosa?* Vel cognitione peccati, subigitur ratio, legum cunctarum proiecto iugo: & sine conversione converti volunt? *Non iustificabitur homo compositus Deo*: idest, cum Deo pugnans, ut ait hìc Gregor. Magn. *lib. 9. cap. 2.* Utitur-que acceptione Senec. de *Provid.* cap. 2. *Vir fortis cum mala fortuna compositus*, idest, pugnax. Dispergit, qui eum Deo non colligit. Aversi sunt & tentaverunt Deum. *Averterunt facies suas, & præbuerunt dorsum*: uti diximus suo loc. ita Deus vicem rependens minatur, Ierem. 18. 17. *Dorsum, & non faciem ostendam eis.* Minæ siccine fulminatæ in aversionem contentiosam (animi in criminibus connotantem permanentiam & pervicaciam) sed gratia lachrymis prompta. Unde nequaquàm nisi indulgentia per conversionem (cordis puncti pœnitudinem, qua moti qui destructo templo exules) redire cupiebant in patrios Lares. Verùm cum voluntate sua cadat, qui cadit, & non surgat vulneratus, qui voluerit, quia *Ipse se vulnerare potest, sanare non potest* (ut ait Bernard. de *Grat. & liber. arbitr.* cap. 7. August. serm. 5. de *Verb. Dom.* secund. Matth. & de *Bon. persever.* cap. 8.) nequeatque naturæ viribus fieri reconciliatio; dum Deus restaurationem promittit, respondet Israël: *Castigasti me & eruditus sum: converte me & convertar.* Non quærit medicum ut vulneret, sed cum à se vulneratus fuerit, medicum quærit ut sanet; quippe qui semper est bonus, ipse facit ex malo bonum. Eodem modo post ruinam Ierusalem, ut sub methaphora reversionis è Babylone, exprimeretur reversio in Numinis gratiam, animorum conversione; subditur: *Converte nos Domine ad te, & convertemur.*

Iob. 9. 2. Senec. 2. Paral. 29. 6.

*Fugit Dei gratia, ubi cordis in malo persistentia.*

Maluend.

August. *Homo per se potest cadere, non surgere.*

Ierem. 31. 18.

Orat. v. 21.

In

27 In superiorem gratiæ statum adducunt Scholastici DD. huiusmodi testimonia: inter quos grave certamen. In digladiato articulo possum dicere, quod Horatius 2. *Epist.* 2. à v.60.

*——— Et sale nigro*
*Tres mihi convivæ propè dissentire videntur,*
*Poscentes vario multum diversa palato,*
*Quid dem. Quid non dem. Renuis tu quod iubet alter:*
*Quod petis, id sanè est invisum, acidumque duobus.*
*Tristia robustis luctantur funera plaustris.* Horat.

Quid ergo agam? Agam munus, quo fungor Expositoris: non Scholastici, ut plaudar simul & ridear. Sanè inconcussum ex Sacr. pagin. sine Deo nos nihil posse facere, ad quod profectò necessarius est concursus prævius & simultaneus: prævius, quo excitamur, vel movemur in opus; quia Deus quæri & inveniri potest, sed non præveniri: simultaneus, ut omnia opera nostra operetur nobiscum. *Prævenit igitur* (ait Fulgent. 1. ad *Monim.* cap. 11.) *ut impius fiat iustus: subsequitur iustum, ne fiat impius. Prævenit cæcum, ut lumen quod non invenit, donec: subsequitur videntem, ut lumen quod contulit, servet. Prævenit elisum, ut surgat: subsequitur elevatum, ne cadat. Prævenit, donans homini bonam voluntatem: subsequitur benevalentem, operando in illo boni operis facultatem.* Nervose S. Prosper Aquitan. *Epigram.* 44. *Concursus Dei prævius & simultaneus in opus bonum.* Fulgent.

*Sed quia mens anceps patitur mala corporis ægri,*
*Quærere divinum cogimur auxilium.* Prosp.

Unde meditanter dicitur: *Ædificabo te, & ædificaberis.* Hebr. & Maluend. *Ædificaturus, ut ædificeris*; quippe minimè ædificatur homo, ni ut ædificetur, præveniat animum Deus. Necessarium utique in huiusmodi opus liberum arbitrium hominis: verùm gratia præveniente vel motum liberi arbitrij; ut statuit August. de *Grat. & liber. arbitr.* cap. 5. de quo plura infr. Maluend.

28 Priusquàm progrediamur, occurrit Antologia, necessariò concilianda in expeditiorem cursum. Per Zachar. dicit Dominus: *Convertimini ad me & convertar ad vos*: quod sanè videtur opponi testimonijs præf. Ierem. igitur videtur Deus, nostræ voluntatis conversionem præveniens, præveniri à nostra voluntate. Stabilitur intelligentia in concordiam à Trident. Synodo sess. 6. de *Iustific.* cap. 5. ubi: *Unde in Sacris literis cùm dicitur: Convertimini ad me, & ego convertar ad vos; libertatis nostræ admonemur. Cùm respondemus: Converte nos Domine ad te, & convertemur; Dei nos gratiâ præveniri, confitemur.* Totum ex August. loc. nuper cit. *Unum horum videtur* (inquit) *nostræ voluntatis, ideſt, ut convertamur ad Deum: alterum verò ipsius gratiæ, ideſt, ut etiam ipse convertatur ad nos.* Non secundum merita nostra, ut intendebat Pelagius: aliàs gratia, iam non gratia: & neutiquàm *ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit. Tit.* 3.5. Taxat Pelagianorum phantasiam Prosper, de *Ingrat.* à v.850. Zach. 1.3. Conc. Trid. August. *Non ex operibus iustificamur.*

*Si tamen hæc propria virtute capescere quenquam*
*Posse putant, sit ve ut dignus labor iste iuvari,*
*Ingenium meruisse aiunt bona vera petentis:*
*Crescere quo cæpiunt, minuuntur proficiendo:*
*Deficiunt, surgendo cadunt: currendo recedunt.*
*Unde etenim vani frustrà splendescere quærunt,*
*Inde obscurantur, quoniam sua (laudis amore)*
*Non quæ sunt Christi quærunt; ne sit Deus illis*
*Principium, & capiti non dant in corpore regnum.* Prosp. Aq.

Haud aliter homo compositus Deo, qui compositione nequaquàm iustificatur. *Homo non compositus* (ait Greg. Magn. ubi *n.*26.) *iustitiam percipit, compositus amittit; quia quisquis se auctori bonorum comparat, bono se quod acceperat, privat.* Greg. Mag.

29 Possumus etiam dicere ad Antilogiam, illos iam esse conversos, sed non ex animo, aut omninò: propterea apud Ioël 2.12. *Nunc dicit Dominus: Convertimini ad me in toto corde vestro.* Ita cap. *Convertimini*, de pœnitent. dist. 1. Conversio vera, non erat scindere vestimenta, sed corda; & relicto penitùs crimine, ad Deum toto corde converti, nec cùm ad eum ambularent, reverti retrorsùm. Totum enim cor est directio etiam cogitationum, quia Hebræi rebelles crimina cogitata non computabant crimina. In hos Christus Matth. 5. 44. *Ego dico vobis*, &c. v. 28. *Iam mœchatus in corde*; uti notat Hieronym. hìc. Quid, ubi vel Ethnici notant? Senec. de *Constant. sapient.* cap. 7. *Omnia scelera* Ioel. 2.12. *Crimina sit crimina cogitata.* Senec.

Ælian. *ra etiam ante effectum operis, quantum culpæ ſatis eſt, perfecta ſunt.* Ælian. 14. *Var. hiſtor.* cap. 28. *Non enim ſolùm* (inquit) *qui iniuriam infert, malus eſt; verùm etiam qui iniuriam inferre in animum inducit.* Denique Iuvenal. *Satyr.* 13. v. 208.

Iuvenal.

*Has patitur pœnas peccandi ſola voluntas:*
*Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat ullum,*
*Facti crimen habet.*

Alibi dicemus alia. Conſtat, quid ſit cor perfectum, totum cor, illoque quærere Dominum: qui profectò vocat converſionem converſionem perfectam, ad quam ille excitat, ut poſsit conferre gratiam. Hinc *Convertimini ad me, & convertar ad vos*; eſt, q. d. cognitione peccati, & contritione (quæ quidem licèt remiſsionem præcedant & cauſaliter, à gratia ſunt) coöperamini auxilio excitanti vos, vel movemini in criminis averſionem. Dedi auxilia, ut converteremini: convertimini, ut vobis concedam gratiam iuſtificantem. Converſio per quam homo devius præparatur ad gratiam, eſt operatio Dei, animam convertentis; ut fiat motus voluntatis in Deum gratiâ iuſtificante, quæ eſt meritum beatitudinis ad totam converſionem in Deum per dilectionem perfectam in gloria. Ita D. Thom. 1. p. q. 62. art. 2. ad 3. & ideo apud Ierem. 15. 19. dicit Dominus: *Si converteris, convertam te.* Modò accipiatur ly *Si*, pro particula conditionali, connotante liberum arbitrium in conſenſum vel diſſenſum (de quo fusè diſputat Henric. Cerf. *Controv.* ſpecial. de *Liber. arbitr.*) ſenſus eſt: Modò convertamini, favebo vos: aliter nequaquàm. Converſio Dei in nos, dicitur favor & protectio eius. Zachar. 1. 16. *Revertar ad Ieruſalem in miſericordia.* Pſalm. 6. 5. *Convertere Domine, & eripe animam.* 70. 21. *Converſus conſolatus es me.* Idem 84. 7. Iſai. 63. 17. *Convertere propter ſervos tuos*: & Cant. 7. 10. *Ego dilecto meo, & ad me converſio eius.* Patet per converſionem Dei eius gratiam indicari, ac favorem, quem promittit rectis corde; quippe cor multorum vel redeuntium in patriam non erat rectum cum eo. *Ergo audi dicentem* (inſit Auguſtin. de *Verb. Dom.* ſecund. Ioan. ſerm. 55. & homil. 34. inter 50.) *Convertimini ad me & ego convertar ad vos. Non enim Deus avertitur & convertitur. Averſus eſt, quia tu te avertiſti. Tu ab illo feciſti caſum, non ipſe à te fecit occaſum. Convertimini ad me, & ego convertar ad vos: hoc eſt enim quod convertar ad vos, quia convertimini ad me. Fugientis dorſa perſequitur, qui faciem redeuntis illuminat. Quò enim fugies à Deo? Fugiens, quò fugies? Qui converſum liberat, punit averſum.*

*Sine reſipiſcentia, nulla converſio.*

Ierem. 15. 19.

*Converſio pro favore & auxilio.*

Auguſt.

30 Etiam converſionem (ad quam Deus dicitur convertendus) poſſumus interpretari perſeverantiam in converſione; ſeu primæ converſionis continuationem, qua Dei patrocinium perſiſtat, ne relinquentes relinquat. Nec novum eſt in Scriptura rei continuationem & augmentum rem ipſam dicere. *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & ſanctus ſanctificetur adhuc.* Apocal. 22. 11. Ubi ut claret, perſeverantia, continuatio, & augmentum iuſtitiæ dicitur iuſtificatio, quaſi eſſet infuſio gratiæ prima & nova. Sic illud Act. 13. 33. *Reſuſcitans Ieſum, ſcriptum eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Claruit à Deo genitus, quia tunc maieſtate notus. Ioann. 12. 23. *Venit hora, ut clarificetur filius hominis.* v. 28. *Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cœlo: & clarificavi, & iterùm clarificabo.* Sic ſæpe alibi apud eumdem. Non quia Salvator N. eſſet obſcurus, tunc dicitur clarificatus; ſed quia tunc clarior fiebat & noteſcebat glorioſior. Idem dum dicit, Matth. 28. 18. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.* Cùm feciſſet Chriſtus miraculum in Cana Galileæ, dicitur: *Crediderunt in eum diſcipuli eius.* Ioann. 2. 11. Haud tunc illorum iudicare debemus fidem primam; ſed auctiorem, quia miraculo ſuam Chriſtus manifeſtavit gloriam. *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.* Geneſ. 15. 6. Firmiorem fidem ſignavit, non primò tunc credidit; quippe pridem fide è Chaldæorum terra atque erroribus exivit. Hebr. 11. 8. Eodem ſenſu dicunt diſcipuli poſt cœnam: *Nunc ſcimus quia ſcis omnia: in hoc credimus, quia à Deo exiſti.* Ioann. 16. 30. Vide alia, *Tom. 3. T. 11. n. 29.* Non ſecùs in præſenti teſtimonio, *Convertimini ad me & convertar ad vos*; Non prima ſignatur converſio populi, quam ſine dubio prævenit auxilium divinum pro iuſtificatione, quæ dicitur converſio Dei; ſed continuatio converſionis, ut in ipſis iam converſis & iuſtificatis gratia permaneret: igitur præut illi ſtarent, ſtaret Dei patrocinium; à cuius gratia etiam gratiæ permanentia. *Voluntate Dei ſtat qui ſtat* (inquit Auguſt. de *Bon. perſev.* c. 8.) *potens eſt Deus ſtatuere illum: non ergo ille ſeipſum, ſed Deus.* Fulgent. loc. cit. *n. 27. Hoc igitur* (inſit) *iſta miſericordia Dei in homine ſubſequitur, quod præveniens ipſa largitur: & ideo non ſolùm errantem iuſtificando ad viam revocat; ſed etiam benè ambulantem cuſtodit & adiuvat.* Convertitur Deus profectò ad converſos, ut *qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.*

*Pro permanentia converſionis.*

*Continuatio operationū novæ dicūtur operationes.*

Auguſt.

1. Cor. 10. 12.

Mo-

31 Modò in Tautologiam Ieremiæ : *Ædificabo te & ædificaberis*, Quo videtur nullo modo spectari liberum arbitrium hominis : igitur infallibiliter seu efficaciter notatur effectus ex prædeterminatione Dei in eius ædificium. Dixi suprà nolle mittere falcem in messem alienam ab instituto, & munus meum esse Expositoris in veritatem, nequaquàm in veritatis disputationem. *Quid igitur agit liberum arbitrium?* (Bernard. de *Grat. & lib. arbitr.* cap. 1.) *Salvatur. Tolle liberum arbitrium : non erit quod salvetur. Tolle gratiam: non erit unde salvetur. Opus hoc sine duobus effici non potest : uno, à quo fit; altero, cui vel in quo fit. Deus auctor est salutis, liberum arbitrium tantùm capax. Nec dare illam, ni si Deus; nec capere valet nisi liberum arbitrium. Quod ergo á solo Deo, & soli datur libero arbitrio, tam absque consensu esse non potest accipientis, quàm absque gratia dantis.* Totum meritum, imò totum opus in meritum, consensus est voluntatis : at nec ipse consensus, in quo meritum, ab ipsa est, quippe sufficientia ex Deo. Operatur Deus & bonum cogitare, & velle, & perficere pro bona voluntate eius, ideſt, beneplaciti. Primum est sine nobis : velle, nobiscum : perficere, per nos facit. Immittendo igitur bonam cogitationem, excitando nos prævenit : immutando malam voluntatem, nos sibi per consensum iungit : ministrando & consensui facultatem, opus per nos sapientissimè perficit. Ab ipso indubitanter nostræ salutis exordium; quia neminem salvat, quem non præveniat : sed præventio nec per nos utique, nec nobiscum : verùm consensus & opus, etsi non ex nobis, non tamen sine nobis. *Ipse Deus cum eis.* Apocal. 21. 3. & Paulus, 1. Cor. 15. 10. *Gratia Dei sum id quod sum : & gratia eius in me vacua non fuit; sed abundantius laboravi : non ego autem* (ideſt, *non solus*) *sed gratia Dei mecum.* Floridè Bernard. d. *cap.* 14. *Cavendum ergo ne aut nostræ voluntati attribuamus, quæ infirma est, aut Dei necessitati, quæ nulla est; sed soli gratiæ, qua plenus est. Ipsa liberum excitat arbitrium, cùm seminat cogitatum : sanat, cùm immutat affectum : roborat, ut perducat ad actum : servat, ne sentiat defectum. Sic autem ista cum libero arbitrio operatur, ut tantùm illud in primo præveniat : in cæteris comitetur. Ita tamen quod à sola gratia cœptum est, pariter ab utroque perficitur. Non partim gratia, partim liberum arbitrium; sed totum singula opere individuo peragunt. Totum quidem hoc & totum illa: sed ut totum in illo, sic totum ex illa.* Clarissimus radius in expositionem Tautologiæ.

Bernard.

*Ordo gratiæ & liberi arbitrij in meritum.*

Idem.

32 Sub metaphora ædificij objicitur collatio gratiæ, sine qua ædificium animæ omninò dirutum, quoniam quæ Deus perfecit, crimina destruxerunt. Gratiâ enim fit, ut ædificentur muri Ierusalem, igitur qui vocati & iustificati coædificantur, tanquàm lapides vivi in domum spiritalem. Sine Deo quodlibet ædificium in pulvere dormit : & cùm ab illo totum bonum, dicit in erectionem : *Ædificabo te, & ædificaberis.* Non ædificaberis velis nolis : voles ædificari & ædificaberis. *Ædificabo te*, quia sine me, quantunvis volueris, nequibis ædificari. *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Rom. 9. 16. *Ædificaberis*, quia ædificationi consentiens, & consentiendo perficies. Præventio in ædificium sine te, tota à me : ædificium à me tecum : perfectio ædificij, tui, tibi, in te, tecum & mecum. Totum in libero arbitrio, totum in gratiæ; sed non seorsùm, nec vicissim, sed unà : ita ut sicut totum à gratiæ virtute, ita totum sit in homine & ab homine, consentiente voluntate. Ita ædificium animæ & formatur & perficitur. Præventio, motio, excitamen, sine illa : velle, cum illa; perficere cum illa & in illa. Liberum sine illo, præveniendo Deus excitavit arbitrium : voluntas consentiendo, immutavit affectum; & coöperatione perfectè totum ædificium perductum in actum. Appositè Mellifluus Doctor, super *Missus est*, Homil. 4. n. 11. *Sic pius Dominus, qui omnes homines vult salvos fieri, merita nobis extorquet á nobis: & dum nos prævenit tribuendo, quod retribuat; gratias agit, ne gratias tribuat.* Si Ierusalem ædificatur ut civitas, in cuius structuram huiusmodi conditiones; *Ædificabo te, & ædificaberis. Ædificabo & non destruam. Ædificans ædificabo.* Quicquid ita gesseris, erit *in ædificationem & non in destructionem.*

*Quomodò voluntatis humanæ & gratiæ Dei coöperatio.*

Bernard.

33 Verùm quomodò sine violentia trahitur, sine coäctione ducitur, ut velit; cùm homo possit resistere? Quomodò ultrò progreditur, si trahitur? Quomodò trahitur, si intrare compellitur? Nemo salvatur invitus. Semper liberum arbitrium: & ubi liberum consilium, liberum sanè complacitum, quia beneplacitum. At hoc, *Tom. ult. l.* 4. ad illud Pauli : *Creatura liberabitur á servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Respondet Bernard. quò n. 31. *cap.* 11. *Benignus Pater nullum tamen iudicat salute dignum, quem antè non probaverit voluntarium.* Resistentia ex parte creaturæ, sive non consentiendo, sive repugnando, sive non sequendo, sive in aliud transeundo, sive contrà agendo, sive discessu, sive non usu inclinationis (de quibus modis Angel. Magist. 4. *Contr. Gentes*, cap.

Luc. 14. 23.

Bernard.

*Modi resistendi Dei voluntati.*

cap. 70. *De Malo*, q. 6. a. 1. ad 15. in 2. *dist.* 28. a. 2. ad 4. 1. p. q. 62. a. 3. ad 2. & q. 111. a. 2. in O 1. 2. q. 106. a. 2. ad 2. alijsque locis) patet ex sacr. Pag. Christus, Matth. 23. 38. *Ierusalem, Ierusalem, quoties volui congregare filios tuos; & noluisti?* Isai. 42. 24. *Noluerunt.* Ierem. 5. 3. *Induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti.* 7. 13. *Vocavi, & non respondistis.* 15. 18. *Renuit curari.* Sic alia, quæ Stephanus comprehendit, dicens: *Durá cervice, & incircuncisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui-Sancto resistitis.* Act. 7. 51. Prosper. in *Periachariſt.* v. 358. accinit:

S. Prosp.

*At bonitas divina quidem non destitit omnes*
*Velle vocare homines: sed non simul apta fuerunt*
*Corda quibus possint conferri dona salutis,*
*Dum morum obsistit feritas truculenta magistris:*
*Ut quoniam lucem offerri voluisset, & ipsis*
*Demonstrare Deus; sua quemque adversa voluntas*
*Arguat, & culpa obstringat.*

Esth. 13. 9.

34 Nec urget quod dicitur à Mardochæo: *Domine Rex omnipotens, non est qui possit tuæ resistere voluntati, si decreveris salvare Israël*: igitur haudquaquam quia voluntas non possit, resistere; sed quia resistentia non erit impunis. *Quis restitit ei & pacem habuit?* Iob. 9. 4. Fortis est robore. *Quis resistet tibi? Ex tunc ira tua.* Grave utique incommodum ex reluctantia, quia durum summè, contra stimulum calcitrare. Patet in dæmonibus & damnatis, qui renuunt puniri, & puniuntur; quippe resistentiâ nihil possunt. Iccircò non dicit: *Non est qui resistat*, sed *qui possit tuæ resistere voluntati*, ita ut resistentia prævaleat; quippe in eius ditione universa sunt posita, & omnia quæcunque voluit fecit in cœlo & in terra. Signata ab Ethnicis divina potestas catenâ illa aureâ, à qua suspensi Dij, Deæque quin possint confringere, nec movere, uti subordinati supremo potenti Numini. Homer. 8. *Iliad.* à v. 6. Marc. Senec. Controv. 2. infit: *Voluerunt Dij immortales vires suas ostendere, ut appareret, quòd nulla vis humana divinis resisteret.* Callimach. ubi supr. v. 25. *Quis resistit Dijs beatis? Malum est, reluctari.* & Virgil. 6. Æneid. vers. 117.

Pſal. 75. 8.

*Quo pacto resistendo, nemo potest Dei resistere voluntati?*

M. Senec.

Virgil.

*Potes namque omnia.*

Loquitur Mardochæus non de velle, sed de posse: Deusque semper poterit in decreta, etiam si quis voluerit resistere repugnantiâ. Multa sanè fiunt contra voluntatem Dei à malis, ut notat August. 22. *Civ.* cap. 1. idest, contra complacentiam, quippe displicet malum; sed nequaquàm contra propositum gratiæ suæ. *Nolentem prævenit ut velit: volentem subsequitur ne frustrá velit*: ait idem *Enchirid.* cap. 32. Velle naturæ est, velle bonum à gratia.

August.

S. Prosp.

*——Frustrá iuvisse velit, nisi præferat ille*
*Affectum, cuius comitetur gratia cursum.*

35 Astruit huiusmodi potentiam Augustin. ibid. *cap. 97. Apostolus verissimè dixit, quia omnes homines vult salvos fieri. Cùm enim non omnes, sed multò plures non fiunt salvi, videtur utique, non fieri quod Deus vult fieri; humanâ scilicèt voluntate impediente voluntatem Dei. Quando enim quæritur causa, cur non omnes salvi fiant; responderi solet, quia hoc ipsi nolunt.* Metricè Prosper. d. à v. 382.

1. Tim. 2. 4. August.

*——Iam pande, quid hoc sit,*
*Quòd bonus omnipotensque Deus non omnia subdit*
*Corda sibi, pariterque omnes iubet esse fideles?*
*Nam si nemo usquàm est, quem non velit esse redemptum;*
*Haud dubiè impletur quicquid vult summa potestas.*
*Non omnes autem salvantur: magnaque pars est,*
*Quæ sedet in tenebris mortis, nec vivificatur.*
*An varij motus animorum talia gignunt,*
*Libertasque facit causam non omnibus unam?*
*——In nostro cognosces tempore multa*
*Quæ doceant virtute Dei conversa malorum*
*Corda, quibus recti nihil unquàm insederat, & quæ*
*Nullum iustitiæ signum, sensumque gerebant.*

S. Prosp.

*Unde hominis indurati?*

*Ubi est illa omnipotentia, qua in cœlo & in terra* (infit August.) *omnia quæcunque voluit fecit; si colligere filios Ierusalem voluit & non fecit? Collegit ipse quos voluit. Quis porrò tam impiè desipiat, ut dicat, Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, in bonum non posse convertere? Cùm facit, per misericordiam facit:*

August.

*sit: cùm autem non facit, per iudicium non facit. Cuius vult, miseretur, & quem vult, indurat.* Hoc est, subtrahit auxilia gratiæ, queis possit illuminari, & sine quibus induratur, sordescens adhuc qui in sordibus est, ut destruatur & non ædificetur. Vid. Alap. ad *Rom.* 9. 18. & quæ diximus; *Tom.* 3. *T.* 14. n. 21.

36 At explicandum, quomodò si voluntas nostra necessaria in ædificium; Deus qui ædificare decrevit, ut ædificetur, nolentem, prævenit, ut velit? Facillime: illuminando. Quid enim fortius desiderat anima, quàm veritatem? Voluntas inhæret bono, sicut veritati ratio: & cùm gratiâ Dei pateat, quod anima peccato uti cæca non cognoverat; per veritatis lucem, detestatur voluntas, quem amaverat errorem. Peccato quodammodò captiva voluntatis libertas: gratiâ Dei effulget libertas consilij, & quæcunque Dei animæ libertati complacita. Tunc enim trahitur, voluntate trahitur, imò voluptate; quippe videtur lumen pridem absconditum, & gustatur dulce super mel & favum.

*Quomodò Deus sine violentia, nolentem facit quòd velit?*

*——Illæso corde manemus:*
*Libertate agimus: sed libertate redemptâ;*
*Cui Deus est rector, summoque ex lumine lumen;*
*Vita, salus, virtus, sapientia: gratia Christi est,*
*Qua currit, gaudet, tolerat, cavet, eligit, instat,*
*Credit, sperat, amat, mundatur, iustificatur.*

S. Prosp.

Accinit Prosper. d. à v. 1046. & Severin. Boëtius, 3. de *Consol. Philosoph.* Metr. 9. v. 20. aliò: *Animas,*

*——Quas lege benignâ*
*Ad te conversas reduci facis igne reverti.*

Boët.

37 Lucet perspicuò, summèque in Doctoris Gentium conversione. Unde ut ait Euripid. in *Alcest.* v. 1030. *Ex rebus insperatis gratia Deorum hominibus maior apparet.* Hanc conversionem mirabiliorem cunctis signat D. Thom. 1. 2. *q.* 112. *art.* 2. *ad* 2. quia subitò, cùm esset in progressu peccati, perfectè motum est cor eius à Deo. *Ut autem de cœlo vocaretur, & tam magnâ & efficacissimâ vocatione converteretur; gratia Dei erat sola, quia merita eius erant magna, sed mala*: ait Augustin. de *Grat. & liber. arbitr.* cap. 5. Potest homo resistere, & peccatis obcæcatur, quorum pondere præcipitatus libero arbitrio arctatur & premitur, ne videat lumen surgentis Auroræ, auxilij excitantis vel moventis; quia si ad Deum accedentes illuminantur, minimé illuminantur, qui recedunt, & lucem tenebris demeritorum fugiunt. At cùm Deus misereatur, cuius miseretur, & misereatur cuius vult, in bonum convertens malas hominum voluntates, quas, quando, & ubi voluerit, quin libero arbitrio opponatur (quia, ut ait S. Prosper, lib. 2. de *vocat. Gent.* cap. 28. *Ad obediendum sibi, ipsum velle sic donat; ut mutabilitatem, qua potest nolle, non auferat*) illuminat mentem, cuius illustratione, à peccatore fit, quod Deus vult fieri, & quomodò & quando vult, nolentem, præveniendo ut velit, & volentem subsequendo, ne frustrà velit. Mutat Deus cor Pauli infusione suavitatis, ac luce veritatis infallibilis, qua libero gaudens consilio, iudicio recto, gavisus etiam complacito. Cognovit, quod ignorans non cognoverat, segregans se à propria voluntate, cuius anteactæ volitiones iam odiosæ, utpotè segregatrices voluntatis à bono incorruptibili, summo: cùmque ratio quiescat veritate, & gratiâ Dei invenerit; gaudio gaudet: & trahitur liberè impetu, motuque dulcissimis; ita ut gravaretur separata ab hoccine bono cognito: haud quia non possit longissimè abire, & fugere resistendo cognitioni, quod profectò faceret, si vellet: sed non vult facere, nec velle vult; quia, ut infit Bernard. d. *cap.* 6. *Non tantùm velle adiacet ex libero arbitrio, sed ex reliquis quoque duobus invenit & perficere: dum nec velle valeat quod malum sit, nec eo carere quod velit; quorum alterum est ex libertate consilij, ideſt, verum sapere: alterum ex libertate complaciti, scilicèt plenum posse.* Prosper, quò dudùm, v. 408.

Euripid. *Conversio Pauli unde mirabilis?* Augustin.

S. Prosp.

*Cur bonum ita tenaciter apprehendit?*

Bernard.

*——Mutans intùs mentem, atque reformans,*
*Vasque novum ex fracto fingens, virtute creandi.*

S. Prosp.

38 Hinc elucet, cur dictum, ut vidimus, *num.* 34. *Non est, qui possit tuæ resistere voluntati*: & Iudith. 16. *Non est, qui resistat voci tuæ.* Nemo voluptati resistit, maximè dum vita in voluptate eius; quippe voluntas naturaliter tendit in rationale placitum, uti in bonum & honestum, ex cuius possessione resultat gaudium. Quandiù abfuit præ iniquitate liberum iudicium, abfuit etiam liberum complacitum, quoniam velle voluntas prava nequibat, quæ cæca non cognoscebat. Gratia Dei illuminavit tenebras, quoniam sic fuit Dei voluntas: humanaque liberè amplectitur & ambit, cui pridem restitit, quoniam radijs gratiæ errorem in resistentia cognoscit. Ita Magdalene, ut cognovit, pœnitens lachryma-

Esth. 13. 9. Iudith. 16. 17.

*Illuminatur qui à peccato convertitur.*

Ierem. 31. 19. ri cœpit. Ita Ephraim dicit: *Postquàm convertisti me, egi pœnitentiam: & postquàm ostendisti mihi* (Hebr. *Cognoscere me, fecisti*) *percussi femur meum.* Vel apud Ethniços eiusmodi cogitationis reflexio. Euripid. in *Supplic.* à v. 731. succinit.

Euripid.
*Nunc videns hanc insperatam diem,*
*Iudico Deos esse, & calamitates meas*
*Esse minores, cùm Dij immiserint pœnas:*
*O Iupiter, quidnam miseros homines*
*Dicunt sapere? Ex te enim pendemus:*
*Et talia facimus, quæcunque tu vis.*

39 Ideo non est, qui divinæ possit resistere voluntati, quia non potest resistere dum assentit: & Dei gratia ita mentem illustrat, ut veritati, errore cognito, assentiat. Senec. (ait Senec. de *Const. Sap.* cap. 7.) *Quædam eius conditionis sunt, & hac vice copulantur; ut alterum sine altero esse non possit. Possum pedes movere, ut non curram: currere non possum, quin pedes moveam. Possum, quanvis in aqua sim, non natare: si nato, non possum in aqua non esse.* Scholastici, ni fallor, dicunt sensum compositum & sensum divisum: & potentiam consequentem, aut antecedentem: egimus, *Tom. 3. T. 14. n. 21.* Voluntas vult quod placet, renuit quod displicet. Gratia nolentem prævenit ut velit, & liberè velit: nemoque est, qui resistat voci, nec divinæ voluntati; quoniam nequit esse resistentia complaciti, ex iudicij illustratione: tuncque animæ illuminatæ nihil magis placet, quam gratia Dei, cognitum huiusmodi bonum, uti unicum, omnia continens bona, & omnimodò. Ita enim intelligendum illud Augustin. de *Corrept. & grat.* cap. 14. Augustin. *Magis habet in potestate voluntates hominum, quàm ipsi suas.* An quia cùm vult, intùs agit, corda tenet, corda movet, sine dubio habens humanorum cordium, quò placet inclinandorum omnipotentissimam potestatem? Utique: verùm: quomodò? Libertatem ut velint, & nolint, si voluerint, relinquendo; & mentem gratiâ desuper illuminando, qua licet voluntas resistere possit, non vult ex gratia nisi assentiri. Voluntas humana est: quæ in bonum magis a Deo, quàm ab homine habetur; quoniam sufficientia non ab illo, quasi ex illo, sed ex Deo: qui quidem cùm misereatur, cuius miseretur, & quem vult, induret (*Miseretur, bonum tribuens: obdurat, digna retribuens*: ait idem de *Prædestin. Sanctor.* cap. 8. & D. Thom. 1. 2. q. 79. art. 3. *Subtractio gratiæ, ex qua sequitur, quòd mens divinitùs non illuminetur, ad rectè videndum; & cor hominis non emolliatur, ad rectè vivendum.*) hunc deserit in peccato, quod misit tenebras & obscuravit: & illum perducit in rectum, illuminando abscondita tenebrarum; quippe illuxit in corde ad illuminationem scientiæ claritatis, cuius radio voluntas humana assentitur liberè; invento bono: sicque homo in propria potestate habet voluntatem, quippe liberè vult; & hæc voluntas est in potestate Dei, quia vel nolentem illuminat, ut liberè velit. *Quid adhuc quæritur? Voluntati enim eius quis resistit?* inquit Paulus. Rom. 9. 19. Roborat Ieremias, Domino dicens: *Fortior me fuisti, & invaluisti.* Reluctantem munus propheticum (propter operis difficultatem) me suscipere voluisti; & volens, libens, quia tu illustrasti, suscepi. Ierem. 20. 7

*Unde impense amat, quod cordi tùi oderat?* Idem. D. Thom. *Quomodò voluntas humana in Dei simul & hominis potestate?*

40 In Tautologias aperta est via. Nequaquàm converteretur Israël, ni Deus converteret: ideo dicit, *Converte me, & convertar.* Cap. 31. 18.

S. Prosp.
*Nam meritum ad mortem subeundam, sufficit unum:*
*Ad vitam, nisi quod donarit gratia, nullum.*

Subdit Prosper, *v.* 836. Assentiente voluntate, & gratiâ illuminatrice, Deus ædificabit Israël, & hic sine dubio ædificabitur. Ædificans Ierusalem Dominus, dispersionis Israëlis congregabit. Non est qui divinæ possit resistere voluntati, si decrevit salvare Israël. Vers. 4. *Ædificabo*, ait Dominus, *& ædificaberis*: dicitque *Rursum*; quoniam per idololatriam dispersi erant lapides Sanctuarij. Verùm virgo Israël quæ per velle malum iurè perdidit posse bonum; a gratia, per posse bonum superare poterit velle malum; equidem habebit verum sapere, & posse perficere; ut ad gratiam per gratiam rationale ædificium restituatur. Rursùm ædificabitur, igitur Deus decrevit ædificare. Quantumlibèt prævaricatrix, recedens, malitiæ tenax, cuius cor incredulum, & exasperans; nolentem gratia præveniet, ut velit, quæ Deus voluerit, licèt recedere possit: volitaque etiam assensu, operatione perficiet; permanente ædificij firmitate, voluntate permanente in dilectione: quin destruat Deus quod in illa sine illa & cum illa ædificaverit; quia veritatem sequetur, ex quo errorem proprij velle cognoverit, corde (quod pravum) iuxta cor Dei, gratiâ pravos præveniente, qui convertuntur ad cor. Sic enim cœlitùs ædificantur, & impij ad Deum convertentur, sequente & præveniente eius gratia, sine qua merita nulla. Luculenter Arator 2. in *Act. Apostol.* à v. 376. *Dei gratiæ quanta bona!* *Eius officia.*

Quid

*——Quid enim reá fauce parentum*
*Progenies ſibi iure petat, Sator ille benignus*
*Ni donare velit, quicquid temerarius error*
*Corrupto natali tulit? Via ſola ſalutis* Aratòr.
*Affectus parcentis erit: miſeratio ſemper*
*Conditione caret præſtans indebita Chriſtus.*

41 Fortiorem ſe Deum expertus eſt Ieremias: & reſtat inveſtigandum, cur dum expertus fortiorem? præmiſit: *Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum.* Numen quod ſeduci, ſeducere nequit; quippe nec fallere poteſt nec falli. Lyranus ingeniosé abertat, longe trahens argumentum Ieremiæ pro comprobatione veritatis; dum à Principibus vocabatur nomine infami ridiculi ſeductoris: q. d. Si ſeductus loquor, à Domino ſum ſeductus; quia ab illo audij, quæque vobis, urbique prædixi: profectò veritas eſt, eritque ſanè; ſiquidem Deus nequit ſeducere. Dixi ingenioſum ratiocinium, ſed patet importunum & violentum. Idem dicit cap. 4. Propheta: *Heu, heu heu Domine Deus: ergóne decepiſti populum iſtum?* Abſit omninò etiam cogitatio. Quid ergo? *Deridetur Ieremias, eó quód æſtiment illum univerſa mentitum; & cuncta quæ prædixerit eſſe ventura, mendacia fuerint* (inquit Gloſſ. hìc ex Hieronym. in *cap.* 20. 7.) *Propheta enim ſtatim putaverat futurum, quod Dominus minabatur; & populus æſtimabat, nequaquàm ultrá venturum, quod ſtatim non venerat.* Unde à Domino quèritur deceptus, quia non revelaverat tempora, queis adimplerentur prædicta: quæ quidem cùm ſtatim non venirent; Prophetam non prophetam cogitarunt, ſed mendacem. *Quia citò non profertur contra malos ſententia, abſque timore ullo filij hominum perpetrant mala*: Eccle. 8. 11. & cùm mala illos apprehendunt, præ anguſtia ſpiritus gementes, de vatibus dicunt: *Hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperij: nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam.* Sapient. 5. à v. 3. Dum Ieremias quèritur de ſeductione Domini, non cogitat à Domino ſeduci poſſe; ſed exprimit in rebus effectum contrarium eius cogitationi, & modo loquendi vulgari, quaſi à Domino ſeductus fuiſſet. Sicut cùm amicus ſciens amico futuram calamitatem, non monens ut caveat, dicitur deceptor (quia quicquid deceptor faceret, ſilentio fecit) ita cùm Deus non revelaſſet Ieremiæ, quæ ſciebat, deceptus à propria cogitatione, ſeductus dicitur à Deo amico; quia illum haud monuit de calamitate futurâ. *Sicut ſi aliquis non daret manum cadenti, diceretur cauſa caſus illius*: inquit D. Thom. de *Malo*, quæſt. 3. art. 1. ad 1. de quo infr. *à num.* 51.

Ierem. 20. 7. *Prima expoſit.* Cap. 4. 10. *Secunda.* Hieron. *Quo modo Deus ſeducere dicitur?* *Tertia expoſit.* D. Thom.

42 In Scriptura interdùm dicitur ab hominibus, imò à Deo fieri, quod fieri permittit. Iſai. 63. 17. *Quare errare nos feciſti Domine de vijs tuis: induraſti cor noſtrum ne timeremus te?* Pſalm. 72. 18. *Propter dolos poſuiſti eis: dejeciſti &c.* 80. 13. *Dimiſit eos ſecundum deſideria cordis eorum.* Rom. 1. 18. *Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum.* Exod. 9. 12. *Induravit Dominus cor Pharaònis.* Ezech. 14. 9. *Ego Dominus decepi Prophetam illum.* 3. Reg. 22. 20. *Ait Dominus: Quis decipiet Achab?* Idem Iſai. 6. 10- 19. 14-29. 10. alibique paſsim, ſed potiſsimè, Rom. 9. 15. 18. ubi uti vidimus: *Miſerebor, cuius miſereor. Ergo cuius vult miſeretur: & quem vult, indurat.* Cuncta exponuntur à D. Thom. loc. cit. *Deus dicitur tradere aliquos in reprobum ſenſum, vel inclinare voluntates in malum; non quidem agendo, vel movendo, ſed potiùs deſerendo, vel non impediendo; ſicut ſi aliquis non daret manum cadenti, diceretur cauſa caſus illius.* Idem *Opuſc.* 7. in 6. petit. Orat. Dominic. Permiſsivè enim à Deo cuncta relata: dicunturque ab illo facta, quaſi intentionaliter intenta. Directè ab illo bonum, & indirectè vel occaſionaliter malum. Unde Angel. Doctor, 1. 2. q. 79. art. 3. in corp. ſubdit: *Deus autem proprio iudicio lumen gratiæ non immittit illis, in quibus obſtaculum invenit. Unde cauſa ſubſtractionis eſt non ſolúm ille, qui ponit obſtaculum gratiæ; ſed etiam Deus, qui ſuo iudicio gratiam non apponit: & per hunc modum Deus eſt cauſa obcæcationis.* Homo tunc propriè & poſitivè ſe indurat: indirectè & negativè induratur à Deo: igitur cùm in manu Dei eſſet vel extendere manum, ne ſequeretur lapſus, vel compeſcere ab offendiculo; dimiſit eum ſecundum deſideria cordis, ut ſeductus dederetur inimicis. Ita Deus ut figulos ex eadem luti maſſa formare dicitur vaſa in gloriam, atque vaſa in contumeliam: alia ſic, alia verò ſic. Miſeretur cuius miſeretur, quia miſeretur: quem vult indurat, quia non miſeretur; ſed relinquit in propria duritie in pœnam peccati. *Cuius miſeretur* gratuita iuſtificatione, quia miſerentis eſt Dei, miſerentis, cuius vult; facit vas in honorem: *quem* verò *indurat*, quia non miſeretur, & non miſeretur, quia non vult; format vas in turpitudinem: hoc permiſsivè, illud intentionaliter; ita ut ſicut Deus poſitivè & directè, iuſtificando miſeretur, poſitivè &

Idem. Idem. Rom. 9. 18. 21. *Quomodo fingit vaſa in contumeliam & in honorem?*

ex

ex proposito efformet vas in honorem : similiterque sicut ex obliquo & permissivè peccatorem indurat ; permissivè, indirectè, præter intentionem in dedecus vasa construat. In rem.

*Quart. expos.* Seducuntur peccatores à seipsis : & quia non impediuntur, vel iuvantur; dicuntur seducti ab eo. *Hinc propter dolos posuisti eis : dejecisti eos dum allevarentur.* Fortuna fallaci, blandità vultu fit dolus ; etenim, ut inquit Senec. *Epist.* 110. *Quoties magna gratulatione excepta res est ; gradum sibi extruxit in præceps : & aliquem iam eminentem allevavit etiamnum, tanquàm ibi adhuc staret, unde tutò caderet.* & Lucan. 3. *Phars.* v.448. In ruinam.

Lucan. ——*Servat multos Fortuna nocentes.*

43 Celare amicum sermonem, perfidia dicitur, seductio, aut circumventio : sic illa pessima, quia Samson causam roboris tacuerat, dixit illi; *Usquequò decipis me? Quomodò dicis, quòd amas me, cùm animus tuus non sit mecum ?* Iudic. 16. 13. 15. Dum sermo amico non revelatur, videtur amicitia languere. Iccircò dicenti Sunamitidi : *Nunquid non dixi tibi : Ne illudas me ?* præmisit Eliseus : *Dominus celavit á me, & non indicavit mihi* 4. Reg. 4. 27. 28. & 1. Reg. 20. 12. *Ait Ionathas ad David : Si investigavero sententiam patris mei, & non statim misero ad te ; & notum tibi fecero ; hæc faciat Dominus Ionathæ & hæc addat* : siquidem in amicitia tanta, silentium amici videretur perfidia : qua de causa dixit Absalom ad Chusai, qui secesisit a David : *Hæc est gratia tua ad amicum tuum?* 2. Reg. 16. 17. & Saul Michol, quæ eum celaverat viri fugam : *Quare sic illusisti mihi ?* 1. Reg. 19. 17. Amicitiæ signum est amici revelare pericula, ut caveat. Quare si amico conscio, casus lævę sortis ingruerit, auctor dicitur calamitatis, quia notitiam discriminis cauturo non ministravit, & affligi amicum scienter, quasi studiosè permisit. Haud aliter sensus querimoniæ Ieremiæ. Deus amicus præsciebat futuram Prophetæ persecutionem, excitandam à Phassur, & propter vaticinia, ab ipso proferri præcepta. De periculo nihil dixit, incarcerationis non admonuit : & cum educeretur cæsus Propheta de nervo, dicit se seductum à Domino; quoniam sciens periculum, familiari non ostendit, & percutiendus Propheta incogitantià non cavit. Hac in acceptione ( de qua egimus *Tom. 3. T. 10. n. 12. & 4. T. 5. n. 10.* ) legunt Tirinus & Menoch. *Decipi permisisti* : & quia permisit, ab illo seductus dicitur. Vatabl. *Imposuisti mihi, & seductus sum.* Septuagint. *& decepisti me.* Usus est stylo M. Senec. *Controv.* 1. dicens, cùm longè à seductione monitor esset, *Aiebat : Non oportet fieri. Tu dicebas : Oportet. Tibi credidi : impulusti me in fraudem.* Cur autem pleonasmo cogitationem roborat: mihi videtur exprimere seductionem sine effugio : uti dixit, Thren. 1. 14. *Dedit me Dominus in manum, de qua non potero surgere.* Plenè lamentatur se deceptum, quippe nec cogitabat periculum, ex quo nullus exitus ; qua de causa dicitur seductione seductus. Maluend. *Persuasisti me & persuasus sum.* Pagnin. *Ah, ah ! Verè decipiendo decepisti.* Ar. Montan. *Imponendo imposuisti* : sine recursu scilicèt : etenim ut dicebat Cicer. 3. ad *Attic.* Epist. 7. *Pacis spe in fraudem incidi.* Huiusmodi articulum etiam tautologicè Profani designant. Liv. lib. 23. sect. 37. *Fraudem fraudi.* Sumpsit proculdubiò ex Plato, qui in *Asinar.* Act. 2. scen. 2. v. 20. inquit : *Fraudem fraudus* : ubi Nonius: *Fraude fraudatus.* Adi Lambin. & Tuabmann. hìc, & Festum verb. *Fraudus.* His prælibatis intelligitur illud Pauli : *Adam non est seductus : mulier autem seducta in prævaricatione fuit.* Non seductus Adamus, vel quia cognovit seductionem, & nihilominus uxori complacuit; vel quia illa illi non dedit pomum seducta, animo seducendi ; sicut acceperat illa à diabolo, quapropter propriè seducta dicitur. Implevimus quod promisimus *Tom. 1. Tautolog. 6. D. 2. n. 12.* Aliæ expositiones etiam congruunt ex dicendis.

*Sine communicatione secretorum, suspicionum amici commercium.*

M. Senec.

Cicer. Tit. Liv. Plaut.

1. Tim. 2. 14.

44 Alia cogito. Frequenter in Scriptura res iudicantur secundum communem causam ; ita ut consideretur effectus & non animus, qui longè est ab effectu: uti cùm Deus dicitur dormire aut irasci, homines odisse se, dum diligunt iniquitatem : qui enim contra se agit, videtur odisse se : multotiesque non odit odij expresione, sed amat, dum propter vitam æternam se sibi negat : diciturque odisse se, quia nemo carnem suam odio habet, nisi qui in vitam æternam odio perfecto custodit. Christus dicitur maledictus (imò *Maledictum* Gal. 3. 13. ) non quia esset, sed quia videbatur factus pro nobis maledictum ; igitur scriptum est : *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Ita dictus filius fabri, *Matth.* 13. 55. quia putabatur filius Ioseph. Circunciditur etiam, quia in similitudinem carnis peccati. *Rom.* 8. 3. & reputatur sicut cæteri hominum, quia habitu inventus ut homo. *Philipp.* 2. 7 Non alia de causa Maria, vel à filio dicitur *Mulier*, Ioann. 2. 4 19. 26. *Abusive Virgo Mulier appellata est, propter eos qui illam fuisse virginem nesciebant* : inquit Hieronym. in Epist. ad *Galat.* 5. 18. Non aliter sensus Tautologiæ nostræ. Non enim seductionem signat in Deo à quo missus, tanquàm ab animo ; sed tanquàm ab eventu : igitur obsequens Dei im-

*Interdùm in opere cogitatur effectus, & non animus.*

Galat. 3. 13.

*Non veritas sed exterioritas.* Hieron. *Catachresis. Quart. expos.*

perio

perio talia passus, qualia pateretur ab alio seductus,& solent pati qui à seductoribus iudicantur decepti. Exempla sunt in Scriptura. Iacob filijs dixit: *In meam hoc feciſtis miseriam, ut indicaretis ei & alium habere vos fratrem.* Genes. 43. 6. Absit etiam cogitatio huiusce maligni propositi; at ab effectu Iacob iudicavit articulum: equidem qui illud affligere cogitaret, nil gravius meditaretur. Sunamitis dixit Eliseo promittenti, *In tempore isto, in hac eadem hora, habebis in utero filium: Noli quæso domine mi, vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ.* 4. Reg. 4. 16. Non mentiebatur: sed qui sciret ab illo promitti, quod præstare non poterat, arbitraretur mendacium. Similiter dum Dominus dicit, Ezech. 14. 9. *Ego Dominus decepi prophetam illum.* Non quia Dominus deceperit, sed quia illum, non indicando veritatem, perinde ac si voluisset decipere. Denique Iephte, cùm occurrit filia, voto emisso de sacrificando quod primum occurriset; exclamavit: *Heu me, filia mi, decepisti me, & ipsa decepta es.* Iudic. 11. 35. In neutro animus decipiendi: diciturque deceptio; quia ita evenit, quasi intenderetur dolo. Ab eventu pariter Ieremias libravit seductionis articulum, quin intenderet in præcipientis animum: illata est nihil cogitanti iniuria, quasi arte inferreretur dolosà. Quàm longissimè seductionis propositum: sed inventus est seductus, quasi interfuisset seductionis animus. Unde Tigur. *Illexisti me, & illectus sum.* Septuag. Rom. *Perturbatione perturbasti me, & tu fuisti* (occasio) *in perturbatione*; quia permisisti, & ego subivi periculum, quasi homo qui non præcaverat dolum.

*Propria incogitantia dicitur amici per fidia.*

45 Apage blasphemiam Æschyli in *Persis*, v. 84. rudentis: *Fraude iustà non abstinet Deus*: fraus non iustà. Dum ille improbos tradit in reprobum sensum, non seducit: illi à seipsis seducuntur, quippe tutò, quasi in lumine ambulare indicant, dum cæci in tenebris ambulant. *Aliquando Satanas transfigurat se in Angelum lucis, ad tentandos eos, quos ita vel erudiri opus est, vel decipi iustum est. Magna Dei misericordia necessaria est, ne quisquam, cùm bonos Angelos amicos se habere putat; habeat malos dæmones amicos fictos: eosque tantó nocentiores, quantó astutiores ac fallaciores patiatur inimicos: & quidem illos philosophos in impia civitate, qui Deos sibi amicos esse dixerunt, in dæmones malignos incidisse certissimum est; quibus tota civitas subditur, æternum cum eis habitura supplicium.* Hactenùs Augustin. 19. *Civ.* cap. 9. Non dicit: *Oportet*, vel *iustum est decipere*, sed decipi; ut per pœnas videant quàm vanæ cogitationes, & alij decidant à cogitationibus suis, videntes hominem qui non posuit Deum adiutorem suum, sed speravit, prævalens in vanitate. *Dimissi sunt libero arbitrio, iudicio Dei iusto & occulto* (infit idem de *Correptione & grat.* cap. 13. & 14.) *de his qui faciunt quæ non vult, facit ipse quæ vult*: infatuatque illorum consilium (ut in Achitophel fulto prudentia proprià) ut comprehendantur in superbia sua. Obijcit illorum cogitationi speciosa primo aspectu consilia, abscondens incommoda & expeditionis pericula, ut cadant in retiaculo eius peccatores, eundem felicem exitum in futuris, ac in præteritis criminibus cogitantes: tuncque prævenit eos iustitia Dei & supplantat; ut in infernum tota machina corruat. *Propter dolos posuisti eis.* Hebr. *Lubricitates*: quia qui lubrico nititur, proprio pondere facillimè labitur. Confidunt in nihilo, telas araneæ texuerunt; & cùm ita in futile fulcrum fatuissimè iacitur, quasi tela aranearum vita succiditur. *Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est Deus, qui infert iram? Absit* Rom. 3. *Nullus autem iustè peccat* (ait Fulgent. quo supr. *cap.* 13.) *quanvis eum iustè Deus peccare permittat: & quia homo deserens Deum, peccat; deserens peccatorem Deus iustitiam servat. Quid enim magis iustum, quàm ut ille qui desiderio peccandi, iam peccat; pro eó quod desiderans peccare, ipse sibi noxius efficitur, semetipsum peccato suo lædere permittat?* Prosper. d. v. 375. succinit.

Æschil.

Auguſt.

*Impij à se seducuntur.*

Idem.

2. Reg. 15. 31.

Psalm. 72.

*Et iustè in seductione relinquuntur à Deo.*

Fulgent.

*Nec sine iustitia pereunt, qui mentis honorem*
*Sordibus obruerint vitiorum, ut lumen ab alto*
*Emissum, indignà nollet requiescere sede.*

Prosp.

Hæc iustitia est, non fraus nec seductio; cum improbi sibi præparent præcipitia & lubrica, cogitantes & recogitantes commoda.

*——— Sinis ire volantes*
*Altiùs, unde trahant casu graviore ruinam.*

Crucius.

46 Ut constet ampliùs, quo sensu Ieremias dicatur seductus, aliqua præmittenda de dolo. De malo & dolo boni egi, *Tom.* 4. T. 9. à n. 8. Dolus bonus olim dicebatur solertia aut ars, qua aliquis decipitur, sine ulla alterius intentione decipiendi; vel arte intercipitur, qui decipiendi propositum fovet, & astu frustratur voto. Ita in lucem veritatis fuit iudicium Salomonis. 3. Reg. 3. 25. Stolidi Claudij iudicium insigne refert Sueton. in eo,

*Quid dolus bonus?*

cap.

Sueton. *cap.* 15. *Fœminam* (inquit) *non agnoscentem filium suum, dubiâ utrimque argumentorum fide, ad confessionem compulit, indicto matrimonio iuvenis.* Eodem intuitu ut filius cognosceretur à patre inficiatore, iussit Alphonsus V. Aragonum Rex puerum sub hasta exponi; quod videns pater, infantem filium suum esse pietate fassus est. Panormitan. de eius gestis; *lib. 2. cap. 39.* Egimus de varijs miris Principum iudicijs, *Tom. 5. T. 1. n. 24.* Carolus Magnus dubio homicidij aggressore patre & filio; suspendi iussit utrumque, & invenit circumspectè sagax verum reum. Molan. lib. 1. de *Fide Hæretic. servand.* cap. 8. Ioann. Magn. *Histor. Gotic.* cap. 29. & Delr. *Disq. magic.* in Præfat. lib. 4. Superioris solertiæ fuit ingenium Phrynes, cui optio facta, in pergula Praxitelis eligendi ex imaginibus, quæ potissimè placeret. Maioris pretij cupiebat, sed quænam esset ignorabat; & astutè callidissima cognovit, fingens officinam undique correptam igne. Unde dolente artifice de Cupidine iactura Cupidinis imaginem omnium præstantissimam, ac pretiosiorem elegit. Vide Petr. Crinit. *lib. 24. cap. 10.* & Erasm. Roterod. *6. Apophth.* n. 85. Hac de causa Plaut. in *Pseudol.* Act. 1. scen. 5. v. 70. dolos bonos dicit *Per sycophantiam doctos dolos.* Doctè sanè cogitavit Demosthenes. *Quædam mulier* (ait Theobald. Angilbert. in *Mens. Philosoph.* Tract. 2. cap. 17.) *pecuniam à duobus hospitibus accepit, conditione præmissâ, ut illam utrique simul redderet. Ex illis unus paulò pòst quasi socio mortuo, fœminam decipiens, totam pecuniam recepit.* Deinde alter superveniens *petijt depositum. Illi angustiatæ dixit Demosthenes: Quiesce, & respondit pecuniam flagitanti: Mulier parata est depositi fidem solvere, sed nisi socius advenerit, id facere non valet; quia lex à vobis data est, ut pecunia alteri sine altero non daretur.* Tract. 4. *cap.* 12. etiam infit: *Quidam emens equum, quæsivit à venditore, si valeret? Dixit, quod sic. Quare, inquit, venditis? Respondit: Quia ego sum pauper, & ille nimis comedit. Habetne, inquit, aliquam malam conditionem? Respondit, Non, nisi quòd non ascendit in arbores. Cùm autem emptor equi domum duceret, mordebat omnes. Tunc ille, Verum dixit mihi, quia nimis comedit. Item veniens ad pontem ligneum, noluit transire: alij hoc videntes dixerunt: Verè non ascendit arbores.*

Theobald. Ludicra. Idem.

47 Non minoris sagacitatis fuit ingenium Anaximenis. Cùm Lamsacum Philosophi patriam diruere statuisset Magnus Alexander, & videret Anaximenem præceptorem obviam extra muros ei venire, deprecatum pro sua civitate; *Iuro*, inquit, *me non facturum, quod petierit Anaximenes.* Tum hic: *Peto* (ait) *ut Lamsacum diruas.* Quare Rex iureiurando compulsus est servare, quod demoliri statuerat. Erasm. d. n. 8. Idem dicitur accidisse in commotione Toletana cum filiola Alphonsi VI. iurante Rege, contraria illius precibus facturum: illamque enixè suppetisse, illicò interfici Reginam, & Archiepiscopum. Lex erat apud Locrenses, ut qui alteri excuteret oculum, ei vicissim oculus excuteretur, nec ista pœna redimi pecuniâ posset. *Evenit autem* (ait Demosthenes in *Timocratia*) *ut homo improbus inimico suo unoculo minaretur se illum oculum unum ei excussurum, & pœnâ Talionis legi satisfacturum. Comminatione perculsus vehementer unoculus, quòd reputaret vitam in cæcitate ducendam, constituit vel cum vitæ discrimine* (quia qui legem novam infetre cuperet, vel veterem derogare, procedere debebat in concilium mille virorum, inserto in laqueum callo) *novam legem rogare, cuius hæc esset sententia: Siquis lusco, aut unoculo oculum excusserit, utroque oculo privetur. Ita repressa comminantis improbitas fuit.* Idem invenitur in *Locrens. Republ.* §. 18. Hucusque nec dirempta lis inter Pythagoram rethorem & Ebathlum eius discipulum. Hic illi promisit magnam pecuniam, si doceret artem (*qua causa infirmior fieret fortior*, uti vendebat Protagoras apud Aul. Gell. *lib. 5. cap. 10.*) modò obtineret palmam in prima causa apud iudicem orandam. Cùm iam Ebathlus, satis superque in arte profeciisset, & causas recipere nollet; Pythagoras coram iudicibus conveniens: Tu reddes summam, inquit, sive pro te, sive contra te nunciatum fuerit. Si pro te, mihi merces debetur ex pacto: si contra te, merces mihi debetur è sententia. Quid æquale? Ebathli responsum. Si pro me, inquit, sententia, è sententia nihil tibi debeo: si contra me, nihil tibi debeo ex pacto. Inextricabilis profectò nodus. Adi *Mens. Philosoph.* cit. Tract. 2. cap. 17. & Helinand. de *Institut. Princip.* lib. 2. Distincta in materia idem argumentum refert. Aul. Gell. *lib. 9. cap. 16.* Lex erat: *Vir fortis præmio quod optaverit, donetur.* Qui fortiter fecerat petijt alterius uxorem in matrimonium, & accepit. Cuius fuerat uxor, fortiter etiam se gessit: repetit uxorem. Causa libratur. Coram iudicibus novissimus vir fortis dixit: Si placet lex, redde: si non placet, redde. Primus respondit: Si lex placet, non reddo, quia lege habeo: si non placet, non reddo, quia iure cares.

Eraſm. Ingenioſiora Demoſth. Aul. Gell. Helinand. Aul. Gell.

*Quid dolus malus.*

48 Dolus autem malus est machinatio propositò decipiendi, maximè dum aliud dicitur, & aliud agitur. Doli non sunt doli, si cogniti; necesse est, ut fiant astu, ut doli

sint;

sint: uti dicit Plaut. in *Captiv.* Act. 2. scen. 1. v. 26. & in *Pseudol.* Act. 2. scen. 1. v. 5.

*Pectore paravi copias duplices, triplices, dolos, perfidias.* Plaut.

Homer. *Odyss.* 9. v. 378. *Me interfecit dolo, non viribus*: & 14. v. 287. *Fallacià veterator.* Homer.

Tertullian. in sua *Genes.* à v. 104.

*Accepi fallente dolo, blandoque rogatu:*
*Nam sua vipereis intexens verba venenis,*
*Hæc mihi præ cunctis narravit dulcia pomis.* Tertull.

Plena exemplis perfidiæ sunt sacra Biblia: plura referemus *Tom.* 8. *T.* 6. ad illud Ierem. *Frater supplantans supplantavit*: aliqua nihilominùs præmittenda. Magna fruges in agro mundi. Amasis, ut refert Herodot. *lib.* 4. & Alex. ab Alex. *lib.* 5. *cap.* 10. cùm super occultam fossam fœdus feriret, id ratum iurans inimicis, quoad humus illa duraret; nocte retectà foveà fœdus solvit, quasi sine perfidia in hostes tutiùs procederet. Idem Locrensi perfidià, quippe Magistratus pacem pacti perpetuam, quandiù terram illam calcarent, & capita illa collo portarent; cùm alliorum capita, quæ clam è collo suspenderant, & terram in calceos occultè summissam, abiecissent; bellum hostibus improvisum excitarunt. Similiter Perusiani pacem iurarunt, quandiù haberent in corpore *de vite*, quod italicè vitem & vitam significat: proiectàque vite, quam in sinu gerebant, bellum renovarunt. Pericles iurans incolumes hostes futuros, si ferrum deponerent, nimirùm arma; cunctos iugulavit inermes, quia in sagulis retinuerunt fibulas ferri. Platæenses pacti religione reddere captivos, necatos tradiderunt. Samnites cum obsessis pacti de lapide tollendo per universi muri ambitum; à parte infima lapidem sustulerunt. Campani qui iuraverant dimidiam partem armorum hostibus relinquendam; cuncta dessecantes diviserunt. Idem usuvenit Antiocho, cui dimidium navium ex fœdere Romani tradere debebant: quod quidem non fuit divisio, sed sectio. Unde Macrob. 2. *Saturnal.* cap. 6. inquit: *Navem si dividis, nec tu nec socius habebitis.* Cleomenes Spartanus noctu Argivos est adorsus, cùm quibus per septem dies inducias pepigerat; dicens dies non noctes inter utrosque pactas. Phœnices petierunt ab incolis Libyæ tutam mansionem per spatium diei & noctis: posteàque nunquàm abire voluerunt, quia in perpetuum nox & dies. Calliditate etiam usa Elissa pro solo Carthaginis: igitur empto ab indigenis quod corio bovis tegi posset; corium in tenuissimas portiones secare iussit. Virgil. 1. *Æneid.* v. 371. *Insignes perfidiæ species.* Macrob. Virgil.

*Mercatique solum facti de nomine Byrsam,*
*Taurino quantum possent circundare tergo.*

Hæc decerpta ex Thucidid. *lib.* 2. Cœl. Rhodigin. *lib.* 11. *cap.* 7. Iustin. *lib.* 18. & Appian. lib. 3.

49 Scitum est & scitulum commentum cuiusdam Pythij in Caium Cannium Romanum, hortulos Syracusis habere cupientem, & minimè parcentem auro. Pythius piscatores invitat, & cum illis convenit, ut ante hortulum præsente Cannio, posterà die retia iactent, prædamque ante pedes convivantis proijciant. Obstupuit Cannius & numero cymbarum & multitudine piscium. *Incensus hortuli cupiditate, contendit à Pythio ut venderet* (inquit Cicero, *Officior.* lib. 3.) *gravare ille primò. Quid multa? Impetrat: emit homo cupidus & locuplex tanti quanti voluit Pythius. Invitat Cannius posterà die familiares suos, venit ipse maturè, nihil videt, nullos ibi solere piscari, audit; delusum se rectè advertit. Stomachatur, sed quid faceret? Nondùm Aquilius protulerat de dolo malo formulas.* Eadem refert Rhodigin. loc. cit. *Fertur* (ait Herodot. *lib.* 1. quem sequitur Guillelm. Stuck, de *Sacrific. Gentil.* cap. 162.) *Archetinum apud Cydiam hospitem suum auri magnam vim deposuisse. Tum Cydiæ malum consilium avaritia fugesit. Cùm enim aurum apud se depositum ab ipso reposceretur, contumaciter negavit: & cùm inter se contenderent, tandem visum est, ut totum negotium ad iusiurandum referretur. Cydias igitur cùm tertio post hæc die fidem suam, seu Deis commissam, iure iurando confirmaturus esset; reversus domum excogitavit dolum huiusmodi. Omne simul aurum in excavatam ferulam inclusit, & qua parte ferulam manus amplectitur, fasciam circumvolvit undequaque, ut dolus celaretur. Postquàm verò præscriptus dies advenit, Cydias languidum gradum causá morbi fingens, fulciendo ferulà corpus, accessit, & stans ante templum, ferulam, in qua omnis eius iniquitas latebat, Archetino tenendam porrigit, donec absolveret iuramentum. Deinde manibus elevatis dixit, accepisse se depositum ab Archetino; sed id restituisse; quod quidem mendacium erat, arte confictum. His dictis graviter indignatus Archetinus, ictu vehementi ferulam in pavimentum proiecit: qua diruptà, omnis auri moles effluxit.* Patuit dolus malus. Huius furfuris fatelam notam fecit mirà industria Philippus III. Galliæ Rex. Apud Ludicrum. Peregrinum commentū. Cicero. Herodot.

*Singularis induſtria.* eius affinitate coniunctum, & impensè dilectum, ſacculum auro plenum ſub eius fide depoſuit quidam mercator, cui repetenti negavit, de quo conqüeſtus eſt Regi; qui mercatorem in camera abſcondit. Vocato amico, ac benignè recepto, cum eo multa familiariter contulit: videnſque annulum quem frequenter ſibi obtulerat, dixit Philippus: Amice, habetiſne adhuc illum annulum? At ille: Sæpe Domine obtuli vobis, & adhuc rogo ut recipiatis. Accipiens, ſecretò miſsit ad uxorem amici pro auri ſacculo, & annulum pro interſignio. Aurum Philippus accepit, mercatorem è ſecreto eduxit, depoſitum comprobavit, ſaccuſum domino reſtituit, & è regno amicum expulit. Theobaldus Anguilbert. quò dud. *cap.*12. Acrius ſupplicium, tamen iuſtum, ingenti perfidiæ intulit Philippus Amyntæ, inſcribendo *ſtigmata improbiſsimo militi, ingratiſsimo hoſpiti, avidiſsimo naufrago*, ut ait Senec. 4. de *Benef.* hiſtoriam referens, *cap.* 37. & 38. Sat ſint iſta pro dolo malo, in quo ſemper deceptio. Adi Auguſtin. in lib.83. *qq.*53.

Theobald.

*Supplicium ingratitudinis.*

Senec.

50 His prælibatis in expoſitionem extremam teſtimonij tautologici Ieremia de ſeductione à Deo, cuius non poteſt eſſe ſeductio, deveniamus. Angel. Doctor, 2.2. *q.*171. *artic.6.* aſtruit duplicem cognitionem futurorum contingentium, de quibus eſt prophetia, in divina præſcientia: vel in ſeipſis, præut præſentialiter Deus intuetur; vel in ſuis cauſis, præut in his videt ordinem in effectus: quæ quidem duplex cognitio, licèt in intellectu divino coniungatur, aliquando non coniungitur cum revelatione prophetica; *quia impreſſio agentis non ſemper adæquat eius virtutem. Unde quandoque revelatio prophetica eſt impreſſa quædam ſimilitudo divinæ præſcientiæ, præut reſpicit ipſa futura contingentia in ſeipſis: & talia ſic eveniunt, ſicut prophetantur* (ut illud Iſai. 7. *Ecce Virgo concipiet.*) *Quandoque verò prophetica revelatio eſt impreſſa ſecundum ordinem cauſarum ad effectus; & tunc quandoque aliter evenit, quàm prophetetur, nec tamen prophetiæ ſubeſt falſum: nam ſenſus prophetiæ eſt, quod inferiorum cauſarum diſpoſitio hoc habet, ut talis effectus eveniat.* Ut illud: *Morieris tu, & non vives.* Non enim deceptus fuit Propheta, licèt aliter miraculo evenit; quippe extra ordinem cauſarum inferiorum, dum neceſſarium miraculum. Non omnia Deus oſtendit in prima mentis illuſtratione: quapropter ſi iuxta illam aliquid loqueretur Vates ex proprio Marte, & erraret (quia ut futurum erat in ſeipſo; non moriturus Rex, ſed deinde quindecim annis ſuperſtes) poterat dici ſeductus à Deo: haud quia prophetiæ ſubeſſet falſum, cùm Vates illuſtraretur de futuro ſecundum ordinem cauſarum inferiorum ad effectus; ſed quia non habendo cognitionem de futuro prout in ſeipſo (quia Deus non revelaverat) videns aliter eveniſſe, quàm prophetaverat; poterat ſuſpicari ſeductionem, vel in illa enunciatione non fuiſſet præſcientiæ lumen: igitur prophetia eſt revelatio divina rerum eventus immobili veritate denuncians, uti fusè videbimus, T. 5. ad illud, *Propheta prophetabant.*

*Quomodò Deus cognoſcit futura contingentia?*

D. Thom.

*Unde in prophetæ errore, ſine errore prophetiæ?*

51 Clariùs pro Tautologia delicandum propoſitum. Non omnia ſimul revelari in divina revelatione Prophetis; patet, quia Deus revelavit Samueli, unum de filijs Iſai ungendum in Regem Iſraël, ſed non revelavit uſque in articulum, quis eſſet ungendus. 1.*Reg.* 16.1.12. Perſpicuiùs, 4.*Reg.*4.19. ubi Eliſeus Sunamitidem alloquitur: *In tempore iſto, in hac eadem hora, ſi vita comes fuerit, habebis in utero filium.* Scivit, ſi vitâ gauderet, habituram filium; verùm neſcivit, habituram vitam. Petro dixit Spiritus: *Ecce viri tres quærunt te.* Petrus verò ad illos: *Quæ cauſa eſt propter quam veniſtis?* Act.10. à v.19. Unum à Spiritu Sancto ſcivit, & aliud Spiritus nullo modo revelavit. Hinc Gregor. Magn. in *Ezechiel.* Homil.1. inquit: *Aliquando prophetiæ ſpiritus in præſenti ex parte tangit, & ex parte non tangit. Petro adeſſe milites dixit, & pro qua cauſa venerant, tacuit.* Non exprimit totum in illuſtratione, ſed partem, præut vult & placet, vel neceſſe eſt. Prophetа poteſt iuxta illuſtrationem agere; & reliqua de quibus non illuminatur, non intellige-re, ſed *intellectu communi*, ut idem ait, 2. *Dialog.* cap. 3. ratiocinia intùs & extrà formare: ſicque dirigere operationes iuxta proprium ſenſum, vel ex ſpeciebus illuminationum; ut erret & decipiatur: ſiquidem cogitationes illæ ſunt, præut prophetata cognoſcit; haudquaquàm præut Spiritus revelavit. In revelatione Spiritus non poteſt eſſe (deceptio in proprio ſenſu vel ex his quæ revelaverat Dominus, poteſt eſſe) ſeductio; quia ex proprio ſenſu fallibilis cogitatio: diciturque Ieremias ſeductus; quia cogitabat futura præut cogitabat, nequaquam præut Spiritus prædixerat. Elucet utroque teſtimonio. Promiſerat Deus per eundem Prophetam pacem, ſed non prædixerat, quando futura. Advenit tribulatio, dicitque Vates: *Heu, heu, heu, Domine Deus: ergone decepiſti populum iſtum & Ieruſalem, dicens, Pax erit vobis, & ecce pervenit gladius uſque ad animam?* Unde deceptio & à Domino? Ex proprij ſenſus cogitatione, promiſsâ à Domino pace.

*Non omnia in idem propoſitum prophetæ revelat Deus.*

Greg. Mag.

*Quinta expoſitio.*

Ierem. 4. 10.

Pa-

Pacem in tanta turbulentia rerum populus non cogitaret, ni Dominus prædixisset: seductusque à Domino dicitur, dum furiosè gladius inter cives debacchatur; quia ut cogitaret pacem, ex Domini notitia sumpsit futiliter occasionem. Revelavit Dominus Ieremiæ quæ locuturus, sed non revelavit quòd ob illa percutiendus: exclamatque, *seduxisti me Domine, & seductus sum.* Non quia Deus fefellit, sed quia se non intelligendo seduxit. Seductus à Domino, occasionaliter; quippe ni fuisset illa revelatio à Domino, haud patenti exponeretur periculo: nec cogitaret quæ cogitavit, in quibus se præmissà revelatione fefellit. A se seductus, quia decepit proprius sensus: tribuitque Domino seductionem, illum noscens extra fraudem; quippequàm nullam acerbitatem sustineret, ni Deus in vaticinium ita severum misisset.

*Ex re malè intellecta seductio propria.* Cap. 20. 7.

52 Astruitur expositio celebri testimonio: igitur cum cecidissent filij Israël percussi ab una tribu & improbà, propter habitatores Gabaä; maximè cùm Deus in bellum ducem designasset, & pugnare iussisset; Philo Biblius asserit, ita dixisse Phineës: *Quæ est seductio hæc, qua seduxisti nos Domine? Nunc dicunt, quod manifestationes tuæ* (Urim & Tummim) *manifestationes tuæ veritatis mentiantur coram te.* Eadem verba ac sensus verborum, qui in sententijs Ieremiæ. Deum sciebant illos nec seducere, nec posse. Interrogaverunt faciem eius tam de pugnæ duce, quàm de pugna. Classicum cecinere, aperto Marte semel & iterùm victi sunt: dicunturque à Domino seducti, dum fuere victi; quia minimè duplici prælio iacuissent, ni dixisset Dominus, quod ascenderent. Ita iactus. Consuluerunt filij Israël Dominum, atque dixerunt: *Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis? Quibus respondit Dominus: Iudas sit dux vester.* Sed corruerunt. Denuò victi consuluerunt, an procedere deberent ultrà contra filios Beniamin? Dominusque respondit: *Ascendite ad eos & inite certamen.* Corruerunt etiam: & licèt à Domino nulla seductio, dicuntur decepti à Domino; quippe in manus hostium traditi, quasi essent seducti. Ni imprudenter bellum capesserent, consuluere Oraculum per Sacerdotem summum. Audierunt à Domino ducis electionem, ineundum certamen. Ni audivissent, in hostes non procederent: Dominoque tanquàm seductori tribuitur ruina, amissà victoria; siquidem ni responsum in consultis accepissent, nequaquàm cum Beniaminitis decertarent.

Phil. Bibl. Iudic. 20. à v. 18. *Deceptionis occasio, signatur tanquàm deceptio.*

53 Causa perspicua. A se seducti profectò, & Domino immeritò (præter primam, summamque veritatem) tribuitur seductio. Respondit Oraculum: de victoria neque verbum. Respondit ad interrogata, de duce pugnæ & de pugna; ex cuius verbis nequibat fiducia concipi; nec spes ulla foveri. Illi perperàm de victoria iudicarunt, quia verba Oraculi proprio sensu intellexerunt. Foverunt in pectore, non præut dicta, sed præut à se uti commoda, intellecta: seductique corruerunt sub manu hostili, quos ex Oraculo non intellecto præsumpserunt superare; igitur verba indifferentia cunctus populus intellexit, quasi Dominus de victoria prædixisset. Ex articulo constat. Implevit Dominus, dum promisit. Triumphi est secuta felicitas, dicente Domino, *Ascendite, cras enim tradam eos in manus vestras.* v. 28. Acu rem tangere studui: nescio, si obtinui. Ab aliquibus inquiritur, quare in bello iusto victi observatores legis, & improbi bis victores? Consule Caietan. Alapid. & Serarium hìc *quæst.* 5. Inquirimus nos pro coronide Tautologiæ, Quare Dominus non respondit directè? scilicèt, ne ascendatis, quia corruetis; sicut dixit David. 2. Reg. 5. 23. *Non ascendas contra eos.* Ni fallor, directè respondit, licèt, ironicè; ut à se decepti caderent intelligentes ab illo iuvari, cùm cogitare possent illius auxilij propter idola, quàm essent indigni. Hoccine schema vocatur *Mycterismus, Astysmus*, vulgò, *Ironia*, queis quæ dicimus, intelligi debent contrario sensu. Eccle. 11. 9. *Lætare iuvenis in adolescentia tua, ambula in vijs cordis tui, &c.* Ezechiel. 20. 39. *Hæc dicit Dominus Deus: Singuli post idola vestra ambulate, & servite eis.* Matth. 26. 45. *Dormite iam & requiescite.* Apocal. 22. 11. *Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Thren. 4. 21. *Gaude & lætare filia Edom.* Apud Profanos etiam usurpatur. Cicer. 3. in *Verr.* ait: *Verres virgis sine causa cæderet socium Reipublicæ Romanæ? Non usque adeo improbus: non omnia in eo sunt vitia. Nunquàm fuit crudelis: leniter hominem, clementerque accepit.* Hac allusione Virgil. 9. *Æneid.* v. 634. *I, verbis virtutem illude superbis.* Ovid. 7. *Metamorph.* fab. 26. *Mota Dea est: Procrin. habe, dixit,* 2. de *Art.* v. 143.

*Verba indifferentia determinare, error est.*

*Mycterismus Astysmus, Ironia.*

Cicer.

*Ergo age, fallaci timide confide figuræ;*

Ita Deus dicit filijs Israël, quòd in Benianimitas ascendant & certamen ineant satyricè & ironicè: q.d. ne ascendatis. Ascendite, & videbitis quid ex certamine, & electo in illud Duce. Floridè Virgilius, 4. *Æneid.* v. 381. ex persona Didus Æneæ.

Ovid.

*I, sequere Italiam ventis: pete regna per undas.*

Virgil.

54 Receptui canamus, proferendo de more verſiones Tautologiæ principalis. *Ædificans ædificavi domum.* Ex Caietan. & Maluend. *Ædificando ædificavi: Ædificare ædificavi domum.* Tigurin. *Ego ædificavi.* Æthiop. *Ædificatione ædificavi baſilicam.* Aliqua ergo dicamus, ut in cœlum ædificemus, & ædificemur.

*Varietas lectionum.*

## ADINATON EXEGETICUM.

1. *Ædificans ædificavi.* Aliter, quomodò? Claret ſpiritali ædificio: igitur ſi cordis pravitas evellenda, & virtus prudenter ædificanda; tota machina, ſi ineſt modus, deſtructione ædificatur: ſi obeſt modus, ædificando deſtruitur.
2. *Ædificatione ædificans ædificavi.* Quis enim, dum fabricam format, ædificatione non ædificat? Qui conſtruit faſtigium electionis ex ſuffragio voluntatis: ædificationeque & apprimè ædificatur; ubi ſtructum à meritis, à faſtidio non deſtruitur.
3. *Ædificatione ædificavi*: igitur ſæpe unus conſtruit, & alius deſtruit; ne moles perveniat in faſtigium. Quis ergo? Gratia in electione & Odium. Iuxta affectiones cordis & deſideria, deſtruunt, & conſtruunt ſuffragia.
4. *Ædificans ædificatione ædificavi.* Non ædificatur ædificatione, ſi gratia applicatur exaltationi indigni: deſtruitur enim toto favore ædificium, quippe ad honorem non habet meritorum fundamentum.
5. *Ædificans ædificavi.* Duplex ædificatio, Voce nimirùm & Verbo: Verbum divinum in expreſsionem chariſmatum Vocis Ioannis; quia nulla vox aptior ad demonſtrandam excellentiam Verbi Numinis.
6. *Ædificatione ædificans ædificavi.* Cur tanta in geminatione? Laboris formę lapidum indicatur neceſsitas, ut locemur in Ieruſalem cœleſti, quæ ædificatur ut civitas: meditanterque ædificari ædificatione geminatur; ne in vanum in ædificium ab animis laboretur; equidem plerique volunt ædificari, ſed ſine ædificatione.

## DIDASCALIA PRIMA.

### *Nulla res conſummata, dum incipit.*

1 A Directione Rectoris pendet profectò ulterior diſciplina regularis; qua iuxta docile cor, ædificentur muri Ieruſalem: igitur doctrina ſana accepta in tyrocinio, ſunt muri validi ne mox intret relaxatio: etenim nemo vel in arce perfectionis validus, ſi ferro & igni vafer hoſtis habet muros. Sine prævia prorsùm diſciplina,

Virgil. 2. Æneid. v. 290. ——— *Ruit alto à culmine Troia.*

*Educatio puerorũ eget vigili magiſterio.*

Hinc Seneca *Epiſt.* 94. infit: *Sit ergo aliquis cuſtos, & aurem ſubinde pervellat, abigatque rumores, & reclamet, Erras: alia deinceps digna miratu, ſive per ordinem ſubeunt.* Apparet ſæpe decurſu temporis error, qui oculos falſus decipiebat fulgor.

Iuvenal. *Illud non agitas, ut ſanctam filius omni*
*Aſpiciat ſine labe domum, vitioque carentem?*
*Gratum eſt quod patriæ civem, populoque dediſti,*
*Si facis, ut patriæ ſit idoneus, utilis agris,*
*Utilis & bellorum & pacis rebus agendis.*
*Plurimum enim intererit, quibus artibus & quibus hunc tu*
*Moribus inſtituas.*

Succinit Iuvenal. *Satyr.* 14. à v. 69. & Columel. lib. 2. de *Re ruſtic.* cap. 7. *Omnes arbuſculas priuſquàm transferas, rubricà notare convenit; quùm ſerentur eaſdem cœli partes aſpiciant, quas etiam in ſeminarijs conſpexerunt.* Haud debent corda mutari à primo inſtituti in ſeminarijs propoſito; quippe ſæpe depravantur mutatione cœli titulo: & ſubſiſtit diſciplina, ſi in tranſitu ſtat memoria, aſpectu cœli, quo nata. Canit Ioann. Iovian. Pontan. 2. *Uran.* in Signo Virginis

Columel.

*Tunc docilis ætas.*

*Tu mihi chare puer,*
*Illecebris ne dede animum; neu deſide ſomno*
*Otia corrumpant mentem: procul effuge & artes,*
*Quas Virgo teneris molles meditatur ab annis.*
*Pòſt enim in duros convertet pectora mores.*

Iovian. Pontan.

2 Providè enim & vigilanter Glorioſus N. Patriarcha, *Regul. Sanct.* cap. 58. indicit: *Senior talis deputetur, qui aptus ſit ad lucrandas animas, & ſuper eum* (novitium)

S. Bened.

*om-*

*omninò curiosè intendat, & solicitus sit, si verè Deum quærat* (Vide *Tautolog.* 5. *D.* 1. *n.* 2.) *si solicitus sit ad opus Dei, ad obedientiam, ad opprobria.* Curiosè quidem Rector debet intendere, ne specie apum subintret fucus, Religionis inutile pondus, mella consumere natus, ineptus desesque ad onus; qui se quærat (& non Deum) cuius infatuatum cor; & si in opus urgeatur, audiatque socordiæ opprobrium; ut pungat linguæ evaginet spiculum: ac denique ex fuco effrontem deformans faciem, convertatur in vespam, vel crabronem. Adi *Tautolog.* 4. D. 1. Ex malo ovo corvus malus: quod si confotum, erumpet in regulum. Facilis in cognitionem discretio, modò accedat vel levis solicitudo.

*Summa vigilantia, dū traditur regularis disciplina.*

*Urit maturè, quod vult urtica manere,*
*Et rosa maturè se probat esse rosam.*
*Emergens virtus nova spernitur, ut rosa brumà:*
*Expecta: flores fota calore feret.*

Picinel. Camerar.

Accinunt Picinell. 3. *Mund. Symbol.* n. 299. & Ioachim. Camerar. *Centur.* 1. *Emblem.* 42. Brevì cognoscitur & dignoscitur pravus, quùm nunquàm frugi emicet mala pecus. *Sic & nos* (dicebant pessimæ indolis) *nati continuò desivimus esse: & virtutis quidem nullum signum voluimus ostendere.* Etsi cautè celetur animus, dicit opus; cognoscuntur continuò, dum vulpinat inter oves picta vocatio; quippe vix nati, & ad horam in Religione constituentes esse, voluptatum urgentià descisount à Religione: nudaturque prorsùm pectus, quia nulla in virtutis exercitijs apparet virtus. Vitia vel naturæ vel sæculi strictè possident, in virtute virtutem operari non valent: equidem cùm violenter vivant, & quod agunt inviti, contra conditionem agant; etiam virtutis in Religione exponentes propositum, propositæ virtutis in opere neque signum. Incipiunt mori vix nati: in prima usura lucis desinunt esse; quippequàm à prima die cognoscitur, quid futuri.

Sap. 5. 13.

*Pravi noscuntur vel à teneris unguis.*

3 Quid futuri, à primis innotescunt unguiculis, ducti nobilitate vocationis: igitur adinstar Pauli tacitè, in obedientiam prompti, dicunt Rectori: *Domine, quid me vis facere?* Hi ædificantur tanquàm lapides vivi in templo & ad templum Domini; ut inter manus fabrorum à sæculo præcisi, dolentur, collineentur, complanentur, ac in formam instituti redigantur. Docilitate prævià, uti speculum ad omnia, & tanquàm tabula rasa recipient educatoris colores, species, imagines, queis evadant & homines & insignes: equidem si iuvat animus, nihil aliud in pectore nisi virtus. Vide in quem virum evasit Achilles, pingente Statio, 1. *Achilleid.* à v. 331.

*Etiam qui frugi.*

*Qualiter artificis victuræ pollice ceræ*
*Accipiunt formas, ignemque manumque sequuntur;* Statius.
*Talis erat divæ natum mutantis imago.*
*Nec luctata diù: supereſt nam plurimus illi*
*Invictà virtute decor.*

In huiusmodi opus, ne pereat artis formà, quod nobile apprimè est meditata natura; Seniorem deputari opportet in novas formas, aptum ad lucrandas animas; cuius virtutes sint expressa magisteria probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere oporteat, tyronibus ostendentia; ut super eos floreat sanctificatio, ac sedeat spiritus plenitudo, demonstratà in vitam via, quà pervenitur in astra.

*Sed necessariò à Rectore dirigendi.*

4 Modus patet in Moyse. Non solùm educit è servitute ac tenebris Ægypti plebem electam; sed introducit portans & sinu in terram promissam: parvi sanè momenti, è sæculo in Monasterium emergi, & in æternam felicitatem non ingredi. Methodus Ieremiæ signatur. Ut destruat, & evellat, & dissipet, & ædificet & plantet. Ut destruat evellendo, & ædificet plantando. Aptiùs: Ut destructione ædificet, atque ædificatione fructifera plantet: etenim haud florebit viridarium Religionis, ni evellantur pravitates, & seminentur virtutes. *Ædificans ædificavi*: Est sententia Tautologiæ. Ita ergo, nec alio modò. Aliter sanè spiritali ædificio: igitur cùm pravitas pectoris evellenda, & virtus prudenter ædificanda; tota machina, si adest modus, destructione ædificatur: si abest modus, ædificando destruitur. Hac de causa dicitur, ut vidimus in *Expos. Liter.* à Domino: *Ædificabo & non destruam*: A Paulo: *In ædificationem, & non in destructionem*: equidem bonum non ædificatur, ubi vitium non evellitur; & ædificatum bonum sine prudentia destruitur.

*A quo virtus plantanda & pravitas evellenda.*

Ierem. 1. 10.

3. Reg. 8. 13.

Ierem. 42. 10.

2. Cor. 10. 8.

5 De Hercule tentante se in cursum Olympicum, ait Pausanias, *cap.* 202. *Ad laborum patientiam quotidianis exercitationibus se confirmans; sentes omnes qui pullularent eo in loco, vellere ac eradere sit solitus.* Cursus athletæ propositum, & arenam Hercules mundat ad cursum; ut in illo nullum sit impedimentum: igitur nequit validè currere, nec bravium primus accipere, cui herba levis obstat, maximè si spina pungat. Quod videtur leve, cursui grave: non enim vel plano cursores, quorum lacerati pedes. Nihil portandum ex fermento Ægypti, ab his qui student in exitū, quanvis modicum:

Pausan.

*Tyronum exercitatio necessaria in exercitia.*

Exod. 12. 39.

et-

etenim opus vocationis non perficit, dum modicum fermentum totam massam corrumpit. Agitur navis rimosa procellis. Hinc nonnunquàm Argo reficitur, ut vellus aureum servetur, uti observat Plutarchus de *Tractand. Republ.* ubi addit: *Quomodò artifices, quibus ea cura incumbebat, ut navigium Deliacum incolume esset, corruptorum asserum loco componendis alijs, infigendisque, sempiternum ex illa ætate & immortale videbantur efficere.* Levi rimulà perit summersa, quibus non videbatur discrimen ex levi rimula: amisso vellere æternæ felicitatis, sine conspectu neque munere Solis. Unde in pectoris navi vel rimæ debent præcludi; ne artificis oscitantià, pereatis & negligentià, omnes qui in circuitu eius affertis Domino munera: etenim quod videtur parvi ponderis, lethale decursu temporis.

Plutarch.

Nec levis illorum error dissimulandus.

6 Ne possit Achilles mori, quanta solicitudo genitrici! Mors ab illa cogitabatur ex vulnere; totaque matris cura, ne unquàm possit vulnerari. Anxia ergo filium calcaneo apprehensum flumine stygio demersit, ut vulnerari non posset, verum partem illam pedis, qua mersit filium, prætermisit ad aquæ tactum: unde evasit immortalis, nisi calcaneo aut digito parvo pedis; uti dicemus *Tautolog.* 5. n. 12. Quare postquàm vidit spectaculum cadaveris, ex vulnere inani pedis; exclamasse dicitur à Stat. d. v. 41. & 269.

Quod videtur leve, postmodùm sanè lethale.

Stat.

——*Progenitum Stygis amne severo*
*Armavi*: *totumque utinam*!
*O dolor*! *O seri materno in corde timores*!

Unde vulnerabilis Achilles?

Levis videbatur iactura, omisså lotione pedis; atque ex omissione vulnus, ex vulnere porta mortis: seri sunt dolores directorum infantium, ex omissione lotionum; ut totum caveant, nec quod leve prætermittant: etenim estò levi vulnerentur, vulnerantur; ac ex vulnere moriuntur.

7 *Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet, sed est* (pro *ut sit*) *mundus totus*: Assertor N. dixit Petro renuenti lavari pedes: ita ut si in illa cogitatione persisteret, à societate proculdubiò removeret. *Si non lavero te, non habebis partem mecum.* Mundus erat Petrus totus, sed non ex toto; in quod pedum tendebat lavatio: etenim cùm iuris sit studere illo in statu perfectioni; docet Christus mundum ablui: intendere in ampliorem puritatem, atque professionis plenitudinem, collocatà gloriâ in vita undecumque immaculata; quia nihil inquinatum intrat in gloriam: pedesque iubet ablui in omnimodam munditiam; quippequàm in gloriam non ingrediuntur, ni totaliter mundentur. At hoc *Tautolog.* 3. *D.* 3. Audi-

Ioann. 13. 10.

Sed *pro* Ut. v. 8.

Ius Apostolici viri, studere perfectioni.

te Bernard. in *Cœn. Domin.* serm. 1. n. 4. *Aliquid igitur latet* (infit) *quod necessarium est ad salutem; quando sine eo nec ipse Petrus partem haberet in regno Christi & Dei::. Lotus est qui gravia peccata non habet: sed pedes qui sunt animæ affectiones, dum in hoc pulvere gradimur, ex toto mundi esse non possunt; quin aliquando vanitati, aliquando voluptati, aut curiositati, plus quàm oportet cedat animus vel ad horam: in multis enim offendimus omnes.* Cura Christi tota intendit pro omnimoda puritate in ablutionem pedum, sedis venialium oscitanter affectionum; quippe contingit in decursu vigilantissimæ vitæ, de mundano pulvere etiam religiosa corda sordescere. Diabolus insidiatur calcaneo, ex quo vulnus concipitur, ut mors sequatur: Christusque discipulorum abluit pedes; ut diabolus decidat à cogitationibus suis: etenim totaliter loti non poterunt unquàm mori; quia non possunt vulnerari. Ex parte pedis non lotà, quibant procedere vulnera: quibus pedetentim in mortem ruerent, qui parvi lavacrum penderent: unde cùm Pater cœlestis illi discipulos, perfectione credidisset imbuendos; pedum pulverem abstergit, nec aliquid quanvis leve in vulnera prætermittit: igitur quod ratione ætatis vel initio conversionis apparet leve, ætatis devolutione exit vulnus deplorabile.

Bernard.

*Qui cavet levia, fugiet gravia.*

8 Hæccine plurimi Rectorum zelo considerantes & non iudicio, urgent in opus; quasi non Dei miserentis, sed currentis & volentis esset perfectionis munus: & cuius diligentià novitij cæspitant, directione labant, flammà rigent, igne algent; quoniam velocitate intempestivà currunt, atque in præcipitia corruunt. De novis sacerdotibus novo ritu ad altare accedentibus, edicit Dominus: *Caput autem suum non radent, neque comam nutrient; sed tondentes attondent capita sua.* De sensu liberali plura diximus, *Tom.* 4. *T.* 1. *à n.* 33. Huiusmodi edictum omninò, ne errarent, figendum altè in mente directoris novitiorum. Caput horum ornandum, verùm circumspiciendum ornamentum: etenim mens comitur cogitationibus, ut caput crinibus. Capite rasi, profectò ridiculi: comam nutrientes, profani: & incumbendum, ne crines radant, nec comam nutriant; quia resecantes profanitatem sæculi, non nutrientur ita pavidi inanitate pectoris, quasi illicitæ forent cunctæ cogitationes: igitur specie acquirendi magnopere perfectionem, scrupulis & quisquilijs amittût sensum & mentem. Ex superfluitate humorum crines insensibiliter procedunt: sine mentis

Ezech. 44. 20.

*Non omnia Novitiorum dicenda peccata.*

er-

reflexione vagè oriuntur : qui quidem non nutriendi nec radendi ; ut Magister studeat vigilanter directioni : igitur estò superflua indulgenda insensibilia, dum resecantur superflua. Si quod sine sensu oritur, penitùs raditur ; homo ut non homo constituetur: relinquunturque necessaria, dum amputantur superflua, ut considereturin cogitamine, quæ succidenda vanitas,& superfluarum cogitationum hoc in statu necessitas, quin attribuatur peccato,quod oritur sine sensu: aliàs essent homines in conditione carnis, & non hominum passiones.

*Quæ facta sine consensu, indulgenda.*

9 Comam non radant, nec nutriant: tantùm *tondentes attondant*. Quid est tondere tondendo? Etiam in putamine crinium cogitationum, moderatio ; quoniam etiam fœditas attondere sine modo. Ornatus crinium, quid non superfluum : præscindenda sanè superfluitas crinium, quæ tantùm extra ordinem spectabilis formæ,atque recinctum modestiæ, qua cogitationes vigent, diciturque meditatò, *caput tondentes attondent*; quia si superflua dedecorant, & necessaria compositionem efformant ; resecando adinstar crinium, ultra ordinem si creverint, superflua cogitationum. *Tondentes attondent.* Ordo sanequàm capitis quæritur, dum ita capillitium tonditur & non raditur : etenim si in vocationem sanctam capitis cogitationes designantur per crines ; qui vocati non radunt, sed attondentes in formam regularem attondunt, studentes perfectioni,& Magister non desciscens à directione prudentiæ: quandoquidem qui evellere non valet cogitationum radicem,tonsurà atque tonsurà disponit cogitationes in ordinem. Comam Magistri militantium tyronum attondentes attondent: neque radent, neque nutrient.Dispositio næ cœlestis in formam discipulorum,ac directorum exemplum:etenim ius non est discipulos in superflua nutrire, nec titulo Religionis spoliare.Vivaciter Hispanà dialecto : *Superfluidades no las debe permitir, pero tampoco se les ha de pelar.* O Deus! sub silentio lateat, quia nares fugant. Nequam sanequàm ita deformata forma.

*Vel in putamine imperfectionis debet esse modus.*

*Spoliantur templa rapinà.*

Lucan. 3. v. 167.

Ergo in propositum. *Tondentes attondent.* Mira ad modum putationis phrasis,ut in directione à Rectore floreat phronesis. Ægrè fertur, quicquid succiditur : capillitium insensibiliter nascitur; & præut nascitur in cute, tondi debet à forficibus prudentiæ: igitur ita dextræ manus dum superfluitates amputant ; ut sensim tondentes, qui tonsi nequaquàm sentiant. Sensim, quoniam opus frustratur, dum impetè. *Absque ullo labore velut naturaliter ex consuetudine* (inquit Dux Monachorum, *Regul. Sanct.* cap. 7.) *incipiet custodire amore Christi.* Quid opus austeritate, quod valet & perfici mansuetudine ? Dum magis urget imprudenter in perfectionem zelus, destruitur opus. S. Bened.

*Ita superflua Rector attonderit, ut etiàm tonsus nec senserit.*

10 Agnus Paschalis (novitiorum in Religione symbolum ; qua de causa dicitur: *Afferte Domino filios arietum*) iuxta Rabbinos in forma crucis aptabatur obelo,& iuxta Novarin. in *Agn. Paschal.*& *Schediasm. sacr.* 1. cap. 7. figebatur malogranato. Veniunt enim in huiusmodi formam crucis, ut carnem crucifigant cum vitijs & concupiscentijs (Vide Bernard. serm. de *S. Benedict.* n. ultim.) designaturque victimę malumgranatum, ut minimè distet ab oblatione præmium: equidem si crucis mortificat gravis pœna, pendet in fructu corona. Sic ergo agnus mactatus sine ulla gutta sanguinis, uti sui tantum memor,suorum immemor,in ara crucis ; igni divino scilicèt charitatis applicatur,ut paulatim ad ignem inasserur. *Edent carnes* (dicitur) *assas igni.* Cur assas igni & non igne? Hispanicè: *Al amor de la lumbre, no en el fuego.* Lento nimirùm igne, ut latè suo loco, *Tom. 3. T. 4. à n. 46.* Ut perficeretur palato gratum, nec commoveret stomachum: quapropter subditur: *Non comedetis ex eo crudum quid, sed assum tantùm igni.* Claret speculum directoris ne delinquat omissione, nec erret austeritate. Crudus enim & insipidus animus,ni ad ignem mortificationis applicaretur novitius. Nullius succi, modo nimio rigore, severitate censuræ, esset tostus & non assus : applicandusque igni,ne degat in tyrocinio sine mortificatione: & non in igne imponendus,ne suffocetur spiritus : igitur nimia vexatio (ita ut non passim atque passim cautè acquiratur perfectio) non est agnos lactentes igni assari,sed igne sine delectu torreri. Quis habitabit ex vobis cum igne devorante? Nihil violenter perficitur : nihil nimis ; quippequàm fatuè moriuntur, dum optantur immortales. Pſal. 28. 1. *Agnus Paschalis figebatur granato, in modum crucis.* Exod. 12. 8. Vers. 9. *Si nimius Rectoris zelus, novitiorum suffocatur spiritus.*

11 Nupsit Thetis Numen mortali Peleo, à quo filios fœcunda suscepit, *quos cum sub igne per noctem occultaret, ut quod mortale esset absumeretur, mortui sunt* : ait Natal. à Comitib. 8. *Mytholog.* cap. 2. periretque Achilles, etsi virtutis tantæ, ni à genitore raperetur ex igne. Nat. Com.

*Sub cinere exusit puero quia pruna iacenti.* Agamest.

Ut ait Agamestor in *Thetid. epithalam.* Idoli Moloch victimæ erant pueri, impositi in igne. Vide loc.cit. & *Ephemer. 19. Decembr.* Videtur planè sacrificium diaboli, dum in-

*Igni applicentur, sed non comburantur.*

fan-

fantes igne tosti: equidem dum applicatione optabantur frugi; excessivà flagrabant applicatione: ita ut agni novelli non essent cibus hominis; sed cibus ignis. Non secùs cogitat sæpe infatuatio Rectorum, agnos pascentium; cùm ne sint in igne, sed igni, *hoc cum omni mensura & ratione*: infit Gloriosus Benedictus, d. *cap.* 70. Urgent in continua exercitia virtutum, quin sit virtus exercitium continuatum, ut ascendant in montem perfectionis, si lassis non datur requies. *Multo melius est, quotidie parum* (inquit Hieronym. *Epist.* 10.) *quam rarò satis sumere. Pluvia illa optima est, quæ sensim descendit in terram: subitus & nimius imber in præceps, arva subvertit.* Fervet opus, & urgent; non ut ambulent, sed volent: & cùm angore severitatis, & ustione ignis fatiscant, atque refrigerium quærant; vel frigiditatem in igne positi contrahunt, vel è fastigio præcipites eunt: igitur semper claudi in vitæ Monasticæ perfectionem; quippe compulsi præproperè obtinere cacumen. Volunt immortales fieri in ictu oculi, qui fieri valebant immortales dato tempore; sub igne vel super ignem impositis cordibus, quin unquam splendeat virtus: equidem applicari ad ignem igne pro voto immortalitatis; est vaporatio virtutis: nimio quippe ardore ex directione imprudentiæ, nequaquàm novitij in virtute consummantur, sed consumuntur. Vulgò: *Es quemarlos, consumirlos, no sazonarlos.* Cato Dionys. in *Gnom. ad filium*, lib. 2. succinit:

S. Bened.

Hieron.

*Cuncta sensim ob extrema vitiosa.*

*Quod potes, id tentes: operis ne pondere pressus,*
*Succumbat labor, & frustrà tentata relinquas.*

Dionys. Cat.

12 Gnome est Melliflui Doctoris in *Sentent.* illa celebrior: *Ascendendo, non volando apprehenditur summitas scalæ.* Gradatim Christus Bethsaidæ illuminavit cæcum. *Marc.* 8. à 23. Primò manu duxit, deinde in oculos expuit, demùm super illos manus imposuit; quò clarè faciem Conditoris ac reformatoris vidit. Dimidium bonorum initio dat pauperibus Zachæus. Non omnia relinquit prima motione, qui proficere debebat in virtute. *Luc.* 19. 8. Relictus ab illo totus opulentiæ census, ut gustavit & vidit quàm suavis Dominus. Exijt in inquisitionem Domini Petrus & Ioannes: impulsi vehementiâ amoris. *Ioann.* 20. à 3. Currebant duo simul: Ioannes citiùs Petro præcucurrit, primus pervenit; sed Petrus primus intravit. Non qui currit, citiùs obtinet: qui obtinet, profectò currit: volat quidem in perfectionis cursu, qui ambulat pedetentim, lentà festinatione in propositum; ne fugiat oculos insidiosè præcipitium: etenim paucis concessum singulari Dei gratiâ, subitò ascendere in summa.

Bernard.

*Tandem tãdem in maiora.*

*Et pedetentim.*

——*Paucis, quos æquus amavit*
*Iupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus.*

Virgil. 6. Æneid. v. 129.

Sanè *in multis fortuna sine flore est*, ut inquit Plinius, *lib.* 16. cap. 25. at tunc fructus totus flos, visu profectò speciosò: sed quid flores arescentes sine fructu? Quod citò fit, citò perit. Appositè Otho-Vænius, *Amor*, Emblem. 110.

Plin.

*Ut subitò incensa est stipularum flamma, citòque*
*In cineres, stipulà deficiente, cadit;*
*Sic properatus amor subitò evanescit in auras:*
*Principium fervens sæpe tepere solet.*

Oth. Væn.

Data Eurydice Orpheo, cùm exoraret pro restitutione Deas; concesso munere, ni eam videret, quousque ad superas felix evaderet auras. Voluit videre, an ascenderet, & illa subitò evanuit. Videbimus, *Tautolog.* 5. *D.* 1. *n.* 7. Unde Senec. in *Hercul. fur.* v. 588. inquit:

*Munus dum properat cernere, perdidit.*

Senec.

Si properat, errat: etenim si citò, dum cogitat in superiora, quasi in summis ascensum, prospectabit præcipitium: & quem præsumit ut miraculum, florentem; quippe præmaturè floruit, versum in ariditatem.

13 Magister noviter militantium in cordium reformationem, exit solicitè seminare semen. Pro conditione & statu recipientiũ, quod semen tendit in fructum: usuvenitque vel in recto seminantis proposito; quod meditanter legitur in Evangelio. Quæ super petrosa, continuò *exorta sunt*: ait Matthæus. Marcus verò: *Statim exortum.* Denique Lucas: *Natum aruit.* Cur ergo à Luca ariditas in nativitate exprimitur, ubi duntaxàt nativitas à duobus alijs refertur? Vix natum sine vigore, & virtute? Nil mirum: *statim, continuò natum.* Ut posset in fructum nasci, opus erat & tempore & tempore, quo posset radices mittere: statimque aruit, dum statim prodijt; quippequàm nullam quibat habere virtutem, quod radices non habebat in virtutis perfectionem. Miraculum solet videri Magistro, quod in tyrone citò nascatur instituti perfectio. Non est miraculum, sed ariditatis signum; quod debet flere, non plaudere: principium fervens sæpe tepere solet, qui citò prodit, arescet: etenim si gradatim acquiritur virtus, sensimque in virtutem obtinetur profectus; nec ulla spes virtutis ac perfectionis, ubi in electis à

Matth. 13. 5. Marc. 4. 5. Luc. 8. 6.

*Sine radice quod floret, arescit.*

cor-

corde nunquàm mittuntur radices.

Ovid.8. Metam.fab.4. ——— *Nocet temeraria virtus.*

Quandoquidem quod videtur miraculosa profectio, est satanæ versipellis artificiosa tentatio.

14 Recessit Assertor N. in desertum, ut ex suis tentationibus cognoscerentur species tentationum. Vicit Christus primam, Matth.4.5. & inimicus excogitavit aliam. *Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, & statuit eum super pinnaculum templi.* Si describitur Monachus, ubi in desertum recessus; planè redolet tentationem, ex deserto assumi à diabolo in civitatem. Vid. *Tom.* 3. *T.* 8. *D.* 2. *n.* 5. & hìc *Tautolog.* 7. D. 1. A diabolo igitur collocatur Christus super pinnaculum templi, quod non vacat tentatione. *Ipse Iesus erat incipiens: in munere à Patre credito*: subdit Iansenius. Novitio haud congruit in virtutem, ac in eius fastigium volare, sed pedetentim ascendere: diciturque tentatio; huiusmodi in cacumen sanctificationis assumptio; quoniam sanè à diabolo, incipere novum religionis institutum, & repentè videri supra virtutis pinnaculum. *Monstruosum fuisset* (inquit Cardinal. Vigerius in *Decachord.*cord.1.titul.18.) *effigiem hominis videre volitantem.* Non hominis est volare, sed gradi aut currere. Omninò monstrum, quod à nescientibus plauderetur miraculum; tentatioque diabolica, subitò tentare fastigia: etenim impetè & assulatim sustolli in altum; erat ex monstrositate præparare præcipitium. Pende. Ibi Vers.6. diabolus Christum statuit, & dixit: *Mitte te deòrsum.* Assumit in ascensum, ut descendat? Imò ut ad saxa allidat, vel crura frangat; notato periculo, fastigio templi occupato: igitur qui pennas ab illo assumpsit, plantas amitteret; quoniam huiusmodi repentinis spectaculis ita collidit tractis cruribus volantem, ut ad virtutem excelsam nec possit movere pedem. Primò in assumptione suadet, quod volet; ut præceps corruat, deinde. Diversa videtur suggestio, sed tantùm differt in modo: quandoquidem idem est incipienti iter virtutis, commendare volatum; ac iubere ex fastigio præcipitium. *Mitte te deòrsum.* Non solùm ut illic mittatur, sed quod deòrsum missus præceps spectetur. Indicant ipsa verba tentationis, quod plorandum, sed cavendum in profectione virtutis: igitur qui cupit attolli impetè in excelsum; semper præceps & deòrsum. Ut quid ita in pinnaculum assumi, si gradus erant scalæ? Summitas si in pinnaculo Sanctuarij; per scalam tutiùs concedebatur ascendere: siquidem securiùs atque minus laboriosè in perfectionem, procedere sensim in virtutem & gradatim. Quia volare singulare est, optat diabolus; & cum damno proficientis perit quæ apparebat virtus: igitur dum sic & sic videntium atque mirantium conciliare intendit plausum; demonstrat & præcipitium. *Novellæ arbores* (ait Plin. *lib.* 16. *cap.* 26.) *carent fructu, quandiù crescunt.* Quid optimo? Sat quod novellæ crescant; ut tanti periculi, quòd emineànt. Sat in observantiæ forma, si novellæ plantationes in iuventute sua. Magni est, ut canit Manilius, 1. *Astronom.*cap.6. v.45. Plin.

*Nec certos excedere luminis orbes,*
*Sed servare modum quo crescat atque recedat;* Manil.
*Ne cadere in terram pendentia sidera cœlo.*

*In novitio repentè perfectio, est diabolica tentatio.*

Luc.3.23.

Viger.

*Ascensione præceps ruit*

*Et deorsùm ut allidatur descendit.*

## DIDASC. II.

### *Perperàm eligitur, quò voluntas & non ratio suffragatur.*

1 INter Locrensium leges, ut à fastu & tumore essent alieni Primores; *Gratiam & Odium Zeleucus velut pestes exitiales à iudicijs procul haberi gravissimis verbis & pœnis præcepit.* Ita Ubbo Emmius in *Locrens. Republ.* Originem cunctorum malorum ex duplici adverso cordis affectu indicavit, quæ grassantur maximè, ubi Respublica magistratus constituit: exitialesque pestes vocat propter effectum: equidem quid à peste nisi corruptela morum? Ubb.Emm.

*At nisi purgatum sit pectus, quæ prælia nobis!*
*Quantæ conscindunt hominem cupidinis acres* Lucret.5.v.44.
*Solicitum curæ? Quantique perinde timores?*
*Quidve superbia, quid luxus, desidiesque?*

*Vanitas Vocalium à Præside fautorum.*

Critici bambaliones, & primates auctoritate elati gratiâ & odio mira dicunt de lente, & ranarum conditione, consulentes primùm sibi: vident falsa & stulta præ tædio & benevolentiâ; quin peccantium aperiant iniquitatem; provocantes in errorum pœnitudinem: imò ut magis magnificentur à fatuis, fingunt assumptiones falsas & electiones. At hoc aliàs opportuniore loco. *Ædificans ædificatione ædificavi*: est textus Tautologiæ. Quis enim dum fabricam format, ædificatione ædificans non ædificat; ut moles surgat in adæquatum fastigium? Gratia & Odium. Unus 3.Reg.8.13.

destruens & unus ædificans, quid illis nisi labor? Ædificatione ædificatur, quando quicquid fabricatum à meritis, à fastidio non destruitur. Non ædificatur ædificatione, ubi gratia propria indigni, destruens favore ædificium; quippe ad honorem non habet meritorum fundamentum: ædificansque ædificatione ostenditur, ubi sine gratia & odio in honorem benemeritus assumitur; quippe iustitia erigit ratione usque in fastigium dignitatis præclarè undecunque meritum, super prætiosum, stabile fundamentum meritorum.

*Amor & odium pessimi electores.*

2 *Amor odiumque* (ait Ptolomeus, 1. *Centiloq.* 12.) *ne vera eveniant iudicia prohibent: siquidem minuunt maxima, & augent minima.* Animus est cum his affectibus in consulendo & iudicando adinstar dioptræ, seu optici tubi. Amoris aspectu, à centro in circunferentiam, quo minima maxima: oculis odij, torvitate rigidis, à circunferentia in centrum, ubi maxima minima. Quare Seneca *Epist.* 42. infit: *Sæpe maximum pretium est, pro quo nullum datur.* Prava fiunt iudicia ad verum indicandum horoscopum; quia huiusmodi affectus nullum habent iudicium. Unde in electionibus & nativitatibus iudicandis, nil valet odij nec iudicium amoris; quippe non vident dignitatem ascendentem, eius qui natus in lucem. *Qui eximiè diligit, eximiè odit*: inquit Homer. 15. *Odyss.* v. 70. igitur duntaxàt ut destruat, ædificat voluntate, quod erigere debuit solà ratione. *Venerunt structores tui destruentes te*: dicit Propheta Evangelicus. Quinam destruentes Rempublicam, structores? Corrupti moribus Principes. Vide Sanctium, *n.* 88. hi enim electi in virtutum ædificium; & tantùm civibus deserviebant in scandalum. Maluend. *Festinaverunt filij tui, destruentes te.* Destruentes & filij! Malum næ grande: nullum maius, quàm quos genuit in gloriam, genuisse in ruinam: etenim eò pervenit furens molimen audaciæ; ut intenderent viribus matrem destruere. Quid si alieni, quam prostravere filij? Alij: *Venerunt structores ministri tui destruentes te.* Arbitror ministros, animæ rationales potentias; in quibus eius præfulget augustè auctoritas, dirigens ad cuncta regimen per voluntatem rectam, vigilemque rationem: hique ministri pravè destruunt quod rectè construunt; quippe verum & bonum in electionibus ut corrupti non sequuntur, falsum sequentes ut verum, & pessimum uti bonum; quandoquidem voluntas affectione removetur à regimine rationis, & ratio corrupta sequitur affectiones cupiditis voluntatis; ex quo in pectus atque munera pestis.

Ptolom.

Sine iudicio.

Senec.

Homer.

Isai. 49. 17.

Maluend.

*Construunt destruentes.*

3 Ornetur fabula prisca. Vates Ethnici finxerunt sine utilitate, quam ambitiosi rimantur crebrà fictione; ad aures Iovis hominum perveniisse flagitia, garrulà fama, quæ inquisitione factà, invenit Sole clariora.

*Nil mortalibus arduum est.* Ipse pòst & bile commotà fassus. Horat. 1. *Od.* 3.

*Contigerat nostras infamia temporis aures:*
*Quam cupiens falsam, summo delabor Olympo,*
*Et Deus humanà lustro sub imagine terras.* Ovid. 1. *Metam.* fab. 6.
*Longa mora est, quantum noxæ sit ubique repertum*
*Enumerare. Minor fuit ipsa infamia vero.*

Unde illi sedit animo novas condere leges, quippe irrationales mores; ut viverent homines uti rationales, reformatis ac punitis ferro & igni corruptelis. Quare ut terrigenæ habitantes in mundo, potirentur instar immortalium cœlo; decrevit capitis nutu pro sententia ferenda in comitia generalia, omnia congregari Numina. Ingemit. *Concilium Deorum.*

*Concilium vocat: tenuit mora nulla vocatos.* Ibid.
Cùm vocati Deum in Concilio respicere debeant; ex Dijs formatur tribunal. Patet Vocalibus in electionem exemplar, & in leges ferendas fulgidè iubar: equidem sine errore quilibet iustum statuet; si uti Numen Vocalis sese respexerit.

*Ergo ubi marmoreo Superi sedere recessu.* Ibid.
Discussum sessione prima, quæ legitima suffragia; ne adulterà conditione schedularum, cunctorum Numinum frustraretur votum. Verùm cùm vel inter Numina sit propria unicuique sententia, & aliquando tenaci corde & iudicio (quippequàm placet aperto occultè vivere voto) variè procedebant vel coram Iove Vocales, iuxta singulorum liberas inclinationes.

*——Cunctique fremebant* Virgil. 10. *Æneid.* v. 96.
*Cœlicolæ assensu vario.*
*Dicta Iovis pars voce probant, stimulosque frementi* Ovid. d. *fab.* 7.
*Adijciunt: alij partes assensibus implent.*

4 Calcavit limina conclavis scintillans præceps Vulcanus, fastidio atque irà penè furiosus; quippe in atrio Regiæ viderat mutuò sibi gratulantia, horrida, silvestria Numina, fera, aspera, barbara, hispida, setis lucida, circiter homini ignota; quæ quidem semicapræ, aut semiviri, caudà insignes, ridiculi iubis, galeati cornibus, ac barbà aruncà repumicati gestibus, omnibus risus. Haud displicebo, si dialectis vulgaribus voces profero: *Una chusma de salvages, unas Deidades serriles, unos Dioses montaraces, una magestad*

*en pelo, soberanos sobrepeyne, Faunos, Satyros, Silvanos, ò Dioses; ò Diosecillos, ridiculas raras figuras, entre barba, y penachos medio hombres y medio cabras.*

Ibid. ——*Sunt rustica Numina Fauni,*
*Et Nimphæ, Satyrique & monticolæ Silvani.*

Sedit ergo Vulcanus, turbam pertæsus; sed usque in nauseam iratus (uti fugace colore signavit vultus) dum ibi vidit Numen Momum, quasi esset Numen: in quem cum alijs Numinibus Magnis insidias meditanter instruebat, quoniam opera illorum in electionibus solutissimè riserat. Intimè igitur punctus, quin præsentiam ferre posset, haud sine turbulentia, & coram Dijs, siccine silentia rupit: Cœlicolæ Magni, Omnipotens rector Olympi,

——*Quid me alta silentia cogit*
Virgil. d.v. 63. *Rumpere & obductum verbis vulgare dolorem?*

*Nocent prudentiæ decretis plures Vocales.* Nunquàm concilia obtinent exitus ad votum felices, ubi in illis plurimi assident Vocales. Totum in nihilum & totum nihil, modò cuncti sint aliquid. Nihil superius est, ni inferius aliquid sit: & erunt aliquid aliqui Vocales, ni fuerint omnes. Pendet electionum, decretorumque plausus à prudentia ac discretione; nequaquàm à multitudine, quæ multoties sine capite: maximè dum calculus ad arbitrium rustici Numinis, perinde est ac in manu supremi Iovis.

Ovid. d.15. fab.1. *Omnis calculus mittitur in urnam.*

Carboneque aut cretà notat, quæque placent sequenda, vel vitanda. Pestis hæccine vitanda, igitur in huiusmodi abusum non est patientia. Non est, verùm sit: sed nequit esse ad aspectum Momi, omninò fanatici, qui uti (licèt indignè) Vocalis, hìc & coram nobis (non habet) occupat auctoritatem sedis: quem ego::.vox faucibus flammà pectoris hæret. Quo iure Momus hìc & augustè, qui de nihilo ac de nullo loquitur benè? Cunctos & cuncta capit, omnia & omnes tenaciter mordet; quin Deus claudus, bonus Deus, ut me videtis, posit movere gressum, quòd eius non moveàt risum, quatientis salivam, vomentis sannam, effutientis scomma, effluentis dicteria, fulminantis convitia; qui quidem vel in Superiores torquet os, vibrans ex dente canino sal, colore facetiæ, cuspide lanceolæ, scalpelli: acumine, ludio perversus, gerro malignus, undique cacus, vel silentio Cynicus, mordax, petax, procax, dicax, adunco naso dicibulus, infamis cavillator, vilis derisor, blaterator buccaferreus, totus ludus, totus iocus, nugæ & nugæ sine fronte, totus iaculum, cunctorum irrisio, atque derisio cunctorum. Hìc hìc! Pudet, quippe fœtet. Hic & uti Numen! Exercitia dicit nomen: etenim, ni fallor, nec Numenculus, qui vel inter balbutientes nec homunculus. Hìc adesse audacia est nobis rubor. Unde mihi sedet, nec devio sensu, quod hiccine mimus actutùm exularet à Senatu.

*Conditio Momi.*

*Confremuere omnes, studijsque ardentibus* Ovid. d. 1. fab.6.
*ausum*
*Talia deposcunt.*

5 Iò triumphe, auditum ex oratione fulminantis Vulcani: continuòque edictum à Regia exilium: equidem dedecus ille Numinum, atque dignorum opprobrium, quòd inter dispares dotes, honores essent æquales. Noto facto decreto vivà voce à Senatus secretario; deosculans Momus super caput imposuit, rogavitque ut coram Numinibus cunctis liceret sibi in consistorio pleno verbulum loqui; ius cum sit omnes audire. Annuitur fateor (dixit) Numen Momi minimum quidem, sed Numen. Nil mirum: tenuere

*Culmina cœlicolæ, & annas & mergus &* Mantuan. Eclog. 8. v. 58.
*anser.*

Ita ergo Serenissime, sive Ignivome Vulcane, bona verba: honos & honos: non sumus inter feras. Numen meum ab his habetur conversationis lepor, ab illis gratiæ & venustatis sapor, optata festivitas, aulica urbanitas, lepidæ facetiæ decor: ab alijs puerilitas, ab alijs piperis labor, & sales acerbi & in risum & in fletum: etenim nunquàm critica (estò dulcia, modò scommata) alios provocant ridere, quin alios ex punctione stimulent lachrimari: quæ quidem lachrymæ amaræ, dum iuvat indulgere dolori, corde intimè vulnerato, ridente sed Sardonicè vultu. Si placet Superis Momi exilium; mihi quia gratum Superis, placet: at magis gratum & cunctis commodum, quòd à nocentibus purgaretur Concilium: quandoquidem cum Vocalibus, duæ personæ (seu affectus personati, quippe incogniti) ingrediuntur usque in penetralia, nonnunquàm quieta perturbantes comitia. Ingrediuntur, sed non exeunt; igitur in exitus intentionis, unus repletur calculis albis, & alter calculis nigris, coloribus cordis, quibus unus pingit homines simias, & ab altero simijs adhæret hominum claritas. Hi sunt *Amor* & *Odium* (Nostrates dicunt: *Affecto y Desaffecto*) sub habitu Erynnis, ac cupidinis volatilis, sursùm ac deorsùm sensim vertentes, pervertentes & evertentes totum Senatum; scaturigo & fomes omnium malorum.

*Sales vel in risu acerbi.*

*Amor & odium in comitijs personata.*

*Mobilis ut facies, ita mens deludere gaudens:*

Mantuan. *Eclog.* 9. v. 87. 10. v. 51

*Quod dederat tollit, pensi nihil, omnia casu.*
*Impatiens animo, nec corda nec ora gubernat:*
*Quicquid ait, vanum est: quicquid molitur, ineptum.*

Haud sententiam ferre valeo in hoccine periculum removendum: verùm si aliquomodò contigisset arbitrium; statuerem, quòd si me, quia cuncta noto, vel carpo, ac in cunctis offendo, Superi è Senatu ablegant; illi exire debent, quia in nihilo cæspitant. Vigilantissimè vernaculè: *Si à mi, porque reparo en todo, me echan fuera del congresso; deben Amor, y Odio salir fuera, pues no reparan en nada.* Aquà & igni claro iure interdicendi; quippe clausis oculis suffragantur & refragantur improvidè. Ni amandentur & ultra decimum lapidem; nec vestra capiet discordia finem.

Ovid. d. *fab.* 4. *Protinùs irrumpet venæ peioris in ævum*
*Omne nefas. Fugere pudor, verumque fidesque;*
*In quorum subiere locum fraudesque dolique.*
*Perfidiaque & vis, & amor sceleratus habendi.*

Ibid. *fab.* 6. & Virgil. d. v. 98. 6 Obstàpuere Dei. *Tenuerunt silentia cuncti, ac murmura cæca volutant*: etenim *quà terra patet, fera regnat Erynnis.* Extemplò à Iove custodibus præceptum tam accensis, quàm atriensibus, totam explorari sacram domum, senaculum, angulos, abdita, penetraliaque obscuriora, maximè in conclavi; & ubicunque huiusmodi perduelliones, avelli. Protinùs factum, sed nihil inventum; ut afficerentur cum exilio gravi pœna huiusmodi aulæ & capituli ludibria: ita ut multorum cordi sederet sinistra ex Momi cognitione cogitatio; commentum prorsùm à Momo, ut Numina fatigaret, & halantia præ diligentia rideret. Risit ille profectò; & interrogatus ubi eiusmodi Lemures, atque pestes exitiales? intrepidè respondit: Hìc sanè sunt in damnum, verùm non ubi quæruntur. Fremit Vulcanus, quia laudibus non extuli eius hominem ferreum; quasi ornaret hominem, esse inflexibilem. Hostis & infensus est, quia sit offensus; quoniam in præfata imagine chrystallum desideravi nudo pectori: equidem molestum rationali, vivam occulto corde invenire perfidiam, & pro homine carneo ferream statuam. Haud possum in facturis laudare, quod debet corrigi. Satis sit. Venus obliquè torvèque respicit, quoniam eius crepidarum tridore, sale, quasi pipere, carpsi. Iudicium sit penes vos: mala Venus est, sed peius audit, modò strepuerit. Sequuntur factionem Neptunus & Minerva. Hæc in me insurgit, quia eius domum trusatilem desideraverit. Quis non optat? Hoccine Minervam gravat? Nonnunquàm bonum, posse vicinum removere malum. Neptunus succenset, quippe eius taurum derisi malè dispositum. Quis ita formaret? Non præ oculis sed in temporibus cornua ineptissimè posuit; fovens opere tyrannidem, dum taurum finxit uti symbolum in regimen. Grave enim subditis, si indoles taurina occurrat, non respicere quomodò & quando & quò petat. Vulgò: *No mirar como biere, es nocivo; y mas si tiene el natural de un toro.* Vid. Aristotel. 3. de *Partib. animal.* Hygin. *lib.* 1. *fab.* 164. Hesiod. in *Theogon.* v. 790. Natal. Com. 9. *Mytolog.* cap. 20. & Lucian. Dialog. de *Hær. sib.* & in *Nigrin.* fusèque Chartar. in *Fortun.* fol. 313. Hæc, inquam, non diceret Nemesis, si diceret optimum; habens in os frenum, atque regulam ad manum? Quorsùm in me iurgium? Affectio, imò odium, faces pectoris inflammat. Ridentem dicere verum, quis vetat? Ergo in pestes. Dixi iam hìc interesse, sed difficile inveniri. Singuli igitur Deorum mittant in sinum manum; & invenient statim serpens in cordibus toxicum.

*Notæ Momi in Deorum facturis.*

*Vulnera possessis altè suffusa medullis.* Claud. 2. *Eutrop.* v. 13.

7 Cùm passio Divùm, nullas habere passiones, quippe affectionum expertes; tuncque haud aperire sinum, videretur suspicionum; nudo seu nudato pectore, apparuerunt sine numero tipulæ, insecta entomaca, sinibus cordium, etiam Numinum, latentia (Nostrates: *Cien sabandijas*) lacertæ cerastæ, simiæ, variegatæ muscæ; ipsis Numinibus horrorem incutientes specie coloratæ monstrositatis.

*Omne supervacuum pleno de pectore manat,* Horat. de Art. v. 337.
*Fictà voluptatis causà.* *Amor & odium mostra.*

Ipsa Numina sese fugere; ex partu vel abortu confusionum, pectore scienter, vel nescienter fovente toxicum aspidum: igitur quod cordis videbatur affectus, erat virus & ulcus, in formam Cupiditis cordi festivæ; cuius

*Mollia lambentes finxerunt membra cerastæ.* Claud. 1. in *Rufin.* v. 96.

Expavit tremulus, & ad visa Iupiter horruit. Exilit è sella propter munerum iniurias: & cùm esset deflorata maiestas;

——— *Dignas Iove concipit iras.* Ovid. d. v. 4. Virg. d. à v. 6.
*Cœlicolæ Magni, quianam sententia vobis*
*Versa retrò, tantumque animis certatis iniquis?*
*Exitium magnum!*

Vel-

Vellicat in ultionem ausus vel pacificum animum, videre (dixit) huiusmodi geniola, crotala crepundiaque in gremio Numinum: plusque quòd laterent Divorum auctoritate in relaxationem mundi: equidem in corruptis reformatoribus orbis reformatio, plena est hominum corruptio, volentium deaurare prava, quippequàm auctorant Numina. Semper affectiones iniquæ: verùm in his iure potiore, qui in reformationem orbis sunt ad comitia vocati. Unde ut capitulum esset iuxta leges, stabilitate iuris, sine gravitate cordis;

*Ecomitijs ableganda.*

*Tunc pater omnipotens rerum cui summa potestas,*
*Substitit ut clamor, pressus gravitate regentis,*
*Iupiter hoc iterùm sermone silentia rupit:*
*Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta.*

Id. Ibid.

Immota mente, iudicio inviolabili, pragmaticâ sanctione; visis visis, *Visum est nobis; duodecim tantùm fore in decapitatione Vocalium, Deos ad decreta Consentes* (Adi Cœlium Rhodigin. *lib.* 2. *cap.* 7. Natal. Com. d. *lib.* 8. cap. 24. Lil. Gyrald. *Syntagm.* 1. num. 19. Homer. 19. *Iliad.* à v. 126. Manil. 2. *Astronom.* cap. 12. & August. 4. *Civit.* cap. 23.) *Numina rustica, barbatula, & hispida setis, nunquam egredi extra montes. Cupidinem, plumis evulsis, vel resectis alis, ex cœlo expelli, atque detrudi in mundum. Erynnim adamantinis catenis vinctam impelli in barathrum. Momum deinceps non vocari Iocum, neque Sannam; sed Conscientiam, cuius statua collocaretur in medio senaculi, nudo pectore*; ut ibi viderentur uti in perspicua crystalo, virtutes uti virtutes, affectiones affectiones, merita merita, dotes dotes, indigni indigni, digni benemeriti, iustitia iustitia, gratia gratia; quin devolvatur in gratiam, quod pertinet ad iustitiam. Ita rectè & recta cuncta: cæterùm edicto Iovis ignescunt, ardescunt, tabescunt Numinum corda, claris cuniculis:

*Statua Momi.*

*Ille sedens victor flammas despectat ovantes.*

Virgil. 10. *Æneid.* v. 409.

8 Hæccine prisca fabula haud eget glosså; sicut egent medicamine vulnera, pedetentim ne exulcerentur attacta: igitur ubi pectus saucium aspide ambitionis, reflexione acuminis, etsi suaves, leves, dulcesque voces, quantumvis videat tactum, uti læsum introrsùs, iudicat ictum. *Opere lilij* in columnis templi Salomonici erant efformata capitella, ubi simul *malogranata & retiacula*. In lilijs spes signatur: & in capitellis lilij flos haud sine symbolo ostenditur; quippe nemo sine spe ingreditur in capitulum. Malogranata coronà exprimunt dignitatum honorem: retia verò in capturam molimen: & in capitulis ad malogranata tenduntur retia; igitur in tractu (& iactu electionis, spe muneris, honore ostentante gloriam) incumbunt explorantes in piscaturam. Floridè Seneca, *Epist.* 19. *Clientes? Nemo teipsum sequitur, sed aliquid ex te. Amicos? Olim amicitia petebatur, nunc præda.* Hinc pro *Retiacula*, 2. Paralip. 4. 12. legitur: *Quædam retiacula.* Quorsùm *quædam*, indeterminatè? In capitulis cunctis retiacula; sed diversimodò cordi. Alius sic, alius verò sic piscatur; ut disponitur; & alius sic expiscatur, ut piscetur. Maluenda pro retibus apponit *Convolutiones, intricationes.* In sua singuli disponunt rete, ne ex iactu propositum sit inane: convolutionibusque in capturam cogitant modum; ut dignitati inclusæ non sit effugium: etenim sæpe videmus indotatis conferri dignitatem, propter solam inclusionem. Cuncta hæccine ab affectu pendent, qui sine mensura habet mensuram in regulam; atque pondus sine pondere, libramine voluntatis seu cupiditis prolubij; quod totum abominabile: equidem cùm nihil ad examen rationis; *mendaces filij hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum: in idipsum* proculdubio, quocunque librat affectio: quandoquidem quod deprimunt, vel extollunt, totum vanum; respicientes affectionem, ob futilem vanitatem: de quo latè *Tautolog.* 9. D. 5. & 6. diximusque, *Tom.* 4. *T.* 6. *D.* 6. *n.* 13. Totum ambitio est, & ubi rete plenum lætanter dicitur pax: verùm si rectum iudicium, tantùm est pax peccatorum sine ullo dolore vulnerum. Expectavimus pacem & non est bonum; quia perturbatio ex curatione affectuum; quin sanies removeatur à corde, quippe ulcus dulce. O tempora! O mores! O conscientia! O Dei iudicia! Pacis vocatur quies, tota procella ambitionis!

*Vocalium unusquisque sibi consulit.*

Senec. 2. Paral. 4. 12.

Maluend.

*Artes ambitionis.*

Psal. 61. 10.

*Dicitur fausta fors in comitijs pax.*

9 *Pacem meam do vobis, non quomodò mundus dat*: dixit assectis Iesus. Supponit pacem in mundo, cæterùm amandat modum: igitur vera pax est, non quomodò mundus dat. Modus pacis mundi, est pax commodi, non commodum pacis. Pax mundi per cordis affectus habet usus: in emolumenta pacis velamine tendit modus: Christusque in pacis abundantiam, pacem demonstrat suam; quoniam in illa haudquaquàm pacis colores, in proprias utilitates. *Pacem Salvator dat mundo* (ait Seleucien. *Homil.* 5.) *non quomodo mundus dat; ut sciat mundus reprobare malum & eligere bonum.* Eligere & reprobare? Utique, quin sit forma

Ioan. 14. 27.

Basil. Seleucien.

3 Reg. 7. à 19.

ma nec ſpecies pacis pax mundi entitate modi; quippe in veram amicitiam, ad propoſitum pacis non habet formam. Gloriosus Patriarcha Benedictus brevi comprehendit extrema; queis prudenter vel imprudenter ad electiones procedunt ſana vel inſana corda. Signat enim zelum charitatis & zelum amaritudinis. Zelum bonum & zelum malum. *Sicut eſt zelus amaritudinis malus, qui ſeparat à Deo, & ducit ad infernum* (inquit *Regul. Sanct.* cap. 72.) *ita eſt zelus bonus, qui ſeparat à vitijs, & ducit ad Deum & ad vitam æternam.* Conveniunt enim in nomine, verùm in geſtis averſi: equidem cùm pax debeat procedere ex corde, addicto iuri atque legi; dum videtur fulminare flammas, bibrare prunas, eiaculare ſagittas, in ſignum pectoris extremum uſque zeloſi, ſulphureus pulvis, glandes, ſcintillæ, fulmina prodeunt ex amaro pectore. Non enim focum charitatis oſtendit amariſsimus zelus; ſed indignationem & iram & tribulationem per Angelos malos. Hic non paci ad amuſsim modus, quantunvis obſervet mundus. Eſt modus pacis veræ in electione atque reprobatione: ut cùm volitant vellicantes ſpecies dignitatum; cognoſcat mundus (cui ad pacem deficit modus) eligere in culmen honoris bonum, atque reprobare malum. *Didaſcalijs ſeq.* oſtendam, ex errore, Reipublicæ imminere graviſsimam plagam: equidem plerique malignè tenaciter eligunt, quod iuſtitia præcipit reprobare: alij protervè reprobant, quod iure debent eligere. Hæc damna ab amore & odio, quæ fovet factio aut affectio, evolventes vota, ac cordis pravi demonſtrantes vitia.

*Pax vera ex electione, & reprobatione*

S. Bened.

Zelus fucatus.

——— *Pauci dignoſcere poſſunt*
*Vera bona, atque illis multùm diverſa, remotâ*
*Erroris nebula. Quid enim ratione timemus,*
*Aut cupimus? Quid tam dextro pede concipis, ut te*
*Conatus non peniteat; votique peracti?*

Iuvenal. Satyr. 10. à v. 2.



## DIDASC. III.

### *Regimen amoris & odij profectò ſine regimine.*

NI cordibus & latenter dominarentur huiuſmodi peſtes, cœleſtes eſſent ad honorem electiones. Malum, quòd ductu voluntatis interſint; ſed peius; quòd incognitæ vigent. Quis cognoſcet? Hoc opus & labor, ſiquidem ut latitent, ſpecie immutatur color.

*Hæc igitur qui cuncta ſubegerit, ex animoque*
*Expulerit dictis; non armis; nonne decebit,*
*Hunc hominem numero divûm dignarier eſſe?*

Lucret. lib. v. 50.

Odium cæcum eſt, cæcus & amor: uterque & affectus furor: igitur qui ad concilium accedunt homines, conſilijs patent amentes. *Horum omnium ſermo vitandus eſt. Hi ſunt* (ait Senec. Epiſt. 123.) *qui vitia trahunt, & aliò aliundè transferunt. Quanto ſatius eſt, rectum ſequi limitem, & eò ſe perducere; ut ea demùm ſint iucunda quæ honeſta?* Cur ergo deviat à ratione voluntas? Urget errantem in præcipitium auctoritas: calcaturque gaudibundè ſemita erroris; quippe timemus & cupimus. Erratur corde: intentioque felicem ſortiretur exitum, ſine timore, aut ulla cupiditate. *Abſurdum enim* (inquit Pauſanias, *cap.* 306.) *eò quemquam ſtoliditatis prolabi; ut ſui amore capiatur, & omninò quid inter hominem & umbram interſit, non viderit.* Haud extremum deſipientiæ examen, umbram reputare hominem; ſicut oculis odij, homines non reputare. Summa ſtoliditas, & evacuatio mentis eſt pro iudicio aggregare colores; ut quod iurè ratio reprobat, coloribus & coloribus uti indignum non appareat: equidem ſi demitur color, illicò

Senec.

*Varij effectus affectionum.*

Pauſan.

*Apparet diſſimulatus amor.*

2 *Mittam vobis à Patre Spiritum veritatis*: dixit diſcipulis Magiſter cœleſtis. Roborandum fide ac moribus ad Religionem Apoſtolicum collegium. Semper veniet; ſed viſibiliter mittam vobis Spiritum veritatis in primum capitulum. Cur ſi Spiritus amoris, mittitur in congregationem ut Spiritus veritatis? Veritatis? Utique: equidem licet origine ſit ipſiſsimus, ſummus amor

Oth. Væn. *Amor.* Embl. 73. Ioan. 15. à 6

*Longè à bona electione ſit dilectio.*

amor ; amoris in concilio , nec expresio. A Patre procedit , a filio procedit , utriusque amor , quia procedit ab utroque : & ad concilium non connexionis Spiritus signatur, sed veritatis ; quia dignitates in illo haud dandæ per connexiones. Veritas ad qualitatem meritorum spectat : amor verò gratiam connotat : veritatisque Spiritus nominatur, quùm in capitulum mittitur; quippequàm vel in amore in capitulo , non dilectionis , sed duntaxàt veritatis debet esse connotatio. *Veritatis.* Vel in cœlo sunt Planetæ maligni, tetrici, aversi. Quid inter homines contagione pulveris ? Quid si affectio adhæret cordi , opprimens tenacitate? Pro meritorum veritate cupiunt introducere colores , ut simplices decipiantur per species ( Vernaculè : *Meritos de contravando* ) quia filij huius sæculi prudentiores filijs lucis sunt: Christusque in nostrum documentum , cùm proximum esset capitulum , dicit venturum Spiritumveritatis, ut veritas sedeat ibi,haud veritatis species : equidem ni spiritus consiliarijs insit fervor , pro veritate latebit turpis veritatis color. Sub illo auro fœda latitant. *Inspice* ( infit Senec. *Epist.* 115. ) *& disces sub ista tenui membrana dignitatis, quantum mali lateat.*

3 Semper fallit amor , nocentiùs amor proprius : quapropter de philautia floridè Ovid. 14. *Metam.* fab. 3. accinit:

Ovid. *Decepta decepit omnes.*

In celebri Græciæ de Xerxe Salaminea Victoria , cùm Themistocles esset primus ( qua de causa cum plausu & admiratione ostensus ludis Olimpicis , peregrinis & advenis) lato ab ara suffragio, ut qui primus clareret, qui primus in certamine claruisset ; se primum , secundum illum , quisque Principum censuit. *Unusquisque* (ait in eo Plutarchus) *seipsum , virtute proximum sibi Themistoclem fuisse pronuntiavit.* Nemo superiorem cognoscit,ut cognoscatur superior:quasi merita proprius phantasià construeret amor, iuxta fallacem lubricam cogitationem,haudquaquàm iuxta dotium veritatem. Amor proprius (uti dicemus ex professo, *Tautolog.* 3.D.6.) est dolus dulcis, præstigiator suavis; qui plus nocet,dum non videtur nocere.Nugax fascinat, icitque lentè & leviter pectus ne sentiat ictus; circumventà voluntate, vafro mulcimine : etenim magis desipit , dum sapit: plusque decipitur, quum decepi lenocinio non videtur. Usque in præcordia lethale iaculum transit ; quia pectus vulnus haud sentire deostendit : infeliciter captà mente, mortuo corde , vitàque sine vitalitate; quippe nec movetur , nec resipiscit dolore. In cunctis Philautia , technis artificiosè procedit, ut fraudulentià , & amor proprius subdolus, polymecacos; sed potissimè ut fit propter commoda politicus, ambitione percitus , fingens strophis & panurgicè veritatis species; ut tanquam merita cordis traducantur affectiones: queis,ita color pingitur,emboliumque coloribus & coloribus disponitur;ut astu illiciatur in perniciem,dum cordi magis videtur proprium reliquisse amorem. Eligeretur in honorem utique dignus ; modò Vocalium exularet affectus. Aptius promam. Eligeretur profectò dignior in ampliorem dignitatem; ni se quisque arbitraretur digniorem. Sunt indoles nonnullorum bellicosæ, irrequietæ,phantasticè elatæ;queis ducti vel præcipites inflantur philautiæ ventis, in cunctis adinstar Narcysi sese amantes errat.

*Quilibet cupit esse prima persona.*

Plutarch.

*Conditio amoris proprij.*

*Dum sibi quisque placet.*

Ovid. 2. de Rem. v. 290.

Cuncta ex abrupto & improvidè decreta ac consulta , ni versus se sint directa ; quia sibi tantùm consulunt, dum consuluntur. Quare cum in ampliore honore , qui maiores colocandi , in magnis quod magnum , & in summis summum ; in electione ex concursu dignitatum (quia instat virulentus amor) indicatur ab inflatis nutu & voce error & error: quandoquidem ita tument infulis vanitatis; ut se solos arbitrentur in dotibus superiores.

4 Videamus ergo duorum ad suffragia sententiam , ex diametro undique oppositam. De successore in regno Israël cum filio primogenito Ionatha agebat Princeps Saul; & inter tenacis utriusque iudicij verba, tandem tandem venerunt in decretoria. Ionathas instabat propensus in Davidem, quia nullum toto Israël expertus erat digniorem. Rectus sanè & iustus es , & rectum iudicium tuum : iuxta iudicium , acceptabile suffragium Saul autem , uti cervicosus , cerobolus, reflexionibus rationis status aulicè politicus , excandens vomit : *Omnibus diebus, quibus filius Isai vixerit super terram , non stabilieris tu , neque regnum tuum.* Unde priùs *locutus est ad Ionatham & ad omnes servos suos, ut occiderent David.* Hæc apud hos meritorum præmia , nex : equidem cùm plausibilia, totus conatus interficere merita: aliquid per fortunam micabit commodi,modò sepeliantur digni. Ita consilium Saul; sed quàm indignum ! Quid frugi dictare quibat iudicium læsum , & præoccupatum per diabolum ? Ita sententia Saul , quam diabolus iam misit in cor. Quam pervicax & pertinax ira ! Beneficia malignis ad animorum conciliationem inepta ; *cùm quidam* (ait Se-

1. Reg. 20. 31.

*Fastidioso digni merita flagitia.*

ne-

Senec. neca, *Epist.*19.) *quo plus debent, magis oderint.* Quò in Regem Davidis ampliora obsequia, ferventior ira. Quæ in innocentem glorioſum non ſtructæ inſidiæ? Quæ non molitæ technæ? Quæ fraudes? Quæ uſquequaquè in diſcrimen ſupplantationes? Qui miniſtri non conducti ut tollerent è medio optabilem vitam vel ſaltem inclytam famam? Merita, geſtaque præclara, quæ inficiari non potuit, exoſus minuit; ac in eius ſubverſionem totus incubuit: cogitans malignè doloſeque quomodo damnum fieret; & diceretur quòd impulſus faceret: igitur putans configere & eius tollere vitam; in eum retorſit, quam ad manum in ictum ſumpſerat lanceam. Si lancea inſigne poteſtatis, elucet & turpis & vilis proiectio pectoris: ſiquidem qui auctorati nocent, nec cogitare auderent; ni ſe reſpicerent dignitate ſuperiores.

5 Ut Regis patris exæſtuans deferveret ira, Ionathas arte mellificavit verba; an pillulà deauratà purgaret furentis cerebrum, & menti redderet animum. Pende in controverſia colloquium. Ionathas: *David, Pater, dignus, imò dignior throno.* Saul autem: *Video. Non expedit.* Quid ſi debetur honor, cui melior? *Quia melior ablegandus à fiſtigio.* Repellendus qui a Domino, cœloque dignitati ſignatus? *Dixi iam non oportere. Non ſolùm non expedit, imò mihi & tibi nocet. Quandiù ille fuerit maior, qui filius meus erit minor.* At ſi David meritis eminentior ac præſtantior? *Fili mulieris virum ultrò rapientis, nunquid ignoro, quia diligis filium Iſai in confuſionem tuam?* Quid ergo mali, quì debet eligi fecit? *Quid ultra loqueris vacuus cerebro?* Dicit ratio. *Quid quòd dicat? Non affectio. Parciùs iſta & coram Principe verba. Bambalio undique videris, propriæ oblitus utilitatis; ſententiaque (dum tibi micat regalis maieſtas in maximo honore) eius cuius necdùm vernant lanugine genæ. Deſipis dum loqueris, neſciens emungere nares.* Præſtat cunctis & in cunctis. *Papæ cerebelle! Ratiocinium uti pueri, infantili affectione faſcinati. Reſipiſce fatuelle. Ringis? Quid obloqueris? Animum indicat facies. Nec ſcintilla ulla tibi rationis. Recedis? Heus tu? Mane, mihique & tibi conſule. Quid quod amicum meritis infenſum videris occiſum? Conſidera mortuum. Quod fieret morte, potimur vulnere.*

*Ratiocinia malevolentiæ in teſtructionem digni munere.*

*Sceptrorum vis tota perit, ſi pendere iuſta*
*Incipit: evertit que arces reſpectus honeſti.*

Lucan. 8. à v.487.

*Libertas ſcelerum eſt, quæ regna inviſa tuëtur,*
*Sublatuſque modus gladijs. Facere omnia ſæve,*
*Non impunè licet, niſi dum facis: exeat aulà,*
*Qui volet eſſe pius. Virtus & ſumma poteſtas*
*Non coëunt. Semper metuet, quem ſæva pudebunt.*
*Miſer eſſe vult, qui felix eſſe poteſt? Mihi crede, magna falſis nominibus placent,*
*Raptà ſed trepidà manu*
*Sceptra obtinentur: Omnis in ferro eſt ſalus.*
*Strictus tuetur enſis. Alieno in loco*
*Regnum ſtabile non eſt.*

Senec. in *Hercul. fur.* à v.340.

*Votis tua fovimus arma. A Principibus noli ſcire, ac expiſcari præter quæ placuerit dicere. At quia inſiſtis, ſciveris cacule ſine mente, Davidis geſta & egregia haudquaquàm mihi ignota. Ideo iſthic ſucceſſor haud expedit. Ipſius meritis mei magis diſpalescent errores, deliria furores, veſania, malignitas voluntatis, atquè mentis impotentia, ſententiæ diabolicæ, uti ſuggeſtione à dæmone. His ergo reflexionibus eius electio non expedit, nec regulis politicæ qui dignior eligi valet: etenim adverſus ius naturalemque legem, quòd eius prudentia & dotes me regimine Principem, indicent ſubditis regiminis incapacem. Unde etſi totus irruat æther, votiſque reclamet mundus; obex inflexibilis occurram electioni cum meis ſequacibus.* Ita? Ita *locutus ad Ionatham & ad omnes ſervos ſuos.* Felix ſententia! Plauſibile utique votum, ab inferno prolatum! In morte clarebit huius auſus ſupercilium & iactantia, poteſtatis impudentia, pravi conſilij tenacitas, Pyrgopolinicis blateronis contentioſitas: etenim homines huius furfuris, aſſeclarum in factionibus Thraſones; ne leſum eligant Salvatorem, Barabbam eligent: Vid. *Tom.4.T.7. D.3.n.12.*

*Deteriores ſucceſſores eliguntur, ne eligentes uti pravi cognoſcantur.*

6 In haſce regulas multum temporis impedit Machiabellus, quem pleniſsimè docuit Atheiſmus: hiſque uſi Principes Ethnici pro captanda populorum æſtimatione, vel pro continuanda in imperio poteſtate. *Pſamatoſirim quem Traianus Parthis regem fecerat: eò quòd cum non magni ponderis apud Parthos videret, Adrianus regem conſtituit:* Ait Ælius Spartian. in *Adrian.* Huiuſmodi ars aliquando ingeritur in electionibus, ut ſemper qui eligit, minorem eligendo, appareat magnus: equidem ſi digniorem, meritis inſignem in dignitatem aſſumeret; exiguis dotibus, dotibus ſucceſſoris appareret. Quare ut maneat propter fortuita ſaltem umbra magnitudinis, deſignatur eligendus, non magni ponderis: non enim conſiderant prudentibus indicare, ex electio-

Spartian.

*Et inferioris meritis & conditionis, ne ſint.*

*obices in ascensus dignitatis.*

ctione indignioris, indignos honore fuisse. De Augusto dicit Tacit. 1. *Annal.* cap. 10. (uti etiam observavimus, *Tom.* 1. *T.* 2. *D.* 12. *num.* 12.) Tiberium improbum ac subdolum haud charitate, amicitiâ, benevolentiâ, aut curâ Reipubl. successorem asciviſſe; sed quoniam arrogantiam sævitiamque eius introspexerat : *Comparatione deterrimâ sibi gloriam quæsiviſſe : quædam de habitu cultuque & institutis eius iecerat, quæ velut excusando exprobraret.* Hoc non est respicere in electione successoris imperium, sed seipsum; quasi latere possit indigni electi electionis propositum : etenim præposterum desiderium regiminis, electione deterioris: non enim est bonitas regentis in dignitatem, pessimis esse meliorem. Sese quærunt, non Rempublicam, nec publico bono consulunt. Illis est lucro ex electorum incommodo. Nihil tutius ac utilius ambitioni, quàm in aqua turbida piscari : haud curat qui propter se sibi successorem eligit, quòd exeat quisquis exierit.

Corn. Tacit.

7 Consilium inierunt & in malum adversus Ierusalem Reges Israël Syriæque Phaceë & Rasin : dicentes : *Ponamus Regem in medio eius, filium Tabeël.* Chald. *Qui bonus nobis sit & commodus.* Maluend. *Qui rectus erit nobis.* En intuitus pravissimus electionum obliquarum in commodum eligentium. Princeps Ierusalem decernitur eligi, nec ambigitur de bonitate & rectitudine; at huiusmodi rectitudinis quæ prædicatur bonitas, tota pravitas. *Bonus & rectus nobis.* Statui debet esse bonus, qui in dignitatem electus, non solùm suffragatoribus: & dum dicitur ad dignitatem bonus, magis indicatur pravus; siquidem dum bonus illis non bonus. Non in bonum dignitatis Regem statuunt, sed quia sibi bonus in honorem assumunt, ambitioso obsequio, & pravitatis studio, considerantes in patranda electione, quàm bonus sibi: igitur ni sibi, dum ambitio suffragantur, quanvis rectus, quanvis bonus, nequaquàm eligeretur. *Bonus nobis & commodus : nobis erit sané rectus.* Elucet respectus eligentium quàm longe à rectitudine, pravitate propositi. Electio rectè fit, quùm eligitur quod est, quippe in præsentia merita tendunt suffragia. Illi intendunt in futurum, in electione prospicientes tantùm commodum : etenim immoderata illorum cupido dominandi Superiorem constituit; quippe cogitat, sibi quàm bonus erit. Non constituunt Præsidem, ut moderatione ipsos electores dirigat, sed ut & proiectè obediat; quod ni fecerit vel cum nota indignitatis, erit rectus, sed non illis, qui se quærunt dehonorantes electum, dum sibi eligunt ut bonum : quandoquidem sibi tantùm prædicantes Superioris rectitudinem; ipsis suffragijs in munus signant incapacitatem.

Isai. 7. 6.

*Et etiam ut illis regentibus regant.*

*Commoda duntaxàt in successoribus captant.*

8 Prætereà. *Bonus nobis.* Phrase vulgari *Bonus* idem est, ac stolidus & fatuus. Ita rectè nobis, quia nobis siccine commodus: si nobis commodus, quid quod alijs papellardus? *Bonus*: caret felle, nec ulla sedet cordi mica malitiæ, intentione rectissimus. Ita, non aliter nobis commodus : habebimus arte distributionem honorum, suffragia ad nutum; quo artificio ridebitur, dum statua à nobis propter nos in fastigio constituitur: igitur ille habebit tantùm voce dignitatem; nosque nobis dignitatis regimen. Nobis sic erit rectus, licèt alijs præ ineptitudine risus; quoniam aliter auctoritas astu conciliata languebit, vel forsàn cadet: quod quidem profectò, si homo qui homo collocaretur in throno; cuius superiores dotes nobis interciperent ascensus in ampliores dignitates; & dum illum exaltamus, eius exaltatione sordidè deprimeremur. Non nobis ita commodus: quærendus est vel fatuus vel ridiculus, infulis cercopithecus; qui in crotala adorationis intendat, pondera honoris abdicat, & nobis habenas regiminis pertæsus tradat, plaudentibus eius electionem & nostram utilitatem, dominationem ambientibus, & specie recusantibus; ne respondeat muneri, muneraque respondeant nostræ ex electione menti : etenim nobis ad usum concedet gratus honoris honorem; si ita eligitur indignus, ut suam ipse cognoscat indignitatem. Hinc meditanter dicitur horum *Consilium in malum.* Nihil enim nocuius Reipublicæ in Principis electione; quàm ex illa meditari in regimen bonum publicum, Vocalesque in electione suum tantùm quærere commodum.

*Alia astuta ambitionis proposita.*

Vers. 5.

9 Examinemus quem habebant in pectore, ut augustè sederet in dignitate. *Filium Tabeël* : dicitur. Aliqui interpretantur *Filium boni Dei.* Vide Maluend. & Alapid. Qui filius Dei boni profectò rectus, quippe electoribus commodus. Si homo, filius Dei & boni, uti in regimen à Numine missus? Quis est hic? Gentilis ex Syria, collocandus uti Princeps in urbe sancta. Hic? Utique. Dummodò commodus electoribus sit, quid quòd destruantur muri Ierusalem? In illa erant fideles, quod advertere animo vigili debebant electores : Gentilemque & extra legem meditantur eligere, ut aliquod commodum emanet ex electione : equidem summum commodum eis; indulgere, extra legem vivere tanquàm Gentiles. A Deo

*Relaxationem conantur.*

missus dicitur, qui ineptus, imò abominabilis in Superiorem proponitur. Cur ita? Usuvenit ubi electio cum intentione non recta. Iuxta utilitatem cordis ambientis, insignitur rectitudo aut bonitas Superioris; haud iuxta dotes & legem definit electi bonitatem aut rectitudinem: hicque corruptus, pravus & ineptus à Deo bono dicitur missus; quippe electoribus commodus: & modò illis ambientibus commodus; homo de cœlo delapsus. *Tabëel* (inquit hìc num. 12. Doctissim. Sanctius) *idolum esse. Moliebantur impij Reges ut ex Hierosolymitano templo Deum verum submoverent; quia suis consilijs parum videbatur opportunus; & eius loco Deum aliquem Gentium constituerent, qui esset Tebeël, ideſt, suis cogitationibus utilis.* Patet pertinacia iudicij suffragantium iuxta commodum, ac iudicium proculcantium, volentium in domo Dei introducere idolum; quod relicto Deo, sine legum intuitu, nec conscientiæ morsu, proiectè adorent, quin propter ambitum tanta flagitia considerent, necquo ambitione devenerint: equidem è suffragijs ambientes utilitatem, ducunt pro nihilo totam evertere religionem. Sic contumacià dum optimus proponitur, ut contemptim proijciatur. Non bonus qui bonus. *Alexander erat optimus* (ait Ælius Lamprid. in *Heliogabal.*) *cùm ideo displiceret patri, quód malus non esset: quem sibi adoptaverat, à se amoveri iussit, dicens se pœnitere adoptionis.* Non est commodus qui rectus: equidem amandabit ambitio, quanvis ut optimus eligatur à cœlo.

Sanct.

*Et pessimâ cum exterminio Religionis extollunt.*

Lamprid.

Psal. 64. 5. 10 *Beatus quem elegisti & assumpsisti. Inhabitabit in atrijs tuis.* Maluend. *Beatitudines eliges & appropinquare fecisti.* Sensus testimonij abstrusus eventu rutilat clarus. Q. d. Felicitas erit Reipublicæ, & ille in honorem assumitur, qui à te eligitur: aliter modò sortes, inhabitabit in atrijs. Quomodò ita quasi ad templi ianuam, cuius dotium non ignorant excellentiam? Quia non ignorant, amandant. Est in honorem electio, & est assumptio. Illa à Deo fit propter dotes, hæc vero per Vocales; qui sæpe propter intuitus privatos renuunt assumere à Numine electos: diciturque status beatitudo, ubi simul est assumptio, de quo electio; quia tunc ratio ad thronum dignum assumit, si assumit, quem Deus elegit. Suffragijs constat electio, affectione duntaxàt assumptio. Ubi duæ unà profectò Præsidis constitutio recta: sed cum pravi ambitione perciti nolint superioris rectitudinem; electi à se tantùm habent assumptionem, electione ipsà, electione frustratà: equidem cùm in commodum duntaxàt habeant intuitum; alium & alium eligerent assumentes propter commodum. Status felicitas est illis propriæ auctoritatis ruina, igitur fastus tunditur meritorum excellentià; quam capitones cognoscunt, sed non eligunt, quoniam præstantiam cognoscunt. Etsi ratio illos in electionem moveat, cervicositas in rationem perseverat, cogitans effugia, ne fortè emineant dignitate merita. Nullis magis clarescunt, quam illis qui contradicunt. Refragantur in suffragia rationis, pugnante mente in dictamina mentis: quippe illorum consilium struit meritorum odium; quo nullum in honorem assumunt, nisi quem pravum cognoscunt: diciturque qui à Deo electus, à Deo etiam ad dignitatem assumptus; igitur ni quem Deus elegit, in dignitatem assumeret, per discolos cervicosos inter dejectos iaceret. Impotens est pessimorum fastidium, contumaxque in benemeritum; quia nullum ex illo expiscantur posse piscari commodum: Deusque quem eligit, ad quod eligit assumit; quippe si relinqueret ad libitum & delectum pertinacis aversionis, vel insignioribus meritis inhabitaret in atrijs. Hispanic. *Anduviera por puertas.* Hæc illum sequeretur infirmitas, quantunvis dotium splenderet claritas. Egeret homine de cœlo, qui posset erigere meritorum opprobrio: igitur abdiceret pectoris duri obliqua malevolentia, licèt haberet triginta & octo annos in infirmitate sua.

*Nunquam ab illis in honorem elevatur, qui à Deo eligitur.*

*Imò repellitur.*

*Professa produnt odia vindictæ locum.* Sene. *Med.* v. 154.

11 Obiectionem Patris (ut sententiæ obstrigilatione, propriæ rutilaret claritas) comiter diluit veritate Ionathas. Non solùm (dixit Principi malignanti) indignus morte David præ meritis est; sed iurè gesta exposcunt, imò exigunt, quòd post te in regno successor ac Princeps sit. *Ne pecces in servum tuum, quia non peccavit; & opera eius bona sunt valdè. In manu sua fecit Dominus salutem magnam universo Israëli. Vidisti & lætatus es.* Triumphi, domine mi Rex, haud iaculis munerantur. Merita vulnerata facient odiosum. Si multantur strenua militum facta; corruent utique virtutis, non erigentur trophea. Si propter me te obcæcat affectio in coronam; cogita affectionem esse cæcam: non ego tanti principatus dignior, quùm David maior & mælior. Non est modestia, sed cognitio veritatis, ac eius singularis splendoris: cui cedere debet & gloriosè cuiusvis virtus, ut præstet qui dignus ipsa cessione glorioſus. Gesta eius obumbrant præclariora mea; quæ quidem haud

1. Reg. 19. à 4.

de-

dedecore patrata. Bona utique : *sed opera eius bona sunt valdé.* Ionathas succedere iure naturæ debebat in regno patri ; sed totum eius pectoris atque suffragij propositum hæret Davidi. Coronæ ita fascinantis oblivio, ut parcat oculus Principis dominationis sceptro? Quippini? Videbat vel speculo proprij amoris sua egregia facinora in lauream gladij virtute trophæa ; sed simul mirabatur in amico excessivè superiora. Merita , instrumentaque præclara studiosè conferebat, sed in cunctis David commendabilis magis superabat ; quanvis blandiens flatu maiestatis , auctoritas summa titillabat spem cordis. Visum illi dehonestare propriam rationis sententiam , modò in gloriam solij sibi respiceret gloriam. Voluit præ se illustrare suffragium, ampliorum delectu dotium: equidem etiam videns versus se expectantium atque dignatorum plausum , in patre Rege reluctamine fastidium ; haud recessit in suffragio à meditata sententia , sequens in electione meliora. Descivit enim à patre , oblitus sui degens gloriosè sub throno ; ut suprà illustrior collocaretur approbatus à Deo.

*Electio dignioris in gloriam fit, ubi electior dignus separatur à se.*

12 Ire pergo. Nihilo magis electio & electus auctorantur ad dignitatis fastigium, ut dignitas ex clarioribus meritis apprimè nanciscatur auctoritatem ; quàm cum dignus coram digniore enixim propriam prætermittit electionem. Philautia impellere Principem quibat in receptionem honoris , quasi hæreditariæ dignitatis; in cuius articulo cùm optaret illustrior , in ipso honore , digno non esset honor. Poterat lubricare , blandè respiciens lauri blandimina , cuius vellicabat ad ostentationem fulgoribus præëminentia: verùm cognoscens quem propter illustriores dotes maximas , in Principem ambiebat ipsa magnoperè dignitas ; & inter merita & merita , nudè prudenter , rectèque Ionathas obliviscitur propria; quoniam profectò ratio tunc suffragium dirigit , quando dignus pro digniore & clariore sese deserit. Obijcitur oculis Baptistæ theätrum , ut in suffragijs vel honorandi imitetur exemplum. Studio commodi , quasi de Ioanne egregiè benemeriti,& penes illos esset electio dignitatis Salvatoris mundi ; cum illa Baptistam invitarunt à Civitate legati. Modò ambitiosi,consilij contentiosè tenaces , rimentur quæstum; eligent obvium,tametsi agnoscant indignum. Suspicios sanè auctoritas, nonnunquàm dolosa dignitas ; quæ procedit directione procerum : equidem vanum in honorem electorum , nisi ludentium , apparet suffragium; siquidem ad illorum electionis propositum,

*Tunc dignus apparet, quàm digniori cedit.*

Ioan. 1. 19.

Ioannes nullum fecit signum. Non solùm illi offerunt dignitatem , sed superiorem ; ut cùm ab illis sine iure esset electus in maioris cacumen honoris ; illis in honore responderet tanquàm electus ab illis : minimè ducti sunt instrumentis pretiosis Præcursoris ; sed quæ somniarant , ex electione præmijs: equidem cùm ad nihilum valeat , nisi dolis ambitio ; cogitat arte ficto vel picto prævalere suffragio. Chrysostom. Homil. 11. in *Matth.* asserit fuisse legationem malitiosam in Præcursoris ruinam. Ex articulo constat. Estò meritum insigne , muneri non respondebat. Baptista munere proprio excellit ; maiore ergo , satagebant quòd corrueret: igitur specie honoris astu mitterent præcipitem , modò indignus susciperet , meritis superiorem dignitatem. Cognovit Ioannes cor duplex & munus respuit ; quanvis electionem oriri ex corde cognovit. Ex corde? Utique. Erat tunc Christus ut maximus , quem dignitas spectabat , & erat Ioannes qui claris dotibus mereri nequibat : Ioannesque respuit (quantunvis ex corde , votum ) sciens electorem, illum cognoscere indignum ; quia non offerebant,ut pateret in cœleste munus aptus; sed ut doleret , cui congruebat munus , Vernaculè : *No ofrecian el cargo por el merito, sino por dár que sentir á quien tocaba el cargo.* Astruit acumen , in *Ioan.* Homil. 15. Chrysostom. *Ioannem potiùs magistrum habere, quàm Christum voluissent. Quid hac stultitiá stultius ? Manifesta perspicuaque malitia.* Sic operati genimina viperarum. Conferre volebant indigno amplissimam dignitatem ; ut digno possent inferre aliquomodò dolorem.

*Quæ embolia in eligentium malitia?*

*Indignus eligitur, ut dignus mortificetur.*

Chrysost.

13 Perscrutemur abdita. Venerunt legati , sed reversi quà venerunt. Quid vultis? Quid vel quem quæritis? dixit. *Non sum ego Christus.* Non sum. Cùm Numinis munus sit , ad dignitatem nil est. Nihil? Nihil. Cùm interesse debeat adæquatio inter thronum & meritum ; quod vobis videtur stultà affectione summum, planè nihilum: equidem nihil sum ad expositam à vobis dignitatem, licèt inter natos me arbitremini maiorem. *Non sum ego.* Alterius est dominatio. Alius est. Quærite & invenietis : *Medius autem vestrum stetit , quem vos nescitis.* Cognoscitis & cognoscere seu recipere non vultis. Vobis videtur me esse. *Non sum.* Sum vox , nihilque prætereà. *Non sum* , vox profectò nihil est. *Non sum.* Nihil? Propter nihil tota commovetur civitas , & super nihil tanta nititur auctoritas? Nihil, nihil veritate sum. In supremam dignitatem , non sufficit sola vox. Debet incumbi & propensè , quùm occurrunt

Vers. 20.

Vers. 26.

*Qui muneri nõ adæquat meritis , indignus muneris.*

runt electiones; in eos qui decorant & dotibus & meritis dignitates. *Non sum.* Si sum aliquid, sum vox. Aër duntaxat vox, nil plus: & eligere ad dignitatem indignum; profectò est velle honorem in aëre pendulum. Vox sum, ubi hæc offertur dignitas, cui nulla entitas: parque non est relinquere meritorum entitatem, propter vanam, futilem
Vers. 23. inanem vocem. Vox non clamans præ oblato immeritò honore; sed *vox clamantis* pro debita dignitate: etenim si ab illa removetur digni claritas; querula sine quiete reclamat dignitas. Ego vox. Si vox conciliat vel in vobis plausum, erit iurè sine voce meritum. Relinquite ergo in deserto vocem, ut eligatis illustrem. In me sonus instat vocis, ut munere dignissimum eligatis; igitur eligi congruit, quem ratio vocibus eligit. Muneri renuncio dignitatis, sed non dignitati vocis; ut à vobis eligatur, qui uti cœlestis superiorem meretur: non sit plena manifesta malitia, dum vestra putrida demonstratis præcordia: poteritis enim suspendere, non auferre dignitatem: sed estò rumpamini, in suspensione non removebitis vocem.

14 Proprius propositi. *Non sum ego*, dicit Ioannes. Sui obliviscitur, & digni huiusmodi oblivione recordatur: igitur tunc optima ad electionem consilia; quando sui in honorem Vocalibus nec memoria. Debent honores respondere meritis; quia iuxta
*Dignus respectu dignioris nihil est.* merita conferenda sunt munera: dicitque Ioannes, *Non sum*; quippe respectivè ad dignum nihilum est: quò magis dignus honore, signat clariorem in dignitate: qui quidem ita clarior, ut in honore, eius electione sit honor; quòd sui in Ioanne sit oblivio, ut constet iuxta rationem meritorum electio. *Hoc est Ioannis testimonium*, & in
Vers. 19. meliora sine affectione suffragium, dotium cœlestium iudicium: equidem cùm maior maiori, & eminentior respondeat eminenti dignitati; necessarium planè, ubi excessivus meritorum splendor, quòd cedat oblitus sui qui inter natos mulierum plauditur maior. Commendantur in honorem electi merita, dum à maiore præ illo exponuntur ut maiora. In sententia Ionathæ plus effulget vox Baptistæ. Haud ille indignus maiestatis regiæ, vel sedis augustæ patris, cùm toties strenuè postrasset hostes. Eius certamina insignia, cuius virtutem Philisthæörum præconizabant cadavera. Quid ultra? Eius morte perierunt arma bellica, cuius nunquàm cum errore sagitta. 2. *Reg.* 1. à 22.

Propert. *Quis facta Herculeæ non audit fortia clavæ,*
*Et nunquàm ad nata irrita tela feras?*

Ut accinit Propert. 4. *Eleg.* 10. v. 39. de quo *Tom.* 5. *T.* 5. *num.* 17. *& D.* 1. *num.* 2. Ita profectò virtus: cæterùm David præclarus. Honor meriti & suffragij est intendere in honorem magis digni. Ionathas dignus coronà, at in Davide fulgurabant plura merita: & contra se in electione à se sensim removetur, ut dignior cum plausu in fastigium eligatur: etenim plausus electi plus eminentis, quòd signetur in honorem ab illo qui eminet magis. Hispanica dialecto floridè. *Es eleccion insigne del que sobresale mas, por el que mas sobresale.*

*Suffragio excellit, qui ad electionem excellentiorem cognoscit.*

15 Commendantur electiones virorum illustrium, si nulla electio in electione digniorum. Est nobilior libertas in electione, qua suffragantes carent libertate: igitur ampliore fulgore resplendent merita; modò ad electionem non suffragentur suffragia. Dixi fusè, *Tom. præced. Taut.* 3. *D.* 6. Siccine intelligitur Aristoteles, 3. *Ethicor. cap.* 2. dicens: *Electio quidem voluntaria, sed non idem quod voluntarium.* Quod videtur enthusiasmus dissolvit qui dignè electus; cui traditur liberè dignitatis authoritas, verùm in electione honoris nulla libertas quandoquidem priusquàm dotes eligentes, digniorem cunctis elegerunt dotes. *Merita vincunt & malos*: dicit Senec. in *Hercul. Cetæo.* v. 575. cæterùm haud ambitiosos, maiestatis avidos, odio ac invidia percitos, quibus odisse placet, quia bonum displicet: & modò electio non sit ad lubitum, vel quæ eligere debent, reprobabunt. Saulis haud perculit mentem, scire perspicuò persecutum successorem: furens fremit quousque eius ebibat sanguinem, quia eius dotes præsensit aptissimas ad honorem; sententiæque conceptæ inhæret contumax, asper: superbia horum qui oderunt, ascendit semper. Finis illorum iacuisse, vel in bonos debacchari; rabie impulsi in nocumentum, quousque rumpantur.

Aristot.

*Dignus magis, quem ante electionem eligunt dotes.* Senec.

*Ipsa sibi est hostis væsania, seque furendo*
*Interimit, moriturque suis ira ignea telis.*

Prudent. *Psychom.* v. 228.

# DIDASCALIA IV.

## *Si animus odiosus invisus, amor in electione magis odiosus.*

1 DE primo egimus *Didasc. præced.* de secundo præsens sermo; seu potiùs de primo: siquidem idem est exitus odij & amoris insani. *Si á recta via declinaveris* (inquit Hieronym. lib. 1. in *Matth.*) *non interest, utrùm ad dexteram vadas, an ad sinistram; cùm verum iter amiseris.* Arrogantia semper sequitur extrema, adinstar mulieris, de qua in *Sentent.* Senec. *Vel amat vel odit fœmina, nil medium.* Unde de Medea dicit, v. 864.

Hieron.

Senec.

*Ut tigris orba gnatis*
*Sic huc fert pedes & illuc:*
*Frenare nescit iras, non amores.*

Idem.

Non potest esse electio, ubi absistit reprobatio: verùm quorum studium auctoritatis quæstus; idem sed aliter pravus animus. Approbant & reprobant: eligunt, & refragantur; sed nonnunquàm dolosè sequentes rimula commodum, haud rationis vel imperantis arbitrium: igitur iactabundè, contentiosè, pertinaciter cervice durà, cerebri contumacià, inflexibili sententia, iudicio perverso, & elato supercilio, indomito corde, ferreo pectore, turgidi; stomachici, quasi calculis Minervæ, vultu & gestu auctoramina vomentes, adiatrephià bucciflantes; sicut reprobarunt eligendum, sic eligunt reprobandum. *Necesse est* (ait Cassiodor. 1. *Epist.* 4.) *prudentissimum eligere; qui possit contra subtilissimos disputare, & in conventa Doctorum sic agere, ne susceptam causam tot erudita possint ingenia superare. Magna res est contra artifices loqui, & apud illos aliquid agere, qui se putant omnia providere.* In huiusmodi impetus Princeps debet esse murus æneus: equidem apud huiusmodi balatrones, aurà fortunæ & cothurno potestatis, plauduntur uti pretiosi, qui nullius prorsùm & ad nihilum pretij.

*Intuitus pravorum in electionibus.*

Cassiodor.

2 Diximus, *Tom. præced. Tautolog.* 7. *D.* 7. *num.* 11. idolum vituli aureum adoratum, cultoribus à Moyse datum in potum. Quomodò auri pretiositatem potuisse redigere in pulverem; signavi in *Ephemer.* 11. *Ianuar.* num. 7. Intuitus iuxta Rabbinos fuit, ut qui obnoxij pœnæ adorationis, signa ostenderent in labijs: quandoquidem auri ramenta fulgurabant super labia. Speculum est fictas ostentantium dotes, ut suis à Principe conferantur dignitates: equidem si quod pulvis fulget in labijs ut aurum; signum est sedere in pectore idolum. Magnificant quicquid optant; cùm minimè quæ vident in idolis plaudant, sed quod desiderant: quod quidem cavere debet princeps, ne fide credulà corruat in errores, videaturque potestatis prolubium, quod primatum insidiantium interventione decretum: igitur duntaxàt pulvis & cinis oculis, quod ut aurum pretiosum fulget in labijs. Patet adorationis excessus: quandoquidem dum homo quæritur, occurrit vitulus; qui graditur inter homines, verùm privilegio bipes. Aurum idoli postquàm Moyses combusit, scoria apparuit; sed adhuc à cervicosis servabatur in pectore, atque fulgebat in ore; quippe sat quòd semel cordis idolum, ut affectio certatim quæreret plausum, studeretque simulacri exaltationi, quippe habebatur in pectore. Introspicere debet Princeps quæ à factiosis deaurantur velamine auctoritatis; quippe malè audiet aberrans à directionis scopo, quandiù per hosce fiat dignitatum directio, intendentes in suorum propriam utilitatem, ineptorum splendorem: equidem quos proponunt, honoris ornamenta pretiosa & æstimabilia; apud homines prudentes hominum tantùm scoria.

Exod. 32. 20.

*Semper plaudunt indignum, in auctoritatis commodum.*

3 Hinc Lamprid. in *Alexandr. Mammeæ* dicit: *Notum est meliorem esse Remp. & propè tutiorem, in qua Princeps malus est, eá in qua sunt amici Principis mali: siquidem unus malus potest à plurimis bonis corrigi: multi autem mali non possunt ab uno, quantumvis bono ulla ratione superari.* In civilem plagam retorquere possumus Hippocratis sanam doctrinam. *A morbo laterali* (ait, 7. *Aphorism.* 11.) *inflammatio pulmonis malum.* Leonicen. hìc: *Malignum. Vel priore cessante morbo advenit alter: vel supervenit, quando altero manente, alter adijcitur.* Elucent incommoda, Reipubl. vulnera, quibus languescunt merita, eo quod tumore ex laterali morbo sit viscerum inflammatio, humore maligno ex indignorum honore; quoniam quod magis nocet, semper procedit à latere, signante Principis morbum, inflammatione arrogantium, plaudentium cordis idola, ut languescat per monstra Principis fama.

Æl. Lamprid.

Hippocr. *Inflammatio à latere Principis morbus malignè lethalis.*

*Natis est cognitus error.*

Igitur in electis Princeps haud erraret, ni amor furiosus è latere surgeret.

Propert. 3. *Eleg.* 15. v. 35. Vers. 9.

*Cuncta tuus sepelit amor.*

Cuncta merita sepelit, & cuncta etiam exci-

citando confundit; quia malignus, quæ fieri debent ratione, operatur ad lubitum pro decore simulacri.

Prov.16.33 4 *Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur*: dicit Salomon. Sortes hic sumuntur pro calculis, schedulis, notis nominum, aut chartulis in sortem; ut signatus per illas, exeunte ex cadisco nomine, nanciscatur dignitatem. Urna est pectus, ubi absconditur optans in honorem indignus; qui debet vivere absconditus: ibi videt uti cæca fortuna, & volens ludere, iacentem amplectitur uti cæca; sed eius simul explicans ineptitudinem, dum in dignitatem exit undique indignus per sortem. Quod ius erat, dotatis conferre propter præclara merita, contulit incapaci tenebris obvia fortuna: equidem suffragia assument semper ineptum, ubi sortes electionis astu mittuntur in sinum. Sinus, qui in pectore, est receptaculum voluntatis, ut sedes cordis; malumque suffragium nominum, quæ mittuntur in sinum; quoniam non exit qui in honorem exit, approbante merito, sed voluntatis prolubio. In sinu mittuntur calculi, pro bona ac mala affectione; ut per colores constet & colores, quæ nomina sint vel non sint in urna voluntatis: igitur iuxta affectum vel odium, fiunt

*Indignitas inepti constat fortunâ electrice.*

Ovid. 11. *Metam.* fab. 8. *Candida de nigris, vel de candentibus atra.*

Splendida nomina ad nihil obscuritate redigunt, turpia claritate attollunt: nigraque exponuntur candida, & econtrà, præut sunt viscera; quod quidem introspicere debet Principis vigilantia: quandoquidem ampliorem debet suspicari nigredinem, dum propositi obstinati affectu signant candorem. Fama ineptos carbone notat, Princeps interccssoribus notam famæ repræsentat, propositum impensè pertinax instat; ut indignos elevet, quia sua interest: votoque contentiosè potitur, quo Respublica vulnerata lachrymatur; equidem cùm à factiosis sortes mittantur in sinum;

*Erga illum gratia meritorum vulnera.*

Ibid. *lib.* 15. *fab.* 1. *Omnibus è nigro color est mutatus in album.*

5 Suffragia ministrat manus, quam dirigere debet intellectus, ex conceptis à mente, ac dotium legendorum cognitione, cuius à capite origo, & meritorum discretio; ut iuxta æstimabiles vel nullas dotes, conferantur vel negentur dignitates: & in sinu foventur indignorum sortes, & non in capite; quia duntaxàt suffragatur cervicosus iuxta quod habet in pectore. Lex est, ubi benè vult, nec alia barbaro lex. Hinc Septuag. legunt. *Iniustis omnia veniunt in sinum, iudicium verò á Domino.* Cognoscitur voti iniquitas, quam nec Dei compescit discussura maiestas: igitur ita ambitio excerebrat, ita fastus infatuat; ut modò iudicium egrediatur iuxta votum, quid Dei iudicium? In sinum sortes mittuntur, sed à Domino temperantur, qui hunc humiliat & hunc exaltat, ne virga in sinu sortes habentium, extendatur ad lubitum super sortes iustorum: igitur eò devenit malignæ affectionis audacia; ut deprimerentur merita usque in tædium, usque in opprobrium, usque in extremum supplicium, ni in molimina & technas iret contrà totum cœlum.

*Intercessor hunc deaurat, & ne innotescat, colorat.*

Septuag.

6 Munerare ad æqualitatem obsequij Mardochæi facinus percupit Assuerus; qui priùs datis muneribus, *præcepit ut in aula palatij moraretur.* Cùm placuit exaltare servum fide eximiâ commendabilem; per inimicum ei contulit ex circunstantia ampliorem honorem. *Dixitque Aman Rex: Festina, & sumptâ stolâ & equo, fac ut locutus es, Mardochæo Iudæo, qui sedet ante fores palatij.* Quo pacto hic ante fores palatij iacet, dum Rex in aula commorari præcepit? Scivit Rex à ministris quò devenerat (etsi ipse contraria iusserat) qui ductus insigni fide & amore, imminente vitæ periculo, maximoperè benemeritus de Rege; operam navans pro eius gloria conservanda, ne sub tyrannide proculcaretur coronat & qui iacebat ad ostium malè habitus & indignè despectus, non tantùm ingredi in aulam, sed exaltari & ab inimico iussus; quippe ius non erat, insignia facta, singularia merita, ambitiosi ludibrio iacere ad ostia. Vid. *Didasc. antec.* num. 10. Conatus Amani erat exaltatio addictorum sibi in tyrannidem, ac depressio veram insinuantium religionem: unde cùm sortes haberet in sinu, ut voluntatis proposito benemeritos opprimeret, indotatos & exleges exaltaret; etsi iussisset ingredi optimum in aulam Regis maiestas, factiosus Aman inter cunctos præclarum eiecit foràs. Haud illi cedebat benè, quòd boni essent in aula palatij: etenim cùm propriam quæreret ex elevandis turpem venerationem, pro nihilo ducens Principis auctoritatem; contra voluntatem Principis, quem meritum introduxit, uti indignum indignè usque in fores expulit. Studium huiuscemodi politicæ artificiosæ ac perversæ, est ut superbi fiant quasi necessarij Principi, ut penes hunc sit dignitatis nomen, penes illos potestatis auctoramen, ad quod opus est suæ dilectionis & electionis ministris, pendentibus omninò à nutu eius voluntatis: Amanque quantunvis Mardochæum clarum dotibus agnosceret, ab aula eniximinin-

Esth. 12. 5.

Cap. 6. 10.

*Suos extollit & benemeritos deprimit.*

incumbens viribus pepulit; quippe nunquàm in honorem ingredietur, qui dignus non invenitur, ni per illum in aulam introducatur. Pridem ad fores palatij Mardochæus sedebat: *cap.* 5. 9. post facinus egregium sic sine mutatione stabat: *Sedet ad fores palatij.* Merita semper ostiatim quasi ad stipem; dum in sinu arrogantis sortes habent inversionem: igitur cum pro auctoraminis commodo fiat indignorum electio, & dignorum reprobatio; dignum ab honore Amanus dedignans & supercilioſus removet, quasi in obsequium Regis nihil feciſſet.

*Merita sem per ostiatim.*

7 Ita, ut notat Cassiodorus 7. *Variar.* Epist. 27. *Utile est, unum semper eligere, cui reliqui debeant obedire; quia si voluntas diversorum vaga relinquitur, confusio, culparum amica, generatur.* Qui pessimi, pessimos in electione proponunt; ut sic permissi in regimine indulgeantur. Auctoritas horum suffragij, nihil nisi improbitatem commendat; quia sine auctoritate quicquid pravum deaurat, proterens merita dignitatibus decora: etenim quicquid tumultuosi procaciter comprobant, comprobatione dedecorant. Sine iudicio, sine reflexione, sine delectu suffragantur ad lubitum obstinati, votum cataphracti firmantes protervo corde. Damna? Prorsùs, dicunt, nulla. Si oculis obijciuntur incommoda? Quid ergo? Claudere lumina. Sic cogitat elector? Hoc non suffragium, sed furor. Furor profectò, ac furia ex horrida abysso: equidem ubi ambitioſum contumax sententia pungens in cæcitatem stimulat; in conatus furoris nihil obstat. Sese rumpet, nisi eruperit pro voto, sine cerebro: igitur temerarius spem concipit, nec dolore resipiscit. Qui præcipitium considerat, resilit promptè, ne pereat.

Cassiod.

*Quanta cæcitas factiosi!*

*Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem*
*Premit humi nitens; trepiduſque repentè refugit*
*Attollentem iras, & cærula colla tumentem.*

Virgil. 2. Æneid. v. 379.

Temerarius, estò serpens occurrat, spe conceptà nec trepidat. Quid non audebit, qui rationem obviam nequaquàm furioſus timet? Verùm si animum desponderit; eliget timidus quod primùm occurrerit.

8 Est uterus maternus in specie humana, propter effectuum varietatem, incomprehensibilis mirabilis officina. Inde egrediuntur homines, & in horrorem aliquando monstrositates: etenim phantasia volatilis concipientium corrumpit imaginatione degeneri perfectionem speciosiorem formarum: impeditque prodire in lucem ad ornatum naturæ præclara in fœtibus pignora, imaginatione prægnantium, affectione atque malatiâ. Ut sua maturus complevit tempora venter, ut Thamar eius deponeret onus; duplex apparuit in vulva fœtus: dixitque obstetrix, ligato serico coccino in unius infantis manu: *Iste egredietur prior.* Textus fœcundus acumine. *Tom. præced. T. 3. D. 6. à num.* 4. signavi aliqua, sed in præsentiarum studio servavi reliqua; ut in electionibus nota fiat capitonum insania. Iurgium inter infantes commissum propter exitum: ut appositiùs dicam, non pugna, ut uternam egrederetur; sed quis tunc egrederetur prior. Vernaculè festivius: *No era la pugna sobre salir, sino por sobresalir.* Unde matrona adastans dixit: *Iste egredietur prior.* Qui maior, è certamine fugit, dum minor manum extendit; equidem dum audax introducitur in certamen ambitione; tatius recedendo cedere. Protulit minor manum, in cuius capulo obstetrix molle ligavit coccinum, ex signo proferens imprudenter iudicium: *Iste egredietur* & egredietur *prior.* (Salse Nostrates: *Con seda floxa encarnada le atò suavemente la muñeca, como que avia de ser el Mayorazgo por aquella floxa.*) Fatiscimus aliter. *Profectò iste egredietur prior.* Esset utique votum contra cœlum, si effectum sortiretur fœminæ votum.

Gen. 38. 28

*Fœminæ interventio caret iudicio.*

9 Ad vivum scenæ generalis cuiusvis Capituli aperitur siparium: igitur in illo unus recedit vel depulsus, vel despectus, vel desperatus. Alius brachio potenti ostentatur glorioſus. Hic iam micat, vel fulget infulis, ille nec spei sedit particeps. Alius gratulatum accedit, nec sibi parcit: alius fumos gratis vendit, quin sit emptor nisi risu, vultu & gestu in blandimen subdolè urbanum; ambiens phantasticè imagines per imaginationes volatiles possibilium. Alius::. & mater doloribus perit diris, intendens in lucem educere homines. Unde cùm discrucietur, à se expellere conatur vel per partum vel abortum *in ipsa effusione infantium.* Summus & summæ pacis est amor, ne discordiæ inter fratres persistat dolor: quandoquidem lachrymæ matris cessarent, modò quamprimùm foràs exirent. Unus manum ostendit thoracijs & apluſtris, signis fastus exultantis ambitionis; quasi sic posset exire, qui exire non potest. Ordo naturalis in dignitatis exitum, est consequi propter merita dotium. In stellione qui manibus nitur, ut in ædibus Regis ardelionicè moretur; sine meritis sequi, ut honorem consequatur. Desinit ordo partus propter deordinationem appetitus: etenim velle consequi merito ambi-

*Dolor ex filijs matrem urget, non ut pariat, sed ut proijciat.*

Vers. 27.

*Dum ambitioſus eligitur, ordo pervertitur.*

bitionis dignitatem ; patet contra totum ordinem.

Lucan. 1. v. 178. *Hinc rapti pretio faſces , ſectorque favoris*
*Ipſe ſui populus , lethaliſque ambitus urbi.*

10 Vidit obſtetrix manum , dixitque gaudibunda ; miſſa eſt mappa. *Iſte egredietur.* Iſte? & quis eſt iſte ? Quem mulier primum probat? Commendatio reprobat. Non quem illa commendat ; ille probatus eſt ; ſed quem Deus commendat : ſuffragium enim ex propenſione mulieris , ſpecimen perſpicuum indignitatis. Intende. *Iſte.* Iſte? Inſania. Quid ſi iſte deſignatus fuerit Iſta? Solœciſmus erit in electione. Si egreditur fœmina incapax ad munia? *Egredietur.* Exitus à contumacia. Dirigitur. Capax erit in munia , ſi obſtetrix ordinat. Feſtivè ac venuſtè phraſe vulgari. *Quando el capricho elige , ha de ſer lo que quiere la comadre. Iſte* profectò *egredietur.* Quid ſi fœmina & non vir , aut mulier ſit & non homo? Minimè removetur à ſententia , quam delirans protulit in ſuffragio pertinacia. *Iſte* ſi fuerit iſta , erit *iſte* : & *egredietur* , quippe non aliter à phantaſia concipitur : etenim ſi à phantaſia fit electio ; velint nolint, quod electum erit homo. Noſtra dialecto æquivocè : *Quando el antojo elige ; que quieran , ò no quieran , ha de ſer hombre. Iſte.* At ſi iſte non eſt ? Erit. Quid ? In malitia conſilium? Eſt faſtidium delicatulum. Ratio, ubi phantaſtica electio ? Narratur fabula ſurdo. Conſideratio in furore ? Mens , dum ſuffragium ſine mente ? Intellectus atque prudentiæ advocatio , ubi prudentia , quod nulla diſcretio ? Quid quòd ſit homo , aut non ſit homo? Egredietur ſic vel ſic. Si non eſt homo , modò egrediatur , quod exierit, exeät. *Iſte egredietur.* Quiſnam ille ? Vivit incognitus ſine nomine. Eligit quem non cognoſcit ; ſed præpoſterè eligit : ſiquidem propudium illum eligi in dignitatem , qui inter dignos optantes nec habet nomen. Hoccine poſsibile ? Hoccine ductrice muliere. Siccine in Comitijs , tantùm eſt eligere , ut conſtet haberi vocem , ſed non ſymdereſim.

*Quàm pertinax & delirus affectus fœminarum!*

11 Adhuc obſtinatè inſtat fœminæ temeritas , quia ex huiuſmodi veſania pendet vecordiuſculæ auctoritas. *Iſte* non ſolùm *egredietur* , ſed *egredietur prior.* Prior , qui non primus ? Nil mirum : plerunque conſilium ſequioris ſexus. Quare ſic ? Quæritur cauſa in mulieris affectu & affectionis ſententia? In cauſam, ſat voluntatis propoſitum. Non ſat fœmineum prolubium? Alius primus. Quid ad illam ? Quæ non in momentum ambitioni , nullius omninò momenti. Cuncta cadent aptè , ſi prior egrediatur. Quid de dotibus primis? Negare primas. Habet phantaſia varijs imaginibus ſingulares ideas : & cuncta licèt celſiora , præſtabilia, indigna reputat ; ni prior primùm egrediatur , quem primum ordinat. *Iſte egredietur prior.* Iſte rationi pro auctoramine conformior : planiſsimus in cunctis intererit error, ni iſte primus egrediatur. O Votum , fœminà dignum! Indignum ſe fautus cogitans retraxit manum , & *egreſſus eſt alter.* Quid mulier ? Quod alij fruſtrato voto , ſimili in articulo.

*Eſtò cognoſcant delirium.*

Verſ. 29.

——*Illi tacito ſub pectore dudùm*
*Ignea corda fremunt.*

Stat. 2. *Theb.* v. 409.

Nihil dicunt. Formant elingues in altero poſsibile commodum.

*Ad prædam ſtrepitumque lucri ſuffragia vertunt.*

Petron. *Carm.* 19. v. 40.

Ut vertant in ſignu habent , & errantes quò ſe vertant , neſciunt ; conſilij inopes , nec mentis compotes : quandoquidem cùm tunc neceſsitas ſignet, qui primus ocurrerit; prior inter vocales plauditur , qui egreditur prior.

*Suffragium ambitioſi ſine delectu.*

12 Elucet in dignitate vacuo , rubore ſuffuſo , effectus ſuffragij ex deliro propoſito. *Tale quidam & his accidit* ( inquit Senec. de *Benef.* cap. 25. ) *qui amicis incommoda optant , quæ detrahant ; & ad beneficium iniuria veniunt : cùm ſatius ſit , vel ceſſare , quàm per ſcelus officio locum quærere. Inhumana iſta , & perverſe grati animi natura eſt ; contra eum optare , cui honeſtè deëſſe non poſsit. Omnes iſti beneficia ſua deteſtabili via ducunt.* Quod illis videtur in amicos beneficium , matri Reipublicæ grave tormentum : equidem cum ab hominibus exerceantur munera , quæ duntaxàt inter homines glorioſa ; relinquent deſpectas virtutes , & ambient præmijs decoratas pravitates. Virtutis iter longum : ambitionis ſemità fit honorum compendium ; toto regiminis ordine inverſo , quandiù meritis prævaleat ambitio : equidem in gravamen matris , abdictis meritis , decertatur in præſtantiora munera , vel ab infantia. Optabat Rebecca , prolem concepit ; *Sed collidebantur in utero eius parvuli , quæ ait : Si ſit mihi futurum erat , quid neceſſe fuit concipere* ? Simmach. *Colluctabantur quaſi paleſtritæ.* Alapid. *Uterque geſtit & nititur, prior utero matris exire ac naſci ; ut ſit primogenitus.* Quod in hoccine articulo myſterium , potiſsimum inter homines deteſtabile vitium. Unde Paulus monet : *Nequis ſupergrediatur , neque circumveniat in negotio fratrem ſuum* ; Non enim ſtrueretur

Senec.

*Reipublicæ vulnus, dum exaltatur in eptus.*

Gen. 25. 22.

Alapid.

*Frater ambitionis dolus.*

1. Theſſal. 4. 6.

in

in fratrem supplantationis machina, ni spe ab ambitioso conciperetur dignitatis eminentia: alter insidiosè circumvenitur, ut alter supergrediatur.

13 Pueri collidebantur in utero matris. Quis crederet? Necdum vident lucem, & ineunt de primatu certamen. Lamentabile prorsùm, quòd usuveniat (magis, quòd intempestivè) huiusmodi puerorum studium: siquidem iam cognoscunt ambitionem, qui non cognoverant lucem. Ingenita videtur animo huiusmodi lues, quam contrahunt corda vel ab utero matris; & reprimere debet senum austeritas, ne inolescat, & ita præproperè, iuniorum pravitas: quorum sæpe non ex præclaris merita, sed è audacia & ignominia; accipientium vitium, præ cunctis (quia cuncta continet) virulentum, quasi per ludum ac iocum. Istactenùs devenimus, & nos & illos atque matrem deploratam non ploramus? Ex corde sanè plorare debemus: quandoquidem occurrunt perciti aspide dulcis ambitionis, qui nesciunt pueri satis emungere nares. Hinc quæ peperit, clamat: *Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere?* Satius mater vacua filijs, quàm ambitiosis: equidem qui nec cogniti, nec vocati, nec lucem visi, quasi palestritæ decertant ambitiosi in dignitatem, ut discrucient colluctando genitricem. Unus astutus, alius hispidus & ferus. Ante tempus exitus infantium, notatur matris periculum; quia non debent in lucem exire, violatà matre, quæ suo tempore faciet, quod opportunum; consulens sibi in salute filiorum. Quid filij? Exire propter honorem decertant, quin periculum agnoscant; quoniam primò exeuntem expectat familiæ auctoritas, ac inter fratres singulariter commendabilis potestas; sed uti infantes, mentis impotes, flocci pendunt modò exeant; quòd in exitu præpropero viscera matris disrumpant. In isthanc diritatem impellit

*Ambitio præpropera, cuncta vitia*

*In iuvenibus totis viribus cœrceatur.*

Iuven. 10. v. 110.

*Summus nempè locus, nulla non arte petitus,*
*Magnaque Numinibus vota exaudita malignis.*

Patet ex certamine, quò deveniat audacia: igitur quòd filijs gloria, matris sunt vulnera.

14 Speculum tantæ genitricis amarissimæ acerbitatis, fuit inter Priscos partus horridi Typhonis. De illo latè in *Ephemer. Isagog. Octobr.* à n. 11. Chartariusque in *Bacch.* fol. 293. ita pingit, ex Platon. in *Phædr.* quem etiam secutus Hygin. *fab.* 152. *Hic corporis proceritate ac robore cunctis ex terra natis longè præstabat. Eius superior pars hominem referebat, penniſque contegebatur: tam prodigiosæ erat magnitudinis, ut altissimorum montium verticem superaret, sideraque capite contingere videretur. Ex utraque manu centum angues capitibus exporrectis emergebant: crura serpentina erant, circum quæ alij serpentes implicabantur, qui universum corpus ambientes usque ad caput pertingebant, quod horridis squalidisque crinibus contegebatur; qui per collum atque humeros se diffundebant. Barba ad illud pectus vastum promittebatur: oculi truces, ex seque quasdam velut scintillas emittebant; os autem flammas affatim evomebat, &c.* Unde huiusmodi tantaque monstrositas? Dicit Pier. Valer. *lib.* 18. *cap.* 2. *Ex Rhea ferunt Ægyptij natum Typhona: verùm hunc intempestivè, neque proprio meatu egressum; sed ex disrupto latere.* Sumpsit ex Plutarch. de *Isid. & Osirid.* & ex utroque Athan. Kircher in *Obelisc. Pamphil.* lib. 3. cap. 5. qui subdit: *Natum Typhonem neque tempore, neque loco, sed è costa, vulnere adacto, exiluisse comminiscuntur.* Pessimus quidem exitus, quo matris vulnus; unde in imagine videtur qua temeritate ambitio: equidem nonnunquàm matris læsio; ubi exitus filiorum sine loco, sine tempore opportuno: sine quibus, uti mater, assumptio ardelionum in præsumptos altu honores; abortivè prodit in throno monstrositates. Quid horribilius procero munere, potiùsque superbià Præside, circundato anguibus, vallato serpentibus, flammas vomente, fulminibus nictante, cuius capilli colubri? Si capilli signant cogitationes, capilli colubri malignitatis sunt signa: igitur ambitio nil cogitat nisi pestem & venena. Expectandum sanè tempus, quo meritis detur locus & locus: infantibus crepundia, pueris prætexta, iuvenibus toga, viris Senatus consulta; sed intempestiva ambitio cunctorum vertit suffragia, quæ collocant aborsu in cacumen honoris hominem informem, semihominem monstrum, cuius horrida species; cum quo grassantes exeunt basiliſci, serpentes, bufones, aspides. Nostrates: *Si el tesson forma elecciones tempranas, todo es sapos, y culebras.*

*Imago Typhonis.*

Chartar.

Pier. Valer.

Kircher.

*In ambitiosi electis oriuntur mõstrositates.*

*Tabifico nitet ambitu.* Crinit.

15 In huiusce modi ulceris pharmacum, est concilium Megarensium, qui iuxta cadaverum conditoria, solemniora in electionem Magistratuum celebrabant comitia (egimus *Tom.* 5. *T.* 9. *D.* 3. *n.* 11. referuntque Pausan. *cap.* 41. & Caussin. *lib.* 5. *Symbol.* 52.) igitur Senatores nec cer-

*In speculo mortis efformantur Vocales.*

vicosè, nec protervè in electione ratione commodi, consulerent suis & sibi, imò optimum elevarent in dignitatem; si meditarentur mortem. Resipiscerent sanè à proposito, mortis consilio: viderentque librantes iudicij examen, suum delirium & errorem. Ctesias in *Persic.* & Bulenger. de *Sortib. lib.* 2. cap. 2. referunt Roxanen Cambysi puerum acephalum peperisse: *Magi advocati responderunt: Filium nullum regni successorem ab eo relictum iri.* Quid in regnum mali omnis huiusmodi forma vel deformitas infantis? Iniqua essent næ ad electionem suffragia, si in deformitate conciperetur forma: igitur satius, quod anarchicè sine capite esset vertex vasti regni; quàm in illo floreret ut caput, qui sine capite: ut enim floreat regnum, haud decet Regem collocare monstrum. Non potest esse successor, regni pudor: equidem Senatorum sinciput nequaquàm sanum; modò eligerent successorem & sine capite puerum. In contraria vergunt capitones, usuram cogitantes ex thesauro dignitatis; qua de causa ubi micat vel à longè maiestatis honos, in auctoramen semper eligunt indignos, iudicio pravo errori concedente indulgentiam, & amore obliquo conferente astutè gratiam. His pravorum cordium consilijs, totis viribus obsistet industriè Præses. *Ideo* (ait Senec. *Epist.* 123.) *claudendæ sunt aures malis vocibus, & quidem primis: nam cùm initium fecerunt, admissæque sunt, plus audent.* Concipit iniquitas, parit pravitas, obstetricat arrogantia, nutrit superbia; tyrannide odolescit, quousque grassans cuncta diruit.

Ctes.

*In throno acephalus, honoris indignus.*

Senec. *Ambitionis ordo.*

Sous. lib. 6. v. 113.

*Conscius in primis scelerum, quem sæva tyrannis*
*Vexerat ad solium regni, sceptrisque potiri,*
*Fecerat indignum.*

## DIDASCALIA V.

### *Ioannes Baptista singularis vel in conditione hominis.*

1 LApis pretiosus plauditur Baptista, & excellentiâ virtutum, & eminentiâ charismatum singularium: unde Damiani *serm.* 23. inquit: *Felix homo, quem summæ felicitatis immensitas largiùs irroravit.* Quare cùm ad hominis auctoramen, nil aliud præstantius, quàm quod excedit hominem; in signum felicissimæ sortis Præcursoris,

Petr. Damian.

*Extat divini species.*

Accinuit Paulinus Consular. *Carm.* Baptist. vers. 207. Ideo in plausum Ioannes dicitur *Homo*, pro amplissimo naturæ portento, uti miraculum orbis; sed ubi stabat, refulgebatque divinitatis species: quandoquidem summæ speculum excellentiæ, quòd homo ultra conditionem conditionis humanæ. *Ista res maior altiorque, quàm, ut credi similis huic, in quo est, corpusculo possit. Vis istuc divina descendit. Animum excellentem cœlestis potentia agitat. Non potest res tanta sine adminiculo Numinis stare.* Ita Seneca *Epist.* 41. Iam encomium & versus cœlum, quod in naturam opprobrium; ut in conditione hominis species rutilet Numinis: siquidem manus Domini erat cum illo, dum Ioannes dicitur homo, Numen creditur, dum legatio ad illum de Numinis munere à Sacerdotibus mittitur. *Non sum*: respondit. Minoratur? Imò extollitur: igitur dum ille negat, quod Synagoga cogitat; in entitate humanæ fragilis conditionis, refulget prorsùm species divinitatis. Tanta excellentia & à pueritia, imò ab infantia, imò à non infantia semiperfecti corpusculi, sine adminiculo Numinis nequit stare. Quàm aptè, etsi aliò intentus in Apolog. *Adverss. Gent.* cap. 33. ac nervosè Tertullianus! *Infra Deum* (inquit) *magis illum commendo Deo, cui soli subijcio. Subijcio autem cui non adæquo. Satis si homo: grande & hoc nomen est, quod à Deo traditur. Minor erat, si tunc Deus diceretur, quia non verè diceretur: maior est, qui revocatur, ne se Deum existimet.* Plausus hominis, quòd se elevet super se: Ioannesque dum creditur Numen, dicit actutùm: *Non sum*; ut maior credatur, dum minor iudicio hominum efficitur: igitur homo dotibus singularibus plauderetur ut Numen, si esset possibile nancisci divinitatem.

Paul. Consul. de *Bapt.* v. 207. Ioan. 1. 6. *Miraculum orbis.*

Senec.

*In illo splendet species divinitatis.*

Tertull.

2 Hic lapis pretiosus iacitur in fundamento Sion, unde egressura lex; sed in fundamento fundatus, ut dicit Propheta Evangelicus. Fundamentum Christus est: hinc Ioannes dicit: *Non sum*: etenim licèt Ioannis eximia mirabilis magnitudo in hominis conditione; eius pretiositas à summa pretiositate fundamenti. Intelligitur modò nostra Tautologia, ut ad legem novam templi novi erigeretur fabrica, *Ædificans ædificavi.* Quorsùm geminatio, ubi Ecclesiæ prænostratur erectio? Accidit Ecclesiæ quod templo speciosо Synagogæ. David cuncta pretiosa fabricæ pulcherrimæ præparavit, Salo-

Isai. 28. 16

3. Reg. 8. 13

Damian. lomon augustè erexit. *Amicus Sponsi, Sponsæ præparator est* (subdit Damian.) *excellentissimus homo.* Ædificatur Ecclesia à Salvatore, ædificatur à Ioanne: geminaturque ædificatio; ut utriusque dispaleſcat celsitudo: igitur per Christum cognoscitur excellentia Ioannis, ac per Ioannem magnitudo Salvatoris. *Duplex ædificatio.* Hoc est, Pulchra, pretiosa, summaque ædificatio, quippe Duplex est superlativum rei cui iungitur, ut 1. Tim. 5. 17. *Duplex honor* pro summo honore: de quo egi, *Tom.* 3. *T.* 9. *n.* 43. Duplex, mirabilis ædificatio in novum templum (quia Christus fecit utraque unum) ex Salvatore & Ioanne, ex Verbo & voce, ex lucerna & luce, ex lucifero & Sole: etenim Verbum congruum in expressionem charismatum Ioannis; nec vox ulla aptior ad demonstrandam excellentiam Verbi Numinis.

*Christus speculum Ioannis, & econtrà.*

Eccli. 50. 2.

*Duplex pro pretioso & summo.*

Iuvenc. 1. v. 383. *Sic sanè complebitur ordo.*

3 Annunciatur Ioannes Zachariæ patri, in gaudium cordis, replendus Spiritu Sancto etiam ab utero matris, magnus coram Domino, optimo maximo; quem lucifer præcedet, ut præparata corda tanquàm Sol radijs illuminet. Unde simul annunciatur nativitas Ioannis, & adventus Salvatoris.

Luc. 1. à v. 13. *Elisabeth pariet tibi filium, ipse præcedet ante illum.* Uterque promittitur, tuncque Zacharias nec verbum loquitur, nec loqui valet; ubi grata cordi avidissimè percipit. Nil mirum: miracula in nativitate Ioannis dici non possunt: profectò excessivè maiora, quàm possent orbi demonstrare verba.

Vers. 20. *Ecce* (dicit Gabriel) *eris tacens & non poteris loqui.* Literaliter fusè *Tautolog.* 7. à *n.* 38. Nota *Ecce. Particulam emphaticam in exprobrationem adversus incredulos*; signat Maluend. in *Isai.* 28. 16. Novarin. in 7. *Luc.* vers. 12. *Ecce* (inquit) *particula admirationis est, novum aliquod indicat.* Nihil non novum in Ioannis nativitate: verùm quidnam mirabile & novum in promissione; ut tanquàm quid summum & singulare, dicatur, *Ecce*? Quod tacens existat, & loqui non valeat? Prorsùs. *Loquendi mox privatur officio, & ad vocis adventum vocis amittit eloquium*: subdit Damian. *serm.* 25. Annunciatione Verbi, Vocisque factâ; Zachariæ desunt & voces & verba: his homo ostendit, quicquid intra se intelligendo concipit; ut in mente audientium clarescant cognita, quæcumque eius cognitioni manifesta: & quæ Zacharias cognoscit, dicere nec voce nec verbis valet; quippequàm non licet homini loqui, quæ nequeunt dici: etenim quæ excelsa superiora è cœlo concepta à mente, duntaxàt dici possunt admiratione? de quo infr. *n.* 13.

Maluend. Novarin. *Excellentia Ioannis nequit dici.*

Damian.

4 Aliquid micat reflexione seriâ dignum, modò intentè extricetur testimonium. Verbum proferendum voce, in expressionem conceptionis à mente; indiget iuxta Aristotel. 2. de *Anima*, text. 90. aliquâ imaginatione. Hoc intuitu rationali dantur voces à natura: & dum Verbum, Voxque Verbi annunciatur Zachariæ, ad utriusque expressionem desunt verba; quippequàm nequibat dicere, quæ non poterat unquam imaginare. *Unde hoc?* dicit. Nec spes concepit tantum bonum, dum bonum faustè concepit: & cùm voces & verba in cognitionis expressionem natura ordinet; Zachariæ desunt, nec in cognita à mente desiderantur: equidem nequibant imaginationem informare, quæ non poterant in mentem, præut excelsiora venire. Præterea: iuxta Philosophos (de quo videsis Conimbric. 3. de *Anim.* cap. 8. q. 3. & Pavon. de *Diffinitionib. Isagog.* p. 2. n. 1888.) sicut vox dicitur verbum oris, ita intellectio dicitur verbum mentis. Quod concipit ex specie impressa fœcundè mens, vi intellectionis exprimit ad extrà vox. Summa nunciabantur Zachariæ, quæ eius à Gabriele Archangelo impressa menti; quæ ad expressionem indigebat voce: meditanterque his auditis, dicit, *Unde*? siquidem voce & mente exprimere non valebat, quæ concipere non poterat. *Non poterat loqui ad illos, & ipse erat innuens illis.* Hæc sunt verba, quibus cœlestia explicantur arcana: etenim quæ hominum exuperant sensum; duntaxàt poterunt indicari per nutum. Necdum enucleatus textus. Pende: *Eris tacens & non poteris loqui.* Qui non potest loqui, potest vocem proferre. Qui tacet, nec vocem valet exprimere: illi Verbum divinum in carne annunciatur, Vox etiam illi ex illo Divini Verbi promittitur: mutèque tacet, atque simul loqui nequit; quippe non solùm nequibat dicere in Verbo divino quid, verùm nec valebat dicere huius Verbi qualis vox. Zacharias *ad vocis adventum, vocis amittit eloquium.* De Voce nec Verbum dicere quibat, quippe ad Verbum spectabat; sicut Verbi indicare magnitudinem, duntaxàt cœlitùs pertinebat ad Vocem. Venit Salvator in Iordanem, dicitque Ioannes: *Ecce qui tollit peccatum mundi.* Salvator ergo *cœpit dicere de Ioanne.* Tunc adæquatum utriusque ab utroque encomium: est ordo mirus inter Vocem & Verbum. Quid Salvator, à Ioanne: quid Ioannes, audiendum à Salvatore.

*Nec cognoscit.*

Vers. 22.

*Minus, cõprehendi.*

Ioan. 1. 29. Matth. 11. 7.

*Ut muto genitore fluës, mox prædicat: Agnus.* Sedul.

Accinit Sedul. 2. *Carm.* v. 149. A muto loquitur, ut constet ad quid muti filius nascitur: igitur quoad Verbum in carne, Ioannes, uti Verbi Vox, potest dicere, quid sit.

5 Observarunt Athenæus *lib.* 10. *cap.* 17. Bulenger. 1. de *Conviv.* cap. 20. Iul. Pollux lib. 6. Alex. Neapolitan. *lib.* 5. *cap.* 21. uti diximus, *Tom.* 2. *T.* 10. *D.* 7. *n.* 2. (constatque ex *Sympos.* Platonis, & Plutarchi etiam in *Convival. qq.* & Clem. Alexandrin. 2. *Pædagog.* cap. 1.) post convivalia apud Priscos, maximè Græcos, gryphos proponi & ænigmata: *ex quibus* (ut ait Gell. *lib.* 13. *cap.* 11.) *ingenium venustius fiat, & amœnius.* Nequibat esse otiosa curiositas, ut vel in otio caperetur utilitas: equidem dedecebat saturum corpus, & simul animus vesculus; dum satiari quibat quasi in hortu voluptatis, floribus eruditionis. Inter ingeniosa, est illa mensa, quæ dicta Phœbi, à Trimalcio affabrè structa, in qua primo aspectu obijciebantur Signa cœlestia; sub quibus missus dulciores, vel tædio suaves, ut refert Petronius in *Satyric.* fol. 19. Elucet analogia, qua aliquomodò Solis Iustitiæ emicat Eucharistia: quandoquidem sub specie panis, mirè latet corpus Christi, panis cœlestis, omne delectamentum in se habentis, uti est summum suavitatis, in cibum animæ afferens primitiva per menses.

*Ænigmata in convivijs*

Aul. Gel.

*Mensa Trimalci symbolum Eucharistiæ.*

Alcim. Avit. 5. v. 454

——*Ut cœli frugem terrena viderent.*
*Quam caperet pascendus homo, de sede superna*
*Illabente Deo, sanctis altaribus escam.*

6 Cuncta superavit ingeniosa mensa philosophica: ita dicta eò quòd gryphi à convivis prolati, in tabula artificiosè videbantur expositi. Cavitatibus, ut nexi conficerent voces, scalpro formabantur characteres, quorum cava granis tritici erant imbuta. Ænigmatibus expositis, & fatentibus insciciam convivis; cicures in mensam descendebant aves, quæ vorantes escam appositam, mensam ostendebant scriptam, simulque exposita propositorum arcana, quæ ex verbis mirè dispositis videbantur involucra. Ita Zonaras in *Annal.* & Silvius Ambianas in Auson. *Gryphum*: aliaque dicemus, *Tautolog.* seq. à n. 7. Modò in Præcursoris munus. *Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum.* Summum elogium, cæterùm Ioannis officium, & à puero, ut illius clarescat celsitudo. Ænigma est Dei Verbum, caro factum, mysterium à sæculis & generationibus absconditum, ut ait Paulus, *Coloss.* 1. 26. Quomodò ergo manifestatum mysterium *& per illum*? Cœlestem proponit Christus uti ænigma in Eucharistia mensam; & se exponit hominibus in pastum, ut cœnam magnam. Collocatur in convivio panis de cœlo, ut cœlestia sapiat homo. Character divinitatis occultur oculis sensibilibus, sub alienis sacris speciebus. Triticum est quod tegit excellentiam tantæ maiestatis; quippe estò panis intellectus, est ænigma rationis. *Ænigmati simile videtur*: ait Chrysost. homil. 66. in *Ioann.* Quare de Manna, symbolo Sacramenti, quasi de ænigmate, dixerunt: *Quid est hoc?* ac de mysterio tanto: *Quomodò potest? Quis potest?* Erat mysterium occultum. Mundus non cognovit. Exponitur illi Eucharistia, cœna magna, verùm nescitur ænigma. Non est avis, quæ exponat quem occulunt accidentia? Est profectò. Baptista. Mundus non cognovit, verùm semitam avis non ignoravit: equidem omnes crediderunt per illum, quod latebat ænigmaticè sub velamine accidentium.

*Mensa Philosophica, ænigmatum expositiva.*

Ioan. 1. 7.

*Eucharistia est mensa ænigmatica*

Chrysost.

Exod. 16. 15.

Ioan. 6. 52. 60.

*Quomodò orbis fides à Ioanne?*

7 Ignoravit mundus quis esset Verbum in carne, quousque Vox expresit indice: equidem cùm mundum lateret, quem in carne non cognovit; Ioannes vox exposuit oculis mysterium absconditum retrò sæculis. Ideo mittitur *ad dandam scientiam salutis.* Salus à Verbo, Patris sapientia, quod in carne propositum ut ænigma, cuius nesciebantur arcana. Erant Scripturæ characteres sine voce, uti futurorum umbræ, queis nesciebatur caro in coniunctionem Verbi: at cum Ioannes Vox mitteretur ad dandam scientiam; formatà voce, Verbi absconditi sub carne dederunt plenam notitiam. Ut donum ab homine obtineatur salutis, indiget scientià vocis. Nulla salus sine cognitione Verbi: Verbum nequibat sine voce cognosci: & omnes credentes per Ioannem, habuerunt de Verbo fidem; quia Præcursorem Verbi videbant vocem. Sæpe egi de statua harmonica Memnonis: *Tom.* 2. *T.* 3. *D.* 5. *n.* 22-4. *T.* 4. *D.* 2. *n.* 9. fusèque, *Ephemerid. 6. Mart.* ubi ex Kirchero ostendimus in harmoniam artificium. Vid. Pier. Valer. *lib.* 52. *cap.* 37. & Cornel. Tacit. 2. *Annal.* cap. 61. qui subdit: *Memnonis saxea effigies, ubi radijs Solis icta, vocalem sonum reddens.* Iurè Paulin. d. à v. 145. succinit de Baptista:

Luc. 1. 77.

*Ex Voce cognitū Verbum.*

*Memnonis statua harmonica.*

Cornel. Tacit.

——*Movit materna Ioannes*
*Viscera, & implevit divino pectora sensu;*
*Iam vates, necdùm genitus, conclusus in alvo:*
*Iamque Propheta priùs gesta & ventura videbat.*
*Iam tenera informat venturis moribus ora.*

Paul. Conf.

De

8 De Sapore Rege Persarum, ait Bulenger. 2. de *Sortib.* cap. 2. ex Agathia *lib.* 3. quòd cùm mater audisset a Magis hominem insignem concepisse; illicò præcepisse coronari: *unde Sapor in utero coronatus est.* Intelligitur modò acumen latens in testimonio celebri Davidis. *In splendoribus Sanctorum ex utero ante Luciferum genui te.* Rab. Aben-Ezra. *In utero ante Lucifer rum coronavi te præ splendoribus Sanctorum.* Quo intuitu Genebrard. in Cant. 3. 11. inquit:

Agath.

Pfal. 109. 3.

Aben-Ezr.

Genebr.

*Hìc cernite*
*Regem coronà fulgidum,*
*Quâ cinxit eius verticem*
*Parens coruscè laudibus.*

Idem.

Propositum delicat etiam in Psalmi præfati textu, subdens: *Quasi Pater priùs cogitaverit de edendo in lucem corpoream filio.* Tunc enim factâ unione in unica persona naturæ duplicis, in utero Virginis; filius iterùm in orbem terræ introductus, est coronatus: quapropter Pater dixit: *Adorent eum omnes Angeli.* Hebr. 1. 6. Patet Verbum in carne in utero, coronatus; sed ante Lucifetum; ut constaret in Lucifero Solis miraculum: igitur si Sol Salvator, Luciferque Præcursor; ex Ioannis etiam ab utero genitricis splendore, rutilat inter sanctos splendor Verbi. Haud dubium, quòd maior gloria in Sole, quàm in Lucifero Ioanne; quippe vel corporaliter habitavit in eo omnis plenitudo divinitatis, præ participibus suis: & ante Luciferum dicitur, ut etiam Lucifer in utero coronatus agnoscatur: equidem si corona donum sanctificationis; Sancto Spiritu repletus adhuc ex utero matris. *Prophetant matres spiritu parvulorum*: ait Ambrosius, lib. 1. in cap. 1. *Luc.* Venerat, venerat vox, ut Solis Verbi divini manifestaretur lux, & omnes crederent per illum, quid tunc erat Dei Verbum: materque filij spiritu prophetat, dum ille in utero exultat; quippe Virginis filium cognovit Numen, ut Ioannis adhuc in utero audivit vocem. Pende Ambrosij testimonium. *Duplici* (inquit) *miraculo prophetant matres spiritu parvulorum.* Duplex miraculum? Unde? Ex Ioannis officio, ante nativitatem perfectissimè impleto; quoniam vox noluit subsistere, sine Verbi propria significatione. Sine gratia vox, verùm non dulcis, ut sonaret in auribus Solis. Vox dum à Sole, auditur grata; ubi facies sanctificatione decora: duplexque miraculum in articulo intervenit, dum vox auditur, & audit: primum, quùm Ioannes vox vocem Virginis cognovit: secundum, quòd mater audiens filij vocem intelligeret; etenim si salus in pennis divini Solis; conceptus Lucifer vox præstans scientiam salutis. Quicquid genitrix audierat, ut succinit Paulin. d. v. 183.

*Splendor Christi ex Ioannis splendore.*

*Qui in utero coronatus.*

Ambros.

*Et à genitrice auditus.*

*Implet certa fides, & natus comprobat infans.*

Paulin.

Elucet munus Ioannis, cognitione genitricis: igitur filij percepit significativam vocem, dum sine voce secum habebat infantem.

9 De lamia, sæpe egimus. At occurrit ut novum, quod refert Aristotel. 3. de *Histor. Animal.* cap. 13. *Animal* (ait) *est magnum & crudelissimum, quod nocte silvas exit, & hortos intrans arbores frangit, homines autem mordet. Unum autem mirabile, quòd scilicèt homo ab ea morsus, non sanatur nisi audierit vocem.* Aliter refert Berchorius in *Reductor.* Gyrald. *Syntag.* 15. & Nos, *Tom.* 4. *T.* 13. à n. 2. Sit ergo pro mysterij præsentis delicatione ad miraculi formam. Verùm dum vox ad sanitatem necessaria dicitur, non indicatur quænam, vel cuiusnam. Berchor. d. *lib.* 10. *cap.* 56. infit: *Qui istum clamorem audierit, proculdubiò à dolore sanus erit: dicit enim: Ex quo facta est vox salutationis tuæ in auribus meis; exultavit infans præ gaudio in utero meo.* Huiusmodi truculenta, dira bellua, quæ vel in hortos exit, & cunctos homines mordet est lues originaria, cuius virus vitiumque inolevit pro natura, in progeniemque universam pertransijt, ex quo in paradiso radicem, frangendo ramos, infecit. Morsus est Ioannes, ratione originis, cuius sanitas ventura à medicamine vocis: igitur haud exultaret præ gaudio, ni liberatus à morsu. Cuiusnam ergo vox? Virginis & matris est. Ex quo facta vox, infans exultavit, qui præ dolore morsus gemens in utero stetit: equidem cùm morsus medicina penderet à voce exhausta; exultat Ioannes expers originariæ labis per auditam vocem Virginis.

*Quid lamiæ*

Aristotel.

Berchor.

*Ex voce Virginis expulsa ægritudo Ioannis.*

——— *Ecce gaudens in viscere proles*
*Exultat, Mariæ quùm prima affamina sensit.*

Iuvenc. 1. v. 117.

Hinc postquàm natus è terra à Virgine erectus. Ita astruit Damian. *serm.* 23. *Ipsa Dei genitrix felicem puerum* (ait) *primum de terra levavit.* Dices matrem Ioannis factam singulari modo, singulari scilicèt obsequio; quia *Magnam matrem* Ethnicismus dicebat, quæ infantes è terra levabat. Unde Chartar. in *Magna matre*, à fol. 138. subdit: *Veteres editum infantem statim in terra deponere, tanquàm si collocassent in ulnis omnium rerum matris.* Idem apud Augustin. 4. *Civ.* cap. 11. Aliud sublimius. Pater etsi

Damian.

*Quem recens natum levavit à terra.*

Chartar.

*Officiū Magnæ-Matris*

etsi genuisset, non habebat ut filium, nisi quem à terra levasset; uti dicemus, *Tom.* 8. *T.*7. Mater Ioannis Virgo erat, quæ in spiritu genuit, dum à Lamiæ morsu voce solà liberavit: levavitque è terra fœtum, ut filij Præcursorem, recognosceret filium. Levat è tellure mater præ nimio amore, sed restat officium à Magna matre. Ut cessent pueri vagitus, accedit matris affectus: sed non matris magnæ, nisi ad infantem singulari munere: Magnaque Mater vocatur Maria, quùm Ioannem levat à terra, quia vocem primam infans emittit ploransq: verùm Ioannem per illam vocem primam infantis misit exultans. E terra levavit. Matrem-magnam sese ostendit: equidem cùm erectio astruat filiationem, quæ nequibat probari factam per vocem vitalem; natum levavit à terra, quem in utero matris iam levaverat à culpa.

*Virgo quomodò Baptistæ mater?*

10 Hoc primum miraculum. Restat secundum, ut liqueat matres prophetasse spiritu parvulorum. Ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exultavit infans in utero eius. *Novum & admirabile mysterium* (ait Antipater in *Orat.* de *Baptist.*) *nondùm nascitur, & saltibus loquitur.* Loquitur infans? Novum & mirabile mysterium est. Non novum: nascitur vox: miraculumque sanctificationis infantis in utero genitricis, sequitur miraculum ab infante per matrem auditæ vocis; quia cùm vox ex voce generaretur, miraculum in indicem Verbi miraculum sequebatur: etenim infans in utero Virginis audivit vocem, & audit Elisabeth etiam loquentem infantem. *Quomodò* (inquit Theodor. Studita in *Baptist. natal.*) *cùm adhuc esses in maternis visceribus super terrena ascendisti, ad cœlestia provectus, & quod à sæculis obscurum, statim annunciasti?* Dicit Psaltes Regius. In novum miraculum ex voce Virginis, qui est mirabilis in sanctis suis: *Ecce dabit voci suæ vocem virtutis.* Ideſt, virtutem vocis, per Hypallagen: hoc est, vocis operationem. Ut explicaret Verbum vox Ioannes nascitur: ut vox sit, vox ex Virgine auditur: à voceque virtus voci conceditur, quippe vox Ioannes indicavit Verbum in carne hominis hyperaspistem, ut audivit à Virgine pro salutatione vocem. Vox à voce est. Sine significatione nequit esse Ioannes vox: voxque Virginis voci dedit virtutem, & vox genita processit in vocis operationem: igitur Mater Elisabeth ex voce filij cognovit, quod vox filius voce Virginis audivit. Canit quò dudùm Iuvencus, v. 111.

*Antipat.*

*Ex voce Ioannis Elisabeth Christum cognovit.*

*Studit.*

*Psal. 67. 34. Hypallage.*

*Iuvenc.*

*Et simul exilijt mater, concussa tremore*
*Divinæ vocis, completa afflamine sancto.*

11 Haud Memnonis obliviscor statuam. Ubi radijs Solis icta, vocalis sonorè facta. Statua cum voce? Quomodo siccine statua? Imago muta vocalis? Sanequàm à radijs Solis. Ut Vox Divini Verbi Baptista nascitur, qui in huiusmodi ministerium concipitur. Ut infans nec dicit verbum, verùm etiam tunc vocis adimplendum officium: equidem signum, ubi in statua vocis est significatio, Verbum Solem esse in mundo. Solis ergo claritas linguas infantium facit disertas. Uti in infante in Ioanne neque est vox. Ergo in vocem statuæ Solis egrediatur lux: igitur si Sol refulgens Verbum divinum, voxque nihil, si non verbum; ut conceperit ex radijs vibratis flammas. Solem iam natum voce declarabit infans. Natus est Ioannes, *& audierunt vicini.* Quid audierunt? Vocem. Vocem, & vident infantem? Vocem utique, in eius nativitate. Potuerunt audire, dum ille non valet loqui? Sanè. Miraculi celsitas, infans non infans: in statua dulcis & sonora vox: infans fans. Mutus erat uti statua naturà: vox fit gratiâ: audieruntque vicini in ipsa nativitate; quia cognoverunt ex miraculo vocis, Solem iam natum illucescere terris: ni ergo de cœlis iam esset in terra, infans mutesceret uti statua: si auditur vox in nativitate infantis, in vocem percusserunt radijs Solis orientis. Dicit pater *Visitavit nos Oriens ex alto.* Ideſt, Sol, uti indicatur, *Zachar.* 3. 8. & *Malach.* 4. 2. Sol iam ortus è cœlo refulget? Unde Ioanne nato cognoscit? Vox nascitur filius, ut Verbum, lucem veram cognoscat mundus. Filius tunc erat statua, minimè loquax in Solis absentia: at ut infantem audivit mirè vocalem, ex voce non expectata cognovit Solem orientem. Oriatur ergo è cœlis in terras Sol, Verbum Patris, ut statua icta radijs fungatur munere vocis: equidem cùm à Solis aspectu, in infante fit locutio; si Sol nascitur, qui vox statim loquetur. Auditur à vicinis vox, dum oritur in illuminationem suprema divina lux. Nemo lucem vidit, nec cognovit; quousque Ioannes voce testimonium perhibuit: etenim si omnes credituri per illum, duntaxat Vox vel ab utero quibat indicare Verbum. Concinit Prudent. in *Apotheos.* à v. 659.

*Ex radijs Verbi Vox Baptistæ.*

*Infans non infans.*

Vers. 58.

Vers. 78.

——*Nam pusio nondùm*
*Norat, & ora Deo referabat garrula Christo:*
*Primus & infantem non natus nunciat infans.*

Prudent.

12 Mysterium indicaturus Achaz Vates

tes Evangelicus in signum perfectæ libertatis hominis ex partu singulariſsimo Virginis; dicit Regi: *Vide, ut ſileas.* Ut ſileat? Ut clamet præ gaudio cordis, dum in ſigno micabat pretium ſalutis. Verbum in carne, & ex Virgine-matre, ſub ſilentio? Siccine exigit promiſsionis magnitudo: etenim licet conetur, à propoſito fruſtrabitur: iubeturque meditatò ſilentium, dum tantæ felicitatis innoteſcit ſignum; quippequàm in carne myſterium Verbi, & à Virgine-matre, tantùm dici valebat à Ioannis Voce. *Vide & mirare*: dicebant oſtendentes Solem. Vid. *Tautolog.* 7. n. 31. Strabon. *lib.* 16. n. 51. Philoſtrat. in *Vit. Apollon.* lib. 2. cap. 7. & Hieronym. *Epiſt.* 103. Solem quis cognoſcere valet, quippe videt: at quid ſit, dicere nequit: equidem opus Excelſi, vas admirabile, exponi tantùm poteſt admiratione. Vide ſignum & mirare. Ut ſileas, vide; dicitur Achaz, dum per ſignum in carne divinus clareſcit Sol. Noli perſcrutari maieſtatis arcana, quippe opprimeris à gloria. Contemplare lucem, ſed lucem inacceſsibilem, ut ſileas; cuius à te dici nequit maieſtas: equidem cùm hiccine Sol ſit Verbum; duntaxàt poteſt enunciari per Luciferum. Poteſt retorqueri in Ioannem, dum videt lucet: etenim qui tot prodigijs & concipitur & naſcitur; duntaxàt plenè admiratione dicitur. Adinſtar Nili (ut canit Lucanus, 10. *Pharſal.* v. 297.

Isai. 7. 4.

*Christus dũtaxat quibat indicari à Ioanne.*

Lucan.

——*Maluit ortus*
*Mirari, quàm noſſe ſuos.*

13 Duplicem linguam, quam *eruditam* vocat Iſaias, habet homo, ut ſingulariter ſine explicatione explicetur intellectio, quia obiectum extra verborum ſpeciem: dubium, nimirùm, & admirationem. Ariſtot. 4. *Ethic.* cap. 3. Utrumque videmus in nativitate Ioannis, celebratà maximoperè à vicinis. *Factus eſt timor* (ideſt, ſtupor) *ſuper omnes vicinos, dicentes: Quis putas puer iſte erit?* En de viſo infante dubium. *Mirati ſunt univerſi.* Ecce alia facultas intellectualis linguæ. Lingua cunctorum vel loquax, ad expreſsionem excellentiæ Præcurſoris erat muta: & utuntur voce admirationis, indicis virtutum Ioannis; quoniam eius prærogativæ ita linguâ ſuperiores, ut faciliùs poſſent audientes ſtupore mirari, quàm verbis dicere. Non ſemper ab animo dubio oritur intellectionis dubitatio: aliquando ipſam inſperatam miraculi novitatem, dicit admirationis originem. Intellectus intellectionis ſolicitat interpretes, dum idiomatis deſunt nativæ voces. Exprimenda nativitatis miracula, verùm non eſt ſermo in lingua. Quærenda ſcientia mirabilis, ut plenè dicatur quod obijcitur oculis: alijque dubium ad diffinitionem referunt, alijque ex dubio mirantur; quoniam quis Ioannes etiam ab ipſa nativitate, duntaxàt poteſt dici admirationum idiomate. Vide dicta, *Tom.* 1. *T.* 6. *D.* 17. *n.* 4-2. *T.* 8. *D.* 5. *n.* 17.

Isai. 50. 4.

Luc. 1. 66.

Vers. 63.

*Et Ioannes non linguâ, ſed admiratione.*

14 Ulteriùs procedamus. Tanta taliaque mirabilia percellunt mentem, quòd ingerant ad iudicium ſuſpenſionem. *Quis putas puer iſte erit?* Haud ſuppetunt verba in tot miracula; lingua ſingularis neceſſaria in tot prodigia. Quis erit iſte puer? Quis, dum tanta in puero eminet magnitudo, ut ſit magnus coram Domino? *Homo miſſus à Deo.* De cœlo Ioannes, ex origine telluris? Sanè è terra, ſed è terra infœcunda: etenim ſi ſterilis originis alvus, nequaquàm erit ex origine fructus. Terrenus eſt ſicut cæteri hominum, venientium per traducem in hunc mundum: verùm ſi connotaretur terra; poterat ut terrenus comprehendi cogitatione Baptiſta; & cùm qui deſurſùm eſt, ſuper omnes homo ſit; quia non poteſt Ioannem comprehendere hominis intellectus, dicitur homo, verùm à Domino miſſus. Vernaculè: *Es una coſa del Cielo.* Homo dicitur, cæterùm homo de cœlo, ut pateat quàm mirabilis, difficilis comprehenſionis: etenim inter excellentias excellentiæ magnitudo, quòd homo eſſet, etiam miſſus à Domino. Homo profectò erat; ſed quem homo hominem comprehendere cognitione nequibat. Quaſi de cœlo, dum ad homines à Domino miſſus homo. At quare uti homo de cœlo? Floridiſsimè ſub Luciferi metaphora Prudentij Muſa: d. à v. 683. ſed his à quibus Aſtrologia aliquatenùs nota.

Ioann. 1. 6.

*Quo ſenſu miſſus à Domino quaſi è cœlo?*

*Vidimus hunc (aiunt) puerum per ſidera ferri,*
*Et ſuper antiquos ſignorum ardeſcere tractus.*
*Diriguit trepidans Chaldæo in vertice pernox*
*Aſtrologus, ceſsiſſe Anguem, fugiſſe Leonem,*
*Contraxiſſe pede lateris manco ordine Cancrum,*
*Cornibus infractis domitũ mugire Iuvencũ,*
*Sidus & hircinum laceris marceſcere vilis,*
*Labitur hinc pulſu puer Hydrius, inde Sagittæ,*
*Pallantes Geminos fuga ſeparat, improba Virgo*
*Prodit amatores tacitos in fornice mundi.*
*Quique alij horrificis pendent in nubibus ignes,*
*Luciferum timuere novum.*

Prudent.

*Novus Lucifer.* Ita fugerunt genimina viperarum, ad novi Luciferi rutilantis aspectum: qui Lucifer dicitur novus, dum eius splendorem stupens miratur mundus, quia si Lucifer Solis præcursor in cœlo, tanquàm è cœlo Lucifer homo missus à Domino. Micat felicitas orbis, dum cœli Lucifer in Solis indicem fulget ab infantia in terris. In Solis indicem, mittentem radios & vocem.

15 Quid mirum, si illum omnes mirarentur, qui seipsum miratus est in utero peregrinum? Diximus causam *Tom. 2. T. 8. D. 4.* ex Chrysologo: qui *serm. 91.* infit: *Surgit novus Lucifer, quia iubar iam veri Solis erumpit.* Unde novus? In hominis conditione fulsit Angelicum munus. *Fuit homo,* sed de quo dicitur à Deo homine: *Ecce ego mitto Angelum meum.* Chrysolog. serm. 89. ita cogitat: *Natus est privilegio singulari. Cùm Christus Deus nasceretur in carne; Ioannes Angelus est generatus in terris: ut ita officia terrena, officiis se cœlestibus miscerent; sicut humanis se divina miscebant: & in terra Deo, Angelus Domino, & ordo cœlestis obsequij non deesset.* Similiter Paulin. d. v. 319.

Chrysol.

*Cur dicitur Angelus?*

Idem.

Paul. Conf. *Nominis Angelici tu participatus honorem.*

Alia cogito. Quo pacto in munere, Angeli conditio, dum est, & proponitur ut homo? Quia quæ in isto fulgebant homine, ab homine nequibant adæquatè comprehendi. Quicquid Angelus & quomodò Angelus comprehendit, homo noscere non valet: & ubi Ioannis hominis excellentia proponitur; Angelus, qui homo, signatur; quia erat in hominis conditione, plus quàm de homine homo quibat cogitare. Seipsum homo miratus est, quia homo in hominis conditione peregrinus: iureque Angelus; quia per collatam è cœlo singulariſsimam gratiam, præcellebat magnitudine hominum intelligentiam. Cogitare quibat in illo cultisimè nobilitata conditio; quòd in honorem generis sedisset summa perfectio. Summus est. Qui inter homines videtur summus, est plus: duntaxàt Angelus potest cognoscere se. Ideo Ioannes nullum fecit signum, quippe in ipso cumulus miraculorum, ita in extremam magnitudinem, ut superaret homo hominum cogitationem.

Virgil. 3. Æneid. v. 374. *Nate Dea (nam te maioribus ire per altum*
*Auspicijs manifesta fides) sic fata.*

## DIDASCALIA VI.

### *Ubi infelix felicitas, felix adversitas.*

1 SÆpe regesimus ex materiali; quomodò spiritalis efformanda ædificatio; ut rutilet fastigium in ædificio, maximè illorum qui non reædificantur, sed superædificantur tanquàm lapides vivi, ut in cœlesti Ierusalem effulgerent uti lapides pretioſi. Ut ædificij ex ædificatione sit culminis celsitudo, vocatur à Petro *Superædificatio.* An quia non ædificamur, si non est super? Nullum ergo in salutem ædificium, ni versus cœlum. Superædificatio fit in cacumen impositione lapidis super lapidem, inferiorem superiorem sustinentem in erectionem; quia non fabrica, quæ corruit, sed quæ permanet: & quæ superædificatio, ædificatio dicitur; ut modus ædificationis dignoscatur: quandoquidem in ædificatione ædificium non perfectius, si non valet superimponendi lapis sustinere pondus. Hinc Petra-Sancta lib. 1. *Symbol.* cap. 4. ait: *Pondere erigor.* Adinstar stateræ elevatur magis fastigiosa fabrica, quò maiora in ædificium pondera. *In petra exaltatus, in petra securus, in petra firmiter. Securus ab hoste, fortis à casu* (ait Bernard. *serm. 61.* in *Cantic.* n. 3.) *& exaltatus à terra.* Ubi maior lapidum oppressio, excelsior ædificatio: cœloque proximior, quò à terra remotior. Ita, *si cogitas* (inquit Augustin. de *Verb. Domin.* serm. 10.) *magnam fabricam construere celsitudinis.* Quid est hoc? Celsitudinem fabricæ, vel fabricam celsitudinis? Hoc utique. Aliquod documentum latet in hypallage. Celsitudo ædificij astruitur fundamenti firmitate, qua lapis vivus ab hoste securus, à casu remotus, à terra exaltatus; quia ædificatur in cœlum, quò tendit molis fastigium. Fabrica potest surgere, sed non in celsitudinem meditatam; modò ex ipsa erectione tendat in ruinam: pondere enim cadit, qui sine pondere surgit: dicitque Augustinus, ut spiritalis pulcherrima surgat domus ratione ponderis, non celsitudinem fabricæ, sed fabricam celsitudinis; quippequàm pondus & pondus quibus fabricæ depressio, est operis elevatio: fabrica enim spiritalis haudquaquàm erigitur celsitudine, sed gravaminum atque gravaminum pondere.

1. Petr. 2. 5.

*Ædificium spiritale cõstruitur adversitatis põdere.*

Bernard.

August.

*Quæ celsitudo fabricæ & fabrica celsitudinis?*

*Qui studet optatam cursu contingere metam,* Horat. de Art. v. 411.

*Mul-*

*Multa tulit, fecitque puer, sudavit & alsit.*

2 Dicit nostra Tautologia. *Ædificatione* huiusmodi fabricam speciosam *ædificans ædificavi.* Cur tanta in geminatione? Laboris formæ in formam lapidum indicatur necessitas; ut corda, quæ saxea locentur in Ierusalem cœlesti quæ ædificatur ut civitas: meditanterque ædificari ædificatione geminatur; ne in vanum in ædificium ab animis laboretur: equidem plerique volunt cœlum versus sublimes ædificari; sed sine ædificatione.

3.Reg.8.13

*Tunsionibus pressuris*
*Expoliuntur lapides*
*Disponuntur permansurî*
*Sacris ædificijs.*

Eccles.

Aliter, forma sine forma, quippequàm ædificium sine structura. *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris & ponam portas tuas in lapides sculptos*: dicit Dominus extructurus Ecclesiam, transferendam in gloriam speciositate ædificationis, in fabricam celsitudinis. *In nobile ædificium Ecclesiam ipsam significari, tanquàm domum apparatu Regio instructam, egregiè munitam, singulari arte, splendidà ac pretiosà materià constructam*: subdit Doctis. Sanctius hìc, n. 31. Quinam ordo lapidum, ut ex ordine pulcherrimum erigatur ædificium? Tunsiones, igitur sculpti lapides. Haud apti lapides rudes in venustam fabricam, quippe nullam habent formam nisi ex valido ictu, ut virtutum sculpatur imago, rutiletque rationis & gratiæ forma, dum sine scalpro erant solummodò saxa: ordoque ædificationis indicitur, dum cælatura notatur; quoniam ni lapides ictu formentur in virtutis imaginem, ad cœleste ædificium non habent ordinem. In templi Hierosolymitani structura *malleus & securis non sunt audita.* Ita vellent plurimorum ædificari corda; sed falluntur: sine sensuum crebris ictibus nulla versus cœlum erigitur fabrica. In collocatione nullus strepitus, quippe factus in montibus; sine exalburnatione nihil politum, sine norma nihil rectum, sine cælte nihil lævigatum: in montibusque continuò tunduntur lapides, ut in collocatione audiatur neque malleus, nec securis. *Domus cum ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est: & malleus & securis non sunt audita.* Præciduntur, ut in formam incisione disponantur: iam enim effigiati, dum feruntur. Ut perfectè locentur, vulneribus excavantur: unde nil auditur, dum in structuram collocantur viva saxa; quippe factà dolatione, si portantur, iam perfecta. Haud tunduntur, nisi ut perficiantur. Post perfectionem quia imbuta forma imaginis, haud necessaria malleus & securis: quapropter in collocatione lapidum non sunt audita; quia pridem saxa incisa, cæsa, tunsa, ad formam & perfectionem dolata. Disponuntur: sed cùm pressuris, ictibus, vulneribus perficiantur, ut incudatur hominis cœlestis sine imperfectione forma; erunt ictus & ictus, quousque perfecta.

*Virtutis imago imbuitur ictu.*

3.Reg.6.7.

*Et pollitu perfectio.*

3 Ad unguem Eucherius hìc. *Hìc tundimur* ( infit ) *adversitatibus & disciplinæ veritate exercemur; ut illic locis iuxta meritum congruis disponamur, & castigatione cessante solo amoris glutino copulemur, & uno impleti Spiritu perfundamur. Hìc enim foris tundimur, ut illic sine reprehensione inveniamur. Hìc malleus, hìc securis, hìc omnia tunsionum genera resonant: in domo autem Dei nulli ictus audiuntur; quia in æterna patria omnes persecutionum strepitus contitescunt.* Totum cœlitùs studium, ut efformemur in virum perfectum, quia Pater cœlestis decernit acerbitate, conformes fieri imagini filij sui: cessareque facit acerbam, in formam amaritudinem, si recipimus imaginem: equidem cùm ab homine terreno derivetur imperfectio, à cœlesti perfecta similitudo, & nihil inquinatum intret in gloriam; constituatque in imperfectione fabricam: ærumnis, pressuris ictibus, securis destinatur & malleus: igitur inepti in fabricam rationales lapides terreni hominis; ni portemus imaginem cœlestis. Ergo in textum Evangelici Vatis. Sculpti lapides exprimunt ordinem fabricæ, igitur sine ordine fabrica, ubi lapides vivi sine sculptura: tuncque sapphiri vocantur, dum cælaturà excuduntur; ut nullus refugiat ictus: quandoquidem lapides viles convertuntur in pretiosos. *Ordinem lapidum ex crystallo faciam*: legit Leo Iudas. Hinc constant momenta persecutionum, ad superius ędificium: equidem cùm prætiositas lapidum pendeat à puritate atque perfectione cordium; lapis in fabrica collocatur pretiosus, dum refulget sine macula ut purissima crystallus. Maluend. *Soles tuos.* Soles qui lapides? Utique. Imperfectiones (obices claritatis, atque nebulæ splendoris) quæ à carne, expelluntur, resecantur malleo & securi: in securi & astia, ut lucis supernæ introducatur forma: dicunturque Soles, qui puri pretiosi lapides, ut ædificentur muri Ierusalem; quippe ex ictibus iusti fulgebunt & refulgebunt ut Sol.

Sanct.

*Ubi perfecta imago cessat in formâ persecutionis tunsio.*

Eucher.

Leo Iud.

*Quæ tendit in cordium puritatê & splendorem.*

Maluend.

4 Epicurus, ut refert Cicero, 5. *Tusculan. qq.* dicere solebat; *Pati, dulce est*: quem secutus Cordub. Stoicus, *Epist. 66.*

Epicur.

Senec. *Vir bonus* (inquit, inter cruciamina) *non quid passurus, sed quid facturus aspiciet. Utilem illam vim sibi iudicabit, tutam, prosperam.* Unde ex ærumna & labore confectâ felicitate, succinit in *Hercul. Furent.* v.654.

Idem. *Fructu optimo laborum*
*Quod fuit durum pati, dulce est.*

Nil mirum, cùm crescat in celsitudinem opus, quod dulcis prosper, tutissimus fructus. *Pœna pretiosa, amabilis & iucunda*: infit Bernard. Serm. de *Andrea* n.2. Ita definit pœnam, quippequàm exit in gloriam, æternæ felicitatis ædificium, leve tribulationis momentum, & summo artificis ingenio; ut ferveat opus, & floreat ædificatio: igitur tunc magis lapides ædificantur, dum ictibus contunduntur. *Iratus est Dominus iracundiâ*, ideſt, irâ magnâ, sive iracundiæ vehementiâ, ut alibi diximus, sumpto pleönasmo pro superlativo. Si qui pius, indignatur; iurè prorsùm commovetur: sit ergo, verùm quorsùm? *Dices ad eos* (loquitur Prophetæ Dominus) *convertimini ad me.* In hoccine propositum tendit ira? Potiùs videtur & summa misericordia: igitur si percitus tendit in delinquentium cruciamen, duntaxàt exercet iram propter cordium conversionem.

Bernard. *Ex pœna gloria.* Zachar. 1.2. *Geminatio pro superlativo.* Vers. 3. *Et cordis conversio.*

V.15.& 16. 5 *Irâ magnâ irascor* (inſit) *propterea domus mea ædificabitur, & perpendiculum extenditur super Ierusalem.* Ira sanè destruit: quomodò ergo ira Numinis constituit; ita ut perpendiculum per planitiem extendatur, ut domus ædificetur? *Propterea.* Hæc artificis supremi fabricandi forma; sumptâ methaphorâ à templo, ut cordium perficiatur ædificatio, permaneantque in sanctitate, tanquàm templum Dei vivi.

Prudent. ——— *Novum iacto fundamine templum:*
*Aurea planitiem spacijs percurrit arundo;*
*Ne commissuris distantibus angulus impar*
*Argutam mutilet per dissona symmetra normam.*

Uti accinit Prudentius, in *Psychomach.* v. 893. Destruere congruit, quicquid ædificium destruit: tuncque in ædificationem extenditur perpendiculum; quippe tunc ædificatio, si nullum impedimentum. Perpendiculum deservit lapidum æqualitati, & fabricæ directioni; quoniam regula, ne in labore sit error, & ex errore in labore totùm labor: unde super corda perpendiculum extenditur, ut ædificetur quod sudore ædificatur: igitur in cœlestem nequaquàm consurgent fabricam, nisi vixerint ad regulam. Ex perpendiculo constat, quid detrahendum, ne corruat turpe inæquale ædificium; equidem quod extuberat, superfluum: & ut ædificetur, ad leges artis destruitur: quoniam nullum emolumentum tanti exantlati laboris, ni lapidum ædificij secentur superfluitates. Corda huiusmodi imperfectione nequeunt ædificari; quippe ipsis gratum, quod nocuum, nec voluntariè relinquunt; iraque artificis cœlestis destruit, quod in fabricam disponit; igitur ex destructione, exterminio pravitatis, fastigium surgit eminentis virtutis. Ideo dulce pati, dum videtur quid confectum ex dolore: pœna pretiosa, amabilis & iucunda; postquam perlata in ædificium cruciamina, perspicuâ artificis mente ex acerba ad speciem severitate, propter morum formationem aut reformationem ad artis legem, & architecturæ amussim: igitur quod pridem videbatur crebris ictibus ac tunsionibus acerbum, apparet in oblectamen fabricæ illustre fastigium.

*Labor erigit fabricam, si vita ad regulam.* *Quemodò destructione ædificatur?*

*Per varios casus, per tot discrimina rerum,*
*O passi graviora! Dedit Deus his quoque finem.* Virgil. 1. Æneid. v. 203.

6 Idem intuitus videtur apud Ieremiam. Eodem stylo utitur Dominus in fabricæ destructionem, ac in molimen. *Cogitavit Dominus* (inqnit Propheta) *dissipare murum filiæ Sion, tetendit funiculum suum.* Hebr. *Perpendiculum*, *Lineam*, *Normam.* Quod Isai, 34.11. dicitur *Mensura*: 4. Reg. 21. 12. *Pondus*, igitur semper suspenditur aliquid grave in extremo perpendiculi. Totum videtur inutile, dum studet destructioni; igitur ubi dissipatur fabrica, haud opus ullâ mensurâ. Opus sanè in zelum imprudentem, atque iudicum impotentem furorem; qui fulminant ultra mensuram supplicium, sine iudicio culparum: funiculusque extenditur, dum dissipari molimina cogitatur; quoniam in legem peccatur pro lege, modò pœna maior crimine, deficiente iudicio, iudicio facto: quandoquidem minimè sententia recta, si aliquid ultrà. Accedat correptio, sed iustitiæ modo: si necessaria lachryma; lachryma, sed inmensura, *Secundum modum culpæ, disciplinæ debet extendi mensura*: ait Almificus Doctor, *Regul. Sanct.* cap.24. Ultrà, non influit peccatum, sed condemnantis iudicium: pœnaque non inferenda iuxta lubitum damnantis, sed iuxta entitatem criminis. *Ergo ad coërcitionem errantium sceleratorumque irato castigatore opus non est: nam cùm ira delictum animi sit, non oportet peccata corrigere peccantem.* Pensetur examine, quantum transgressor deviavit à lege: funiculoque in dissipatione pœnam iudex metiatur erroris,

*Ne quid deliret amussis.* Auson. Edyl. 8. v. 12.

Thren. 2. 8. *Non sententia in delinquentem recta, si aliquid ultra.* S. Bened. Senec.

Aliud

Aliud occurrit nec levioris momenti documentum. Norma seu perpendiculum instruitur, ut in æqualitatem formandorum, quæ regulis artifex fingit, nequid hiet, nequid protuberet; quippe per illud explorat instrumentum, quid in opere rectum, vel quid curvum: & in ædificio dissipando interest perpendiculi cum pondere rectitudo; ut ædificetur recta intentio iudicantium, ubi necessarium in transgressores supplicium: igitur exercenda virga directionis & rectitudinis, ut expellat pro munere delinquentium curvitates.

*Nec supplicium, nisi in directionem cordium.*

7 Modo in propositum nostrum. Quod instrumentum in fabricam, à Deo sumitur in fabricæ ruinam. Solicitat lapidum rectitudinem, & iuxta leges planitiem, quam excavavit corruptela morum, & deturpavit superfluitatis vitium, quin possint sine correctione ædificari; cùm vitia deserviant minimè ædificationi: funiculumque Dominus tendens amplificat, dum constructa à vitijs dissipare omninò cogitat; quippequàm ictibus & ictibus ad mensuram reddit lapidibus amissam crimine formam: equidem per meditatum dissipatione vexamen, curva corda procedunt ad rationis rectitudinem. Dissipatio & perpendiculum illustrant Dominum, quoniam quæ perfecit malignantes destruxerunt. Ni dolore pungantur, haud resipiscent, neque fabricata destruent, ex quorum exterminio procedit ædificatio: funiculusque tenditur in ædificij molimen, dum cogitat destructionem; quoniam cacumina in fabrica haud videbuntur virtutis, sine dissipatione inolitæ pravitatis.

*Nec erectio virtutis, sine demolitione pravitatis.*

8 Pende acerbitatis intuitum apud Vatem Evangelicum. *Scopabo eam in scopa terens.* De sensu literali dicemus, *Tautolog. 6.* à n. 34. Scopà utimur in loci versi munditiem: qua ergo lege in destructionem? Destruit Dominus, cuius nonnunquàm in nostrum emolumentum intuitus; equidem mortificat ut vivificet, premit ut pectora emundet: & ubi eius in peccatores exardescit ira, corda terit uti scopa; quippe quò magis premuntur, validiùs purificantur. *Terens* dicitur, & non *conterens*: qui conterit, quicquid occurrit, ad nihilum redigit. Qui terit, superflua segregat, & à paleis grana purgat: scopàque Dominus dicitur terere, dum intendit supplicijs mortificare; quoniam mitens pro criminibus pœnam, mortificationis flammam, non conatur transgressorum necem, sed duntaxàt animarum puritatem. Occurrit in solamen perfectorum, indigna aliquando tolerantium, nobile exemplum. Scopa terens non conterit: pulverem duntaxàt à versis excutit; sine quo conditione carnis, afflatu mundi, suggestione dæmonis, nequit existere homo, dum est in humo: & quæ à Domino mittuntur acerba, aut parùm grata, iurè dicuntur scopa; igitur attritu, amaritudine, & tractus acerbitate liberantur à pulvere, quo religiosa corda solent sordescere. Leve videtur, quod non videtur, quippe minimè in examine libratur; sensimque ingeritur ulcus, quo doleat pectus; & ubi à Domino pungens emittitur pœna, terens signatur scopa; siquidem ne pulvis gravem generet imperfectionem, ille tundendo ac tundendo solet excutere pulverem. De Asbesto, sive lino Indico dicit Plinius *lib. 19.* cap. 1. in igne non absumi; sed potiùs purificari. Unde Petra-Sanct. d. *lib. 6. cap. 16.* inscribit: *Tergit, non urit.* Idem apud Picinell. 12. *Mund. Symbol.* à n. 51. & Isidor. 16. *Etymolog.* cap. 4. dicentem: *Ita appellatus Amianthus, eò quod igni non ardeat, sed splendore accepto nitescat.* Summum notatur cruciaminis per ustiones; sed est discrimen in artifice ignis, vario intuitu; potissimè dum emittitur è cœlo: quandoquidem si homo per huiusmodi ignem transierit, flamma nequaquàm nocebit: igitur quod videtur ignis ardor, est ad virtutem splendor. Non urit; quia urendo tergit: nequitque patiens dicere flammas, ex quibus nitescit puritas. Hinc elucet in tribulationibus & gloria & glorificatio, ex Dei pietatis officio: etenim cum nostro splendori studeat, estò caro ustionem sentiat; qui usti & perusti nunquàm uti asbestos consumuntur, sed in puritatis perfectionem consummantur. Si in hoc pignus ac dispositio æternæ felicitatis.

*Virgà tribulationis à perfecti executitur imperfectionis pulvis.*

*Asbesti & Amianthi conditio.* Petr. Sanct. Isidor.

*Ex tribulatione puritas & splendor tribulati.*

*Durate, & vosmet rebus servate secundis.* Virgil. d. v. 211.

9 Secùs ubi deäurata insidiosa Fortuna offert undecunque prospera. *Sine hoste patimur hostilia* (infit Seneca, *Epist. 91.*) *& cladis causas, si alia deficiunt, nimia sibi felicitas invenit.* Sed unde ex ovo aureo malus corvus? Prosperitas obscurat lumine, irruitque caligo ex Sole.

Senec.

*Suntque oculis tenebræ per tantum lumen obortæ.* Ovid. 2. *Metam.* fab. 1.

Qui plenus lumine, nihil præter lumen videt, ex his in quæ perculsus lumina tendit: unde cùm ex Fortunæ fulgore vehementi habeat animum cæcum; dum arbitratur ascensum procedit in præcipitium. Quousque, ut redirent frugi, irruit Babylonica captivitas, erga cuncta vitia viguit. Hebræorum cum felicitate libertas: igitur ex collatis bonis conficientes tela, cœlum ipsum percutiebāt stul-

*Felicitas obscurat lumine.*

Isai. 14. 23.

*Quò magis corda premuntur, per fectiùs ædificantur.*

Ifai.65.11. titia; *ponentes fortunæ mensam*, ubi pationibus ostentarent insaniam: siquidem tanta florebant felicitate bonorum; ut non illa illos, sed illi illam invitarent ad convivium.

Cap.59.10. Ex his Propheta Evangelicus exclamat: *Impegimus meridie, quasi in tenebris.* Quis impingit in meridie, Solis copioso fulgore; quin distinguatur præsentia lucis ab absentia Solis? Illi quos Fortuna sequitur, ut supplantet, & blandè persequitur, ut exturbet, immissâ panurgicè cæcitate, ex felicitatis lumine. Usuvenit cæspitare in tenebris; quia sensus nescit, unde venit, aut quò vadit: & præsentia superfluentis felicitatis, qui in meridie cæspitantes impingunt tanquam in tenebris; quippequàm non videntes copiâ luminis, præcipites sunt prolapsi in iugum captivitatis. Fortuna summa hebetatur ingenium, sensusque à fortioribus sensibilibus corrumpuntur.

*Fortunâ hebetatur intelligentia.*

Ach.Bocch. *Ingenium Fortuna bonum labefactat, opima.* Ut canit *Symbol.* 34. Achil. Bocchius. Nil mirum. Magna fortuna est magna servitus. Ni ratio infatuata dormiret, exitum planè lamentabilem videret: impingitque præ copia lucis pes fallax tanquam in tenebris; quippe prolubium sequens continuam felicitatem, fortunæ ductu offendit in servitutem.

Psal.55.4. 10 *Ab altitudine diei timebo*: dicit David. Per diem signari felicitatem, quæ dicitur *dies hominis*; astruemus, *Tautolog.9.* n. 45. Si dies felicitas, quia vita tantum vitæ prosperitas; cur non timet à felicitate, sed a felicitatis altitudine? *Propter profandas calamitates: nam homo sum, & a me nihil humani alienum puto*: subdit Genebr. hic. Calamitas ubi vitæ felicitas? Haud communis fortuna, sed alta; & alta timenda, quæ præparat dolo lubrica, ut assumpti allisi cadant: igitur

Genebr.

Claud.1.in *Ruf.*v.22. ——*Tolluntur in altum.*
*Ut lapsu graviore ruant.*

Fortuna communis servit, alta & opima iubet: semperque præparatur locus calamitati sub servitute fortunæ. Communis, luce temperatâ in tenebris vitæ illuminat; ubi altissima, radijs copiosis obcæcat: nequaquàmque timet micantem felicitatem, sed fulminantem nimiæ felicitatis altitudinem; quippe dum magis arridet, homo cæcus splendore non cognoscit, in miserabilem mortem esse præparatum fulmen. *Fortunam Prisci fecerunt unam ex Parcis, quæ potentiâ cæteras antecelleret*; ait Natal.Comes, 4. *Mytholog.* cap. 9. & Pausan. *cap.* 234. Reliquæ laboriosæ sunt: quæ principalis fortuna, maxima mors: equidem si à morte dolor, ac ex dolore labor; ex alta fortuna maximus, quippe nonnunquàm lamentabilis exitus. Tanto plus tormenti, quanto gloriæ: equidem cùm servos fallat, quæcunquæ tollit, ruitura levat. *Utinam* (ait seneca, timens ruinam amici, & catastrophen Fortunæ perversæ, *Epist.* 19.) *utinam tibi quidem senescere contigisset intra natalium tuorum modum, nec te in altum fortuna misisset*! Aptissimum verbum. Quencunque ergo tollit, Fortuna mittit in altum. Verùm quare? *Inter secunda & prospera non divini, non humani iuris memores*: inquit Tacitus, 1. *Annal.* cap. 42. Cùm omnia fiant ad lubitum; fortunæ subridentis ignorant dolum: credentesque circumventione bafrà mittit præcipites, quia in exterminium & cladem solet servare nocentes. Perierunt propter iniquitatem suam, haud videntes in fortuna fortunæ larvam. Prosper.de *Provid.* v.892.

Cur Fortuna dicta principalis Parca?

Senec.

Tacit.

*Quare dolosa?*

*Hi sunt verò illi, quos inter crimina tutos*
*Et scelerum dites fructu, impunita senectus*
*Extremæ turpis vitæ produxit in oras.*

S.Prosp.

11 Similitudo explicat lapsum, atque summæ felicitatis periculum. Hinc iurè formido: *Ab altitudine diei timebo.* A cacumine felicitatis? Utique: ideest, à fallacia sortis. *Felicitatis gnata infelicitas*: *infelix prorsùm felicitas*! infit Novarin. *Umbr. Virgin.* Excurs.92.num.826.& 831. Cur igitur infelicitas ex summa felicitate, diei confertur altitudini? Quia necessarium cadere, si ultrà non potest ascendi. Altitudo diei dicitur, quando Sol altior, qui constituit luce diem, versus terras è cœlo vibrans fulgorem. Orditur diem ascendendo ab oriente hemispherij usque in Zenith: perficit descendendo quousque in occidente eius sepeliatur Sol. Est ergo in altitudine, stans in vertice loci, quò oriens ascendere potest, nec ultrà valet; quippe ultra punctum illud, dum progreditur, descendit. Fortuna siccine cursum sequitur in altiora, & simul tanquàm in cœlo quem elevavit fortuna, despicientem ascensu ius, fas & conscientiæ morsum, quousque perveniat in summum: ab hacque altitudine timet meritò David, in throno fulgens ut Sol; ut suspectam habeat felicitatem, quisquis attigerit verticem: quandoquidem necessarium præcipitium, ubi occurrerit felici felicitatis extremum. Felicitas olim signata in numero *decem* sic X. infelicitas per *viginti XX.* Adi Probum de *Notis Antiquor.* Bedam de *Numer.* Cur ergo si felicia ad votum signantur per X. numerum, duplicato numero infelicitas ostensa? Quia duplicata. Pa-

Novarin.

*Ubi felicitatis extremum, præcipitium.*

ter,

tet, quomodo infelicitas, ex felicitate oriatur, & unde sortis prosperæ altitudo formidetur. Videtur aliquibus, arridente in damnum sorte, posse potiri geminà felicitate; gaudijs scilicet, cœli, ac voluptatibus mundi, viventibus sine lege ad cupiditis lubitum, quippe fortuna irridens subrisu applaudit ad votum. X. fortuna est: XX. summa fortuna, & prosperitatis altitudo, à qua debet esse formido: equidem semper oritur extrema calamitas, ubi omnimoda felicitas.

*Signa symbolica felicitatis.*

Cæst. *Illa fovet multos ut magis inde præmat.* Ut ait Cœstius, *Emblem. Ethic.* 18. Duplex felicitas phantasma est, voluptatis nimirùm & virtutis. Unde Augustin. in *Psalm.* 41. infit: *Cùm in mundo bene est, male. Quid si aliqua huius sæculi prosperitas arriserit? Nonne deceptoria est? nonne fluxa, caduca, mortalis, volatica, transitoria?* Volatica sanè. Si cœli, mundi fugitiva volat: si mundi, gloria cœlestis à cordibus avolat, relinquens felices in lubrico throni, ut præcipites corruant in flammas barathri.

Augusti.

*Impossibilis felicitas voluptatis & virtutis.*

12 Ulterius: figura X. emblema felicitatis, est signum crucis: crux utique extremi angoris. Elucet, blandiente sed insidiosè fortunâ, quàm cæca à lumine corda equidem sibi solicitant crucem, dum ambiunt totis viribus perfidam felicitatem. Crux prosperitas est, si geminatur X. erit dirior, amplior crux; quia summum attingit, ultra quod qui vult procedere, cadit: quare Nieremberg, de *Art. voluntat.* lib. 2. cap. 63. inquit: *Qui nimis eminet, imminet.* Si excedit prosperitatis numerus, maior à fortuna dolus: igitur per insperatum ex collisione deplorabilem exitum, constat ambiri amplitudinem dolorum. Hinc crux insigne annuli Iosephi à Pharaone pro potestate traditi: uti diximus, *Tautolog.* 1. n. 45. & *Tautolog. seq. D.* 4. *n.* 11. Ubi felicitas, & summa; summa confertur acerbitas: igitur non tantùm dignati destinantur cruciamini mortis, sed morti crucis. *Si exaltatus fuero à terra* (dixit turbis assertor N.) *omnia traham ad meipsum. Hoc autem dicebat* (subdit Evangelista) *significans qua morte esset moriturus.* Singularis pro morte, atque mortis qualitate metaphora. Quid ad mortem, ad se trahere omnia? Quid felicitas exaltationis cum morte crucis? Nonnunquàm fortuna insidiatur felici, cuius exemplum in cruce Domini, cui dolor summus; quùm factus principatus super humerum eius: & non solùm mors, sed mors crucis figuratur, dum exaltatus super universa extollitur, quippe si exaltari est mori, mors dirior certa, cùm ille esset super omnia. Exaltari, fortuna dicitur: habere ex exaltatione cuncta: uti summa designatur: proponiturque non solum mors, sed mors crucis, in formidinem summæ opimæ felicitatis, equidem vafrè insidiosa semper molitur vehementiora cruciamina.

Euseb. Nier.

*Felicitas per crucis signum.*

*In annulo Iosephi.*

Ioann. 12. à 32.

*Crux maxima, felicitas summa.*

13 Ex tytiro gregis patris Isai assumptus filius in regimen totius gregis Israël. Electori ergo dicit: *Fac mecum signum in bonum; ut videant qui oderunt me & confundantur, quoniam tu Domine adiuvisti me & consolatus es me.* Assumptus à Domino in supremum honorem, illius implorat iuvamen? Utique qui nimis eminet, imminet, *Magnæ virtutis est* (ait Augustin. serm. 13. de *Verb. Domin.*) *cùm felicitate luctari; ne illiciat, ne corrumpat; ne ipsa subvertat felicitas. Magnæ inquam virtutis est, cum felicitate luctari; sed magnæ felicitatis est à felicitate non vinci.* Timet ab altitudine, ne vincatur illectus ab ipsa felicitate: equidem dum hominem assumit in honoris cacumen, impellit infatuatum in legis atque morum corruptionem. *Imperare Dijs concupivit*: dicit de fortunato Neronne, Plin. *lib.* 30. *cap.* 2. Vide delirium, dum hominis prolubium super Numinis imperium. Hoc intendebant; qui oderant, optantes ruinam: equidem cum ex summa fortuna præcipitia graviora; non tantùm solicitabant, quòd caderet, sed quòd ex alto corrueret. *In omni adversitate infelicissimum infortunij genus est, fuisse felicem*: ait Boëtius, 2. de *Consol. Philosoph.* Totum molimen invidi cordis, in solamen fotæ pectore malignitatis: siquidem illi complacet, lingere pulverem, cuius supremam in throno formidarunt maiestatem. Hæc fuit apex prosperitatis David ascendentis in dignitatis fastigium: cur ergo huiusmodi gratiæ signum, orat, quòd signum in bonum? In hac vita (infit Augustin. in *Epist. ad Rom.* n. 54.) *multa possunt nobis prospera videri, quæ adversa sunt; & adversa quæ prospera.* Prosperitas felicem allidit, dum allicit: blanditur & decipit. Permittitur sæpe à cœlo malis in malum: petitque David amoris signum ex felicitate in bonum; ne per volaticum felicitatis honorem, amittat infeliciter æternam felicitatem. Ex prosperitate assumptus in dignitatis cacumen, exigit signum in bonum: nimirùm, *Prosperitatem*: infit hìc Genebrard. In prosperitatem prosperitas? Næ: fortunæ solet esse malignitas, qua via impiorum prosperatur, ut ignibus mancipetur.

Plin.

Boët.

Augusti.

*Pignus inferno, improborum exaltatio.*

Genebr.

*Pœna in mortis tempus dilata.*

Ovid. 3. *Trist.* 3. v. 33

Ut sine fine protrahatur pœna. Unde cùm in mundo prosperitas sit malum signum; signum

signum prosperitatis David intendit in bonum : igitur renuit fortunam in damnationem æternam.

Chartar. 14 Inter Ethnicos, ut observat Chartarius de *Imagin. Deor.* fol. 307. erat *Bona & Mala Fortuna.* De vultu eius candido & nigro, diximus *Tom.* 4. *T.* 7. *D.* 1. *n.* 6. Modò inquirendum, quomodò si Fortuna, Fortuna mala? An quia à bono vertit vultum? *Quoniam gremio largiore totius orbis ornamenta portabat, & alijs impertiens* (ait Martian. Capell. 1. *Philolog.*) *repentinis motibus conferebat; rapiens his comas pueriliter, caput illis virgâ comminuens, eisdemque quibus fuerat eblandita, ictibus crebris, complicatis in condylos digitis, vulnerabat.* Dialecto nostrâ: *Aporrear con ambas manos.* Quæ Fortuna, collatione donorum; patuit Mala ictibus acerbitatum: equidem in perniciem, à blanditis per falsam felicitatem, non solùm bona aufert, sed ictibus crebrò tundit; ostendentibus in risum quid fortuna, per tunsa vel fracta capita. Nostrates: *Albaga, para quebrar la cabeza.* Hinc eius imago cum lancea. Videsis Achil. Bocch. *Symbol.* 22. & 81. Patent insidiæ sub specie voluptatum, & prosperitas ludens in malum signum, ne credatur colori, dum micat vafre: igitur quem amplectitur dignatum, mittit ut telum. Altiora cogitanda, dum vitijs favet fortuna, ex quibus in thronis humana monstra. In flagitijs est fulgor, in nævis decor, *fortunâ rerum humanarum summa gestiente, in profundis animi vitijs*: inquit Plin. *lib.* 30. cap. 2. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaveris iniquitatem facientibus, esto videris, favente prosperitate, exaltatos super cedros Libani: quandoquidem quæ in vita videbatur felicitas, in articulo mortis retorquet lanceas. Non fortuna, sed tela, fortuna nimia. *Felix* (inquit Senec. *Epist.* 39.) *qui ad meliora hunc impetum dedit. Ponet se extra ius ditionemque fortunæ: secunda temperabit, adversa comminuet, & alijs admiranda despiciet: magna eò quòd superfluunt, nocent. Sic segetem nimia sternit ubertas, sic rami onere franguntur, sic ad maturitatem non pervenit nimia fœcunditas. Idem animis evenit, quos immoderata felicitas rumpit*; qua non tantùm in *aliorum iniuriam, sed etiam in suam utuntur.* Hæc seges à fortuna mala, cuius manipuli tela. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum, quorum prosperitatis iacula comprobant ad flammas exitum. Fortuna nigra, verùm in morte formosa: igitur si infelix felicitas, felix profectò calamitas.

Fortuna Mala.

Eius imago. Capell.

Felicitas cũ pilo.

Plin.

*Quæ in vita fortuna, in morte iacula.*

Senec.

*Nec te pœniteãt, duros subijsse labores,*
*Aut operi insuetas attenuasse manus.*

Tibul. 1. *Eleg.* 4. v. 49.



TAU-

# TAUTOLOGIA TERTIA.

## *Gemmas pretioſas.* 3. Reg. 10. v. 2. & 10.

## EXPOSITIO LITERÆ.

[1] ORMA Apparatus, pompæque ingreſſus Reginæ Saba in Ieruſalem ſub Principe Salomone graphicè deſcribitur, cùm propoſito peregrinationis, ut audiret ſcilicèt tanti oracula Regis, uti dicitur *Matth.* 12. 42. equidem fœmina vel ſciola vel curioſa, minimè quieſcens auditu, frui ſapientia voluit vivæ vocis oraculo. Ab aliquibus vocatur Nicaulis, Nitocris, Makeda, ut aſſerunt Ioſeph. 8. *Antiq.* cap. 2. Petr. Comeſt. 3. *Reg.* cap. 26. Herodot. *lib.* 2. Genebr. in *Chronolog.* Ann. 3150. ab alijs denique appellatur Candace: Bleu in *Africæ* deſcript. lit. *K.* & Strab. *lib.* 17. Nomen *Candace* non eſt perſonæ, ſed dignitatis; uti patet ex Plinio, *lib.* 6. *cap.* 29. *Regnare* (inquit) *fœminam Candacen*: *quod nomen multis iam annis ad Reginas tranſijt.* Ita ergo Act. 8. 27. dicitur: *Eunuchus potens Candaces Reginæ Æthiopum.* Signatur nomen honoris, non illo fungentis: igitur Abraham Ortel. in *Abiſſin.* deſcript. fol. 113. dicit hanc vocari Iudith. Fœminas ſummi regiminis habenas habuiſſe in Æthiopia & Saba, canit Claudian. 1. in *Eutrop.* v. 321.

*Quodnam nomen Reginæ Sabæ?*

Plin. *Candace nomen dignitatis Regiæ, nõ perſonæ.*

——— *Levibuſque Sabæis*
*Imperat hic ſexus: Reginarumque ſub armis*
*Barbariæ pars magna iacet.*

Claudian.

Hæc fœmina dicitur etiam Regina Auſtri, *Matth.* loc. cit. & *Luc.* 11. 31. ideſt. Arabiæ felicis; quippe Arabia felix reſpectu Terræ-Sanctæ Auſtralis eſt: diciturque Sabæa à Saba, regionis totius Metropoli. Adi Pined. de *Reb. Salomon.* lib. 5. cap. 14. §. 5. n. 20. & Sanct. in præf. loc. *Reg.* n. 4.

2 Pauſanias, *cap.* 328. ex quo Alex. ab Alex. *lib.* 3. cap. 16. aſſerit illam fuiſſe Sibyllam: *Infatidicarum fœminarum numerum* (ait) *conſcripſerunt Hebræi, qui ſupra Paleſtinam ſunt gentilem ſuam Sabam nomine*: *hanc alij Babyloniam, Ægyptiam Sibyllam vocant.* Georg. Cedrenus in *Hiſtor.* (ex quo plures decerpſerunt vel fabulam, vel hiſtoriam) aſſerit Reginam ex Salomone ſuſcepiſſe filium, nomine Meilech, de quo *n.* 5. Videbatur olim Ethnicis, viros præſtantes non poſſe niſi à præſtantibus gigni: hoc intuitu filiæ à Primatibus tradebantur Herculi, ut ex illo proles naſceretur inclyta; ut notat Natal. Com. 7. *Mythолog.* cap. 1. Apollodor. 2. *Biblioth.* cap. 15. Hac enim acceptione à pluribus accipitur illud Iudic. 16. 21. *Clauſum in carcere molere fecerunt.* Ita Rabbini intelligunt illud Iſai. 47. 2. *Tolle molam & mole farinam* (ideſt) *denuda turpitudinem tuam.* Ubi Hieronym. *Scilicèt, in morem ſcorti victorum libidini pareat. De Samſon hoc ſignificare volunt, quod pro ſobole robuſtiſsimorum virorum, hoc in Allophylas mulieres facere ſit compulſus.* Iob. 31. 10. *Scortum alterius ſit uxor mea, & ſuper illam incurventur alij.* Hebr. *Molat alteri uxor mea, impræguetur ab alio.* Thren. 5. 13. *Adoleſcentibus impudicè abuſi ſunt*; ſimiliter legit: *Iuvenes ad molendum rapuerunt.* Aſtruitur variè à Rabb. David. Kimhi & Raſchi: habeturque in Thalmud, tract. *Sutah*, cap. 1. Apud Ethnicos magna ſeges, accipientes obſcœnè *Arare & molere.* Sophocles in *Antigon.* v. 57. *Arabiles etiam aliorum ſunt mulieres.* Idem in *Oedip. Tyrann.* v. 501. Plaut. in *Mercat.* Act. 2. ſcen. 3. v. 21. & in *Trucul.* Act. 1. ſcen. 2. à v. 46. Martial. *lib.* 7. *Epigram.* 101. & *lib.* 9. *Epigram.* 22. Horat. 1. *Satyr.* 2. v. 34.

Pauſan. *Regina Sabà, Sybilla.*

Hieronym.

*Molere & Arare obſcœnè ſumpta.*

*Huc iuvenes æquum eſt deſcendere, non alienas*
*Permolere uxores.*

Horat.

Turpiter Theocrit. *Edyl.* 4. v. 58. Turpiſsimè Petron. in *Satyr.* fol. 13. & 36. Auſon.

*Epi-*

*Epigr.*70. & 116. Nonius verb. *Evanuare.* Bisciol.Tom.2. *Hor.Subsec.* lib.4.cap.4. n.7. de hacque acceptione agunt etiam Expositores Sacri: Serar. in 14. *Iudic.* quæst. 15. & in *cap.* 16. quæst. 19. Petr. Comest.in *Iudic. histor.* cap. 19. Maluend. loc. cit. Delr. in 5. *Thren.* Lyran Alapid. & Roä in *Singular.* Longè arbitror huiusmodi propositum tam à Samsone, quàm à Regina Austri, ut autumant Franc. Moncœius in *Cantic.* lib. 1. lucubrat. 4. & Bozius de *Signis Eccles.* lib. 21. cap. 1. etsi aliqui apud Marian. Victorium de *Regib. Æthiop.* astruant ex Salomone voluisse Nicaulem concipere; ut prole masculà morem regiminis fœminarum ab Æthiopia eliminaret, & Principem sapientem ex sapientiore haberet. *Unde vulgò apud Æthiopes Meilech dicitur Sapientis filius*, subdit Victorius.

*Quo intuitu Regina è Salomone concepit?* Marian.

3 Simile referunt, vel fingunt cupientes magnificare Alexandrum, Iustinus & Q. Curtius. Hic *lib. 6. cap. 5. Hyrcaniæ* (infit) *finitima gens Amazonum: Reginam habebant Thalestrim, omnibus inter Caucasum montem & Phasim amnem imperitantem. Hæc cupidine visendi Regis accensa, finibus Regni sui excessit: & cùm haud procul abesset; præmisit indicantes, venisse Reginam, adeundi eius, cognoscendique avidam. Protinùs facta potestate veniendi, cæteris iussis subsistere, CCC. fœminarum comitatu processit, atque ut primùm Rex in conspectu fuit; equo ipsa desilijt, duas lanceas dextra præferens. Vestis non toto Amazonum corpore obducitur: nam læva pars ad pectus est nuda, cætera deinde velantur. Altera papillà intacta servatur, qua muliebris sexus liberos alant: aduritur dextra, ut arcus facilius intendant, & tela vibrent. Interrito vultu Regem Thalestris intuebatur, habitum eius haudquaquàm rerum famæ parem, oculis perlustrans; quippe hominibus barbaris in corporum maiestate veneratio est: magnorumque operum non alios capaces putant, quàm quos eximiâ specie donare natura dignata est. Cæterùm interrogata, num aliquid petere vellet; haud dubitavit fateri, ad communicandos cum Rege liberos venisse; dignam ex qua ipse regni generaret hæredes; fœminini sexus se retenturam, marem reddituram patri. Alexander, an cum ipso militare vellet, interrogat: & illa, causata, sine custode regnum reliquisse; petere perseverabat, ne se irritam spei pateretur abire. Acrior ad Venerem fœminæ cupido, quàm Regis, ut paucos dies subsisteret, perpulit. Tredecim dies in obsequium desiderij eius absumpti sunt: tum illa regnum suum, Rex Parthienem petiverunt.* Iustin. meminit. *lib.*2. & 42. sed *lib.*11. latè refert, nominatque Minithæam: etiam Diodor. Sicul. *lib.* 17. cap.77. Arrian. *lib.*7.cap.32. Sabellic.4. *Ennead.*cap.5.& Marcian. Capell. lib.9.de *Nupt. Phil.*

*Thalestris, Amazonum Regina.* Q.Curt.

4 Aliter Salomon visus Reginæ Saba. Alexander apparuit non par famæ: Salomon ultrà. Unde illa, 2. Paralip. 9. 6. *Vicisti famam virtutibus*: & 3. Reg. 10. 7. *Maior est sapientia & opera tua, quàm rumor, quem audivi.* Ita de Hercule Laomedon, apud Valer. Flacc. 2. *Argonaut.* v.164. *Quàm parva tuis iam gloria factis!* Ovid. *Epist.* 15. à v.141.

*Maxima gloria, si maior famâ.* Val. Flacc.

*Credis & hoc nobis? Minor est tua gloria vero:*
*Famaque de forma penè maligna tua est.*
*Plus hìc invenio, quàm quod promiserat illa.*
*Et tua materià gloria victa suà.*

Ovid.

At hoc infrà. De filio Reginæ ex Salomone plura plures. Ab illo illatam fuisse in Æthiopiam legem Mosaicam, cum circuncisione etiam fœminarum (de quo egimus fusè *Tom.*2. *T.6. à n.* 33. *& Tom.* 5. *T.* 9. *n.*50. viderique in propositum licet Strab. *lib.* 15. Cœl. Rhodigin. *lib.*14. *cap.*8. alijque apud Lælium Bisciol. d. *Tom.* 1. *lib.* 5. *cap.*14.) asserunt Ortelius, ubi supr. & Franc. Alvaresius *Histor. Æthiop.* cap. 36. Gerard. Mercator in *Maior. Atlant. Abissin. tabul.* ait, Meilech assentiente Salomone secum in patriam adduxisse plures Sacerdotes Aäronicos, & nobiles de singulis duodecim tribubus, quod astruit Bleu, d. duodecim millia fuisse, referunt Nicolaus Godinus, lib. 1. de *Rebus Abissin.* cap. 7. Marian. Victorius (vel utralij signant, Marinus Victorinus) ubi dudùm, & Genebr. cit. *num.*1. qui ibidem addit, eorum progeniem esse inclusam intra flumen Sabbaticum, imperio amplo & florentissimo (credat, cui fabula placuerit) etsi alij signent ultra Portas Caspias, non Hebræos Æthiopes, sed captivas decem tribus flumine Sabbatico detineri: quod etiam videtur voluntarium. *Reliqua Israëlitarum multitudo* (infit Ioseph 11. *Antiq.* cap.5.) *assuetum iam domicilium noluit relinquere: quapropter duæ tantùm tribus per Asiam & Europam sub Romano degunt imperio: decem autem tribus nunc quoque ultra Euphratem sunt, infinita hominum millia.* Quin etiam flumen hoc collo-

*Filius Reginæ Saba legem & Hebræos induxit in Æthiopiam.*

*Decem tribus non sunt intra Sabbaticũ amnẽ.* Ioseph.

ca-

catur ab Adricomio in tribu Neptali, tanquàm unum è brachijs Fontis-Hortorum: hìc n.48. clarèque constat ex Iosepho, 7. de *Bell.* cap.24. *Titus* (inquit) *conspicit in itinere fluvium cognitione dignissimum: habet autem quodam peculiare miraculum. Nam cùm sit, quando fluit, plurimus, neque meatu segnis, tamen interpositis sex diebus, à fontibus desiciens, siccum exhibet locum videre: deinde quasi nullà mutatione factà, septimo die similis exoritur: atque hunc ordinem semper eum observare pro certo compertum est. Unde etiam Sabbaticus appellatus à sacro Iudæorum septimo die.* Cõditio beatus fluminis. Idem.

5 De ipso Principe Meilech quæ non comminiscuntur Abissini? Referunt Sabellic. lib. 8. *Enead.* 10. Ioannes Bermudesius in *Legation.* Reinerus Reineccius in 21. *Regn. Æthiop. Syntagm. heroic.* 1.p. Ioann. Barrius, *Decad.*3. lib.4. cap. 2. digladianturque vicissim de historia vel fabula Maluend. de *Anti-Christ.* lib.6. cap. 28. & Pined. de *Reb. Salomon.* lib.5. cap.14. §.8. n.46. Pro omnibus ergo Damian. Goës. *Præter multa alia* (infit de *Fid. & morib. Æthiop.*) *quibus Maketa à Salomone erudita est, leges ac Prophetas didicit: atque in patriam proficiscens, in itinere filium quem ex Salomone conceperat, peperit, qui vocatus est Meilech, quem ipsa Regina in Æthiopia usque ad vigesimum ætatis annum apud se educavit, ac posteà ad Salomonem eius patrem remisit, ut ab eo scientiam & sapientiam disceret: quem per literas obsecravit, ut filium Meilech coram Arca fœderis Testamenti Domini Regem Æthiopiæ consecraret, nève ulteriùs fœminæ ius regnandi in Æthiopia haberent, ut tunc in more erat, sed ut recto tramite masculi in regnum succederent. Meilech cùm Ierosolymam venit, à patre facilè matris postulata obtinuit; ac pro Meilech vocatus est David: quem iam abundè in lege atque in alijs disciplinis edoctum pater Salomon constituit ad matrem remittere: id quidem cum maiore ornatu, regioque apparatu: ad quod munificentius conficiendum comites illi decrevit mittere Azariam Principem Sacerdotum, filium Sadoc, Principis quoque Sacerdotum. Quod cùm Azarias intellexisset, Davidem hortatus est, ut ei à patre impetraret sacrificandi potestatem pro successu itineris, ante Arcam fœderis Domini. Qua re à Salomone impetratà, Azarias subitò tabulas, quas secretissimè potuit ad imitationem Tabularum fœderis Domini, dedolare curat: quibus perfectis ad sacrificandum se componit, in ipsoque sacrificio clanculùm, atque mirà arte veras fœderis Domini tabulas ex Arca surripuit, pro eisque adulterinas, quas secum portaverat, reposuit; se solo ac Deo conscio. Hæc narratio apud nos Æthiopes sanctissima & probatissima habetur, ut ex historia ipsius Regis David, quæ iucundissima lectu est, apparet. Cæterùm cùm iam David ad fines Æthiopiæ pervenisset, Azarias eius tentorium ingressus, ei revelat tabulas Fœderis Domini apud se esse. Qua re audità, subitò David ad tentorium, ubi Azarias tabulas fœderis Domini habebat, accurrit; ibique præ nimio gaudio ad exemplum avi sui Davidis; ante Arcam, in qua Tabulæ erant, incœpit saltare; quo à suis viso & re intellectà, omnes pari modo gaudia & ingentem lætitiam celebraverunt. Tandem peragratà magnà Æthiopiæ parte ad suam matrem pervenit.* Hactenùs Goës. Nemo sani sincipitis huiusmodi ludicra creder, quantunvis Annales Abissinorum blaterent: etenim tametsi Meilech fuisset filius Salomonis, ac in patriam duxisset nobiles cives, suscepisset Hebraicam legem, & in regno statuisset eius observationem; coram Arca sacrificare, in Sancta Sanctorum ingredi, tabulas legis mutare, & secum Azariam ad Abissinos ferre; omninò ridiculum, simile fabulis equitum volaticorum. Adisis Doctiss. Sanctium hìc à *n.26.* *Fabulæ de Meilech filio Reginæ Saba ex Salomone.* Dam.Goes

6 Quo impulsa studiosa Regina visere Salomonem (estò clareat in Evangelio) patet sub dubio. Baronius, *Ann. Christ.* 1. n.28. asserit Reginam Saba, quæ originem trahebat ab Abraham & Cetura, motam fuisse oraculo Balaäm de nascitura stella, & homine insigni regnaturo super Israël: *Numer.* 24. 17. & cùm audisset tantà Salomonem pollere sapientia, arbitrata fuit illum esse promissum sub stella metaphoricà, potenteque in dominationem virgà: voluitque frui, comprobareque oculis, quem sciebat præsignatum tot retrò sæculis. Hinc auro, aromatibusque accessit, quia progenitores ita ab Abrahamo instructi: *secundum verba quæ tradita fuerant, & quæ successivè ad manus Arabum ex Abraham venerant*; subdit ex Rabbinorum Genesi magna Galatin. *lib.*8. *cap.*3. At, ut constat ex textu Evangelistarum, non alio ducta est, nisi ut audiret sapientiam Salomonis, uti diximus, *num.*1. Ita ergo ut ostenderet divitias regni sui, magnitudinem, gloriamque potentiæ, venit & ingressa est Ierusalem multo cum comitatu, & divitijs, camelis portantibus aromata & aurum infinitum nimis: *Dedit ergo Regi centum viginti talenta auri, & aromata multa, & gemmas pretiosas.* *Mota in peregrinationem Reginà, ex vaticinio Balaam.* Galatin. 3. Reg. 10. 10.

7 En Tautologia. Sed sciendum, an dono hæccine vel munere dederit? Seu potius,

*Quid donũ & munus?*

tiùs, gratis, vel iure? Iurè videtur: igitur ut notavit Pineda d. *n.*41. vocantur munera, non dona: munuſque eſt donum cum cauſa, ut ait Ulpian. de *Verbor. ſignificat.* noſque ex Donato latè, *Tom.*3. *T.*9. *n.*39. Sed unde cauſa vel ius in huiuſmodi auri ſummam, & cætera dona pretioſa? Ex ſolutione præſtantium propoſitorum ænigmatum. Ænigma vel griphus eſt ſermo obſcurus involucris contrariarum vocum artificiosè contextus, per occultam rerum ſimilitudinem enunciatus: etſi aliqui arbitrentur ænigma duntaxàt habere luſum & iocum; griphum autem curam ſubtilitatis & ingenioſum ſtudium. *Griphi certè ænigmata dicuntur ab impliciti quodam genere retis: quare & in convivijs* (ait Gyrald. libell. de *Ænigmat.*) *quòd eis præcipuè uterentur veluti retibus, ad convivas obſcuris quæſtionibus capiendos, griphos appellabant.* Eadem Plutarch. de *Pythiæ Oracul.* Aul. Gell. *lib.*12. *cap.*6. & Cœl. Rhodigin. 18.*Lect. antiq.* cap.4. qui præmium ſolutionis,& mulctam imperitis ſignat: Gyralduſque loc. cit. *Eſculenti aliquid vel quid ſimile vincentibus dabatur* (ait) *victis verò ultra ruborem* potio muria (Hiſpanicè *Salmorejo*) *offerebatur; quæ uno hauſtu & ſine reſpiratione eſſet haurienda.* Egimus *Tom.*4. *T.*12. *à n.*4. Inter Principes olim inolevit huiuſmodi griphorum luſus, ut refert Max. Planudes in *Æſop. vit.* de temporibus Salomonis Dius, ut refert Ioſeph. lib. 8, *Antiq.* cap. 2. ait: *Erat Abdemonus adoleſcens qui problemata à Salomone Hieroſolymorum Rege iniuncta diſſolvebat. Abibalo defuncto, filius eius Iromus regnum excepit. Salomonem ad hunc Iromum ænigmata miſiſſe, ſolutionem eorum poſtulantem: quod cùm ille non valuiſſet, magnà pecuniâ mulctatum eſſe. Deinde per Abdemonum propoſita explicuiſſe, & ipſum alia propoſuiſſe: in quibus ſolvendis cùm Salomon hæreret, maiorem etiam pecuniam eum illi remiſiſſe.* Si Salomon præcedebat ſapientiâ ſapientiam omnium Orientalium & Ægyptiorum, eratque ſapientior cunctis hominibus: ut dicitur, 3.*Reg.* 4. 30. & *Eccli.* 47. à v.16. Ethnicus erratur audiatur Ioſephus ibid. ex proprio Marte: *Quæſtiones etiam ænigmaticas Tyrius Rex ad Salomonem tranſmiſit, rogans ut eas explicaret, & dubitationem ſibi omnium eximeret: at ille callens huiuſmodi rerum, ac naturâ prudentiſsimus; nihil inexplicatum relinquebat, & omnia ratione pervincens, & perſcrutatus eorum intellectum, apertiſsimè declarabat:. Itaque cùm Hiram ænigmata propoſita à Salomone ſolvere non potuiſſet, grandem pecuniæ mulctam Salomoni pendiſſe.*

*Quid Ænigma & Griphus?*

Gyrald.

Idem.

*Pœna & præmiũ ex ænigmatibus.*

Dius.

*Multum Salomoni aurum ex expoſitione ænigmatum.*

Ioſeph.

8 Frequens enim inter Principes illis temporibus certamen ingenioſarum quæſtionum. Nicaulis ſapientiam Salomonis audivit, volenſque explorare an famæ reſponderet ingenium; *venit tentare eum in ænigmatibus*: v.1. & cùm locuta eſſet quæcumque erant in corde ſuo; *expoſuit ei Salomon omnia quæ propoſuerat: nec quicquam fuit, quod non perſpicuum ei fecerit.* 2. Paralip.9. 2. Sponſione enim factâ in griphorum certamen victa eſt Regina dexteritate ingenij Salomonis: unde *particulâ rationali Ergo*, cogitat Pineda, quo ſupr. *n.*1. iure, non ex dono Salomoni convictam Nicaulem obtuliſſe, ſeu potiùs ſolviſſe ita divitem mulctam. *Dedit ergo Regi centum viginti talenta auri & aromata multa nimis & gemmas pretioſas: non ſunt allata ultra aromata tam multa, quàm ea quæ dedit Regina Regi Salomoni.* Ratiocinium Pinedæ in rem arbitror ingenioſum, ſed non verum: tum quia idem refertur loc. cit. *Paralip.* v.9. cum particula adverſativa, qua non ſignatur muneris cauſa, ſcilicèt, ex certamine victoria: *Dedit autem Regi, &c.* tùm quia in Hebr. quam lectionem ſequitur Maluend. non eſt particula rationalis, nec adverſativa,ſed copulativa *Et*. Dono ergo dedit & præ munificentia dedit, ſicut Salomon retribuit. *Rex autem Salomon* (dicitur v.12.) *dedit Reginæ Saba cuncta quæ voluit, & quæ poſtulavit; & multò plura quàm attulerat ad eum.* Si multò plura dedit Reginæ Salomon, & ex iure donum; patet Pinedæ iudicio, victum Salomonem in certamine ænigmatum: non concedet Pineda, maximè ſi libratur tò *Quàm attulerat.* Aſtruit Ioſeph. d. *Nec contenta* (infit) *verbis indicaſſe, quanti Regem faceret, etiam muneribus ſuam erga illum obſervantiam teſtari voluit. Viginti enim auri talenta ei donavit, & aromatum vim magnæ æſtimationis, lapillorumque pretioſiſsimorum.*

Verſ. 10.

*Ergo & Autem pro particula copulativa.*

Ioſeph.

9 De copia auri & aromatum in Arabia, multi multa dixere, ut mirum non ſit, quod aſtruunt Pineda & Maluend. loc. cit. Reginam ſcilicèt dediſſe Salomoni ſummam unius millionis & quadringentorum quadraginta millium ex noſtris coronatis, aut ſcutis aureis. Videſis Alcazar, in *Apocal.* veſtigat. 21. de *Ponder. & menſur.* Alapid. in fin. *Pentateuch.* Villalp. 3.tom. in *Ezech.* in Tabul. proport. & Marian. De Sabæorum plaga ita Strabo, lib.15. *Tanta verò Aromatum copia redundat, ut pro ſarmentis, ligniſque uſtilibus, cinnamomo, caſiâ & reliquis talibus utantur. Locupletiſsimi ſunt, vario præditi apparatu, vaſis aureis & argenteis: nam fores, parietes, tecta ebore, argento atque auro, la-*

Strab.

*Hyperbole Strabonis de bonis Arabiæ felicis.*

*pil-*

*pillis, distinctis visuntur ornamentis.* Idem Herodot. *lib.3.n.114.* Diodor.Sicul. *lib.3.cap.* 12. seu *n.*105. Plin. *lib.6.cap.*28. qui addit: *Sabæi Arabum propter thura clarissimi.* Magna enim Reginæ dona, verùm quota ex copia tanta? Inter munera singulare fuit plantæ balsami Iudææ ignota. *Aiunt etiam* (subdit Iosephus, d.) *quòd balsami plantam, cuius hodie quoque ferax est nostra regio, illius Reginæ munificentiæ ferri acceptam oporteat.* Genebrard. quò suprà: *Plantam balsami dono detulit ad Salomonem, quam & ipse plantavit in agro Hiericuntis. Eam posteà sola Iudæa aluit: hodie sola Ægyptus, ubi etiam fertur sterilescere.* Describit Iustin. *lib.*36. *Formam similem piceis arboribus habent, nisi quod sunt humiles magis, & in vinearum morem excoluntur.* Quo intelligitur illud Cantic. 1. 14. *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Quæ balsami erant, uti diximus, *Tom.*4. *T.*1. *D.*1. *n.*12. & in *Ephemerid.* die 19. Febr.

Ioseph.

Genebr. *Planta balsami donũ Reginæ Saba.*

Iustin.

10 Addidit reliquis muneribus Nicaulis *Gemmas pretiosas*: quia in Arabia nascuntur, autumat Maluend. loc. cit. ex quo Pineda, *num.* 32. reliquas ex varijs AA. addens; fuisse Topazion, Smaragdum, Carbunculum, Chrysolitum, Hyacinthum, Chrysolampada, Heliotropium, Hæmathiten, Sideritem, Draconitem & Margaritas (*nucis parvæ magnitudine*; ut ait Herodot. *lib.*2. *cap.*6. & 8. *cap.*20.) Pineda signat etiam Adamantem, Onychen, Opalum, Sandastron, Aromatitem, Aspilatem, Selenitem, Cochlidem & Lygdinum. De horum, aliorumque lapillorum conditione, vide Georg. Draudium, *Annotat.* in cap. 46. Solin. Rabinni nonnunquàm nugantur, dicuntque Gemmas has pretiosas fuisse Amorrhæorum Nymphas, quæ occultæ iacuerunt usque in tempus Achab. Unde dicitur: *Abominabilis factus est, in tantum ut sequeretur idola quæ fecerant Amorrhæi, quos consumpsit Dominus à facie filiorum Israël.* Promisi, *Tom.*4. *T.*3. *n.*21. dicere hìc quænam essent Sanctæ Nymphæ dictæ idola Amorrhæorum: at aptiùs audientur huiusmodi nugæ à nugatore Philone Biblio in *Antiq.*

Maluend. *Gemmæ pretiosæ Arabiæ Felicis.* Pined.

3. Reg. 21. 26.

11 *Nos* (dixere viri de Aser) *invenimus septem simulacra aurea, quæ vocabant Amorrhæi Sanctas Nymphas, & auferentes eas cum pretiosissimis lapidibus, qui superpositi erant eis, abscondimus ea; & ecce nunc abscondita sunt sub cacumen montis. Hæ sunt Nymphæ, quæ invocatæ ostendebant Amorrhæis per singulas horas opera eorum. Lapides illi pretiosi erant allati de terra Evilath, in quibus crystallinus erat & prasinus & velut in diatrium* (idest, in tres species) *sculpti modum ostendebant. Alius ex his sculptus erat desuper; & velut Chrysopassus stigmatus, ita relucebat sculptura subiacentis profundi. Hi sunt lapides pretiosi quos habebant Amorrhæi in Sanctis suis: quorum pretium ideo inæstimabile erat; quoniam per noctem ingredientibus non erat necessarium lumen lucernæ: ita splendebat genuinum lapidum lumen: inter quos tamen plus lucebat ille, qui in modum diatridis sculptus de setis emundabatur. Nam & si quis de Amorrhæis cæcus erat; ibat & ponebat oculos suos super eum, & recuperabat lumen. Accipiens omnia verba hæc Cenez, cum scripsisset ea in libro, & legisset ante conspectum Domini; dixit ad eum Deus: Accipe viros & ea quæ inventa sunt apud eos, & omnia eorum, & pone in torrente Phison, & combures ea igni. Et dixit Cenez: Nunquid & lapides hos pretiosos comburemus igni, aut sanctificabimus eos tibi, quoniam non sunt in nobis similes his? Dixit ad eum Deus: Si Deus accipit aliquid in nomine suo de anathemate, quid faciet homo? & nunc ideo accipies lapides istos pretiosos, & omnia quæ inventa sunt in libro: & cùm homines sic disponas, lapides pones in unam partem cum libris; quoniam non poterit ignis exurere eos: & pòst ostendam tibi, quomodò eos perdas: nam homines & omnia quæ inventa sunt, concremabis igni: & postquàm concremaverit ignis homines istos; tunc libros & lapides pretiosos, qui non possunt igni comburi, neque incidi ferro, neque aquà deleri, pones eos in vertice montis iuxta novum sacrarium, & ego præcipiam nubi, & iens accipiet ros, & mittet super libros, & delebit ea quæ scripta sunt in his: quoniam non deleantur ex alia aqua, nisi ex ea quæ non servit unquàm hominibus. Post eam immittam coruscum meum, & comburet libros ipsos. De lapidibus verò pretiosis præcipiam Angelo meo, & accipiet illos, & iens ponet illos in profundum maris; & mandabo profundo & absorbet eos, quoniam non poterunt permanere in sæculo, eò quòd contaminati sunt ab idolis Amorrhæorum: & alij Angelo præcipiam, & accipiet mibi duodecim lapides ex eo loco unde ablati sunt isti septem: quos tu cùm inveneris super verticem montis, accipiens pones eos super epomidem* (Rationale iudicij, seu Pectorale) *contra duodecim lapides, quos in eremo posuit Moyses: in logio sanctificabis eos secundum duodecim tribus: & ne dicas, quomodò sciam, quem lapidem in qua tribu ponam? ecce ego dicam tibi nomen tribus secundum nomen lapidis, & invenies utraque sculpta. Post hæc volens Cenez experiri, si combureren-*

Quæ dictæ Nymphæ Amorrhæorũ?

Phil. Bibl.

*tur lapides pretiosi igni; factum est, mox at cadebant in ignem, extinguebatur ignis: & cùm tetigisset eos gladius, solvebatur ferrum eis* (Sic de cæteris præfatis) *Surgens Cenez in crastinum, invenit lapides illos duodecim super verticem montis, ubi ipse posuerat illos septem: & sculptura eorum erat talis, ut tanquam oculorum forma designaretur in eis.* Ita Philo, signatque primum lapidem, Sardium, secundum, Topazion; tertium, Smaragdum; quartum, Crystallum; similem Carbunculo: quintum, Prasinum, seu Sapphirum: sextum Chrysoprassum, diversis distinctionibus stigmatum: septimum, Iaspidem, vel Ligirium: octavum, Adamanta, vel Amethystum: nonum, Achatem: decimum Chrysolythum: undecimum, Beryllum: ultimum, Onychinum. Adhuc pergit fabula: & *Dixit Deus ad Cenez: Accipe lapides istos, & pone eos in Arca testamenti Domini cum tabulis, quas dedi Moysi in Oreb: & erunt ibi, quousque exurgat Iabel, qui ædificet domum in nomine meo, & tunc ea proponet ante me supra duo Cherubim, & erunt in conspectu meo in memoriam filiorum Israël: & erit cùm impleta fuerint peccata populi mei, & cœperint inimici potentari domui ipsorum, accipiam lapides istos & illos priores unà cum tabulis, & reponam ea in locum* Idem. *unde ab initio prolata sunt, & erunt ibi quousque memor sim sæculi: & visitabo habitatores terræ, & tunc accipiam & istos & alios plures valdè meliores, ex eo quòd oculus non vidit, nec auris audivit, & in cor hominis non ascendit, quousque tale aliquid fieret in sæculum, & non indigent iusti operà luminis Solis, neque splendore Lunæ; quoniam pretiosissimorum lapidum lumen erit lumen eorum. His dictis Cenez accepit lapides de loco ubi erant positi: & cùm tolleret eos, velut lumen Solis infusum super illos: splendebat terra de lumine eorum, & posuit eos Cenez in Arca testamenti cum tabulis, & sunt usque in præsentem diem.* Inter Rabbinorum nugamina nullum maius mendacissimum mendacium & sine succo. Hæ sunt Nymphæ Amorrhæorum, gemmæ pretiosæ à Regina Austri traditæ Salomoni & tempore Achab inventæ? Vah recutiti! Abite ad corvos.

12 Lapides pretiosos Nicaulis, non superstitiosos Salomoni gratis obtulit, mirata Regis sapientiam, maximè dexteritatem dissolvendi difficillima ænigmata, & ex tempore exponendi quæ egebant tempore. Inter studia meditata exposuit Regina flores fictitios veris haud absimiles, enixèque petijt, ut Salomon sine tactu & odoratu vel videndo distingueret. Actutùm Rex iussit afferre apes, & discrevit à veris simillimos flores. Cedrenus quò supr. & Michaël Glycas in *Annal.* astruunt, Reginam inter alia, quibus Salomonem tentavit, excogitasse formosos aliquot pueros tam mares, quàm fœmellas, eodem habitu & tonsurà exhibere coram illo, ut indicaret sexus discrimen: Salomon sine pulvere fecit: aquam adduci iussit, & cunctos, facies abluere: ut se lavabant; qui pueri, quæ puellæ digito Reginæ ostendebat: igitur hæ molliter, illi validè faciem tergebant. Expavit Nicaulis, nec ultrà habebat spiritum, ut dicitur, v.5. Iosephusque d. subdit: *Stupebat ad Regis sapientiam, tantò maiorem experta, quàm audierat, & apud Regem ingenuè fassa est: Omnia, inquit, Rex quæ auditu percipiuntur, cunctantiùs credere solemus; sed de tuis bonis, quæ vel intra te sunt reposita, sapientià videlicèt ac prudentià, non tam vana fama ad nos perlata est: sed cùm esset vera, non respondisse tamen eam tuæ felicitati, nunc præsens video.* Brevi enim expresit ampliorem Salomonis encomium. De Numa in eius *Vit.* Plutarch. *Divino quodam fato in eodem animus Philosophicus, atque potentia Regia: nam profectò & ipsum eà virtute præditum Regem, beatum fore, & omnes qui sermones ex eius ore exeuntes audiant.* Plaut. in *Trinum.* Act.4. scen.1. à v.8.

*Ut volui, usus sum: hanc tuam gloriam*
*Iam antè auribus acceperam. Laudo.*
*Scis ordine, ut æquum est, tractare homines.*

Plutarch. in *Vit. Marij*, infit: *Fama ingens exorta est, adeo ut fidem Romani principiò non haberent: paulopòst minor fama veritate comperta est.* Ovid. Epist.15. v.35.

*Ante tuos animo vidi, quàm lumine vultus:*
*Prima fuit vultus nuncia fama tui.*

Supereminebant Salomonis animi dotes, atque sapientià superabat sapientiores Reges; hinc minus vero, ut ait Martial. *Spectacul.* Epigram.5.

*Quicquid fama canit.*

13 Inter dona igitur magnifica, diximus, Salomoni donasse Nicaulem *gemmas pretiosas.* Cur autem signet Scriptura *pretiosas*, quas præmiserat *gemmas*; nostrum erit proposito. Gemma dicitur guttula lucida: unde omnis lapis pretiosus, qui lapillus, quoniam in similitudinem guttulæ splendentis, dicitur *Gemma.* Plin. *lib.* 18. cap. 7. *Rotunda in modum gemmæ.* Non omnis guttula lucida gemma est, nec gemma est guttula: sed cùm

sit

sit in guttulæ figuram splendidè concreta; dicitur gemma, & pretiosa, quippe rutilat. Sicut gemma metaphoricè à guttulis, ita quælibet in formam guttularum splendentium à gemmis. Martialis de oculis in cauda Pavonis, *lib.13. Epigram.70.* succinit:

*Miraris quoties gemmatas explicat alas.*

Martial. *Pro re lucida.*

Idest, *Imitantes gemmas*: ait Romitius Calder. & de gemmis propter fulgorem, Petronius in *Satyr.* fol.21. *Carm.6. Smaragdum, aquam viridem, pretiosum vitrum, ignes lapideos.* Quare hìc *pretiosum* summendum pro singulari, peregrino & raro.

14 Acceptio testimonijs astruenda. 1.Reg.3. 1. *Sermo Domini erat pretiosus in diebus illis*: ideſt, rarus. Hebr. Caietan. & Maluend. *Carus, Charus, Perrarus.* Diximus *Tautolog.2. n.4.* Hac significatione, 3.Reg. 5. 17. dicuntur *lapides pretiosi in fundamentum templi.* Pretiosi, pro *Singulares*, peregrini spectabilis coloris. Quapropter 1. Paralipom. 29. 2. *Lapides diversorum colorum, omnemque pretiosum lapidem*, & (pro *Ideſt*) *marmor Parium abundantissimè.* Dicuntur lapides pretiosi, qui in templi fundamina iacti, quia in honore & pretio erant, summæque æstimationis illa lapidicina ob singularitatem, vel ob similitudinem cum lapide Pario propter candorem. Ioseph. loc. cit. *Ex lapidibus* (inquit) *candidis, firmissimis, vigintiquinque cubitorum in longitudinem, octo in altum, latitudine verò cubitorum duodecim.* Ampliusque elucet, 3.Reg.7. 10. ubi: *fundamenta de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis decem, sive octo cubitorum: & desuper lapides pretiosi æqualis mensuræ.* Quo constat, lapides pretiosos vocari, qui singulares, exquisiti & sumptuosi. Homer.10. *Odyss.* v.40. *Multa pretiosa pulchra ex Troiæ præda.* Hoc est, singularia, æstimatione digna. Petron. d. fol.8. *Pretiosissimam vestem*, pro *singularem*: & loc. cit. eadem acceptione *pretiosum vitrum.* Nimirùm, exquisitum; quippe nec fragile, nec frangibile, sed flexibile uti metallum. Quare infit: *Faber fuit, qui vitrea vasa fecit tenacitatis tantæ, ut non magis quàm aurea vel argentea, frangerentur.* Elucet modò sensus Tautologiæ. Pretiosum dicitur adhuc inter pretiosa, quod singulare, vel specialis pretiositatis. Sic gemmæ pretiosæ propter raritatem speciei inter pretiosa: ideo, 2. Paralip. 9. 9. dicitur: *Gemmas pretiosissimas.* Arab. *Genus gemmarum præstantissimarum*: magni scilicèt pretij ex qualitate, quæ *dos* dicitur à Plinio, *lib.9. cap.35.* Laudantur non tam gemmæ, quàm species vel genus gemmarum propter momenta splendoris, quæ in lapillis dicuntur gradus, in auro præmia. Hispanicè, *Fondos*: in auro *Quilates*: quo sensu dicitur, 1.Paralip. 29. 4. *de auro Ophir.* Psalm.71. 15. *de auro Arabiæ*: ideſt de auro optimo & maximo, uti 3.Reg.10. 16. & 21. dicitur *de auro purissimo.* Genes. 2. 12. *Aurum terræ illius optimum est.* Nulli dubium, aurum esse pretiosum: pretiosumque dicitur aurum, cuius nobile pretium & summum. Haud secùs de gemmis: pretiosæ utique: sed quæ pretiosissimæ propter raritatem inter lapillos, dicuntur gemmæ pretiosę. Iuvenal. *Satyr.13. v.38. Gemmaque princeps.* Homer. 11. *Odyss.* v.325. ait: *Aurum pretiosum*: Plautusque ut in pretiosis signaret singulare pretium; in *Epidic.* Act.1. scen.2. vers.17. inquit: *Pretio pretioso.*

*Pretiosum pro raro, singulari & peregrino.* Et *pro* ideſt Ioseph. *Et re exquisita.* Petron. Plin. Ecclí. 41. 15. *Hyperbole.*

15 Non alia de causa apud Siracidem: *Thesauri pretiosi.* Non dicuntur pretiosi, quasi alij sine pretio, alij pretiosi thesauri; sed quia divitiæ illorum multæ, vel sine numero præ multitudine divitiarum. Ita hyperbolicè 3.Reg.10. 21. & 27. *Non erat argentum, nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis: fecitque ut tanta esset abundantia argenti in Ierusalem, quanta & lapidum.* Quare textus exponendus de opibus tam quantitate, quàm qualitate: extensivè, copiosà multitudine; & intensivè ex rerum pretiositate; quod varijs Paliilogijs explicant Ethnici. Tacit. de *Orator.* cap.8. *Divitiæ & opes.* Homer. 1.*Iliad.* v.170. *Divitias & opes.* 6.*Iliad.*v.14. *Dives opum.* Imitatus est Hellenismum Virgil.2. *Georgic.* v.468. & 1. *Æneid.* v.18. Plaut. in *Curcul.* Act. 1. scen. 3. v. 22. *Divitias divites.* Estò ab aliquibus divitiæ dicantur quoad usum, opes quoad magnificentiam; frequenter accipiuntur pro copia efformante thesaurum, quippe præ copia in abditis usum recitra reponuntur. Unde Virgil. loc. cit. *Variarum dives opum.* Euripid. in *Ion.*v.581. *Amplarum dives opum.* & Sophocl. in *electra*, v.9. *Multo auro abundantes.* Quare si divitiæ, quia multæ; opes, quia pretiosæ; thesauri pretiosi dicentur, qui non solùm constant divitiarum multitudine, sed opum pretiositate: qua de causa ubi opulentia sine numero, dicitur thesaurus. Thesaurus hìc non sumitur pro occulto divitiarum depositio sine domino, ut apud Iurisconsultos cum Paulo, leg. *Nunquam, de acquirend. rer. dominio*, ex illo Virgil. 1. *Æneid.* v.363.

*Differimen opum & divitiarum.* *Quid thesaurus pretiosus?*

*Thesauros ignotum argenti pondus & auri.*

Virgil.

Sed de divitijs occultis, quæ in usu non sunt, & reponuntur ad usum. *Quos thesauros* Græ- *Quid thesaurus?*

Aul. Gel. *Græco nomine* (ait Gell. *lib.2. cap.10.*) *Priscos Latinos Flavissas dixisse, quòd in eos non rude æs, argentumque, sed flata, signataque pecunia conderetur.* Ita res occulta vel in Sacris dicitur thesaurus. Iob 38. 22. *Nunquid ingressus es thesauros nivis?* Quod expressit, cap.20. 26. *Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius.* 4.Reg.20. 15. *Nihil est, quod non monstraverim eis in thesauris meis.* Hebr. *Ex occultis.* Aptè ingeniosèque Aristophanes in *Pers.* dixit *Thesaurum lachrymarum*: etenim uti obsevavit Plin. *lib.* 11. cap. 37. *Quis ille humor in dolore tam fœcundus & paratus? Aut ubi reliquo tempore?* In hunc sensum expositio thesaurorum pretiosiorum: quasi honor & fama præ multis pretiosissimis thesauris.

*Pro re occulta.*

Plin.

16 Dicit textus: *Curam habebat de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi, & magni.* En quod commendat thesaurum, copia scilicèt & pretium: & cùm fama super omnia, æstimanda honoris nominis pretiosissima auctoritas super multas atque pretiosas divitias. Copia potest esse, sed æris vel plumbi: etiam pretiositas, sed numeri haudquaquàm ampli: at nominis honos debet ambiri super multos atque pretiosos thesauros: super aurum & lapidem pretiosum multum. *Nimis* legit Hieronym. *Epist.*14. *Multum* in numerum, *Nimis* in pretium: lapis pretiosus in valorem & æstimationis gratiam; aurum in divitiarum sine computu copiam. Idest super cuncta magna & æstimabilia: igitur etsi in lapillis atque metallis sit pretium, dignitas nominis ducenda super aurum & topazion. *Melius est nomen bonum, quàm divitiæ multæ.* Maluend. *Quàm thesauri auri magni*: hoc est, super omne pretiosum; quoniam aurum cunctarum divitiarum compendium. Plaut. in *Mostell.* Act.1. scen.3. v.71. Publ.Syr. *Mymor.* v. 265. & Dionys. Cato in *Monostich.* lib.2.

*Nomen bonum super omnia bona.*

Hieronym.

Prov.22. 1.

*Si bonam famam mihi servassero, sat ero dives;*
*Honesta fama alterum est patrimonium.*
*Omnia si perdas, famam servare memento:*

Plaut. Publ. Syr. Cat.

In honore veræ divitiæ, cuius verum iure pretium, & cuius respectu ducenda nihili pretiositas divitiarum; quippe maioris momenti, quàm thesauri & thesauri magni & pretiosi.

17 Dissolvi possunt Idiotismi tam Hebraicus, quàm Græcus per Exergasiam, Hendiadym, & Hypallagen. Ephes.4. 19. *In operationem immunditiæ.* v. 22. *Secundum desiderium erroris.* v.24. *Sanctitate veritatis.* Hoc est, veritate sanctitatis, & sic de reliquis. Vide alia testimonia *Tom. prior.* & apud Alap. *Canon.*24. in Pentateuch. Apud Profanos usquequaquè schematis usus. Ovid. 1.*Fastor.* v.57. *Nonarum tutela Deo caret*: idest, Nonæ carent tutelà Dei. 11. *Metam.* fab.9. *Induere arma viros.* Quo patet in textum. *Hoc enim magis permanebit tibi*, quàm mille *thesauri pretiosi & magni*: nimirùm, fama nominis plus quàm pretiositas & magnitudo eximia thesaurorum. Hendiadys est figura, qua res unica dividitur in duo vel plura; de qua sæpe egimus. Genes. 1. 14. *Ut sint in signa & tempora & dies & annos*: putà, in temporum, dierum & annorum signa. Cap. 3. 16. *Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos*: scilicèt, ærumnas conceptuum tuorum. Plaut. in *Pseudol.* Act.2.scen.1. v.5. *Copias, dolos, perfidias*: pro copiam perfidiarum dolosarum. Virgil. 5. *Æneid.* v.366. *Velatum auro, vittisque iuvencum*: videlicèt, *vittis aureis*. Idem v.399. *Pretio indutus, pulchroque iuvenco.* Ita dum dicitur *Thesauri pretiosi & magni*, intelligendum, nomen inclytum pluris esse magnitudine atque pretiositate thesaurorum: q.d. præ ampliss imis opibus. Exergasia est expolitio sententiæ ut per extensionem clarior fiat, varijs iterata vocibus. 2.Paral.9.9. *Aromata multa nimis.* Rom.3.2. *Multum per omnem modum.* Hebr.1.1. *Multifariam, multisque modis.* Quod quidem frequens Helleniſmus usurpatus etiam à Latinis AA. unde in nostrum Tautologiæ propositum regeruntur voces seu verba idem significantia. Synesius *Hymn.*1. v.17. *Acervos custodiat opum aureas divitias.* Homer. 16.*Iliad.* v.589. *Opibusque, divitiisque.* 14.*Odyss.*v.206. *Fortunisque, divitiisque.* Virgil. 2. Æneid. v.22. *Insula dives opum*: & alia, videnda *n.*15. Totum profectò in expressionem amplarum æstimabilium divitiarum: quare cùm divitiæ inter bona Fortunæ summum sint: ut explicet Siracides nomen bonum ultra summum, æstimandum monet supra mille thesauros magnos & summè pretiosos. Divitiæ aliquando usurpantur pro copia. *Divitis uber agri.* Idem, 7.*Æneid.* v.262. & lib.9. v.26. *Dives equis, dives pictai vestis & auri.* Ovid. 5.*Fastor.* v.263. *Si benè floruerint segetes, erit area dives.* Interdùm accipiuntur pro gloria. Tit. Liv. *lib.*7. *Decad.*4. *Dives gloriosa victoria.* Virgil. 2.*Georg.* v.224. *Dives erat Capua.* Aliquando pro copijs militum, sive valido exercitu. Ennius in *Achill.* ait: *Nituntur opum vi.* Virgil. 8. *Æneid.* v.171. *Opibusque iuvabo.* Ideſt, mi-

*Hendiadys.* Plaut. Virgil.

*Exergasia.*

*Divitiæ pro gloria & rerum copia, militiaque.*

li-

litibus : ait hìc Servius, & La-Zerd. in huiusmodique acceptione intelligit, & non abs re; Maluend. illud Psalm.75. 6. *Viri divitiarum.* Sive pro gloria thesauri opum accipiantur, sive pro copia divitiarum ; glorioſius æſtimandum nomen bonum : equidem ſi pretioſæ & multæ divitiæ conciliant inter fatuos beatitudinem, fama nominis ultra opum acervos & horum pretioſitatem.

18 In delicationem teſtimonij Habacuc multa præmittenda. In divitias propendet totum genus humanum; unde verum illud Tacit. loc.cit. *n.*15. *Divitiæ & opes : quas facilius invenies qui vituperet , quàm faſtidiat.* Olim in cultu terræ divitiæ erant, ut ait Iſidor. 17. *Etymolog.* cap.2. Liquet 1. Reg. 11. 5. *Saul veniebat ſequens boves de agro.* Etiam Iob, qui dicitur vir magnus inter omnes Orientales , in pecoribus habebat opes (unde nomen Pecuniæ) cap.1. 3. Quid inter exteros? *Operepretium eſt audire* (infit Liv. *lib.3. ſect.*81.) *qui omnia præ divitijs humana ſpernunt , neque honori magno locum , neque virtuti putant eſſe, niſi ubi effusè affluunt opes. Spes unica Imperij P. R. L. Quintius : trans Tiberim quatuor iugerum colebat agrum. Ibi à legatis ſeu foſſam fodiens bipalio innixus , ſeu cum araret, operi certè agreſti intentus , ſalute datâ , redditâque.* Ovid. 1. Faſt. à v.204.

Tacit.

*Olim opes non aurum & argentũ.*

Tit. Liv.

*Iura dabat populis poſito modò Prætor aratro:*
*Paſcebatque ſuas ipſe Senator oves.*

Ovid.

Idem Propert. *lib.*4. *Eleg.*1. à v.11. *Illi prædivites* (ait Valer. Maxim. *lib.*4. *cap.* 4.) *qui ab aratro accerſebantur, ut Conſules fierent : imò quos pericula Reipublicæ Imperatores accerſebant, anguſtiæ rei familiaris bubulcos fieri cogebant.* Iurè inquirit Plin. *lib.*18.*cap.*3. *Quænam ergo tantæ ubertatis cauſa erat? Ipſorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri, gaudente terrà vomere laureato & triumphali aratore : ſive illi eadem curà ſemina tractabant, qua bella, eademque diligentià arva diſponebant, qua caſtra : ſive honeſtis manibus omnia lætiùs proveniunt ; quoniam & curioſiùs fiunt. Subipde & ex agris Senatum Duceſque accerſentibus.*

Valer. Max.

*Agricolæ Reges & Magnates.*

Plin.

*Nullaque mortales præter ſua littora norant.*
*Semina tum primum longis Cerealia ſulcis*
*Obruta ſunt, preſsique iugo gemuere iuvenci.*

Ovid.

Succinit Ovid. 1. *Metam.* fab.3. & 4. Plura congerit Plin. loc. cit. de pluribus : Dalecamp. hìc, Varro & Columell. de *Re ruſtic.* hic, præfat. in *lib.*1. ille, *lib.*2. *cap.* 1. Ex Sacris Philo de *Agricult.* & 1. de *Vita Moyſ.* Baſil. Homil.26. de S.Mamant. Ambroſ. lib. 1. *Epiſt.*4. Clem. Alex. 1.*Stromat.* & fusè Abulenſ. quæſt.4. *Quòd Principi non ſint indignæ ruricæ curæ.* Hi mores antiqui. *Ergo tantus ille vir* (inquit Halicarnaſ. *Antiq.Rom.*lib.5. cap.38. de Valer. Publicola) *qui cum tribus alijs præcipuis patritijs Reges expulit, eorumque bona conceſsit populo , quater Conſul & victor duobus bellis maximis , utroque triumphum meritus ; cùm tot habuiſſet parandæ pecuniæ occaſiones iuſtas & honeſtas omnium iudicio , non eſt captus à dominatrice omnium atque corruptrice avaritia : ſed contentus parvo patrimonio , nullis obnoxiam cupiditatibus vitam exegit : ſatiſque declaravit omnibus , divitem eſſe non qui poſsideat plurima ; ſed qui pauciſsimis opus habeat ; cuius eximiæ perpetuæque frugalitatis certiſsimam fidem facit inopia quæ poſt eius obitum apparuit.* Modò in contraria curſus rationalium : igitur non ſolùm amboiunt divitias in neceſſarium uſum, ſed in futilem magnificentiam, luxum & faſtum , quo Roma imperium perdidit, dum frugalitate incumbenter acquiſivit. Quëritur Livius, lib.1. ſect.5. *Quantò rerum minus, tantò minus cupiditatis erat : nuper divitiæ avaritiam , & abundantes voluptates deſiderium per luxum atque libidinem pereundi, perdendique omnia invexere.* Ovid. 1. Faſtor. à v.195.

Halicarnaſ.

*Avaritiâ cuncta ſubverſa.*

Tit. Liv.

*Eius inſatiabilitas.*

*Tempore crevit amor, qui nunc eſt ſummus, habendi;*
*Vix ultrà quò iam progrediatur, habet.*
*Creverunt & opes & opum furioſa cupido:*
*Et cùm poſsideant plurima , plura petunt.*
*Quærunt ut abſumant, abſumpta requirere certant;*
*Atque ipſæ vitijs ſunt alimenta vices.*
*Sic quibus intumuit ſuffuſa venter ab unda,*
*Quò plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.*

Ovid.

19 Iurè à Vate dicitur *Furioſa cupido* : ſibi nocet. *Cupiditas Conſul. Craſsi dum Parthico inhiat auro* (ait Florus *lib.* 3. *cap.* 11.) *ipſius capite multata eſt. Caput eius reciſum ludibrio fuit neque indigno : aurum enim liquatum in rictum oris effuſum eſt, ut*

Luc. Flor.

*Nec ſupplicijs reſipiſcit.*

*ut cuius animus arſerat auri cupiditate, eius etiam mortuum exangue corpus auro urere-*
Plin. *tur.* Addit Plin. *lib.*33. *cap.*3. *Mithridates Aquilo Duci capto aurum in os infudit. Hæc parit habendi cupido. Hæc paulatim exarſit rabie quadam: non iam avaritia, ſed fames auri.* Idem accidit Burrhæ cuidam Hiſpano, & Duci Valdiviæ quos auro Indi onerarunt, quouſque ſpiritum exhalarent. Similiter Tarpeiæ virgini Veſtali prodenti Capitolium Tatio Sabinorum Regi: ait Plutarch. in *Romul.* Tiraquel. 3. *leg.connub.* n.25. & *leg.*9. n.114. Halicarnaſſ. *lib.*2. cap.23. Valer. Maxim. *lib. 9. cap. 6.* metricèque Propert. *lib.* 4. *eleg.* 4. Brennus Senonum Dux Epheſum cùm obſideret, Demonica fœmina avida monilium, quibus Rex ornatiſsimè ſuperbèque incedebat, illi urbem prodidit. Tùm Brennus tot monilibus, auroque illam oneravit, ut pondere rumperetur. Rhodig. *lib.* 8. *cap.* 14. & Textor. 5. *Offic.* cap.43. Appoſitè Virgil. 3. *Æneid.* v.464.

Virgil. *Dona dehinc auro gravia.*

*Singularis caſus.* Quidam ſeſe ſuſpendere cùm voluiſſet, funem ſecum attulit, & cùm arborem quæreret, & aſcendiſſet, maſſam ibi auri infelix felix invenit, ibi funem reliquit, & abijt. Qui aurum in arboris cavitate abſconderet, ſummam quærit, & cùm non inveniſſet, fune relicto ſeſe penſilem fecit. Ludit Plato apud Diogen. Laërt. lib.3.

Plat. *Aurum qui reperit, laqueum abijcit: alter amiſſo*
*Auro, collo aptat quem reperit laqueum.*

*Vita in fuga divitiarum.* Haud aliud in vitam potuit invenire Midas effugium, quàm relinquere aurum. Floridè Ovid. lib.11. *Metam.* fab.3.

*Fuſile per rictus aurum fluitare videres.*
*Attonitus novitate mali, diveſque miſerque*
Ovid. *Effugere optat opes, & quæ modò voverat, odit:*
*Copia nulla famem relevat, ſitis arida guttur*
*Urit, & inviſo meritò torquetur ab auro.*

Idem refert Plutarchus de uxore Pythij (quem inter orbis ditiores numerat Maſol. *Tom.* 1. *Colloq.*19.) libell. de *Virtut. Mulier.* num. ultim. Ariſtippus niſi reliquiſſet aurum, perijſſet in Libya. Ita Laert. in eius *Vit.* Petr. Victor, *lib.*8. cap. 18. & Horat. 2. *Satyr.* 3. verſ.99.

*——Quid ſimile iſti*
*Græcus Ariſtippus? qui ſervos proijcere aurum*
Horat. *In media iuſsit Libya, quia tardiùs irent*
*Propter onus ſegnes?*

*Quantus labor avari!* 20 Quiſnam labor æqualis ambienti? Ubi requies, dum etiam in gaudio irrequieta quies?

*Manè piger ſtertis? Surge inquit Avaritiâ. Eia*
Perſ. *Surge. Negas? Inſtat. Surge inquit. Non queo. Surge.*

Inſit Perſius, *Satyr.*5. v. 133. & Horat. 1. *Satyr.* 1. à v.38.

*——Cum te neque fervidus æſtus*
*Demoveat lucro, neque hyems, ignis, mare, ferrum*
Horat. *Nil obſtet tibi, dum ne ſit te ditior alter?*
*Quid iuvat immenſum te argenti pondus & auri*
*Furtim defoſsâ timidum deponere terrâ?*

Senec. Seneca *Epiſt.*115. in rem nil ultrà. *Nulla enim* (ait) *avaritia ſine pœna eſt, quanvis ſatis ſit ipſa pœnarum.* Ibid. colligit varias Comicorum ſententias.

*Ubique tanti quiſque quantum habuit, fuit.*
*An dives omnes quærimus: nemo, an bonus*
Idem. *Quid habere nobis turpe ſit, quæris? Nihil.*
*Aut dives opto vivere, aut pauper mori.*
*Benè moritur, qui dum moritur lucrum facit:*
*Unde habeas, quærit nemo, ſed oportet habere.*
*Sine, me vocari peſsimum, ut dives vocer.*

Ex Horatio decerpſit Stoicus: equidem Satyr. proximè cit. à *v.*64. ſuccinit:

*——Quidam memoratur Athenis*
Horat. *Sordibus ac dives, populi contemnere voces,*
*Sic ſolitus. Populus me ſibilat, at mihi plaudo*
*Ipſe domi, ſimulac numos contemplor in arca.*

Videris infelicitatem. *Celebris eſt Hemocratis cuiuſdam hiſtoria* (inquit Reyes-Franco

quæſt.

quæst.19. n.14. *Camp.Elyſ.*) *moriens ſe ipſum hæredem bonorum ſuorum ſcripſit: ſummè iam ægrotans calculabat, quantum Medico dandum eſſet, quantum ſibi reſtaret, & quantum in morbo abſumeret: ac nimium eſſe reputans: Præſtat mori, inquit: atque ita hæredibus amplius quod raperent reliquit. Similis eſt alia Critonis: qui cùm ſtomachi cruciaretur dolore, numiſmate, & non pulegio, aut alius medicamenti odore, ſeipſum reficiebat.* Ultrà proceſsit, qui ſine teſtamento ſe ſui hæredem inſtituit: equidem ut ait Athenæus, *lib.* 4. *cap.*11. morti proximus, devoratis non paucis aureis, mori tum demùm voluit. Addit Lævin. Torrent.in *Satyr.3.lib.2.Horat.*v.100. *Similis & ille qui quos habebat aureos, tunicæ inſui iuſsit, eàque indutus ſepeliri.*

*Eligit priùs mori, quàm quid expendere.* Reyes. *Hiſtoriæ celebres.*

21 Quid excogitari poteſt acrius, in tyrannidem affectus? Pub. Syrus in *Mimis*, à v.199. verè notat. Læv.Tor.

*Avaro quid mali optes, niſi ut vivat diu?*
*In nullum avarus bonus, in ſe peſsimus.*
*Avarus ipſe miſeriæ cauſa eſt ſuæ.* Subl.Syr.
*Avarus niſi cùm moritur, nil rectè facit.*

Hinc luculentè dictum: Parcus eſt porcus. Offendunt porci viventes, proſunt occiſi. Florent. Schoönhovius graphicè *Embl.* 42. propoſitum deſcribit, & Camer. *Centur.* 2. *Emblem.* 49. *Parcus cur porcus?*

*Immundæ pecudes Sues, pigroque*
*Semper implicitæ luto, ac ſepultæ.*
*Non proſunt niſi carnibus peremptæ;*
*Sic queis pectora faſcinavit aurum,* Florent.
*Æternùm modò grunniunt, ſuoſque*
*Acervos tenues nimis queruntur;*
*Donec poſt ſua fata dignioris*
*Hæredis foveant, alantque luxum.*

Ita vivunt inviſi: nec amant quemquam, nec amantur ab ullo. Optimè Horat. loc.cit.v.84. & 2.*Satyr.*3.v.82. *Inviſus cælitis.*

*Danda eſt ellebori multò pars maxima avaris.*
*Non uxor ſalvum te vult, non filius: omnes*
*Vicini oderunt, noti pueri, atque puellæ.* Horat.

O ſumma infelicitas! Facultatum curam gerunt, contemplantes bona propria, quin ullam utilitatem percipiant, quaſi bona eſſent aliena. Sic enim portantur in infernum curru avaritiæ quatuor equis tracto, puſillanimitate, inhumanitate, contemptu Deitatis & oblivione mortis; uti ait Bernard. Serm.39. in *Cantic.*n.9. Ingeniosè Famian.Strada, lib.2.*Proluſ.*6. Academ. 2. *Currus Avaritiæ.*

*——Aurumque per omnia quærunt,*
*Et ſceleris quærunt, mortiſque per omnia cauſas;*
*Tunc verò hæc oculis invitamenta malorum*
*Abduxit Natura parens, & in intima terræ*
*Viſcera contraxit, Maneſque revocavit ad imos;*
*Sed tamen hùc quoque deſcendit furioſa cupido,* Fam.Strad.
*Abdita rimatur, terramque eviſcerat omnem.*
*Scilicèt indignata homini Natura, Quis ultrà*
*Finis erit? dixit. Tellus exhauſta metallis*
*Antè gemet, quàm dira fames ſaturata quieſcat.*

22 Haud ſupervacuè Ovid.1.*Metam.*fab.4.dixit *Opes irritamenta malorum*; igitur fomes cunctarum iniquitatum. Nulla profectò aſtutia, nulla fraus, dolus nullus, nullumque mendacium, quod lucri cauſa non excogitetur à cupidis. Plaut. Ovid. *Cur opes fomes malorũ?*

*Animis avidis & inſatiabilibus non lex.*

In *Aulul.* Act.3.ſcen.5.v.13.& Claudian.1.in *Ruſin.*v.37.& 1.in *Eutrop.*v.229. Plaut.

*Iamque oblita ſui, nec ſobria divitijs mens*
*In miſeras leges, hominumque negotia ludit.*
*Fœdaque Avaritiæ complexæ pectora matris,* Claudian.
*Inſomnes longo veniunt examine Curæ.*

Unde Tacitus 1. *Hiſtor.* cap. 51. inquit *Præut opulentia civitatibus erat, illi infenſi: expugnationes urbium, populationes agrorum, raptus penatium hauſerunt animo, ſecundum avaritiam & arrogantiam, præcipua validiorum vitia.* & *lib.* 4. *cap.* 74. *Penes* Tacit.

*quos aurum & opes præcipuæ bellorum causæ.* Sophocl. in *Antigon.* v. 301. Argentum.

Sophocl.
*Hoc edocet, & immutat mentes*
*Bonas ad turpia negotia mortalium;*
*Malitiamque ostendit hominibus habere,*
*Et totius operis impietatem scire.*

*Denique avarities, & bonorum cæca cupido*
Lucret.
*Quæ miseros homines cogunt transcendere fines*
*Iuris, & interdùm socios scelerum atque ministros*
*Noctes atque dies niti præstante labore*
*Ad summas emergere opes.*

Canit Lucretius lib.3. de *Rer.natur.* à v.59. quem sequuntur Iuvenal. *Satyr.*14. v.218. & Petron. *Carmin.*19.v.40.

Iuvenal.
*Falsus erit testis, vendet periuria summà*
*Exiguà, & Cereris tangens aramque pedemque.*

*Ad prædam, strepitumque lucri suffragia vertunt:*
Petron.
*Nec minor in campo furor est, emptique Quirites:*
*Venalis populus, venalis curia Patrum,*
*Et favor in precio.*

Senec. *Avaritia mater ambitionis.* *Hæc ipsa res* (inſit Seneca, *Epist.*115.) *tot magistratus, tot iudices detinet, quæ magistratus & iudices facit pecunia, quæ ex quo in honore esse cœpit, verus rerum honor cecidit: mercatoresque & venales invicem facti, quærimas non quale sit quid, sed quanti. Ad mercedem pij sumus, ad mercem impij.* Haud aliter,

Virgil.
——— *Qui divitijs soli incubuere repertis.*

Ut ait Virgilius, lib.6.*Æneid.* v.610. & vivide Lucan.lib.10.*Pharsal.*v.149.

Lucan.
——— *Ille nefando*
*Marte paratus opes mundi quæsisse ruinâ.*

Cuncta complectitur Claudian.2.de *Laud.Stilicon.* à v.112. cuius gnomas roborat Caspar Barthius exemplis.

*At primùm scelerum matrem, quæ semper habendo,*
*Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum,*
Claudian.
*Trudis Avaritiam: cuius fœdissima nutrix*
*Ambitio, quæ vestibulis, foribusque potentum*
*Excubat, & pretijs comercia poscit honorum.*

Eccli.10.19 23 Impotens utique divitiarum appetitus, quia *Pecuniæ obediunt omnia.* Clausum possidet arca Iovem.

*Virtus, fama, decus, divina humanaque pulchris*
Horat.
*Divitijs parent: quas qui construxerit, ille*
*Clarus erit, fortis, iustus, sapiensque, etiam & Rex,*
*Et quicquid volet.*

Modulator est Horatius, 2.*Satyr.*3.à v.95.qui sumpsit ex Menandro (ut observat Stobæus, *Serm.*89.) accinente:

*Ego utiles Deos esse arbitror,*
*Maximè argentum & aurum.*
*Istos quidem si dedices domi,*
Menand.
*Quicquid voles, roges, bona aderunt:*
*Ager, domus servi, argyromata,*
*Testes, amici, iudices: tandem dato*
*Ipsos habebis vel ministrantes Deos.*

*Pecunia Dea & omnipotens.* Cyprian. Potentes cupiunt esse homines, & liberi à legibus, quo potiuntur auro & argento Numinibus. *Nullus enim magni sceleris labor*: ait Iuvenal. quò dudùm, si ex auro, vel vitijs decor. *Nullus de legibus metus est* (inquit Cyprian.*Epist.*2.ad Donat.) *de quæsitore, de iudice pavor nullus. Quod potest redimi, non timetur.* Ideo Pecunia ut Dea habita: de quo videsis Senec.de *Provident.*cap.5.Cœl.Rhodigin. *lib.*21.cap.34. & August. 4.*Civit.* cap.21. Ita Iuvenal.*Satyr.*1. v.112.

Iuvenal.
*Quandoquidem inter nos sanctissima divitiarum*
*Maiestas.*

*Numina crumenis.* Quapropter simulachra Numinum apud Phœnices crumenis ornabantur, ut observat ex Codino Caussin.*lib.*2.*Symb.*1. Iuxta pecunias Numini conciliabatur maiestas. Ludit iocosissimè Ovven.*lib.*3.poster.*Epigram.*92.inquiens:

So-

*Solus Dis Deus est, Dites Dij, Numina Numi:*
*Cum plausu loquitur Pluto, tacetque Plato.* Ovvero

Si avaritia est simulachrorum servitus, servitque idolo, qui servit auro; profectò Dea Pecunia, quam venerabantur Prisci, cordis idola. Constat ex Osea, 12.8. ubi dicit Ephraim: *Dives effectus sum: inveni Idolum mihi.* Adi Maluend. de *Anti-Christ.* lib. 8. cap. 14.

24 Ut hujusmodi calamitatum cohortem à se arcerent, & pretio pretium non darent; usum pecuniæ plures Reipublicæ inter cives inhibuerunt, quietem cuctorum statuentes mercium permutatione, ut ait Plin. *lib.* 18. *cap.* 3. & *lib.* 33. *cap.* 3. vel moneta metallorum experte, uti notavit Draudius in *cap.* 62. Solini. *Nullus alius præter cochlearum marinarum loco pecuniæ usus est. Fœmellæ* (inquit) *masculis sunt pretiosiores, quia lucidiores, & visui iucundiores, & ita in regium thesaurum condunt; unde maximus Regis census: nullo enim argento, neque auro, neque alio quopiam metallo, sive signato, sive non signato, sed solis hisce cochleis in suis mercimonijs, imò in omnibus vitæ necessarijs emendis utuntur: ita ut ipsum etiam aurum & argentum his ematur.* De Essenis ait Plin. *lib.* 5. *cap.* 17. *Sine pecunia vivere.* Solin. *cap.* 20. *Satarchæ* (inquit) *usu auri, argentique damnato, in æternum se à publica avaritia abdicarunt*: additque, *gryphes in Scythia esse custodes auri, velut genitos ad plectendam avaritiæ temeritatem.* Cap. 56. de Rege Tapobranes Insulæ, infit: *Stupiesse pecuniam.* Cap. 33. *Macrobij iustitiam colunt, amant æquitatem, plurimùm valent robore, præcipua decent pulchritudine, ornantur ære, auro vincula faciunt noxiorum* (aliqua diximus, *Tom.* 3. *T.* 9. *D.* 4. *n.* 6.) & *cap.* 58. *A Susis Babytace oppidum, in quo mortales universi, odio auri coëmunt hoc genus metalli, & abijciunt in terrarum profunda, ne pollati usu eius, avaritiâ corrumpant æquitatem.* Idem Plin. *lib.* 6. cap. 17. Ioann. Boëm. lib. 1. de *Morib. Gent.* cap. 4. ex Herodot. refert, Æthiopes ita aurum odio habuisse; *Ut Cambysis legati eò profecti, fontes viderint aureis catenis in custodia vinctos.* Idem videris apud Pompon. Melam. 3. de *Sit. orb.* cap. 9. & Dion. Chrystom. *Orat.* 79. Morem referunt & Tertullian. de *Habit. muliebr.* cap. 7. & de *Cult. fœmin.* cap. 10. *Apud Barbaros* (ait) *quosdam auro vinctos in ergastulis habent, & divitijs malos onerant; tantò locupletiores, quantò nocentiores. Aliquando inventum est, quomodò & aurum non ametur. Quamquàm & aurum ipsum cuius vos gloria occupat, cuidam genti ad vincla servire referunt Gentilium literæ.* & Clemens Alexandr. 3. *Pædag.* cap. 11. *Quæ aurum* (inquit) *gestant, mihi videntur timere, ne si quis aurum ab eis abstulerit, existimentur ancillæ, ut quæ non sint ornatæ. Quæ aureis catenis sese illigat & exornat, nescit, quantorum se criminum adstrictam fateatur*: Vide selecta apud Durant. 2. *Variar.* cap. 13. & Theodor. Canter. 1. *Lect. Var.* cap. 5. Apud hasce gentes qui fontes, plectuntur divites, & divitijs plectuntur; ne per divitias corrumpantur leges. Hinc in supplicium Ierusalem dicit Dominus: *Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint.* Salvarentur deliquentes, si prævalerent opes. Nam ut dicit Iuvenal. *Satyr.* 14. v. 178.

*Nationes degentes sine moneta metallica.* Georg. Draud.

Solin.

*Ex auro vincula noxorum.*

Ioan. Boëm.

Tertull.

Clem. Alex.

Isai. 13. 17.

*Pecunia legum legislatrix.* Iuvenal.

——— *Et quæ reverentia legum,*
*Quis metus, aut pudor est unquàm properantis avari?*

25 Hæc omninò necessatióque præmissa in expositionem Tautologiæ Habacuc. Ita Propheta: *Væ qui congregat avaritiam malam domui suæ; ut sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali.* Si avaritia est pravus affectus, uti quarumlibet rerum insatiabilis inhonestè cupido, & habendi atque habendi duntaxàt pro habendo inordinatus animus; tautologicum videtur, dicere *Malam*, si protulit *Avaritiam.* Quorsùm perversitatis expressio, suppositio necessario? Promptissimè difficultas evanescit, scito Hebraico Idiotismo: etenim sæpe per Hypallagem utuntur Hebræi adiectivo & concreto pro abstracto. *Lucerna fulgoris*: Luc. 11. 36. Idest, fulgor lucernæ. Vid. *n.* 17. & *Tom. priores*, verb. *Hipallage.* Similiter *Avaritiam malam*: Idest, malum Avaritiæ, Psalm. 70. 20. *Tribulationes multas & malas*: hoc est, malitiam & multitudinem tribulationum. *Via iniquitatis: Via recta*: de quo usquequaquè in Biblijs, q.d. Iniquitas vel rectitudo viæ, seu propositi. Clariùs videtur 1. Tim. 1. 5. *Charitas de fide non ficta*, 2. Cor. 6. 6. *In charitate non ficta.* Si ficta, nec fides, nec charitas potest esse: quare tò *Ficta* adiectivum exponendum pro abstracto: nimirùm, *Non in simulatione fidei, nec fictione charitatis*; quia hoc hypocrisis, & illud perfidia. Eodem sensu illud, Coloss. 2. 8. *Per philosophiam, & inanem fallaciam.* Apud Græcos frequens schema. Homer. 16. *Odyss.* v. 86. *Iniustam iniuriam.* Hoc est, iniuriæ iniustitiam. In eadem nostræ Tautologiæ materia, Sophocl. in *Antigon.* v. 298. *Malum argentum, malum numisma.* Principes latinitatis eodem stylo usi sunt. Senec.

*Avaritia quid sit?* Habac. 2. 9.

*Adiectivum & concretum pro abstracto.*

*Hypallage.*

præfata *Epist.* 115. *Blanda voluptas* dicit, pro blandimine voluptatis. Plaut. in *Aulul.* Act.2.scen.2.v.38. *Malà malitiâ.* Iuvenal. *Satyr.*1.v.113. *Funesta pecunia.* Horat.1. *Carm.* Od.3.v.28. *Fraude malâ.* 2.*Satyr.*3. v.43. *Mala stultitia.* v.78. *Ambitione malâ.* 1. *Satyr.* 1. v.77. *Malos fures.* & Virgil. 1. *Georg.* v.129. *Malum virus serpentibus*: quibus in locis adiectivum debet intelligi in verum sensum vocis abstractum, ut malum malitiæ, ambitionis, stultitiæ veneni, &c. Non secus in *Avaritia mala*, malum, seu vitiositas avaritiæ. In Bibl. elucet. Psalm.24.21. *Innocentes & recti adhæserunt mihi.* Hebr. *Innocentia & rectitudo.*

26 Siccine malum in abstracto significat pessimum, peius scilicèt inter mala, & turpius inter deformia. Unde Hieronym. hìc dicit, *Avaritiam pessimam*: quod per *Epizeuxim* solet exprimi in Sagra pagina: ut Proverb.20.14. *Malum est, malum est.* Dicitur enim avaritia quæ à cunctis cognoscitur mala, mala; ideſt, pessima quia radix omnium vitiorum. *Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, erraverunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Nam qui volunt divites fieri* (non qui sunt; sed qui fieri volunt, ut sunt avari) *incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.* In sensum & sensus expositionem quadrat sententia Iuvenal. *Satyr.*14.v.174.

*Epizeuxis.*

1.Tim.6.à8

*Avaritia radix omnium malorum.*

*Inde ferè scelerum causæ nec plura venena*
*Miscuit, aut ferro grassatur sæpius ullum*
*Humanæ mentis vitium, quàm sæva cupido*
*Immodici census; nam dives qui fieri vult,*
*Et citò vult fieri, &c.*

Iuvenal.

Sallustius de *Bell.Catilin.* astipulatur. *Primò pecuniæ* (ait) *deinde imperij cupido crevit. Ea quasi materies omnia malorum fuere: namque avaritia fidem, probitatem, cæteraque artes bonas subvertit: pro his superbiam, crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere, edocuit.* Arator, 1.in *Act.Apost.* à v.421.

Sallust.

*——————Denique quando*
*Auri cessat amor, qui pectora semper adurit?*
*Quo capitur mortale genus, qua pullulat omne*
*De radice malum, cuius violentius ardet*
*Ambitio crescente malo, stimulantque rapinis*
*Addita lucra fame.*

Arat.

Ideo Habacuc dicit his cupidis *Væ*: igitur in malorum nocumentum; philargyria, quæ dulcis, maximum malum.

27 Sed quare maximum? Quia radix vitiorum? Vel Ethnicus dixit. *Avaritiam omnia vitia habere putabant.* Aul.Gell. *lib.*11.cap.2. Nos verò arbitramur illam dici pessimam, quia vitium sine usu, & semper votum in voto. Floridissimè Paulus loc. cit. *Radix malorum est cupiditas, quam quidam appetentes.* Apositè: dum cupitus orbis habetur, cupiditas concupiscitur. Aliquid desiderat avaritia post omnia: & cum nihil sit ultrà, quod concupiscat; concupiscit desideria.

Aul.Gell.

*Et maximũ malum.*

Vers.10.

*Habet Africanus millies, & tamen captat:*
*Fortuna multis dat nimis, satis nulli.*

Martial.

Succinit Martial *lib.*12. *Epigr.*10. Æschyl. *in Prometh.* v. 189. *Tandem cupido cupidum deventurum.* Theöcrit. *Edyl.* 16. v.64. *Innumerabile argentum; semper autem pluris habendi desiderium.* Rationem ostendit Gregor. Magn.lib.15. in *Iob.* cap.12. *Avaritia* (inquit) *desideratis rebus non extinguitur, sed augetur: nam more ignis, cùm ligna, quæ consumat, acceperit; accrescit: & unde videtur ad momentum flamma comprimi, inde paulo pòst cernitur dilatari.* Hinc à Diogene Avaritia dicta *Metropolis malorum*, apud Erasm. Roterod.lib.3. *Apophthegm.*n.5 igitur si divitiæ avaritiæ medicamina, avaritia omninò pessima · quandoquidem in augmentum ægritudinis sunt remedia infirmitatis. Opes in voto sunt, & habitæ etiam habentur in voto; unde miseriores, quò magis divites: concupiscunt omnia habentes, nihil cupientes præter cupiditates. En infelicitas. *Cùm satiatus fuerit arctabitur & æstuabit.* Iob.20. 22. Iccircò Ar.Mont.legit: *Væ concupiscenti concupiscentiam malam*: & Tigur. *Væ inhianti*: etenim ut ait Publ.Syr.d.v.192.

Greg.Mag.

*Metropolis malorum.*

P. Syr.

*Instructa inopia est, in divitijs cupiditas.*

Malæ non sunt divitiæ. *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Pessimæ divitiarum cupiditates; quia divitias comitatur pessima appositio cordis. *Inseruerunt se doloribus multis* (ait Augustin. de *Verb. Dom. secund. Matth.* serm.5.) *sed qui? Qui volunt divites fieri.*

Psal.61.11.

*ri. Aliud eſt, eſſe divitem: aliud, velle divitem fieri. Dives eſt, qui à divitibus natus eſt; non quia voluit, dives eſt. Video facultates, non interrogo voluptates. Hìc cupiditas accuſatur: non aurum, non argentum, non divitiæ, ſed cupiditas. Nam qui nolunt dives fieri, vel qui non curant, vel qui non ardent cupiditatibus; non avaritiæ faucibus accenduntur, ſed dives ſunt.* Auguſt.

28 Adhuc malum aliud, ut avaritia conſtet malorum malum & ex malis peſsimum. Quorsùm theſaurorum acervus, ſi non conceditur uſus? Quid habet pulchri conſtructus acervus? Infelices prorsùm ſignat Paulinus, Natal. 10. v. 289.

*——— Quos iugiter urit*
*Defectus miſeri metus, & miſer ardor habendi:*
*Atque ita & inter opes inopes, quaſi Tantallus ille,*
*Inter aquas ſitiunt, ne habent, quod habere videntur.* Paulin.

Vide Prudent. in *Pſychomach.* à v. 522. & Alciat. cum Claud. Minoë, *Emblem.* 85. & 89.

Hic eſt fructus aviditatis: *Cùm habuerit quæ concupierat, poſsidere non poterit*: etenim cùm nulla in uſum divitiarum portio, nulla vel in ipſa poſſeſsione poſſeſsio: maximè quùm præ copia, etſi multa expenderent, expenſæ iteratæ divitias crebrò ſuperare non poſſent. Verè ſe fatentur pauperes. Iob. 20. 20.

*Pauperiorque bonis quiſque eſt, quò plura requirit.* Manil.

Hinc mœror, ſi non acquiritur; & dolor, modò aliquid expendatur: etenim vel in vitam neceſsaria ab animo parco iudicantur diſpendia. Aptè Iuvenal. *Satyr.* 13. v. 130. *Unde mœror & dolor?*

*Et maiori domus gemitu, maiore tumultu*
*Planguntur nummi, quàm funera. Nemo dolorem*
*Fingit in hoc caſu: veſtem diducere ſummam,*
*Contentus, vexare oculos humore coäcto.*
*Ploratur lachrymis amiſſa pecunia veris.* Iuvenal.

Ideo avaritia mala, quippe ex bonis divitiarum in vitæ ſubſidium conſtruit incommodum. Non habet quod habere videtur, quia ſibi videtur non habere: fitque morbus, unde ſalus. Senec. in *Hercul. fur.* v. 165.

*——— Hic nullo fine beatus*
*Componit opes gazis inhians,*
*Et congeſto pauper in auro eſt.* Senec.

29 Aliter exponi poteſt auctoritas Prophætæ, accipiendo ly *Malam* metonymicè: quaſi mala avaritia dicantur opes avarè, illicitè partæ. Favent Verſiones. Chald. *Divitias impietatis.* Pagnin. *Væ avaræ ſectanti divitias.* Hæ enim dicuntur facultates, quoniam domus ſplendori deſerviunt. Si raptæ divitiæ; quò maior theſaurus, non gloria, ſed tinea ſplendoris domus. *Ædificavit ſicut tinea domum ſuam.* Iob. 27. 18. Videtur ad ſpeciem quo ſplendeat, ſed intùs habet unde ſubitò corruat. *Qui ædificat domum ſuam impendijs alienis, quaſi qui colligit lapides ſuos in hyeme.* Eccli. 21. 9. In hyeme non cohærent in fabricam lapides: haud ſecùs in domus ſplendorem opes maximæ ex rapinis: igitur ædificium impetè ruit, ubi potiſsimè ſplendet. Malum lucrum ſemper eſt diſpendium, quia malè parta malè dilabuntur. Unde perſpicua textus delicatio. *Væ qui congregat avaritiam malam domui ſuæ, ut ſit in excelſo nidus eius.* Cadet, dum *liberari ſe putat de manu mali*: peſsùm it ſublimius ædificium ipſomet pondere divitiarum. Syr. *Væ opprimenti & congreganti divitias, malum domui ſuæ.* Avaritia mala eſt: malæ opes cum avaritia; ſed peiores in ruinam domus facultates divitiarum ex divitijs oppreſsorum. *Væ ei qui multiplicat non ſua*: præmiſit, v. 6. *Væ.* Iurè. Si non ſua, ubi multiplicantur, diminuuntur. Verùm quomodò? Dicit Auguſtin. quò n. 27. *Omne pomum, omne granum, omne frumentum, lignum omne habet vermem ſuum. Vermis divitiarum ſuperbia.* Intùs vermis rodit, quod exteriùs nitet: & qui videbatur ultra fortunæ iactum præcelſus nidus, ex rapinis formatus eſt ruina domus; quippequàm in gloriam quicquid per nefas conſtruxit mala avaritia, corroſit vermis ſuperbia, ut cum ſonitu periret latrocinantium memoria. *Metonymia* *Divitijs raptis qui domum conſtruit, ædificium deſtruit.* Auguſt. *Vermis divitiarũ ſuperbia.*

*Ite nunc ò mali, parata honorem per vim,*
*Et contrahite divitias, undecunque venantes*
*Per fas ſimul & nefas.*
*Deinde meſſem ipſarum infelicem metite.* Euripid.

Claret. Sine fulcro domus erecta: & quam ſuperbia verme interno ſubdolè uſque in æthera erexit, pondere divitiarum avaritia complanavit: avarus enim dum concupiſcit multa, amittit omnia. Vide Stoicum Cordubenſ. & *Epiſt.* 90. & lib. 7. de *Benefic.* cap. 10.

Pro-

30 Profectò Avaritia mala. *Fomes iurgiorum* (inſit Chryſolog. *Serm.* 162.) *parentes negat, germanos dividit, ſeparat ſocios, amicitiam ſolvit, excludit affectum: hanc qui intra ſe habuerit, erit nullius: ſuus non erit.* Nunquàm improbæ ſpei, quod datur ſatis eſt. Maiora appetuntur, quò maiora venerunt: ardetque avaritia in maiorum opum congeſtu per fas vel nefas conflata. Flamma acriùs eſurit, quò ex maiore incendio emicuit. Iccircò avaritia mala: opibus & opibus malum contrahit, non expellit. Graphicè Lucillus in propoſitum (*Florileg. Epigram. Græcor.* lib. 2.) profert:

Chryſolog.

Lucil.

*Nam ſi quod ſatis eſt, homini id ſatis eſſe potuiſſet;*
*Hoc ſat erat: nunc cùm hoc non eſt, qui credimus porrò*
*Divitias ullas animum mi explere potiſſe?*

Hieronym. Hieronym. hìc ſubdit: *Mala autem dicitur Avaritia, ad diſtinctionem bonæ. Væ ergo ei qui multiplicat ſibi avaritiam peſſimam.* Verùm ſi Avaritia utcunque malè audit; quænam utriuſque diſcrimina, ut clareſcat bona aut mala? Patentia. Non eſt mala opum cupido, ſed cupidinis inordinatio. Unde Seneca in *Sentent.* inſit:

Senec.

*Divitiæ ut ſunt impedimenta improbis,*
*Ita probis ſunt adiumenta virtutis.*

*Plures voce ſignificationi ancipitis.*

Plura verba apud Priſcos fuerunt indifferentis ſignificationis nullo attributo malitiæ vel bonitatis, ut Venenum, Virus, Pharmacum, Tyrannus, Dæmon, Hoſtis, &c. de quo egimus, *Tom.* 4. *T.* 5. *à num.* 12. Aſtruit Aul. Gell. *lib.* 12. *cap.* 9. *Eſt plurifariam videre* (inquit) *in veteribus ſcriptis, pleraque vocabula, quæ nunc in ſermonibus vulgi unam, certamque rem demonſtrent, ita fuiſſe media & communia; ut ſignificare, capereque poſſent duas inter ſe res contrarias: ut Tempeſtas, Valetudo, Facinus, Dolus, Gratia, Induſtria. Hæc ferè iam vulgatum eſt ancipitia eſſe. Periculum etiam & Venenum & contagium non uti nunc dicuntur pro malis tantùm dicta eſſe, multum exemplorum eiuſmodi reperias: ſed Honorem quoque mediam fuiſſe vocem, & ita appellatum, ut etiam Malus honor diceretur, & ſignificaret iniuriam.* Sic ille: quo intelliges illud Pſalm. 34. 26. & 68. 20. *Induantur confuſione & reverentiâ.* Tu ſcis *improperium meum, & confuſionem meam & reverentiam meam*: hoc eſt, iniuriam. Homer. *Odyſſ.* 4. v. 230.

*Reverentia & honor pro iniuria.*

Homer.

*Ægyptia producit fertilis terra*
*Pharmaca plurima ſalubria, mixta, multa lethalia:*

Hinc Euſtachius in 4. eiuſdem *Iliad.* ait: *Venenum dictio eſt media: ut quæ capiatur pro re non bona, afferente dolorem, & pro bona afferente medelam.* Quod aſtruit Apollon. Rhod. 3. *Argonaut.* v. 71. ſuccinens:

Apollon.

*Venena, hæc quidem bona: hæc autem noxia.*

Unde cùm huiuſmodi & ſimilia verba in ſignificationem eſſent ancipitia; per adiectivum *malum* & *bonum* terminata ſunt in diſcretivam ſignificationem damni vel commodi: quamobrem Caius de *Verbor. ſignificat.* inſit: *Qui venenum dicit, adijcere debet, utrum malum, an bonum.*

Caius.

*Quæ avaritia bona?*

31 Fax ergo iam accenſa auctoritati Prophetæ. Indifferens ſanè nomen *Avaritia* ſignificat ergo cupidinem opum. Hæc cupiditas non mala intendens in divitias uti inſtrumenta ad virtutem: at pravus omninò affectus tendens in cupiditatem. *Divitias comites virtutum*, dicit Pindar. *Olymp.* Od. 6. verſ. 122. & Calimach. Hymn. in *Iovem.* verſ. 94. *Sine opulentia nulla virtus.* Si aliqua, difficilis: propterea Iuvenal. *Satyr.* 3. verſ. 164. inquit:

Iuvenal.

*Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obſtat*
*Res anguſta domi.*

Ideo fictum à Poëtis Cerberum inferni canem, per virtutem Herculis eductum in lucem; igitur virtus iuvatur, dum opes quæ abſconditæ lucem vident expenſæ.

Heſiod.

*Hic canis horrendus nigrantia limina ſervat,*
*Præditus arte malâ: cauda blanditur & aure*
*Utraque, accedat ſi quis: ſi evadere contrà*
*Conetur quiſquam, hunc avidam mox condit in alvum.*

Ait Hæſiod. in *Theogon.* verſ. 310. Mythologia audienda ex Natali Comite, lib. 3. cap. 5.

*Avaritia Cerbero ſimilis.*

Cerberum (inquit) *Avaritiam eſſe, divitiarumque cupiditatem, quæ non niſi è malis cogitationibus oritur. Eſt enim Avaritiæ proprium advenientibus opibus blandiri: at ubi vel in res neceſſarias faciendus eſt ſumptus; graviter ferre, diſcrutiari, & præ mœrore propè inſanire. Quod ſi ulla neceſſitas opes ipſas in lucem extraxerit, reclamat avarus, & nulla cum dignitate vel iudicio ipſas profudit: quare viſâ luce Cerberus vomuiſſe dici-*

*citur. Habet multorum capitum numerum; quia multorum scelerum & flagitiorum principium & fons est Avaritia, cùm neque sibi profit, nec reliquis. Ad Hercules, quæ virtus est animi magnitudo, Cerberum in lucem extraxit, sibique perpetuam gloriam comparavit. Quis enim sine opibus facilem esse sibi viam ad perpetuitatem nominis affirmabit? Illæ sanè nihil aliud putandæ sunt à viris prudentibus, quàm commodiores rationes rerum præclarè gerendarum.* Hinc queruntur sæpe ingenia non solùm paupertatis lapide pressa, sed & sepulta. Apud Alciat. *Embl.* 120. clamat nescio quis: Nat. Com.

*Ingenio poteram superas volitare per arces,*
*Me nisi paupertas invida deprimeret.* Alciat.

Hæc est bona avaritia, ut possit animus expeditè in fastigia virtutis ascendere: igitur iacent facultates sine facultatibus, & illarum uti scientiâ, est fortunarum fortuna. *Præclarius enim est, pecuniâ quàm armis benè uti*: ait Plutarch. in *Coriolan.* Plutarch.

32 Ratio Philosophica etiam est didascalica. Concupiscibilis & irascibilis (quæ facultates appetitus sensitivi, seu vitalis impulsus) ab Stoicis signatæ uti rationi nocuæ: igitur seipsos fatuè arbitrabantur Numina, ubi profitebantur (sed speculativè, cùm calus blatterantes docerent homines) esse rationalia marmora. Papæ! Peripatetici dicunt, & rectè, eiusmodi appetitus facultates, esse in usum animæ. Unde concupiscentia indifferens est in bonum & malum. Est enim ut primus effectus amoris de bono convenienti, bona si ad bona; mala si ad mala. Bona, modò ordinatè secundum rationem: mala, modo sine ordine secundum voluptatem. Unde non arcetur ab appetitu cupiditas, sed inordinata cupiditas, ut ait Ambros. 1. *Offic.* cap. 47. & Innocent. III. de *Miser. hum. condit.* lib. 1. cap. 4. Mala enim dicitur, quia corrumpitur affectus, in quam semper pugnax Fortitudo virtus. Qua de causa non iudicatur voluntas aut amor in summum bonum ut par est; ubi voluntas & amor erga sensibilia, quæ ad illud bonum consequendum non referuntur: corrumpit enim visibilium caducorum amor amorem divinorum. Adisis Basil. in *Ascet.* cap. 7. & Augustin. de *Amicit.* cap. 5. Unde cùm avaritia, uti concupiscentia de bono convenienti, sit indifferens, quia potest ratione in virtutem ordinari, etiamque vitiosè corrumpi; concupiscentia opum rationali fine, dicitur *Avaritia bona*; pravà verò intentione à Vate Sacro dicitur *Avaritia mala.* Opes enim & optimæ & pessimæ. Optimæ, dum habentur; ut per illas, & non propter illas, magna fiant; pessimæ autem, si mala fiunt, ut habeantur. Optimæ, modò intendatur virtutis honestas: pessimæ, si ut satietur insatiabilis aviditas. Hæc regnabat inter Babyloniæ Principes: dicitque Propheta *Avaritiam malam*, nominis ancipitis ut tollat indifferentiam. Ita Virgilius, ut vidimus *num.* 25. dicit: *Malum virus.* Ibi videris plura Ethnicorum testimonia attestantia. Hesiod. d. v. 311. *Arte mala.* Plaut. in *Amphitr.* Act. 1. scen. 1. v. 112. *Concupiscentia vox anceps.* *Et Avaritia.*

*Oportet me malum esse callidum, astutum admodùm.* Plaut.

Et Cicer. apud Trider. Taubmann. in *Cistellar. Plaut.* Act. 4. scen. 2. v. 64. *Versutiloquas malitias*: igitur ut observat Nonius, *Malitiam veteres, ut dolum mediam ponendam esse duxerunt; quasi sit malitia bona.* Eandem indifferentiam habet Avaritia: quapropter Novarin. *Umbr. Virgin.* Excurs. 126. n. 1171. infit: *Liberalitatem Mariæ experiri qui cupit, sanctâ probitatis avaritiâ corripiatur.* Cicer. Nonius.

33 In avaritiam malam incumbunt mortales, quia in pretio pretium est, & dat census honores: & cùm concupiscentia respectu vitiosæ cognitionis sit corrupta; appetit abijcienda, abijcit appetibilia. Ratio econtrà non appetenda despicit, appetibilia concupit, & suo ordine, nimirùm, argentea, ut argentea, aurea ut aurea; quippe affectio, estò valeat, non debet permutare, vel commutare momenta. At hoc infrà, à *num.* 36. Hinc per Zachariam dicitur: *Pretium, quo appretiatus sum ab eis.* Profectò appretiatur quod pretiosum. Unde ut dignum æstimatione sinetur; pretio meditanter coniungitur æstimatio, quippe geminatione dicitur quanti, quasi magni digni in possessionem momenti. Hoccine stylo usa D. Theresia in *Fundation.* cap. 31. inquiens: *Quàm verum Domine mi, obsequia facta tibi actutùm aliquo gravi labore rependi! sed te diligentibus quàm pretiosum boccine pretium!* Idest, dives merces. Plaut. in *Epidic.* Act. 1. scen. 2. v. 17. *Emere pretio pretioso*: hoc est, grandi, æstimabili pretio. Siccine exprimitur magnitudo rerum per epitasim Tautologicè iuxta illarum materiam. Accipe phrases Plautinas. *Aulul.* Act. 2. scen. 2. v. 50. *Pauperum pauperrimum.* Scen. 4. v. 35. *Parcè parcum.* In *Curcul.* 5. 3. v. 10. *Properè propera.* 1. 3. v. 26. *Luce lucebit.* In *Amphitr.* 2. 2. v. 210. *Pudicitiam & pudorem.* In *Captiv.* 4. 1. v. 7. *Amœnitate amœnâ.* In *Epidic.* 1. 2. v. 24. *Salvâ salute.* In *Pseudol.* 5. 1. v. 19. *Amicissimam amicitiam.* In *Mostell.* 5. 2. 36. *Ludo ludere* In *Asinar.* 2. 1. v. 18. *Falsæ fallaciæ.* D. Theres. Zach. 11. 13 *Geminatio vocis pro re summa in re.*

In

In *Truculent.* 2. 4. v. 3. *Nitidè nitet.* Denique Prolog. *Pœnul.* v. 28. *Pueros infantes minutulos.* Cuncta proclivè intelligentur, modò pro geminatione quid summum intelligatur. Unde *Pretium quo appretiatus sum*, idem sonat in sensum, quasi diceretur in æstimationem pretium summum. Ne mireris quòd hìc contraria significet: etenim in ironicam verborum intentionem, verba sunt eadem. Patet, 4. Reg. 4. 26. *Rectè ne agitur circa te, &c. quæ respondit: Rectè.* Satyricè respondit, sicut Thren. 2. 15. *Hæccine est urbs perfecti decoris, gaudium universæ terræ.* Plaut. in *Epidic.* Act. 1. scen. 2. v. 21. *Salva res est*: pro perdita. Ciceronem adversus, Catilina *Invectiv.* 1. inquit: *Hominem sanæ opinionis, integræ vitæ, qui suis flagitijs celeberrimè hunc ordinem devastavit.* Et Iuvenal. *Satyr.* 15. v. 10. pro *Execrandas*, accinit:

*Ironia, sive Antiphrasis.*

Iuvenal.

*O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis*
*Numina!*

34 Non aliter exponendus Zachariæ textus. Hic Sarcasmus subintelligitur despectu pretij, & amaro scommate. Ideo ex appretiatione dicit satyricè: *Decorum pretium, quo appretiatus sum ab eis.* Hispanicè: *Linda cosa*: *Cosa grande!* Idest: *indecorum, vilissimum*: Ut ait Alapid. & Haye in *Bibl. Maxim.* tom. 18. de *Idiotism.* n. 33. *Ridiculum, sordidum, ludibrio habitum & ignobile pretium.* Sanctius hic, n. 46. Alludit Matthæus: *Triginta argenteos, pretium appretiati, quem appretiaverunt à filijs Israël.* Nimirùm, indignissimum prætium, quia turpi ac sordidà æstimatione emptum quod pretiosissimum; Christus scilicèt, quem appretiaverunt Iudas & Iudæi: idest, non appretiarunt,

*Sarcasmus.*

Matth. 27. 9

*Pactus grande nefas parvà mercede, nec illi*
*Culpa datur pretio, sed inhærent crimina facto:*
*Tantundem sceleris terdena numismata sumens*
*Argenti, parvo cæcatus munere gessit,*
*Quantum cuncta simul terrarum regna, marisque*
*Divitias, omnemque vagis cum nubibus æthram,*
*Si caperet, gesturus erat: neque enim bona mundi*
*Sufficerent magno fuso pro sanguine Christi.*

Sedul.

Accinit Sedulius, lib. 5. *Carm.* à v. 41. Eritne in hoccine pretio pretium? Planè pretiosi ludibrium. Sarcasmus est. Syr. & Tertullian. 4. *Adversf. Marcion.* cap. 40. *Pretium honorandi, quo honoratus sum ab eis.* Idest, despectus: quasi nullius pretij *pretium pretiosissimi, de quo pacti sunt*: legit Guido, cuius versio affinis Persicæ & Æthiopicæ. Unde Genebr. in *Psalm.* 48. 9. *Pretium pretiosum, idest, nullum.* Eodem in sensu acceptio vel apud Ethnicos. Horat. 3. *Carm.* Od. 6. v. 32. *Dedecorum pretiosus emptor.* Nihil mirum, si sarcasmicè dicatur pretium inhonoratum & indecorum pretiosum pretium; quandoquidem illa margarita cœlestis Christus Dominus, totius divinitatis thesaurus, triginta argenteis proditus & traditus in manus hostium, cuius *impretiabile pretium.* Ita ait Seraphicus Franciscus. *Oracul.* 2. Aptè, sine pretio dicitur, quæ suppeditex caret pretio. *Domus sine pretio pretiosæ*: inquit Apuleius. 5. *Metam.* & Fulgent. lib. 3. *Mytholog.* fab. 6. Appositiusque Seneca. *Epist.* 90. in nostrum institutum: *Hoc pretium est, non posse pretio capi.* Quia non operæ ut par erat, in pretio recompensatio, sed tanti honoris irrisio; iubet Deus Prophetam proijcere pretium ad statuarium, ut constet signum. *Tuli triginta argenteos & proieci illos in domum Domini ad statuarium.* At quod signum efformandum ex vilitate inhonorati pretij? Venditionis prorsùs Christi. Sicut traditur pretium à Zacharia, quin usui proprio cessisset; ita pretium emptionis Salvatoris non in eius utilitatem, sed in incommodum cessit. Figura igitur respondit veritati. *Tunc impletum* est *quod dictum est* (infit Matthæus loc. cit.) *per Ieremiam Prophetam dicentem: & acceperunt triginta argenteos, pretium appretiati, quem appretiaverunt à filijs Israël.* Quo ergo iure, causave quod dictum à Zacharia, dicit Matthæus à Ieremia prænuntiatum; diximus *Tom.* 3. *T.* 14. *n.* 5. Si alia desiderantur. adi Doctiss. Sanctium loc. Zachar. cit. à *n.* 52.

*Pretiosum pro vilissimo.*

Geneb.

Franc.

*Quod pretio inestimabile dicitur sine pretio.*

Senec. Ibid.

Ubi supr.

35 Ergo in Tautologiam. Ter regeruntur verba idem significantia, ut satyrici sermonis exprimatur vehementia. Ampliorem vim animi affectus denotant voces ter inculcatæ, quam bis; quia claret per Epizeuxim ampliorem amplior in sententiæ firmitatem cordis conatus. Diximus in expositione Tautologiarum, *Deus misericors & clemens, patiens & multæ miserationis.* Exod. 34. 6. *Prævaricantes prævaricati sunt, & prævaricatione transgressorum prævaricati.* Isai. 24. 16. *Multum operatur geminatio, quia dicitur apparere magis de enixa voluntate disponentis, magis quando sunt triplicata*: Roland. à Valle. *Consil.* 61. n. 40. & Decius, *Consil.* 1. n. 204. lib. 1. In scriptura, identidem. Ierem.

*Epizeuxis. Verba sæpius repetita vehementioris significationis.*

1. 6. *A, a, a, Domine Deus.* 7. 4. *Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt.* 22. 29. *Terra, terra, terra.* 4. Reg. 3. 10. *Heu, heu, heu.* Apocal. 8. 13. *Væ, væ, væ.* Elegantiùs fit, modò fiat geminatio per Periphraſim, quia in quacumque vocis mutatione nitet diverſus voluptati & intentioni ſenſus; ut illud *Matth. 6.* à v. 22. & Luc. 11. à 35. *Ne lumen quod in te eſt tenebræ ſint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.* Exempla Profanorum ſunt obvia. Vide *num.* 30. Lucilium. Plura congeſsi ex Plauto, *Tom. 3. T. 11. n. 11. & 12.* ad illud Sapient. 6. 11. *Qui cuſtodierint iuſta iuſtè, iuſtificabuntur*: & adhuc invenitur apud eum in *Pœnul.* Act. 1. ſcen. 2. v. 75. *Illud ſatiſne eſt ſatis, quod ſatis eſt.* Ariſtophan. in *Avib.* Act. 17. v. 144. *Periphraſis.*

*Advenit lucens ſplendore ſtella,*
*Splenduitque aureaque ſplendida domo:*
*Neque Solis longè ſplendens radiorum ſplendor*
*Talis ſplenduit.* Ariſtoph.

Non aliter in noſtra Tautologia per alia atque alia idem inculcatur, ut ſignetur de pretio rei pretioſioris, ac pravo deſpectu dolor. Altè enim pupugit vel iudicium ſine pretio, vel pretium ſine iudicio: quare ut Deus illorum ironicè oſtendat ignorantiam, vel malitiam; viſo ſine pretio pretio, dicit, *Pretium appreciatum* (eius) *quem appretiaverunt à filijs Iſrael.* Subſannat emptores, de vili in re pretioſiore æſtimatione gloriantes, ut fingit Virgilius 4. *Ænead.* v. 92. de Iunone.

*Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis:*
*Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla refertis*
*Tu, puerque tuus, magnum & memorabile nomen.* Virgil.

36 Non enim penderunt homines æſtimationem pro pretio, pretiumque pro tanto, ab amore duntaxàt ſuperabili, labore. Quid ex tanto?

*Non genus humanum, non tanti machina mundi,*
*Non tanto merces digna labore fuit.* Herm. Hug.

Et triginta argentei pretium pretij fuere? O ſtulti! Uſquequò gravi corde? Ut quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? Hoccine pretium pretioſi ſanguinis? Mendaces filij hominum in ſtateris. Non corruptibilibus auro vel argento facta redemptio, ſed ſanguine Agni immaculati pretioſo. Hinc Arabic. pro Pretio appretiato, legit: *Pretium innocentis.* Perſ. *Sanguinem ponderis.* Sed illo ſordido parcoque pretio, ſanequàm ſine pondere ſanguis. Non aurea Hebræi æſtimarunt ut aurea; ſed aurea præ inordinata cupiditate appretiarunt uti teſtea, quando triginta argentei fuit pretium appretiatum eius quem appretiaverunt. Non ita factum à Nabuzardan ex ſpolijs in demolitione templi. *Quæ aurea, aurea: quæ argentea, argentea tulit Princeps militiæ.* Huiuſmodi ſtylum aliquibus placuit, eſſe Hebraiſmum, ſeu ingenitam linguæ dialectum; ſed falluntur. Senſus genuinus eſt, omnia Princeps ſeorſim repoſuit, ac in Babylonem aſportavit. Vulgò: *A parte el oro, à parte la plata.* Multa in templo erant ex ære, aurichalco, auro & argento: tuliſque cuncta Nabuzardan, ut præmittitur, v. 14. & *Ierem.* 52. à v. 17. ſed ſeorſim aurea, ſeorſim argentea; ſicut ſepoſuerat David in apparatu expenſarum fabricæ auguſtiſsimi templi. 1. *Paralip.* 22. 14. Unde cap. 29. 5. dicitur: *Ubicumque opus eſt aurum, de auro: & ubicumque opus eſt argentum, de argento.* Separatim ea deſcribuntur uſquequaquè in Sacra pagin. *Sap.* 13. 10. *Eccli.* 40. 25. *Iſai.* 2. 7. *Ezech.* 7. 19. *Oſeæ*, 8. 4. & Apocal. 18. 12. *Merces auri & argenti.* Homer. *Odyſſ.* 7. à v. 88. *Pravi pendunt parvi ſanguinem Chriſti.* 4. Reg. 25. 15. *Cur metalla diſcriminatim cuſtodita?*

*Aureæ verò fores firmam domum intùs claudebant*
*Argentei autem poſtes in æreo ſtabant limine,*
*Argenteum verò ſuperiùs limen, aurea item cornix,*
*Aurei autem utrinque & argentei canes erant.* Homer.

Plautus in *Rudente*, Act. 4. ſcen. 4. v. 43. *Aurum auro expendetur: argentum argento exequabitur.* Manil. 4. *Aſtron.* cap. 1. v. 249. Plaut.

*Quicquid & argento fabricetur, quicquid & auro.* Manil.

Marc. Senec. *Controv.* 25. *Magnifico apparatu inſtruitur convivium: diſtinguuntur argenteis poculis aurea.* Siccine igitur ut ſignentur ſepoſita pretioſa, dicuntur *quæ aurea, aurea: quæ argentea argentea.* M. Senec.

37 Aurum & aureum, argenteum & argentum, ebur & eburneum ſæpe accipiuntur pro ſpecioſo, rutilo, pulchro & ſpectabili. Homer. quò dudùm, v. 100. *Aurei iuvenes ardentes faces geſtantes.* Ideſt, ſpectabiles, ſplendidi. Theocrit. *Edyl.* 21. v. 52. *Aureum piſcem.*

*Aurum & aurum pro pulchro & ſpecioſo.*

*piſcem.* Propert. *lib.*4. *Eleg.* 4. v. 25. *Argentea lilia Nymphis.* Virgil. 8. *Æneid.* v. 655. *Argenteus Anſer.* Seneca, in *Thyeſt.* v.347. *Nec fulget illic ſplendidum tectis ebur.* Hieronym. Angerian. *Ex ebore albenti fulcra.* Cuncta amplectitur Ovid. 2.*Metamorph.* fab.1.

Ovid.

*Regia Solis erat*
*Clara micante auro, flammaſque imitante pyropo,*
*Cuius ebur nitidum faſtigia ſumma tegebat,*
*Argenti bifores radiabant limine valvæ.*

Nat. Com. Fulgent.

Hinc apud Homerum (inquit Natal. Com. in 6. *Metam.* huius Vatis, fab.6.) *omnia magni pretij finguntur eburnea vel aurea.* Fulgent. quò ſupr. *n.* 34. *Delapſa* (ſubdit) *in quandam domum auream rapitur, quæ pretioſa ſine pretio, ſola conſideratione; laude deficiente, poterat exiſtimari.* Homer. 4. *Odyſſ.* v.37. *Auroque, electroque, & argento atque ebore.* Tibull. 1. *Eleg.*6. v.58. *Aurea vicit anus.* Horat.2. Od.10. v. 5. *Auream mediocritatem.* Seneca in *Hercul. furent.* v.13. *Perſeus aureus ſtellas habet.* Virgil. 8. *Ænead.* v. 679. *Aurea cæſaries.* Demùm Ovid. loc. cit. de curru Solis profert:

Ovid.

*Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſumma*
*Curvatura rotæ.*

Pindar.

His ergo teſtimonijs elucet dici aureum, quicquid nitidum, ſplendidum & pretioſum: igitur ut ait Pindar. in *Olymp.* Od.3. v.75. *Aurum inter divitias maximè venerabile.*

Apoc.17.4.

38 Palàm eſt modò illud de muliere meretrice magna ſub Babylonis nomine: *Mulier erat inaurata auro.* Ideſt, ſplendidè ornata, regiè ſculpta & culta, pretiosè veſtita, pulchrè, opulenter, & ſcitè inſertata. *Amicta veſtimento aureo.* Æthiop. *Lapidibus pretioſis & auro.* Syr. *Adornata auro.* Cyril. Alexandr. Aurum enim ſignificat quicquid pretioſum. Mirum non eſt in Scriptura, quòd res veſtita præ ſe feratur nomine veſtis; uti fusè probavimus, *Tom.*3. *T.*1. *à n.*35. Unde dum *mulier* dicitur *deaurata*, intelligendum eſt, ornata pretioſis veſtibus, ut undique eſſet ſplendidus & ſpectabilis cultus. *Mulier erat* (dicit Ioannes) *circundata purpurâ & coccino: & inaurata auro & lapide pretioſo & margaritis.* Idem *cap.*18. 16. Inaurata erat: additurque *Auro*, non quia veſtis illius eſſet ex auro, ſed quia veſtis aurea: hoc eſt pretioſiſsima: auro lapilliſque rigens. Noſtrates: *Quaxado de oro: quaxado de pedreria.* Apud Homerum, *Odyſſ.*2. verſ. 339. invenitur phraſis. *In excelſum* (inquit) *talamum aſcendit, ubi cumulatum aurum.* Apud Hebræos, ut obſervat Alapide in *Apocal.*21. 18. non eſt concretum auri: quare pro *Aureum*, dicunt *Aurum.* Ita in text. præfat. *Quæ aurea, aurea*, ex Hebr. Maluend. legit: *Quod aurum, aurum.* Apocal. loc. cit. *Civitas aurum mundum, ſimile vitro mundo*; intelligendum eſt, Civitas aurea, ſplendida, pellucida, ſicut cryſtallus vel mundum vitrum. Etiam apud Latinos acceptio, ut notat Paſſeratius in *Propert.* Hic enim *lib.*2. *Eleg.* 31. verſ.11. accinit: *Auro ſolis erat ſupra faſtigia currus.* Ideſt, ex auro. Idem *lib.* 3. *Eleg.* 17. verſ.37. *Ante fores templi crater antiſtitis auro.* Priùs Virgilius, 2. *Æneid.* v. 504. & 765.

*Res veſtita nomine veſtis.*

Homer.

*Abſtractum pro concreto.*

Propert.

Virgil.

*Barbarico poſtes auro, ſpolijſque ſuperbi.*
*Crateresque auro ſolidi, captivaque veſtis.*

Non ſecus tò *Auro*, dum meretrix civitas proponitur *inaurata.* Q.d. Erat ſplendida veſte, eximio pretio, quia inter margaritas & lapillos fila prominebant ex auro, divite mundo muliebri, ſingulari divitiarum oſtentatione; ut decore opulentior, oculis amatorum obijceretur in viſcum ſpectabilior. Siccine reduplicatio illa *auro* & *inaurata*, vel quia aurum erat optimum, vel multum.

Senec.

*Ambitioſi indigni emblema deaurata ligna.*

39 Aliqui non infimæ notæ, pro auro apparente accipiunt fœminam inauratam auro: quod quidem omninò ludicrum; quia potiùs bracteata videretur monſtrum, quàm amatorum illicitum. Aptior cogitatio in tropologiam, quàm in literam, ut explicetur hypocritæ ſplendor & ſpecioſitas, nullaque in fuco claritatis entitas: etenim ut ait Seneca: *Epiſt.*115. *Cùm auro tecta perfundimus, quid aliud quàm mendacio gaudemus? Scimus enim ſub illo auro fœda ligna latitare.* Ambitionis indignorum obijcitur documentum. Sine meritis in faſtigio dignitatis, etſi ligna aurata, ligna: requiritur ſpecioſitas, & apparet refulgens turpis inanitas. Obſcuratum eſt aurum, & mutatus color optimus, quandoquidem propter morum corruptelam, virtutis argentum converſum eſt in ſcoriam: verùm nocuius, dum ipſa teterrima vitia in animæ damnationem, gratiâ ſive embolio amoris proprij, uti pretioſiſsimas virtutes improbi amplectuntur cæci. Hinc

Apoc.3.15. 16.

Aſſertor N. Epiſcopo Laodiciæ: *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus. Utinam frigidus eſſes, aut calidus! Sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus,*

*in-*

*incipium te evomere.* Pessimus utique hiccine status vel in Physicis ex dispositione corporis. *Quid si sanum voces leviter febricitantem? Non est bona valetudo mediocritas morbi:* ait Stoicus cit. *Epist.*85. subditque: *Plus potest, quanvis mediocrium, turba: quàm posset unius magni violentia. Habet pecuniæ cupiditatem, sed modicam: habet ambitionem, sed non concitatam: habet iracundiam, sed placabilem: habet inconstantiam, sed minùs vagam & mobilem: habet libidinem, non insaniam: Melius cum illo ageretur, qui unum vitium integrum haberet, quàm cum eo, qui leviora quidem, sed omnia.* Testimonium sacrum D.D. torsit ingenia, quorum expositio varia, & aliquorum ita implicatoria; ut incidant in Scyllam, cupientes vitare Charybdim. *Status neutrorum gravior extremis.* Senec. *Peccata venialia cavenda.*

40 Non est bonitas pessimis esse meliorem. Non velox, qui respectu claudi, nec perspicax respectu cæci. Quid erit infimis maior, nanis excelsior, imbecillibus fortior, & effrænatissimis moderatior? Futilis de excellentia comparata cordis iactantia, cùm inter minimos nulla detur excellentia. *Criminabatur quidam Pytheam oratorem* (ait Ælian. lib. 14. de *Var. histor.* cap.28.) *quòd malus esset. At ille non inficias ibat: hanc enim illi conscientia necessitatem imponebat: sed respondebat, se minimo tempore omnium qui Rempubl. Athenienses administrassent, malum fuisse: nempè in hoc sibi placens, quòd non perpetuò fuisset eiusmodi: putansque se non iniuriam facere, si non cum pessimis compararetur. Stolidum sanè.* Alij autem sequuntur conditionem Porcij Latronis Rhetoris de quo Marc. Senec. Præfat. in *Controv.* ex quo Cœl. Rhodigin. *lib.* 11. *cap.* 13. *Nemo plus ingenio suo imperavit: nemo plus indulsit. In utraque parte vehementi viro modus deerat: nec intermittere studia sciebat, nec repetere. Cùm se ad scribendum concitaverat, iungebantur noctibus dies; & sine intervallo gravius sibi instabat, nec desinebat, nisi defecerat. Rursùs cùm se dimiserat, in omnes lusus & in omnes iocos se resolvebat. Cùm verò se silvis, montibusque tradiderat; omnes illos agrestes in silvis ac montibus natos laboris patientià ac venandi solertià provocabat: & in tantam sic vivendi pervenerat cupiditatem; ut vix posset ad priorem consuetudinem retrahi. At cùm sibi manum iniecerat, & se blandiendo, unde abduxerat, revocarat; tantis viribus incumbebat in studium, ut non tantùm nihil perdidisse, sed multum acquisivisse desidià videretur.* In sensum spiritalem Bernard. in *Ascension. Domin.* serm.5. n.6. *Utinam hæc* (inquit) *ut intellectum admonent, moveant & affectum; ne sit intùs amarissima contradictio, & divisio molestissima, dum hinc quidem sursùm trahimur, sed retrahimur inde deorsum.* Hi ascendunt in cœlos & descendunt usque ad abyssos: descensuque & ascensu instabiliter in oppositа, tabescit ipsorum in malis anima. Sæpe cadunt in ignem & crebrò in aquam, signum spiritus nequam. In rem Senec. *Epist.*87. *Hoc est, nec calidum, nec frigidum pati.* Manil. 2. Astron. cap.16. à v.18. *Non est bonus qui non pessimus.* Ælian. M. Senec. *Nec instabilis in exercitijs.* Bernard.

*Et dotes, noxamque facit: vertuntur in orbem*
*Singula, & accipiunt vires, cœloque remittunt,*
*Esse sui moris: vario nunc dives honore,*
*Nunc sterilis. Infelix Regio.* Manil.

Igitur distracti vadunt hinc inde & veniunt, semperque cadunt, tendentes modo in vitrum modò in aurum; cùm sapientiæ virtuti non adæquetur usquàm aurum & vitrum.

41 Hi volunt servire Deo & Mammonæ: Arcam & Dagona venerari. Divisum est cor eorum & intereunt. Væ duplici corde. Pessimus vitæ in æternam status. *Maximum indicium est malæ mentis fluctuatio, & inter simulationem virtutum, amoremque vitiorum assidua iactatio:* Infit Senec. *Epist.*120. additque de *Tranquill. anim.* cap.1. *In statu ut non pessimo, ita maximè querulo & moroso positus sum. Nec ægroto, nec valeo.* Causam signat Homer. 10. *Iliad.* v.121. Senec.

*Insipientia mentis: nec vult laborare,*
*Nec pigritiæ cedere.* Homer.

Ubi Isaias dicit: *Sicut Oryx illaqueatus.* Septuagint. legunt: *Sicut beta semicocta.* Hispan. *Azelga.* Infirmorum cibus est. Qui studet vitio, beta cruda: qui virtuti, beta cocta: qui fluctuat inter virtutes & iniquitates, patet semicocta beta: iungunturque laquei & vincula retis; quippe anima in huiusmodi statu plerumque irretitur vitijs. Graphice Mantuanus lib. de *Calamitat. suor. tempor.* Isai.51. 20. *Nec qui fluctuat inter vitium & virtutem.*

*Hæc est curarum genitrix, exercita nullis*
*Artibus, officij nullo laudabilis usu,*
*Segnicies, inter socias nutrita Megeræ:*
*Doctaque languores animi luctusque magistra;* *Descriptio. Negligentiæ*

Mantuan.

*Ipſa gravis ſibi eſt, turpi deiecta quiete*
*Mœret & ignorat cauſam mœroris & ortum.*
*Ebria lethargo ſemper, triſtique veterno*
*Virtutum formidat iter, monſtratque labores,*
*Difficileſque vias, & re maiora videri*
*Cuncta facit.*
*Sic hominum falſo deludit Acedia vultu,*
*Spem minuens, animoſque premens, operumque futura*
*Præmia deridens, contemni fulmen & ignes*
*Tartareos, fruſtràque docet Phlegetonta timeri.*
*At Veneris concedit opus, convivia, ventris*
*Ingluviem laudat: ſic lentus corpora torpor*
*Occupat & pigras ita vincit inertia mentes,*
*Inſtructis lautè menſis, ſi copia detur,*
*Indulget, quæſita vorat, ſed quærere neſcit.*
*Inde graves curæ, longævaque tædia ſurgunt.*

At ubi phalerata huiuſmodi peſtis floret? Ohe! Ubi nec metus animum à periculo, pudor à turpitudine, & ratio revocare nequit ab inſtituto furore. Proh dolor!

42 Locus moralis eſt. In nos deducitur amnis: igitur ſi maiores ſæculo eſſe iam cœpimus, nihil ſumus, ni ſæculo maiores fuerimus. Simus quod debemus eſſe, ut eſſe valeamus. *Illud velim ne ignores* (inquit Nazianzen. orat. de *Fuco.*) *rugam unam tibi turpiorem eſſe, quàm maxima vulnera ijs qui in mundo vivunt: neque enim tam notabilem ac conſpicuam in ſordidis quàm in puris unicoloris veſtibus, labes aliqua fœditatem habet.* Omiſsio (uti videbimus, Tom. 7. T. 9. ad illud Rom. 12. 11. *Solicitudine non pigri.*) eſt reſpectu actus debiti: negligentia, reſpectu debitæ circunſtantiæ: ſiquidem opus non fit, modo quo fieri debet, unde tepor, & torpor; de quo Climach. in Collation. de *Acedia*, ait: *Eſt remiſsio animæ, reſolutio mentis, puſillanimitas exercitationis, odium profeſsionis, mundanorum beatificatrix, detractrix Dei: attonita in pſalmodia, infirma in oratione, in miniſterio ferrea, in operatione pigra, in obedientia improba.* Vide dicta ex Bernard. *Tom. 4. Tautolog. 13. D. 3. n. 4.* Lanſpergius in *Paſchat.* ſerm. 3. *Non inveniatur in nobis* (ait) *tepiditas illa omnis ſanctitatis adverſatrix, pietatis deſtructrix, quæ in nonnullis Monachis reperitur: ideo ſemper diſputant, utrum ſit peccatum mortale? quod ſi non eſſe didicerint, non timent Deum offendere, gratiam eius ſpernere, ſpiritu debiliores, carne validiores, peccando frigidiores fieri. Non timent ſordes colligere, Deo diſplicere, ingrati inveniri, atque mortalium ſeſe peccatorum periculis exponere. Fundamentum eſt maximè ruinoſum, ſuper quod nunquàm aliquid boni poteſt ædificari.* Cauſam apponit N. Damiani in *Apolog.* cap. 7. *Si tenuiſsima veneni ſtilla diffunditur* (inquit) *nonne totum edulium prorſus abominabile iudicatur? Si ergo perexigua mala largiſsima ſæpiùs bona corrumpunt; quo pacto te de lenocinante conſcientia iactas, quia minimum eſt, quod contra profeſsionis tuæ propoſitum privatà proprietate poſsideas? Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.* Plena opera laude digna, diſcrimini expoſita, ni ſint plena. Primò charitas refrigeſcit, tepore mox non apparet: deficienteque charitate, anima traditur morti. Vide Gregor. Magn. 3. *Paſtoral.* cap. 1. admonit. 35. Illuſtri metaphorà exponit Paulus. *Propterea* (Hebræos alloquitur) *abundantiùs oportet obſervare nos ea quæ audivimus, ne fortè pereffluamus.* Ubi opera non abundantius, ideſt, ferventius, conferuntur madidæ Chartæ, in qua non literæ literæ ſed lituræ; vel vaſi fictili hiſcenti, ut notat Alapid. hìc: igitur ita vaſa rimis perfluunt, & ſtillant; ut brevi tempore liquoris vel pretioſi nihil habeant. Abundantiùs ergo in virtutis ſtudium incumbendum; etenim effluet, perfluet, dilabetur, ſi in corde per negligentiam rimula etiam brevis inveniatur. Luculenter Seneca, *Epiſt.* 83. *Urbis cuſtos, ebrius ex quo ſemel factus eſt, fuit.*

Greg. Naz.

*Diſcrimen omiſsionis & negligentiæ.*

Ioan. Clim.

Lanſperg.

*Tepor in Religioſis formidabilis.*

Petr. Dam.

Hebr. 2. 1.

*Negligentia ſtatus tendit in abolitionem.*

43 Alij textum interpretantur, de infideli frigido, de fideli cum operibus calido, & de fideli ſine operibus tepido. Melius huic, doctrinam non accepiſſe, quàm uſu carere: non audiſſe legem, quàm vivere infideli deteriorem diximus plura Tautolog. 2. n. 22. ſignanterque 2. Petr. 2. 21. & Hebr. 10. 29. Ita tepidus dicitur Hebræus: peior frigido Gentili, carente lege. Neuter quidem excuſatur: ſed plus delinquet, qui negaverit, quod legerat; quàm qui opera non fecerit, quæ facienda non noverat. Aliter Ribera hìc num. 50. Iudæi ante Chriſti adventum ſæpe Deos coluerunt: poſt Chriſti adventum non ido-

*Qui dicatur tepidus & qui frigidus?*

*Cur Iudæi qui olim frigidi, modò*

idola, sed Deum legis auctorem colunt. Cùm idola venerabantur frigidi erant: nunc tepidi, multoque peiores, quàm frigidi fuere. Idololatræ in conversionem peccatum cognoscebant: nunc peccatum suum infidelitatis ignorant, ita adhærentes crimini, ut illo arbitrentur placere Numini. Ingeniosè quidem, licèt extra sensum literalem. Alias expositiones affert Alapide, quem tu videsis.

*tepidi, & quia tepidi magis frigidi?* Riber.

44 Ut dicam, quid iudicij mei; statuo, hìc duntaxàt designari ad literam Episcopum Laodiciæ, qui à gratia divina exciderat, quin cognosceret lapsum cæcà philautià: statu Episcopali sese iudicante perfectissimum; cùm longè eius à perfectione esset, quem profitebatur statum. Per calorem signatur charitatis fervor; quo intuitu sæpe Homerus dicit *Lachrymas calidas. 7. Iliad.* v.426-16. 3-17. 428. & 10. *Odyss.* v.570. Idest vi doloris vehementis è corde deductas oculis. Per frigidum signatur peccatum: vel quia frigidus dicitur stultus (Cicer. 3. in *Verrem*) vel venenatus, virulentusvè. *Frigidus anguis.* Theocrit. *Edyl.*15. v.58. & Virgilius, *Eclog.*3. v.93. & 8. v.71. Per teporem signatur medium inter charitatis fervorem, & criminum frigiditatem. Quo ergo pacto de tepido, qui propior est fervori charitatis, dicitur: *Utinam calidus, aut frigidus esses!* Qui tepidus est, citiùs & promptiùs convertetur, quàm frigidus, quia faciliùs calorem concipit, qui teporem retinet. Ergo si Episcopus desideratur frigidus, peior est tepidus. Concedendum sanè in claram expositionem testimonij. Speculum (exemplum est dulcis. Theresiæ, in *Vit.* cap.40.) vel perspicuum, vel fractum, vel obscurum. Clarum deservit, fractum fallit, obscurum nihili. Iurè possumus dicere de obscuro speculo, nullum esse; quippe in usu peius fracto. Iurè de talpa, Utinam videres, vel non haberes oculos! igitur nihili, habere oculos, & non videre. De arbore, cuius fructus surrepti; Utilius, habere fructus vel non habere; quàm surripi. Utinam exculta terra vel fructum ferret, vel nullum ferret, quàm spinas produceret! fructus hiccine gravior sterilitate. Terra, ut fructus feratur, semine colitur: hæccine non solùm eget semine, sed extirpatione lolij. Ita dicitur: Vel ovum, vel pullus: tertium, sive medium fœtet. Unde Æneas Silvius in *Epitaph.* fol.30. *Ovum semifœtum si rumpatur fœtidius crudo.* Haud aliter in operibus Laodicienfis Episcopus: beta erat semicocta, peior crudà: ovum evanidum, tepore fœtidum: igitur manifestis quæ interiùs continebat in pullum, erupit fotum in regulum. Hanc in significationem fas non erat apud Romanos, Flaminem Dialem fermentum attingere, quippe panis non erat, nec farina: dicebantque fermentationem massæ putredinem. Nec farinam, quia alimentum inchoatum & crudum. *Neque enim quod fuit manet triticum, neque quod debet fieri, facta farina panis*: ait Plutarch. *Roman. qq.* 109. & quæst. 110. subdit: *Nec carnem crudam: neque enim est animans, neque factum est dum pulmentum.* Hac de causa dicitur Episcopo: Utinàm frigidus esses, ut potus in refrigerium; utinam calidus essæ adinstar in cibum! At nihil es nisi tepidum exacerbans stomachum.

*Quis tepor frigore frigidior.*

*Quæ media extremo peiora?*

*Cur flamen Dialis non attingebat fermentum, farinâ, aut carnem crudam?*

*Sed proprias partes ipsas spectare memento,*
*Vel glacie rigidas, vel quas exusserat ignis.* Manil.

Utilius illi erat, vel non suscepisse officium; vel vivere illà perfectione, quæ decebat perfectionis statum. Erat frigidus, dum apparuit in munere tepidus: etenim ut infit Seneca, *Natur. qq.* lib.1. cap.11. *Nihil habent ardoris hebetes & languidi.* Frigore enim riget, ubi calor penitùs evanescit. Senec.

45 Verùm semper urget, quomodò frigus, si tepor? Quia tepor frigus. Quomodò medium extremum? Non est medium. Frigus erat peccatum, tepor virtutum spectrum: priorque frigore Præsul iacet apparente tepore; quia frigidorum cordium fœtidæ iniquitates sub specie spectabilis venustissimæ virtutis. Expressit modum Assertor N. parabolà insigni. *Homo quidam* (ait) *habebat duos filios: & accedens ad primum dixit: Fili vade hodie, operare in vinea mea. Ille autem respondens ait: Nolo. Postèà autem pœnitentià motus, abijt. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens ait: Eo Domine: & non ibit. Quis ex duobus fecit voluntatem Patris?* En status peccatorum patentium, & occultorum, notà specialis sanctitatis velamine artificioso subdolæ hypocrisis. Frigidi sunt qui deficiunt à lege: tepidi qui deficiunt & arbitrantur implere, peiores omninò frigidis; quia frigidi resipiscentes adimplent legem: qui verò declinantes virtutem dicunt dilectam iniquitatem; nullo tempore amplectuntur de crimine pœnitudinem. Patet. Frigidi, qui noluerunt, in legem tandem tandem processere: tepidi re verà frigidi: igitur in legem exponentes promptissimam voluntatem; sicut frigidi pridem abiecerunt totam legem. Calidus est, vel fervidus, qui in opus vineæ vocatus, dicit: *Eò* & it. Frigidus, qui dicit *Nolo*, & stat. Tepidus frigore summo, qui non it, & di-

Matth. 22. à 28.

*Unde qui tepidi frigidissimi?*

dicit: *Eo.* Quis enim facit voluntatem patris vocantis? Conſtat ex fructibus operis: quandoquidem obedientia in legem, & iubentem Superiorem comprobatur opere, haudquaquàm nudà & inerti perfectionis voluntate. In propoſitum ad unguem Abbas Daniel, apud Ioann. Caſsian. Collat. 4. cap. 19. *Ne forte* (inquit) *blandientes nobis, qui videmur ſecundum exteriorem hominem huic renunciaſſe mundo, vel carnalium deſeruiſſe contagia, tanquàm qui ſummam perfectionem per hoc apprehenderimus; remiſsiores deinceps erga emundationem cæterarum paſsionum, lentioreſque reddamur, exiſtimantes ad perfectionem nobis abundè ſufficere, quòd exteriore homine videamur, de converſatione mundi ac voluptatibus ſegregari. Rectiſsimè ergo qui tepidus pronunciatur eſſe deterior; quia facilius ad ſalutarem converſionem, ac perfectionis faſtigium quis ſæcularis vel Gentilis accedit, quàm qui profeſſus Monachum, ab illo ſemel ſpirituali fervore ſegnis diſceſsit:: Frequenter enim vidimus de frigidis atque carnalibus, ideſt, de ſæcularibus ac paganis, ad ſpiritalem perveniſſe fervorem: de tepidis omninò non vidimus.* Caſsian. *Peſsimi Monachi ſæculares in habitu religioſo.* Symbolum obijcitur in pariete: quantunvis ater, modò novus, candore albicat. Si pulvis ſedit, candor è pulvere languet; quippe vi teporis, nunquàm totus prorsùm excutitur pulvis. O Monachi! Vigilate. In ſæculari commodius fuerat degere ſtatu, quàm vivere ſæculares in habitu Religioſo. *Monachorum quidem ſpecies tenetur; multa verò, ſub ſanctitatis habitu, ſæcularia aguntur:* inquit Gregor. Magn. *lib. 6. Epiſt. 29. Novate vobis novale, & nolite ſerere ſuper ſpinas:* igitur licèt in perfectionem & profectionem ſemen ſit bonum, exortæ ſpinæ ſuffocabunt illud. Greg. Mag. Ierem. 4. 3.

46 At unde ſpinæ? Ex tepore: tepor verò ex blandientis circumventione philautiæ, cuius comites deſpectus legis, arrogantia, ſuperbia, præſumptio vana, atque callidiſsima perfidia. Siccine Epiſcopi Laodicienſis miſeria. Deſcribit Caietanus *Ientacul. 8. q. 4. Intelligo per calidum manifeſtam charitatem, & per frigidum manifeſtam iniquitatem, per tepidum verò medium; qualis deſcriptus eſt, qui ſibi videtur bonus, & tamen eſt malus: & iuxta hunc ſenſum optat Angelus magis frigidum, quàm tepidum; non ut meliorem, ſed ut faciliorem ad reſipiſcendum. Qui enim cognoſcit ſe eſſe malum, facilius correctionem ſuſcipit, quàm is qui putat ſe eſſe bonum & quaſi tutus tepet.* Caietan. *Peior frigidiſsimo tepidus, qui ſibi videtur bonus; cùm ſit improbus.* Comites phi lautiæ. Frigidus erat Publicanus: tepidus ſiccine Phariſæus; ſed peior frigido amore proprio, quia ſe non arbitrabatur ſicut cæteri hominum frangentium legem, quem lex ſignabat præ omnibus peccatorem. Deſcendit Publicanus iuſtificatus præ illo, etſi frigidus eſſet, quippe defectum fervoris cognovit: non ille qui tepuerat, quoniam frigidus & malus ſe bonum conſiderabat. Longiùs erat à ſalute ſiccine tepidus, quàm manifeſtè frigidus: iacuitque lethali vulnere ex veneno philautiæ: igitur nemo medicinam aut medicum quærit, qui non ſe ægrum vel vulneratum cognoverit. *Ob illa quæ alijs diſplicent, ſibi placens:* inquit Stoicus, *Epiſt. 115.* Haud frigidus eſſet, ſi ſe frigidum cognoſceret. Quid erat neſciebat, ſed ſuper ſe in mirabilibus ambulabat. Conſtat ex textu, quem mirificè exponit Gregorius noſtro propoſito. *Reprobis ſæpe evenit* (infit in *Iob*, cap. 3. lib. 34.) *ut per elationis dementiam ſublevati, dum nequaquam ruinæ ſuæ damna conſiderant, eſſe ſe etiam à bonis actionibus inopes non cognoſcant. Unde voce Angelicà prædicatori Laodiceæ dicitur: Dicis, quod dives ſum, & locupletatus, & nullius egeo; & neſcis quia tu es miſer & miſerabilis & pauper & cæcus & nudus. Quia divitem ſe aſſerit, qui per arrogantiam ſanctitatis extollitur; pauper cæcuſque & nudus arguitur. Pauper utique, quia virtutum divitias non habet: cæcus, quia nec paupertatem, quam patitur, videt: nudus, quia primam ſtolam perdidit; ſed peius, quia nec ſe perdidiſſe cognoſcit.* Amor proprius deaurat errores. Senec. Greg. Mag. Ita igitur meo iudicio accipiendus eſt tepor, Deo tantoperè inviſus: non tepor abſolutè, reſpectu frigidi; aliàs nil diceret teſtimonium: ſiquidem claret, frigidum, quàm tepidum eſſe longius à calore quocumque in genere. Tepidus hoc in ſenſu eſt ſui amator, cuius philautus ita ſenſus; ut quæ velit legem aſtruat, quæ nolit, quantunvis cœleſtia deſtruat. Tali ſpiritu perciti, haud ſtupendum, quæ crimina faciant, ſed quæ flagitia relinquant. *Pro lege eis eſt deſideriorum voluptas* (inquit Legislator N. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 1.) *cùm quicquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt ſanctum; & quod noluerint, putant non licere.* In quiſquilijs veram ſanctitatem collocant, & exterioribus operibus hypocritæ vocant, probitatem ſimulant, pravitatem deaurant: & ita futilia magnificant; ut non ſolùm hìc in cunctorum ſtuporem, ſed ſufficere cogitent in optabilem æternam felicitatem N. Patriarcha ibid. *cap.* 4. vulnus detegit, & medicinam apponit. *Non velle* (ait) *dici ſanctum, antequàm ſit; ſed prius eſſe, quo verius dicatur.* At hoc didaſcalicum. Quàm cæcus, & quâ inflatus! Præceps & pravus. S. Bened.

47 In litera reſtat diſcutiendus Tautologicus ſtylus: nimirùm, Utinam frigidus

aut

aut calidus esses! *Sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus.* Phrasis omninò exergasica, de quo schemate egimus in *Prolog. Galeat.* §.4. n.13. & *Tom.*5.T.8. ad illud Luc.18. 34. *Nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant, quæ dicebantur.* Isai.40. 21. *Nunquid non scitis? Nunquid non audistis? Nunquid non annunciatum est vobis ab initio? Nunquid non intellexistis* (Apocal. 21.21.) *Duodecim portæ: duodecim margaritæ sunt, per singulas: & singulæ portæ erant ex singulis margaritis.* Apud sacros & Profanos usus schematis usquequaquè. Vid. n. 17. & 37. & in *Tom. prior.* Extenditur per geminationem meditatam oratio, ut constet apertiùs animi proferentis intentio: quapropter etsi intelligeretur quid inter frigus & calorem esset Domini fastidium; in sequenti periodo manifestat quòd sit tepidum. Vers. 16. Exergasia.

48 Nunc in Versiones Tautologiæ principalis. *Gemmas pretiosas.* 2. Paralip. 9. 9. *Pretiosissimas.* Petr.Comest. *Gemmas inæstimabiles.* Æthiop. *Singulares lapillos.* Arab. *Genus præstantissimarum gemmarum.* Maluend. *Lapidem pretiosum.* Versionum varietatem fecimus in textus expositione concordem: modò dicendum aliquid de pretiositate morum; ut quandiu vita, thesaurizemus in cœlum. Variet. lect.

## ADINATON EXEGETICUM.

1. *Gemmas pretiosas.* Patet quam pulchra conversione Gentilitas: igitur quæ propter idola vilis specie divinitatis, ignominià adorationis despecta; cognito Salvatore, apparuit gemma pretiosa.
2. *Gemmas pretiosas.* Gemma viri mulier est, erga quam apponit cor; verùm sæpè fallitur, dum magis illa diligitur: igitur apparet vitrea, quæ servabatur uti gemma pretiosa.
3. *Gemmas pretiosas.* Possunt esse gemmæ sine pretio? Utique, si Monachus frigescit in instituto: & non tantum textus sacer signat gemmas, sed pretiosas; quippe vita Monachorum, si non pretiosa, non gemma.
4. *Gemmas pretiosas, singulares lapillos.* Singulares? Utique, in hieroglyphica honoris. Splendor gemmæ conditio, gravitas lapidi sine pretio: exponiturque gemma ad honorem & gravamen; ut ambitiosus cognoscat uti gravamen honorem: equidem expectans honore gemmarum decus; invenit, ut prematur lapidum pondus.
5. *Gemmas pretiosas, singulares lapillos.* Lapides occurrunt in offendiculum: gemmæ in præstantissimum pretium: dicunturque singulares, propter miracula pœnitentiæ virtutis: igitur quæ animæ delinquentis offendicula, fulgent cum pœnitentia gemma pretiosa.
6. *Gemmas pretiosas singulares.* Proprio amore pretiosum, singularitate amittit pretium: etenim cùm sibi placeat, etsi cunctis displiceat; cunctis scoria, quod philauto videtur pretiosa gemma.

## DIDASCALIA PRIMA.

### *Gentilitas ut filia agnita, ex quo illi in Christo divinitas manifesta.*

1 VOcatio Gentium, atque reprobatio Synagogæ, magnum mysterium dicitur à Paulo inter arcana divinæ providentiæ. Quis enim in huiusmodi iudicij discrimine cognovit sensum Domini? Altitudo innotuit divitiarum sapientiæ & scientiæ iudicio incomprehensibili. *Mysterium hoc*, ait Doctor Gentium. Alapid. hic: *Mirabile arcanum & stupendum Dei iudicium. Altitudinem divitiarum vocat magnitudinem misericordiæ Dei*: equidem quæ misera iacens ad divitis ianuam, non solùm misericordiam invenit, sed magnam misericordiam: præut dolorum enim multitudo in sinu pectoris, descenderunt de cœlo consolationes: felixque iam floret, quæ diutissimè opprobrium felicis iacuit. Rom. 11. 25. Alapid. *Gratia Dei magna in vocatione Gentium.*

*Nec sibi felix humilis habetur,*
*Nisi felices cecidisse videat.* Senec.

Ut canit Senec. in *Hercul.Oetæo*, v.673. Felicitas ultra merita, magis grata, quoniam obvia, maximè si permansura. Unde idem *Epist.* 98. infit: *Nunquàm credideris felicem quemquàm, ex felicitate suspensum: fragilibus innititur, qui adventitio lætus est.*

Idem. *est. Exibit gaudium, quod intravit. At illud ex se ortum firmum est, & crescit & ad extremum usque prosequitur: cætera quorum admiratio est vulgo, in diem bona sunt. Omnia quæ fortunam intuentur, ita fructifera ac iucunda fiunt; si quis habens illa, se quoque habet. Malus omnia in malum vertit, etiam quæ specie optimi venerant: rectus atque integer corrigit prava.* Videtur tanquàm gratiæ decus, qui non populus iam populus; & quæ gens corrupta, virgo casta, quin dubitet gratis dilecta de felicitate permansura; quandoquidem in æternum desponsata in fide & misericordia: præ ingratitudine, felici cadente, dato libello repudij; etenim ingratæ Synagogæ facta obsequia, exhibita mirabilia, ad tempus duntaxat fuerunt bona; cùm totum patrimonium divitis felicitatis, mirabili Dei iudicio devolutum est ad gentes. Aratus 2. in *Act. Apost.* à v. 132.

*Felix Gentilitas ex infelicitate Synagogæ.*

Arator.

——*O semper inanis,*
*O sterilis Iudæa tibi, quæ semina vitas*
*Ne fructus afferre queas! Quibus ore magistro*
*Paulus ait: Vos ista quidem: vos nosse deceret:*
*Ast alijs hoc lumen erit: nam scripta fatentur,*
*Lumen in extremis posui te gentibus esse.*

2 Habet in institutum tabula ficta locum. Amor (quem Prisci vocarunt Cupidinem rerum cœlestium, iuxta Platonem in *Alcibiad.*) descendit de cœlo, ut in cœlum traheret homines ex misero mundo. Invenit duas fœminas, unam dominam, & alteram ministram; utramque in bonis naturæ atque fortunæ diversam: equidem ministra abiecta, pauper ac summè turpis: domina verò præ cunctis speciosa, opulentèque dives. Hæc enim (ministram exosi) placuit oculis Amoris; quam singularibus prosecutus est obsequijs, solicitans vario ornatu elegantiam eius & munditiam; usque in invidiosam toti orbi magnificentiam: ita propensus in eius dilectionem, ut minimè dubitaret, pro illa totum effundere sanguinem; singulari studio, ac fidei demonstratione, patente flammà cordis ex amoris magnitudine. Unde illam vocavit Neriten, quasi lucernam & splendorem, vel gemmam eximiam spectabili pulchritudine; servam relinquens tanquàm indignam vel nomine. *Cùm verò iam tempus fatale adveniisset* (infit Ælianus 14. *Histor. Animal.* cap. 28.) *& Cupidinem Dijs cœlestibus iussu patris inscribi oporteret; Neriten quoque delicias suas secum abducere voluisset; Nerite recusavit, eò quòd inter parentes ac sorores vivere, quàm cœlo potiri mallet: & cùm alas etiam quandocumque libuisset ad volandum sibi producere posset; hoc quoque munus aspernata neglexit. Quapropter indignatus Amor, Iovis filius, illam in neritem maritimam* (de quibus Plin. *lib. 9. cap. 33. Navigant Veneriæ, Neritæ; præbentesque concavam sibi partem, & alteram auræ opponentes per summa æquora velificant*) *convertit: comitem verò & ministram, illius loco Cupido sibi delegit, & alis quas Nerite habuerat, induit.* Taceat ergo superata vetustas. Deliciæ filij Dei erat genus humanum, propter quod reliquit cœlum, ut homines ad cœlum duceret; siquidem eo intuitu descendit de cœlo. Elegerat sibi pridem in sponsam dilectam, Synagogam; quam ditissimo mundo muliebri exornavit, concessitque alas, ut in cœlum secum posset ascendere: verùm noluit, eò quòd inter parentes ac sorores vivere, quàm cœlo potiri mallet. Portabatur patienter ingratitudo, an ex amantis patientia, oriretur redamatio: cæterùm magis exarsit, & Amorem crucifixit; quin erga illam moreretur amor, vel dum illius prævaleret furor: equidem invitavit in cœlo repertos etiam ab illa cum iniuria crucifixus. Quid illa in tot gratiarum studia, quibus mollescerent corda saxea? Facti pœnituit? Mens immota manet, dum eius serva Gentilitas, ob tantam ingratitudinem pectora plorans percussit: cuius cernens filius Dei obsequiosum studium & alterius prævaricantis fastidium; in Sponsam subitò elegit, alas donavit, ut posset ascendere in æthera, suffecta pro Synagoga. *Vobis* (dixerunt Apostoli) *oportebat loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ; ecce convertimur ad gentes.* Qui invitati fuerant, non fuerunt digni: claudique cæci & debiles potiti felicitate; quoniam cœlum, regaleque solium Gentilitas occupavit, quod Synagoga donis irritis sprevit.

Plin.

Act. 13. 46.

*Gentilitas adoravit quod Synagoga despexit.*

*Fabula Amoris & Neritis.*

Ælian.

3 *Gemmas pretiosas* Salomoni obtulit Regina Saba. Cur dicit *pretiosas*, dum offert *gemmas*? Margaritas præstantissimas, ut vidimus in *Liter.* à n. 13. De Margaritis dicit Plin. *lib. 9. cap. 35. Principium, culmenque omnium rerum pretij, margaritæ tenent:: cœlique eis maiorem societatem esse, quàm maris. Si tempestivè sationtur, grandescere & partu. Si tonuerit, pavidas ac repentè compressas, speciem modò inani inflatam sine corpore. Miror ipso tantùm cœlo gaudere, candoremque perdere ut corpus humanum.* Tanquàm spectatæ pretiosi-

3. Reg. 10. 10.

ta-

tatis margarita è manibus Conditoris in mare mundi exivit natura humana, cunctarum rerum culmen & pretium; ut maius cum cœlo, quàm cum terra haberet fausta consortium. Auctor inter tot populos quærebat bonas margaritas: invenit unam pretiosam, & alijs relictis comparavit eam. Hæc fuit Synagoga, cuius species inflatæ felicitate, inanis sine ullo corpore. Gentilitas amisit ita colorem, ut margaritæ nec haberet speciem: cæterùm satiatum è cœlo tempestivè, certum utiquè pretio atque partu grandescere; quæ priùs nanciscì nequibat, quia totum cœli rorem Synagoga fugebat. Accessit Regina Saba secum (ut videbimus) portans Gentilitatem, ad divinum Salomonem; à qua pretiosæ gemmæ margaritę exponuntur. Quo pacto si margaritæ despectæ absque ullo primitivo candore? Regem cœlestem peregrina visit, ut adoraret; quem secum habens Synagoga non cognovit, inflata specie sine corpore, quin dignaretur Conditorem adorare: gemmæque pretiosæ offeruntur à Regina in sortem Gentilitatis, dum erant priùs margaritarum species; quoniam recessas à cœlo inutiles margaritas, coram Rege restituit gemmas pretiosas. Causam insinuat Franc. Ruëcus, lib. 2. de *Gemm.* cap. 13. *Quæ per genesim gratia* (ait) *in eis desideratur, per columbas resarcitur: quæ scilicèt devoratas puriores tandem eas reddunt, restituuntque.* En noster articulus. Florent, quæcumque fovet Salvatoris pectus. Tonuit cœlum, dum vidit Synagogæ pectus ingratum: repentèque species margaritæ compressa, ubi à pectore Salvatoris expulsa; sed Gentilitas è cœlo tempestivè satiata: gemmaque pretiosa dicitur, quæ immunda proijciebatur; quippequàm ut in pectus margaritam susceperit, gratiam & puritatem columba mira restituit.

*Synagoga margarita spectabilis, facta est vilis.*

*Gentilitas econtrà.*

Ruecus.

*Cur dicitur margarita?*

*In thesauro reposita*
*Regis est drachma perdita:*
*Gemmaque luce inclyta*
*De luto luci reddita.*

Eccles.

4 Dum Synagoga repellitur, Gentilitas in pectus suscipitur; restituente Christo puritatem, & repellente inflationem: igitur si utra gemma (Gentilitas sine pretio, & pretiosa Synagoga) in susceptione & repulsa, felicitatis & infelicitatis innotescit differentia: esurientes enim margaritas replevit bonis, & divites præ fastidio dimisit inanes. *Quid faciet iustus & misericors Dominus, alterà gloriante in lege* (inquit Bernard. in *Cantic.* serm. 14. n. 1.) *& applaudente iustitiam sibi, nec indigente misericordia, sed despiciente ipsam, quæ indiget: alterà è regione propria cognoscente delicta, confitente indignitatem, renunciante iudicium, flagitante misericordiam?* Hæc nigra, illa speciosa, sed ingrata: quam quidem repellit, dum illam pectore fovet; ut per amoris vehementiam, margaritam discolorem exhiberet glorioſam non habentem rugam neque maculam. Iam non *aurea, aurea & argentea argentea*, quia obscuratum est aurum, & cecidit mulier circundata purpurà, coccino, byssо, auro, margaritis atque lapide pretioso; ex cuius ruina erecta & formata speciosè Ecclesia: igitur dum Synagoga facta est vilis per fastidium, Ecclesia effecta pretiosa super aurum, & topazion. Synagoga floruit, quousque plenitudo Gentium intraret. An Iudæorum Deus tantùm? Nonne & Gentium? imò & Gentium: præputium iustificavit per fidem, reddens fuscæ margaritæ candorem. *In Epiro sacer fons est* (ait Solinus *cap.* 13.) *spectatæ diversitatis: nam si in eum ardentem immergas facem, extinguit: si procul ac sine igni admoveas suopte ingenio inflammat.* Quo fieri quibat principio non cognito, dicemus fusè, *Tautolog.* 9. à n. 14. Ut haurirent aquam è fontibus Salvatoris, cùm esset una in tenebris, altera in umbris, Sol iustitiæ divinus visus in terris. Faculà accensà introivit ad fontem Synagoga, Gentilitas verò face extinctà: illaque luce cæcutit, quùm hæc clarissimè videt; quoniam illuminata ad aspectum Magorum adorantium, patuit Solem exortum in lucem Gentium. *Hic dies desponsationis, quando veteres repudians ritus nova Ecclesiæ sacramenta instituit. Hodie* (inquit Gillebert. in *Cant.* serm. 20.) *Synagogæ libellum repudij dedit, & à priore odiosa ad posteriorem dilectam transivit.* Iurè odiosa: quandoquidem Synagoga ita proterva; ut ne videret lumen, extinserit datam ritibus facem; dum gentilitas excitavit pectoris flammam tot erroribus extinctam. Fuerunt huius filij aliquando tenebræ & errore devio: nunc autem lux in Domino, singulari prodigio: igitur Gentilitatis illuminatæ felicitas, fuit Synagogæ tenebrosa cæcitas.

4. Reg. 23. 15. *Unde Ecclesia è Gentibus speciosè pulcherrima?*

Solin.

*Quo Gentilitas excitata, fuit extincta Synagoga.*

Gillebert.

5 Vir unus, qui fuit Christus, uti diximus *Tom.* 5. *Tautolog.* 3. n. 4. in typo Elcanæ habuit duas uxores: nomen uni Anna, ideſt, *gratia*: & nomen secundæ Phenenna, hoc est *gemma. Fuerunt Phenennæ filij, Annæ autem non erant liberi.* Quid hoc? Dicit Gregor. hìc in *sens. allegor.* n. 2. *Quid per Phenennam, nisi Synagoga exprimitur? & quid per Annam, nisi sancta Ecclesia figuratur!* Anna Ecclesia & Phenenna Synagoga; quia etsi ad Dei cultum prior est Syna-

1. Reg. 1. 2.

nagoga, quàm Ecclesia Gentium; ad usum tamen sæculi, prior est multitudo Gentium, quàm Synagoga: Paulo attestante qui ait: *Non prius quod spiritale, sed quod animale.* 1.Cor. 15. 46. Synagoga erat fœcunda, & inflata, quia sterilis æmula. Nil mirum, *Gratia* vocabatur: nullusque gratiæ filius inter simulacra fuit; quippe animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Pervenit tempus gratiæ, & peperit sterilis, suffocatà (gratià) quæ abundabat filijs; ut cognosceretur fax extincta, ubi extincta fuit accensa: igitur quia clausit ad lumen oculos, infirmata est, quæ multos habebat filios. Non pepererat Ecclesia, quia necdum apparuerat humanitas Salvatoris & gratia. Apparuit, facem incendit: & cùm in eius adorationem aperuissent oculos; quæ sterilis videbatur repentè peperit plurimos. Ex articulo patet: vix apparuit stella in Oriente, & *ecce Magi.* Canit Claudian. de Laud.Christ. à v.9.

*Hæc sterilis facta, & Gentilitas fœcunda.*

Cap. 2. 5.

Matth. 2. 2.

*Ipse opifex, opus ipse sui, dignatus iniquas*
*Ætatis sentire vices, & corporis huius*
*Dissimiles perferre modos, hominemque subire,*
*Ut possis monstrare Deum; ne lubricus error,*
*Et decepta diu varij solertia mundi,*
*Pectora tam multis sineret mortalia sæclis*
*Auctorem nescire suum.*
*Te nova solicito lustrantes sidera visu,*
*In cœlo videre prius, lumenque secuti*
*Invenere Magi.*

Claudian.

Isai. 49. 18. 20.

6 *Leva in circuitu oculos tuos. Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Adhuc dicent in auribus tuis filij sterilitatis tuæ.* Textus accipitur de Ecclesia inter Gentes, dum apparuit gratia Salvatoris. *Illa igitur terra sterilitatis Ecclesiæ, idest, terra sterilis, dum Gentium simulacris servierat; quæ tamen ad Ecclesiam pertinebat iam iam cœlesti satu, fœcundata numeroso partu*: infit Doctiss. Sanctius hic n.95. Verùm occurrit, quomodò dicuntur filij sterilitatis, ubi sterilitas talis, quia vacua prolis? Implicant enim fœcunditas & sterilitas: & ubi filij vocantur ex Gentibus, dicuntur sterilitatis fructus; ut magis vocantis in gratiam luceret gratia, ex ipsa sterilitate fœcunda: quandoquidem uberrimum fructum tulit, quæ nullum habuit. Causa ad manum, ut magis constet vocationis prodigium. Si Gentilitas non esset sterilis, fructus essent à natura, non à vocationis gratia: filijque dicuntur fructus eius sterilitatis; ut clareant mirabiliores: igitur oriente Sole, indice stellæ, eius qui sterilis fuit, vocati fuerunt per gratiam in gratiam filiorum Dei. Ergo in institutum. Contendebant de gloria Anna, quæ *gratia*, & Phenenna, quæ *gemma*; hæc dotata splendore fœcunditatis, & illa sterilis. Fide fiebat fœcunditas: & in Gentilitate erat arida sterilitas; quia nullam quibat habere fidem, cùm veri Dei non haberet cognitionem. Filij eius mutaverunt gloriam Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum & serpentium, evanescentes in cogitationibus suis, insipiente corde errore & obscuritatis tenebris. Lucem vidit, & fidem illicò peperit, sterilitate fœcundà, dum luce mansit sterilis, quæ fœcunda Synagoga: fructumque vidit, dum Synagoga filios habens, fructu caruit; quia fidem habuit eximiam numerosà prole, dum Synagoga pravè defecit à fide. Accessit gratiæ illo lumine insperata felicitas, cùm in oculos æmulæ irrueret ex corde cæcitas, & studeret fastidio; quia cor eius non erat rectum cum eo. Unde plurimis filijs partis ab illa quæ vocabatur sterilis; adinstar Phenennæ amisit Synagoga gemmæ pretium; quæ gemma pretiosa facta multitudine filiorum. Error Gentilitatis erat ex carentia lucis: igitur festivè professa fidem, illicò ac aperuit oculos in Numinis cognitionem.

Sanct.

*Fœcunditate mirabili.*

7 *Quærite me & vivite, facientem* (splendescere in cœlo) *Arcturum & Orionem, & convertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem*: ait Dominus per Amos. Quorsùm ergo ut illum quærant & quærendo vivant; proponit Deus Arcturi stellam, & ex Orionis constellatione coruscam flammam? Arbitror his signis notari Synagogæ fluxam fidem, atque Gentilitatis conversionem. Arcturus pluvius est, uti observant Collumell. *lib.*11. *cap.*2. & Ovid. 2. de *Pont.* Eleg. 7. v. 57. Deus Synagogam impensè in gratiam quærebat; sed quia dilecta, præ idolis pro nihilo reputabat: & cùm eius desideraret conversionem, portendit Arcturum vel in cœlo lachrymantem; quoniam cùm esset tanta cordis detestabilis perfidia, in oculis eius ad conversionem nec lachryma. De Orione inquit Natal. Comes, 8. Mythолog. cap. 13. *Oenopion ei oculos effodit, & mox extra regionem eiecit: cuius Vulcanus misertus, unum è famulis Orioni ducem viarum dedit: qui in Orientem ad Solem profectus, ab eo sanitati restitutus est, & lumen recuperavit.* Iam decus est falsis. A diabolo Gentilitas excæcata, dum adoranda obiecit idola. Sine directore itineris de erroribus procedebat in errores. Quod notum est Dei manifestum est illis: Deus enim illis manifestavit, ut lucem cæcitas quæreret.

Amos. 5. 4. 8.

*Synagoga in perfidia perstitit.*

Nat. Com.

*Gentilitas orto Sole, ab errore desciit.*

ret; quippe duntaxàt Gentilitas visura lucem, acceptura oculorum sanitatem, si Solem orientem quæreret. Stellam in iter ductricem feliciter habuit.

Arat. *Stella comes progressa Magos, venientis honori*
*Militat.*

Succinit Arator d. *lib.* 1. v. 50. Lumen recipit, Numen oriente Sole cognoscit, quem priùs non adoraverat, quia necdum viderat. Claret in Regibus Magis, Gentilitatis in vocationem primitijs: igitur qui stellas adorabant, quia uti Numina fulgebant; harum reliquerunt splendorem, ut luce illarum adorarent verum Numen. Matth. *Venimus adorare eum.* Promptitudo cordis in adorationem, pristinam indicat cæcitatem, atque pretiosam ex cognitione fidem: igitur priùs adoratum venissent; modò Numen, iure adorandum, priùs in obsequia cognoscerent. Ierem. 31. 8. *Congregabo eos ab extremis terræ* (dicit qui lux Gentium cæcitati) *inter quos prægnans & pariens simul.* Cuncta singularia, dum Gentilitas in Deitatis cognitionem aperuit lumina, astructà cordis redamantis fide, ex promptitudine obsequij: igitur quæ sterilis & cæca, illicò ut vidit, fidem erga Deum concepit, prægnans & pariens simul, aperiens oculos: quandoquidem idem fuit concipere fidem, ac parere adorationem.

*Eius mira promptitudo in adorationis obsequio.*

8 Pende illius infelicem miseriam, & in qualem Sole viso elatam gloriam. Speculum Gentilitatis erat cæcus ille iuxta Iericho, de quo dicitur, quòd Luc. 36. 18. *sedebat secus viam mendicans.* Vide dicta, *Tom.* 3. *Tautolog.* 7. *D.* 5. *n.* 16. Mendicabat Gentilitas cæca, coram saturata Synagoga, prætereunte cæcitatem, quin in ullam moveret miserationem; quoniam quemcumque Gentilium superbus ille populus cæcum considerabat, in cognitionem legis admittere despiciebat: imò si pro lumine clamasset, increpabat ut taceret. Cæcum ergo vocavit Christus, ne erraret cæcus: igitur nunquàm illuminaretur cæcitas Gentilitatis, nisi per Christum fieret beneficium vocationis. Cùm adductus Christo, appropinquasset tanquàm ad Solis flammam illuminativam; dixit illi: *Quid tibi vis faciam?* Vers. 42. At ille: *Domine, ut videam.* Iesus illi: *Respice, fides tua te salvum fecit. Confestim vidit.* Gratia prompta, sicut Gentilitatis pectora grata: equidem priùs Christus illuminaret, modò prius illa illuminari petisset. Percurramus singula. *Quid tibi vis faciam? Domine, ut videam.* Nil amplius? Nihil. Sat profectò ad fidem est. Si videt, credet: igitur si priùs non credidit, haud aliò nisi quia lumina molesta cæcitas clausit.

*Priùs Gentilitas adorasset, si priùs Numen cognovisset.*

*Ut videam* & in luce verum Numen agnoscam. Error non ex malitia, sed plenissimà ignorantià: equidem relicto errore, Christum Solem adoravit; simulatque oculos ut cognosceret, aperuit. *Respice.* Respexit, & respiciendo vidit, & grata credidit. *Fides tua te salvum fecit.* Nihil inter videre & credere intervalli: siquidem ut accepit à Sole illuminationem, Numinis professa est fidem: si pridem fides eius in Conditorem non visa; signum, quod sedebat cæca. Fides salvam fecit, ut Christum vidit. Vidit Synagoga, sed non fuit salva; imò oppressa repulsà: perfida fuit: Ecclesia ex Gentilitate utcumque fidelis est: fideque salutem habet; quippe quam fidem semel suscepit, semper in corde retinuit. Stat fides per vulnera, per cruciamina, per mortes. Vera fides: quolibet discrimine mens immota: etenim ex quo Sol oculos illuminavit; vel morte irruente, in fide nunquàm obdormit.

*In fide sua scepta stat.*

9 Intelligitur modo quod restat ex textu Amos. *Quærite me & vivite, convertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem.* Innuit Dominus, quod pòst Servator N. de Ecclesia ac de Synagoga. *In iudicium ego in hunc mundum vent: ut qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant.* Ioan. 9. 39. Synagoga quæsivit, ut à se expelleret: Gentilitas ut viveret; ex quarum intentione tenebras convertit in lucem, suscipiendo Gentilitatem; diem in noctem, amandando rebellem: & videntes cæci facti, luce qua viderunt cæci; quoniam Ecclesia ex Gentilitate illuminatori credidit, dum Synagoga præ odio Salvatorem crucifixit. Alia rimor. Arefacta est ergo ficulnea Synagogæ, in qua nihil præter folia, fœcundà in fructus radice. *Nihil invenit præter folia.* Matt. 11. 13. Arefactio arboris pompositæ facta substractione gratiæ, cæcitate cordis remanente, & illuminatà mirè Gentilitate: equidem ficus Synagogæ folia scripturarum habuit; sed Ecclesia ex Gentibus fructum tulit. *Admirabilis est pomi huiusce festinatio, unius in cunctis ad maturitatem properantis arte naturæ*: inquit Plin. *lib.* 15. *cap.* 18. & *lib.* 17. *cap.* 27. *Fici serotinæ fiunt, si primæ grossi detrahantur: subnascuntur enim quæ seriùs matureſcunt. Eædem cum frondere incipiunt, si cacumina rami cuiusque detrahantur; firmiores & fertiliores fiunt.* Idem Columel. de *Arborib.* cap. 20. Plin.

*Quo illa videt, Synagoga cæcutit.*

10 Fax est textui ex huiusmodi ficulneæ conditione. In propositum Propheta prænunciavit: *Ficus enim non florebit.* Habebit fructus pro floribus; cùm Gentilitas cognitione Numinis, tulerit fructus: equi- Habac. 3. 17.

dem ita cognitum Numen amavit, ut in fructus non floreret. Cupienti nil satis festinatur. Nihil amanti celeritas, cui volanti gravis videtur pernicitas. Nescit tarda molimina gratia, dum flagrant corda: Gentilitasque instar ficus, dum fructus tulit, non floruit; quoniam quicquid temporis expenderetur in florum editione, detraheret tristis obsequiorum promptitudini. *Admirabilis pomi huiusce festinatio, unius in cunctis ad maturitatem properantis arte naturæ.* Vehementior in Gentilitate pressurâ gratiæ. Ita admirabilis festinatio, ut simul essent Numinis adoratio & Deitatis cognitio. In oriente apparuit stella nati Salvatoris signum; & adoratum *ecce Magi ab Oriente venerunt.* Sousa lib. 6. à v. 98.

*Gentilitatis gratia actutùm in officia.*

Matth. supr.

——*Nam vidimus ipsi*
*Fulgentem radijs stellam, quæ luce coruscà*
*Indicat insignem miseris mortalibus ortum.*
*Venimus huc autem, & longi fastidia cursus*
*Vicimus, ut puero divos reddamus honores.*

Ioan. Sous.

Flores ficus iuxta Homerum, folia sunt. *Ficus foliis florens.* Odyss. 12. v. 102. Folia Synagogæ, & fructus Ecclesiæ: arefacta ficulnea, ut fructus uberrimus nasceretur ex Ecclesia; equidem dulciores præ maturitate subnascuntur, si priores arescentes detrahantur. Arefecit Servator ficulneam, frondibus tantùm ornatam, ut possent fructus in utilitatem nasci; quia firmiores fractis ramis, cum inceperit frondescere. Unde cùm foliorum ariditas sit in ubertatem admirabilis fœcunditas; ut fructus ferret ex Gentilitate Ecclesia, frondens Synagogæ est arefacta ficulnea.

Homer.

Matth. 21. 19.

*Floruit, quo Synagoga aruit.*

11 Eo pergere, quia maiora latent. Ut aresceret ficulnea, dixit Christus: *Nunquàm ex te fructus nascatur.* Cur dixit *ex te*, & non *in te*? Quia nullus fructus ex illa; & in illa fructuum copia. Explicat Paulus diferens de Gentilitatis fructificatione, atque Synagogæ ariditate, sub oleastri metaphora & olivæ. *Radix sancta* (dicit) *quòd si aliqui ex ramis fracti sunt; tu* (Gentilis) *cùm oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis olivæ factus es.* Non ex illis est Gentilis, sed in eis; ex quo mirabilis: quandoquidem fructus tulit, cùm Synagoga aresceret. Quod inseritur, licet in alio sit, proprios fructus fert. Fructus Gentilitatis sine fructu, quoniam sine fide vacuatio: & in illis, fractis ramis, secuta est sanctitatem radicis; quippe per Salvatoris cognitionem, Patriarcharum atque legis professa ab initio fidem. Synagoga defecit, quia fides in ramis aruit: supplevit amore Gentilitatis flamma, quicquid radici detraxit ramorum antiquata perfidia: magnique habita, non tantùm quia floruit fide; sed quia fides floruit ex ariditate Synagogæ, cui nil fidei in dilectum, pompâ vanissima crepitantium foliorum. Pende. *Nunquàm ex te fructus nascatur.* Cur Christus non dicit folia? Ut fructificando firmaretur Ecclesia: igitur hæc in illam, & in fidei testimonium: duntaxàt ex illa in illa sumpsit folia Scripturarum. Fuit Synagoga candelabrum, cuius lucernâ fulsit in lucem Gentium, radios proferens legis in cognitionem ab illa non cogniti Salvatoris.

Ibid.

Rom. 11. 17.

*Ex in illa non ex illa.*

*Sic vos non vobis,* Virgil.

Dum alteri illuminatio, quoniam lucis candelabrum sine sensu. Dicit Augustinus, serm. de *Tempor.* 31. *Magis quærentibus, ubi Christus? Iudæi responderunt, nec tamen* Augusti. *ad eum ipsi venerunt. Ad hoc sunt autem interrogati, ut demonstraretur, eos non ad suam, sed ad Gentium salutem & agnitionem testimonia divina portare; ut sibi sumant iudicium, nobis præbeant testimonium. Quid aliud hìc significavit divina providentia, nisi apud Iudæos solas divinas literas remansuras, quibus Gentes instruerentur, & illi excæcarentur; quas portarent non ad adiutorium salutis suæ, sed ad testimonium salutis nostræ.* En ficulnea sine fructu arida, Scripturarum tantùm ostentans folia. Arator d. 2. v. 207.

——*Gens venit ab illo*
*Circuncisa loco. Psalmi lex atque Prophetæ* Arator.
*Cui Christi cecinere diem.*

12 Cuius & quorsùm à Synagoga astruenda testimonia? Tantùm Salvatoris? Etiam sortis felicis Gentilitatis. Videndum in Allegoria. In signum Gentium nascitur Esau, primus ex filijs Isaac, rufus & hispidus: in typum Synagogæ minor Iacob lenis & glaber. Unde Rebeccæ dictum: *Duæ gentes sunt in utero tuo & duo populi. Maior serviet minori*: idest, Synagogæ Gentilitas, quæ, etsi primogenita, misera; quia abiectâ fide, minori vendidit sine delectu primogenita, subdiditque servituti gravi collum: v. 33. verùm aliquando pernix excussura iugum. *Fratri tuo servies* (dixit Isaac, utriusque pater) *tempusque veniet, cùm excutias & solvas iugum eius de cervicibus tuis*: v. 40. cap. 27. Requirebat primogenita sua redhibitione Gentilitas, verùm non habebat tabulas. Quid faciendum? Dum filius nascitur, & exponitur, ut possit aliquo cognosci ut filius, qui spurius; exhibentur occulta signa, quæ solent esse munuscula, quæ crepundia, & aliquando in testimonium schedula, ne pereat, qui fortunæ exponitur, & sæpesæpiùs à for-

Gen. 25. 23.

Cap. 27. 40.

fortuna servatur. Dicit Euripides in *Ione*, à v.26.

*Ea quæ habebat ornamenta,*
*Filio appendens reliquit.*
Euripid. *Phœbus accipiens infantem ex cava petra*
*Cum fascijs, portavit ad oracula.*

Filia spuria fuit Gentilitas, estò primogenita, extra domum erroribus exposita, sine honore ex primogenitis; quoniam Synagoga erat filia promissionis. Cùm donis proiecta est, ut illis signis optaret honori, primogenituræ dignitati, cùm regnum Dei daretur genti, & auferretur à procacitate Synagogæ. Nulla erat illius iuris Scriptura, quanvis haberet Gentilitas signa dona: & cùm ficulnea Synagogæ arefieret, folia & folia providentia reliquit; ut ex scriptis & donis, nascente Christo, iuris antiqui clareret testificatio: igitur agnita filia, cui debebantur transmissa primogenita; sumpto testimonio ex folijs sacrarum Scripturarum, & muneribus Magorum.

*Unde Gentilitas cognita tanquam filia primogenita?*

13 Hoc enim intuitu Adamus præcepit filijs, ut eius ornarent sepulchrum, cum cadavere locando myrrham, incensum & aurum. Vid. Eutichium, *Annal. Alexandr.* fol. 19. Similiter Lamech commendavit Noëmo, ut ossa Adami servaret, & custodiret cum donis loculo inclusis. Idem fol. 32. & Gabriel Alvaress. de Toledo in *Histor. Ecclesiæ*, cap. 26. Hæc dona permanserunt in Gentilitate, ut quæreret in diebus novissimis Salvatorem, & per eius illuminaretur fidem, noscereturque filia, quæ olim exposita, ac eligeretur in Sponsam dilectam, cùm ille repudiaret Synagogam; apud quam erant testimonia scripta, firma, fidelia; quoniam si Gentilitati pretiosum pignus, Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Hinc de Patriarcha dicitur: *Dedit cuncta, quæ possederat, Isaac*: Madian. & cæteris *filijs largitus est munera, & separavit eos ab Isaac, ad plagam orientalem.* Quanvis scriptura esset in gratiam Gentilitatis, non erat apud Gentiles. Opus erat scripturâ, quantunvis haberet dona, ut feliciter nascente Salvatore redhaberet, quod erroribus amisit: Magique cum Orientis muneribus, inquirunt, *Ubi* Salvator *natus*, qui hæreditatem filiæ expositæ redditurus; ut constarent acta iuris, ex Scriptura loquente & muneribus oblatis. In orientali plaga erant dona, filiationis pignora, pro tempore quo ad illam lucem emissurus Sol. Testimonia in domo Isaac. Utrumque necessarium, ut dimissâ Synagogâ, succederet in nobile patrimonium: excutiens cæcitatis, atque servitutis iugum; quia ipsa regni Dei fructum factura, cùm Synagoga duntaxàt haberet folia: foliaque sacra solicita quærit, dum de Rege nato inquirit; ut sibi restituatur, quod à filia minore retinetur: equidem si munera & scripturam exhibebat Gentilitas, ad illam iurè spectabat hæreditas.

*In sepulchro Adami inclusa dona Magorum.*

Gen. 25. 5.

Matth. 2. 2.

*Hæreditas restituta Gentilitati.*

14 Quidam revertentes de Babylone in Iudæam, *quæsierunt scripturam genealogiæ suæ, & non invenerunt, & eiecti sunt de sacerdotio.* Ad primogenita inter Hebræos etiam pertinebat sacerdotium. Vid. Alapid. in *Genes.* 25. 31. Hoc munus quærebat Gentilitas in summam gratiam; verùm non inveniebat genealogiam: dona erant signa, sed non erant scripturæ testimonia: solummodòque à Synagoga Gentilitas testificationem quærit; quippequàm ad sacerdotium cætera secum habet. Scriptura dicit: *Reges Tharsis & insulæ munera offerent*; *Reges Arabum & Saba dona adducent.* Psalm. 71. 10. *Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes.* Isai. 60. 6. Hæc scriptura erat in archivo Synagogæ: dona tenebantur à Gentilitate. Non utcumque hæc dicta, sed dum in Oriente, signum nati Regis oriretur stella. Hinc Regina Saba, quæ cum auro, myrrha & thure venit ad Salomonem, uti diximus in *Liter.* n. 6. non habuit Magorum gloriam; quoniam licèt dona afferret, non habebat scripturam, quæ implenda Gentilium felicitate, ubi pro Rege nato stella nasceretur in Oriente. Nato Christo, stella nascitur. Gentilitas in maioratum donis habitis progreditur; quia tunc Gentium intratura multitudo, si dona comprobarentur scripturæ testimonio: Magique *intrantes domum*; *invenerunt puerum*, & in eis Gentilitas Sponsæ honorem, maioratus celsitudinem; quoniam Scriptura comprobante, stella oriente, futura nati Regis sponsa, quę secum in adorationem afferret munera. *Magi qui ex successione filiorum Abrahæ* (ad orientalem plagam habitantium queis dedit thus, myrrham & aurum, ut ait Epiphanius in *Compend. doctrin.* & ex *Tradit. Hebr.* Pined. in *Salom. præv.* lib. 5. cap. 14. §. 7. n. 37.) *descenderunt, eadem dona in participatione eiusdem spei Christo in Bethlehem obtulerunt*: inquit Baron. *Ann. Christ.* 1. n. 26. Ita muneribus voto potitus Adamus, dum in signum Gentium felicitatis iussit custodiri pignus. Ex duobus populis, primus recedens ab hæreditate, tandem tandem rediturus Conditori, & fide firmà obtenturus primogenita. Ne in perpetuum periret, exposito muneribus signa posuit. Venit tempus, quo Sol ortus: factaque propter fidem Gentilitati expulsæ ab hæreditate gratia; quia cùm mu-

1. Esdr. 2. 62.

*Cur Gentilitas interrogat Synagogam de Christo nato?*

Vers. 11.

*Cur munera attulit & à Synagoga testimonium quæsivit?*

Baron.

*Filij Abrahæ dona Magorum munera.*

muneribus erant convenientia testimonia.

15 Illustris occurrit Alegoria. Serva & captiva inter Gentiles degebat Esther, dum ab Assuero est repudiatà Vasthi. *Edictum, ut nequaquàm ultrà Vasthi ingrediatur ad Regem; sed regnum illius alterà quæ melior est illà accipiat.* Quæsita sunt virgines speciosæ per universas provincias, ut inter illas, quæ Regi placuisset, ipsa pro Vasti regnaret. Esther, quæ serva, inter cæteras puellas tradita est, ut servaretur in numero fœminarum, quæ *noluit indicare populum & patriam suam. Hanc adamavit Rex plusquàm omnes mulieres, habuitque gratiam & misericordiam coram eo: & posuit diadema regni in capite eius, fecitque eam regnare pro Vasthi.* En theatrum electionis Gentium, & reprobationis Synagogæ, quæ pulchra valdè, à supremo cœli Rege. Unde Assertor N. ut diximus, edixit: *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti.* Cur igitur cùm Synagoga adinstar Vasthi esset in tanta magnificentia, atque gloriâ, reprobatur; & Gentilitas, signata in Esthere serva, in regni gloriam eligitur? Convenerunt testimonia, ut Gentilitas fueretur tot retrò sæculis optabili gratiâ. Perpenderis. Esther etsi serva inter Gentilitatem, non erat Gentilis; quia habebat legem. Ornabatur scripturis, florebat donis: collocaturque expulsa Synagoga Vasthi, in regni throno Gentilitas serva Esther; quoniam illi iurè ex promissione regnum, cùm iam esset Scriptura in potestate Gentilium. Quia nuda lege, vivebat orba fide; quam introeuntem in domum habitationis, Rex adamavit super omnes mulieres: equidem in æternum Sponso servavit fidem, simulac accepit legem. Diadema regni cœlestis imperator in capite eius imposuit; illaque coram illo gratiam & misericordiam electa in regnum invenit. Misericordiam, quia ex serva in solium vocata sit: *Gentes autem super misericordia honorare Deum.* Gratiam, quia sponsa electa per fidem, æternam in cœlo possidet felicitatem. *Semper mecum es, & omnia mea tua sunt.* Filius adolescentior, regressit uti prodigus, aliquando ad patrem reversurus. Ideo Magi per illam Regem etiam in præsepio colunt,

*Nec non & socij, quæ cuique est copia, læti*
*Dona ferunt.*

*Est sanctior & venerabilior historia* (ait Chalcidius Platonicus in *Platon. Timæo*) *quæ perhibet de ortu stellæ cuiusdam, non morbos, mortesque denunciantis, sed descensum Dei venerabilis ad humanæ conversationis rerumque mortalium gratiam: quam stellam cùm nocturno itinere suspexissent Chaldæorum profectò sapientes viri, & consideratione rerum cœlestium satis exercitati; quæsiviisse dicuntur recentem Dei ortum: repertàque illa maiestate puerili, veneratos esse, & vota, Deo tanto convenientia, nuncupasse.* Adi etiam Baron. d. *n.* 23. Hæc fidei & amoris in Numen cognitum Gentilitatis illustris demonstratio; quùm Synagogæ, dignatæ ortu in alia natura Numinis, turpis indecorè videretur despectio.

*——Pueri celebrem non æstimat ortum,*
*Civibus ignotum proprijs, gentique regendæ,*
*Externas qui notus erat Rex magnus ad oras.*

Esth. 1. 19. — Cap. 2. 10. — Vers. 17. — Matth. 21. 43. — *Electa in reginam Gentilitas & sponsam.* — Rom. 15. 9. — Luc. 15. 31. — Virgil. 5. Æneid. v. 100. — Chalcid. — Sous. d. v. 91.

## DIDASCALIA II.

### *Mulier si mala, pessima.*

1 EGimus *Tautolog.* 1. *D.* 3. de fœminarum erga cultus ambitione, modò de malitiosa curiositate, ac voluptate; quæ magis nocent dum cautiùs latent. Inter mala malum maximum, illarum delirijs non posse imponere modum; quippe illarum iudicij leges, devia quærere in in errores. Monstra qualibet malacià sunt, modò insaniam foveat cor: & rostrant, & delirant: equidem cùm altè sedeat cordi deformitatis contagium; haud facile, ad formam reducere monstrum. *Mota semel modum non servat*: inquit Marc. Senec. in *Excerpt.* lib. 3. *Controv.* 8. Habere ullum sustinebit iugum, quæ semel mota penitùs proterit modum?

*——Persuasæ fallere, rima sat est.*

Accinit Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 1. v. 146. Medea de se, & alijs eiusdem furfuris, apud Euripid. v. 407. meritò dicit:

*Nos naturâ sumus ad bona ineptissimæ:*
*malorum*
*Verò omnium artifices peritissimæ.*

Mulcet animum pro indulgentia, excusationis causa Nocent, sed habent naturâ. Ratione ducendæ erant, si ducerentur rationes; sed nequeunt uti, quia nonnunquàm sine mente, & idola, idola pulchra ad speciem, sed sine capite: evanescit enim totum iudicium per vanitatis flabellum: modòque rutilet ludens phantasia per cogitata prolubia, in cineres ardeat Troia. Sub metaphora Lazari, lethaliter ægri, mortui, demùmque sepulti; festivè Chrysologus retorquet in fœminas verba Salvatoris N. *Ubi posuistis eum?* Cùm hæc dicit, *mulieres increpat, mulieres arguit; quem ego posui in*

*Fœmina mala pecus.* — M. Senec. — Propert. — Euripid. — *Ruina generis.* — Chrysol.

*in paradiso, in regione vitæ, ecce vos ubi posuistis eum.* Hem hominibus. Luitur & intimè indulgentia: nihilominùs stoliditas tanta; ut nesciant ad nihilum per fœminam infeliciter redacti, subversos esse præ voluptatis furore.

Exod.38.8. 2 *Fecit* Moyses *labrum æneum de speculis mulierum.* Olim usitatum à fœminis Ethnicis, provectis ætate, Specula dicare Numini; haud, præut auguror, devotionis affectu, sed interiori fastidio: igitur lævia crystalla imaginem sine blandimine aspectui reddebant; haudquaquàm præut corda desiderabant. Nolebant videre, quam videre nolebant. Hinc Phryne fregit, Veneri speculum priusquàm pertæsa dicaret. *Prænitens speculum inter donaria defixerat, quo se renoscens, vellet originem*: ait Martian. Capell. in *Mercur. nupt.* lib. 1. A Livia dicatum in Capitolio refert Plin. *lib.*37.*cap.*2. Vide dicta *Tom.*4. *T.*1. *D.*2. *n.*7. & Maiol. *Tom.*5. *Colloq.* 4. Prudenter quidem & in exemplum: removit à se pessimum consiliarium: etenim maior dolus, ubi docebat verax falsos corrigere vultus. Simul cum speculo, ut essent gratiora munera, sæpe dicabatur coma; ut latè canit Statius 3. *Silvar.* 3. à v. 94. & Martial. 9. *Epigram.* 17. inquiens:

*Specula & coma dicata templis.*

Capell.

Martial.

*Speculum, dulcesque capillos.*

Sapit sanè fœmina abdicatione utriusque, maximè provectà ætate: etenim si cogitationes designantur capillis; utriusque immemoria dicit iudicium phronesis: claret quippe in matronæ iudicio, ubi speculi strophæ nec cogitatio.

*Utrumque Monialem dedecet.* Exod. 30. 18. 3 *De speculis mulierum, quæ excubabant in ostio Tabernaculi.* Perfectio innuitur Monialis, in huius munere commendabili oblivionis: equidem implicat speculum, & excubare ad Tabernaculi ostium. *De speculis mulierum: idest, ex intuitu novissimorum*: subdit Alapid. Mira sententia! Mulierum specula & virorum novissima? Pende. Novissima sunt Mors, Iudicium, Tartara & Gloria. Mulier gloria viri est, sed sæpe fallitur cor: igitur dum vir solicitus de fœminæ gloria, illa detrudit in tartara. Euripid. in *Oreste*, à v.600.

Alapid.

*Coniugia quibus mortalium sunt felicia,*
*Illis est beata vita; quibus autem non rectè cadunt,*
*Ij sunt miseri intus & foris. Mulieres semper*
*Omnibus casibus impedimento sunt viris ad felicitatem.*

Euripid.

Coniugia profectò rectè facta, sed aliquandò summè infeliciter quæ felicia: equidem protervis moribus, duris cervicibus, inflexibili corde, ferreo pectore, iudicio evanido, arrogantiæ morbo, dum viris videtur ducere in gloriam uxorem, introducunt in domum totam infelicitatem. Miserandi omninò qui gemunt in huiusmodi ergastulo, respicientibus in speculis mulierum, quicquid in novissimis horridum: equidem pro gloria obeunda, ita obvertuntur specula; ut licèt viri patientiæ armis reparetur animus, fiant novissima hominis illius peiora priotibus. Finis alterius mali gradus est futuri: igitur cum fœminis conversari, tanquàm novissimorum claritate speculi; est iudicium amittere, mortem pati, atque infernum sustinere.

*Mulier quæ modò novissimorũ speculum?*

4 Nemo loquebatur Iobo nec in solamen, quippe eius dolorem videbant esse vehementem. Uxor etiam plagarum vidit; & non plagarum, sed mariti tæduit, dicens: *Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Benedic Deo & morere.* Dialectò nostrà: *Ay asno semejante en el mundo? Por qué no te dás de puñaladas?* Dæmonem in speciem uxoris apparuisse, vel in illam ingressum; asserunt plures DD. Chrysost. in *Iob.* Homil. 3. Basil. *Orat.* 11. de *Patient.* Origen. *lib.*2. & alij in *Caten.* apud Genad. Indoles eadem in virorum supplantationem: igitur ubi illarum non micat commodum, non arridet prolubium; cogitant quæ tantùm quibat cogitare dæmon. Inimici domestici sunt, & sine effugio, ut homo evadat periculo, ilcebris inaurato: equidem cùm semper ad latus & vomentes virus; haud rimula appareret in libertatem, nisi contemplari in illis dæmonem loqui, vel in figura coniugum ad tentamen apparere. Carpitur uxoris Iovi maligna, verbosa morositas, & de dæmone & illa triumphum invexit irrisa simplicitas; dicente Iobo, considerato difficili articulo: *Quare non in vulva mortuus?* Facilius est tolerare mortem, quàm in coniuge dæmonem. *Ad victoriam iudicium meum.* Dæmonem cognovi, ut mulierem blaterantem audivi: equidem & iudicium & victoriam amitterem, modò stolato dæmoni præberem aurem. *Utinam appenderetur calamitas quam patior in statera!* Sanè molestissima, sed profectò patientia necessaria. *Si sustinuero, infernus domus mea est. Patientiam meam quis considerat?*

Iob. 2. 9.

*Sub eius imagine dæmon.*

Cap. 3. 11.

23. 7.

6. 2.

17. 13.

*Quid levis expecto? Mea quid patientia prodest?*

Sous. hìc.

Voce auditâ uxoris; vorantis oblivisciturvermis, & ex imo pectore promit singultus? Altè saucium præ plagis internum urebat pectus. Novissima intuebatur in speculo uxoris,

*Quantus labor ex illarũ cõvictu!*

ris, ad acrimoniam cruciaminis: equidem cùm ex novissimis unum sit gloria, quæ à viro modò collocatur in fœmina; per illam urgente diabolo, cætera novissima explorabat in speculo: summum scilicèt tormentum, ni vincens sibi servaret iudicium: acerbitatem simul diris simæ mortis, atque dolores inferni, undecumque circunstantes. Vernaculè, vividiùs: *Tratar con ellas, es una muerte: perder el juicio, y padecer un infierno.*

3. Reg. 10. 11. & 4. cap. 25. 15.

5 *Quæ aurea, aurea*: dicit Tautologia, simulque *Gemmas pretiosas*. Gemma viri mulier est, erga quam apponit cor: fallitur, erga falsam, verà abutentem cordis æstimatione, dum arbitratur amicam, cui non ipse; siquidem quò plus debet, magis odit, ni in prolubia facultas per fas & nefas: paterque speculum novissimorum, quin gloriæ pateat extremum; quoniam in summa anxietate, gravissimoque labore, nec invenitur virtrea, quæ observabatur uti gemma pretiosa. Aurea cogitabatur, sed aurea non erat, dum officia deaurabat. Sub auro latebat serpens, & apparuit erga virum tempore tribulationis: igitur maiestate evanescente, diminutà auctoritate; quæ fulgebat aurea, gemma pretiosa, in maritum insilit tanquàm aspis proculcata. Quæritur, quid esset, quod Troiæ & Romæ dicebatur Palladion? Quia fusè in *Ephemer.* 15. Iun. egi, prætermittam signans modò quod tantùm ad Didascaliam.

*Palladij insignia.* Cassan.

*Erat imago fœminæ, tenentis gladium & colum*: inquit Cassan. 2. *Catalog. glor. mundi*, Consider. 8. En fœminarum oppositа officia, in imagine Palladionis obiecta, nec simul ab illis sumpta: igitur si non sumpserit colum, tenebit gladium. Muneris eius sunt trahere pensa, ducere fila, torquere stamina, acu pingere, velaque prætexere. Unde Evelthon, ut refert Herodot. *lib.* 4. n. 38. Pheretimæ postulanti gladium, *misit ad eam dono fusum aureum, atque colum penso circundatam.* Colo & fuso habet fœmina gladium, in cunctas acies vitiorum: sin autem otiosa maneat, sus Bœotica pulvinaribus recumbat; gladium & furiosa evaginabit, obvios utcumque percutiet: etenim ubi vagans sine lege pravum cor, in domo nec in familia nunquam potest esse pax. *Discat* (inquit Hieronym. *Epist.* 7.) *& lanam facere, tenere colum, ponere in gremio calathum, rotare fusum, stamina politice ducere: spernat bombycum telas, Serum vellera, & aurum in fila lentescens.* Hoc opus fœminis: aliàs munus sumet militis, quæ cuncta evertet, cunctos punget, punctim ac cæsim universa devastabit, ita ut nec Hercules resistere possit; pavidis omnibus ad dæmonem stolatum, otiositate furiosum.

Herodot.

*Mulier otiosa timenda.*

Hieron.

6 Furia quidem est. Intenderis otiositatis effecta vel in pacifica. *Quid videbis in Sulamite (Vana, dormiente, despecta, captiva, mutabili, variabili.* Ita interpretatio vocis. Vid. *Lexic.* Hebr. & Chald.) *nisi choros castrorum?* Mittitur num in bellum? Si domi floret nova nupta, pro choris videntur in una fœmina castra? Extollatur ergo regius ornatus & non exercitus; igitur Sulamitis venit in connubium, pacem mittere, non gladium. Quare inter celebres plausus ita planè pulchra, & plenè compta, erit convivis ut castrorum acies ordinata? Quia ita compta & ita pulchra, dum præmonstrare debebat matris-familias speciosa ministeria; eius sanè sunt, domum servare, sese suaque custodire, non videri, non vagari: & chorus castrorum meritò designatur, ubi otiosè fœmina pulchra propria in domo circumspicitur; quoniam necesse est ut sumat furiosè gladium, quæ oblita officiosè colum. *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis!* Fœminæ profectò probrum quod sonat plausum: igitur domus ruina, quæ duntaxàt plauditur uti vaga. *Pulchri gressus.* Hebr. *In calceamentis pulchruerunt ictus.* Haud in fœmina decorum encomium, commendatio ex elegantia pedum: iurèque quivis gressus dicitur ictus, quoniam ab illa in vulnus habetur gladius.

Cant. 7. 1.

Ibid. *Et quæ vaga, furibunda.*

7 Ulteriùs: Chorus est castrorum, quæ scitula in ornatu sandaliarum, quippe de incessu plauditur, quasi lepidula dum ornata progreditur: obijciturque ut castrorum chorus ita culta, dum pollet singulari inter cunctas elegantiâ; ut viri studio cognoscant, quam in domum ducti venustate ducant: igitur curiosam ornatus, festivi gestus (cui foliaceus & follicatus cothurnus, crepidæ crepidulæ, suppedes tæniatæ, variegatæ lenisceis, ligulis aureis, & aliquando pyropis) ducere sponsam in domum; est sempiternum introducere bellum. Sufficit curiositas genio. Quid si accesserit adulatio? Amittit sensus, quo domi ingeritur gladius: etenim ad cætera lubens dormit, quæ in cothurnos duntaxàt sedulò incumbit. *Curiositati pes vagus, & indisciplinatus oculus famulantur* (ait Bernard. loc. cit. de *Convers. ad Cleric.* n. 10.) *vanitati aures & lingua*: quæ quidem omnia in exterminium domus, quoniam in opus proprium frangitur fusus. Haud indecorè audirent, modò versato fuso pensa devolverent. Fomenta ergo & vanitatis, & curiositatis, & vagationis indicat Euripides in *Phœniss.* à v. 206.

*Bellum est domi, studens ornatus curiositati.*

Bernard.

Que-

*Quàm noxia illarum mutua conversatio!*

*Qüerulum enim est muliebre genus.*
*Et cùm parvas occasiones sermonis accipiunt,*
Euripid. *Plures addunt. Voluptas verò quædam*
*Mulieribus est, ut nihil sani inter se dicant.*

8 A gloria rerum modò plausibilium incipit serpentinum eloquium, ac de scientia in ornatu & electione vicissim lenocinantur : sæpeque intentione malignà ; & dicisgratià ; ut quæ protunc magnificant, postmodùm carpant. Si placent, invidià : si displicent, complacentia : etenim de alterius incuria exultant, ut per hoc vel per illud superexcedant.

Ovid. Propert. *Et si qua est illi formosior, invidet illi:*
*Præ se formosis invidiosa Dea.*

Uti dicunt Ovid. 9. *Metamorph.* fab. 1. & Propert. 2. *Eleg.* 28. v. 10. Appositè Plaut. in *Mustellar.* Act. 1. scen. 3. à v. 91.

Plaut. *Cedo mihi speculum, ornata ut sim.*
*Quid opus est speculo, quæ tutè speculo*
*Speculum es maximum? Cui ætatem spernit,*
*Speculo usus est.*

Lepidè profectò & urbanissimè : dæmon ingerit memoriæ, quod si oblitus, in speculo suggeret amor proprius.

Ovid. Epist. 16. à v. 125. *Contenta est oculis hominum mea forma probari.*
*Proxima, me visam præmia summa tibi.*

Hinc inde tela texitur, & inter cupedias, macteàs & bellaria tempus supervacuè carpitur, in memoriam revocantibus ; quid Aula in fœminæ cultu approbet, quidve reprobet. Unde mater-familias otiosa in huiusmodi quisquiliis, fit *vana, captiva, variabilis & mutabilis* ; quin sufficiant opimi divites census, in mutationem, renovationem, ac commutationem habitus, discrimen crinium, & præstigias corymborum : siquidem ad huiuscemodi cerebri vacuitates tanta fœminea fragilitas, ut aurà levior mutetur in horas: quæ enim modò delicatulè fastidiunt, posteà in ore suo complacebunt. *Studia ut plena vecordiæ* ( ait Tacit. 3. *Annal.* cap. 50.) *ita inania & fluxa sunt.* Hanc occupationem pessimam fœminæ habent, tantùm in occupationem. Negotiosæ in otio sunt, in quo nullum utile negotium ; quoniam illarum prolubio vitium mutatur in vitium. Carpit Seneca. *Inter cætera mala, illud pessimum est* ( infit de *Otio Sapient.* cap. 28. ) *quod vitia ipsa mutamus* ( non mutamur ex vitijs ) *Fluctuamus, aliudque ex alio comprehendimus : petita relinquimus, relicta repetimus : alternæ inter cupiditatem nostram & pœnitentiam vices sunt. Pendemus enim toti ex alienis iudicijs.* Hæc fœminarum studia, iudicia nimirùm aliena : igitur vel in suis rebus, ut floreat usus ; relicta repetunt,

*Studia & vanissima verba.*

Tacit.

Senec.

atque petita præ vanitatè relinquunt : sequè ostendunt in patrimonia atque copiam divitiarum, exterminatores, plagiarios choros castrorum.

9 Progrediamur. Præsens siccine virus reliquit auribus blandula serpens obsequio visitatricis ; ut ferro & igni familiæ inferatur bellum, quippe in manibus matrona iam portat ignem & gladium. Quodnam speculum intuebuntur famulæ? Quodnam filiæ? Ex ovis serpentum, frequenter genimina viperarum. Unde illa apud Plaut. in *Truculent.* Act. 2. scen. 5. v. 18. dicebat:

*Efferunt vitia materna.*

*Ego quód mala sum, matris operà*
*Mala sum, & meá malitià.*

Andromacha apud Euripid. alludens libertatem Helenæ, ex Leda matre, v. 622. ait:

Plaut.

*Ex bona matre filium ducatis,*
*Non pullum malæ mulieris:*
*Efferunt enim vitia materna.*

Euripid.

Et Marc. Senec. *Controvers.* 29. *Ferarum catuli cum rabie nascuntur : venena statim à radicibus pestifera sunt.* Haud deponitur facilè, si venenum à radice : habent enim in vitium propensionem & exemplum. Quid non cupient puellæ in ætatis flore, lasciviente sanguine, videntes matris comitem individuum speculum, rutilare corymbum, coruscare galericum, subcrispos cincinnulos turgescere, tricas extolli, pingi faciem, fingi colorem ( quo artificio formosiores transformantur in striges : nam ut floridè notat Plaut. in *Mostellar.* Act. 1. Scen. 3. v. 118.

M. Senec.

*Ornatus in vetulis, dedecus.*

*Vetulæ edentulæ, quæ vitia corporis fuco occulunt,*
*Ubi sudor cum unguentis consociavit, itidem*
*Olent, quasi unà multa iura mista à coco.*

Plaut.

*Quid oleant nescias, nisi malè olere.*)

Quod quidem nihil aliud, ut ait Hieronym. *Epist.* 10. nisi *ignis iuvenum, fomenta libidinum, & impudentis mentis indicia.* Ita gressus frangens procedit vana, & cuius facies *incensura nives* ; ut canit Martial. 9. *Epigram.* 3. ut de voluptate transiens in curiositatem, hinc in ambitionem, deinde in malignum conamen ; non solùm introducat in stragem choros castrorum, sed catervas dæmonum.

Hieron.

*In puellis proximi ruina.*

10 *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ* : ait Psalmographus. Servire ad oculum, est promptissimum servitium : igitur observantur nutus in exhibitionem obsequij, & placita voluntatis complentur in ictu oculi; præveniente obedientiâ ex aspectu voluntatem, quasi aures hausissent vocem.

Psal. 122. 2.

*Quique notis linguam superet, cursumque loquentis.*

Manil. 4. v. 198.

Verùm ancillarum oculi in manibus heræ? Quorsùm? In illarum institutum: equidem cùm manus signent opera, quæ videntium sunt exempla; oculi ancillæ non in oculis collocantur, sed in suæ manibus dominæ: quandoquidem nihil ad obsequium ministræ facient, nisi quæ servientes viderint. *Animus dominarum* (ait Hieronym. quò dudùm) *ex ancillarum habitu iudicatur.* Qualis erit heræ, si pomposus ancillæ? Qualis hera, talis & pedisequa: mores iuxta mores: equidem imitantes quæ vident, simiæ dominarum factæ; iuxta illarum prava, vel improba facta, quasi in blandimen & gratiam operantur ministeria. Filiæ de latere surgunt, ut nonnunquàm in matrem intueàntur, & quorum oculi in manibus genitricis, in studium instructionis, surgentes illius studia bona vel mala, utpotè matris specula: etenim nil aliud specie repræsentabunt, nisi quæ à matre speculis obijciuntur. Dicemus latè *Tom. seq.* ad illud *Ezech.* 45. *Filia matris tuæ es tu.* Ex otiosis enim otiosæ, ex vanis vanæ: neutrumque habebunt, tendentes in vanitatem genitricis & ocium; si digiti eius apprehenderunt fusum.

Hieron.

*Nihil agit famula, nisi quæ & domina.*

11 Coram Iunone, Venere & Parcis sita apud Priscos Dea Syria, cuius *caput radijs insigniebatur, alterà manu gestans sceptrum & altera fusum.* Ita Lucian. in *libell.* de ea & Chartar. in *Iunon.* fol. 119. Omnes dotes Dearum continebant insignia huius imaginis, ut mulieris insignis constarent dotes: equidem si ubi nulla otiositas, fœminæ conciliatur maiestas; meretur profectò inter fœminas sceptrum, quæ pro sceptro ad ornatum portendit fusum. Non monilia efformant fœminam in commendationem, sed familiæ regimen: cuius sceptrum insigne, comite fuso: igitur si ex dotibus & non dote commendatio; à fuso maiestas provenit: sine fuso quidem, quanvis teneat sceptrum, minimè regit. Dotes mulieris sunt regere domum, seipsam exhibentis operationum exemplum: & ubi propter uxoris auctoramen datur sceptrum, illa demonstrat & fusum; ut eluceat unde labor, fœminæ eminentis splendor: equidem abdicto colo & fuso, à queis sceptrum participat maiestatem; etsi principetur cunctis, non habet regimen. Caput radijs fulget, quia fusus fœminæ decus: etenim exercitio quam agnoscebant mulierem, adorabant tanquàm Numen. Rutilant dotes, unde pretiosæ mulieres, fulgente facie ex exercitij decore: igitur spectabili tota radiorum maiestas, à splendore duntaxàt matris familias. Hac de causa cum nova nupta, in Sponsi domum colum inferebant & fusum. Plutarch. *Rom. qq.* 29. & 30. & Pier. Valer. *lib.* 48. *cap.* 25. Signum utique probitatis, castitatis & utilitatis; gladijque in vitia, queis depravatur improvisò fœmina. Hoccine intuitu Syriæ Deæ maiestas adversus Iunonem, Venerem stat & Parcas. Alexipharmacum fusus: igitur in illo utpotè sceptro, scuti rutilat decus in vanam ostentationem, desidem otiositatem, insidiosam Venerem, & sagittiferam mortem. Succinit Iuvenal *Satyr.* 6. à v. 286.

Dea Syria. Lucian.

*Imago recti domus regiminis.*

*Colus & fusus cum nova nupta.*

*Cur fusus fœminæ decus?*

*Unde hæc monstra tamen, vel quo de fonte, requiris?*
*Præstabat castas humilis fortuna Latinas*
*Quondám, nec vitijs contingi parva sinebant*
*Tecta, labor, somnique breves, & vellere Tusco*
*Vexatæ, duræque manus::. Sævior armis*
*Luxuria incubuit.*

Iuvenal.

12 Mulier fortis, ideſt, insignis, ubi invenietur? Affinis Tautologiæ lectio Armenica: *Mulierem sani cerebri, quis inveniet? Pretiosior ea est lapidibus pretiosis.* Coram oculis est tantæ felicitatis difficultas. Verùm videamus, unde illius æstimabilis pretiositas. An quia simul apprehendit fusum & sceptrum, quærendo lanam & linum? Non aliunde splendor eius ex speciosо labore. Verùm pende. *Operata est consilio manuum suarum.* In illa splendet consilium, dum nulla habet sanum cerebrum: igitur impendere quod debebant in regimen creditæ domus; sine mente expendunt in crotacula & ornatus. Sit ergo: & utinam non! Sanum haberent cerebrum, nec pro putribus stridulis crepitaculis perducerent usque in insaniam iudicium. Delectat summè in uxore prudens pectus: cæterùm quomodò simul erit consilium in manibus? Consilium est iudicium in agibilia, quod sedet in capite, pro agendorum directione, ut fiant rectiora, & removeantur damna, in proficuam actionum utilitatem: manus duntaxat in operationem: manibusque fœminæ industriæ signatur etiam consilium; quippe familiæ consuluit ex operatione manuum. Molestant vitia puellas, quæ debent conspicere tanquam Parcas, maximè formæ vanitas, levis Venus & otiositas: consilium-que datur manibus matris-familias, quoniam suasit, induxit, docuitque per manuum operationem, fugere otiositatem, formæ studium, iudicium vanum, pœnitendam Venerem, & demùm animæ mortem.

Prov. 31. 10

Vers. 13.

*Exercitia matris familiæ loquacia.*

*Aut ducunt lanas, aut stamina pollice versant,*
*Aut hærent telæ, famulasque laboribus urgent.*

Ovid. 4. *Metam.* fabul. 7.

Vers. 15.

Hæc sunt *cibaria*, quæ præstat *ancillis*, ratio-

tione exempli & laboris: igitur cum tota victus ratio à colo pendeat & fuso; ne perirent fame, consilium acceperunt à manibus dominæ suę.

Vers. 29. 13 *Multæ filiæ congregaverunt divitias: tu* (dicetur) *supergressa es universas.* Hæc uti lectissima plauditur per congregatas opes; sed magis per fœminarum artes, queis illæ optimæ, dum excellit dotium claritas: verùm hæc in cunctis supergressa est universas; quoniam si in manibus honestissimum consilium, illarum operatione dedit filiabus exemplum. Hinc rerum copia, & monilium ad ornatum abundantia, qua splendet domus, & mulierum decus: equidem si ex genitrice dimanaret otiositas, filiæ nequaquàm congregarent divitias.

Ovid. 2. Amor. 4. v.28. *Tam doctas quis non posit amare manus?* Vide Plin.lib.8. *epist.*5. Claud.Minoën hìc, & quæ diximus *Tom.*1. *T.6. à n. 9.* In intellectu manuum suarum deduxit eas, docens quænam dignissima fœminarum speciositas, torquendo subtegmina pollice, stamina deducendo mirificè, glomerando utraque subtiliter arte; quo pudicitia servatur, virtus custoditur, modestia pollet, otiositas fugit, ex consilio manuum, quod ditissimum consilium: igitur si docuit & colum & fusum natas, haud illis potuit ampliores dare divitias. *Fallax gratia & vana est pulchritudo.* Maluenda: *Falsitas, gratia & vanitas pulchritudo.* Quæ longè à consilio manuum, familiæ virique fiunt exterminium: igitur in vanitatem fovent pulchritudinem; & gratiam in falsitatem, linuntque ora venenis, ut dulciter interimant sicut aspides: viri iam transfixum infeliciter pectus, quando cognoscitur dolus.

*Dot filiarum, matris in regimen exercitium.*

Vers. 30. Maluend.

14 In his vanis; de gratia ac pulchritudine glorioſis fœminis, videtur quicquid excogitavit dira tyrannis. *Nabis Spartæ tyrannus* (refert Polybius, *Histor.* lib. 13. & Ubbo Emmius in *Lacon. Republ.*) *machinam extruxit, simulacrum scilicèt muliebre, pretiosis vestibus indutum, formæ similitudine uxorem eius referens. Hoc artificio si emungere divitias civium nequibat, abnuentes interficiebat. Ego, dicebat, fortasse quod cupio, persuadere tibi non possum: uxorem meam puto tibi persuasuram. Confestim aderat simulacrum: tunc excitata è sede fœmina, per speciem comitatis prehendens dextram illius, mox utráque manu eundem amplectebatur, & paulatim ad pectus compressabat. Erant autem ei cubiti & brachia ferreis clavis plena, quos vestis occultabat: similiter etiam in mammis infixos clavos habebat. Quando igitur brachia impresserat dorso mulieris; mox organis quibusdam attractum intendebat, & paulatim ad mammas adducens eum qui premebatur; omne genus voces cogebat edere. Hoc enim modo multos interemit.* Huic simile idolum diabolus conficit in qualibet fœmina, vana, otiosa, voluptuosis dedita, stultioſe compta, superflué ornata, ostentabundè polita, superbè pompoſa, onerata lapillis, onusta gemmis, scitula specie, etiam cum nomine idoli; quippequam circumornata, ut similitudo templi, cuius vana pulchritudo, sicut imago: igitur ita fallax gratia in eum qui obsequijs illius vanitate indulget; ut inter eius brachia amplectendo trucidet, postquàm illius delirijs redactus in inopiam infelicem, nequit ampliora expendere in vanitatem. Utinàm obliqua esset cogitatio, & falsa uti pulchritudo! Habetur usquequaque præ oculis; sed illarum sine lachrymis. Aptè Plautus mari confert.

Polyb.

Crudelitas Nabis.

*In quæ tormenta fallax deducat fœminæ gratial*

*Mare devorat, sed nunquám abundat.*
*Mare saltem servat: quod illi subest, apparet.*
*Quod fœminæ huic datur, nusquàm apparet*
*Nec datori, nec acceptrici. Miserum blanditiá*
*Intulit in pauperiem velut meretrix:*
*Privavit bonis, luce & honore.*

Plaut. *Trucul.* Act. 2. scen.7.v.16

## DIDASCALIA III.

### *Monachus eò spectabilior, si quotidiè melior.*

PLura de tepiditate & vitæ spiritalis torpore, dixi in *Liter.* à n. 43. in illud: *Nec frigidus nec calidus*: modò aliquid dicendum pro Monachorum statu; ne illius in illis inolescat oblivio, qua decolor pretiositatis perfectio.

*Unde fit hoc? Certè res prodigiosa videtur.*
*Hæc loca si procul hinc vidèas è rupibus altis,*
*Pingue solum, & multo vestitum gramine dicas:*
*Quó magis appropias, tantò magis omnia sordent.*

Mantuan.

Canit Mantuan. *Eclog. 9.* à v. 116. Si longè sæculum, fulgebit nimis pretiositas Monachorum: igitur qui status memorià cum perfectione fulgent, oblivione perfectionis corruptissimè sordent.

*Cum sæcularibus sordent, qui in clausſris fulgent.*

*Sanctos vos putabant, & magnos omnes,*
*Nunc autem mancipia, stolidos, insanos:*
*Iam furiosos percutient vos, & insacris*
*In vos auceps statuit laqueos, reticula, virgas,*
*Non volatis & alas habetis*

Aristoph.

Ait Aristophanes in *Aves*, Act. 5. à v. 211.

Insanientium est, alas habere, & dolo aucupis stare, maximè in sacris, ubi discrimen virtutis, iacto rete ante oculos pennatorum, in status nobilissimi ludibrium : siquidem escitantià videntur stolidi, insani, furiosi; qui sancti in sacris plaudebantur & magni: ingerit status erga mundana fastidium; deinde venit diabolus & tollit de corde ipsorum. *Sine plumbo* ( ait Cæsar Bulenger. 2. de *Pictur.* cap. 5. ) *nullum metallum in vitrum transire potest.* In vitro fragilitas, in plumbo frigiditas signatur, ut periculum casus à Monachis declinetur: siquidem quod solidum status consideratione, firmum perfectionis virtute; accepta à corde frigiditate, transit infaustè in fragilitatem vitri. *Quæ aureà, aureà; quæ argentea, argenteà* visa vel in templi sacri excidio: potiùs videri debent, dum in pectore ex cordibus templi Dei formatur ædificatio; ut eorum rutilent momenta, quæ semper sunt æstimata pretiosa : verùm cùm frigiditate pectoris ex remissa flamma cordis, pereànt momenta pretiositatis; argentum purum ob candorem, nitorem & gratiam, conversum est in scoriam: aurumque in fragile vitrum; quippe non aurum, sed plumbum.

Jul. Cæs. Buleng.

4. Reg. 25. 15.

*Ignavià perfectionis aurum mutatur in vitrum.*

2 De civitate Dei novà, quæ longè à sæculo in mundo, qua de causa dicitur descendisse de cœlo ; infit Ioannes : *Ipsa verò civitas aurum mundum, simile vitro mundo.* Vitrum & aurum! Haudquaquàm: vitri aurum sequitur formam. *Aurum* ( ait ) *simile vitro.* In splendore, vel fragilitate? Si civitas Dei in Monasterijs sedet; patet, unde aurum vitro infeliciter simile: equidem tendit in casum fragilitatis, ex defectu splendoris perfectionis. Huius splendor virtutem firmat, firmitatem consolidat : equidem si bonum agitur, & non perficitur; aurum ut vitrum leviter frangitur. In civitate Dei, non in sæculo similis conversio fit. Lamentabile profectò, ita in civitate Dei : igitur fragilitas perfectionis opprobrium; ibi ubi vitrum solidatur, ut aurum. Huiusmodi in civitate fragilitas humana non excusat, sed accusat. Vitro, uti diximus *Tom.* 1. *T.* 1. *D.* 10. *n.* 8. significatur humana natura, & auro natura Angelica; quin fragilitas excusset, quem fragilem caro reddit : quandoquidem hìc homines in carnis conditione, debent conversari ut Angeli. Translati sumus professione non solùm de morte ad vitam, sed eadem conditione in aliam naturæ formam, conformes facti imaginis filij Dei per gratiæ pignus; qua nos vocavit in sortem ministerij huius, ut portantes imaginem terreni hominis, portemus etiam imaginem cœlestis : in civitateque Dei in vitrum transit auri prètiositas, dum viget pretiosi status frigiditas; quia sedet homo in perfectione imperfectus, qui debebat vivere professione tanquàm Angelus. *In Religione bonus èsse non videtur, qui melior fieri non studet* : ait Novarin. *Umbr. Virgin.* Excurs. 98. n. 898. Confirmat propositum Tautologia principalis. De Saba Regina dicitur, quod inter munera, opesque magnificas, dederit Salomoni *gemmas pretiosas.* Pretiosæ signantur, ut gemmæ observentur sine pretio; dum Monachi desistunt ab instituto, quod rationalibus gemmis indit mirabiliter momenta pretiositatis: & non tantùm dicit *gemmas*, sed *pretiosas*; quippe vita Monachorum si non pretiosa, non gemma. Gemma sit Monachus à quærente bonas margaritas, dum recedenti à sæculo hæret Religionis bonitas : pretium verò, dum propter animæ utilitatem, Monachus propensè tendit in perfectionem, à qua momenta pendent, ut pretiosæ gemmæ rutilent : gemmisque Monachis præfigitur pretiositas in status perfectione; quia gemma sine pretio nullius momenti.

Novarin.

3. Reg. 10. 10.

*Vita Monachorum, si non pretiosa, non gemma.*

3 Picta fuit imago Fortunæ singulari modo, qui congruus nostro instituto. *Scythæ suam fortunam effinxerunt sine pedibus* ( inquit Chartar. de *Deor. imagin.* à fol. 317. ) *sed manibus alatis. Nonnulli vitream effecerunt : Romani auream habebant.* Sine pedibus stare nequit : cum alis volare valet. Caderet sanè felicitas, si stare cuperet, non habens plantas, ut constet periculum Monachorum, qui feliciter vocati in perfectionis statum : igitur si perfectio tunc exacta, dum ex bonis anima procedit in ulteriora; videat Monachus periculum : igitur vel volandum, vel cadendum. Nunquàm in eodem statu permanere potest. Dum cupit stare ruit: & non permanet, ubi permanere satagit; quia spetiositas instituti conteritur, & splendens in felicitate frangitur : quandoquidem fortuna ex pallore auri, leviter volat in fragilitatem vitri; non solùm ut species formæ splendidæ corrumpatur, sed necessario lapsu tota forma deformetur. Pende : materia vitri habetur præ pedibus, quin æstimet animus. Ex forma pendet in splendore æstimatio : cui iurè comparatur in Monachis instituti perfectio; quoniam si in professâ virtute non proceditur ultrà, in Monacho non est forma : fortuna enim quæ pretiosa tanquàm aurum, sic & sic, ubi non plus, videtur splendens vitrum, quod facile frangitur, & tractum sine ulla pretiositate despicitur. Tunc ex fortunæ imagine, infelicitatis præ se fertur insigne : igitur si stando cadit, & quie-

Chartar. *Fortuna mutila, vitrea & aurea.*

*In statu religioso vel volandum, vel cadendum.*

*Et languet, quod priùs splenduit.*

Apoc. 21. 18.

quiete ruit ; quomodò stabit, quæ stando stare non potest? *Inchoãta bona minimè consummant* ( infit Gregor. Magn. 3. *Pastoral.* cap. 1. Admonit. 35. ) *dum proposita non perficiunt, ea quæ fuerant cœpta convellunt. Si quod videbatur gerendum, solicitá intentione non crescit ; etiam quod benè fuerat gestum, decrescit. In hoc quippe modo humana anima quasi more navis est, contra ictum fluminis condescendentis : uno in loco nequaquàm stare permittitur ; quia ad ima relabitur, ni ad summa conetur. Si ergo operata bona fortis operantis manus ad perfectionem non sublevat ; ipsa operandi remissio contra hoc quod operatum est, pugnat.* Quid facta, si non perfecta? Faciendo anima volat: sine perfectione declinat: & necesse volare, vel precipitem ire. Non est medium: vel sursùm vel deorsùm.

Greg. Mag.

4 *Eris suprà, & non subter, si tamen audieris mandata Domini, & custodieris & feceris* : dicit Moyses populo Israël. Perfectionem in operibus bonis designari, per tò *Audire, custodire,* & *facere,* diximus, *T.* 4. *T.* 2. *à n.* 12. Modò pendendum est, quare si medium interesse quit inter statum imum & supremum, ad gloriam & ignominiam observantium, vel omittentium legis perfectionem ; duntaxat signat locum inferiorem, vel in plausum dignitatis altitudinem? Nec infra, nec supra potest esse, qui studet propositi perfectioni. Datur medium: profectò nullum, ut sciat Monachus modum in perfectionem status ; cùm iuris sit ire de virtute in virtutem, & aspirare in virtutis perfectionem. Status Monachalis est instar *Indivisibilis* : vel totum eius, vel nihil attingitur, dum attingitur : diciturque vel infrà vel supra, etiam lege observatà, & custodito iure, exule observantiæ perfectione ; quippequàm profectò cadit, si perfectioni obstrictus in ulterius non procedit. Aliqua ex omissione exactionis correctà, populi captivitate per Babylonios immissa; dicitque Propheta: *Facti sumus subtùs & non suprá.* Non signatur medium, etsi medium sit; quippe medium subtùs est. Vel infrà vel supra standum: & cùm infrà sit, quod cogitatur medium; quia non suprà iacet infrà: igitur subtùs cadit, qui superius non ascendit. Vel sursum vel deorsùm. Haud inter terram & cœlum, diviso corde, impletà & simul transgressa lege : etenim in medio procumbit infrà, qui debet pro perfectione ascendere in superiora.

Deut. 28. 13

*Vel suprà, vel infrà.*

*Cur confertur Indivisibili?*

Baruch. 2. 5.

5 Visus est orbis naufragus, pòstque suffocatus, atque fluctibus sepultus. Nihil erat, nisi pontus & æther.

*Iamque mare & tellus nullum discrimen habebant.*

*——Culmen tamen altior huius*
*Unda tegit, pressæque latent sub gurgite turres.* Ovid. 1. *Met.* fab. 7.
*Omnia pontus erant : deërant quoque littora ponto.*

Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, sub universo cœlo excelsioribus opertis. Transactis centum quinquaginta diebus, *Aquæ cœperunt minui.* Grave argumentum est in huiusmodi sententiam : equidem de aquis obtinentibus orbem per centum quinquaginta dies, dicitur v. 1. *Imminutæ sunt aquæ.* Quomodò antequàm minuerentur imminutæ sunt aquæ, si post illud tempus signatum cœperunt minui? Ultra non processerunt post dies quadraginta ; sed steterunt, quin procederent in altiora. *Clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cœli, & prohibitæ sunt pluviæ.* En theatrum Monachi, cuius anima tanquàm Arca elevatur in sublime, de cœlo gratiarum pluviâ ; ut homo qui foris est lachrymis demergatur, & simul purificetur. Magis sursùm attollitur, quò pluvia augetur. Cessat, & stant aquæ: & stantes dicuntur diminutæ ; quippe cùm ius sit instituti ratione, in superiora tendere, si non ultrà procedunt, proculdubiò diminuuntur. Carpit Seneca desides, ut evigilent ictu considerationis. *Ex hac deploratione nascitur* ( inquit *Epist.* 74. ) *ut ingrati divinorum interpretes simus : querimur, quód non semper, & quód pauca nobis, & incerta & abitura contingant. Inde est, quòd nec vivere, nec mori volumus. Nutat omne consilium : nec implere nos ulla felicitas potest.* Volumus vivere, & mori nolumus ; quippe divisus animus ingredientium duabus vijs, queis principatur opposita duplex lex : una, qua ascendimus in cœlos ; alia, qua descendimus usque ad abyssos, tabescente animâ, volente nectere extrema : sic stamus, & perimus : igitur cùm statio siccine sit status diminutio ; iacemus infeliciter deorsùm, quippequam nolumus procedere sursùm. Ut vivere possimus, mori pravis cupiditatibus debemus : quapropter nolumus vivere, quippe sic nolumus mori ; sed manere sine morte & sine vita ; re infrà & cogitatione suprà, quin nos implere possit ulla felicitas, quoniam nutat consilium in varias semitas ; fallentes nosmetipsos iudicio virtutis, sine augmento perfectionis : igitur cùm deorsùm relabatur, qui sursùm ascendendo non erigitur aquę gratiæ diminuuntur, dum in cœlum tempore ac tempore non augentur. Sic esse, profectò est minui: quippe nil ultra, sic esse; sed fovere corporem, debilitare virtutem: quandoquidem desuper pluvia gratiarum deor-

Genes. 8. 3.

Vers. 2.

*Non crescere, minui.*

Senec.

sùm

sùm prohibetur, & cœlum undique clauditur.

6 Deplorandus huiusmodi status, quo ingrati divinorum interpretes sumus: igitur quæ vocatur tantà oscitantia perfectio, est virtutis diminutio. Audiendus Bernardus de *Diverſ.* serm. 27. n. 5. *Væ* (inſit) *generationi huic miseræ ab imperfectione ſua, cui ſufficere videtur inſufficientia, imò inopia tanta. Quis ad perfectionem aſpirare videtur? Non ſine cauſâ cùm ſint nobis eadem cum patribus converſionis initia; diſpar valdé converſationis profectus invenitur: adeo ut cùm eos profeciſſe de die in diem, & curſum conſummaſſe legamus; apud nos magnus æſtimaretur, ſi quis vel ipſa converſionis ſuæ primordia conſervaret, ut non minus in medio, quàm in initio videretur. Quantos enim videmus, quaſi oblitos ſui, & peccatorum ſuorum, Dei quoque & beneficiorum eius immemores, ſic non redimere tempus, ſed amittere; ut de moribus & affectionibus ſuis vix ultima apud ipſos mentio fiat. Quid iſtos aliud agere dixerim, qui ſcurrilitates, detractionis, iactantiæ & impatientiæ verba non reputant. Quaſi gens quæ fecerit iuſtitiam, accedunt liberè ad Eccleſiam, pſallunt, ſed non ſpiritu neque mente, orationis tempore neſcio quas ineptias meditantur. Quid iſtos aliud agere dixerim, quàm ſecuros iam de gratia Domini ſui, fiducialiter de ea, quàm longo tempore promeruerint, familiaritate præſumere?* Magna fiunt. Tranſeat: at ita tanto tempore tranſis, in alia pedem non moves, & motu non proficiſceris, quippe ſub eodem non proficis. *In circuitu impij ambulant.* Iam reputaris impius, quoniam in circulo greſſus. Circulus perfectionis ſignum eſt, quia imitatur coronam. Vide Pier. Valerian. *lib.* 39. *cap.* 10. Cur igitur nota inſignitur peccatoris, ubi in circuitu perfectionis conſtituitur trames? Non eſt trames, quo in cœlum tendit perfectionis cogitatio; ſed capitis moleſtiſsima vertigo. Qui in circuitu ambulat, ut asinus in piſtrino, ſeu antlia, profectò graditur, ſed non progreditur. Semper eadem, quin ambulando ambulet ultrà. Iterat iterata: & quantunvis Monachus iniuncta obſervet officia; meritò vocatur impius, quia in circuitu perfectionis, etiam in motu non procedit ulteriùs. Præterea. Qui in circuitu greſſus dirigit non rectè procedit; igitur proficiſcendo ita proficit, quaſi nunquàm ambularet. Ambulat in laſsitudinem & attonitus gyris nunquàm in utilitatem. Quare cùm ex curſu Monachum profectionis ſequatur utilitas; huiuſmodi iter iurè vocatur impietas, quia deficit rectitudo, unde itineris perfectio: quandoquidem rectè in profeſsione ambulando (modò non proficiat profeſsione) nequaquam ambulat rectè.

Bernard.

*Negligentia in qua impellit vitia?*

Pſal. 11. 9.

*Monachus pravus, ni perfectus.*

*Perge modò, & quà te ducit via dirige greſſus.* Mantuan. ubi ſupr.

Igitur ni ambulando, ultrà progrediaris in virtutem; non greſſus in directionem.

7 In via mandatorum non congruit greſſus ſed curſus; ut rectè procedat Monachus. Quid ſi in via mandatorum ſedet, dum grandis reſtat via, & currere valet? *Cæcus ſedebat ſecus viam mendicans.* Siccine Monachus in circuitu ambulans. Excuſationem haberet, ſi via non eſſet, virtutiſque gradientes dicunt inopiam, quia ſedebat ſecus viam. Qui præibant, iuxta viam ſedentem increpabant. Ut poſsit videre, cum eis quibat ambulare: iurèque increpatur, dum iter ab alijs teritur; quia cæcus ſedebat confidenter in ſemita, ubi non cæci procedebant ultrà. *Cæcus.* Non aliter Monachus. Cui videtur ſufficiens, eſſe ubi Chriſtus, illum invocare, clementiam petere, & Dominum recognoſcere. Chriſtus gradiens in ulteriora invitabat, cæterùm cæcus ſedebat. Quid mirum, quòd non videret, ſi itinere, quà Chriſtus ibat, ſtaret? Summa ſanè cæcitas, ſic ſedere; quaſi ſic poſsit cæcus Chriſtum aſpicere. Via quà ducimur ad Chriſtum, eſt Monaſterium. Ibi anima ſedet à tumultu mundi, ut poſsit proceſſu pervenire ad ſedem cæli. Sedes hæccine datur curſoribus, ut in via valeant ponere greſſus ſuos. Qui in itinere ſedet, pervenire non valet; quippe præmium non conſequitur, qui non ſequitur. Fervore illo primo (ſi non evanuit) qui debet currere, quieſcit; quin ulteriùs progrediatur, dum à mundo removetur, ſibique complacet, modò graviter non peccet, fovendo ex negligentia affectiones, atque deſidià decolorando virtutes; quùm gratià habita debeat progredi in ampliora: dicens ſibi; *Dives ſum & locupletatus, & nullius egeo*; & neſcit, quia eſt *miſer & miſerabilis & pauper & cæcus & nudus.* Bonum eſt hìc eſſe, ſed non bonum eſſe ſic: quapropter cæcus dicitur & mendicans, ſecus viam in ulteriora non ambulans; quoniam ſi veniendo non pervenit, pauper eget, miſeraret, miſerabilis decreſcit, nudus iacet, cæcus omninò, modò ſederit, quia ſedit.

*Qui virtutem non ſequitur, non conſequitur.*

Apoc. 3. 17.

*Quid quòd veniat, ſi non perveniat?*

*Nihil in melius tot rerum proficit uſu.* Iuven. *Satyr.* 13. v. 17.

8 Fax datur in delicationem plurium ſacrorum teſtimoniorum, quæ primo oculorum iactu fugiunt ſenſum. *In via, per quam ambulo.* Geneſ. 28. 20. *In via ambulans.* Eccleſ. 10. 3. *Euntes ibant.* Pſalm. 125. 6. &

ſic

sic alia, de quibus literaliter egimus, *Tom. 5. Tautolog. 2. à n. 25.* Inter illa est textus Baruch; dicentis Israëli: *Ambula per viam ad splendorem eius contra lumen eius.* Quorsùm ergo via, nisi ut gressus dirigantur in ea? Aliquid latet dignum consideratione, ut surgant diligenti vigilantià, qui ad gressus sedent in via. Via dicitur in vitam, via perfectionis religiosi instituti (igitur qui non in via, sed secus viam, uti sunt sæculares, mendici & cæci) iter enim in sæculo non dicitur iter; quia erroribus tendit in præcipitium, nec est iter iter devium. Via est status religionis exitu æternæ felicitatis. Via est, ut per illam ambulantes procedant in ulteriora, quippequàm sine fine semper est ultrà: stantibusque in via indicitur creber processus; sine quo Monachus in Religione non Monachus: igitur parùm interest, in via ad iter agendum esse, ni contingat ambulare. Ambulatio recta propriè est tendere in non habita, motu de locis in loca, dum locus ultrà: & conversantibus in via legis, itinere Religionis commendat processio; ut cognoscatur in Religione Religio: quandoquidem nihili perfectionem Religione profiteri, & in perfectionis via ulteriùs non ambulare. Dicit textus. *Ambula per viam ad splendorem eius.* Sine profectu non est ambulatio: sine ambulatione nulla in via perfectionis perfectio; quoniam perfecta Monachi vita, ex bonis est in ampliora procedere bona: splendorque notatur in processu per viam; ut consequatur professionis gloriam: etenim in bonis si sedet quietè, Monachus sine splendore.

Baruch. 4. 2.

*Sine progressu in itinere, Monachus sine splendore.*

9 Momenta huiusce religiosi conatus designat suis Beatissimus Benedictus. *Per ducatum Evangelij pergamus itinera eius* (Ita in Prolog. *Regul. Sancti.*) *ut mereàmur, eum qui nos vocavit, in regno suo videre.* Quid Evangelij in perfectionem iter, si non teritur? Iter non prodest, ni per id ultrà Monachus proficiscatur: dicitque perfectionem in religioso itinere; quia debet Monachus in potiora & ampliora semper procedere.

S. Bened.

*Nos quoque propositum vitæ teramus iter.*

Propert. 1. *Eleg.* 30. v. 14. Ibid.

Aliàs bona facta, quasi nulla bona. *Ad splendorem contra lumen eius*, dicit Prophetа, modò non teratur via. Lumen status dirigit, ut splendeat status processu itineris, ac augmento perfectionis, terendo viam, quousque perveniatur in patriam. Unde qui sedet quasi satis itineris, lumine status opponitur splendori. Sedet in actis, & quia satis sibi sedet; cùm in perfectionem professionis, quandiù erit ultrà, non satis. Vocatio lumen est, assensus lumen est: professio profectò lumen, ut anima nanciscatur perfectionem: at si sedes in itinere, lumen ipsum opponitur splendori: quippequàm actis non proficit, qui in agenda non procedit. Ad rem Seneca. *Multa bona nostra nocent nobis*: inquit *Epist.* 5. Bona sunt, quæ à Monachis acta, sed nocent bona; si non proceditur ultra: equidem dum agenda omittuntur à desidibus, tandem tandem perit Monachus.

*Illius vita non perfecta, ubi aliquid ultrà.*

Senec.

10 Sirenes cantabant intuitu perditionis navigantium, musicà occulentes propositum.

*Sirenum dulcis cantus, quarum extitit illis* Nat. Com.
*Dira lues nautis.*

Natal. Comes succinit. 7. *Mythol.* cap. 13. Conatus erat prætereuntes suffocare, quo perfidè potiebantur retentione: igitur eorum mors proxima, qui subsistebant in via.

*Monstra maris Sirenes erant, quæ voce canorà* Ovid.
*Quaslibet admissas detinuere naves.*

Infit Ovid. 3. de *Art.* v. 311. Navigantes detinebant, retinebant, suffocabant, specie quietis; præparantes in vocibus vasa mortis: equidem pergentibus mori, ultrà & ultrà itinere non procedere. Nunquàm impetè diabolus in Monachos vafer insurgit: sensim iacturam ac perditionem disponit; ita ut frigescat flamma cœlestium concepta, media Sirene desidià, & status confidentià, quasi satis in salutem, esse in via, quin affectus in meliora moveat pedem. Eiusmodi cogitationes cordis, *Sirenes* sunt *in delubris voluptatis.* Sirenes? Aptè. In mari magno vitæ navigant Monachi, velis & remis in patriam tendentes, cuius iam in conversatione cives: diabolique conatus varijs desidiæ vocibus intendit, ita manere; ut possint paulatim affectus suffocari, animaque levi morà perire: etenim ultrà non progredi, profectò vità privari. Non ita incumberet, ut federent navigantes, ni expectaret ex morula effectus relaxationis: etenim cùm non nunquàm pergere, sit munus in perfectionem Monachi; securè suffocat, modò aliquando aliquatenùs subsistat. Illà enim morà, non proceditur ultrà: posseque cogitat capere; modò obtineat Monachum pro perfectione sedere: etenim proculdubiò perditio indeclinabilis est, si navigantes, manentes in littore apprehendat mors. Iam igitur iter illis videtur gravis, quod elegerunt in viam, quà pervenirent in patriam: sed proprij falsà dulcedine amoris, cantant Sirenes in delubris voluptatis. Hinc provenit veri amoris flammæ extinctio & usque in voluptatem Monachorum relaxatio. Dicemus

Nat. Com.

*Diabolierga Monachos officium instar Sirenum*

Isai. 13. 22.

non

non obiter *Tautolog.* 5. *Didascal.* 1.

11 Hi fugiunt Solem, cuius absentiâ tepent, posteàque frigent; quin in via detenti cognoscant perditionem, quoniam propriam consuetudine ignorant frigiditatem, cupientes illuminari, minimè accedentes luci. Cupiunt talenta non in negotiationem, sed in divitiarum laudem: unde cùm nihil aliud, quàm creditum, infelices deportent in ærarium; nullam rationem reddunt in negotiationis fidem, ubi de talentis creditis reddunt Domino rationem. Quia reliquerunt mundum, videtur habere cœlum. Falluntur: restat in via sese vincere, quia inimici hominis sunt appetitus domestici. Restat vincere continuò hostes prosilientes ex insidijs, & in assultum effrontes; quin pro victoria satis, vincere semel. *In ludis Iunonis Argivæ figebatur clypeus: qui eum avelleret, victor ibat. At in his ludis qui semel vicit, & iterùm descendit ad certamen; nisi iterùm vincat, sæpe descendit.* Ita Meursius in *Græc. feriat.* lib. 3. ex Hygino, *fab.* 273. Quid quòd Monachus semel sæculi oblivione vincat, si sequenti certamine labat, & cadit, vel ruit? Nulla prior parta vel sudore victoria, victoris captivitate secutà. Qui semel vicit, nisi iterùm vincat, descendit: equidem cùm ex conflictu victor debeat procedere in ulteriora; quia non processit, est prima victoria victa, & ad nutum hostium, vivit inter ridentes uti mancipium. In huiusmodi ludis *clypeus* (ait idem ibid.) *accipitur pro corona.* Securè tunc in ulteriora Victor procedebat certamina, & in nobile trophæum, quippe ad hostium incursus habebat clypeum. Debilitatur, qui semel vincit, & quia victor sedet: equidem cùm quiescendo amittat vires, quæ augentur exercitio certaminis; qui semel victor, cadit, ni vincat iterùm; ut statuat ex conflictibus trophæum: alioquin sine exercitio patet ruinæ ex primæ obtenta confidentia victoriæ. *Exivit vincens ut vinceret*: dicit Ioannes. Haud sibi placuit de prima victoria, dum alia urgebant certamina. Ne caderet, qui vicit, iterùm vicit: & ut vinceret exivit vincens iterùm in arenam docens Monachos, quomodo ex certamine debeant atripere palmam, procedendo in ulteriora: etenim si plura victa, restabant alia vincenda. *Vincens ut vinceret.* Non, ut decertaret? Utique, sed pro certamine designatur victoria; quia ultrà pugnans processit semper ex victoria prima.

*Ludi Iunonis Argivæ.*

Meurs.

*Non habet ex certamine vincens trophæum, ni vincat iterùm.*

Apocal. 6. 2.

12 Causam tanti præcipitij designat Seneca. *Tam bonorum, quàm malorum longa conversatio amorem inducit. Hæc animi inter utrumque dubij* (infit, de *Tranquill.* cap. 1.) *nec ad recta fortiter, nec ad prava vergentis, infirmitas est.* Vid. in *Lit. exposit.* n. 41. infirmitas est, quæ Monachorum grassatur in cor, ut repentè pereant; dum animum dubium inter utrumque iactant, quin fugiant urgentia in consensum prava, nec fortiter velint recta: equidem mala consentientes non sentiunt; quia bonorum paulatim obliviscuntur. *Nulla regula approbati* (inquit Monachorum Legifer d. *cap.* 1.) *sicut aurum fornacis; sed in plumbi natura molliti, adhuc operibus servantes sæculo fidem.* Sic dicit de pravis; & qui non pravi oscitantiâ sic æmulantur pravitatem conditionis: igitur cum desides iaceant frigiditate plumbum; sibi videtur effulgere tanquàm aurum. Malum quod ita sint; sed peius, quòd permanentes in imperfectione summa, ita decipiat cogitationis fallacia; ut fatuè cogitent sibi, esse in summa perfectione. Rationem erroris promit D. Thomas, 1. p. q. 50. art. 1. ad 1. *Medium autem* (ait) *comparatum ad unum extremum, videtur alterum extremum; sicut tepidum comparatum calido videtur frigidum.* In nullo alio claret magis frigiditas pectoris; quàm in fatuitate cogitatæ perfectionis: igitur ni essent in exercitijs ignaviâ frigidi, sibi viderentur tepidi: vocant enim ardentem pectoris flammam, continuam in ministerio frigiditate desidiam. De *Cauda Draconis* Constellatione notâ, ut in Prolog. *Ephemer.* §. 4. n. 11. diximus ex Claud. Darioto *introduction. in Astrolog.* cap. 2. asserunt Astronomi, cum bonis Planetis malam esse, cum malis Planetis bonam: ita ut boni bonitatem, & mali malitiam minuät. Convertitur cor Monachorum inertium pingui socordiâ in *Caudæ Draconis* influxum. Cum bonis & perfectis mali sunt: cum pravis & malignis videntur boni. Pravi sunt sæculares: benevoli Planetæ, Monachi, vitâ & spiritu ferventes: & draco antiquus in pectus ingerit præfatam constellationem; ut foveant quasi fervorem frigiditatem: quandoquidem boni arbitrantur esse (dum florent perfecti, bonique Monachi) in vita languida, vacuâ status perfectionum; cum non ideo præstet bona, quoniam bona respectu dissolutionis sæcularium. Ut decipiantur & in barathrum; pravorum, non perfectorum spectant extremum. Perfectus erit Monachus, si perfectionis attigerit culmen; quippe non bonitas pessimis esse meliorem.

*Iacturam non cognoscit, nec cui servit.*

S. Bened.

D. Thom. *Monacho tepido lethalis confidentia perfectionis.*

*Cur similis influxui Caudæ Draconis.*

Senec.

——*Ignavis precibus fortuna repugnat.*

Ovid. 8. *Metam.* fabul. 1.

13 Monachi boni, & qui inertia sensim fiunt pravi, describuntur graphicè in statua phantasiæ Nabuchi. *Statua illa magna, & statua sublimis. Huius statuæ caput ex*

*Au-*

*auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento: porrò venter & femora ex ære, tibiæ autem ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis.* Hanc abscissus lapis de monte leviter tetigit, & cuncta terens comminuit. Unde Drogo de *Sacram. Dominic.* pass. subdit: *Iste iactus tuus Domine longè est à nobis.* Vocati sumus in claustra, ut sequeremur potiora; professi mores mutandos, de malis transeundo in bonos, de bonis in perfectos, de perfectis in summè pretiosos, uti in virtute summos, constante ascensione in valle lachrymarum, quia paulatim lutum conversum est in metallum, pòst in magis pretiosum, uti argentum, argentum in aurum; ita ut finis fulgeret in auro, cuius vitæ principium tantùm ex luto. Hinc Monachus perfectus: quò magis ascendebat, magis pretiosus. Sic statui in exemplum debet, qui studet statui. Iste felicitatis iactus longè est à nobis; quia in conversione conversionis nec species. Cadimus, ruimus, percutimur, conterimur, & ad nihilum redigimur; quia conversio quæ in auro principium sumpsit, in luto miserè desinit. Vid. *Tautolog.* 6. n. 25. Unde ergo præcipitium ex alto culmine? Ex quiete. Sat erigi videtur, ut Monachus stet, stare sic; & stando non stat. Non movetur, ut ascendat in pretiosiora, queis verè ascendat; sed degener in deteriora, ut percutiatur & cadat: unde totius erectionis miserabilis ruina; quia ad superiora sistit tanquam statua. Huiusmodi incogitantia perdit, quicquid observantia construit: igitur qui in claustris fulgere quibant ut aurum; quia in claustris sensim convertuntur in lutum. Vividiùs vernaculè: *Lo que es oro, pára en hierro, y tanto hierro le reduce à polvo.*

Daniel. 2. à 31.

Drag.

*Ruit, quia in perfectione descendit.*

14 De Maximino in Imperio non Principe sed tyranno, inquit Iul. Capitolin. in eo: *Cum eum quidam tribuni reprehenderent: Quid tantum laboras? Quid, cùm eius loci iam sis, ut ducatum possis accipere? Dixisse fertur: Ego verò quò maior fuero, tantò plus laborabo.* Pudeàt exercuisse sine legibus ethnicum, & fugere Monachum; dum illum urgebat gloria futilis, humana, & Monachum invitet æterna cœlestis gloria. De sacrificulis in templo cœlestis Veneris, accinit Theöcritus *Epigram.* 11.

Capitol.

*Ut perfectus sit; quò plus maior tantò plus.*

Theocrit.

*Semper ipsis melius quotannis erat.*

2. Tim. 4. 5.

Proh pudor! Nostris Monachis peius quotannis? *Ministerium tuum imple*: dicit Timotheo Paulus. *Imple?* Sanè. Ministerium erit vacuum, modò non plenum. Impletur officium exactè, dum ad meliora quotidiè, quo perficitur, & in summa summà solicitudine tenditur; ne in præceps ruat, qui in superiora ascendendo non volat: commendaturque à Paulo officij' in credito ministerio plenitudo; quia nequaquàm perfectio, si non ex toto. Ex conversione in Monachis concipitur pedetentim ignavia, ac ex huius ignorantia vanissima confidentia. Videtur illis satis, obstrictis studio perfectionis, semel cœpta quasi in circuitu facere, & non perficere, nec in summum provehere; quin laborent, quò maiores, meliores fieri: Paulusque iubet, non observari tantùm, sed impleri ministerium; ut Monachus discat implere Monachi officium: equidem si quotidiè in superiora vigil non proficiscitur; ministerium ex parte minutim observatur, sed non impletur. Si regnat inter nos derestabilis ignavia (ut ait vel Ethnicus 1. Carm. Od. 3. v. 38.)

*Non perfectio, modò non sit perfectionis plenitudo.*

*Cœlum ipsum petimus stultitia.* Horat.

## DIDASCALIA IV.

### *Honoris decus gravissimum onus.*

1 QUi vacui dotibus, frequenter inquirunt in dignitatibus; à quibus concipiunt meritorum celsitudinem, cùm ex se nullum habeant splendorem. Prævalent dotibus *Fortunæ leges*: ut ait Manil. 1. *Astron.* cap. 1. v. 57. etenim rutilant homunciones,

*Falso in honore gigantes.* Ovid. 5. *metam.* fab. 5.

Hæccine cogitatio stolida, in studio insano olim statuarum expressa; queis ex ambitu non solùm arroganter congesserunt Prisci metalla, sed exquisierunt pretiosa. *Effigies colunt* (inquit Plin. *lib.* 35. *cap.* 2.) *ipsi honorem non nisi ex pretio ducentes. Adeo materiam malunt conspici omnes, quàm se nosse.* Hinc amentia: ex materia tantum honoris videtur statua, ex materia sumpto pretio, non ex merito pretioso, infularum apparentiâ, qua inaurata simulacra; cùm viles existant, licèt suprà cœlos sedeant. Illorum ambitus, ut infit Senec. *Epist.* 68. *relicto uno angulo, in maiora atque ampliora transit, & vel cœlo impositus, intelligit cùm sellam aut tribunal ascenderat, quàm humili loco sederit.* Non est dignitatis commendatio, si confertur à fortunæ furore aut morbo: nec in erectione statuæ prætiositas meriti, duntaxàt ex erectione. Crocodilus semper crescit, verùm semper Crocodilus. Videsis Plin. *lib.* 8. *cap.* 25. & Pier. Va-

Plin.

*Indotatis decus, gloria culminis.*

Senec.

ler. *lib.* 29. cap. 11. Aptè *Emblem.* 45. Florentius.

*Quoſquos ex humili ſalire cernis*
*Ad faſtigia dignitatis altæ,*
*Crocodilo habeas pares, ab ovo*
Florent. *Qui creſcit minimo brevi ſtupendus.*
*Parte hac diſſimiles tamen videbis:*
*Quòd hic perpetuò augeatur, illi*
*In ſummo poſiti ruunt ad imum.*

Ex materia dum effigies colunt, malunt æſtimari, quàm ſe noſſe; qui plerunque noti improbitate, & ambitionis prurigine; quin in illis honor cognoſcatur honos, ſed turpe dedecus: equidem ſolicitant irrequieti dignitatum maieſtatem, ut deauratam demonſtrent ineptitudinem.

*Quò manifeſta ineptitudo.*

2 Hos muros continuò arietant, quouſque in foveam cadant: igitur qui in prona, aclivia ſuperantes, propenſi; dum incipiunt cadere, caſus finis eſt iacuiſſe. *Milites* (inquit Plutarch. in *Marc. Anton.*) *iuciderunt in quandam herbam, quæ manducata inſaniam, & ex ea mortem afferebat. Qui ediſſet eam, nullius rei recordabatur, nihil agnoſcebat: unum hoc agebat, ut* (*tanquàm magnoperè ſeriam aliquam rem agens*) *omnem lapidem moveret: oppleti erant campi eorum qui humi proclives, ſaxa effoderent & tranſferrent: ad extremum bilem vomentes, moriebantur.* Pœna Siſyphi iam non ficta (uti videbimus *Tautolog.* 6. *D.* 2. *n.* 2.) & celebris furor; quia in inferno excogitatus huiuſmodi labor. Sufficeret ambitioſis in reſipiſcentiam, videre in alijs dementem vecordiam, ne fatiſcerent, ac prudentibus negotium faceſſerent. Verùm titillat animus, pruritque pectus; igitur vorantes phantaſiâ conceptam gloriam, omnem lapidem movent uſque in inſaniam. Hiſpan. *Pierden el juicio, no dexando piedra ſin mover.* Nullius rei recordantur, nihil agnoſcunt: nec ſe, dum ſui philautum tantum ſtudium: ſiquidem ſi aliqualem haberent mentem; ſatagerent vanum excuſare laborem. Illis nec memoria poli, nec cognitio inferni, laborantes inſaniâ, quouſque in mortem acerbam bilis mota: igitur nil faciunt laſſati in via iniquitatis & perditionis, niſi in riſum cunctorum movere lapides.

Plutarch.

*Symbolum ambitionis.*

*Cæca ſuperbi pectoris ambitio.*

Mantuan. *Eclog.* 5. v. 19.

Quàm cæca oſtendit Bernard. de *Converſ. ad Cleric.* cap. 8. n. 14. *Amor* (inquit) *inſatiabilis longè amplius deſiderio torquet animam, quàm refrigeret uſu ſuo: utpotè acquiſitio quidem laboris, poſſeſſio verò timoris, amiſsio plena doloris.* Quod videtur ſplendoris decus, undique pondus: etenim dignitas ambita labor, poſſeſſa timor, amiſſa dolor. De primo agemus loco cit. de ultimo, *Tautolog.* 4. *D.* 2. modò de onere poſſeſſæ dignitatis, cuius uſus prudenti plenus timoris. *Cui enim aſſecuto ſatis fuit* (infit Senec. *Epiſt.* 118.) *quod optanti nimium videbatur? Non eſt, ut exiſtimant homines, avida felicitas, ſed puſilla. Neminem ſatiat.* Ideo ad honores fiunt ex honoribus gradus, ut gravioribus onus deponatur oneribus; occulto dementiæ pignore, patula ſtoliditate: equidem inſigne impotis mentis, velle incedere celeriùs gravioribus vinculis. *O doxa doxa* (ſubdit Bernard. d. ex Boët. 3. de *Conſol. Philoſoph.* proſ. 6.) *nihil aliud, quàm aurium inflatio vana! Quantam infelicitatem hæc ipſa non tam felix vanitas, quàm vana felicitas parit?* Prætioſus veſanis videtur faſtus onus & onus.

*Splendoris dignitatis decus, undique pondus.*

Bernard.

Senec.

3 *Gemmas pretioſas* ſignat Tautologia, ideſt, pretioſos lapides, pro maieſtate muneris. Quorsùm ergo ſi in lapillis ſignat gemmas, addit Scriptura pretioſas? Honores lapilli oſtendunt, & quomodò ſuſcipientes falluntur: equidem cogitantes pretioſum muneribus ſplendorem, imponunt humeris lapides in gravamen. *Quicquid homines vocant laborem* (ait Pacatus *Panegyr. Theodoſ.*) *veſtra natura eſt*: lapideſque pretioſi efformant ſymbolum aſcendentium in thronum (lapides pro onere, pretioſi pro maieſtate) quia quicquid pretij fulget in honore dignitatis, uti lapis & lapis eſt gravis oneris. Dicere poſſunt conferenti: *Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum.* Moleſta prorsùm deceptio, ſi ab amico: verùm cruciamen intolerabile, decipi ſub ſpecie beneficij: & ex collatione muneris, cognoſcit fautus molimina ſeductionis; igitur expectans honore gemmarum decus, invenit, ut prematur, lapidum pondus. Qui ex abrupto inquirunt, ſpecie præcipuâ tantæ pretioſitatis faſcinantur. Haud conſiderant pondera lapidis, ſed ſplendorem honoris: lapideſque dicuntur, ubi gemmæ deſignantur; quippe eſtò pretioſum munus, graviſsimum uti lapidum onus, unde oritur labor, dolor & timor; timor amiſſionis, dolor regiminis, atque labor ex ambitu dignitatis

3. Reg. 10. 10.

Pacat.

Ier. 20. 7.

*Gravis labor, dignitatis ſplendor.*

*Gladijs ſtipatus honos, & pendula ſemper Ambitio.*

Pamph. Sax.

Taxat Seneca quò dudùm. *Tanquàm ad bona feruntur* (inquit) *decepti rumoribus: deinde mala eſſet, aut inania, aut minora, quàm ſperaverint, adepti; ac multa paſsi vident: maiorque pars miratur ex intervallo fallentia, & vulgò magna. Omnes autem malè habet ignorantia veri. Multa enim impetum animi movent; quæ petuntur petentium*

Senec.

*Et timor, & dolor.*

ma-

*malo* : igitur quæ videntur coloribus magna, ita doloſa, ut per honoris ſpeciem, duntaxàt tribuant dignitatum gravamen in oppreſſionem.

Zach. 12. 3. 4 *Ponam Ieruſalem lapidem oneris*: dicit Dominus per Zachariam. Quid lapis oneris? Amplioris in honorem dignitatis, inſigne clarum feliciſsimæ ſortis; quippe ex lapide pretioſo omnis circuitus murorum eius: diciturque lapis oneris lapis pretioſus; ut conſtet angor, quod videtur ſplendor: quandoquidem pretium honoris cuius ſatagit ambitus, nihil aliud niſi pondus & pondus. Hoc intuitu eligendo Sauli de induſtria armus apponitur victimæ. *Quid in armo pectoris* (infit hìc Greg. Magn.) *niſi fortitudo ſignatur actionis? Armus electo cuique; ut qui regnare nititur, crucifigatur.* Humerus apponitur, ut fortitudo in electo ſignetur: etenim cùm grave ſit dignitatis faſtigium; humerum applicare eſt omninò neceſſarium: fatiſcit, qui ſine virtute tollit, quod onus portantem rumpit: igitur cùm dignitas ſit etiam validis gravamen, propter illud curvantur, qui portant orbem. De induſtria armus ſervatur electo, ut videat quorsùm in dignitatem aſſumptio: ut crucifigatur qui regnare nititur: equidem qui aſſumitur in ſupremum honorem, pariter fautus

Iſai. 9. 6. c. 22. 22. deſtinatur ad crucem. At hoc infrà. *Principatus ſit ſuper humerum.* Unde Eliacim etiam *ſuper humerum* imponitur regiminis clavis. Si clavis ſceptrum, quomodò ſuper humerum, ſpectans ad manum? Quia per clavem ſignabatur dignitas, cui innata ponderis gravitas: & ad ſuſtentaculum principatus faſtigij, humeri ſunt neceſſarij: alias dum pondus dignitatis aſſumitur; ſine virtute electus uſque ad ima curvabitur, vel onere conteretur.

Hieron. *Cur dicitur lapis oneris?* 5 Sic effulgens gloria muneris obijcitur lapis oneris, ſicut olim æneà ſphærulà probabantur & vires. *Ut magnitudinem virium demonſtrantes* (ait hìc Hieronym.) *pondus extollant. Senſus ergo eſt: Ponam Ieruſalem quaſi graviſsimum lapidem ſublevandum: levabunt eam pro virium varietate; ſed neceſſe eſt, ut dum levatur, in ipſo nixu & elevatione ponderis, graviſsimus lapis ſciſſuram aliquam in levantium corporibus derelinquat.* Hoc eſt pretium honoris? Remittitur ſanè expertis, qui laſsis viribus cognoverunt pondus: verùm nulla in ambitioſi reſipiſcentiâ, humerorum ac capitis inſanabili fracturâ: equidem denuò lapidem amplectuntur, quanvis onere rumpantur. Si lapidem iacere ſinerent, abſque ullo damno degerent. Nullum lapis habet pondus, niſi ſuſtineatur manibus. In elevatione ſtat periculum: equidem munus cùm in ſummum ponderoſum; ubi ad dignitates elevantur gravamine conteruntur, luentes audaciæ digniſsimas pœnas, dum ita avidè ſolicitatur auctoritas: quandoquidem qui dignitatem ſine viribus aſſumit, thronus opprimit. *Lapidem oneris.* Cur non dicit onus lapidis? An lapis non gravis pondere? Utique, qui fulget pretioſitate. Sunt lapides, uti gemmæ, portatiles ad honorem: ſunt lapides, uti ſaxa in humerorum gravamen: dignitatiſque celſitudo non dicitur onus lapidis, ſed lapis oneris; quia non deſervit ad honorem honor, ſed ad laborem honoris ſpecie labor: ſiquidem ſublimius honoris munus nihil habet præter pondus. *Lapidem oneris*, in quem qui impingit, alliditur: ſuper quem ceciderit, confringetur; ut eluceant per vulnera officia throni, vel ambiti vel non ambiti; igitur ſi adveniens, moleſtiſsimum onus, quæſitus onus & vulnus.

*Pondus & pondus.* *Pondus & vulnus.*

1. Reg. 9. 24.

Greg. Mag.

6 Malum Sauli in exitum omen, quod vel caſu iviſſet in dignitatem; & occurreret ſupremus honos, dum quæreret aſinos.

*Caper tibi ſalvus & hœdi.* Virgil. *Eclog.* 7. v. 9

Ergo conſtitutus Rex in gloriam, pro ſceptro *tenebat lanceam.* Lanceam fuiſſe inſigne Regum aſtruit Pier. Valer. *lib.* 42. *cap.* 23. & Cauſsin. lib. 10. *Symbol.* 18. Virgil. 12. *Æneid.* v. 165. (Unde Chartar. in *Iunon. imagin.* fol. 120.) accinit: 1. *Reg.* 19. 9.

*Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.* Virgil.

Iuno quà cauſa dicta Curitis, & Romulus Quirinus. *Haſtæ geſtamen tantæ apud Veteres venerationis fuiſſe, ut loco diadematis pro inſigni Regio haberetur*: ſubdit Pierius: patetque in lanceâ Romuli, fixà terræ floreſcente. Pier. Valer.

*Subitó vidit frondeſcere Romulus haſtam.* Ovid.

Ut accinit Ovid. 15. *Metam.* fab. 48. & nos in *Ephemer.* 3. *Febr.* haſta pro diademate? Principatus ſignificatius inſigne: equidem ſi in belli uſum portatur, ut hoſtis lethaliter vulneretur; geſtamen nobile pili ſignum hoſtilitatis etiam in pace: quandoquidem apparatu magnifico intra palatium, acrius graſſatur inteſtinum bellum. Auguſtus feliciſsimus habitus, ita ut Plinius *lib.* 7. *cap.* 45. audeat dicere: *In ſumma Deus eſt.* At quid accidit huiuſmodi Numini? Ipſe ibid. dicit: *In Divo Auguſto, quem univerſa mortalitas in hac cenſura felicitatis nuncupat; ſi diligenter æſtimentur cuncta, magna ſortis humanæ reperientur volumina: toties petita inſidijs vita, incuſatæ liberorum mortes, luctuſque non tantùm orbitate triſtes, conſilia parricidæ palàm facta: hinc uxoris &* Plin.

*Aula Regibus inſidioſa.*

*Tiberij cogitationes ſuprema eius cura.* Ita fortunæ maritus? Aptè pro diademate pilum in aula tanquam in caſtris ; quo Principes corruunt auratis inſidijs : igitur plerumque plus periculi in inſidiatore occulto, quàm in hoſte manifeſto. Haſta non tam exprimitur in ſuos tyrannis, quàm pericula regiminis: inſigneque regni proponitur, ut maieſtas dignoſcatur per vulnera accepta, ferri & honoris officia ; ſiquidem ubi lancea pro maieſtate utuntur ; ſi vulnerant, vulnerantur. Corona, ut videbimus addita pilo, ut altius ſederet poteſtatis veneratio. Quod fiebat exteriùs in ornatum, animi præ ſe ferebat tormentum : equidem ſi corona pondus capitis, & ferrum in uſum vulneris ; dum aſſumebatur auctoritas principatus, ſumebatur ab incauto etiam cum onere vulnus.

*Et manus in vulnera ictus.*

7 Capta eſt Rabbath filiorum Ammon miniſtro Ioabo à David : & inter ſpolia ; *tulit diadema Regis, eorum de capite eius pondo auri talentum, habens gemmas pretioſiſſimas ; & impoſitum eſt ſuper caput David.* Quis ferret in capite titulo coronæ tantum pondus? Qui prurigine percelleretur principatus : igitur abdicit, qui ambitione pungitur, quòd pondo diadematis opprimatur.

2. Reg. 12. 30.

*Ambitio ſibi blandè crudelis.*

*Non fuit armillas tanti pepigiſſe Sabinas,*
*Ut premerent ſacræ virginis arma caput.*

Ovid. 1. *Amor.* 10. v. 49.

Fœminæ prolubium eſt : modò gemmis floreat & ornetur, quid ad illam ſi onere oppreſſa moriatur? *Pondo auri talentum.* Hinc fulgor diadematis? & cruciamen ambitionis, delirio infatuatæ mentis : equidem ſi ex talenti corona pondus ſuſtinet tantùm ; ſignum profectò, non habere talentum. Non erat talentum in capite, ſed in diademate, quo inbare in thronos ducuntur indigni ; ut à ſubditis ex honore plaudantur, dum infulatum talento venerationi exponuntur: equidem vacui talenti pretioſitate ac ſplendore; poſsidere arbitrantur à dignitate. *Pondo auri talentum*, in prudens pro regimine conſilium, ne decreta expediantur ad lubidinem voluntatis, ſed iuxta leges : etenim ſi per talentum intellectus deſignatur, ex quo iudicium in moderamen oritur; quod non habuit ante aſſumptionem futile cerebrum, ex talento dignitatis debet conferre iudicium. Vernaculè : *Tenga un poco de juicio en la dignidad, aunque antes de la eleccion aya ſido un caſcabel.* Iuxta dignitatis excellentiam Romæ metalla legebantur in coronam : de quo latè Plinius, Carol. Paſchal. & Anton. Thyleſius de *Coron.* Alijs ex ære, aut argento: Imperatoribus donabantur ex auro, quod quidem ex metallis graviſsimum, in regiminis nobile documentum ; ut ex pretioſa qualitate metalli, diſcerent quomodò præclare ſe gererent in honore : equidem quo maius munus, maius debet eſſe in regimine pondus. *Diadema pondo auri talentum, impoſitum ſuper caput David* : ideſt, ſuper thronum eo in loco, quo infrà ſedebat David. Vide Alapid. Plus gravabat onus muneris, quàm diadematis: ſignaturque in corona impoſitâ capiti pondo talentum, nova obligatione regiminis ſubditorum, & ex auro maieſtas, cui maior gravitas; quippequàm inter diverſa moderationis ponderoſa munia, nihil gravius quàm corona. Gloriabundi in ſui duriſsimo cranio capitis, diadema cenſent leviſsimi ponderis; quia caput leve: haud ita in Dei iudicij libramine : igitur dum ratio exigitur perfuncti regiminis, laſsis humeris conſtat ex pondere quanti ponderis.

*Gravior circumſpectio in ampliore faſtigio.*

*Nil gravius coronâ.*

8 *Currus Iſraël & auriga eius*, plauditur Elias; cui tanta in eius regimine ſolicitudo & auctoritas. Impoſsibilis ex materia plauſus, cum una nequeat exiſtere auriga & currus ; cùm auriga currum ducens moderetur, curruſque à ducente dirigatur. Currus onus portat, auriga currum onuſtum gubernat : & ubi Elias curam regiminis currus habet, ac per orbitas rectitudinis dirigit, etiam obit currus nomen ; ut moderatoris conſtet moleſtiſsimum gravamen: quandoquidem accipiens directionis munus, in honore collato ſuſcepit onus. Dialecto vulgari :: *Llamaſe carro porque el que rige es quien lleva todo el peſo.* Figuram cœli in thronis fingebant Perſæ, quaſi maieſtate eſſent in cœli culmine : uti obſervant Cedren. ad *ann.* 13. *Heraclij*, & Cauſsin. 1. *Symbol.* 5. Vanitate ferebantur in huiuſmodi quiſquilias, quippe inanis uti picta maieſtas, oſtendens exterius, contra quod latebat intùs : equidem nequibat eſſe cœlum ſedes inalterabilis beatitudinis, ubi urgebat in dolorem ſumma vehementia cruciaminis. *Acerbè increpuit Tiberius* (ait Tacitus, 2. *Annal.* cap. 87.) *qui divinas occupationes ipſumque dominum dixerant.* Debebant dicere *laborioſas*, & aſſumptum in principatum ſervum publicum, longè à cœlo ſedens etiam in glorioſo throno : igitur ex uſu regiminis, dum magis flabellum rutilabat maieſtatis, duntaxat ſuſcipiebat laborem, publicam ſerviens in gloria infelicem ſervitutem. *Hinc purpura tragica deſtinata cultui graviorum perſonarum,* quippe *ſummi ſplendoris & pretij* : ait Raviſ. Textor. *lib.* 4. *cap.* 94. in *Offic.* Honorabat veſtis, verùm ſignum fulgebat etiam infelicitatis: etenim qui ſplendore ex veſte & munere ambiebat honoris gloriam ; etiam

4. Reg. 2. 22.

*Non benè regit, ni princeps onus regiminis portet.*

*Indigni deaurantur à dignitate.*

Tacit.

*Qui ſervus publicus.*

Raviſ.

*Quæ purpura tragica?*

in-

induebat ex principatu tragœdiam. Veſtis ſplendoris eſt, qui oculos ſpectantium perſtringit, & ſimul ornatum percutit; maximè ſi infatuantur ſplendore, qui ſedent in maieſtate: diciturque veſtis tragica præ muneris eminentia; quippe felicioris exitus, ſemper in præcordia vulnus: igitur maximus dolor, ubi tragicus ſplendor. Hiſpanic. *Siempre ha coſtado caro un lucimiento.*

9 Coronæ Regum Ægypti aſpidum imaginibus eminebant effigiatæ; de quo Kircher. in *Tabula Bembin.* Quod pro vigilantia principis hieroglyphicum, monet de periculo ambitionis pectus incautum. Aſpis amplexu mordet, in ſomnum virus effundit; ut cognoſcantur blanditiæ principatus in vitę ruinam, dum aſpides conficiunt maieſtatis coronam: equidem qui illicitur blandimine throni, ac dormit imminenti diſcrimine; ſolicitans ſplendorem honoris; in ſinu fovet fatuus venenum aſpidis. Soporat aſpis, quùm mordendo venenat; in coroniſque collocatur, ut cupidus cautionem non virus hauriat; quia dignitas ut aſpis amplectendo, ſuffocat: electique ſæpe ſuffocati degunt, vel veneno moriuntur, pro quo avidè moriebantur: duntaxàtque in coronis ſculpitur forma aſpidis ſoporiferæ, cuius veneno nullus redditur menti; quoniam ita ſuavis in mortem ictus, ut nec ſentiatur dulcedine morſus, & ad intimum vulnus nullus ſit ſenſus. Tota maieſtatis machina eſt ludibrium oculorum, ſpecioſum fatuitati ſiparium, cuius coloribus trahitur penè læſa phantaſia, quin conſideret incommoda: equidem adinſtar facis quò magis ardore luceſcunt; ipſo ſplendore infeliciter deficiunt. Ex cunctis Planetis iuxta Ptolom. de *Iudic.* Ioam. Iovian. Pontan. de *Reb. cœleſt. & Uran.* ſolus Saturnus influit in dignitates. A Poëtis collocatur in vinculis: & iuxta Lucian. Dialog. de *Aſtrolog.* Natalemque à *Comitib.* tam in *fab. 4. lib. 1. Metamorph.* quam 2. *Mythol.* cap. 2. quaſi non ſufficerent vincula, è cœlo dicunt detruſum in tartara.

*Quare in circuitu diadematum imagines aſpidum?*

* *Ambitionis periculum?*

Nat. Com. *Saturnuſque ſenex, quem tartara dira coercent.*

Huic tribuitur etiam plumbum, ne ſine gravi pondere eſſet dignitatis ſignum: etenim ratione honoris, non ſolùm iacet in carcere ſed in vinculis: dignitatiſque excellentia iure ſignatur per vincula; quia per maieſtatis deauratæ verum gravamen, ſine dolore ex compedibus nec valent movere pedem. In tartara eſt detruſus, cui pro maieſtate altior competebat thronus. *Eſt longiſſimè ſubmotus á terra* (ſubdit A Comitibus) *& igens cœli altitudo appellatur Tartarus.* Unde Virgilius, *Eclog.* 4. v. 51.

*Cur in dignitates influit Saturnus?*

Nat. Com.

*Cœlumque profundum.*

Virgil. *Et cœlum vocatur tartarus?*

In quæ cruciamina devenit cænodoxia! Gloriatur miſer, quippe in alto cadurco, de vinculis, de carcere, de cruciatu, debito maieſtati ſupplicio: igitur quò elatior altitudine cœli, eo depreſsior & afflictior in profunditate Tartari. Infernus eſt ſuperior, throni fulgor; gravi maieſtate, ut iaceat anima, quin poſsit erui ex inferno inferiori; cùm ex ſublimitate dignitatum, appropinquans ſit in inferno deorsùm, acceptà calamitate ex muneris altitudine: igitur nulla maior, dum præterit vità nutans honoris ſplendor; quàm poſt ſervitutem, carcerem & aurea vincula, propter vincula aurea detrudi in tartara.

10 *Quæ aureâ aurea* dicitur, uti vidimus in *Liter.* n. 36. Aliter prorsùm ſplendore dignitatum: equidem quod videtur aurum, ſine pretio ſplendoris duntaxàt plumbum. Altior cunctis Planetis eſt Saturnus, qui omninò tetricus, throno ligatus; & cui plumbum tribuitur, ut culmen dignitatum formidetur: igitur quò altior in venerationem dignitas, amplior ex pondere gravitas. *Falcem Saturnus pro inſigni habet, qualitates pallidus & lividus mortiferas influit, pluſque nocet retrogradiendo, quàm directè procedendo*: inquit Grannuyſe de *Propriet. rerum*, lib. 8. cap. 23. Altitudo attonat, ſemperque nocet; maximè ſi aſſumptus retrogradus procedit: igitur ſi malum in eo qui in dignitatem vocatur: peſsimum ambitioſo, qui obliquè ſine vocatione ingreditur, expoſitus proximè carceri, vinculis, compedibus, duris catenis; quibus trahatur in tartarum, cupiens cœlum: quandoquidem retrogradus caret in faſtigium directione; qui non intrat per oſtium, ſed aſcendit aliundè, in immane ex cacumine horribile præcipitium, per abominabiliorem in ruinam ambitum, præſagio gravis periculi in inſignibus Saturni: equidem propter vanum, lubricum ſplendoris honorem, habet in iugulum falcem. *Quorum cauſæ acriores, quia iniquæ*: infit Tacitus d. Figuntur, quippe ex abrupto petunt; ſecumque pericula ducunt: iniquè agunt: quin ex inſidijs ambitionis præcogitent exitus iniquitatis: igitur dum exaltant caput, ac in ſublime aſcenditur, falce acutà in faſtigio caput adimitur. *Solium* æquivoca vox eſt. Signat ſedem regiam qua dicitur ius, & ſepulchralem loculum, in quem cadaver deſtinat pallida mors. Unde Curt. *lib.* 10. in *Hiſtor. Alexandr.* cap. 6. ſubdit: *Septimus dies erat, ex quo corpus Regis iacebat in ſolio.* Idem Plin. *lib.* 35. *cap.* 3. Huc tendit credita, plauſu maieſtas, ut ſuſpicio-

4. Reg. 25. 15.

*Imago Saturni.*

Barth. Anglic.

*Ambitio ſibi nocet.*

Tacit.

*Solium ſepulchrum.*

Q. Curt.

ciosè introſpiciatur vel ſuprema auctoritas, conferens in regimine, quod conceditur in morte: equidem aſcendens in regale auguſtum ſolium; in ipſa acclamatione aſſumitur in ſepulchrum. Neſcio an hoc intuitu, electis illicò imperatoribus offerebatur ſepulchralis lapis ab artificibus. *Conſtantinopoli invaluit hic uſus, ut primo die quo capiti Imperatoris corona Cæſareâ imponebatur; ad eum cementarius cum tribus marmorum ſpeciebus accederet, his verbis:*

*Imperatoris electio tumuli in ipſa coronatione.* Ulyſ. Aldrov.

*Elige ab his ſaxis, ex quo Auguſtiſsime Cæſar,*
*Ipſe tibi tumulum me fabricare velis.*

Ait Ulyſſes Aldrovand. *Tom.* 4. fol. 102. B. Ne laberetur ratione poteſtatis, qui duci debet poteſtate rationis, in blanda, virulenta, glorioſa vitia; alexipharmacum præſens ſepulchri memoria: compeſcit enim cogitatio intra iugum legis, devias, vagas, errantes cogitationes, ut cupiditas marceſcat, modò aſpectus tumuli floreat. Altiùs politicè (ni fallor) tendit marmoris ſepulchralis electio, ubi prima viget in imperium reſpiratio: etenim ſi vita regiminis in catenis, maieſtas pondere gravis, aureæ compedes, auctorati carceres in cordis & halitus oppreſſiones, urgentes in funebre ſolium; iurè offertur primo inſtanti coronationis ſepulchrum: quandoquidem ſuffragia conferentia celſitudinem, fatentur exhibitione marmoris offerre mortem. *O quantum lachrymarum* (exclamat Seneca, *Epiſt.* 115.) *ò quantum laborum exigit! Adijce quotidianas ſolicitudines. Quantum damnis ingemiſcunt, quæ & magna incidunt & maiora videntur! Maiori tormento* dignitas *poſsidetur, quàm quæritur.* Cuncta tendunt in Principis anguſtiati laborem, per viam glorioſam damnati ſplendore ad crucem.

*Cohibetur appetitus audaciæ mortis memoria.*

*Regère quare dicitur mori?*

Senec.

11 Dixi hìc & non ſemel exaltationem Ioſephi ſuper terram univerſam Ægypti: *Dixitque Pharaö ad Ioſeph: Ecce conſtitui te ſuper univerſam terram Ægypti: tulitque annulum de manu ſua, & dedit eum in manu eius; veſtivitque eum ſtolâ byſſinâ, & collo torquem auream circumpoſuit.* In annulo ſignatorio tota credita poteſtas: at in ſignum poteſtatis qualis ſignaculi claritas? *In annulo quem Pharaö Ægypti Rex dedit Ioſepho Proregi; Crucem ſculptam fuiſſe, argumentum ſupremæ poteſtatis*: ait Gretſerus, 4. de *Cruc.* cap. 9. Vid. *Tautolog.* 1. *n.* 45. Celebre poteſtatis ſuperioris argumentum, in moderaminis ſignum! Intendit Pharaö Ioſephi exaltationem vel cruciamen? Cruciamen cordis & mentis ſub ſpecie exaltationis, in cruce eminentis maieſtatis: cruciſque traditur ſignum in ſupremum principatum, quaſi ſuperioris moderaminis ſpeculum: igitur perfidè obſequij blandimine, mancipatur crucis diriſsimis clavis, quiſquis clavibus regiminis. Hoc ſigno Petrus conſtituitur à Chriſto Apoſtolorum Princeps: *Tibi dabo claves.* Occurrit priuſquàm delicetur teſtimonium in Didaſcaliæ propoſitum, quod oculis objicitur in horum imaginibus Principum. Inſignia cunctorum varia, triumphum illorum virtutis oſtendentia: huic datur pro inſigni gladius, illi ſerpentium virus: huic telum, illi carnis exuvium: huic ſecuris, ſaxa, crux inſtrumenta doloris. Moritur Petrus: quodnam inſigne martyrij? Claves; equidem ſi regiminis ſigna; ex regimine clavium cuncta ſignantur tormenta.

Gen. 41. 42.

Gretſer.

*Crux ſignũ ſuperioris poteſtatis.*

Matth. 16. 19.

*Libertas miſera, & ſævæ ſpes irrita mortis.* Ultrà procedit, quippe mors in mortem urget: danturque claves Petro, ut vehementior eluceat excruciatio: igitur nihil omnia, præ regiminis martyrio. En inſigne martyrij inſolita claritas, ut Principes ſtupeſcant, vel mirantes patientiam, & ſimul *Virtutem videant.*

Stat. 12. *Theb.* v. 710.

*In regimine cuncta tormenta.*

12 Claves promiſſæ, & ad mare Tiberiadis Simoni traditæ; ſed ſingulari ſtylo: *Paſce oves meas::. Cum ſenueris alius te cinget, &c. Hoc autem dixit* Ieſus, *ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum.* Claves conferuntur in paſtum ovium, quo Petri ſignificatur martyrium? Claves ſunt in poteſtatem, & dignitatis honorem: Petri martyrium fuit crux. Quid eſt hoc? Crux ante crucem extremam, quandiu inter mortales ut Princeps habuerit vitam: conferunturque honoris ſupremi claves, & ſimul inſignia mortis; quippe clavis crucis ante mortem configitur, qui regendis clavibus ut Pontifex deſtinatur. Super cunctos Princeps extollitur Petrus, ſed illi præ cunctis maior cruciatus. Inſignia pontificatus maximi & ſunt claves & tres cruces. Creſcit regiminis acerbitas, præut extollitur auctoritas, ſignantibus inſignibus, queis doloribus ſupremi Principis contorqueatur pectus: quandoquidem ſi ter-maximus, Pontifex ſummus; triplicitas crucis deſtinatur ter-maximis. Vidit Petrus poſt traditam dignitatem ſocium, utrumque ſequentem; dixitque electori: *Hic autem quid?* Tunc vero Chriſtus: *Sic eum volo manere: quid ad te?* Hic quieſcit & quieſcet munere contemplationis: tu verò in ſupremo munere laborabis. Superiore dignitate commiſſa; tibi tranquilitatis, nec memoria. Tibi in honore præparata crux: quietis Ioannis quid ad te? Quandiù emi-

Perſ. *Satyr.* 3. v. 38.

Ioann. 21. 19.

*Imò dira mors.*

*Abſque ullo levamine.* Vers. 22.

nen-

nentiori fungeris dignitate, haud vales vivere quiete.

*Huius operis termaximi.*

Bocch. *Symb.* 4. 13 Manifeſtatur huiuſmodi crux coram Ephraim & Manaſſe. Hi adducti à patre genibus flexis, in conſpectu genitoris Iacobus conſtituit principes: quo in articulo viſus conſtitutionis ſingularis ritus; quippe Iacobus decuſsim collocavit manus. *Commutans manus.* Gen.48.14. Ioſeph graviter accepit, ut modum electionis curiosè vidit: equidem ſi decuſſatis manibus, efformatur crucis typus; nolebat filios per crucem aſcendere in dignitatem. *In vita crux.* Voluit emendare quaſi errorem cæcutientis, invenitque meditatum perſpicacià cognitionis: *Scio fili mi, ſcio.* Ita Superiores efformantur in mundo, longè aliter quàm videntur in throno; etenim ſi throni ſublimitas eſt in honore ſplendoris auctoritas, & crux moderationis acerbitas; per crucis ſignum, aptè portenditur maieſtatis ſolium: deſtinantur enim cruci, qui regendi uti Principes eliguntur maieſtati. Pende articulum: Verſ. 9. *Adhuc eos ad me* (dicit Iacobus) *ut benedicam illis.* Ad dignitatem adducuntur, & crucii in collatione muneris deſtinantur? Formident ambitioſi, qui nil formidant, cùm ipſi ad dignitates accedant: igitur ſi crux gravis dignitas ſuſcipientibus, qualis erit per ambitionem amantibus? *Cur ambitioſis gravior?* Illi flexis genibus onere curvantur ad munus; hi colentes adorant & flexis genibus.

14 Dixi diadema Regis filiorum Ammon fuiſſe talenti pondo, importabile non tantùm à capite, ſed ab humero. 2. Reg. 12. 30. 1. Paral. 20. 2. *Diadema Regis.* Alibi dicitur Dei: *Tulit coronam Melchom.* Antilogiam conciliat Sanctius, *n.* 57. quippe *Melchom* ſonat Regem Quantum auguror, cogitarem idolum Melchom eſſe in Regis diademate, uti ſpeciem Numinis ab illis culti; uti patet, 4. *Reg.* 23. 13. *Ierem.* 49. 3. *Amos*, 1. 15. alijſque Scripturæ locis, uti diximus in *Ephemer.* Neſcio an pondus coronæ ab auro vel ab idolo. Arbitror ab effigie Numinis pondus procedere, ex coronæ adoratione, quæ ſæpe affectio latet ſub pectore humano, fovente civilem idololatriam: quippe titulo Numinis intendit tantùm adorare coronam. *Malù, adorare dignitatem.* Qui ſuſcipit, gravatur pondere diadematis: qui quærit, adorat ſub larva Numinis; & pondus graviſſimum maioris ſentitur ponderis: ſiquidem magnum ad oppreſsionem diſcrimen, inter ſuſcipere ac corditùs adorare dignitatem. *Flagellum imperij ſymbolum.* Flagellum olim ſymbolum dominationis. Unde pro imperio Octaviano tradito; fingitur à Iove regenti flagellum creditum. Pier. Valer. *lib.* 38. *cap.* 17. Sueton. in *Auguſt.* cap. 94. Conſtat in ſacris, uti diximus, *Tom.* 1. *T.* 5. *D.* 18. *n* 9. Unde Iuvenal. de Cæſare dixit, *Satyr.* 10. v. 110.

*Ad ſua qui domitos deduxit flagra Quirites.* Iuvenal.
*Demiſſum cœlo Octavium catenà aureà, ad* Plutarch.
*fores Capitolij conſtitiſſe, eique Iovem flagellum tradidiſſe*: ait Plutarch. in *Ciceron.* & Sueton. d. Dotes commendantur pro decore dignitatis, dum in regimen ſignatur homo de cœlo deſcendens: quin liberetur vel deſcendens à gravaminis ærumna, quando in regimen demittitur cum catena: aurea eſt, ſed quantunvis ferream, faceret auream, deſcendens de cœlo, ille qui viveret etiam ligatus officio. *Præſes ligetur officio.* Catenatus deſcendit: quid qui ſcandit? Catenam trahit, qui dignitate fungitur: tuncque deſcenſu exaltatur; quoniam pro commendatione dotium nullius momenti, ſi exaltati exaltantur in dignitate. Sic venit & cum flagello, ideſt, poteſtate, ac mortificatione: ſed cui? Sibi. Hinc de illo, qui in catenam carnis deſcendit de cœlo, dicitur ex textu Syro: *Fecit ſibi flagellum.* Ioan. 2. 15. Dum creditur pro regimine dominium, datur rectori flagellum: igitur vapulat animus, ubi videt zelotes exleges ſubditos: vivitque in maieſtate ſummo cruciatu, errantes cogitans indigere flagello. *Unde animus amarus Præſidis?* Hac enim de cauſa petentibus thronos Zebedæi filijs; dixit illis: *Neſcitis quid petatis.* Aliter accidit in thronis, quam cogitatis. Quæ videntur glorioſa, Matth. 20. 22. ſunt flagella, flagra ſolicitudinis, verbera cordis & mentis, in halitus oppreſsionem, carcerem, crucem & mortem. Hinc vel qui gigantes gemunt ſub aquis dominationis, frequenter queruli de importabili gravamine, quo dicunt rumpi, volentes onus deponere: ſed (obliquo iudicio) dicis gratiâ, quanvis ſuſtineant flagella: igitur munera cupiunt (ſi cupiunt) dimittere: quùm non poſſunt retinere: cum quibus quidem fateor laborem, *Dulcis labor prælaturæ.* ſed inficior voluntatem: etenim infatuati maiora ſuſtinerent; ſi poteſtatem retinere poſſent. Sumerent ſub fulgore ſpinoſo maieſtatis, etſi

*Difficilis rigidos res ſit tolerare labores.* Fauſt. Andrelin.

DI-

## DIDASCALIA V.

### *Pœnitentia criminis eſt lapis philoſophalis.*

1 DE lapide Philoſophali quid non commenti ſunt, qui volunt divites fieri? Vix dici poteſt, quibus amentes ſe expoſuerint curis, vigilijs, laboribus, ſumptibus propter imaginarium lapidem divitem; quin reſipuerint vel redacti in egeſtatem. Videſis dicta in *Ephemer.* 1. *Maij* à n. 2. ex Kircher. in *Alchim. hieroglyph.* Claſſ. 10. *cap.* 7. Principium huius deperditæ mentis eſt illud Ægyptiacum proloquium; ſcilicèt: *Cœlum ſurſùm, cœlum deorſùm: Aſtra ſurſum, aſtra deorſùm: quod ſurſùm omne id deorſùm. Hæc cape & proſperare.* Huiuſmodi ænigma ita exponit Kircherus loc. cit. *Poſt putrefactionem corpora ſe in altum elevant in colorem albedinis cœleſtis, quæ albedo vita eſt: qua anima ſpiritibus Solis & Lunæ infunditur, ſeparatur impurum ab impuro, exutáque terreſtrium fœcum contagione, cœleſtem quandam indolem acquirit.* Utile exponamus ex impoſturis remedium. Tota huiuſcemodi cogitationum machina intendit ex quolibet conficere aurum, ac ex vilibus pretioſa; quod duntaxàt perficit ſtudioſa pœnitentia, ſi ſeparaveris pretioſum à vili, gratiæ inſtificantis albedine: igitur ſpiritibus Chriſti Solis & Lunæ Virginis-matris anima animæ infunditur, ſplendori reſtituitur per albedinem mirabilem, qua cœleſtem acquirit indolem, ſeparato impuro ab impuro, ſingulari pœnitentiæ artificio, ſine vita carnis in ipſa carne, exutâ terreſtris fœculentiæ contagione. Canit Paulin. Conſular. *Carm.* de *Baptiſt.* à v. 261.

*Ænigma lapidis Philoſophalis.*

Kircher.

*Quomodò lapis hic ſit pœnitentia?*

——*Quæ perdita ſervant.*
*Hìc quicunque hominum vitæ commiſſa prioris*
*Pœnitet, & tandem ſenſu meliora volutat,*
*Ille renatus erit.*

Paul. Conſul.

2 Sæpe in expoſitione Tautologiæ vidimus, quod contigit in exterminio templi Hieroſolymitani per Nabuzardan, diſcernentem ac ſegregantem inter ſpolia, *quæ aurea, aurea: quæ argentea, argentea.* Si ex argento, planè argentum: ſi ex auro, aurum: quo ergo intuitu ſi ſpolia ex auro, dicuntur aurea; & ex argento, exponuntur argentea? Aliud & aliter conficit gratia, & aliud perficit ſine ulla commutabilitate natura. Aurum & argentum à natura eſt: haud poteſt mutari ſors. Ferrum eſt ferrum, quod lapide Philoſophali mutatur in aurum. Quod fictum ab avaritia, conflat virtus pœnitentia, dum templum Dei per peccatum deſtruitur, ac per illam reſtauratur: meditanterque dicuntur quæ aurea, aurea; quæ argentea, argentea; ut pateant quæ per pœnitentiam facta à gratia: equidem ſi ferrum crimen propter legis tranſgreſsionem; inveniunt lachrymæ lapidem philoſophalem: quandoquidem quæ averſione ferrea & ferrea, per pœnitentiam convertuntur in aurea. Vividè Hiſpanà dialecto: *Yà no ay hierros, ſi llorados.*

4. Reg. 25. 15.

*Converſa ferrea in aurea.*

——*Modó vita ſequatur,*
*Quæ probet ablutos vitam damnaſſe priorem.*

Paul. d. v. 267.

In Tautologia principali idem acumen in lachrymas. Obtulit Regina Saba Principi Salomoni *gemmas pretioſas.* Æthiopic. *Singulares lapillos.* Pende: lapides occurrunt in offendiculum: gemmæ verò in ſpectabile pretium: dicunturque ſingulares, propter miracula pœnitentiæ virtutis: igitur quæ animæ delinquentis offendicula, fulgent cum pœnitentia gemma pretioſa. *Emicant & faces, non niſi dum decidunt*: ait Plin. *lib.* 2. *cap.* 26. Caſſus illis ſplendoris fomes: incendit illas decidentes frigus, & concepta flammà, rurſùm igne ſurgunt in altiora. Non ſecùs animæ, gratiâ uſque in æthera ductæ, frigore charitatis infeliciter cadentes, quæ nequaquàm emicarent, ni deciderent: iuvit in flammam frigus, & incendit ictu caſſus; quandoquidem per lapſus toto corde pœnitentiam acriorem ſurſùm conceperunt flammam. *Sæpe maiori fortunæ* (inquit Seneca, *Epiſt.* 91.) *locum fecit iniuria. Multa ceciderunt, ut altiùs ſurgerent, & in meliùs. Sunt utique diuturna & melioribus auſpicijs in ævum longiùs condita?* Utique: Quæ à pœnitentia perfecta: equidem corda quæ crimine omninò ferrea; dolore facta ſunt aurea. Maiora momenta contulit iniuria; quia non ceciderunt ut ſic manerent, ſed ut altiùs & in meliùs, validiùs ſurgerent.

Kircher.

*Quæ offendicula, gemma pretioſa.*

Plin.

Senec.

*Pœnitentia qui lapſus ſurgit in melius.*

3 Deliquit Petrus, factus confuſus, ratione collocatus criminis in tenebroſis & in umbra mortis. Flevit amarè. Quid inde? Quid? *Ita ut in plateas eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis ac gradatis; ut veniente Petro, ſaltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus ſuis.* Umbra ſymbolum peccati eſt, quo recedit pravus, ne pateat vulnus: ægroſque ſanat umbra Petri, à quacunque detentos infirmitate? Mirum ſanè, vulnera ſanari vulnere, & tenebras tenebris illu-

Act. 5. 15.

illuminari; ut qui umbrâ tacti vindicarentur ab umbris & ægritudine.

Arator. *Ut vitijs noxisque resolverit ægros,*

Uti canit Arator, 1. in *Act. Apostol.* v. 511.

*Quod peccatum, pœnitentiâ fit portentum.* Mirum prorsùm, quòd peccati clarum signum esset in Petro portentum. Unde ergo in tenebris tanta lux? Pœnitentia in lumen mentium erat sanitatis fons. Pœnituit, doluit, peccatum amarè flevit: cumque pœnitentia illustret, quod animam deturpavit (commutando in defecatum aurum, durum cor ferreum) Petri crimen transtulit in lucem: etenim quod grave in umbra delictum, ex flatu & cordis punctione refulsit tanquàm miraculum. Sit ergo: verùm quomodò Petri umbra conversa in lucem, deservire potuit ad aliorum sanitatem? Ægritudinis illorum erant signa ægritudinis mentium, qua plus quàm in lectulis iacebat in umbris cor, sine mente insulsa mens, conscientia vulnerata peccato, & ad pœnitentiam sine motu: peccatumque Petri ægros peccatores à vulneribus levat, dum umbrâ umbris iacentes illuminat; quoniam in umbra miraculum, quando Petri pœnitentia ministratur in exemplum. Ideo dicitur ab Aratore, v. 467. *Luminis umbra.* Est umbra sine lumine, ubi nulla pœnitudo de commisso crimine: est umbra & simul splendor, ubi corde de crimine sedet dolor: unde si in umbra signatur lapsus, & lumine fletus; videntes in umbra lucem, iacentes in lectulis recipiebant sanitatem: Petrusque ostendebat ægris refulgentem umbram; ut ex ipso discerent vulnerari pœnitentiam.

*Pœnitentia quæ comitatur malum, in peccatoris exemplum.*

Arat. d. v. 483. *Si properas, iam nemo iacet: tu motibus umbræ*
*Corpora cuncta levas.*

4 Imò animas, expellens ex umbra tenebras. Dicit contextus: *Umbra ut obumbraret, & liberarentur ab infirmitatibus suis.* Ex umbra sanitas, qua sauciorum notatur infirmitas. In umbra signatur vulnus & salus: vulnus ab umbræ tenebris, salus ab umbra copiosæ lucis. Clariùs: Ab umbra sanantur infirma corda, si peccati non est umbra; cuius impedit corpus penetrare gratiæ lumen, & conferre sanitatem: umbraque illuminatâ Simonis, liberantur iacentes ab infirmitatibus suis; quoniam umbra pœnitentiæ evanuit umbra peccati: ita per illam illis favente gratia, ut in corpore mortis nec esset umbra. Vid. *Tom.* 1. *T.* 4. *D.* 6. *n.* 14. *Ut liberarentur ab infirmitatibus suis.* Nulla maior vulnere criminis: Petrusque ostendens in umbra languores, queis gravabantur; ostendit quoque medicamina cum quibus liberarentur: equidem demonstrans vulneris umbram; in lucem sauciorum dedit medicamen pœnitentiam. De peccato damnavit peccatum, ubi confecit de veneno remedium. Sed hoc aliàs. Haud sine imitatione recedas, *quanvis gravis morbi quantitas* (ait Bernard. de *Convers. ad Cleric.* cap. 5. n. 7.) *& curationis difficultas*: quandoquidem ut influat sanitatem, quod virus per ægritudinem; pœnitentia ex ipsis umbris mirè profert splendorem. Bernard.

*Umbrâ pœnitentiæ, fugit umbra peccati.*

5 *Deus dixit de tenebris lumen splendescere*: asserit Paulus Numinis ostendens gloriam, per collatam hominibus gratiam (uti observat Dionisius de *Divin. nomin.* cap. 4.) gratiam vocans lucis radium, atque tenebras flagitium. Tota laus in gloriam gratiæ Dei: equidem plenior in Patre luminum, vocare homines in gratiam de tenebris peccatorum; ut eius per pœnitudinem claritas illuminet mirificè tenebras, quæ pœnitentiâ irradient in his qui in tenebris sedent. Aliter Esdras conficit Divinitatis plausum. *De thesauris lumen luminosum.* Si encomium divinæ potestatis lumen de thesauris lucis; quomodò quòd lumen splendesceret de tenebris? Si lumen est gratia, mysterium magnum odoror in luminis differentia. Tam in homine, quàm in Angelo Deus erat condens naturam & largiens gratiam: de quo Augustin. lib. 12. *Civit.* cap. 9. Uterque ab illo statu felicissimo corruit; sed uterque non surrexit: igitur quia placuit ei, erexit hominem; & sub caligine æternis vinculis igneis reservavit dæmonem: propter unum peccatum, procella tenebrarum perseverat in æternum. Magnus utique Dominus producens lumen gratiæ in naturam luminosum; sed non maximum: igitur restabat in ostentationem magnitudinis, lumen splendescere de tenebris: restitutâque gratiâ homini, nihil dicitur de luminoso lumine; ut pateret quanta gratia, illum educens à tenebrosa culpa, quin è diaboli tenebris fulgor refloreret lucis: etenim peccante homine ex tenebris eduxit luminis formam; ubi in formam lucis novæ cogitavit pœnitentiam. Dæmonem de tenebris non extraxit, hominem in lumen miseratus restituit. Hic doluit, ille & pervicax non pœnituit. Unde cùm pœnitentia illuminet tenebras, & umbrarum criminum tollat umbras; magis quàm luminosa gratia gratiæ dicit splendorem, de tenebris peccatorum gratiæ splendescere lumen. 2. Cor. 4. 6. 4. Esdr. 6. 40. *An plausibilior lux ex thesauris lucis, vel ex tenebris?*

*Reparabile damnum.*

Equidem per pœnitentiam vicit nitore luminosam gratiam. *Redivivâ nativitate conditionis innocentiam præfert*: subditAmbro- Ovid. 1. *Amor.* eleg. 14. v. 55.

Ambros. sius de *Pœnitent.* cap. 5. igitur si accensus ex dolore in pectore fumus, incendium semper in maius.

6 In conditione hominis apparuit Dominus in igne. Post lapsum, quasi in rubo, Exod. 3. 2. futili ligno; *Apparuit Dominus in flamma ignis.* In flamma, ut eius rutilaret misericordia, & per exhibitum lumen, remedium præberet in admissam corruptionem. Flamma nil aliud præter fumum accensum; lux gratia, fumus peccatum: apparetque Dominus in flamma ignis; ut constet conversio quanti splendoris: igitur fumum peccati per pœnitentiam, convertit in gratiæ flammam. Si flamma fumus accensus, prodest in mentis illuminationem fumus. Hic excitat lachrymas: lachrymis pœnitens de seipso sumit accertimè pomas: in flammaque ignis Dominus benignè apparet; quia cor contritum & humiliatum non despicit: igitur videns hominem præ pudore ac dolore lachrymantem; convertit fumum in gratiæ iustificantis fulgorem.

*Cur pœnitens pectus accensus dicitur fumus?*

Id. 3. de Art. v. 395. *In vitio decor est.* Quod umbra, speciosa lux: rutilante præ pœnitentia speciosiore gratia, eò quòd splendor tantus esset ex umbra.

Psal. 87. 13. 7 *Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra oblivionis.* Quid quòd mirabilia cognoscantur in tenebris? Quæ in tenebris miracula, ut in tenebris designentur mirabilia? Conversio cordis ad Dominum, post peccati præ dolore fletum, illuminante gratiâ, revocatâ à pœnitentia. Tenebræ status sunt peccatoris, devij à tramite legis, aversione voluntatis collocati & iacentis in obscuris: gratia lux est, quâ è tenebris educitur felix cor. Magnum utique, si exortum in tenebris lumen rectis; sed mirabile, exortum in tenebris lumen pravis: & præmissâ pœnitentiâ, non solùm magnâ, sed in tenebris cognoscuntur mirabilia: quia anima ex fumo in gratiæ splendorem, & ex tenebris criminis revocatur in lucem. Magna sanè gratia, sed mirabilior pœnitentiâ ministrâ, cor disponente in accessionem lucis, ut vindicetur à peccati tenebris: in tenebrisque Numinis cognoscuntur mirabilia; quippequàm eius amplior cognoscitur gloria, ubi lumen gratiæ natum, in tenebris peccatorum. *Quantum valent tres syllabæ! Tres syllabæ sunt, Peccavi: sed in tribus syllabis flamma sacrificij cordis ad cœlum ascendit*: ait Ambrosius loc. cit. in *Exhortat.* Flamma accensa est ex corde fumoso, ut formaretur ad cœlum cordis contritio; nullaque esset in salutem desperatio, quanvis gravis morbi quantitas, atque curationis difficultas: equidem Dei amore, operante pœnitentiâ, etiam in tenebris cognoscuntur mirabilia.

*Unde in tenebris peccati cognoscuntur mirabilia?*

Ambros.

*Splendidum fumum*: dixit Homerus, 10. *Odyss.* v. 152. Quomodò fumus & splendidus? E fumo nigredo: à splendore pulchritudo. Profectò, sed si pœnitentia lux; vel in vitio decor est: quandoquidem accensâ cordis flammâ, quàm versus cœlum insuflarunt suspiria, rutilat summa splendoris, ex fumo plorati criminis. *In tenebris*: Verùm quare? Ex Dei pretiosa miseratione, honorantis pœnitentes; quia ex flamma procedunt in ignem superioris charitatis: igitur ponit tenebras coram eis in lucem & prava in recta, flectens hominis voluntatem, ut sequatur ex ipsa curvitate rectitudinem. Quid ultrà? Maiora. Trahunt humana corda iniquitatem in funiculis vanitatis, quæ distrumpuntur à virtute pœnitudinis; dum cognoscunt per dolorem voluptatum vanitatem: tuncque Deus ostendit *malum bonum, & bonum malum.* Bonum malum; quippe adduxit in tenebras, & non in lucem: malum bonum, quoniam vexatio pœnitudinis, tenebris illuminatis, in cognitionem erroris. *Amarum in dulce*, quia solamen ex dolore: *dulce in amarum*, quippequàm amarum reliquisse Dominum. Ponit ergo pœnitente, contrito corde; *tenebras lucem, & lucem tenebras*; ut pietatis & amoris superemineat singularis claritas: igitur per cordis contritionem, non solùm tenebras peccati commutat in gratiæ lucem; sed post lucem tenebræ criminibus studiosè quæruntur, quoniam post pœnitentiam, uti in tenebris densis, nulla videntur.

Homer. Isai. 5. 20.

*Quare in pœnitentiæ luce subsidunt tenebræ?*

8 *Expectat Dominus, ut misereatur vestri* (dicit Propheta Evangelicus) *& ideo exaltabitur parcens vobis; quia Deus iudicij Dominus.* Magna exhibetur erga hominem dilectio; dum sessurus in criminum discussionem in iudicio. Si repentè interrogaverit, quis respondebit? Deusque iudicij contritionem expectat, ne iudicet & corripiat. Diximus *Tautolog.* 1. *D.* 2. *n.* 14. Modò inquirendum, qua lege si Deus iudicij, iudicium parcendo relinquitur, ac remissione exaltatur? Fit Dei iudicis exaltatio, cùm omnia fuerint exposita eius indeclinabili iudicio. Exponuntur omnia quæ sunt peccata: & sine peccatis pœnitentis eius iudicij sunt omnia; quippe iudicio non corripit, quicquid peccator pœnitendo delevit. Exaltatur pœnitentiam expectans, & exaltatur impœnitentes dijudicans: semel damnat: & exaltatur iudex, dum pœnitentiam expectat; quia tunc iudicium maximum, si in eius iudicium,

Cap. 30. 18.

*Quod sub illa peccatum, extra Dei iudicium.*

cium, nullum: quandoquidem quod competit iudici, omne iudicium parcens est iudicium pœnitentiæ. Deus iudicij Dominus, ni iudex contusum pectus. Iudex sine iudicio, quia nulla criminum causa, comitante pœnitentia: equidem cùm à iudicio subtraxerit; sine causa in sententiam non erit quomodò iudicet.

Sophocl.

*Factum quis posset infectum facere?*

In *Trachin.* v.747. Ethnicus dicebat: pœnitentiæ mirabilia pœnitùs ignorabat. Timebat iudicem, recognoscens crimen; sed nequaquam cordis pœnitentis dolorem, infecta facta facientem: igitur infecta facta per pœnitentiam, quùm iudex in iudicium nullam invenerit causam.

S. Brun.

*Nec tamen infelix, sceleris quem pœnitet acti:*
*Quique suum facinus plangere sæpe solet.*

Prov. 30. 20.

9 *Talis est vita mulieris adulteræ* (ait Sapiens) *quæ tergens os suum, dicit: Non sum operata malum.* Ambros. hic, *cap.* 5. *Post meretricem fit virgo: talis via meretricis, quæ postquam abluta est, dicit se nihil mali feciſſe.* Quomodò in malo, nihil malefactum? Quoniam pœnitentia infectum. Iniquitate criminis extitit maculata: deinde lachrymis abluta: nihilque fatetur mali feciſſe, in peccati commissione; quia nequit dici polluta, ubi nulla apparet macula. Ita *vita adulteræ?* Talis ergo ex tenore sententiæ. Coram Christo iudice Pharisæi adduxerunt fœmellam miseram, in adulterio comprehensam: ita ut tot testibus & auctoratis, inficiari nequiret veritatem obiectionis. Dum accusantium malitia perseverabat, iudex circa causam scribebat, cuius decreto, causâ relictâ unus post unum abibat. Erigens se Iesus, dixit mulieri: *Nemo te condemnavit?* Quæ dixit: *Nemo Domine.* Cur nemo damnat, ubi veritas & cum testibus accusat? Quia sine macula, quæ accusata est ut adultera. Quæ crimine se polluit, lachrymis abluit: nihilque mali fecit, quæ malum fecerat; quippequàm malum ploraverat: visâque lachrymâ, statim culpa sepulta. Hinc accusatorum unus post unum abibat. Fugiunt, igitur talionis pœna impendebat: quandoquidem ne falsi invenirentur testes, onere depositionis; iudicium percautè evadunt. Fecerat lachrymis pœnitentia iudicium: nec ausi persistere usque ad fulmen proferendæ sententiæ; quippe nihil in adultera videbant, de quo recto iudicio dudùm testes accusaverant. *Semel Antipater longas contra Olympiadem cùm scripsisset literas; lectis iis ab Alexandro* (ait Plutarch. in eo) *Ignoras, inquit, infinitas que-*

*Facta facit infecta.*

Ambros.

Ioann. 8. à 10.

*Sepeliuntur culpæ, si apparent lachrymæ.*

Plutarch.

*rimonias unicâ matris lachrymulâ oblitera-ri?* Efficacior intercessio Virginis-Matris, ubi ad illam refugiunt accusati à conscientia ac dæmone peccatores; instante in damnationem iustitia divinâ, ut pœnâ æternâ corripiantur peccata: evaduntque salvi, qui sine illa descendebant in barathrum; quoniam quicquid scriptum, unicâ matris lachrymâ totum abolitum.

*Maria refugium peccatorum.*

10 Ergo in institutum. Pharisæi quærebantur apud iudicem de fœminæ crimine, quod deleverant lachrymæ. Accusant, verùm recedunt: cur non perferunt usque in finem iudicium? Crimen, quod accusaverant, nesciunt: igitur ingenium pœnitudinis, fecit infecta de factis. *Nemo te condemnavit? Nemo Domine.* Potentes profectò lachrymæ, vel in tremendo iudicio. *Nec ego te condemnabo.* Haud condemno nisi culpam. Ne inveniretur culpa, contuli gratiam. Evanuit, quin condemnare iurè non acta possim, removens misericordiam, ac intendens in iustitiam: quandoquidem te fugientes non condemnant, vel qui accusabant: per cordis puncti pœnitudine dolorem, disparuit crimen: & cùm non essent vel in scriptis actorum acta, evanuit etiam iustitia; quo cognita tribunali mirabilis pœnitentia. Modò intelligitur Davidis hemistichium prætatum: *Nunquid* (scilicet) *cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra oblivionis?* Dei in tenebris peccati cognoscuntur mirabilia; quia advenit in fulgorem cœlestis gratia, interveniente in umbrarum expulsionem, & præsentiam lucis, reconciliatrice pœnitentiâ. Verùm quid pœnitentiæ miracula, ut in terra oblivionis Dei collocetur iustitia? Effectus eius mirabiles, ut recurrant in pœnitentiam etiam desperati peccatores. Iustitia exercetur in reos: & ratione pœnitudinis degit in terra oblivionis; quia peccatum non inventum non pertinet ad iudicium. Iustitia assistit, & in pœnas insistit, quocumquè peccatum fuerit: in terraque oblivionis fulmina vibrans habitat, quùm homo peccata plorat; quia pœnitudine ac lachrymis peccata in terra oblivionis.

Vers. 11. *Per criminis dolorem, evanescit crimen.*

Ubi supra.

11 Anima *post meretricem fit virgo.* At quomodò? *Apud Argivos* (ait Pausan. cap. 80. ex quo Natal. Comes, 2. *Mythol.* cap. 4.) *Neptuni templum, in quo fons: eoque fonte proditum, lunonem ubi quotannis laverit, virginem fieri.* Fons pœnitentia est, quo abluta adultera, corrupta per crimen: nec in ea iudicium invenit corruptionem; quoniam per cor dolore contritum, lota in fonte lachrymarum. Iustitiæ haud cedit, de quo pœnitens dolet, quia factum

*Fons Canathus.* Pausan.

infectum facit; virgoque sine macula erat anima, priùsquàm ex lapsu corrumperetur à culpa: pœnitentiàque immaculata virgo apparet post meretricem; quoniam innocentiæ iudex invenit integritatem. Iam reparabilis arte, quod in natura difficile. *Gratia Spiritus-Sancti* (dicit Chrysostom. de Magdalena serm. de *Pentecost.* Tom. 3.) *invenit meretricem, & virginibus coæquavit.* Iccircò fons in templo Neptuni, significantis mare; cuius amaritudine redditur animæ virginitatis decor, & gratiæ speciosus color: equidem cùm venustet pœnitentia, à qua aquà abstergitur prorsùm macula; virgo casta exhibetur iudici Christo Domino, quippe facta ad nuptias velut mare contritio. Anima igitur meretrix facta, in adulterio comprehensa; sed *virgo post meretricem.* A sæculo non auditum; sed à pœnitentia factum, quæ factum signat infectum, fonte insigni cuius aqua corruptæ virgines fiunt. *Hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis.* Invenerunt pœnitudinis fontem, & lachrymæ restituerunt ex vanis idolis amissam virginitatem.

Chrysost. *Quomodò anima virgo, ubi corrupta peccato?*

1. Cor. 6. 11.

12 Vincit pœnitentia arbitrata impossibilia. Apud Plautum in *Captiv.* Act. 5. scen. 3. v. 19. dicit Hegio:

Plaut.

*Quod malè feci, crucior modò:*
*Si infectum fieri possit!*

Potest, animo in contraria conversò, & post adulterium anima apparere virgo. Cruciatur, quòd malum fecerit. Iam abluitur, si cruciatur: equidem si dolor est, infectum ex facto fit. Si à peccatore defenditur factum; studet, *ut inveniatur iniquitas eius ad odium.* Est iniquitas ad odium, & odium iniquitatis: in odiumque peccator etiam fautorem impellit, quia malitiam non odivit. Haud odio habetur, nisi cui placet iniquitas. Movet miserationem ingrata pravitas: caditque sub iudicis supplicio pravi studiosa transgressio; quoniam iniquitas ad odium provocat iudicem, si plectendus in iudicio non odit iniquitatem. Si invenitur iniquitas ad odium, est iniquitas ad lubitum? Planè, studio pœnitentiæ: etenim iniquitatis horror, est fomes quo crescit amor.

Pſal. 35. 3.

*Iniquitatis horror, fomes quo incenditur amor.*

13 Vel Ethnicus novit. Idem in *Amphitr.* Act. 3. scen. 2. à v. 59.

*Iræ interveniunt: redeunt rursùm in gratiam.*

Plaut.

*Verùm iræ, si quæ eveniunt huiusmodi,*
*Et rursùm reventum in gratiam est;*
*Bis tanto amici sunt inter se, quàm priùs.*

Plutarch. in *Erotico.* Suffragatur: *Sicut cùm è nubibus exit Sol, ac post caliginem fer-ventior est; ita amor, cùm intercessit ira, pace facta, reconciliatisque animis, iucundior est & acrior.* Eadem Petr. Victor. *Variar.* lib. 4. cap. 14. & 5. *cap.* 23. Ex fumo accensa flamma, quæ semper sursùm, & versus cœlum: igitur si anima labat, cadit ut velocius surgat. Haudquaquàm ut procedat de luce mutuò in caliginem ac nigredinem; sed tantùm de fumo in lucem: equidem si lux de tenebris cordibus nostris splenduit, duntaxat ad illuminationem illuxit; quoniam si in vomitum redit cor luce gratiæ illuminatum, eius iniquitas invenitur ad odium, dum à forma pœnitudinis, promissum seriò & odium iniquitatis. Cecidit Magdalene à dilectione. Cecidit, sed non corruit: igitur ita surrexit, quùm quid fecerat cognovit; ut sibi videretur non satis erga dilectum, nisi diligeret *multum.* Semper in Iesum ductus amore Petrus. Unde recedentibus alijs, dixit: *Domine ad quem ibimus?* Ioann. 6. 68. Propter illum reliquit omnia. Proh fragilitas humana! Omnia propter illum reliquit; sed se non reliquit, dum negavit. Lapsus est, verùm post nubila clarior sol: acrior amor & vehementior: accensa ex fumo flamma, erroris resipiscentia; quin ille arbitraretur respondere flammæ amoris, ni diligeret plus cunctis. Venit de cœlo oculis eius voluntaria pluvia, verùm non est infirmata. Aquæ multæ suffocantes cor, excitarunt charitatem, & ita incenderunt amorem; ut percussa petra in aqua vomeret ignem.

Plutarch.

*Homo cæspitat, ut pœnitentiâ altiùs surgat.*

Luc. 7. 47.

Ioann. 21. 15.

14 Si ex pœnitentia tanta errantibus felicitas, unde homini tanta vanitas? Fallit volatilis ætas, & tempus longum brevissimum. Ut quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? *Ideo nobis* (inquit Almificus Doctor Benedictus in Prolog. *Regul. Sanct.*) *propter emendationem malorum, huius dies vitæ ad inducias relaxantur*: ut mala melioribus corrigantur actibus, aspides excutiat pectus, superfluitates excoquantur ieiunijs, maculæ diluantur lachrymis. *O felix humilitas pœnitentium!* *O beata spes!* *Quam potens es* (exclamat Guerricus, serm. 2. *Quadrages.*) *apud Omnipotentem, quàm facilè vincis invencibilem, quàm citò tremendum iudicem convertis in patrem!* Ecce nunc tempus acceptabile. *Qui positus in ultima necessitate ægritudinis acceperit pœnitentiam* (subdit Ambros. d.) *& mox reconciliatus fuerit, & vadit: ideſt, exit de corpore; fateor, non illi negamus quod petit: sed non præsumo dicere, quia benè hinc exit.*

S. Bened.

*Non procrastinetur pœnitentia.*

Guerric.

Ambros.

*Tu quamcũque Deus tibi fortunaverit horã;*
*Gratà sume manu, nec dulcia differ in annũ.*

Horat. 1. *Epist.* 11. v. 22.

# DIDASCALIA VI.

## *Amor cordis deaurata pestis.*

1 SÆpe invecti sumus in huiusmodi vitium, quippequàm palàm grassatur incognitum: ita obcæcans mentem vigilem, in meditatam fraudem, quasi virtutis dulcedinem; ut extollatur iustitia, quæ stulta mera philautia. *Sic* (ait Bernard. de *Vita solitar.* cap. 15. n. 53.) *Sic superba ex usu voluntas, in magna sæpe cordis inopia tumentem efficit animum: unde procedunt vana-gloria, fiducia sui, negligentia Dei, iactantia, inobedientia, contemptus, præsumptio, & cæteræ animi pestes.* Vid. in *Liter.* n. 46. & *Tautolog. 2. D. 3. n. 3. Tom. 5. T. 9. num.* 13. Contra pœnitentiam amantes sui adorant philautiam. Illa nil videt quod sibi placeat: hæc nihil quod displiceat, errans iudicio, ac persistens in errato: equidem nunquàm potest aversari, cuius nequit pœnitere. *Quæ aurea aurea, quæ argentea argentea* segregata; dum à Nabuzardano templi moles demolita. *Quæ aurea, aurea? Quæ argentea, argentea?* Quando non? Ubi à philautia fulminatur lex: igitur ferro viliora iudicantur argentea, æstimantur ut aurea. Ex huiusmodi vanissima æstimatione ex existimatione, lapide Lydio phantasiæ; voluntate superbà, cœnodoxià, sui fiducia, arrogante iactantià, præsumptione, contemptu alieni iudicij (quæ omnia pestes animi) ubi ad lubitum ius, ambulant philauti in magnis & mirabilibus super se, gloriosè delirantes iudicio erroris: siquidem plaudentes signant ut aurea, quæ à prudentibus reputantur in vasa testea. Suffragatur Tautologia. *Gemmas pretiosas singulares* obtulit Regina Saba in delicias ac decorem Salomonis. *Singulares.* Tinea in splendorem virtutis. Proprio amore quod pretiosum, amittit singularitate pretium: etenim cùm sibi placeat, etsi cunctis displiceat; cunctis singularis scoria, quod philauto videtur pretiosa gemma. Haud æstimat præut est, sed præut phantasia concipit: & in æstimatione iudicij errorem ostendit; quippe æstimat quod tantùm titivilitium, super aurum & topazion.

2 Platea civitatis Ierusalem cœlestis haud degener à reliqua pretiositate civitatis. *Platea civitatis* (ait Ioannes) *aurum mundum tanquàm vitrum.* Platea, iuxta mentem Alapide, ideſt, pavimentum. Quomodò igitur signatur ut vitrum; quod utpotè pretiosum demonstratur ut aurum? Necesse, variari iudicia, vel metalla; cùm signetur aurum & simul vitrum. Utique. Obijcitur iudicium amoris proprij, & unà iudicium cœli. Cœlum isostaton veritatis Heraclio lapide iudicat de pretiositate: Amor proprius rude saxum, de pretiositatis duntaxàt æstimatione. Rectum de actibus iudicium iuxta cœlorum examen, haudquam iuxta propriam æstimationem: aurumque vitrum dicitur, ubi in cœlo collocatur; quia quod à philautia æstimatur ut aurum, in cœlo ut falsum despicitur tanquàm vitrum. *Privato nos amore diligentes* (inquit Gregor. homil. 4. in *Ezechiel.*) *clausis oculis in nostra deceptione nobis blandimur.* Splendor vitri nullius profectò momenti: momenta auri ex splendore: & dum philautia actus ostendit ut aurum, examine apparet vitrum; quippe splendor ex deceptione cordis, videbatur duntaxàt oculis clausis. Qui lumina claudit & videre dicit, non videt oculis, quoniam visa phantasiæ tantùm specie: vitrumque dicitur, quod ut aurum à phantasia videtur; ut pateat amoris error, dum vitri decipit fulgor: igitur philautia haud sequitur actionum pretiositatem, sed in apparentiam commentitium splendorem. Notum, dum allicit existimata pretiositas;

*Nilque suas præter tradere phantasias.*

3 Amuletum ex ipso testimonio præparatur in vitium. *Platea aurum mundum tanquàm vitrum*: ideſt, pavimentum. Patent quæ momenta æstimantur à philautia, cuius iudicium pravum (si iudicium) dum vanè extollitur, & in risum à se plauditur; igitur quod splendens magni ducitur ut aurum, in cœli examine conculcatur tanquàm vitrum. Hoc habet periculi huiusmodi infirmitas mentis: non enim cognoscit pericula infirmitatis: nequitque respiscere, sine damni cognitione. Hoc summum malum; quippe in illud non vult solicitare remedium; cùm videatur superfluum medicamen, sanis vendenti salutem. *Inter cætera mortalitatis incommoda* (inſit Senec. 2. de *Ira*, cap. 9.) *& hæc est caligo mentium: nec tantùm necessitas errandi, sed errorum amor*: gravis prorsùm morbus, maximè in spiritalibus: igitur ita infatuat mentem vitium, ut vel iniuriam arbitretur obsequium. Fregit Dei præceptum pervicax in transgressione Saul, sine exterminio Amalec; & in eum ita invehitur Samuel: *Quare non audisti vocem Domini, sed fecisti malum.* An de tanta culpa resipiscentia? *Imò audivi* (respondit)

Bernard. *Philautia sentina vitiorum.*

4. Reg. 25. 15.

*Lutea iudicat aurea.*

3. Reg. 10. 10. Æthiop.

Apocal. 21. 21.

*Eius æstimationis errores.*

Greg. Mag.

*Videt oculis clausis.*

Alciat. Emblem. 69.

*Caligat mente.*

Senec.

1. Reg. 15. à 19.

dit) *vocem Domini*: *implevi verbum Domini.* Hæc non pœnitentia, sed procacitatis audacia. Legem frangit, & frangendo legem implet? Quis diceret nisi demens? Tunc parvulus iam non erat in oculis suis: de se cogitabat magna, etsi contrarium dicerent divina verba. Sine cognitione sui, fatuè blandiebatur sibi, se auctoramine cogitans legis formam, per arrogantem philautiam: quæ quidem ita eius evacuavit cerebrum, ac iugulavit iudicium; ut legis arbitraretur plenissimam perfectionem, totam perfringere legem. *Implevi verbum Domini.* Iactabundè loquitur, dum omittit quod præcipitur: præceptum cogitans, quod sibi placet, & ad proprium arbitrium quicquid displicet; errorem fovens, ac in perniciem defendens, quia non tam nocet error, quàm erroris dulcis amor: etenim devians omninò à præcepti præscriptione, gloriatur stultè de adimpletione præcepti.

*Audacissima.*

*Error & erroris amor.*

4 Dicat ipse, ut reus pateat ex propria confessione. Præcipitur à Domino, quòd deleat Amalec (regem eius, usque ad pecora) ita ut regis & regni nec sit memoria; & ille: *Adduxi Agar regem & interfeci Amalec.* Utrumque præceperat Deus, sed aliter amor proprius, commodo ductus, & avaritia illectus; qua pungitur philautia, semper solicitans, vel contrariâ lege, sua; igitur cùm propriam nonnunquàm quærat utilitatem; totum studium & hinc & inde interpretari legem. Satagit anxiè deaurare turpes actiones, ne pateat deformitas turpitudinis: quò pretiosior bractea, maior in corde lætitia, in sui blandimen, obsequio Dei quoad speciem: *Demolire universa eius, bovem & ovem*; *sed tulit oves & boves ut immolet Domino Deo.* Sic impostor amor proprius, dum ex falsæ venerationis officijs altè despicitur Deus: equidem cùm actio daretur probro, ni Numinis interesset veneratio; apparet tantùm reverentiæ species, ut tutiùs fraus proprij persistat amoris: despicitur enim præcepti divini vox, velamine delectabili, ac titulo obsequij Dei. Pende pestem, ut eius fugias perniciem. Increpatur, eò quòd à Domini voluntate, expressa Prophetæ voce, cervicosè defecerit, & respondet stomachicè: *Imo audivi.* Errorem propugnat. Conditio philautiæ est. Vocem audit, ubi ad Dei vocem surdescit. Præceptum frangitur, & ad unguem implere sibi videtur. Cæcitas summa, vel obcæcatio mentis in assentationem pravissimæ voluntatis: igitur eò devenit amentia, & philautiæ detestabilis audacia; ut arbitretur divinæ voluntatis impleviſſe exactè legem, ad placitum & ad lubitum sequens propriam voluntatem. Deus iussit: quomodò iusserit, viderit: ergo implevi, *imò vocem audivi.* Prorsùm intolerabile, & audibile ab effronte: igitur philautia ita dementavit, vanis coloribus errorem depinxit, prævaricatum depravavit iudicium; ut summam iniuriam arbitraretur obsequium. Hic non tantùm error, sed furor: adimit enim mentem, vitium amoris ostentare virtutem.

Vers. 20.

Vers. 3. & 21.

*Sub larva sanctitatis.*

*Propriæ voluntatis studium arbitratur Dei obsequium.*

5 *Platea civitatis* (ut vidimus, sive pavimentum) *aurum mundum*, *tanquàm vitrum.* Obijcitur, quid virtus per se, & simul cum amore proprio sit. Virtuti uti auro datur mundities: *Aurum mundum.* Amori proprio uti vitro species pulchra splendoris: *tanquàm vitrum perlucidum.* Auri virtutis rutilat pretiositas, ni accedat vitri splendentis fragilitas; quæ provenit à philautia: equidem quæ magis æstimatione pretiosa; si virtus leviter tangitur, tanquàm vitrum infeliciter confringitur. Ludit sæpe phantasia, potissimè ludente fortunâ, in propriarum æstimatione dotium, cogitatione apparentium divitiarum, ubi summa paupertates, splendore dignitatis, ostendentis ut aurum vitri fragmentum, quin splendore præcognoscatur fragilitas: quandoquidem non splendet purissimum aurum, si accedit vanitas. Extolluntur ut frangantur; quia quæ futilia tanquàm aurum ostenduntur. Haud resipiscunt, estò habeant coram oculis speculũ: quin considerent, indotatum sine meritis, exigui ita laboris in officina artificis, ut quod à fortuna formatur ludente flatu, ut iterùm ludat, & rideat, allidit ictu. Sed hoc aliàs.

Apoc. 21. 21.

*Indigni felices à fortuna formantur & franguntur.*

6 Artifices vitri in voluptatem introeuntium efformare solent delectabile præstigium oculorum. Sufflant in tubo massam, flatuque vitrum exit in mirificam formam; quæ eò pulchrior, quò corporis gracilitate sutilior: equidem tristes apparent colores iridis præut florent inflato vividè mille colores. Haud possunt removeri oculi ab huiusmodi luminum philtro, sensus delectabili in blandimen spectaculo: pigetque animum, tantam amœnitatem figurari per ventum. Quò magis ventum recipit, magis lucet, & intumescit: quò magis intumescit, fragilitatem auget. Exilitate extenditur, extensioneque impellente vento rumpitur: unde redactus globus in lucidum minutissimum pulverem, volitat fusis ramentis per aërem. Vide Turneb. 10. *Adversar.* cap. 23. & Bulenger. 2. de *Pictur.* cap. 4. Alludit Martial lib. 14. *Epigram.* 115. succinens:

*Aspicis ingenium Nili: quibus addere plura*
*Dum cupit, ah! quoties perdidit auctor opus.*

Martial.

*Luſus in formatione vitri.*

Pla-

Placuit & volupe visum artificium, quod deduco in animi documentum, & proprij amoris utilissimum odium. Vitrum est, quia non subsistit, quicquid in mundo splendescens apparet. Flatu enim fingitur & flatu solvitur: crescitque fragilitas, quia vitrum extenditur in vanitates & insanias falsas. Modò aliquatenùs subsistit: si extenditur sine modo, rumpitur & perit. Stat vel exile; si ad amussim pompa status efformatur: modò corpus extenuetur, effringitur. Sic stando stabit: evanescet, si tumescit, equidem cùm entitas levis, formatur ac deformatur entitate aëris. Apparentia allicit, attenuatum non splendet: imò desinit in pulverem, quod uti vitrum tendebat in splendorem. Fragilitas cognoscitur, dum flatu rumpitur. Quid fragile vitrum & aëre plenum? In examen exitus vanitatis, pulvis & pulvis.

*Cur bona mundi in prædicta formatione expressa?*

7 Ergo instituto. Vitrum exponitur per lucidum & mundum aurum. Vitrum perlucidum vafra philautia, & aurum mundum virtus momentis pretiosa; in qua debet esse cordis cautio, ne propter splendorem vanum misceatur vitro, quod in mille colores flatu tumens extenditur, & flatu brevi momento corrumpitur: etenim amore proprio non aurea pretiosa virtus, sed tantùm ventus & ventus. Adhuc virus nocuius ducti in desideria cordis, sine ullo vestigio mentis. Mundities ostenditur in auro, vanitas in vitro: & à philauto quod perlucidum vitrum, exponitur uti mundum pretiosum aurum; quia ita mentis impos, ita infatuatione cæcus, ut proprij splendoris vanitatem, ostentet gloriosè inflatus tanquàm virtutem. Sed unde hoc? Amor proprius sibi lex. *Non Dominicis, sed suis inclusi ovilibus; pro lege eis est desideriorum voluptas*: inquit Monachorum Patriarcha, *Regul. Sanct.* cap. 1. Etiam Profanus de capitone philauto, in *Adelph.* Act. 1. scen. 3. v. 19.

*Cũ philautia virtus, ventus & ventus.*

S. Benedict.

Terent.

*Nisi quod ipse fecit, nil rectum putat.*

*Et hypocrisis virtus.*

Rectum, quoniam ipse fecit, vitro fulgente pro auri virtutis pretiositate, ementità munditia, sed maculatà conscientià: quandoquidem phantasticè vult haberi splendentem conscientiæ munditiem, contemptibilis vitri micante futilitatem, ut virtutis perfectionem.

8 Hæc via in oculis philauti videtur recta, sed in exitu amarissima; quoniam apparentia virtutis, nimiùm credens exterioritati coloris, in studijs fit penitùs abominabilis. *Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ* (inquit Sapiens) *Iustus perit in iustitia sua*: Iustitia in damnum? Non iustitiæ, sed propriæ iustitiæ studium: *Iustus in iustitia sua*, quæ ad iustitiam non est norma, sed

Eccle. 7. 16.

Lesbia regula, flexibilis ad nutum & commodum, legem aptans voluntati, quæ fugit à lege: vanitatisque dies dicuntur, dum iustitiæ consilia propriæ voluntati aptantur; quoniam dum voluntarioſus demonstrare vult virtutem, ex iustitia sua tantùm quærit vanitatem. *Debemus iustitiam discere* (infit Hieron. in *Isai.* 26. 10.) *nec considere in proprio iudicio: est enim iustus, qui pereat in iustitia sua: non quo iustus sit, sed quo sibi iustus esse videatur.* In eius iudicio iustitia picta, & non est sanctitas quæ virtus in apparentia: equidem cùm iudicium sit à recta ratione, & iustitia ab immutabili lege, dum iustus iustitiâ propriâ, excluditur à corde vera ac solida iustitia: quæ quidem quia videtur, non videtur; sed quia in corde iuxta legem custoditur: igitur iudicium proprium, non est virtutis iudicium; sed cæcitatis error, vanitatis amor, demonstrans vitrum ut aurum, vilipendium glorioſum, profundam iniquitatem, ac virtutem apparentem. *Hìc tristissima quæque via* (ait Senec. de *Vit. beat.* c. 1.) *sed celeberrima, maximè decipit. Nocet enim applicari antecedentibus. Dum unusquisque mavult credere, quàm iudicare; nunquàm de vita iudicatur, semper creditur: versatque nos, & præcipitat traditus per manus error. Nunc verò stat contra rationem, defensor mali sui.* Tota perfectio vitæ penes virtutis fidem, haud penes perfectionis entitatem; patulo morbo vulnerati pectoris, quia defensione unius patescunt plures errores.

*Solicitat vanitatem.*

Hieron.

*Iudiciũ eius non est iudicium.*

Senec.

9 Floridissimè Cyrillus Alexandrin. in *Specul. Sapient.* repræsentat huiusmodi maniam, & proprij amoris dementiam; ut qui defectus latentes Narcisi negant, saltem superventuro dedecore resipiscant. Erat quædam, comminiscitur, civitas insignis & ordine & pulchritudine; ad quam transire nequibant nisi immaculati. Unde ne transirent impuri, erat pons molis ingentis, & in exitum pro exploratione custodes vigiles; qui à transeunte defectum confitente denarium accipiebant; quippe aliter vel Magnates transire non poterant: secùs qui noxam fassus, estò immundus: etenim macula commovere civitatem non auderet, si se cum labe cognosceret. Accessit quidam repumicatus omninò pallio involutus, qui scabiosus à custodibus recognitus. Petitur denarius. Abnuit solutionem, & simul fatente pruritu scabiem. Unde si corpore haud lævis, æstimandi propter voluptatem fricationis pellis flores. Sit ergo, responderunt, & estò infirmitate contentus; sed recede, non transibis: recede, & iterùm sis urbanus (Erat enim petasatus galericulo, ne videretur capitis læsa portio) ringente expulso & despiciente

ex-

exploratorum iudicium, unus pugno è capite excussit galerum; quo apparuit alopecià miser fœdatus. *Alius* (dixerunt) *nummus*. Renuit, dicens nullam esse infirmitatem, sed pravi humoris providam expulsionem: seque ingressurum, quanvis rumperentur. Riserunt custodes: sed cùm irrueret, veste detentus, sed scissâ; apparuerunt in pectore tubera. *Alius denarius*: clamarunt. *Imò alius & alius, igitur summa macula, vulnera interna.* Ni dederis, non transibis: en disrupta vestis: quàm cùm sumere velit infelix, se inclinans apparuit gibber. *Nummus & nummus*: iterarunt custodes. Negabat, & illis invitis ingredi tot maculis insistebat; quasi ibi posset degere, cùm se nollet tot defectibus cognoscere. Irritavit igitur pervicacià pacientiam exploratorum, ob pravum de se iudicium. Unde commotà bile, decreverunt, ut abluueretur demittere è ponte: quandoquidem ut pro singulis maculis solveret nummum; non sat patrimonium regium: tanta morborum ubertas, ut à planta pedis usque ad verticem nulla esset sanitas: illique videbatur amenti, vel inter immaculatos transire posse; quin vel inter iacentes nequibat sine horrore transire: numerum ægritudinum tumidè auxit, dum unum morbum confiteri noluit; & valens in iudicio sine iudicij rectitudine iacuit: igitur etiam percutit vulnere mentem; deletericum languorem; dexteriorem reputare sanitatem.

*Pulchra fabula de Amore proprio.*

*Fabula narratur mutato nomine de te,*
*Qui reliquos spernis cæcus amore tui.*

Florent. Embl. 43.

10 Psalmographus suffragatur acumini. Rete seipsos amantium, est de se singulare iudicium. Hoc morbo etsi plurimi laborent, de ægritudine gaudent, quin de remedio cogitent, sese patrocinantes, ac vulneribus blandientes. Non solicitat pharmacum, qui non cognoscit venenum, nec ex illo periculum. Ita in capturam disponitur amor proprius. *Cadent* (inquit) *in retiaculo eius peccatores.* Appositè: fere peccatores infirmitates proprias vocant virtutes: & huiusmodi iudicium est retiaculum, quia vel in rete non cognoscunt periculum. Hinc Maluend. *Rete iaculo*: igitur amore proprio comprehensus, indicat iudicij vulnus. Sic igitur peccatores in prædam: *Singulariter* (subdit) *sum ego, donec transeam.* En in civitatem pons. Cur non transit? Quia singulariter est. Virulentior animæ infirmitas est singularitas, iaculum mentis & blandimen voluntatis. Nihil coinquinatum intrat in gloriam: dicitque de se, *singulariter sum ego, donec transeam*; quippe cum vulnere amoris, fœdà singularitate, nequaquàm potest transire. Morbus est illud: *Non sum sicut cæteri.* Luc. 18. 11. Non solùm est vanitas, sed lethalis infirmitas, eò periculosior, quò latentior: igitur fert secum pestem, vulnera, iaculum; ni dimittat proprium de singularitate iudicium. Morbus & lethalis est; nec sine indice in occultiore vulnere: quandoquidem cognoscitur ex intumescentia, quòd percussa introrsùm viscera.

Psalm. 140. 10. *Qui vulnus & virus.*

11 Tympanitis, singularis describitur languor à Medicis: vide Theophil. Bonet, & Manget in *Bibliothec. Medic.* ex Sennerto, lib. 3. *Praxis.* Articulum vulnerati ostendit Reyes-Franc. in *Elys. camp.* quæst. 95. *Faciem* (inquit) *video cum iugulo inflatam: palpebræ cum supercilijs tam altè assurgebant, ut vix oculi conspicerentur. Eodem modo labia, nasus, fons, & cæteræ faciei partes, ut mox pectus unà cum ventre magni utris magnitudinem velut extenderet. Læso quippe corde & pectore vulnerato, flatus in magna copia.* Ubi magna copia flatus, cordis est vulnus: minimè tumidum pectus; ni intra viscera philautiæ lateret vomica, insidians vitæ efficacitate virulentiæ; equidem cùm copia flatus non expellatur, pectus cordis læsione ex vanitate distenditur. De Physalo pisce venenato, diximus, *Tom. 3. T. 6. D. 4. n. 13.* ex Ravisio: alia videnda ex Æliano. *Nullos habet* oculos (inquit, lib. 3. *Histor. Animal.* cap. 18.) *nec capitis figuram expressam. Cùm primùm est extra aquam inflatur: tactus magis ac magis intumescens exardescit: tuncque siquis eum assiduè moveat præ putredine ex inflatione, totus tanquàm morbo inter cutem affectus, perlucet; denique disrumpitur.* Simulachrum expressum philauti cordis, & interioris in vomicam vulneris; qua per flatus in cerebrum, mentis consilium amittitur, & in quolibet verbo venenum vomitur: igitur ita virulentia inflationis obcæcat; ut tumidus in crepitum inflationem non videat. *Cæcilia serpens est* (ait Columell. *lib. 7. cap. 3.*) *à cæcitate dictus; noxium virus*: subdit Ravis. Text. 7. *Officin.* cap. 40. Noxium virus: sed vehementius, amor proprius: etenim cæcitas in oculorum lumine, indicat virus inflato fedcre cordi. Noxium virus, cæterùm plus amor proprius: igitur non solum impedit oculorum lumen; sed etiam obstat cognoscere cæcitatem. Si cognosceret, damnum ex cæcitate caveret: at cùm infletur adinstar Physali, sine ulla veneni cognitione; ob læsam inflatione phantasiam, nec capitis habet ullam figuram expressam: quan-

Reyes-Franc. *Tympanismus.*

*Conditio Physali piscis.* Ælian.

*Cæciliæ serpentis.*

quandoquidem constat non habere caput per cordis vulnus, ubi præ toxico inflatur tumidè pectus.

12 Si videret, ex inflatione tabescere, putrescere cogitaret; haud tactus intumescendo exardesceret. Renuit concedere inflationem, ac recipere mentem, quasi tumore deauraret vitium, & expelleret venenum; quod ægritudine augescit, & defensione gliscit, usque in putrefactionem viscerum, atque cæcitatem oculorum. Verùm philautus longè à cognitione, ubi tumescens arbitratur prælucere: quin ulla insit consilij claritas, ubi tanta regnat cæcitas: quod damno & damno, præcipitio ac præcipitio, potiùs eligat rumpi, quàm exinflari: potiùs inflatus mori, quam detumescere: Spongia tacta contrahitur, bufo distenditur. Vid. Ælian. d. *lib.* 8. *cap.* 16. Contractione spongia aquam amaram evacuat, sese quasi ad nihilum reformat. Quò magis pungitur, magis contrahitur: bufo econtrà magis inflatur, quò pungitur: spectaculum cordis philauti sine cognitione internæ malignitatis, sed indice veneni coram oculis: igitur si pectus etiam levi tactu tumidum, constat perspicuò intùs habere venenum.

*Philautus prius disrumpitur, quàm exinflatur.*

*Conditio bufonis & spongiæ.*

Virgil. 1. *Georg.* v. 186.

*Inventusque cavis bufo, & quæ plurima terræ*
*Monstra ferunt.*

Nequit confiteri internam pectoris ægritudinem: & ostenditur palàm per inflationem: equidem defectus quò magis oculitur, magis ostenditur. De Caligula refert Sueton. in eo, *cap.* 50. circa verticem calvum fuisse; *Quare* (infit) *transeunte eo, prospicere ex superiore parte; criminosum & exitiale.* Speculum claret amoris proprij deformitatem celantis: igitur dum prospicit, an prospiciatur; spectat, desuper an spectetur; faciem elevat: & quod studiosè occultat, plenam calvitiem pone astantibus demonstrat.

Sueton. *Amoris proprij defectus ostenditur, dum occulitur.*

13 *Viam sapientiæ*, & *viam erroris* recolit aliquando Scriptura. Cur igitur non dicitur error & sapientia, sed tantùm via? Quia in huiusmodi semitis cunctæ obliquitates & animi rectitudines. Via sapientiæ, cognitio sui: & non dicitur sapientia, sed sapientiæ via; quippe dotè propriæ cognitionis aperitur campus in omnes virtutes. Via erroris est detestabilis philautia, ac cœnodoxia, interior arrogantia & exterior insolentia, amor sui ex pestilentia tabifici morbi: diciturque errorum via, portaque pervia obcæcato introrsùm corde; quippequàm non tantùm error, sed errores universi. Sine cognitione errorum & defectuum ex carnis macula, errare facit amor hominem in invio & non in via: siquidem in cœlum error, estò prosper, non est iter. Hispanicè: *Pretender por este camino subir al Cielo, no lleva camino. In primis finibus hostis arcendus est* (inquit Senec. 1. de *Ira*, cap. 8.) *nam cùm intravit, & portis se intulit; modum à captivis non accipit.* Prodit pòst quasi ex adipe iniquitas, quam comitatur cordis durities & cæcitas: quibus vanitas extollitur, &

Prov. 4. 12. Sapient. 12. 24. *Sapientia cognitio sui.*

*In philautia errores universi.*

Senec.

*Felix scelus virtus vocatur;*

In *Furent*, v. 251.

# TAUTOLOGIA QUARTA.

*Disrumpens scindam Regnum tuum.* 3. Reg. 11. v. 11.

## EXPOSITIO LITERÆ.

1 FRAGILIS & instabilis prorsùm conditio humana, meditati imò experti boni fugax, quippe omnis homo in proposito mendax. Nunquam in eodem statu permanet & mutatur in horas. Ædificium futile dum splendet, evanescens dum apparet, aëre levior, Proteo & velociùs mutabilior.

*Protei conditio.*

Homer.

*Concussit cervice iubas leo factus, & inde*
*Fit draco terribilis, modò sus, modó pardalis ingens:*
*Alticoma aut arbor, nunc frigida defluit unda:*
*Nunc ignis crepitat.*

*Homo instabilis, variarum cogitationum speculum,* Senec.

Sic vertit Homerum Natalis Comes, 8. *Mytholog.* cap. 8. *Invenies nunquàm eundem* (inquit Seneca *Epist.* 120.) *nec similem quidem sibi. Adeó in diversum aberrat. Nemo non quotidiè & consilium mutat & votum. Modó regnare vult, modó id agit, ne quis officiosior sit servus. Modó dilatat se usque ad invidiam; modò subsidit & contrahitur infra humilitatem vel iacentium. Nunc pecuniam spargit, nunc rapit. Sic maximè coärguitur animus imprudens: alius prodit, atque alius & (quod turpius) impar sibi est. Magnam rem puta unum hominem agere. Præter sapientem autem nemo unum agit: cæteri multiformes sumus. Modó frugi tibi videbimur & graves; modó prodigi & vani: mutamus subinde personam, & contrariam ei sumimus quàm exuimus.* Apprimè Ovid. 14. *Metamorph.* fab. 16.

Ovid.

——*Timidi, aut audacis Ulysses.*

*Cæcè videns.*

Sapiens erat Salomon, & alius à se, à sapientia defecit. O miseras hominum mentes! O pectora cæca!

Alc. Avit.

*O si compunctas humana superbia mentes*
*Ante obitum mutare, nec expectare suprema*
*Fata velit! Quantó infelix felicior esset?*

Accinit Alcimus Avit. lib. 5. v. 691. Gregoriusque Magn. lib. 2. in *Iob.* cap. 13. *Salo-*

Greg. Mag. *mon immoderato usu atque assiduitate mulierum, ad hoc perductus est, ut templum Idolis fabricaret: & qui priùs Deo templum construxerat, assiduitate libidinis etiam perfidiæ substractus, idolis construere templa non timuit: sicque factum est, ut ab assidua carnis petulantia, usque ad mentis perfidiam perveniret.* Vicit enim famam flagitiosis & ad ruinam iniquitatibus, qui priùs vicerat pretiosissimis virtutibus. In quæ proiectus, tota *Ecclesiastes* proponit: sub dubio, an pœnitens dixerit.

*Felicitas infidiosa.*

2 Minimè felices in Fortunæ volubili rota, quibus cuncta fortunata. Salomon utique si felicior non fuisset, felicior esset. In quæ non impellit voluptas, felici effreni concupiscentiâ, & auctorata vitia? Qui voluptatem sequitur (infit Senec. de *Vit. beat.* cap. 13.) *videtur enervis, fractus, degenerans vir, perventurus in turpia; nisi aliquis distinxerit illi voluptates, ut sciat, quæ ex eis intra naturale desiderium sistant, quæ in præceps ferantur, infinitæque sint, & quó magis implentur, eó magis inexplebiles. Agedum,*

Senec.

*Voluptates obcæcant.*

*virtus antecedat, tutum erit omne vestigium.* Fallitur. Ista sapientia Salomonem antecedebat; & stultissimus omnia virorum, quæ nec rudes, ignorabat. Haud revaluit æger animus, etsi antecessisset virtus: coäctus enim turpi libidine, exultabat nimis miserà captivitate: parvam siquidem Salomon arbitratus est in gloriam felicitatis insidiatricem dulciter concupiscentiam; nisi sapientiorem perduceret usque in mentis perspicacissimæ insaniam. Audiatur Georg. Buchanan. in *Epigram.*

Quis

*Quis puer ales? Amor. Genitor quis? Blandus ocelli*
*Ardor. Quo natus tempore? Vere novo.*
*Quis locus excepit? Generosi pectoris aula.*
*Quæ nutrix? Primo flore iuventa decens.*
*Quo nutrit victu? Illecebris, vultuque modesto.* Buchan.
*Qui comites? Levitas, otia, luxus, opes.*

Fœmina profectò confusio viri, & apostasia sapientiæ. Ni pareat; imperat, & insolentia; ut mutetur ex animo viri forma. Unde de pervicacia illius amoris & turpitudine indignæ servitutis, dicitur Pomonæ (apud Ovid. lib. 14. *Metam.* fab. 16.) de amasio Vertumno:

*——— ——Formaque aptè vertetur in omnes:*
*Et quod erit iussus (iubeas licét omnia) fiet.* Ovid.

Summa planè turpitudo libertati rationalium, quòd vir sit uxor uxorum. Memorabile illud Euthymi de militibus Corinthijs (ut refert Plutarch. in *Timoleon.*) in oratione ad Leontinos: *Nihil timendum, si Corinthiæ mulieres exissent domo.* Huiusce proiectionis exemplum, seu propudium fuit Sardanapalus, de quo Iustin. *lib.* 1. *Vir fuit* (inquit) *muliere corruptior. Ad hunc videndum præfectus ipsius. Medis præpositus, nomine Arbactus, cùm admitti magnâ ambitione ægré obtinuisset; invenit eum inter scortorum greges, purpuram colo nentem, & muliebri habitu (cùm mollitia corporis, & oculorum lasciuia omnes fœminas anteiret) pensa inter virgines partientem. Quibus visis indignatus tali fœminæ, negat se ei parere posse, qui fœminam malit esse, quám virum.* De Hercule Ovid. *Epist.* 9. à v. 55. Plutarch. Iustin. *Sardanapali mollities & Herculis*

*Vidi in Herculeo suspensa monilia collo*
*Illo, cui cœlum sarcina parva fuit.*
*Non puduit fortes auro cohibere lacertos,*
*Et solidis gemmas apposuisse toris.*
*Ausus est hirsutos mitrâ redimere capillos:*
*Quod tu non esses iure, vir illa fuit.* Ovid.
*Non pudet Alcide victricem mille laborum*
*Rasilibus calathis imposuisse manum?*
*Crassaque robusto deducis pollice fila,* *Proiectio luxuriæ.*
*Æquaque formosæ pensa rependis heræ.*
*Cœpisti melius, quàm desinis: ultima primis*
*Cedunt: dissimiles hic vir & ille puer.*

Haud invitè cuncta queunt retorqueri in Salomonem. Vide dicta, *Tom.* 4. *T.* 13. num. 4.

3 Perfidiam eius signat Gregorius, ut vidimus, ideſt, defeciſſe à fide; licèt aliqui non seductum asserant, sed sicut Adamus primâ prævaricatione. 1. *Tim.* 2. 14. De utroque Augustin. 11. *Civ.* cap. 4. *Non existimans virum facilè credulum, nec errando posse decipi; sed dum alieno cedit errori. Nec Salomonem credibile est, errore putasse idolis esse serviendum; sed blanditijs fœmineis ad illa sacrilegia fuisse compulsum.* Non minori tribuendum malitiæ: etenim exteriùs cultum simulacrorum indicabat, contra quæ clara ratione & apodixi cognoverat. Alij astruunt infatuatum fuisse, & amisisse sapientiam: Basil. Epist. ad *Chilon.* Tertull. de *Præscript.* cap. 3. lib. 2. *Adverſ. Marcion.* cap. 22-3. 20. & 4. 9. Prosper. lib. 2. de *Prædestinat. Sanctor.* cap. 27. & Bernard. *Epist.* 129. Ioseph. 8. *Antiq.* cap. 2. primò non seductum asserit, sed pòst à fide defeciſſe. *Adeo* (inſit) *consuetudine fœminarum est captus; ut ritus earum imitaretur, quó magis illis hoc argumento fidem amoris ac benevolentiæ faceret: ætate deinde provectior, mente iam paulatim senescente, magis etiam patriæ religionis oblitus, cultum Dei sui neglexit, & mulierum exterarum ritibus assuevit.* Claret, 3. Reg. 11. 9. ubi: *Iratus est Dominus Salomoni, quód aversa esset mens eius á Domino Deo Israël.* Hebræi ut consequenter procedant, dicere debent: etenim si eius sapientia acquisita, vel infusa per Theömantiam, ut vidimus *Tautolog.* 1. num. 20. nec vestigium quibat remanere sapientiæ, quæ à Dei pendebat perspicaci cognitione. Hæc omninò vana, sed Rabbini addunt vanissima: nimirùm sapientiam concessam Salomoni (sicut Samsoni robur in capillo insecto, tanquàm signo, ut tandiù vires ingentes & peregrinæ naturæ singulariter vigerent, quandiù religionis Nazaræatus illud insigne persisteret: de quo Abulens. in 13. *Iudic.* quæst. 23. & Serar. in *cap.* 16. *quæst.* 4.) ita ut in illo sederet, quandiu à digito haud separaret pretiosum annulum, gratiæ ac spiritus Sapientiæ exterius signum, quod quidem casu, aut cœlesti providentiâ infeliciter amisit. Nugæ & nugæ: *Lyræ lyræ*, dicam cum Plauto in *Pœnul.* Act. 1. scen. 1. Ioseph. *An Salomon seductus ido lolatria?* Augustin. *An infatuatus?*

v. 9. Fabulam nihilominùs narro, etsi sint germanæ gerræ, & effutitiæ frivolæ, quoniam etiam tradita à Causino lib. 11. *Symbol.* 67. Tamayo in *Genes. Tom.* 1. *lib.* 4. §. 1. *num.* 12. & Pined. de *Reb. Salomon.* lib. 3. cap. 29. num. 7. qui subdit: *Salomonem aliquando ad balneum se præparantem, in Iordanis ripa, pellicum precibus annullum, quo alligatam videbatur habere sapientiam, digito exemisse: exemptum verò malo illarum dolo, & nihil minus, quàm sapientem & sanam mentem Salomoni volentium, coniectum in Iordanem: stupidum igitur & velut inertem Salomonem mansisse.* Affuit tunc etiam fortuna Polycratis: etenim addunt nugatores, *Postea verò piscatorum operâ ex ventre extracti piscis, extracto annulo, & Salomoni restituto; restitutam quoque illi sapientiam fuisse.* Egimus de huiusmodi embolio, in *Ephemerid.* die 17. *Augusti.*

Pined. *Annulus eius.*

4 Fatuus sanè idololatriâ mansit, non amissione annuli, sed veræ ex gratia sapientiæ; aberrans à tramite salutiferæ doctrinæ: & ita fatuus ut persisteret vel à Deo monitus, sub peccato venundatus. *Idque bis in somnis monitus* (subdit Ioseph. loc. cit.) *venit itaque ad illum Prophetam missus à Deo, dicens: Neque clam esse eius impietatem, neque diutiùs impunitam fore.* Demùm Numen tertiò apparuit (ut placet Sanctio, hìc *num.* 20.) illi facta objiciens & comminans: *Quia habuisti hoc apud te.* Pende: quid est *Hoc*? Nec nominare audet, quod corditùs odit. Emphaticè verbis imperfectis, interceptus ab ira, bileque commotâ, quasi homo cordolio perculsus, verba nec ordinat. Vividiùs in lectione Maluendæ: *Correspondentia, quod fuit istud tecum.* Ita Assertor N. Luc. 19. 42. *Quia si cognovisses & tu, & quidem in hac die.* Psalm. 6. 4. *Sed tu Domine usquequò?* Apud Profanos identidem huiusmodi expressio affectuum, quæ dicitur *Apostopesis*, vel *Emphasis*. Cicero lib. 12. ad *Attic.* Epist. 36. *Quamquàm mihi quidem, sed tenendus dolor est.* Statius, 1. *Achil.* v. 68. *Quos mihi!* Ovid. 4. *Trist.* Eleg. 3. v. 34. *Non es: ut digna fores.* Elegantissimè iterat, lib. 9. *Metam.* fab. 11.

Ioseph. Verſ. 11. Maluend. *Apostopesis & Emphasis.* Cicer. Ovid.

*Omnia Dij facerent, essent communia nobis,*
*Præter avos: tu me vellem generosior esses.*
*Nescio quam facies igitur pulcherrime matrem,*
*Hei mihi, quæ malè sum quos tu sortita parentes.*
*Somnia pondus habent? An habent & somnia pondus?*
*Dij melius. Dij nempè suas habuere sorores.*

Cuncta trunca, & formosiora; quippe suspensione plura signant, quàm enunciant: fusè quidem huiusmodi schema ornavi, *Tom.* 3. *T.* 12. *à n.* 17. *&* 5. *T.* 3. *à n.* 45. Hac enim emphasi exprimit Deus vel quæ placent, uti in sacrificio Abrahæ, *Quia fecisti hanc rem* Genes. 22. 16. vel quæ displicent, uti in obiectione facta Salomoni: *Quia habuisti hoc apud te.* Infit enim: *& non custodisti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandavi tibi; disrumpens scindam regnum tuum. De manu filij tui scindam illud: nec totum regnum auferam, sed tribum unam dabo filio tuo propter David servum meum.*

3. Reg. 11. 11. Verſ. 13.

5 Priusquàm in expositionem Tautologiæ deveniamus; Antilogia obvia dissolvenda est. *Tribum unam dabo filio tuo*: dicitur. Significatum profectò, scisso in duodecim scissuras pallio Ahiæ coram Ieroboäm, cui Propheta dicit: *Tolle tibi decem scissuras*: *hæc enim dicit Dominus Deus Israël: Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. Porrò una tribus remanebit ei propter servum meum David.* Nodus sanè implexus, glomeratumque filum. Si tribus unica domui David, undecim & non decem conferuntur Ieroboäm: roboraturque ex *cap.* 12. v. 20. ubi: *Constituerunt eum Regem super Israël, nec secutus est quispiam domum David præter tribum Iuda solam.* Sola nequit intelligi, cùm deditæ Ieroboämo decem tantùm scissuræ duodecim tribuum Israël. *Ita tamen* (inquit Ioseph. d.) *ut non universum regnum deficeret; sed decem solæ tribus servo ipsius cederent: reliquæ duæ penes nepotem Davidis remanerent*: quod quidem astruitur ibid. v. 21. *Venit Roboäm Ierusalem, & congregavit universam domum Iuda, & tribum Beniamin.* Idem, 2. *Paralip.* 11. 1. ubi, v. 12. subditur: *& imperavit super Iudam & Beniamin.* Unde si super Beniamin etiam, iam non sola tribus Iuda. Si sola, iam non decem scissuræ, sed undecim: decemque tantùm Ieroboämo concessæ. Quid ergo? Doctiss. Sanctius (quem nonnunquàm Magistrum, facemque in Scripturas colo, & iurè; quippequàm in hoccine vellus aureum fulsit, fulget & fulgebit inclytè Typhis) *Tribus Beniamin nullo iam habebatur in numero, & vulgo Hebræorum nomen amisit*: inquit hìc *num.* 24. Causa ex clade quam tribus acceperat post mortem Samsonis: quandoquidem ex illa non remanserunt nisi sexcenti viri. *Iudic.* 20. 47. Non placet, venia tanti Doctoris, coniectura, & sine fulcro. Spatio quidem centum sexaginta-

*An una vel duplex tribus in scissione regni cesserit Roboamo?* Ioseph. Sanct.

trium

trium annorum, multiplicata est, ut plus minusve posset æquare cæteras fraternas tribus. Patet, ni fallor, præsenti articulo: etenim ex tribu Iuda & Beniamin, Roboäm, ut cognovit secessum Israël à domo paterna, *Congregavit centum octoginta millia electorum virorum bellatorum.* Ibid. v. 21. & 2. *Paral.* 11. 1. Quare nomen Beniamin illo tempore haud abolitum; imò magnum: igitur Saule mortuo concertatio erat inter filios Beniamin & Iuda: & sicut hi protegebant maiestatem regiam in David; ita illi & fortiter in Isbosethi; ut constat, 2. *Reg.* 2. & 3. usque in obitum Abner.

6 Ioann. Annius (qui audit apud invidos malè, quia prodidit è tenebris Berosum Chaldæum, quem lividi vocant fictitium; quasi; quasi possent in suæ literaturæ maiestatem, vel totis viribus concinnare fictionem) astruit & insigni novitate, in 2. p. *Breviarij Philonis de Temporib.* unitam fuisse Iuda, tribum Beniamin: dicique, etiam sequente Beniamin ità tribu domum David, solam Iuda tribum adhæsisse; quia filius Salomonis duntaxàt percipiebat subsidia ex tribu Iuda: tributa autem seu redditus anni ex tribu Beniamin, cedebant successoribus Nathan, filij David, fratris Salomonis, vocatis *Abiasarim* ab Ahiasar filio minimo Nathan, quem Scriptura dicit *Abisar*, præpositum domus Regis Salomonis. 3. *Reg.* 4. 6. *Ex quo patet* (ait Annius) *quód dum quæritur, quando impletum divinum decretum, quo dicit ad Ieroboäm: Dabo tibi decem tribus, & filio Salomonis unam solam, cùm duæ tribus secutæ sint domum David; responsio clara est: dicit, Dabo unam tribum filio Salomonis: nam alteram dederat filijs Nathan fratris Salomonis. Unde patet, quód ex decreto David & divino ad regem spectabat omnis pensio & redditus totius tribus Iuda; ut intelligas, nullo pacto ad regimen & redditum Regis posteri Salomonis pertinuisse tribum Beniamin, sed solam tribum Iuda.* Sic ergo licèt cum Iuda esset tribus Beniamin, & in causa communi unum corpus efficerent; quoad regimen & tributa sola tribus Iuda domum Davidis secuta. Astruit Annius cogitationem multis rationibus & testimonijs, quamquàm impugnentur, haud validè, à Pineda in *Salomone præv.* lib. 7. cap. 25. Mihi videtur huiusmodi ratiocinium apprimè ingeniosum: quod quidem tametsi possit esse non verum; non potest redargui ut falsum: & quandiù haud appareat cogitationis falsitas, debet plaudi in singulari expositione ingeniosa dexteritas. Vide Guevaram in *Habac.* 3. 13. Placuisse nocet. Invidia, ut canit Manil. 1. *Astron.* cap. 5. v. 103.

*Quomodò una & duæ tribus?*

Ioan. Ann.

*Frigida cæruleo contorquet lumina vultu.* Manil.

7 Aliter interpretari possumus Antilogiam: scilicet, tribum Beniaminitam, unam fuisse inter decem scissuras pallij principatus Israël, gemmamque unam diadematis Salomonis; quæ cum alijs novem secuta fuit apostatam Ieroboäm: tuncque propriè dici quit, solam tribum Iuda adhæsisse David, eius secutam domum in filio Salomonis Roboäm; quin desideretur adæquatio numeri duodecim partium scissi palij in duodecim tribubus Israël: etenim tribus Levi tota transivit in terram Iuda, uti dicitur, 2. Paralip. 11. 13. *Sacerdotes autem & Levitæ, qui erant in universo Israël, venerunt ad eum* (Roboäm, scilicèt) *de cunctis sedibus suis, relinquentes suburbana & possessiones suas, & transeuntes ad Iudam & Ierusalem, eó quód abiecisset eos Ieroboäm & posteri eius, ne sacerdotio Domini fungerentur.* Quapropter *fecit fana in excelsis* Ieroboäm, *& sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filijs Levi.* 3. Reg. 12. 31. Vide quæ diximus *Tom.* 5. *T.* 5. *á n.* 10. Hic ergo elucet tribum Iuda solam Roboämo, adhæsisse, decemque aliàs tribus cessisse Ieroboämo; quin tribus Levi, Iuda tribui coniuncta, possit dici tribus, ut duæ attribuerentur Regi Iuda, equidem tribus iudicabantur per sortem, seu ditionem in terra promissionis: tuncque universa tribus Levi erat intra terminos Iuda; nec inter cunctos Israëlitas signabatur ut tribus: decreto enim Dei nullam sortem habuit in funiculis Israël; sed divisa erat inter alias tribus, habens solummodò suburbana & civitates ad habitandum. *Numer.* 18. 20. 35. 2. *Deuter.* 10. 8. & 9-18. 1. *Iosue.* 21. 8. Pro primogenitis totius Israël à Domino accepti sunt. *Num.* 8. 18. Unde cap. 3. 12. dicit Dominus: *Eruntque Levitæ mei.* Iam enim videntur decem partes constituentes regnum Israël, unaque duntaxàt constituens regnum Iuda; quippequàm estò duæ cum tribu Levi, una sola debet dici: tum quia erat Levi in aliena ditione, tùm quia ex illa nullum temporale emolumentum regno & Regi: imo gravamen, cùm quæ dispersa erat per funiculos Israël, tribus Levi, aleretur & protegeretur à sola tribu Iuda.

2. Paral. 11. 13.

*An Levi tunc cum tribu Iuda?*

8 Apparet gladius in nodum, sed re verà non est difficultatis enodatio; sed effugium: urgetque quod dicitur ibid. v. 12. igitur vel admissis Levitis & sacerdotibus profugis, *Roboäm imperavit super Iudam & Beniamin.* Non ergo à domo David excluden-

2. Paral. 11. 12.

da.

da. Verùm tunc; quomodò Iuda tribus deſignabitur ſola? vel quomodò cum Iuda remanentibus duobus tribubus, erunt decem ſciſſuræ Ieroboämo collatæ? Alia congruiora præ dictis debemus excogitare. Propter præfata excludenda ä numero duodecim tribuum tribus Levi; etenim pro illa ſuffecta tribus Ioſeph in duas diviſa, nimirùm, Ephraim & Manaſſe. *In Levitarum ſucceſſerunt locum filij Ioſeph, in duas diviſi tribus, Manaſſe & Ephraim: nec acceperunt Levitæ aliam in terra partem, niſi urbes ad habitandum, & ſuburbana earum ad alenda iumenta & pecora ſua.* Ioſue, 14. 4. & Ezech. 47. 13. Iam igitur decem conſtant ſciſſuræ Ieroboämo, duabus remanentibus cum Salomonis filio. Modò ſtatuemus, qua cauſa Beniamin & Iuda dicitur una tribus, quamquàm duæ ad numerum ſciſſurarum regni Iſraël.

Hieronym.

9 Sumptum eſt nomen à metropoli utriuſque tribus, ſcilicèt, Ieruſalem. Qua de cauſa Hieronym. in 2. *Matth.* inquit: *Duæ tribus iunctæ erant.* Iunctæ tunc quoad Religionem, ſemper quoad honorem, ex quo ingreſsi filij Iſraël in terram Chanaam; etenim Ieruſalem urbs regia erat in utriuſque funiculo: ars Sion pertinebat ad tribum Iuda, mons Moria, in quo ſedes templi, ad tribum Beniamin: quare reciprocè in Scriptura Ieruſalem tribuitur ſorti Iuda, & ſorti Beniamin. Ita ergo concordant quæ videntur oppoſita teſtimonia. *Habitavit Iebuſæus cum filijs Iuda in Ieruſalem uſque in præſentem diem.* Ioſue, 15. 63. & Iudic. 1. 21. *Habitavit Iebuſæus cum filijs Beniamin in Ieruſalem uſque in præſentem diem.* Utrumque enim verè dicitur (quouſque David expugnavit arcem Sion. 2. *Reg.* 5. à 4.) quia in confinio harum tribuum erat urbs inclyta; pòſt amplioribus miraculis, atque miraculis illuſtranda. Roboratur cogitatio ex Iudic. loc. cit. v. 8. ubi: *Oppugnaverunt filij Iuda Ieruſalem, & ceperunt eam.* Ideſt, partem civitatis (manente ſub poteſtate Iebuſæi arce Sion, quæ expugnata fuit vocata *Civitas David*) alia enim pars erat Beniamin: igitur numeratur inter civitates eius ſortis: *& Iebus, quæ eſt Ieruſalem: hæc eſt poſſeſsio filiorum Beniamin.* Ioſue, 18. 28. Hinc nomen unum duabus tribubus quæ iunctæ erant: propterea imperante Roboämo ſuper Iuda & Beniamin, ſola dicitur ei adhæſiſſe domus Iuda; quia domus Iuda Beniamin continebat. Unde Ahia ut decem ſegmina traderentur Ieroboämo, *pallium ſuum ſcidit in duodecim partes*, 3. Reg. 11. 30. duabus remanentibus ſub unico titulo *Iuda*, quæ nobilior, numeroſior, ac illuſtrior.

Ioſue, 15. 63. Iudic. 1. 21.

*Ieruſalem in confinio ſita duplicis tribus.*

Verſ. 8.

10 Aſtruitur deinde ex eo, quòd quiqui ex filijs Iſrael captis ab Aſſyrijs (non cunctæ tribus decem, quæ manſerunt ſemel translatæ iuxta fluvium Gozam in terra Medorum; ut dicitur, 4. *Reg.* 17. 6. & ex Ioſepho oſtendimus hìc *Tautolog.* 2. *num.* 5.) venerunt cum Babylonicæ captivitatis filijs ex tribu Beniamin & Iuda; à Iuda univerſi pòſt vocati Iudæi; Ex tribu Aſer conſtat Anna: *Luc.* 2. 36. Paulus ex tribu Beniamin: *Philipp.* 3. 5. Iacobus duodecim tribubus ſcripſit: *cap.* 1. 11. Iudæique cuncti dicti, quaſi unica eſſet tunc tribus Iuda, tam apud Sacros AA. quàm apud Ethnicos. Faſta enim per coniunctionem quaſi ex omnibus tribubus una tribus. Claret igitur Antilogiæ prioris & facillimè enodatio. Sicut cine intelligitur Oſeas. *Congregabuntur filij Iuda & filij Iſraël pariter, & ponent ſibimet caput unum, & aſcendent de terra.* Aſcenderunt itaque ſibi conſtituentes caput unum, Zorobabelem ſcilicèt, cùm quo filij Iuda & Beniamin, captivi ſub Nabuchodonoſor: & licèt filij aliqui Iſrael cum illis venerint, cuncti dicuntur Iudæi; quia ex cunctis quaſi una tribus ſub illuſtriore appellatione *Iuda.* Ibid. perſpicuò elucet. Dicit enim Dominus: *Non addam ultrà miſereri domui Iſraël, ſed oblivione obliviſcar eorum: & domui Iuda miſerebor, & ſalvabo eos.* Quomodò Iuda miſerebitur, & domui Iſrael non miſerabitur; ſi filij Iuda & filij Iſrael pariter, finitâ captivitate, aſcendent de Babylonica terra? Sine obice. Haud redierunt decem tribus, ſed aliqui tantùm ex decem: miſericordiamque promittit Dominus tribui Iuda, quamquàm cum illa venerit tota tribus Beniamin, & aliqui ex Iſrael; quippe continebantur poſtliminio redeuntes exules cuncti, ſub *Iuda* clariore nomine. Hoc enim in ſenſu intelligendus eſt Ieremias, dum dicit: *In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Iſraël, & venient ſimul de terra Aquilonis, ad terram quam dedi patribus veſtris.* Idem, 50. 4. Metaphoricè in duobus lignis diviſis, pòſtque coniunctis; præmonſtravit Ezechiel, 37. à v. 16. epiphonemateque v. 22. totum ænigma declarat. *Faciam eos in gentem unam in terra, in montibus Iſrael, & rex unus erit omnibus imperans: & non erunt ultrà duæ gentes, nec dividentur ampliùs in duo regna.* Ità ſolutâ captivitate contigit: igitur filij Iſrael qui venerant cum Iuda, Iudæi dicti, nec amplius Ephraimitæ, Danitæ, aut Zabulonitæ: tribus enim Iuda prima, quaſi totum continens, atque ſignata & præ cunctis & pro cunctis. Illuſtratur ratiocinium loco celebri Eſdræ. Numerat enim eos è Babylonia reduces, ſignatque *quadraginta duo millia trecentos ſexa-*

*Tribus Beniamin continebatur ſub tribu Iuda.*

Oſee. 1. 11.

V. 6. & 7.

Ier. 3. 18.

1. Eſdr. 2. 64.

*sexaginta.* Idem *lib. 2. cap. 7. v. 66.* Deëst singillatim numeratis magna summa, ut computanti constabit. Quid ex hoc? Maluenda asserit compleri summam, comprehensis & non nominatis, qui sua natalitia, seu originem haud valuere comprobare, tam ex Israelitis, quam ex Levitis & Sacerdotibus. Rabb. Salomon, ex quo Sanctius *n. 16.* & Lyra, *num. 6.* ait: *Illi qui numerati sunt per partes fuerunt de tribus tribubus, scilicét, tantùm de Iuda, Beniamin & Levi: sed cum eis redierunt aliqui de alijs tribubus, & illi coniuncti cum his faciunt hunc numerum.* His non obstantibus, quia sub nomine principalis tribus venerant, dicuntur tribus Iuda, estò essent ex alijs tribubus Israël; uti ex professo dicemus, *Tom. seq. Tautolog. 9.* à n. 15. Usitatum arbitror inter Hebræos & ante Babylonicam captivitatem, dum blasphemo Rabsaci dixerunt ministri Ezechiæ: *Loquaris Syriacè & non loquaris nobis Iudaicé.* 4. Reg. 18. 26. Non dicit, *Hebraicè*, sed *Iudaicé*, quia tunc iam omnes Hebræi nomen sumpserant à tribu Iuda.

Maluend.

Rab. Salom. *Cum captivi Babilonicis venerunt aliqui è decem tribubus captivis ab Assyrijs.*

11 Iter ergo demùm pervium, emensis salebris Antilogiarum. Regna signari per vestes, diximus, *Tom. 1. T. 2. D. 6. n. 7. & Tom. 2. T. 11.* fusè. Munera in Republica præclara, varietate cultus exterioris ostensa; referunt Alex. ab Alex. *lib. 1. cap. 20. 4. 11.* & 17. Stuck de *Sacrific. Gentil.* cap. 104. Bayfiusque de *Re vestiar.* latè. Regia autem dignitas potiori iure, quia sicut vestis distinctis portionibus & commissuris aptatur corpori; non secùs diversæ provinciæ coäleseunt in regnum. Qua de causa, ubi Esther, 8. 9. dicitur: *Viginti septem provincijs*; Maluend. & Hebr. *Provinciæ, Provinciæ, Provinciæ*: de quo stylo egimus *Tautolog. præced.* num. 35. Insigne proprium Regibus, ac peculiare Imperatoribus fuit purpura, ut ait Lactant. lib. 4. cap. 7. & Minutius Felix in *Octav.* Plutarch. 2. de *Fortun. Alex.* de quodam Alynomo, Paphi Rege facto, infit: *Obstupuit hic occupantibus eum militibus & concedere iubentibus ad Alexandrum: ad quem cùm esset adductus, Rex designatus est, ac purpuram induit. Ad hunc modum faciunt Fortunæ Reges: alijs vestibus velant, transfigurant citó & facilè.* De Regibus Nabathæis, Strab. *lib. 16. cap.* ult. & Alex. ab Alex. *lib. 5. cap. 18.* Hoc intuitu olim Gothi, quasi Labarum *rubrum pannum perticà, vel hasta sursùm appensum* (inquit Olaus Magn. de *Gentib. Septentrion.* cap. 2. lib. 3.) *cultiore ritu venerantur, divinam quandam virtutem propter colorem rubeum inesse putantes.* Hinc reluctantibus Macedonibus iugum legum, Antigonus Doson (ita dictus, teste Plutarch. in *Paulo Æmil.* quòd multa promitteret, & pauca impleret) *obfirmato animo sine satellitibus in concionem procedit, abiectaque purpurá, iussit alteri dari, qui aut imperare illis sciat, aut cui parere illi velint: quare reddere se illis munus suum, ut ipsi quærerent Regem, cui imperent.* Ita Ludovic. Nonnius in *Goltz. Græc.* Tab. 38. Connexum ita imperium purpuræ, ut per purpuram intelligeretur Imperator. Claudian. 3. de *Laud. Stilic.* v. 118.

*Cur regnũ confertur vestibus?*

Plutarch. *Purpura insigne Regum.*

Olaus Mag.

Nonn.

——— ——— *Posito iam purpura fastu,*
*De se iudicium non indignatur haberi.*

Claudian.

Sidon Appollinar. in *Panegyr. Avit.* v. 97. *Donantque insignia regni.* Unde, ut ait Evagrius: *Iustinus, Iustiniano mortuo, purpuram induit, cum nemo sciret defunctum, donec ludis Circensibus apparuit, pro Imperatore se gerens.* Theodoret. 5. *Histor.* cap. 6. de Theodosio Maiore, infit: *Videre sibi per quietem videbatur divinum Meletium sibi chlamydem regiam circumponentem.*

Evagr.

Theodoret.

——— ——— *Humerosque ex more priorum*
*Includat Sarrana chlamys: te picta togatum*
*Purpura plus capiat, quia res est semper ab ævo.*
*Ad diadema venit, rutilum cui Cæsaris æstrum*
*Depositó thorace datur, sceptroque replenda*
*Imperij fulsere notis, & præscia tellus.*
*Serica Sidonius fucabat stamina murex:*
*Ebria non solum spirat conchilia sandix*
*Insertum nam fulgur habet, siloque rigenti*
*Ardebat gravidum de fragmine fulminis æstrum.*

Sid. Apoll.

Succinit Sidon. in Panegyr. *Antem.* v. 35. & 130. & in *Epithalam.* v. 134. Corippusque *lib. 2.*

*Cæsareos humeros ardenti murice texit*
*Circunfusa chlamys, rutiloque ornata metallo,*
*Principis exerta vincebat lumina dextra.*

Coripp.

Maiestatis inde reus erat, qui sibi pallium purpureum aptabat; ut ait Ammian. Marcellin. *lib.*

*lib.* 26. Unde liquèt vestem purpuream fuisse Imperatorum, Régum, & Magnatum in igne: astruitque Paulin. *lib.* 5. accinens:

Paulin.

*Dives in excelsis splendescit purpura fulcris,*
*Mollia puniceo mutantur serica fuco,*
*Et rutilant doctè ductis sidè vellere pensis,*
*Luminibus distenta tremunt aulæa superbis*
*Nutat & in foribus velorum mobile fulcrum.*

12 Non solùm splendido habitu, sed vario ritu apud Nationes varias constituebantur Principes. *Est enim lapis ingens & rotundus, circumcircá duodecim minores adiacentes habens, cuneatis petris paululùm è terra elevatus non procul à metropoli Upsalensi; super quem novus Rex eligendus infinità populi multitudine præsente suscipitur*: inquit Olaus Magn. d. *lib.* 1. *cap.* 18. & Sabellic. lib. 5. *Ennead.* 10. de creatione Ducis Corinthi: *Est vallis* (ait) *ad Vittum oppidum: nec procul hinc est marmoreus lapis in patentibus pratis erectus. Hunc cum Dux creandus est, Rusticus hæreditario iure occupat ad dexteram bovem habens fœtam nigri coloris: ad lævam equa illi sistitur strigoga, macieque insigni: frequens circà populus, agrestiumque turba ingens. Dux inde futurus ex adverso movet, purpuratorum multitudine septus: præcedunt principatus signa, omnesque in comitatu egregiè culti, præter futurum Ducem. Is agresti habitu, pileo tectus, calceos & pastoralem baculum gerens, pastorem agit magis, quàm Principem. Hunc venientem intuitus qui lapidem obtinet, Illyrica voce*: Quis hic est? *exclamat*, Quis qui tam superbè incedit? *Respondet multitudo: Principem Regionis adventare. Tunc ille*: Iustusne iudex, salutem patriæ quærens? Liberæ conditionis? Dignusne honoris est? *Reclamatur*: Est, est quidem & erit. *Rursus idem*: Quæro, quo me iure hac à sede dimovebit? *Ait Comes Goritiæ Ducalis Aulæ Magister*: Sexaginta denarijs hic abs te locus emitur: iumenta hæc tua erunt: vestimenta quæ Dux exuet, habebis, erisque tu cum tota domo liber. *Quibus dictis rusticus malam percutit alapà, leniter incussa, iubetque simul æquum iudicem esse: præmioque inde abducto, loco cedit: tum lapidem Dux occupat, nudum gladium bibrans, populum affatur, polliceturque se æquum iudicem futurum. Ferunt, & aquam agresti pileo delatam, potare; in futuræ sobrietatis argumentum: quibus peractis humilis veste depositá, paludamentum induit, convivatur cum Proceribus: postremò in apertum egressus, pro tribunali sedens ius dicit populo.* Idem videris apud Causin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Ol. Magn. *Nationum varius usus constituendi Principes.*

*Ducis Corinthi.*

Sabbell.

13 *Episcopus Herbipolensis* (inquit Ioann. Boëmius de *Gent. morib.* lib. 3. cap. 15.) *terræ ducatum habet: quare dum sacris operatur, in altari denudatum gladium habet atque vexillum. His die quo Metropolim primùm, Cathedramque Episcopalem possidere intendit; pro more Civitatem ipsam ingenti atque exquisitissimo equitatu accedit: in quam admissus, intra portas de equo descendit, & paludamento omni abiecto, griseam & vilem tunicam induit, funeque præcingit, atque in ea palmis & capite nudus humiliter in Basilicam ascendit: quibus fidelitate promissa in cathedram sublimatur: ducitur tamen priùs ad Episcopi cuiusdam statuam, ibique serió admonetur, ut talem agere velit, qualis ille fuerit; qui ex humili & abiecto scholastico, per discordiam, contemptumque electus, Ecclesiæ statum optimè administravit.* Denique de institutione Regis Taprobanes Insulæ, inquit Solinus, *cap.* 56. *Quæritur, cui liberi nulli sint: nam qui pater fuerit, etiam si vità spectatus sit, non admittitur ad regendum: idque eó maximè custoditur, ne fiat hæreditarium regnum. Cultu Rex dissimili à cæteris: vestitur syrmate, ut est habitus quo Liberum Patrem amiciri videmus.* Vide in Republic. cuiusvis Regionis, & Abraham. Ortel. in *Theatr.* Singularis cultus semper designatur Principibus, sicut purpura gemmata Imperatoribus.

*Episcopi Herbipolensis.*

Ioann. Boem.

Solin. *Regis Taprobanæ.*

*Imperij certus, tegeret ceu purpura dudùm*
*Corpus, & ardentes ambirent tempora gemmæ.*

Claudian.

Modulatur Claudian. 2. in *Rufin.* v. 346. fusèque omnigenà eruditione Cæsar Bulenger. lib. 2. de *Imperator. Roman.* cap. 4. Siccine apud omnes nationes, ut per vestis insigne, qui sederet, notesceret in maiestate throni.

14 Regnum Israël in veste signatum constat ex articulo Ahiæ: ferè idem accidit cum Saule: 1. Reg. 15. à 27. *Conversus est Samuel ut abiret: ille autem apprehendit summitatem pallij eius, quæ & scissa est: & ait ad eum Samuel: Scidit Dominus regnum Israël á te hodie, & tradidit illud proximo tuo, meliori te.* Iterat sententiam excitatus è tumulo, cap. 28. 17. *Faciet tibi Dominus, sicut locutus est, & scindet regnum*

*tuum*

*tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo David.* Sciſſura enim denotabat ſeparationem, & regem à regno removeri, ſicut ſegmentum à reliqua veſte. *Hebræi* (inſit Lyran. *n.* 8.) *dicunt, quòd Samuel tunc dedit ſignum ipſi Sauli, quòd ille eſſet regnaturus pro eo, qui abſcinderet oram chlamidis ſuæ: quod fecit David, ut habetur cap.* 24. 5. *propter quod Saul tunc videns oram clamydis ſuæ in manu David, dixit v.* 21. *Nunc ſcio, quod certiſsimè regnaturus ſis*: quaſi veſtis muneris regij functi aptaretur ſucceſſori: equidem veſtis, uti de purpura vidimus, deſignabat ſupremam dominationem. Sicut enim ex diſcretis ſegminibus conficitur veſtis in commodum & cultum; ita ex diverſis Satrapijs (in Iſraël, tribubus) conſtitutum eſt regnum: & ſicut veſtis ſcinditur diverſitate portionum, ſimiliter diſsipatur regnum ſeparatione tribuum, ſive provinciarum. Ex duodecim tribubus, conſtabat pallium purpureum, ſplendidum Regni Iſraël in Saule, Davide & Salomone: ab hoc decem ſeparandæ tribus, pallij futuræ ſciſſuræ: cùmque regnum ſignaretur per pallium: dicitur Salomoni: *Diſrumpens ſcindam regnum.* Quid igitur haccine geminatione intendatur, ſtudiosè diſcutiendum.

Lyran. 1. Reg. 24. 21. *Sciſſura regalium veſtium ſeparatio provinciarum.* 3. Reg. 11. 11.

15 Huiuſmodi participio cum verbo ſignificationis eiuſdem, videtur indicari ſegregandas tribus; ſed non ſtatim, illicò, ſed tandem tandem, opportuno tempore, ut illud Pſalm. 125. 6. *Euntes ibant: venientes venient.* Non impetè faciendum, ſed paulatim, ſicut factum cum Saul. 1. *Reg.* 13. 13. penitùs ex diſrupto regno, ſciſſo poſt mortem Iſboſeth, Saulis filio. 2. *Reg.* 5. 1. Ita ergo dicitur: *In diebus tuis non faciam propter David.* 3. Reg. 11. 12. Q. d. Non modò, ſed in diebus filij Salomonis perficiam, ut perfecit. Iccircò ſine modificatione, regnaturo Roboäm, dicit Dominus abſolutè: *De manu filij tui ſcindam illud*: ubi verò de tempore Salomonis: *Diſrumpens ſcindam.* Toto illo tempore præparabatur pallij regalis ſciſſura, ut fieret ſeorſim regnum Iſraël; inſurgentibus in Salomonem Adad, Razon, & Ieroboäm. In regno Roboäm clarebit penitùs ſciſſura, quæ ſenſim, lentè gradatim diſpoſita. Tunc ſine diſruptione ſcindendum regnum: funditùs ſcilicèt, ut dicitur Baltaſari: *Diviſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis & Perſis.* Daniel, 5. 28. In diebus autem tuis diſpoſitivè dividam: *diſrumpens ſcindam*: *ſcindendo ſcindam*: ait Pagnin. verùm totum pallium non auferam, ſed ſecabo. *Nec totum regnum auferam; ſed tribum unam dabo filio tuo propter David.* Hoc enim ſenſu Homerus, 2. Iliad. v. 411. inquit: *Loricam circa pectora dividere enſe diſruptam*: Ideſt, diſruptione dividi incipientem. Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 12. v. 28.

*Participia verbi eiuſdem ſignificationis ſignificat moram temporis.* Homer. Propert.

*Scyllaque & alterna ſciſſa Charybdis aqua.*

16 Aliter cogito iuxta morem Scripturæ, ut firmitas ſententiæ patefiat iteratione vocis idem ſignificantis; reſpondetque adverbio *Semper*, *perpetim*, *continuò*, *nonnumquám*. Unde Maluenda hìc: *Dominus Salomoni interminatus eſt, neque minas ſuas revocavit ex reſipiſcentia, ſeu pœnitentia Salomonis.* Ideo participium vertit in infinitivum: *Diſrumpere diſrumpam regnum deſuper te.* Arabic. participio eiuſdem verbi. *Scindens ſcindam*: hoc eſt, penitùs ſcindam. Hic modus loquendi firmiſsimum propoſitum demonſtrat, & irrevocabile factum. Iſai. 56. 3. *Separatione dividet me.* Hebr. *Separare ſeparavit me.* Maluend. *Omninó ſeparavit.* Zachar. 12. 3. *Conciſione lacerabuntur.* Hebr. *Conciſione rumpentur*: nimirùm, prorsùs, penitùs deficient. Quæ quidem expoſitio genuina patet: quandoquidem nuſquàm & nunquàm alius regnavit ſuper univerſum Iſraël. Utuntur Profani, in eandem acceptionem uſurpato ſtylo. Homer. 14. *Odyſſ.* v. 439. *Partitus eſt dividens.* Virgil. 8. *Æneid.* v. 20. ſuccinit:

Maluend. *Pro adverbio.*

——*Nunc dividit illuc,*
*In parteſque rapit varias, perque omnia verſat.*

Homer. Virgil.

E ſacris Philo Bibl. *Antiq. Hebr.* fol. 163. *Lapis ſciſſus ſciſione*: & Iuvenc. *lib.* 3. v. 328. *Sciſſos lacerata capillos.*

17 Etiam dicere poſſumus, indicari ſiccine gravitatem peccati Salomonis, urgentis Deum in ſupplicium; & Dei amorem, pro commendatione divinæ pietatis, & iuſtitiæ vindicis, benignitatem vincentis: quatenùs per exacerbativam Regis noxam provocatus videatur in irrevocabilem iram. Frequens eſt in Scriptura dolorem ſeu mœrorem exprimi veſtis diſruptione. Innumera ſunt teſtimonia. Apud Ethnicos etiam mos inolebit. Petron. in *Satyr.* fol. 51. *Non contenta* (ait) *vulgari more funus paſsis proſequi crinibus, aut nudatum pectus in conſpectu frequentiæ plangere.* Ovid. *Epiſt.* 12. v. 153. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 13. v. 27. Senecaque Tragicus plur. in loc. uti vidimus. *Tom.* 2. *T.* 7. *n.* 10. & 36. *Tom.* 3. *T.* 1. *n.* 35. Iuvenal. *Satyr.* 13. v. 132. *Veſtem diducere ſummam.* Virgil. 12. *Æneid.* v. 602. *Manu diſcindit amictus*: v. 609. *It ſciſſa veſte Latinus.* Deus ſæpe Salomonem

*Veſtis diſrupta in dolore & mœrore.* Petron.

*Deum misericordem exacerbat crimen.* Ovid.

de peccato monuit, ne in pœna mitet. Rex minas quasi futiles sine virtute neglexit: Deusque perculsus irreverentiâ in extremum fastidium, dicit: *Disrumpens scindam regnum.* Præ dolore disrumpor, maxime dum libratur Davidis successor. Dolet: & quanvis dolore scindam regni vestem; præ iniquitate Salomonis, faciam tamen.

*Et solet interdùm fieri placabile Numen.*

Pœnitentiâ nimirùm transgressoris. Patientia eius peccator abutitur: tuncquè pervicaciam implacabilis ulciscitur, quantunvis doleat, quoties cogitur esse ferox.

Psal. 135. 13. Psal. 76. 20. Homer.

18 Aliter intelligendum est illud: *Divisit mare Rubrum in divisiones.* Res nova singularis indicatur: undè David præ cæteris dicit Deo: *In mari via tua & semitæ tuæ in aquis multis & vestigia tua non cognoscentur.* Homer. 13. *Iliad.* v. 26. nescius factum, quod ab illo fictum, ait:

*Accepit currum, cœpit agitare per undas:*
*Præ lætitia verò mare diducebatur.*

Paulus Silentiarius *lib.* 7. *Epigramm. Græcor.* 41. de Amore inquit: *Quanvis parvus maris transitus potest dividere.*

Sid. Apoll.

*Intrasti mari, rapiens cùm tympana siccus*
*Israël appensi per concava gurgitis iret*
*Aggeribus vallatus aquæ, mediasque per undas.*

Concinuit Sidon. Apollinar. *Eucharistic. ad Faust.* v. 7. & Alcim. Avit. *lib.* 5. à v. 697.

*Mare Rubrum Hebræis apertum.*

*Ut summas pelagi populus pervenit ad oras*
*Cessit confestim iussi reverentia fluctus,*
*Expanditque viam, cui terram clauserat hostis;*
*Quám nova pendentis construxit machina fluctus*
*Frenatas celso suspendens aëre lymphas.*
*Aggreditur medium fugiens, vincensque fugantes;*
*Gens electa Dei pontum, vestigia Rubi*
*In regione maris figens, & saxa profundi*
*Conculcat, nudum perturrens orbita limum.*
*Aspectum inijciens scissis Sol torridus undis,*
*Ignotamque novo contingens lumine terram,*
*Ima laborantes radios ad tartara Ponti*
*Vix misit, fessumque iubar vix extulit imis.*

*Alexandro mare pervium.* Ioseph.

De hoccine inaudito miraculo loquens Iosephus, aliud refert pro Alexandro Magno patratum, quem iuvenis splendidus invitabat, ac ducebat in Persarum debellationem: astruitque etiam Plutarch. in *Alexandr.* ex Menandro, de quo infrà. *Nemo mirari debet* (ait Ioseph. *lib.* 2. *cap.* 7. *Antiq.*) *tanquám incredibilia, si priscis hominibus, ad malitiam etiam tantùm rudibus, de salute periclitantibus, via per mare patuit, sive Dei voluntate, sive naturæ sponte: quandoquidem heri & nudiustertiùs Alexandri ductu, Macedonibus Pamphilium mare cessit: & aliam viam non habentibus illac iter aperuit, cùm Deus eius operà, ad destruendum Persarum imperium, uti decreviisset.* Confirmat Petr. Comestor, in *Exod.* cap. 31. & in *Comœd. Alex.* Menander infit:

Menand.

*Quam germanum Alexandri facinoribus hoc?*
*Quæro, is ultrò adest. Quod si videlicét me oporteat*
*Pertransire aliquem maris locum, patebat transitus.*

A vers. 13.

Mirum sanè, laudibusque extollitur iurè; equidem Deus est qui facit mirabilia solus, huiusque articuli refert præfatus Psalmus: *Divisit mare Rubrum in divisiones: Eduxit Israël per medium eius, & excussit Pharaönem & virtutem eius in Mari rubro.* Divisit, eduxit, & excussit. Percurramus singula, ut plura patefiant in miraculo miracula.

19 Magnum profectò dividere mare, sed excellentius in varias divisiones dividere. Unde ut emineret summè summa omnipotentis virtutis, divisit Deus mare Rubrum in divisiones. Excellentia notatur ab Homero, 15. *Odyss.* v. 406. *Divisim autem ipsis omnia divisa*: eodemque enthusiasmo, quo supr. *n.* 18.

Homer.

*Pervenit ad locum: & inclytæ ædes*
*In profunditatibus maris nitentes ædificatæ sunt.*

Psal. 76. 20. *Divisù mare Rubrù in*

Non solùm Deus mare divisit, sed singulis tribubus singulas semitas designavit. Ideo dicitur Psalm. cit. *In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis*: equidem via mirabili, in viam divisit Dominus aquas, viamque divisit in semitas. Comestor, ubi dudùm, Epiphan. *Hæres.* 64. Origen. hìc *Homil.* 5. Caietan. refert, legitque: *Mare incisum incisio,*

*cisionibus.* Symmach. *In sectiones.* Arabic. *Scidit scissiones*: quibus suffragatur Maluenda, & Genebrard. in *Chronolog.* Ann. Mund. 2239. qui in *Psalm.* 135. *subdit*: *Divisit in multas partes & sectiones, tanquàm in muros multos coägulatis & condensatis aquis: nempé in duodecim, pro numero tribuum; ut quæque suum haberet iter, & celeriùs traijceret.* Mirum refert Haitonus Præmostatens. de *Tartar.* cap. 17. nimirùm, Tartaris, ut erumperent in Orientem, cùm eorum Dux monitus fuisset ab Angelo, divisas in mari novem semitas, per quas sicco pede transire valuerunt. Ioann. Pineda, in *Monarch. Ecclesiast.* lib. 21. cap. 27. §. 2. tantùm in mari perviam signat semitam novem pedum in latitudinem, haud novem semitas.

*duodecim semitas pro singulis tribubus.* Genebrard. Haiton. & Pined. *Tartaris miraculosè mare apertum.*

20 Rabbini in varias fabulas dimiserunt ingenia, quasi in pascua. *Tunc considerantes metum temporis filij Israël, in tres divisiones consiliorum diviserunt sententias suas. Nam tribus Ruben, & tribus Isachar, & tribus Zabulon, & tribus Simeön dixerunt: Venite, mittamus nos in mare: melius est enim, nos in aqua mori, quàm ab inimicis occidi. Tribus autem Gad, & tribus Aser, & tribus Dan & Nephthali dixerunt: Non, sed revertamur eum eis, & si voluerint nobis donare vitam, serviemus eis. Nam tribus Levi, & tribus Iuda & Ioseph, & tribus Beniamin dixerunt: Non sic, sed accipientes arma nostra, pugnemus cum eis, & erit Deus nobiscum. Tunc Deus Moysi: Tolle virgam tuam, & percute mare, & siccabitur. Et steterunt maria aquarum, & apparuerunt profunda terræ, & denudata sunt fundamenta habitationis; & pertransivit Israël per siccum in medio mari.* Hactenus Philo, ubi supr. Alij dixerunt, visis pervijs in mari semitis, sortes missas fuisse inter tribus, utra ingressura prius. Aptiùs esset iurgium, utranam posterior. Plutarch. in *Timoleon.* pro tractu fluminis, inquit: *Contentio mira ductoribus militum inciderat. Nullus enim eorum post alterum transire volebat; sed unusquisque primus: ideoque nullo ordine transibant, mutuò se præterire cupientes, atque impedientes. Quare ut sorte rem dijudicaret Timoleon, à quolibet ducum accepit annulum: omnibus his in chlamydem coniectis suam, ac mixtis, primum fortè cum extraxit, cui erat insculptum trophæum. Hoc viso milites magno cum gaudio clamorem sustulerunt, neque iam sortem reliquorum expectavere; sed summa pro se quisque celeritate fluvium transierunt.*

*Nugamenta Rabinorum.* Phil. Bibl. Plutarch.

21 Iosephus loc. præf. infit: *Moyses videns adesse Deum, & mare de suo solo cessisse, primus progreditur, hortaturque Hebræos, ut alacriter sequantur per viam divinitùs datam.* At etiam Moyse præeunte, timuerunt; sed tribus Iuda audacior sinus maris strenuè prima calcavit, iuxta illud Psalmi, 68. 25. 28. *Viderunt ingressus tuos Deus: Principes Iuda duces eorum.* Suffragatur Comestor, d. *Divisum* (inquit) *est mare in duodecim divisiones, ut quæque tribus per turmas suas incederet: & advocans Moyses singulas tribus secundum ordinem nativitatis suæ, hortabatur eos, ut ipsum præëuntem sequerentur. Cumque timuissent intrare Ruben, Simeön & Levi; Iudas primus aggressus est iter post eum, unde & ibi meruit regnum.* Actus virtutis tribus Iuda, unde inter duodecim celebrior. Fallitur Ovid. ubi 2. *Trist.* Eleg. unic. v. 329. ait:

Ioseph. *Tribus Iuda post Moysen ingreditur.* Petr. Com.

*Non ideo debet pelago se credere, siqua*
*Audeat exiguo ludere cymba lacu.*

Ovid.

Securior ex periculo credit se pelago: quandoquidem intrepida, maris ignotis dedit se semitis, stantibus fluctibus à dextris & à sinistris. Retorquetur appositè Seneca in *Medea*, à v. 330.

*Claustra profundi hinc atque illinc*
*Subito impulsu velut ætherio*
*Gemerent sonitu; spargeret astra*
*Nubesque ipsas mare depressum;*
*Candida nostri sæcula patres*
*Videre: procul fraude remotâ,*
*Sua quisque piger litora tangens.*

Senec.

22 Hac de causa tribui Iuda vexillum concessum principale cuius *Leo* insignè. Pro quo sciendum arbitror ordinem Castrorum: qui quidem præcipitur, Numer. 2. 2. *Singuli per turmas, signa atque vexilla, & domos cognationum suarum.* Rab. Abenezra hìc *Fuerunt autem* (ait) *Signa & Symbola in singulis vexillis; in vexillo Ruben depicta figura hominis: vexillum verò Iudæ habebat figuram Leonis: vexillum Ephraim figuram Bovis, & vexillum Dan figurà Aquilæ insigniebatur; ita ut quadruplex vexillum perfectè assimilaretur Cherubim, quos vidit Ezechiel Propheta.* Rasi subdit: *Tres tribus uni-*

Num. 2. 2. *Insignia vexillorum tribuum Israel.*

Raſsi. *unicuique vexillo : & iuxta vexillum in Signis, ideſt, unicuique vexillo ſit Signum coloratum ; ita ut color unius diſtinctus ſit à colore alterius iuxta colores lapidum in Ephod, ſeu Rationali, ut cognoſcat unuſquiſque vexillum ſuum.* Vexillum Iudæ erat coloris viridis, Ephraim aurei, Ruben rubri, Dan verò mixti ex albo & purpureo, de quo videſis Andr. Maſium in *Ioſue*, 6. 9. Prado in *Ezech.* p. 2. cap. 1. ſect. 2. Villalpand. in eundem *lib.* 5. *Diſput.* 2. *cap.* 29. Torniell. *Ann. mund.* 2545. n. 51. Alapid. in *Numer.* 2. 2. Kircher. *Oedip. Ægypt.* 1. p. Tom. 2. Claſſ. 1. cap. 3. Signa Zodiaci in tribubus Iſraël deſignari aſſerit idem ibid. ex Clement. Alex. lib. 5. *Strom.* quatenùs ſub ſingulis tribubus principalibus, quibus conceſſum vexillum, uti Signis cœleſtibus, anni totius dividentibus tempora ; eſſent duæ tribus; nimirùm ſub Iuda Signo *Leonis*, Iſſachar & Zabulon, uti *Cancer* & *Capricornus*. Sub Ruben, ut Signo *Aquarij*, Simeön & Gad, quaſi *Piſces* & *Aries*. Sub Ephraim ut Signo *Tauri*, Manaſſe & Beniamin, tanquàm *Gemini*, & *Sagittarius*. Sub Dan Signo *Scorpij*, Aſſer & Nephthali, adinſtar Signorum *Libræ* & *Virginis*. Totum profectò voluntarium mihi videtur, & pro lubito accommodatitium. Ordo tribuum ſubalternarum deſcribitur næ loc. cit. *Numer.* ſed in applicatione Signorum cœleſtium ad tribus, deſideratur ordo ; maximè cum ſtationes anni ſint in *Ariete*, *Cancro*, *Libra* & *Capricornio*, haud in *Leone*, *Aquario*, *Tauro* & *Scorpio*, attributis vexillarijs tribubus. Undique apparet cogitatio & voluntaria & ludicra. Numero duodenario quibat ſignificari, ab Iſraël ſplendorem Firmamenti uſurpari ; quia qui docti, fulgent quaſi ſplendor Firmamenti : & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, ut ſtellæ in perpetuas æternitates. Pro huiuſmodi in cœlo ordine, ſacratæ olim duodecim veloces equæ Soli veloci, ut videris apud Homer. 22. *Iliad.* pòſtque apud Romanos illi cædebatur victima equus; *Ne detur celeri victima tarda Deo* : ut canit Ovid. 1. *Faſtor.* v. 386. Deſcribit Virgil. 1. *Georgic.* v. 237.

Kircher.

Quo intuitu?

Quibus ſignis indicabatur Zodiacus?

Ovid.

Virgil.

*Has inter, mediamque, duæ mortalibus ægris*
*Munere conceſſæ Divum, & via ſecta per ambas,*
*Obliquus quâ ſe Signorum verteret ordo.*

23 Numerus ſanè Duodecim apud Ethnicos magni ductus, propter duodecim Numina maiora, uti ex Theogonia Heſiodi referunt Chartar. de eorum *Imagin.* & Natal Comes in *Mythol.* Hoc propoſito *Alexander conſpectâ Aſiâ incredibili ardore mentis accenſus, duodecim aras Deorum in belli vota ſtatuit* : ait Iuſtin. *lib.* 11. Idem fecit in fine belli, quaſi progreſſus non eſſet ultrà. *Erigi duodecim aras ex quadrato ſaxo, monumentum expeditionis ſuæ ; monimenta quoque caſtrorum iuſſit extendi, cubiliaque amplioris formæ, quam pro corporum habitu, relinqui ; ut ſpeciem omnium augeret, poſteritati fallax miraculum præparans* : inquit Q. Curt. *lib.* 9. *cap.* 3. Idem Arrian. *lib.* 5. *cap.* 4. Diodor. Sicul. *lib.* 17. *cap.* 95. Iuſtin. *lib.* 12. Plin. *lib.* 6. *cap.* 17. & 25. Marcian. Capell. *lib.* 6. & Plutarch. in *Alex.* Numerus hìc in altiora deſtinatus. Duodecim fuere gemmæ Rationalis, inciſæ nominibus (ut placet Villalpando, quò dudùm, hieroglyphicis uti tribuum notis) duodecim tribuum Iſraël, quarum ſedes & ſedes maieſtatis occupandæ à duodecim Chriſti, N. Servatoris Apoſtolis, fundamentis duodecim portarum muri cœleſtis Ieruſalem, ubi nomina ſcripta duodecim tribuum filiorum Iſraël. *Apocal.* 21. à v. 12. Ita è Iordanis alveo educti duodecim lapides, pòſt collocati in Galgalis; & Ioſue, ubi ſteterunt pedes Sacerdotum Arcam Teſtamenti portantium, alios duodecim lapides è ſicco poſuit: *cap.* 4. 3. 9. Denique Maldonatus in Matth. 26. 26. infit : *Fecit igitur Chriſtus duodecim ex pane partes, & ſingulis ſingulas dedit.* Doct. Angelic. *Opuſc.* 57.

Unde magni habitus duodenarius numerus?

Iuſtin.

Q. Curt.

Duodecim aræ Alexandri.

In ſacris myſticus numerus.

Maldon.

D. Thom.

*Cibum turbæ duodenæ*
*Se dat ſuis manibus.*

Hunc ordinem ſequentes filij Iſraël, dicuntur *Armati*: Alij, *Quini & quini* : quia non tumultuariè exierunt, ſed ut caſtrorum acies ordinata, ut dicitur, *Exod.* 12. v. 51. quin iurè negari poſsit, armatos exiſſe, armis vel commodatis vel emptis, in huiuſmodi facinus præparatis. Inficiatur Ioſephus, *lib.* 2. *cap.* 6. & 7. Quomodò Angelus inter caſtra Ægyptiorum & caſtra Iſraël? *Exod.* 14. 20. Ni proceſsiſſent armati, quorsùm exitus deſignaretur per turmas ſuas? *cap.* 12. 51. Evaſerunt ergo, mari ſciſſo, Ægyptiorum furorem, per nobilioris tribus audacem virtutem : in cuius tractum Dominus *tribum Ephraim non elegit, ſed elegit tribum Iuda.* Pſalm. 77. à 67.

Exod. 13. 18.

24 Vidimus, quomodò Deus tractum maris diviſione diſpoſuit : pendendum modò, queis miraculis filios Iſraël per diviſiones eduxit, & deduxit. Cùm properarent in Ægypti exitum, & Deus illius meditaretur exitium, dixit Moyſi : *Loquere filijs Iſraël: Re-*

*ver-*

*versi castrametentur è regione Phihahiroth, quæ est inter Magdalum & mare contra Beëlsephon: in conspectu eius castra ponetis super mare: dicturusque est Phanaö super filijs Israël: Coärctati sunt in terra, concluſit eos desertum. Dixit inimicus (cap. 15. 9.) Persequar & comprehendam, dividam spolia, implebitur anima mea. Evaginabo gladium meum: interficiet eos manus mea.* Exod. 14. 2. Ita in Liberum Patrem iactabundus Deriades, ut canit Nonnus lib. 34. *Dionys.* à v. 210.

*Compedibus vinctum, servum in subiugale vinculum*
*Traham: sed ubi universum exercitum delevero,*
*Eius hauriam immensas divitias, feram ditissimorum*
*Nive aspersa dorsa metallorum. Evertam & tomburam*
*Semeles domum: Dixit Rex scelestus.* Nonn.

Ut sacer intelligatur textus, notandum est ex curioso Kirchero 1. p. *Oedip. Ægyptiaci*, syntagm. 4. cap. 7. Ægyptiorum Priscorum morem fuisse idola quædam arte Magica constructa, ad hostium extraneorum coërcendos, in illis locis reverenter collocare, queis poterat fieri irruptio. Ex horum idolorum numero erat Beëlsephon, (quæ vox sonat Dominum absconditum, seu Septentrionis dominatorem) in angiportu maris Rubri uti custos elevatus, ne ea parte peregrinorum esset vel insultus, vel accessus. *Quid sit Beelsephon?*

25 Astruit Rab. Abenezra in textus delicationem. *E regione Baälzephon dicitur, quod Magi Ægyptij fecerunt iuxta rationem Astrologicam imagines æneas, & illa sunt quæ vocantur Beëlsephon: & non poterat servus ullus fugere ex Ægypto; quin transeundo, imaginis occulta vi impediretur.* Abenezr. Ante idoli situm in Phihiroth erant duo foramina ex duabus petris altis & erectis, & vallis qua transituri filij Israël dicebatur *Os petrarum*; ut observavit Rabb. Salomon Iarrhi. In Thargum Babylonico, Rab. Ionath. Ben-Uziel addit: *Ibi ingentia quadrangula facta ad similitudinem filiorum hominum maris & fœminæ, & oculi eorum aperti. Iste locus est Tanis inter Magdalum & mare.* Rab. Ionath. Cum huius maris Arabici portæ custos esset idolum Beëlsephon, ne in Ægyptum ingrederetur hostis, nec egrederetur fugitivus civis; videns Pharaö ibi detentos Israëlitas, arbitratus est influxu idoli detentos, & infatuatos: quare dixit *Coarctati sunt in terra*: non mare, sed *concluſit eos desertum*; in quo Magica statua, ut coërcerentur, nec ultrà possent movere pedem. *Eius effigies fletit, corruentibus alijs.* Magis ac magis spiritus Pharaönis inflavit statua Beëlsephonis erecta: igitur cùm Ægypti cuncta simulachra in exitu Israëlitarum corruissent; Custodis Ægypti inconcussa manebat: unde Regis cogitamen, virtute illius, potentiaque victos esse filios Israël. Idola fuisse etiam concisa constat, Numer. 33. 4. ubi: *Profecti filij Israël, videntibus cunctis Ægyptijs, & sepelientibus primogenitos, quos percusserat Dominus: nam & in Dijs eorum exercuerat ultionem.* Astruit Hieronym. ad *Fabiol.* Euseb. de *Præparat.* cap. ult. multique Rabbini. *Idola verò fusilia, seu conflatilia* (dicitur Thargum cit. & etiam Hierosolymitano) *liquefacta sunt.* Idem. *Idola lapide efformata, idola fictilia vel testacea, confracta & contrita: idola certá divinandi arte, & Astrologicà scientia constructa, facta sunt in similitudinem iumentorum seu brutorum mortuorum. Locus est Tanis inter Magdalum & mare ante Idolum Zaphan, quod supereſt ex omnibus Ægyptiorum idolis: ideo dicunt Ægyptij, quòd illud idolum Beëlzephon electum est præ omnibus alijs idolis quæ superſunt, & non confractum fuit. Idola Ægypti in exitu Israël contrita.* Unde Pharaö dixit; *Errantes sunt hi in solitudine: prævaluit super eos idolum, quod est è regio deserti.* Hac enim cogitatione vesperè quiescens die sequenti in Israëlitas decrevit irruere: & ne noctu faceret, *tollens se Angelus qui præcedebat castra Israël, abijt post eos, & cum eo pariter columna nubis (priora dimittens post tergum) stetit inter castra Ægyptiorum & castra Israël; ita ut se adinvicem toto noctis tempore accedere non valerent.* Exod. 14. à v. 19. Idem accidisse, refert Plutarch. in *Lucull.* inter Romanum exercitum & Mithridatis. *Iamiam conſligturis exercitibus* (infit) *subitó aër, cum nulla evidens mutatio præcessisset, abruptus est, ingensque moles flammea in medium acierum delata est, colore argenti candentis; perterritique eo viso, sine pugna in castra reditum.* Plutarch.

26 Alij dicunt effigiem idoli Beëlsephon, fuisse Anubidis, vel Hermanubidis æneam; quæ profugos vel hostes Regionis latrabat, ut arceret: quo perterriti prodigio, è loco illo se movere non valebant. Unde Virgil. 8. *Æneid.* v. 698. ait: *Latrator Anubis.* Idem Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 11. v. 41. Ovid. 9. *Metam.* fab. 11. Iuvenal. *Satyr.* 15. v. 8. Plutarch. de *Isid. & Osirid.* & Apuleius, *Metamorph.* lib. 11. ait: *Ille Superum commentor & Inferum, nunc atrà, nunc aureà facie sublimis, attollens Canis cervices arduus Anubis, læva caduceum, dextrà palmam virentem quatiens.* *Beelsephon in Anubis?* Apulei. Ibi quasi in angustijs constitutos, & in discri-

scrimen influxu Hermanubis redactos adoriri Pharaö decrevit, & percitus Hebræorum discessu (cum idolis ex auro, argento, aliaque pretiosa materia) & spe impulsus. *Sperabat enim* (subdit Kircher.) *ut & divitias & idola sua recuperaret: idque auxilio Beëlsephon soliis restantis adhuc; quod sciebat eo loco constitutum, ad quod ægré Hebræi pervenire possent: vel si pervenirent, vi occultâ tamen idoli impediti retrogredi cogerentur; ac sic inter angiportus istos, veluti in montium quadam nassa deprehensi, internecioni darentur. Instar hominum omnis consilij inopum* (addit Abenezra d.) *& quid facere, aut incipere debeant ignorantium; quod proprium est ijs, qui incarnatione magicâ infatuati sunt: quasi Israëlitas virtute Beelsephon infatuatos, credidit Pharaö.* Aliter cogitat, ubi supr. Ionathas Ben-Uziel, sed phantastice; igitur plus ex hoc loco ditatos fuisse Israëlitas profitetur, quàm ex Ægypto. Audiamus delirium. *Deprehenderunt eos Ægyptij iam castrametantes iuxta mare, occupatos in colligendis gemmis & lapidibus pretiosis, quos Phison tulit ex horto voluptatis in medium Gihon & Gihon invexit eos in mare Rubrum, & mare Rubrum eiecit eo loco in suam ripam.* Cuncta igitur a Domino disipata, ut proficiscerentur & mirabiliter filij Iacob in terram promissam; quin maneret meo iudicio, stans statua magica Beëlsephonis, seu Hermanubis: quandoquidem, ut dicitur Exod. 12. 12. *Transibo per terram Ægypti nocte illâ, & in cunctis Dijs Ægypti faciam iudicia ego Dominus.*

Kircher. *An statua magica?* Abenezr. Rab. Ionat. *Divitiæ maris Rubri collectæ ab Israelitis.*

27 Egressi ergo sunt, quin ullus esset ab idolo infatuatus, quia Deus eduxit eos cum argento & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus; & per mare iussit carpere viam. Describitur graphicè Sapient. 19. à v. 7. *Ex aqua quæ ante erat, terra arida apparuit, & in mari Rubro via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio: per quem omnis natio transivit, quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia & monstra.* Quæ fuerint, videnda. *Rubrum mare* (ait Pompon. Mela, *lib.* 3. *cap.* 8.) *procellosum, asperum, profundum, & magnorum animalium magis quàm cætera capax.* Plin. *lib.* 13. *cap.* 25. & *lib.* 32. *cap.* 7. & 9. ex Theophr. *lib.* 4. *cap.* 7. & 8. infit: *Mare Rubrum & totus Orientis Oceanus refertus est silvis::. Eodem tractu insularum silvas operit æstus, quamquàm altiores platanis, populisque altissimis. Maximarum cacumina extant, ad quæ naves religantur, & cùm recessit æstus, ad radices.* Hieronym. *Epist.* 4. ad Rustic. *Mare Rubrum* (inquit) *latentibus saxis, vadisque durissimis plenum est, ut in navigando speculator doctus in summa mali arboris sedeat, & inde regendæ & circunflectendæ navis dictata prædicet.* Leonardus Marius in *Exod.* 14. n. 65. *Multa saxa sub aquis latent, & profundis cincta verticibus hiatu abyssorum reddunt mare intranabile & invadibile: neque enim voragines illæ molliter descendunt, sed sæpe altissima habent præcipitia, tanquam balænarum, aliorumque monstrorum marinorum cubilia.* Denique Plutarch. in *Alex.* loquens de mari Pamphiliæ in eius obsequium secto, subdit: *Divina quadam fortunâ id mare Alexandro cessisse autumant; quod alioqui semper ab alto asperum continenti allidatur, rarôque admodùm infra præcipitia & abruptos montium processus teneras quasdam & resonantes cautes detegat. Incredibilem eam rem.* Clarent prodigia in Sapientia signata & à Domino in transitu maris exhibita, ut via nova esset sine impedimento germinante profundi, illudusque incalcabilis, campo. Affuit protectio Creatoris, abfuitque ab Israëlitarum via impedimentum luti per exsiccationem, altorum fruticum per evulsionem saxorum per translationem, abyssorum per impletionem, pulveris per germinationem, ut in uno miraculo tot viderentur in stuporem mirabilia. Aliò locuti Vates Ethnici, sed rediguntur in explanationem sacri propositi. Virgil. 4. *Æneid.* v. 523. & Statius lib. 5. Silvar. 4. v. 5.

*Descriptio maris Rubri in transitu filiorum Israel.* Plin. Hieron. *Conditiones eius.* Leon. Mar. Plutarch. Sapient. 19. 7.

*Silvæque, & sæva quierant*
*Æquora, cùm medio volvuntur sidera lapsu.*
*Occidit horror*
*Æquoris; & terris maria acclinata quiescunt.*

Virgil. Stat.

28 Alia signa insignia facta. *Montes exultaverunt ut arietes, & colles sicut agni ovium.* Quo in loco Ganebrard. ait: *Ob maris exsiccationem tam stupendam vicini montes tripudiarunt, partim admirantes prodigium, partim gratulantes populo. Non enim est metaphora* (inquit Rab. Isaäc in *Genes.* 19.) *sic verè montes commoti sunt. Unde dixerunt Magistri Nostri, montem Sina se vertisse & curvasse super eos.* Hyperbole Poëtarum est. Virgil. 6. *Æneid.* v. 255-8. v. 238. & Stac. 1. *Achileid.* v. 98.

Psal. 113. 4. *Hyperbole.* Genebr. *Prosopopæia.* R. Isaac.

*Ecce autem primi sub lumina Solis & ortus,*
*Sub pedibus mugire solum, & iuga cœpta moveri*

Sil-

*Silvarum::. Inde repentè*
*Impulit, impulsu quo maximus insonat æther;*
*Dissultant ripæ, refluitque exterritus amnis.* Virgil.
*——— Liquidum ter gressibus æquor*
*Repulit, & niveas feriunt vada Thessala plantas;*
*Lætantur montes.* Stat.

Vestigia filiorum Israël mansisse in saxis & scopulis maris Rubri, & ad littus Arabiæ impressa; diximus, *Tom. 3. T. 7. D. 6. n. 22.* Rab. Salomon Iarri apud Salinas, Tom. 2. in *Ionam*, quæst. 15. liter. n. 11. ait: *Balenam in mare Rubrum Ionam detulisse, illumque per geminos piscis oculos* (apud Sanct. hic, n. 31. *Septem oculos*) *tanquàm per duas fenestras prospexisse in profundo; quomodó traiecissent Israëlitæ per medium eius.* *Vestigia filiorum Israel in saxis maris Rubri.* Rab. Salom.

29 Videamus denique quomodò traijcere cœperunt Ægyptij. Primò etiam ipsis divisum, pòst mare unum. Ingressus est enim eques Pharaö cum curribus & equitibus eius in mare, & reduxit super eos Dominus aquas maris.

*Ægypto iam finis erit, iam clade suprema*
*Tot castigatam vicibus divina Canopum*
*Afficiet cum Rege suo sententia: iamiam*
*Sentiat Ægyptus sapiens vel morte suprema;*
*Quàm nihil invitis prosit contendere Divis.*
*Cætera Pontus aget: vix hæc prædixerat, illi*
*Prosiliunt, cursuque parant attingere littus.*
*Ut venere, vident arentis vasta profundi*
*Insolitam præbere viam, pansoque recessu*
*Pontum aperire suas illis fugientibus undas.* Alc. Avit.
*De cœlo vox missa tonat, verbique superni*
*Interpres, verbis ad Mosen talibus infit:*
*Tu modó divisum virgá iam percute fluctum;*
*Atque reducta suos assumant æquora vultus.*

Succinit Alcimus Avit. *lib.* 5. à v. 617. *Subvertit Dominus rotas curruum, ferebanturque in profundum: fugientibusque Ægyptijs occurrerunt aquæ, & involvit eos Dominus in medijs fluctibus.* Ioseph. loc. cit. *Ægyptij primùm insanire eos putabant* (infit) *in manifestam perniciem ruentes: sed cùm incolumes illos terram tenere viderent; sibi quoque eundem eventum pollicebantur. Ergo cùm iam universus exercitus introgressus esset* (aderant, et dicit *cap. 6.* scutatorum equitum ducenta millia, & peditum quinquaginta millia) *refunditur iterùm mare, & Ægyptios fluctibus involvit. Accesserunt & imbres de cœlo & aspera tonitrua fulguribus simul intermicantibus: fulmina quoque deferebantur: atque ita totus ille exercitus est deletus; ut nec nuncius quidem cladis domum reverteretur.* Exod. 14. 25. 27. *Ægyptiorũ ducenta & quinquaginta millia periere.* Ioseph. Omnes filij Israël salvi facti sunt; ex Ægyptijs nec unus quidem remansit.

30 Hæc summa gloria victoriæ. Factum tanquàm prodigium multis glorioso, è tot cruentis prælijs revertente, Machabæo. *Ascenderunt in montem Sion cum lætitia & gaudio, & obtulerunt holocausta; quód nemo ex eis cecidisset.* 1. Machab. 5. 54. Hac de causa decreta apud Rom. corona graminea, quæ præ cunctis nobilior, *nulli nisi ab universo exercitu servato decreta.* Plin. lib. 22. cap. 3. 4. & 5. Vid. Dalecamp. hic, & Draud. in *Solin.* cap. 4. Aul. Gell. *lib.* 16. cap. 11. *Omnes ad unum interisse.* Aptiùs Senec. 1. de *Ira*, cap. 11. *Quid* (inquit) *Cimbrorum, Theutonorumque tot millia superfusa Alpibus ita sustulit; ut tantæ cladis notitiam ad suos non nuncius, sed fama pertulerit?* Plutarch. in *Timoleon.* subdit: *Quod verò Corinthiorum nemo ceciderit, nemo vulnus acceperit, singulare opus Timoleonis Fortuna ostendit; perinde ac illa emulationem cum virtute viri suscepisset, quó felicitatem magis qui audiant, quàm laudes ipsius mirarentur.* Hoc insigne Epaminondæ in Leuctrica pugna. *Sociorum alij* (refert Pausan. *cap.* 292.) *suos non fuit omninó quód tollerent, cùm neminem amisissent.* Altiora fuere, quæ in haccine illustrissima victoria patravit Dominus mirabilia. *Hebræi* (infit Iosephus) *vix sui compotes erant præ gaudio, ex tam inopinata salute concepto, accedente huc etiam hostium interitu, quo maior esset libertatis securitas, nemine superstite. Quapropter tùm sua salute, tùm inimicorum supplicio læti magis quàm ulli antehàc homines, in hymnis & hilaritate totam noctem exegerunt::. Posterá verò die, cùm æstus & ventus arma Ægyptiorum in littus expulisset, in quo tunc Hebræi castra posuerant, Moyses id quoque divinâ providentia interpretatus, ne posthác inermes essent, collecta viritim distribuit.* Ita Sapient. 10. à 20. Plin. *Gloria summa victoriæ, nec unũ perire, nec unum hostium salvari.* Senec. Plutarch. *Exempla.* Pausan. *Arma Ægyptiorũ, collecta ab Israelitis.* Ioseph.

*Ideo*

*Ideo iusti tulerunt spolia impiorum, & decantaverunt Domine nomen sanctum tuum, & victricem manum tuam laudaverunt pariter; quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.* Hæc dicuntur, uti obsservavimus, *Tom.* 5. *T.* 4. *D.* 2. *á n.* 13. quia aliqui, uti infantes balbutientes, & qui naturaliter muti, supernaturaliter loquendi & canendi facultatem accepere in gratulationem victoriæ tantæ: qua ut ait Tertulian. lib. 3. *contr. Marcion.* cap. 3. v. 58.

*Infantes cũ usu rationis*

Tertull.

*Calcavit fluctus, hostes demersit in undis.*

31 Adhuc restat miraculum in miraculo librandum. Dicit Sapiens: Deus *inimicos illorum demersit in mare.* En miraculum, sed magis excelsum; *& ab altitudine inferorum eduxit illos.* Quos aqua submersit, post armatos egurgitavit, educendo in littora, ut Hebræi ipsorum caperent arma. Nonne insigne miraculum, submersum natare ferrum? Audi Enthusiasmum Homeri, 21. *Iliad.* à v. 234. & 299.

Sap. 10. 19.

*Movit fluenta: impulit autem cadavera multa:*
*Hæc eiecit foràs in terram. Vivos autem servavit*
*Per pulchra fluenta in vorticibus profundis, magnis:*
*Horrenda turbata constitit unda.*
*Multa autem arma pulchra bello cæsorum fluitabant.*

Homer.

Patent quàm multa sacra à Poëtis Ethnicis usurpata, ut ornarent sua poëmata. Cladem Ægypto prædixit Mercurius Trismegistus ad *Asclep.* interprete Apuleio. *Futura* (ait) *tibi prædico. Vivis maior erit numerus sepultorum: superstes verò quis erit? Lingua sola cognoscetur Ægyptius, actibus verò videbitur alienus.* Ita in miseriorem statum hac clade Ægyptus redactà, ut fœminarum regimini traderetur Respublica. Kircher. 1. p. *Oedip. Ægypt.* Syntagm. 1. cap. 9. Causam cladis & propudiosi regiminis signat Trismegistus ibid. *Seductio sanctitatis & impietatis magistra erit maximæ crudelitatis exemplum: nam & tenebræ præponentur lumini, & mors vitá utilior indicabitur. Nemo suspiciet cœlum: religiosus pro insano, irreligiosus putabitur prudens, furiosus fortis, pro bono habebitur pessimus: nova constituentur iura, lex nova, nihil sanctum, nihil religiosum, nec cœlo, nec cœlestibus dignum audietur, aut mente credetur: fiet Deorum ab hominibus dolenda secessio.* En speculum Ægypti.

*Arma Ægyptiorum fluitarunt.*

Merc. Tris.

*Causa cladis.*

Idem.

32 Expediti ergò probèque muniti exultabant filij Israël. Quasi nihil mirum tot in miris accidisset, vel nihili esset, ni mendacium commendaret; Rabbini commenti sunt, arma viritim à Moyse Hebræi distributa, fuisse miraculosè illorum corporibus aptata, quasi singulis symmetricè effecta: imò fuisse sine pondere, ut servirent opportunè, sine gravamine ferri. Idem dicunt contigisse David, dum proceri induit arma Saulis (vide Abulens. in 1. *Reg.* 17. quæst. 24.) sed pondus haud possunt nisi impudenter negare; cùm ille dixerit: *non possum sic incedere.* v. 39. Figmentum figmento concinnemus. Idem profectò refert Q. Calaber lib. 7. à v. 444. de Neoptolemo.

*Arma illa filij Israël aptata & sine pondere; gerræ Rabbinorum.*

*Filius porrò Achillis munit se patris armis,*
*Eique per omnia similis videtur: illa circunquaquè levia:*
*Vulcani manibus ita fabricata erant, ut membris eius convenirent,*
*Quanvis nimis alijs grandia essent. Huic tamen omnia*
*Nullius ponderis videntur, nec caput eius gravat galea;*
*Sed hanc manibus quamlibet arduam facilé tollit,*
*Adhuc sanguini hiantem. Argivi non poterant,*
*Quànvis cuperent, gradum conferre.*

Q. Calab.

Nec dissimile quod de Achillis armis, detractis Patroclo, ab Hectore interfecto, dicit Homerus, 17. *Iliad.* v. 201. *Iupiter Hectori aptavit arma ad corpus.* Facessant ergo nugæ. Perspicuò patent miracula exitus Israël à populo barbaro: equidem elucet, quomodò Deus eduxit, duxit, & inimicos usque in necem perduxit, dum Hebræos conduxit, & Ægyptios in mari pervio seduxit. *Transierunt mare Rubrum tanquàm per aridam terram; quod experti Ægyptij devorati sunt.* Dicam ex Claudian. 4. *Consul. Honor.* v. 628.

*Et figmenta similia Ethnicorum, de armis Achillis.*

Hebr. 11. 29.

Claudian.

*——— Fluitantia nunquàm*
*Largiùs Arctoös pavere cadavera pisces.*

33 In stylum Tautologiæ delicatio ad manum. Videtur sanè necessarium in divisione divisionem esse: mareque dicitur divisum in divisiones, vel quia multæ in mari divisiones aquarum factæ; vel quia divisio cùm supponat extrema, divisiones dicuntur partes divisæ; unde dicitur, ut vidimus, *Aquæ erant quasi pro muro á dextris & á sinistris.* v. 29. Ita Theodoret. hìc, *quæst.* 25. Leonard. Marius, *num.* 62. & Cajetan. loc. cit. Frequen-

ter

ter in Scriptura actio sumitur pro materia actionis ; metonymicè , tanquàm causa pro effectu. Iob. 14. 14. *Donec veniat immutatio mea.* Ideſt, mors. Verba idiotismica Hebraicè, ut *Sacrificare sacrificium, laudare laudem ; custodire custodiam* , & alia id genus, ut prælibavimus in *Prolog. Galeat.* §. 4. n. 10. videbimusque *Tautolog. seq.* ad illud : *Vocatione vocatus* , & *Tautolog.* 8. ad illud : *Prædica prædicationem.* Constat quàm genuinè sensus ex lectionibus DD. Moure: *Mare divisit in partes.* Aquil. *Divisit in segmenta.*

*Metonymia. Actio pro materia actionis.*

34 Principalis autem Tautologiæ in litteræ expositione fuerunt sparsæ , oppositionum etiam conciliatione. *Disrumpens scindam.* Arab. *Scindam scissione.* Pagnin. *Scindendo scindam.* Maluend. *Disrumpere scindam* : *Disrumpere disrumpam.* Caietanus sequitur Pagninum. Modò dicendum aliquid ut sequamur cœli leges , ne proijciamur scisi in tenebras exteriores.

Var. Lect.

## ADINATON EXEGETICUM.

1. *Disrumpens scindam*, dicitur in Salomonem qui fervidè Religionem suscepit, quam perfidè declinavit. Qui Religioni accedens , uti inutilis cognoscitur ; sine disruptione scinditur : removetur enim, antequàm noceàt , ac per damnum inotescat: equidem satius , quòd relinquatur ob fraudem ; quam quod relinquat deinde in dedecus, Religionem.
2. *Disrumpens scindam regnum tuum.* Pœna vehementior principantibus non est : & ut explicet doloris gravissimam pœnam ; meditatò remotionem exprimit ut sciſſuram; quippequàm desperatione rumpuntur , ubi à potestate dominandi removentur.
3. *Disrumpens scindam*, Salomoni dicit Dominus, agens de successore principatus. Disruptio est possidentis , sciſſura consummatio muneris : & quod idem videtur in verbis, sensu non idem ; quia ubi de successore dignitatis cogitamen, antequàm Superiores scindantur, disrumpuntur.
4. *Disrumpens scindam*, sine tota sciſſuræ potestate Dominici Silensis rumpebantur Mahometani : modo & instrumento fulgurabant miracula , ut undique viderentur mirabiliora : quandoquidem in portentum, ligno frangebat ferrum , quasi esset lignum.
5. *Disrumpens scindam.* Dei notatur præsentia , ut citius arceàntur crimina , ac ex præsentia eius constent miracula : equidem quæ in corda oscitantia congerit , sine sciſsura disrumpit.
6. *Disrumpens scindam.* Gloria clarescit Martyrum , dum à tyrannis vim superant tormentorum, victoribus vulneratis, atque victoribus victis : etenim disrupti non vulnerantur , quo tyranni sine sciſsura rumpuntur.

## DIDASCALIA PRIMA.

### *Haud Religioni Monasticæ suscipiendi qui tantùm oneri.*

1 ALiquid *Tautolog.* 2. *D.* 1. in propositum dictum , sed modò delicandum totum propositum. Ductus est Assertor N. à diabolo in desertum , ut placet aliquibus (de quo videsis Maldonat.) unde Lucas : *Agebatur à spiritu in desertum* cap. 4. 1. Micat igitur per cuius spiritus virtutem , dum agitur ductus ut intret in tentationem. Non omni spiritui credendum est, dum in Monasteria videtur impulsus ; quoniam aliquando specie religionis agitat diabolus. Nemo in Christi scholam rectè venit, ni Pater cœlestis vocatione traxerit : & nequaquàm in contubernium vocatus , qui à se , ab alio , vel à diabolo ductus. Non litare arbitrabantur Ethnici , quoties victima ad aram non procedebat spontè ; reluctabatur cædi à popis , vel in templum portabatur hominum humeris. Refert Guilielmus Stuck, de *Sacrific. Gentil.* cap. 123. Pliniusque *lib.* 8. *cap.* 45. infit : *Hoc quoque notatum , vitulos ad aras humeris hominis allatos , non ferè litare , sicut nec claudicante hostiâ , nec trahente se ab aris.* Patet siparium eorum, qui ab alijs ducuntur. *Cæcus & claudus non intrabunt in templum* : erat proverbium in Israël , sumptum ex Levitico , ubi : *Homo qui habuerit maculam, non accedet ad ministerium : si fuerit cæcus , si claudus.* Cur ita? Quia non rectè graditur , qui vacillans hinc inde in Religionem ingreditur : ita contrarijs inclinationibus , ut gressus rectos nequeàt ef-

Matth. 4. 1.

*Qui religioso ad hærent instituto, spiritu diabolico?*

Plin.

2. Reg. 5. 8. Lev. 21. à 17.

*Qui ingreditur cæcè & claudè?*

efformare pedibus. A cæco concupiscitur Religio, cæterùm sine delectu, inhabili ad cuncta, sine Religionis forma: equidem qui ab alio & non à se in ministerium ducitur; cæcè profectò in professionem ingreditur. Hæc victima tollitur humeris, cùm debeat procedere pedes, plausu accepta & recepta, sed ad Religionem nulla: igitur cùm ingrediatur quasi ad ubera portandus, & super genua blandiendus; alijs & sibi magnum negotium facessit, quia dum humeris non tollitur, à proposito resilit.

*Et gerulè.*

2 In victimæ reluctamine latent maiora incommoda; eò peiora, quia latentia: equidem cùm nihil rectum, quod invitè factum; adinstar Thamar violenter viduitatem suscipiens, apparet occasione nactà meretrix. Nunquàm cum huiusmodi victimis, estò iugulentur; litatur. Quid sit *Litare*, diximus, *Tom. 4. T. 3. n. 22. & T. 11. D. 2. n. 1.* Nullum datur propitiationis Numinis signum, nullum felicitatis, quippe semper ominosum: equidem cùm officium semper portetur ut onus (quod reluctatur pectus, & excutere satagit totis viribus humerus, tempore ac gravamine lassus) huiusmodi sacrificia infelices habent exitus. Non venientes veniunt, sed venientes, abeunt. Appropinquaverunt & steterunt reluctamine propositi, ac duro corde. Non possunt eiusmodi lapides panes fieri. A dæmone solicitatur hoccine miraculum, uti monstrum; dum simulatur Religio, in desertum ductorum suadente diabolo, cui nomina mille, mille nocendi artes pectoris versipellis. Claudian. 1. in *Rufin.* à v. 75.

Genes. 38. à 11.

*In invito non vocatio sed calamitas in exitu.*

Psal. 125. 6.

*Quem penes insani fremitus, animique profanus*
*Error, & undantes spumis furialibus iræ.*
*Nec fas est, nec posse reor: sed lædere mundum,*
*Si libet, & populis commune intendere lethum.*

Claudian.

Hæc sors infelix ab alijs invitè ductis, & à diabolo in Religionem vocatis: equidem cùm libertatem amiserint, & honorem parvipenderint; vel rimantes tanto fastidio occasionem, avidè quærunt in crimina omnimodam libertatem.

3 Alij ducuntur, seu agitantur à se diabolicè, ab commodum instituti, conceptum à pravo pectore, titillante desideriorum voluptate, quin considerent Religionis onera, sed tantùm dulcia; ut sine labore vivant, ambulontes inquiete, ut ait Paulus: *Nihil operantes, sed curiosè agentes.* Cuiusnam conditionis erit spiritus, quorum ad Religionem ficcine in conamine flatus? Accedenti Scribæ Christo, ac proponenti: *Sequar te, quocunque ieris*; respondit non sine tædio: *Vulpes foveas habent & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.* Cur igitur sic cupientem sequi, repellit, & comparatione & vulpium & avium pungit? *Dolosè accedebat* (infit Augustin. de *Verb. Dom. secund. Matth.* cap. 7.) *sua quæsiturus, non Christi*: eumque amandat in domum suam; quippequàm in schola Christi quærebat nidum & foveam. Dolosè, aliud proferens & aliud sentiens: aliud ostentans, & aliud ut vulpes simulans, ut semel admissus, propositi cordis obtineretur conatus: huiusmodique obsequium signatur ut vulpis dolus; igitur dum sequi dicit, virtutis titulo non virtutem, sed se quærit. Ab effectu patet. Ut vitæ austeritatem cognovit, *spe frustratus ab oculis Christi se subduxit*: infit hìc Alapid. Quomodò spe frustratus? Nesciebat quòd hìc labor & opus, quærens commodum, ac renuens laboris præmium; confirmante fugà, qualia sequi volentis simulata proposita: equidem sese abscondit & Christum actutùm fugit; cùm in schola non haberet ubi caput reclinaret. Se sequi cupiebat, sed dissimulabat dolosè uti vulpes sequi, Religionis atque virtutis velamine; ut esset commodum amplius, quandiù persisteret dolus æstimatione virtutis subsidio commoditatis, præsente commoditate sed non virtute: illumque Christus arcet solicitè à schola, ne asseclarum reliquorum esset ruina: igitur gloriari avebat esse discipulum Christi; sed cum condecentia sæculi. Alium tunc in discipulum vocat, & hunc non vocat, etsi sequi cupiat. *Luc. 9. 58. & 59.* Nil mirum, quòd se quæreret, quem Salvator non vocavit. Non vocavit, eò quod se & sua, non vocantis quæsiturum, scivit: removetque malum superventurum sanctitati colegij, ut permaneat collegium in tradita sanctitate. Quid enim in Religione non faceret corde perverso pravus sine vocatione?

Matth. 8. 20

Alapid.

*Ibi non virtus, sed dolus.*

*Improbus qui non vocatus.*

4 Dicit Bernardus Homil. 4. super *Missus est* n. 9. *Videas plerosque* (ait) *in Ecclesia, de ignobilibus nobiles, de pauperibus divites factos, subitò intumescere, pristinæ oblivisci abiectionis, genus quoque suum erubescere, & infimos dedignari parentes. Videas & homines perniciosos ad honores quosque pervolare; moxque sibi applaudere sanctitatem, vestium duntaxat mutatione, non mentium; & dignos se æstimare dignitate, ad quam ambiendo pervenerunt: quodque adepti sunt nummis, attribuere meritis.* In hos ingrediuntur exitus? Potiùs sanè, si nullus fuisset introitus. Vide ex eodem

Bernard.

2. Thess. 3. 11.

*Qui ducti à commodo?*

dem dicta *Tom.* 5. *T.*2. *D.*4. *n.*14. Taxat & Seneca *Epist.* 44. *Quid est ergo in quo erratur? Quid* (inst) *cùm omnes beatam vitam optent, quód instrumenta eius pretiosa habent, & illa dum petunt, fugiunt? Nam cùm summa beatæ vitæ sit solida securitas, & eius inconcussa fiducia; solicitudinis colligunt causas, & per insidiosum iter, vitæ non tantùm ferunt sarcinas, sed trahunt. Ita longius ab effectu eius quod petunt, semper abscedunt: & quó plus operæ impendunt, hoc se magis impediunt, & feruntur retrò: quod evenit in labyrintho properantibus, ipsa illos velocitas implicat.* Boëtius 1. de *Consol. Philosoph.* Metr.4. v.16.

Senec.

*Quò magis accedit, retrò abit.*

Boët.

*Quod non sit stabilis, suique iuris,*
*Abiecit clypeum, locoque motus*
*Necti, quà valeat trahi, catenam.*

Non ita erraret, ni simulatè introisset, catenam criminum portans, alios insimulans, atque in iustos & sanctos retorquens lanceas. *Malorum solatium est, bonos carpere* (inquit Hieronym. *Epist.* 10.) *dum peccantium multitudine putant culpam minui peccatorum.* In hæccine & alia præcipitia devenit subdolè, qui præsumitur vocatus, sed sine ulla vocatione; igitur sese vocavit, impulit: cogitans secum cum fovea & nido, ut vulpes, sine labore: *Bonum est, nos hic esse.* Unde dum vulpis vafræ aperitur circumventio; in desertum clarescit ductus; à diabolo. Vernaculè: *Algun diablo le trajo aqui.*

Hieron.

*A diabolo ducitur.*

5 *Nomine ergo vulpium* (inquit Gregor. Magn. 19. in *Iob*, cap. 1.) *dolosa atque fraudulenta designantur: ac si dicat. Dolosa atque fraudulenta dæmonia in corde.* Effectus exprimitur huiusmodi vulpium, ut foveas habeant, ad Monasteria accedentium; qui demoliuntur vineas, ut quærentes commodas inveniant foveas, quandiù simplices oculos fugit pravitas: arcendique sunt vel ab ostio, ne inter Monachos occulto auctore grassetur conscientiarum perturbatio: etenim dolis, technis, fraudulentiâ; inter homines, non homines, sed dæmonia. Hinc Glorioſus Monachorum Rector & institutor, de venientibus in conversionem occultis pectoris latebris, quia satanas se transfigurat in Angelum lucis; *Senior deputetur* (ait, *cap.* 58. *Regul. Sanct.*) *qui super eos omninó curiosè intendat si verè Deum quærant*: igitur permulti veniunt ceu vulpes ut foveas habeant. Veniunt ut veniant: *veniunt venientes*, cæterùm manipulos non portantes; vel quia nulla ad electionem vocatio, vel quia si ulla vocatio, sinè fructu. Emblema insigne exponitur apud Octav. Strad. in *Symbol.* Reg. Lusitan. 4. duorum scilicèt cordium, unius cum floribus, alterius cum spicis, utroque transfosso gladio, cum epigrafe: *Cur non utrunque.* Utrunque enim terebrandum, pro cognitione intentionum ad Monasteria accedentium; quippe tunc tempus plantandi & evellendi: repulsâ evellendi cor futili aut falsâ devotione floridum; atque plantandi solicitè cor dispositum ad fructum. *Dissumpens scindam*: dicit Dominus de Salomone, qui Religionem suscepit, ut ab illa declinaret. Qui accedit Religioni, & inutilis cognoscitur; sine disruptione scinditur: removetur enim, antequàm noceat & per damnum vafra vulpes innotescat: equidem qui non ad fructum; si maturè non remotus, semper ingressus in damnum.

Greg. Mag.

*Ac in dæmonem convertitur.*

S. Bened.

Psal. 125. 6.

Oct. Str.

3. Reg. 11. 11.

*Ne perturbet tempestivè removeatur.*

6 Dominus propensus in Synagogam, illam plantavit ut vineam; sepivit eam, turrim in medio eius ædificavit, atque *ex illa lapides* curiosè *elegit. Lapides.* Perpropriè. Notantur cordium indoles, ac duræ cervices: equidem obsequijs summis Deus non videtur ædificasse corda, sed dura saxa. *Lapides elegit ex illa.* Non ad illam, sed ex illa? Utique. Lapides ad illam ædificandam elegit, & pòst lapides superfluos ab eius circuitu extraxit. Innuit modum ædificationis, ut in Monasterijs nonnunquàm floreant virtutes: igitur si in ædificium saxa viventia; removenda potiùs quæ non fuerint necessaria. Tanquàm lapides vivi ædificamur in spiritalem domum, ut adolescat ædificium lapidibus usque in cœlum: removendique sunt, dum lapides in domum spiritalem; qui inutiles & inepti prorsùm in & ad ædificationem. Ubi ex illis non fabrica, convertuntur in rudera; quoniam semper supervacuum, dum completur ædificium: reijciunturque saxa, quæ tantùm rudera; quoniam minimè pulchrum, speciosum opus, quod tantùm erigeretur ex proijciendis ruderibus. Hispanicè: *Del desecho, cascote, ó ripio.* Vide Trithem. *Orat.* 5. Ad manum causa. Quod ædificationi non deservit, oneri duntaxàt servit: quod quidem citò removeri congruit; quippequàm rudus, & rudus; quod non deservit in opus. Idem conatus in electione lapidum ad illam pro delitiosa fabrica; quàm è lapidum iam superfluorum ex illa: ibi artifex remanere non permittit, imò cuncta rudera extraxit; claro documento Monachis, ne unquàm admittant ædificationi inutiles: igitur qui lapides non serviunt in ædificium; ut rudera & rudera sunt offendiculum pedum, rectè ambulantium, hinc & inde obvia offendicula fugientium.

Isai. 5. 2.

*Synagogæ ingratissima.*

*Turpe in ædificium opus, quod ex ruderibus*

*Quod inutile removeatur ab opere*

7 Sic enim munda vinea, verùm quodnam fructum tulit? Satius esset nullum, quàm ma-

Ibid. malum. *Expectavit, ut faceret uvas, & fecit labruscas.* Ut fructum optimum ferret, ab ea quicquid officit extraxit; ne impedimentis tenderet in pravam amaritudinem, quæ plantata est in dulcedinem; electo, nobili fœcundo semine, ne excusationem haberet de pravitate, inutilibus electis & simul extractis vel à lumine vitijs: ruderaque dimovit, dum ædificium in Religionem complevit; ut pateret quam amara, si haberet intùs ex rudere Religionis offendicula. Dicit Psal. 79. 9. Regius Psaltes: *Vineam de Ægypto transtulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam.* Priùs gentes eiecit, quàm Religionem plantasset; quippe nec signum poterat esse virtutis, collocatis ibi idolis: nec sic favens obtinere valuit, quod vinea responderet expectationi: equidem vel obicibus extractis, intra septa vivebant tanquàm Gentiles. Gentes eliminatæ, ne cresceret malitia propensorum in vana simulacra; quippe commixti inter profana Gentilium, citò dedicerent opera eorum: & eiecit Dominus à facie Israëlitarum profanas Gentes; ne interesset vel leve impedimentum in erecta Religione: equidem si non repulsa devotio ficta Gentilium; duntaxàt operaretur in Religionis scandalum. Non contuntur Iudæi Samaritanis. At hi post illorum captivitatem solutam vafrè dixerunt: 1. Esdr. 4. 2. *Ædificemus vobiscum, quia ita ut vos quærimus Deum vestrum.* In ipsis verbis pellucet cordis vafrities. Non dicunt absolutè *Deum*, nec *Deum cunctorum*; sed duntaxàt, *Deum vestrum*; quasi non esset illorum, qui Deus Israëlitarum: siquidem illorum iudicabatur non Numen, cùm minimè in religione Dei quærerent religionem. Vers. 3. *Nos soli ædificabimus*: Israëlitæ pellentes eorum prava consortia, responderunt. Quare profitentes religionem in ædificationem non admittunt? Quia admissi non profitentur. Potiùs quàm ab illis erectum, templum nullum: igitur tam templum, quàm ipsi meliùs ædificantur; dum qui tantùm in onus, à religione compescunt. Non veniebant in ædificationem, sed in destructionem, & ut turbarent animos ad ædificij conamen: iurèque propulsi, accedentes Religioni ficto corde; quoniam cautiùs & tutiùs destruerent templum, modò inconsultè ex abrupto sumerentur in consortium.

*Expuendum pravum, ut florere possit bonum.*

*Signum relaxationis, ubi virtus non viget, extractis malis.*

*Ad virtutem consortium malorum, totius ædificij excidium*

8 Separandum est pretiosum à vili, maximè quò totum debet esse pretiosum, & examinandum argentum; ne denigret tactu quod rutilat candidum: adulteratam & fuco & pondo monetam nullus accipit, quantunvis fulgore rutilet. Struthio (inquit Ælianus, 4. de *Histor. Animal.* cap. 37.) *magna etsi permulta ova parit, non tamen omnia ad frugem perducit; sed fœcunda ab infœcundis secernit, tantumque frugiferis incubat.* Intelligitur potissimè in Didascaliæ propositum elegans testimonium Isaiæ, acceptà coniunctionis particulà pro disiunctiva, *Et* scilicèt pro *Vel*, quod sæpe alibi. Genes. 2. 3. *Benedixit diei septimo &* (pro *Vel*) *sanctificavit illum.* Ierem. 21. 7. regeritur: *A peste, &* (vel) *gladio, &* (vel) *fame in manu Nabuchodonosor &* (vel) *in manu inimicorum.* Idem 42. 22. quod explicat, 43. 11. *Quos in mortem, in mortem: & quos in captivitatem, in captivitatem: & quos in gladium, in gladium.* Etiam apud Profanos. Theocrit. *Edyl.* 2. v. 41. *Infamem fecit, &* (vel) *non virginem esse.* Virgil. 2. *Æneid.* v. 600. *Inimicus &* (vel) *hausserit ensis.* Hoc in sensu auctoritas Isaiæ. *Requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus, &* (idest, *vel*) *struthiones habitabunt ibi.* Cur ibi vel habitaturi struthiones, vel draconibus replendæ domus ac bestijs? Quia alogi nolunt eligere in domus splendorem proficua, sed phantasiæ aut affectionum prolubria, hominum atque rationis ludibria, bipedum opprobria; renuentes electionem & selectionem struthionum in ovorum grandium fomentum, repellentes quod subvanidum; ut persistat domus inclytè generosissimà prole, & plumis rutilis & nobilitate generis: quia domus splendet pretio viventium lapidum, dotibus commendabilium: aliàs quæ ut vinea electa construitur, singularis ferus depascitur; nec in racematione reperitur uva, unde pinguis, dives proveniebat vindemia: quapropter cum his & illis in deterius degeneret pulchra species & nobilis; domus replentur draconibus atque bestijs.

Ælian.

*Et pro Vel.*

*Conditio struthionis.* Isai. 13. 21.

*Ubi perperàm ex suscipiendis eligitur, domus bestijs & draconibus repletur*

9 Languorem, imò dedecus, ac detrimentum, etsi cavet, plorat Carol. Scribani. *Quid enim non meritò vereri debeamus ab hac inutilium turba* (ait in *Medic. Religios.* lib. 1. cap. 21.) *nisi totius Religionis tepore, ac frigus, demùm interitum universum? Cùm per hos consueta Religioni munia rité cum laude & fructu obiri non possint; fit ut universim negligantur: & inutilium exemplis, alij ad otiosam & ad non dignam Religionis vitam descendunt. Sed nec quicquam ab hoc hominum genere expectandum; quàm ut postquàm impleti, dilatati & incrassati fuerint, abeant in murmurationes, otio amicas, in obloquia, in aliorum criminationes, in instituti neglectum, inde etiam in contemptum, in cibum, potum, somnum, car-*

*Quanta pro virtute lues, & in mala quanta!*

Scriban.

*carnem & his similia , & in magnum universæ Religionis dedecus , ac infamiam latè spargendam ; cùm externorum quisque ex his reliquos metiatur. Accedit quòd hi ferè universam domesticam pacem turbent , semper inquieti , nulla in re stabiles , otio diffluentes , ad vana & sæcularia propensi : & cùm nihil in eis sit , quod Religiosum redoleät ; tunc prima quæque munia venantur: dignissima quæque deberi sibi arbitrantur: reliquorum dicta factaque criminantur , & ferè in optimos quosque & probatissmos insurgunt , ementitisque , quaquà possunt , calumnijs onerant , detrahuntque primis quibusque. Cùm enim videant , se virtute non posse cum his contendere ; ad maledicta descendunt , clam primùm , inde publicé , ut per magnorum depressiones , gradum sibi ad summa quæque sternant : & cùm se æquatos vident optimis ; etiam virtutum præmio pariari volunt , virtutis omnis expertes.* Verissima & aurea verba. Utinam falsa ! ne qui dotibus & moribus optimis , fierent infeliciter opprobrium abundantibus , & despectio superbis ; insolenti arrogantiâ , & ab eo qui rationem non cognoscit , & nescit merita, privilegio bipes , opprobrium hominum & abiectio plebis.

*Indignorum susceptorum artes & vitia.*

Pisan.

10 *Quid hìc agis frater Musca ?* dicebat Div. Franciscus Seraphicus cuidam otioso fuco ; ut ait Pisan. *lib.* 1. *Confes.* 12. & *lib.*2. *Confes.* 4. ac in Opusc. *Apophthegm.* 15. quem continuò à fratrum consortio eiecit. Quæ non faceret, si inter laborantes ineptus supervacuè remaneret ? Aptè Musca. Quod minus ; fœda , fœtida , importuna atque molesta. Latent maiora in contubernio, ut actutùm amandentur exilio, ne mores bonos corrumpant : quæ tetigerit musca, tempore verminant: propulsandique sunt citiùs, quamprimùm in sæculum , tantùm nutriti in corruptelam morum. *Quando ingressi fueritis terram* ( dicitur filijs Israël ) *& plantaveritis in ea ligna pomifera ; auferetis præputia eorum* ( ideſt, non manducabitis , sed repelletis primitias arborum ) *poma , quæ germinant ; immunda erunt vobis , nec edetis ex eis. Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino: quinto autem anno comedetis.* Acerba enim sunt poma , illo in tempore nutrita ; quæ placidè mandi non valent , quippe dentes eis obstupent : inhibetque ferri in sacrum Sanctuarium, quod sæcularibus ipsis ac profanis nocumentum : igitur fas non erat Deo dicare, quod vel ipsi nolebant , vel nequibant deglutire. Vide *Tom.*5.*T.*10.*D.*1.*n.*6. Optima oblatio cordium in ætate prima , modò ne sint poma amara. Hac conditione sint longè à loco sanctuarij: siquidem satius , quòd perirent in sæculo,quàm quòd nocerent sanctis in Numinis domo. Frequens sæcularium prurigo, templo Dei dicare, quoscunque inhabiles ad munia sæculi: sibi industrios, Deo specie devotionis dicant ineptos : quos quidem Deus iubet exulare ab Ecclesia , uti amara acerba poma : quandoquidem fraudulenter ingerere totis viribus nituntur,quos vel ipsi præ acerbitate sustinere non possunt.

*Cur Muscis similes?*

Lev. 19. à 23.

*Sæculares quod sibi non iunt, Domino in Monasterijs offerre cupiunt.*

11 Homo qui habuerit maculam, non potest etsi minister accedere ad ministerium altaris ; uti vidimus, *numer.* 1. *Si cæcus fuerit* (dicitur) *si claudus , si vel parvo vel grandi , vel torto naso* ( ideſt, qui non rectè nares emungit, quia nihilo & cunctis stomachatur, cùm ab illo omnia & nihilum indulgetur ) *si fracto pede , si manu , si gibbus , si lippus , si albuginem habens in oculo , si iugem scabiem, si impetiginem in corpore , vel hernioſus: Omnis qui habuerit maculam , non accedet. Contaminare non debet Sanctuarium.* Ita quidem cæterùm sæcularium contrarium votum : equidem filios, aut consanguineös destinant sine delectu Sanctuario quos pro fœditate placidè non tolerantur à sæculo. Tunc magis insistunt , quoniam onus excessum cunctorum commodum , turpitudinem minuentes,vel ridiculos vel in figura negantes; gratulantes sibi vel de maximis expensis; quippe semel in vita gravamen oneris. Unde dum tot commendationibus cogitatur pretiosum offerri in templum ; afferunt plausu nimio claudum , vel cæcum , vel luscum , & cum reliquis malis pestem , aut monstrum. Huiusmodi fructus quos non licet edere( Vulgò : *No los pueden tragar, ò passar*) maneänt in arbore. Haud adducantur intra, qui nauseam provocant extrà. Acerba poma sunt, aspera , dura , sanitati non apta ; quæ excluduntur prudenter à ministris , ne contaminent Sanctuarium fructibus pravis: equidem potius , quòd in sæculo foris tanquam in campo putrescant ; quàm quod sacris Sanctuario , ministris noceant. *Primogenitum asini mutabis ove.* Dei, si primogenitus, asinus erat : quem pro ove, ne accedat victima ad altare, commutat ; ut habilis sufficiatur in locum rudentis , vel si non fuerit alter , in iura mortis : maioris æstimandum , si asinus interficiatur ; quàm quòd templo destinetur. Aliquando nostris malis introducitur conditione , non Christi iumentum, qui natus rudere in campum. Tanti oneris ne subsidium ? *Cibaria & virga & onus asino:* dicit Siracides. Hoc agasonis opus. Verum quo-

Lev. 21. à 17.

*Cur prudentia , vel imprudentia Præsidis signata naribus?*

*Non solùm ingrediuntur sæculare interventione intra claustra inepti , sed & ridiculi, homines asini.*

Exod.13. 13.

Eccli.23.25

*Amandandi & coërcendi suscepti.*

quomodo? *Vocationis cognitor* (subdit Scribani) *ad regulam formet, maximè ad mortificationis studium. Aut enim sequentur ductorem, & natura pravitatem sui victores superabunt; aut lassi & victi aliud vitæ genus deligent; aut sat magnam occasionem dabunt ad sæculum ablegandi.* Hæc profectò necessaria, ne Monasterijs sint onera, etsi tacitè pro tempore simulantes dissimulent; ut securiùs sine recessu recalcitrent.

Scriban.

S. Bened.

Cibaria, virga & pondus oneris: aliquando onus & virga sine cibarijs. *Verberum & corporis castigatione coërceat*: ait Benedictus Pater, d. *cap.* 2. equidem ficcine secum reducent in sæculum indolis pravitatem; vel onagri qui accesserunt commutabuntur in ovem.

Num. 8. à 24.

12 Methodus cunctorum in Monasterijs, signatur in ordine constituto Leviticis. *A viginti quinque annis & suprà ingredientur ut ministrent in Tabernaculo fœderis: cumque quinquagesimum annum ætatis impleverint, servire cessabunt.* Antilogiam exposuimus, *Tom.* 5. *T.* 4. n. 27. Non priùs ingrediuntur, nec pridem, quia ministerio darent profectò inexpertem: igitur ad exactum ministerium, necessarium næ & tempus & exercitium. Cur ergo qui ultra quinquagesimum annum cuncta experti, removentur à munere? In Sanctuario rectè cuncta, rictè & omnia. In ætate provectu non ita ministri apti, sicut decet Sancta: removenturque quiqui non ita validi, etsi boni, ab usu atque ministerio altaris; quippequàm in Sanctuarium debent elegi meliores. Aliquando illa in ætate quæ prætergreditur ultrà, solet ingeri naturalis ignavia, qua & torpent sensus, & languescunt motus. Quod inutile, serviendo deservit & altari: & ut ritè servientes serviant, quos emeritos amandant; quia minimè tunc in illis invenirent ministerium, sed obsequiosum obstaculum, promptitudini offendiculum. Quid de ineptis decernendum indole, nunquàm in inhabilitate servituris; dum arcentur, qui exactè ministrarunt, ratione ætatis? Quiqui ingredi cupiunt commodi cogitatione: non ingrediuntur ut serviant Monasterio, sed sibi. Unde in Monasteriorum regimen, & Monachorum utilissimum ordinem, qui oneri tantùm præ ætate, non admissi in ministerium; quippequàm arcendi promptè vel ab ostio Monasterij, qui tantùm oneri. Dicam ex Lucretio, 3. de *Rer. natur.* à v. 307.

*Seligendi meliores in ministeria, nec sint inhabiles ministrantium obstacula.*

*Qui pravo suscipitur in suitu sibi servit & nequaquàm Monasterio.*

*Quorum ego nunc nequeo cæcas exponere causas,*
*Nec reperire figurarum tot nomina, quot sunt*

Lucret.

*Principijs, unde hæc oritur variantia rerum.*

## DIDASCALIA II.

### *Amissio dignitatis plena doloris.*

1 *Mortalium nullus est felix*: inquit Plin. *lib.* 7. *cap.* 40. Innumeros felices numerat; sed unde felicium infelicitas, declarat. *Certè* (subdit) *ne lassescat fortuna, metus est. Quo semel recepto, solida felicitas non est.* Nil mirum, si fortuna esset sponsa: at sine fide postquam coniugata? Quid dicemus? Est fortuna. Timorque inseparabilis à felicitate, conditio *omnium quos fortuna irritavit implendo*: asserit Senec. 7. de *Benefic.* cap. 3. & Euripid. in *Electra*, v. 594.

Plin.

*Fortunæ timor individuus comes.*

Senec.

*Fortuna tibi fortuna:*

Euripid.

Igitur nonnunquàm formidine plena. Quænam enim in felicitate formido, potito voto? Dicit Stoicus *Epist.* 19. *Tulit te longè à conspectu rapida felicitas, provincia & procuratio; & quicquid ab istis promittitur. Maiora deinde officia te excipient, & ex alijs alia. Quis exitus erit?* Hinc formidat animus: igitur non solida fortuna, si felicitatis exitus. Cupit homo, stultè attingere à fine usque ad finem, fovens dominandi perpetuitatem: corque percellitur in spasmum, quia regimen habet exitum. Cadere timet, qui semel ascendit.

Senec.

*Qui fuit beatus, ne cadat,*
*Cruciatur miser propter felicitatem.*

Euripid.

Succinit qui supr. in *Troädib.* v. 634. Gravantur semper timore, quippe cupiditas incipit à fine: votumque ad impossibile dirigit, optans quòd fortuna instabilis perseveret. Torquet desiderio, quod refrigerat usu, ut vidimus ex Bernardo, *Tautolog. præced. D.* 4. *n.* 2. quandoquidem si arridet acceptatio dignitatis, amissio plena doloris. Magna felicitas est, adversæ aut ægræ fortunæ invenire medicum: exitus non habet pharmacum. Unde cùm fortunæ senilis quæratur salus, & appetitus sit medicus; illicò ut amissionis futuræ concipit fortuna dolorem, parvi ducit appetitus, quòd pariat iniquitatem.

*Amissio dignitatis plena doloris.*

2 Obiter notandum; quod ex proposito, totà *Tautologiâ 6.* Cecidit Ochozias, imò cum cœnaculo fuit, ex quo gravis morbus excrevit. Totius ergo regni moderatus gubernaculum, tanti casus formidabat exitum.

tum. Unde decrevit mittere nuncios ad Beëlcebub, Deum Accaron, in consiliumque dicens : *Utrùm vivere queàm de infirmitate mea hac.* Non est Deus in Israël? In huiusmodi articulo ad quid ? Qui quærit fortunæ casum, nullo modo quærit Deum. Ætiop. legit : *An futurus sicut priùs.* Felicitas infirma iaceret, ni ambitiosus studiosè curaret; quippe lethalis gravissimus morbus, ex languida fortuna felicitatis exitus; & principium languoris, fortunæ finis. In hoc ( ut efficax ingeratur medicamen, & ne sit finis post finem ) si Superum abest gratia, in valetudinem sortis, movebit in infernis Acheronta. Non est salus, si altitudine dignato haud fortuna sicut priùs: & cùm finis fortuuæ non habeat pharmachum ; ab ambitioso arte consulitur dæmon : quandoquidem sicut priùs, modò in dignitate sit; nihili pendit, quod fiat per consilium Beëlcebub. Maximus elucet dolor, dum ex defectu doloris conficitur angor; pro cuius levamine apotheca commovetur infierni : etenim usque ad intima rumpuntur : si à dignitatis dulcedine degustatà removeàntur.

4.Reg. 1.2. *Ne amittatur, etiam dæmon consulitur.*

3 Tautologia astruitur, quod à prudenti ridetur. Removere decem tribus à familia David, propter idololatriam Salomonis, iurè excandens, decrevit Deus; Regique dicit : *Disrumpens scindam regnum tuum.* Quare dum exponit Dominus Principi pœnam, designat per sciissuram; ubi innumerabilia cruciamina vel per se, vel per hostilia? Declarat corsalium, atque perculsionem principantis, dum separatur ab honore regiminis : dicitque meditatò sciissurum principatum, pro destruendum; ut siccine constet amaritudo acerbior dominantium : etenim desperatione rumpuntur, ubi à gloria dignitatis removentur. Vita illorum principari, cuncta regere, aut dirigere, ad lubitum sine lege fulminare leges, & à subditis, vel non subditis propensiùs coli, ex timore potestatis; quæ quidem vitæ atque vanitatis alimenta, queis floret Principum vita. Unde cùm è propudio subitæ remotionis, alimenta deficiant glorioſæ vitalitatis; ubi à potestate auctorata uti in viti separantur, adinstar Achitophel desperati suspenduntur. Canit Euripid. in *Helena*, à v. 424. & in *Hecuba*, v. 56.

3. Reg. 11. 11.

*Ambitiosus rumpitur, ubi à dignitate removetur.*

2. Reg. 17. 23.

*Cum magnus vir sine dignitate cadit*
*In abiectionem deteriorem incidit,*
*Quàm his qui pridem infelix.*
*Tam infeliciter modò, quàm feliciter olim.*

Euripid.

Hoc intuitu fumo comparantur, dum infulæ vanitati deficiunt. Quare vel Ethnicus *Eclog.* 1. v. 83. accinit : *Summa culmina fumant.* Fumus quò magis elevatur magis extenditur : illique felices vel extra leges ex altitudine solicitant extensionem; ut continuatione muneris amplificent vanitatem. Profectò à vanitate elevantur. Nil mirum : vento feruntur. Inter fumos nihil vident etiam vigiles oculi; & vanitate fastosi sæpe in dignitate invisi : equidem dum objicitur dignitatis ambitus, & spectabilis thronus; nihil videtur, nisi fumus & fumus.

Virgil.

*Cur dignitas confertur fumo?*

4 *Inimici Domini mox ut honorificati fuerint, & exaltati* ( inquit David ) *deficientes quemadmodùm fumus.* Quid fumus in allusionem honoris & principatus? Multum quidem. Exprimit pungens oculos auctoratorum à munere cessationem. Fumus influit in fletum : & sicut fumus honorati dum deficiunt; quippequàm si maiestatem exuant, nonnunquàm plorant. Causam signat Plautus in *Persa*, Act.4. scen.4. v.85.

Psal.36.20.

*Exauctorati plorant suâ sortem.*

Plaut.

*Nihilum est, quod fuit; quando fuit.*

Felicitas quæ fuit est infelicitas, & quid non valet, si fuit, nisi ad cordis pondus; quippe ad præteritum non datur regressus. *Voto suo laborant* : subdit Senec. ad *Polyb.* cap. 23. Ex votis labor, & ita gravis molestia? Ex munere cupiunt procedere in ulteriora; ut non finis esset ad dignitatis finem; sed gradus functi muneris in altiorem dignitatem: ex votoque dignitatis adeptæ manat tormentum, quia sine ascensu evanescit etiam votum. Quæ frustrato, non blaterant ? Quæ non fulminant? Illi uti indotati, iure removentur. Etiam dotati, protriti à fortuna, cadunt. Non quiescunt, nihil respiciunt, & librant tantùm quòd fuerunt; quasi ex propudiosè habitis, iura conferrentur meritis. Taxat Stoicus *Epist.* 15. & 73. *Quàm multa sis consecutus* ( dicit Lucilio ) *recordare. Cùm aspexeris quot te antecedant; cogita, quod sequantur. Si vis gratus esse adversus Deos, & adversus vitam tuam; cogita quàm multos anteceſseris. Quid tibi cum cæteris? Te ipse anteceſsisti. Finem constitue, quem transire, ne possis quidem, si velis. Discedent aliquando ista insidiosa bona, & sperantibus meliora, quam affecutis. Nunc haurientium sitim concitant, & invitant speciosi apparatus. Quisquis de accipiendo cogitat, oblitus accepti est : nec ullum habet maius cupiditas malum; quàm quòd ingrata est. Adijce nunc, quòd nemo eorum, qui in Republica versantur, quos vincat, sed á quibus vincatur, aspicit : illis non tam iucundum est, multos post se videre, quàm grave, aliquem ante se. At vir syncerus & purus, qui reliquit & curiam & omnem administrationem Reipublicæ, ut ad ampliora secederet, dili-*

Senec.

*Unde Fletus?*

*Pharmacum in huiusmodi vulnar.*

Idem.

*diligit eos per quos hoc ei facere tutò licet, & magnam rem nescientibus debet.* Minimè se noscunt; quùm vacui, qui meritis vacui, nolunt videri. Non novum: etiam qüerentur satiati: equidem ita sitis munerum ambitiosa; ut in summis, commoti non videant summa.

5 Loquitur hìc sæpe Seneca; quippe eius verba & aurea & opportuna. *Tanta importunitas hominum est* (infit, 3. de *Ira*, cap. 31.) *ut quanvis multum acceperint; iniuriæ loco sit, plus accipere potuisse. Dedit mihi præturam, sed Consulatum speraveram. Dedit duodecim fasces, sed non fecit ordinarium Consulem. A me numerari voluit annum, sed deëst mihi ad sacerdotium. Coöptatus in collegium sum: sed cur in unum? Consummavit dignitatem meam; sed patrimonio nihil contulit. Ea dedit mihi, quæ debebat alicui dare: de suo nihil protulit.* Quæ placuerunt vota, displicuerunt habita. Unde si qui saturi, famelici sunt; esuriet sanè quisquis sine munere non est: igitur non est etiam in vitalitate, qui semel dignatus fame perit sine munere. Simulatque cognoverunt exercitus Principes, Iehu unctum à Domino Regem super Israël; *Unusquisque tollens pallium suum, posuerunt sub pedibus eius, in similitudinem tribunalis.* Hebræi asserunt constitutum Regem cunctorum plausu, sub horologio. Videtur, ni fallor, imago pulchra regentis, dum constituitur ad moderamina Princeps. Iccircò Iunius *Emblem.* 23. in Præsidis symbolum describit & palmam & horologium: equidem haud cadet in regimine palmà, qui observaverit ad imitationem signa.

*Quæ placent vota displicent habita.*

4.Reg.9.13

*Unde horologium symbolum Principis?*

*Pondus & ordo movet doctâ vertigine molem:*

*Sic regitur latis legibus ordo sacer.*

Salvat. Carduc.

Plures allucinantur appettentes regimen; sed non considerant molem: quandoquidem cùm ad motum semper pondus, in pectore moderantium.

*Nulla quies intùs.*

*Nec mora, nec requies,*

Ovid. 12. *Metam.* fabul.2. Virg. 5. *Æneid.* v.458.

Corsalio continuo cordis; ex motu æquali ad tenorem æqualitatis legis, qua omnibus omnia, ut regimini sit palma: equidem sicut horologium despicitur, modò minimum habuerit errorem; haud aliter Princeps, qui sine lege dat legem.

*Ordine dat certos machina mota sonos.*

Picinell.

6 Præterea. Horologium motu vivit, & eius à pondere motus. Semper pondus cura regiminis: horologioque confertur vita regentium; quia non vivunt sine gravamine ac pondere dignitatum. Irrequieta quies est; unde sine pondere neque motus, nèque vox: vivuntque promoti in munere, qui nusquàm quiescunt immoti. Vita est motus à se, in respirationem ut conservetur halitus: in muneratis, à dignitatibus motus: equidem illis nec halitus vitæ, sine honoris continuà respiratione. Picinell. 21. *Mund. Symbol.* n. 147.

*——Sic temporis index*
*Acta sonat, motu deficiente silet:*

Idem.

Propositio ergo principali analogia designanda, ut inter utrumque exploretur convenientia. Promotio dicitur in dignitatem electio: quæ quidem vividè comparatur horologio; cuius in motu vita, ut cordi electio sit grata. Cùm vita ex continuatione sit; ita dignitatis sors & horologij pretium constituitur, quod quidem nullius, si motus discontinuatur: unde in vitalem halitum & dignitatis fastigium, promoti meritò conferuntur horologio; quoniam nullius pretij & nihil sunt, ni sint in motu continuo. Ulteriùs. Arte ac vertigine doctà horologij struitur fabrica; qua & signatur tempus, & mensura motus. Ambitiosus regustans dignitatem, & imperij dulcedinem, cupit motum sine tempore & tempus sine ratione mensuræ; quoniam tundit & retundit ambitiosa pectora, in dignitatis horologio, quando est hora, potisimè cùm finis motus numeretur per momenta à vexatis tyrannicè subditis ex pondere motus sine lege regentis: horologioque comparatur assumpta dignitas, ut dignatorum exponatur acerbitas: igitur sine pondere, motus suspensionis cessat vita; quia venit hora. Studium ambitus in honoris horologio, tantum respicere tempus; quippe post horam, & tempus non erit amplius: effectusque notatur vertiginis, in consummatione dignitatis; etenim capitis vertiginem sentiunt, ubi in horologio honoris, de functionis horam consummatione respiciunt. Aptè tribunal horologio politur, ut quæque causa ad iuris amussim expediatur: igitur in tribunalibus nihil fulminaretur ultra legem, modò iudices viderent consummationis dignitatis finem. *Omnis consummationis vidi finem*: dicit David. Hinc fecit in tribunali & iustitiam & iudicium, lumina attollens in muneris horologium: igitur improbi plodunt in causis iustitiam, quippe nesciunt diem & horam. Quod in iudicibus ingerit ignoratio, in ambitiosis constituit finis cognitio: horologiumque collocatur pro tribunali, rotarum doctà vertigine; ut effectus notetur consummationis honoris, in consummatione temporis: igitur cùm ad illum pruriant, & quassetur vertigine

*Analogia utriusque.*

*Affligitur ambitiosus, dum depositionis exitus.*

Psalm.118. 96. *Perfecti iudices exitu cogitato dignitatis.*

cere-

cerebrum ; iudicium consummationis facientes, amittunt sanè iudicium. Hispanicè: *Pierden el juicio.* Haud respicitur habitum ; sed duntaxàt, quod possibile futurum , sine quo amittitur vita, quantumvis priùs immeritis dignitatibus satiata ; quandoquidem adinstar temporis ambitus, appetit esse mensuram motus secundum priùs & posterius.

*Analogia ambitionis & temporis.*

7 *Præterire quod mihi occurrit exemplum , non possum* ( ait Senec. de *Brevit. vitæ* , cap. 20. ) *Turanius fuit exactæ diligentiæ senex , qui post annum 90. cùm vacationem procurationis à Caio Cæsare ultrò accepisset; componi se in lecto , & veluti exanimen à circunstante familia plangi iussit. Lugebat domus otium domini senis , nec finivit antè tristitiam , quàm labor illi suus restitutus est. Adeòne iuvat occupatum mori? Idem plerisque animus est : diutiùs cupiditas illis laboris , quàm facultas est.* Singularis mania ! De otio ac quiete queritur ? Sine motu non vivitur : deponitur vitalitas vitæ , sine dignitatis laboriosa respiratione: componiturque uti exanimis lecto , sepositus à dignitatis officio : *Tolle Aäron & filium eius cum eo , & duces eos in Montem Hor : cùmque nudaveris patrem veste suâ* (dicitur Moysi) *indues ea Eleäzarum filium eius ; & Aäron colligetur , & morietur ibi: & ascenderunt in montem.* Ascendit cacumen validè senex , ibique mortuus est sine morbo ac sine vulnere : ait hìc Alapid. & Nos fusè in *Ephemer.* 1. *Iul.* n. 3. Sine morbo , nec vulnere , quommodó mors? Validè in cacumen ascenderat ; & ibi moritur, quia ultrà ascendere nequibat. An mortuus, vel extinctus ? A dignitate sepositus ; propter mortem dignitatis ( quin cor viveret tantà dignitate mortis ) respiciens muneris altitudinem ; cùm plerique suffocentur propter articulo proximo reponendam dignitatem. Validè ascenderat , sed in cacumine Moyses infulis nudat ; ibique moritur , & in morte iucundè ; ne cogeretur descendere. Detrahuntur illi dignitatis vestes , quod in illo signum mortis : equidem cùm vita pendeat in dignitatis à muneris continuatione; nequeunt profectò sine dignitate vivere. Sine vulnere mortuus dicitur , ac sine morbo sepelitur. Quod in Aärone miraculum , est ambitionis speculum , qua vulnus sine vulnere , ac spiritus suffocatio sine morte : quandoquidem in morbo sitibundi , insatiabilis ambitus ; depositio dignitatis intimum lethale vulnus.

Senec.

*Ambitiosi vitalitas , honoris maiestas.*

Num. 20. à 25.

*Dignitatis exitus ambitioso vulnus.*

8 Ratio exponitur à David. *Vos autem sicut homines moriemini & sicut unus de Principibus cadetis.* Vid. dicta *Tom.* 1. *Tom. VI.*

Psal. 81. 7.

*T.* 4. *D.* 18. *n.* 8. Cadunt Principes & cadunt homines ; & bis moriuntur homines, si sunt Principes. Ut homines in morte deficiunt ; ut Principes , in vita suffocantur: igitur cùm vita Principum ab honore & dignitate ; sine utroque , nec cum vita valent vivere. *Ratione dignitatis , maiestatis & potentiæ* : ait Genebr. hìc. Est alia vitalitas, potentiæ & dignitatis maiestas : unde vità deficiente maiestatis ; vivit ut homo , sed moritur uti Princeps. Perpende verborum emphasim. *Mori* signatur & *Cadere* , inter homines & Principes : igitur quod in homines perficit mortis ictus , in Principibus satis ab honore casus. *Sicut unus è Principibus cadetis.* Rab. Salomon : *Alluditur ad casum Luciferi* , ne homo incidat in iudicium diaboli ; dolores inferni perpetiens in vita, quippe amittit gubernacula : quandoquidem uti Lucifer perculsi , dignitatis semotione desperati , ita demonstrant facies; ut pateät cunctis, esse conversos in dæmones. Vertigine attonitorum hinc inde vagatur mens ; quippe Satanas iam intravit in cor. Vita illorum fastus, quem fovet adorantium maiestuösè cultus: quare moriuntur sine novitate maiestate cassà ; quippe non novum , quòd moriantur sine vita.

Genebr.

*Sine illa moritur.*

Rab. Sal.

9 *Occidi illum* ( ideſt Saulem , Regem Israël ) dicit filius Doëg , eventum pugnæ expectanti David. Non credidit : unde interrogavit : *Unde scis , quia mortuus est Saul?* Respondit actutùm : *Tuli diadema , quod erat in capite eius.* Totum ergo sit , sed unde mors ? Etiam cum vita , regni potest auferri diadema. Non credit vulneribus occisum, & mortuum arbitratur spoliatum ? Intimius vulnus. Abstulit coronam, sciens vivere haud posse post ruinam : equidem cum dignitatis maiestas sit vitæ Principis sigillata vitalitas, cognovit vitalitatis defectum, quoniam defecit in Principe vitalitatis principium. Bis Saulem gregarius interfecit. Interfecit ut hominem , & ut Principem : ut hominem , gravitate vulnerum ; ut Principem , spoliatione infularum : Davidque Principem cadaver haud credit é profunditate vulneris , sed ex furto insigniorum dignitatis ; quoniam clarior in Rege depositio vitæ , depositione coronæ. Hæc conditio humanæ ambitionis assuetis imperio : extinguit mors & ambitio; sed hæc ante finem vitæ , dum illa in halitus suspensione : creditque David videns Regis insignia , præteriens vulnera ; quoniam si ex vulnere dolor mortis , vulnus profectò maius è depositione muneris. Vita pendet à statu , ex quo mortis Principum conditio: morsque creditur , dum cultus dignitatis alie-

2. Reg. 1. 10. v. 5.

*Vita à dignitate & insignibus.*

natur; etenim assuetus dominationi, ac potentiæ maiestati, sine insulis atque cultu nec vivens valebat vivere.

Sophocl. *Viventis non est sepulchrum.*

Dicit Sophocles in *Electra*, v. 1228. Nescit arcana ambitionis, si sepulchrum duntaxat designatur vitâ functis: equidem homines maiestate depositâ, sine ullo funere sepeliuntur in vita. Nihil sibi videtur per otium agere; & necessarium est, inanimes sepeliri; videntur ad speciem viva cadavera, quoniam principari duntaxat illorum vita.

10 Deliquit in vitulo populus Israël, & pro illorum venia precabatur anxiè Dux. Deus abnuit; promittens, Moysen facturus in gentem magnam; sed Moyses renuit tantùm intendens in veniam, respuens commoda propria, pereunte Republicâ sibi credita: equidem amplioris dedecus dignitatis, subditorum incommodis. Longè Moyses à Crasso, de quo Plutarch. in eo: *Calamitatibus publicis ad privatas utilitates abusus est.* Cùm sibi in dignitatibus tantùm consulant; quid sanè ad illos, quòd alij pereânt? Satius servare civem, quàm interficere hostem. Nulla planè magnitudo aliorum diminutione; quippe non magni, surripere sed habere. *Quare potiùs á fortuna impetrem, ut det; quàm à me, ne petam?* Ita Seneca, *Epist.* 15. Nulla dignitas celsa, cùm à fortuna. Deus in ultionem perstitit, sed ille in gratiam instavit; coràm dicens: *Aut dimitte eis hanc noxam; aut si non facis, dele me de libro tuo*: hoc est, *de libro vitæ*, ut exponunt Interpretes. Caietan. *De libro principatus*, legit: quo periculo gloriam Moysis extollit: igitur mavult principatu privari, quàm subditorum tantam stragem videre. *De libro vitæ, de libro principatus.* In unum proponuntur inconnexa; quia idem in homine principatus & vita. Clades subditorum intimatur regenti; cupitque veniam, vel mori. Mori, in abdicatione dignitatis? Profectò, & actutùm vulnere remotionis: quare unus & idem liber vitæ & principatus; ut constet in morte dominantium unde vulnus: etenim & statim Princeps moritur, dum officio regendi suspensione defungitur. *In anno, quo mortuus est Rex Ozias*, vidit Isaias, insignem visionem. Tunc ille non mortuus, sed vixit præ lepra in domo privata: vivensque affectus dicitur morte; quippe tunc Princeps semotus à dignitate. Vid. Lyran. Alapid. & Sanct. hìc.

11 Extendere maiestatem cupiebat Sennacherib Rex Assyriorum; Angelusque represit ambitum, dum totum eius iugulavit exercitum. Quid ille? *Cùm diluculo surrexisset, vidit omnia corpora mortuorum, & recedens abijt.* Abijt? Utique, sed sine dignitate. Abijt in avitum regnum cadaver vivum. Vivum, qui necdùm mortuus: cadaver sine honore principatus: egitur equivalet vulneri indeclinabili mortis, assuetum dominationi se videre sine subditis. Cleopatra, victo M. Antonio, ne in triumphum raperetur Augusti, brachium morsui præbuit aspidi. Angore mortis proiecit diadema, atque iacuit semimortua. Ingressæ ancillæ viderunt Reginam atque coronam iacentem, & quæsierunt solicitæ medicamen. *Semivivæ repertæ coronam è capite elapsam imposuerunt*: subdit Plutarch. in *Marc. Anton.* In venenum nonne antidotum? Quid corona? Ne amitteretur, vel restitueretur vita. *Ambitiosissima fuit: ita ut cùm appetitus dominandi in dies crescceret, ab Antonio etiam imperium Romanum poscceret*: ait Ravis. Textor, 2. *Officin.* cap. 37. Quod inutile vulnerato, præstantissimum claret ambitioso: Reginæque morienti pharmacum applicatur principatus insigne, regiumque diadema; quia in vulnus depositionis aptissima medicina. Corona cecidit, ac servularum solicitudo reposuit. Haud illis mœror, quòd ita interiret Cleopatra; sed tantùm, quòd moreretur Regina: & conantur iterùm coronare, an iterùm possit vivere. Prævaluit usus apud Ethnicos. Electra, apud Euripid. in ea, v. 1227. de Regina saucia lethaliter, dicit:

*Peplis compone vulnera.*
*Amicæ & non amicæ vestes circumponimus,*
*In finem magnorum malorum.*

Plutarch. *Malus Præfes subditorum incommodis.*

Senec.

Exod. 32. 32.

*Idem in homine principatus & vita.*

Isai. 6. 6.

4. Reg. 19. 35.

*Est sine subditis cadaver vivum.*

Plutarch.

Textor.

*In vulnus depositionis medicina dignitatis.*

Euripid.

## DIDASCALIA III.

### *Exitus dignitatis plenus foriidinis.*

1 OMnis cupiditas in futurum fertur: iccircò inter spem ac metum torquet votum; quippe totum aviditati futurum. Quid si modò non ultra spem conceptam vota? Quid si ultra? Quid si contra? Accinit Seneca in *Hippolyt.* v. 1116.

*Malorum maximum,*
*Si abominanda casus optata efficit.*

Convertuntur enim *in arcum pravum*, quippe quò magis pectori proximum, perfidè ad ictum retorquetur telum. Unde pravus? Est

Senec. Psal. 77. 57.

Est qui nequitèr se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo.

*Astutam vapido servat sub pectore vulpem.*

Bernard. *Ambiens quò curvus, magis pravus.*

Arcuique pravo successor in dignitatem confertur; quippe sanciat vehementiùs, quo plus curvatur. Dat articulus significationem, ubi curvum, ambitiosum pectus, ut vulnerandi fugiant à facie arcus. Opportunè Seneca *Epist. 97. Multos* (inquit) *Fortuna librat pœnâ, metu neminem.* Unde pœna & à fortuna? Sufficit fortuna, quam sæpe latet præcipitij pœna: & etiam à fortuna venit metus, ubi à digno vel indigno posidetur thronus; igitur cordi sedet gravis timor, qualis futurus in dignitate successor. In textu Tautologiæ elucet acumen, ut Superiorum dispalescat cruciamen. Cogitat Dominus de successore Salomonis; & ob eius ex idolis scandalum; minatur: *Disrumpens scindam regnum.* Quorsùm huiusmodi geminatio, cum idem videatur cum scissura disruptio? Non idem. Disruptio est posidentis, scissura consumatio muneris: & quod idem videtur, non est idem: etenim ubi de successore in honore cogitamen, antequàm Superiores scindantur, telis cogitationum disrumpuntur. Fortuna aliquos à pœna liberat, sed à metu successoris neminem servat: siquidem improbus reformidat rectitudinem, & timet bonus ac rectus futuram iniquitatem. Hic scopus Didascaliæ.

Senec.

*Unde Præses disrumpitur, antequàm scindatur?*

2 Apparuit manus scribens in parietes incognitos characteres, quo corsalium accumbentis Baltasaris. Cuncta premebant cor, at plus cunctis *cogitationes eius conturbabant eum.* Si in possessione principatus ita cogitatio gravis, qualis si se extenderet in indolem successoris? Vocatus actutùm qui dubia solveret, & cogitamen magis expositione gravavit. *Divisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis*: dicitur illi à Danièle. Dolet, quod regnum divisum, ceterùm non summum damnum. Aliud maioris gravaminis turbavit cogitationes: quid ergo? An quod illius depressio, hostis esset exaltatio? Sat in tormentum, decus suum quod alijs datum; sed pœna pluris: *Datum est Medis & Persis.* Non uni collatum regni sui dominium, sed diversis; & in ampliores angustias Principis cogitationes; igitur vulnus validum Principis cordi, de successione in regnum cogitare, an hic vel ille. Sciebat regnum divisum, & se depositum, sed duntaxat dicitur cogitationum tormentum. Haud angitur ablatâ dignitate, & intimè torquetur cogitatione? Meritò quidem. Non recursus in præteritum, verùm est cautio in futurum, de quo meritò solicitudo: quandoquidem non levis Superioris cogitatio, ad depositionem dignitatis, an successor sit amicus vel sit hostis. Cogitationes tantummodò conturbant, & gravia minimè gravant; quia gravior cogitatio de successore, quàm de deponenda vel invitè dignitate: igitur cùm sibi quisque consulat, vel ut leges conserventur, vel fractæ non cognoscantur; totum tormentum, tormentum cogitationum: queis pessimus quærit similem, & rectus observantiorem.

Daniel.5.6.

*Quàm in illo crudeles, de successore cogitationes!*

3 Iam Saul invidiâ perculsus, erat Satanæ traditus, & tela vibrans in Davidem, cuius aversabatur vel nomen. Hinc locutus est ad servos, ut occiderent illum; & etiam ad filium, ut stabiliret regnum: igitur ut illex haud quibat rectè eius videre gratiam & rectitudinem, quæ subodorabatur non criminis, sed honoris successorem. *Argumentum est recti, malis displicere*: ut ait Senec. de *Vit. Beat.* cap. 24. Iniurias David læsus condonavit, ex corde, infenso, & hostiliter, pepercit; quod vel indignus veniâ, cognovit: unde *Levavit vocem & flevit.* Quid flevit? Operibus est credendum: non posse perficere odium? Ita mala mens semel imbuta malignitate, ducitur prava affectione: igitur cognoscens innocentiam, Religionis columnam, candorem morum, ac pectus immaculatum; impium sicarium asseruit, etiam contra quæ cognovit. Non erat qui Saulis subditus, inimicus. Finxit, ut ferire posit, & famæ detraheret: etenim cùm ab hoste quodlibet ingerat suspicionem, & deturpet dignitatem; hostem meditatò, sed infeliciter fingit, ut auctoritatem deroget. *Flevit.* Annè crimen? Profectò suam infelicissimam sortem: igitur Principi improbo dolor ac vulnus lethale, dissimilem moribus successorem aspicere. *Scio* (ait) *quód certissime regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israël.* Iurè ei regni debetur auctoritas; qui vel ictus benevolè prætermittit iniurias quandoquidem nemo gloriosiùs in dignitatem attollitur; quàm qui in throno cunctarum oblivisciturus. Scit, *quòd regnaturus.* Hinc origo fletus. Percupiebat successorem sui generis, vel sanguinis, vel indolis; cuius excessus excessus sepelirent, vel suos (propter excessum flagitiorum) qui iudices non viderent. Qui deauraret, vel saltem dissimularet crimina: qui virtutes prædicaret scandala. A quo signaretur maiestatis auctoritas, publica insulata iniquitas, concilium iustorum, quod conventus malignantium; Sancta Sanctorum & cœlestia tabernacula, latronum furacium spelunca; domus ædificationis, viridaria Veneris; leges fabu-

Senec.

1. Reg. 24. 17.

*Qui improbus, flet de successore recto.*

Vers. 21.

*Qui improbus*

la, constitutiones ludibria; connivente vivere al lubitum, ut posset vivere ad placitum, indulgete genio, studere abdomini, & vacare vanitatum vanitati; quin quicquam reprobaret, ex his quæ prolubio destruxisset, sine ratione ulla villicationis, ubi expensa sine expensis: fletque Princeps amaritudine animi, nequaquàm in eum pietatis teneritudine; quia vidit in deponenda dignitate successorem, suis conatibus undecunque dissimilem. Optabat successorem: iam habebat, sed neutiquàm præut optaverat. Unde cùm ex successoris exactà ad legem iustitià, eius ampliùs cognoscenda flagitiosa scelera: respuens tantam in regimen rectitudinem, rectum ac iustum persequebatur ut hostem.

Matth. 2,2. 4 *Ubi est, qui natus est Rex Iudæorum?* inquirunt Orientis Reges, in aula Herodis.

Vers. 3. Audivit hic & expavit, quippe formido successoris accesit. *Turbatus est & omnis Hierosolyma cum illo*, Regis ad exemplar.

——*Sævumque tyrannum*
Sedul. *Grandia solicitis perturbant nuncia dictis.*
*Territus Herodes vatum, legumque peritos*
Iuvenc. *Imperio accitos iubet omnia quærere legis.*
*Omnia venturum spondent.*

Accinunt Sedul. 3. *Carm.* v. 76. & Iuvenc. 1. de *Evangel. histor.* v. 262. Aulici quærebant Solem orientem, cuius splendor fugiebat Herodem; sed solicitum perculsum habebat, igitur tyrannus regnabat. Quodnam ergo cordolium, ac formido ex puerulo recens nato? Summa. Si non hoc, quænam maiestatis momenta? Summum profectò potissimè in tyrannide cruciamen, scire & nescire successorem. Si qui mittendus, est missus; Herodis planè expellicitur principatus, in quo leges sine observantia, multata innocentia, munerata vitia, iura, Principis voluntas, atque regulæ iuris regia maiestas; adversus quæ decreta imperij rectissimi, quippe faciet successor iudicium atque iustitiam in tempore. Si ratio imperij reddenda, in actis nulla, imò crimina maxima: unde cùm de se timeat, formido turbatum gravat; non tam quippe agnoscit iam adesse successorem, quàm quod in illo præcognoscit rectitudinem. Cognoscit tyrannicè acta, supplicio, addicta; turbaturque futurà censura: etenim si Censor facti & infecti, iuris servaverit rectitudinem; puniet sane, in dignitate non vixisse iuxta legem. Totum cordi conamen; quo turbatur, *Ubi Christus nasceretur.* Nullum maius Christo principaturo gravamen, quàm habere antecessorem illegem: igitur nullam virtutem regens plantare valebat; priusquàm vitia exterminaret, quæ Herodes vita plantaverat. Iugum grave regere: gravissimum prorsùs præcedentium onere: unde vitio valente, exuleque virtute; Præsules gravamur, ut hæc ingrediatur iterùm, & proijciamus à nobis iugum ipsorum. Ubi *Christus nasceretur.* Non quæritur Christus, ubi nativitatis quæritur locus: ausa profectò arcendæ corruptelæ, atque fomes insolentissimæ audaciæ: etenim foventur, indulgentur, vel deaurantur crimina; ubi præsumitur censor eiusdem telluris gleba, & ex ipsa potiùs hara. *Ubi Christus nasceretur.* Locum inquirit ut quærat successorem, & simulatà adoratione excutiat conscientiæ & causæ formidinem: igitur cùm tremula semper tyrannis, crimenque corsalium cordis; successorem solicitat, adorare iactat, ut suum ingeniosè faciat, ad sua consilia fictis obsequijs perducat; vel sin minus, acer animus crura frangat; caput amputet & innocentem uti infantem larvà adorationis iugulet.

*Quàm detestabiles!*

5 Huiusmodi pestis ferè floret in Republica, in qua iustos aversantur: siquidem etsi fecerint mirabilia, non sustinebunt. Grave illis, quod legi non grave, quoniam cuncta è cupiditatis iure. *Ad nomen magnorum, sicuti ad occursum ignotorum hominum minuti canes, Latratis* (subdit Senec. d. *cap.* 19.) *Expedit enim vobis neminem videri bonum; quasi aliena virtus exprobratio delictorum vestrorum sit.* Nemo bonus in illorum improborum sententia, nisi qui fovit, qui iuvit, qui iusit, vel connivit crimina. Quàm bonus, dum visis visis, dicit conscientia cauteriata: *Transeamus.* Nobile pectus! *Transeamus.* Quanta prudentia! Quàm sana consilia! Delinquunt: *Transeamus*, & volupè; quippe permittunt transire. O bone Deus! Siccine flagitia, quia citò è cœlis non profertur sententia! Quia manus ligarunt munera, queis lacuit à Censore & iustitia vulnerata!

Senec.

*Qui Præses ab exlegibus dicitur bonus?*

*Victa iacet virtus.*

Ex cuius vulnere totius observantiæ vulnus, quin in medicamen prævaleat zelus. Dicam quod Manilius de Iove in pugna gigantum, 1. *Astron.* cap. 5. à p. 115.

Ovid. 1. *Met.* fab. 1.

——*Vastos cùm terra gigantes*
*In cœlum furibunda tulit: tumidi quoque magnos*
*Quæsivere Deos. Dubitavit Iupiter ipse*
*Quod poterat, non posse timens; cùm surgere terram*
*Cerneret, & verti naturam cerneret omnem.*

Manil.

A Goltzio in *Vit. Imperator.* & Sebastian. Muster. lib. 3. *Cosmograph.* cap. 171. & 179. narratur de Hattone Archiepiscopo Moguntino, devorato à muribus intra Rhenum, quia pauperes ita vocavit, & uti mures com-

*Quinam in illo de successore intuitus?*

Vers. 4.

combusit, uti voratores frugum; quod cùm esset Abbas Fuldensis, indoles eiusdem furfuris, studens cuti & pinguedini; ut ex illo prodiret iniquitas quasi ex adipe. Contigit subditum ingredi ad Abbatem, ut exeundi foràs concederetur facultas. Occurrit socius plorans: cui Monachus: Cur fles? Quid facit Abbas? Socius actutùm: *Quid faciet? & vorat & devorat, & digerit, & egerit.* Hic Abbas, vel bestia vorax, cuius numen abdomen. Asinus & bos ad præsepe ligatus, à quo Dominus non cognitus, destruens corruptelis Religionem, nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen.

*Diterium in Abbatem Fuldensem.*

6 Providit N. Patriarcha, ne prævalerent relaxationis incommoda, ac improborum prolubia. *Quod si omnis congregatio vitijs suis consentientem personam personam pari consilio elegerit; & vitia ipsa aliquatenús vicinis Christianis claruerint; prohibeánt pravorum prævalere consensum, & domui Dei dignum constituant dispensatorem.* Hactenùs Gloriosus Monachorum Legislator, *cap. 64. Regul. Sanct.* Est rectus, est impius; similesque volunt successores Præsides: unde cùm malus malum, & bonus inquirat bonum in fastigium dignitatis; inter utriusque formam non eligunt hunc, sed Barabbam, qui voret & devoret, & dirigat & egerat. *Ecce universa quæ habet, in manu tua sunt*: dicitur diabolo de universis bonis Iob. Scietur & citò, qua sint in manu. Quid de universis domus splendentis bonis, in manu dæmonis? Et regentis ac eius ministrorum malitia, universa consumpta & dissipata. Ex bonis patet, quomodo floruerint, quæ rexit Iobus: & quomodò evanuerint, quæ rexit successor diabolus. Vernaculè vividè: *Todo dado al diablo.* Cur ergo sæpe in peiorem propendent? Alij ut illorum à successore celetur crimen. Dixi. Alij ut lumen exiguarum dotium, depositа dignitate sit maius; dum successor eligitur ex minoribus: & cùm minor minores semper eligat, ut prędecessor emineat; decursu temporis, ubi ex singularibus dotibus fulget thronus, invenitur dignitatis indignissimus, pompâ inflatus; qui in illa non aliud nisi ventus & ventus, subditorum opprobrium, atque risus sæcularium, ob pravorum societatem & consensum. Alij viros cognoscunt insignes, quos successores dignitatis fugiunt ex præceptis ambitionis, quæ ex dignitatibus in ascensum efformat gradus, quasi pro meritis ingeretur munus: quare cum dotes eligantur in dignitates ampliores, nequaquàm indignitates; minores vel minimos vafrè elevant in fastigium, ne merita præclarissima sint obices in ascensum. Alij denique successores eligunt, quos malæ indolis cognoscunt; ut præteriti regiminis etiam gravis, persistat despecta fama: imponuntur quidem à successore graviora. Unde cùm desiderium subditis infit levaminis, atque ponderis levioris; dum successor gravior præcedente exponitur, qui molestus & odio repulsus, avidè desideratur. Ars fuit Augusti in electione Tiberij. Diximus (vide) hìc *Tautolog.2.D.3.n.6.*

*S. Bened.*

*Reprimantur huiusmodi pravæ cogitationes.*

Iob.1.12.

*Quæ prava ex ipsis?*

*Molimina illorum diabolica.*

7 Pende voces Israëlitarum à Rege novo afflictorum. Presit hic ditis, in operam pravis ministris; plus viribus, exigentibus in vehementiam afflictionis. *Post multum verò temporis mortuus est Rex Ægypti; & ingemiscentes filij Israël propter opera vociferati sunt.* Si rex mortuus, de quo dolent, ut intensiùs in cœlum afflicti clament? Potiùs lætitia congruit tyranno amoto, quam animi perturbatio. Quid denuò fauciat viscera, ut excitetur dolor? Peior in tyrannidem successor. Pessimum in regimen subrogavit, quoniam sævitiam, duritiem, arrogantiam introspexit; augens tenorem famæ, teterrimâ deterioris comparatione: afflictique intensius clamant, dum suis doloribus cogitationem crudelitatis confirmant; igitur qui audiebant & iurè pessimè, audiunt artificio benè, deteriore successore. Quis desideraret Tiberium. Qui vidit Caium. Quis Caium furiosum & insolentem? qui Neronem expertus insolentiorem. Subit mentem cur pessimus Achaz, cùm obsideretur & arte Ierusalem, Isaia de cœlo signum libertatis promittente (& illi indignissimo regimine quoniam totam evertit religionem, & legum auctoritatem) duobus Regibus eius ob odium aversantibus vitam; Prophetæ respondit, quasi despiciens: *Non petam.* Ita pessimus addictus idolis, ut nec signum vellet respicere libertatis. Renuit in ærumnis à Domino petere auxilium? Arbitratur in præsens non necessarium Audibit illos dixisse, è depositione Achaz, *Ponamus regem in medio eius filium Tabeël.* Hic uti Gentilis omni mancipatus flagitio, venundatus sub peccato eius excessurus subditorum oppressionem, atque duriorem tyrannidem, cædens scorpionibus, quos Achaz percussit fustibus: hicque Tabeele regiæ dignitatis successore, degit audacter sine depositionis formidine, quin petat auxilium in periculum proximum; quoniam citò depositа dignitate plaudetur, qui propter tot flagitia ab omnibus plodebatur. Error erat delirantis fortunæ, Achaz regere furore; qui uti furiosus nequibat à lege regi, quam pro lubito explodebat, & ut subditam calcabat: cæterùm Tabeële, Regum favo-

*In subditorum gravamina.*

Exod.2.22.

Isai.7.12.

Vers.6.

*Inter Præfides malos, posterior peior priore.*

favore collocato in Achazi dignitate, noviſſimus erat error peior priore: igitur in regimine ita malus, ut reſpectu ſucceſſoris deſideraretur peſsimus. Non eſt neceſſarium de cœlo auxilium in huiuſmodi anfractum: etenim ſi ſucceſſore novo vincitur omnis amor, & creſcit populi furor; ſucceſſorem Tabeël pludent, ſed citò citò recepiſſe reſipiſcent.

Claud. 2. in Eutrop. v. 115. *Infelix etiam nunc pallet Orontes.*

8 Alia pungit vomica, ſed non minore moleſtia; igitur icit præcordia. Conſcientia teſte,

Ibid. v. 208. *Iuſtitiæ formido ſubit.*

Hinc Præſides inſoleſcunt, quippe in diſcuſsione cauſæ, nulla formido iuſtitiæ: quæ enim videtur diſcuſsio, criminum eſt excuſatio: etenim factionis pravæ conſortes, grati & dignati ſunt iudices. Vernaculè: *En la reſidencia no ſe teme la juſticia; por ſer aparente no mas la reſidencia.* At unde depoſitâ dignitate, ſine cenſura, dices, formido iuſtitiæ? Pauci inveniuntur ad legum unguem, qui Nervæ in regimine obſervent integritatem. *Tanta erat illi integritatis fiducia* (ait Dio Caſsius in eo) *ut ſæpe iactaverit, ſe nihil tale feciſſe, quo minùs depoſito imperio, ſecurus privatam vitam ageret.* Ut in plurimum (uti qüeritur Senec. in Hercul. *fur.* v. 251.)

*Diſcuſsio facti & infecti, tur tantum ſpecies diſcuſsionis!*

Dio Caſſ.

*Sontibus parent boni.*

*Ius eſt in armis: opprimit leges timor.*

Senec.

In ſe vertit impius depoſitione dignitatis, timorem quo oppreſsit leges, formidans in mores reos; quæ ipſe perfecit in bonos. Nequit ſecurus privatam vitam agere, qui rexit lege prolubij: igitur cùm nihil poſsit ſine gladio honoris; ius modò æqualibus armis, queis invenitur inermis, ac ſine ſpe victoriæ, quippe degit ſine iure. Noſtrates: *Las bravatas ſon tibiezas, por eſtàr todos con eſpadas blanças.* Suo enim iudicio in offenſorem timet, quòd iuſtè fiat; id quod inſontibus poteſtate iniuſtè fecerat: exitumque dignitatis plenum reſpicit formidinis; quippe gladium quem deponit, oppreſſus forſitàn ſumet. Ad rem Seneca. *Metire* (inquit *Epiſt.* 88.) *hominis animum. Dic quàm magnus ſit, dic quàm puſillus ſit.* In dignitate quàm inflatus! ſine honore quàm exiguus! Quàm tumidus dignitate! quàm timidus ſine honore! Tantam extrà turpis proiectionis formam, quantam habuit fanaticus ex poteſtate inſolentiam.

*Optimè rexit, qui poſt regimen ſecurus vivere valet.*

Idem.

9 Qui iuſtè ad legum amuſsim rexit: dignitatem abdicare non timet, nec ex fracta lege tremit; igitur legi ſubditus vixit, ſubiens iugum, tametſi haberet imperium. Qui rexit libertate, ſine ſui, cætera moderando, moderatione; ægrè fert dirigi à legibus, quibus ad lubita abuſus, & obedire renuit, quippe non didicit. Unde dignitatis reformidat exitum; quandoquidem indomito moleſtum, portare iugum. Hoc illis formidini, ſed altius vulnus in corde. Quodnam? Arma ex poteſtate tyrannica, quæ fuerunt præ timore à dolore recondita: & ubi iam nullus ex auctoritate timor, acuit venabula dolor. Accidit illis, quod factum ex virga Moyſis. In virga, quippe ſceptrum, dignitatis ineſt ſignum; quæ depoſita, illicò *converſa in colubrum*: cuius tam horrida ſpecies, *ut* à facie colubri *fugeret Moyſes.* Fugit à dignitate depoſita. Eſt de eius depoſitione triſtitia? Ubi ſubditi dyſcoli, ſumma prudentia: quandoquidem ſi correpti à ſuperiore qui exleges, dignitate depoſitâ convertuntur in aſpides. Tunc veneno concepto maior audacia, cui medicina fuga: etenim ſi effrontibus oſtenditur facies, conſcientiæ colubri videbit horrores. Claruit metamorphoſi quid dignitas, & quid ſimulat poteſtatis auctoritas igitur quilibet ambitum fugeret, modò in honoris dimiſsione videret; quod nihil aliud in ſuaviſsimo veneno, niſi in ludum phantaſiæ larvatus Draco. Fulget decipiens oculos infulis ſolium. Latet anguis: tunc fugiendum. Virga ergo in colubrum verſa. Ita ſanè, ſi tyrannica directionis virga, quæ in vindictam convertitur regentis, ex articulo ipſo depoſitionis, patente in colubro quicquid erat in animo: quod quidem nemo niſi graviter tulit; ſiquidem ipſe qui virgam habuit, ad eius conſpectum repentè pavidus horruit.

*Quare peſſimi de dignitatis cauſantur depoſitione?*

Exod. 4. 3.

*Ipſi ſubditi offenduntur.*

*Pallet, ut nudis preſsit qui calcibus anguem.*

Iuven. Satyr. 1. v. 43.

10 Propriùs propoſito. Nemo cauſatur veneni depoſitione, ni ſerpens: haud ſecùs qui ſerpens in faſtigio dignitatis; ut perſiſtat adoratio (quæ evaneſcit in moderaminis exitu) dum ſervatur virulentiæ activitas, quandiù remanet poteſtas, igitur ut ſerpens cognoſcit in honore; ſine veneno nequaquàm formidari, ſed contemni. Quid mirum in ſubditis faſtidium, dum ipſa dignitas vertitur in colubrum? In colubrum vertitur virga, ut cognoſcantur quàm iuſta in ſubditis odia, ob deliria & vacuitates cerebri, inſignijs dignitatis infatuati: igitur in ore & corde ſubditi faſtidia oſtendunt, dum etiam depoſitæ dignitates in ipſum venena vomunt. Tunc vertiginem patiuntur, ubi montes & colles ſuper illos impetè cadunt: igitur nulla acerbior amaritudo cordis, quam ſe ſubdere vexatis. Tria dantur optioni Davidi: peſtis ſcilicèt, fames & fuga ab hoſte.

*Ac ipſæ dignitates abominantur.*

2. Reg. 24. 13.

Pe-

Pestis eligitur, & propositio reliquorum repellitur. Fames, transeat: sed quid ab hostibus fuga? Varij sunt eventus belli.

Senec. in Theb. v. 629 — *Fortuna belli semper ancipiti in loco.*

Ovid. 8. Met. fab. 1. — *Inter utrumque volat dubijs victoria pennis.*

Cur igitur fugam fugit, cum sæpe in castris iuxta Chrysolog. *Serm.* 150. artis sit, & non timoris? Ne caderet in retributionis vices. Victor David, quippe potuit, nimis in subditos; esto rebelles atque procaces, excanduit: typo laterum traduxit; cultris divisit, super eos carpenta fercata circumegit: & ne illorum videat victoriam, elegit pestem, & ab eis refugit fugam; ne patiatur summam amaritudinem, victorem ferens victum insolentem hostem: igitur summa amaritudo cordis subdi subditis, maximoperé vexatis. Fames ac pestis instrumenta in exterminium, sed nequaquàm in opprobrium: renuitque subditorum victoriam & fugam, ne victus victorum sustineret arrogantem insolentiam: quandoquidem grave meritis, iniuria auctoraminis, subdi ac calcari ab hostibus; quos vexavit non ut præses, sed ut crudus inimicus. Præsides discite. Improbi

*Timent retributiones à subditis.*

Claud. 2. in Eutrop. v. 116. — *Dum pereunt meminere mali.*

11 Sic improbi insulati: verùm quid qui recti corde? Etiam percelluntur gravi futuri formidine; quippe incertæ providentiæ nostræ. Illi studeant, ne virtus valeat: hi verò, ne cum Religione sæpe victa virtus pereat: timent,

Senec. in Thyest. à v. 88. — *Gravem populis luem*
*Sparsura pestis. Flagrat incensum siti*
*Cor, & peraustis flamma visceribus micat.*

Intimatur Moysi à Domino mors, & illicò dicit: *Provideat Dominus Deus spirituum hominem, qui sit super multitudinem hanc, & possit exire & intrare ante eos.* Ita habilis in expeditionem prudentissimi regiminis, sine respectu ullo carnis & sanguinis, ad dignitatis commodum: igitur nonnulli modò habeant successorem ad lubitum; ducunt flocci, quod exire non possit nec intrare. *Ante eos*: præstantia notatur Præsidis, signatà notà splendoris, ut cordis sit reverentia exteriori respondens, dum ille fulget præ cunctis, etenim perperàm ac propudiosè ante eos, qui dotibus infra subditos. Ut *possit exire & intrare.* Facilis descensus Averni: splendore intrant sed non intrat splendor, unde exitu dignitatis ex honore totus honor, qua de causa in Avernum descendunt, dum scandunt, quia ignominiosè atque difficulter exeunt. Si per mortem à Moyse dignitas deponenda, quid ad illum de successore providentia divina? Tota iusti regiminis machina, & liberatio à cordolio, ortà viscera flammà ex Religionis zelo: equidem grave, in congregationem florentem legibus & religione; successorem advenire, qui viveret sine lege. Totus labor Moysis ædificare destructa, exterminare idola, interdicere conversationem gentilium, ex quibus addictis cultui Numinis scandalum. Moritur, & de bono successore enixè atque propensè precatur; quippe vulnus altissimum, quòd successor adveniens moribus pravis destrueret quod ipse molimine tot annis laboriosè ædificavit. Mors urget, sed acriùs cura successoris zelum mordet: igitur ubi præsumitur pravitas, vel successor à Religione aliquomodò devians; dolor supra mortis dolorem, & acerbitas gravior ultra omnem amaritudinem.

Num. 27. 16.

*Formidat Præses rectus, ne qui successor sit pravus.*

12 Decidit in lectulum Ezechias, sed gravitati ægritudinis addita gravitas: quandoquidem ut aiunt Rabbinni, ab Isaia monitus, per Manassen, cui iure sanguinis, principatus debebatur successio; eliminandam religionem à Sanctuario: & simul Prophetam, à quo huiusmodi vaticinium, per medium à successore secandum. Rex expavit, ac interficere voluit; quod ni subtractus, perficeret: elegit potiùs filium videre mortuum, quàm successorem in regnum filium habere profanum. Flevit, & actutùm exclamavit: *Ecce in pace* (ideſt, in morte) *amaritudo mea amarissima.* Unde amaritudo; & gravior, dum cedit fato? Pater eius cultum Dei explosit, lucernam templi extinxit, sacrificium iuge suspendit, atque profana in Sanctuarium introduxit. 4. *Reg.* 16. à 10. Peiora facturus filius post mortem eius, ingrediens in regimen principatus, unde in morte præpropera, Regis amaritudo amarissima. *Amaritudo*, & acerbitas pectoris, ex erectione destructę penitùs Religionis: *Amarissima*, quia in regimine successor iterùm improbissimè plantat, quod ipse tot annis tot conatu destruxerat. Ad rem Plinius de Augusto. Successoris *Tiberij cogitationes* (infit *lib.* 7. cap. 45.) *suprema eius cura. In summa Deus ille: cœlumque, nescio, adeptus magis, an meritus: hærede hostis sui filio, excesit.* Hinc amarissima amaritudo cordis.

Isai. 38. 17. — *Cuius pervicacia illi amaritudo amarissima*

Plin.

*Quis talia fando, temperet á lachrymis?* Quiescent sane in Præside, modò zelum præcogitet in successore: igitur sicut pravus summa acerbitas; studiosus virtutis, summa voluptas.

Virgil. 2. Æneid. v. 6.

13 Moritur (cum insulis dignitatis fratre Moyse & filio socijs) Aäron: ascendit in montem, quo depositurus dignitatem.

Con-

Contra morem sæculi, & pectoris ambitiosi perficitur huiusmodi articulus, ut evanescat ambitus, de quo *Tautolog. seq. Did.* 2. à n. 3.

Num. 20. à 27.

*Ascenderunt* (dicitur) *in montem Hor, cumque Aäron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium eius.* Occurrit discutiendum, cur antequàm moriatur, infulis dignitatis exuitur, si levior dolor mortis, dum mors sine depositione dignitatis? Profectò securius animarum saluti, sine illa, quàm in dignitate mori. Apud Nostrates, *No es buena una dignidad para morir.* Unde Leo X. ut in eius vit. dicit Panvinius, Victorell. & Ciaconius, proximus morti exclamavit: *Utinám habuissem in claustris claves ostiarij, & non Petri! Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.* Quare in mortis documenta, Aäroni morituro detrahuntur dignitatis insignia; quia clarior dignitas mortis, modò ante mortem depositio dignitatis.

*Satius sine illa, quàm in dignitate mori.*

*Votum Leonis X.*

14 Ergo in Didascaliæ institutum. Si successor summi Pontificatus Eleazarus; quare dignitatis infulis non ornatus, postquàm pater mortuus; sed succedit in vita, induens patris ornamenta? In consolationem patris, atque dulcedinem mortis. Filius successor, erat moribus Sacerdotum fulgor, addictus legibus à primis unguibus, mancipatus religioni ab ineunte ætate, quin discederet de Sanctuario. Filius deneger in morte est patris amaritudo, sicut moriger dulcedo: & quanvis post mortem dignitas, quæ notatur infulis; ab Aärone deponuntur ante acerbitatem mortis, ut iucundè moriatur, dum talis filius dignitate fungitur: siquidem in morte cumulus voluptatum; relinquere in dignitate successorem religiosum. Hæc formido, ne cadat observantia, Religiosorum pungit intimè corda; ne zyzania seminentur ab hoste religionis infesto, dum bonum semen seminatum in agro. Hinc Isaias dicit: *Erit extensio alarum eius implens latitudinem terræ tuæ, ó Emmanuel!* Terræ ò Domine coöperuit latitudinem, quippe in illa extendisti religionem. Unde vindemiant eam, qui fatuè prætergrediuntur; quoniam quæ perfeciti destruxerunt. Studendum & muneri & dignitati, virtute; non lucri vel vanitatis amore. Non iaceat, uti ait quò supr. Cassius:

*Dulcis mortis transitus, si successor religiosus.*

Dio Cass. ——*Pulso qui vindice quondàm*
*Imperium asseruit, non sibi, sed patriæ.*

***

# DIDASCALIA IV.

## *Dominici Silensis miracula, rara ac singularia portenta.*

1 FUlgor Hispaniæ mensuram nominis implet, gestisque iuxta nomen splendet. *Perpetuà fruitur laude, cui est honor in nomine* (ait Cassiodor. 10. *Variar.* Epist. 7.) *ostentans meritò de nominis dignitate peritiam.* Quid Dominice? Delectat nominis sigillata è cœlo vox. Nomen enim magnum invocabunt in te. Tibi plausus, quod Senecæ risus. *Qui imagines in atrio exponunt* (infit, 3. de *Benef.* cap. 28.) *& nomina familiæ suæ longo ordine, ac multis stemmatum illigata flexuris; noti magis, quàm nobiles sunt. Non te isti decipiant, qui cùm maiores suos recensent; ubicunque deficit nomen illustre, illicò Deum fingunt.* Felix Dominicus: accepit nomen à Deo.

Cassiod.

*Fulgor est Hispaniæ.*

Senec.

——*Qui luce beätur*
*Dictus Dominicus, nomine conspicuus.*

Tamay.

Nomini Deum non finxit, sed habuit. Non hominis habuit nomen, sed divinum in portentorum oraculum, ac sanctitatis prognosticon.

*Cuius nomen ex Deo.*

*Vita, verbo, prodigijs*
*Hic fulsit in Hispania.*

Hymn. in eius Fest.

Ubique ex illo fulgor, quia ubique splendor, rutilans lumine flamma, ac magni nominis umbra.

2 *Non alienum videtur* (ait Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.) *inferere hoc loco exemplum religionis antiquæ. Diva Angerona, ore obligato obsignatoque simulacrum habet.* Reliqua videsis in *Ephemer.* die 21. *Decembr.* Hæc etiam dicebatur *Volupia*, quæ hilaritatis Dea. Exire ex tormento in gaudium, gratitudinem prorsùs excitat cordium: obtentoque beneficio, compressis labijs demonstratur imago; igitur profectò exigua magnitudo gratiarum, modò comprehenditur ab adæquationem vocum. Dominicus adinstar Volupiæ est imago illustris hilaritatis, & etiam comes Angoris. Accipitur hìc ex doloris captivitate libertas, ita ut ærumnarum nulla videatur captivitas, gratumque pectus accipiens donum, in plausum fovet silentium; quippequàm tot gratias, tot victorias, tot mirabilia portenta, tot potestatis prodigia, satius dicit lingua taciturna gratitudinis, vel suspensio verborum in encomio admirationis. *In templo Appollinis*

Plin.

*Eius gratiæ inenarrabiles.*

Buleng. *nis Myrinæi* inquit Bulenger. de *Oracul.* cap. 14.) *eis qui intrarent, vincula detrahebantur.* Iam vera, quæ ficta, & mendax Græcia habet in historia: igitur latumijs degentes, & oppressi vinculis, ut in Dominici templum grati ingrediantur; eis illicò catenæ atque compedes franguntur. Hinc expertes periculi, in ceram permutabant pondera ferri. Nescio an huiuscemodi ritu exprimere intenderent gratitudinem, vel Redemptoris è tanta servitute potestatem: etenim ut vincti liberarentur; quæ ferreâ vincula uti cera tractabantur. At hoc infrà.

*Templum cur mirificum?*

3 Assertor N. cœpit dicere de Ioanne, amico Sponsi, divinis ornato gratijs, ob quas prodigium factus est multis. Dicere cœpit. Quid dixit? Signat Ioannes: *Fuit homo missus à Deo.* Homo & à Domino missus, insignis profectò Baptistæ plausus. Non est inventus similis illi. Summus in illo rutilat perfectionis splendor. *Non surrexit maior*: etenim videtur Angelica supereminens perfectio, cùm esset homo. *Non surrexit maior*, quantunvis hinc inde conferantur charismata, atque singulorum singularis gratia; nullus hominum æquat: igitur illum super hominem exaltat; quod homo à Domino missus, tanquàm de cœlo delapsus. Hæccine Ioännis singularis excellentia, nobilis prærogativa; sed quanvis procera valdè magnitudinis perfectio; qui videtur minor, *maior est illo.* Vide Francisc. Lucam, & Maldonat. v. 11. Quòd Christus Ioanne maior, non est dubium: sed cur maior? Missus à Deo est Ioannes, quod insigne magnitudinis. Quid Christus? *Misit me Pater*, ut Redemptorem in similitudinem hominum; & signavit, ut salvaretur mundus per ipsum. Implevit ruinas, quas patiebatur vulnerata humanitas: & inter magnitudinem & magnitudinem, ex quibus utriusque splendor, Redemptor maior est illo; quia missus è cœlo venit, & adventu ruinas orbis reparavit.

Matth. 11. 7. Ioann. 1. 6. *Cur Baptista inter homines maior.* *Et Christus maior maiore?* Vers. 11. Ibid. cap. 6. 57.

4 Ut constet quis atque quantus Dominicus, dicit Spiritus Sanctus. Nonnulli; quia nomen inveniunt, & personas non distinguunt; confundunt Dominicum Silensem & Guzmanum: hic eguit priore ad existentiæ entitatem, verùm non quoad splendorem. Suo etenim utitur testimonio, non alieno sufragio: unde Patriarcha obsequiosus gratitudine, ac memor gratiæ; Matriti cœnobium regium Dominico dicavit Silensi. Claret: non poterat sibi. In rem ergo. Mititur in S. Sebastiani Monasterium, & extemplò fulsit perfectionis oraculum: igitur dum Ecclesiam ingreditur, auditur: *Ecce reparator venit, & Dominus misit eum.* Ita Grimaldus in eius *Vit.* cap. 12. Ecce, particulam dicit admirationis, atque notam novitatis, Novarinus, in *Luc.* 7. n. 379. Quid novum respicimus in Dominico; ut ex novitate excitetur admiratio? Magnus Baptista, quia à Domino missus in testimonium lucis: Christus maior, quia etiam missus, & in reparationem hominis. Erat Castella, dum ipse pervenit in scientia & religione quassata, quarum ædificia undique rimulis plena. Studium totum in usus amorum, proculcatione scientiarum. Monasterij, quò ivit, mortui lapides inter rudera: vivi verò in corruptela: & ut templum ingreditur, quid novum in hominum admirationem auditur; quippe admirabile & novum orbis prodigium, in libertatem detentorum in catenis, in reparationem Monastici ordinis, quod adveniret Dominicus, homo de cœlo delapsus. *Spiritus Domini misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem.* Patet Dominici maior inter homines celsitas; dum homo missus de cælo, implet & reparat ruinas.

Grimald. *Unde Dominici magnitudo?* Luc. 4. à 18.

5 *Videbit omnis caro salutare Dei:* in carne, promittit Isaias. 40. 5. *In pane:* inquit Simon à Cassia hìc. Salus in isto pane salutis, verùm salutis modus singularis: etenim virtus (dicit Christus) intùs est, *non sicut manducaverunt patres vestri Manna.* Cur non sicut, si Manna etiam missum á Deo? Sanè è cœlo missum, sed non reparabat, aut instaurabat vires, nec arcebat vasa mortis. Qui manducavit Manna, mortuus est. Pane cœlisti non sic, igitur de cœlo missus à Deo in salutem descendit, & à barathro hominem in libertatem restituit. Hunc Pater signavit Deus. Hic panis haudquaquàm sicut Manna. Non sicut, quia in cœlesti pane plus; quandoquidem illo descendente de cœlo, fit hominum reparatio. Est miraculorum maximum, & gratiarum Dominici clarum speculum: etenim missus à Deo, ut Religionis repararet ruinas, & per illum captivorum obtineretur libertas. Magnus, quia missus è cœlo ad dandam scientiam salutis; & maior, quia eduxit homines de pœnis captivitatis. Articulum systematis Castellæ, & auxilium Dominici refert Senec. in *Troäd.* à v. 871. & in *Thebaid.* v. 598.

Ibid. cap. 3. 6. Ioan. 6. 58. *Contulit libertatem & instaurat Religionem.*

*Durum, invisum, grave est,*
*Servitia ferre: gravius, in servitutem*
*Cadere de regno. In me victus & victor*
*furit.*
*Sed melior afflictos Deus respicere cœpit.*
*Alij alligati sunt, alij adstricti, alij districti*
*quoque:*

Senec.

subdit, de *Vit. beat.* cap. 16. Ita profectò indigenæ, Mahometanorum tyranni-

de, dum huiusmodi lues in provincias grassans irruit: verùm Deus afflictos melius respexit; igitur ut exueret gravem tyrannicam captivitatem, misit Dominicum vindicem ac redemptorem.

6 Surrexit Christus, qui iacuerat mortuus. Viderunt glorioſum congregati discipuli, verùm *existimabant se spiritum videre.* Luc. 24. 37. Phantasiæ illusionem censent, quem viventem gloriosissimè vident? Ita oculorum deceptio non credentibus & mirantibus præ gaudio:

*——Visisque animos perfuderat ardens*
*Lætitia attonitos.* Iuvenc.

Canit Iuvencus, 4. *Histor. Evangel.* v. 767. Implicant verba, quæ quidem perturbant gaudia: etenim de visis magnopere non gauderent; si quid dicerent, scirent. Sanè creditur, quod ratio suspensa miratur: igitur minimè excitant admirationem, quæ expellunt fidem. Quomodò ergo uti phantasiæ refertur illusio, ubi ex novitate exoritur admiratio? Præ gaudio nimio. Viderunt, vinctum, saucium, atque post mortem sepultum: minimèque credunt, quod videntes aspiciunt; quoniam videtur vagæ cogitationis aberratio, videre coràm, qui habitabat in sepulchro. Captivus à doloribus morti traditur, atque tumulo includitur. Apparet liber & salvus, qui captivus: & ubi sic à videntibus aspicitur, quod sit ille, estò cognitus, non creditur; quippe phantasiæ videtur delirium, vel dormientis insomnium, ante se salvum videre, qui captus iudicabatur in profundo barathri.

*Miracula quia eximia etiam visa non credita.*

*Visere iam vobis licitum est, quod sede sepulcbri,* Ibid. v. 762.
*Nulla istinc iacèant, fuerant quæ condita membra.*

7 Hinc mentis stupor. Videamus captivorum an Dominicus redemptor. *Quidam à Sarracenis captus* (ait Grimald. d. & Tamay, in eius *Vit.*) *multo tempore onere catenarum ingentium erat afflictus* (Eleutherium quærebatur, à Dominico verò sacrum offertur) *tunc inclusi, & fatigati carceris horrore, atque dirâ obscuritate, disrupta fuerunt ferrea & inextricabilia alligati vincula: aperta est tenebrosi & continuâ nocte damnati carceris custodia; & ille rediit ad propria, non credentibus civibus ipsum esse præ gaudio.* Grimald. Gaudium oculis illusit, quos singulare portentum illuminavit. *Ego sum*, dicebat captivus liber. Admiratio ipsa quæ videt non credit. *Ego sum.* Labascunt cogitatione, existimantes non ipsum, sed spiritum videre. *Ego sum.* cuius fracta vincula, contraria catena, & pervia custodia. Nulla profectò fides, etsi prodigium fomes admirationis. *Ego sum*, & ita Quænam cogitationes ascendunt in corda vestra? Somnium vigilantium, & pictura ex colore cogitationum: igitur phantasiæ iocus, oculorum deceptio, somnique illusio; ante nos esse qui diro tenebatur in ergastulo. Vernaculè: *Parece phantasia, ver libre al que se juzgaba morir en una mazmorra.* Id. cap. 50. Dominicus etiam procedit ultrà. In uno videbimus tria miracula. Ut egrediantur captivi, ostium, pòstque murus aperitur; & utrumque statim egressis clauditur: cum vinculis uti soluti procedunt, ac sine cibo per duodecim dies aluntur. Anne verum, vel phantasticum?

*Ita Dominici miracula.*

8 Sicut Iacobum, ita Agrippa cupiebat tollere Petrum, quem apprehensum misit in carcerem, ut pòst depressum elevaret in crucem. Vinctus ibi erat catenis duabus, extrà carcere custodito à militibus. Tunc, ut canit Arator, lib. 1. in *Acta Apost.* à v. 1017.

*Angelus astra ferens ergastula candidus intrat,*
*Se comitante die: cœli veniente ministro,* Arator.
*Carceris umbra fugit; pulsæ periere tenebræ,*
*Lucifero radiante novo. Color exulat ater*
*Et mutatæ vident nocturna crepuscula Solem.*

Percusso, ut evigilaret, Petri latere, de eius manibus ceciderunt catenæ, aperitur ultrò porta ferrea, illusâ custodiâ; sed *nesciebat,* Act. 12. 9. *quia verum est, quod fiebat per Angelum: existimabat autem se visum videre.* Si videt oculis factum, quomodo nesciebat verum? Quid est visum videre, nisi somniare? Somnium arbitratur, dum e carcere educitur? Somnium cùm factum non sit, erat factum ultra spem: & cùm homini impossibilia; facta videantur phantasmata; quæ obijciebantur oculis, dicuntur ludibria mentis: siquidem ut ludus dormientis est, quòd noctu fulgeret lux, oriretur clarè Sol; quod vincula incognitæ vires frangerent; quòd vigiles tantæ custodiæ dormirent, quòd aperiretur porta ferrea, ut Petrus captivus liber exiret; & iterùm clauderetur, ne denuò comprehendi posset. Quid mirum, si somnium, quod ita mirum?

*Videntur somnia.*

*——Putat omnia somno*
*Ludificante geri:: gradientibus illis,* Arator. v. 1044.
*Conclusæ cessere fores.*

9 Contextus astruit, quod gaudium visum non credit. Angelo discedente, Petrus liber à vinculis, divertit quò erant multi congregati & orantes. Pulsavit ostium; & nuncianti adesse Petrum; dixerunt puellæ: *Insanis.* Insania, quod testificantur lumina? Au- Vers. 15.

dit,

dit, videt, & insanit? Videtur utique, dum ibi Petrus videtur. Ne possit educi secretò vel noctu è clausura carceris, vel dormiens erat inter duos milites: simulque vinctus catenis duabus, ne facilè illius obtineretur exitus: assertàque Petri libertate, puellæ nuncianti, dicitur insanire; quippequam species videtur dementiæ, videre secum, qui habitabat & vinctus dirum ergastulum. *Viderunt eum, & obstupuerunt.* Præ gaudio derogatur fidei: præ visione sunt attoniti: & quod iure cedit admirationi, datur insaniæ; quoniam ita liber è carcere & ex catenis, ludibria cogitationis.

*Et insania.*

Vers. 16.

10 Aliquid amplius videtur in Dominico; tanquàm in Angelo, in libertatem servorum misso de cœlo. Ut Petrum educeret Angelus, *ceciderunt catenæ de manibus eius.* Dominicus Angelus maiora facit, dum vinctos in lucem è latumijs educit; ut dicantur ad fidem insania, quæ perpetrat mirabilia: igitur quia nimis mirabile, videntibus incredibile; captivos in libertatem compedibus ambulare. Lazarus moritur, cuius cadaver in sepulchro decorosè collocatur. Christus revocare in lucem venit, monitus à fororibus; qui in opus ducitur, ubi Lazarus sepultus. Vocavit, & statim mortuus respondit. Discant qui iacent mortui peccatis, minimè abdicere articulos vocis: igitur signum restituendæ vitæ gratiæ, respondere & statim vocationi. *Statim prodijt, qui fuerat mortuus, ligatis pedes & manus institis.* Si ligatus, quomodò prodijt? Si adstrictus sine usu motus, qua lege in lucem processit? Fecit miraculum, & mirum etiam in miraculo modum. *Sic exire, non minùs miraculum videbatur, quàm suscitari*: infit hìc Theöphilact. Duplex patet miraculum in Lazari exitum; unde maiorem conciliavit plausum; etenim si vincula motum impediebant vel in vivente, & exitus impossibilis iacenti in carcere tenebrosi sepulchri; dum primum coràm ostenditur, secundum non minùs mirabile videbatur: igitur fecit, quod reclusus exiret, & etiam quòd vinculis quasi liber ambularet. *Solvite eum & sinite abire*: præcepit illo exeunte Redemptor. Si foràs exivit, ligatus exijt? Utiquè. Datus motus liber quasine impedimento, dum foràs evocatur de sepulchro. Miraculum quòd exiret; sed mirabilior miraculi modus, eò quòd vinculis exiret, quasi non esset ligatus.

*Respondendum Deo vocanti.*

Ioan. 11. 44

Theöph.

*A Dominico reclusus in lucem prodit, & ligatus liberè incedit.*

Ibid.

11 Dominicus *eduxit vinctos in fortitudine.* Genebrard. *In compedibus.* Plures apud Maluend. *in virtute, potestate, in annulis compedum, in catenis.* Cur non dicitur de carcere, compedibus aut catenis; sed in catenis & compedum annulis? Eduxit sanè sedentes in tenebris & umbra mortis, vinctos in medicitate & ferro: sed tunc tantùm potestatis esset eductio. In eductione virtus videnda potestatis: & exitus ostenditur in compedum annulis & catenis; ut videntes mirabilem potestatem; viderent simul mirabiliorem virtutem: quandoquidem reliquit ad libertatem in compedibus gravamen, ut possent exire, cùm exire non possent. Plauderetur potestas fractis vinculis, sed lateret in articulo mira virtus potestatis: & in compedibus non fractis ad exitum sine motu possibili datur motus; ut liberiùs ambularent, & cum compedibus. Aben-Ezra. *Qui eduxit vinctos rectitudinibus.* Quod videtur implicatorium catenarum specie; exprimit vigilanter claritatem miraculi. Qui compedibus ambulat, non rectè incedit; sed fractis passibus: in vinctisque exeuntibus, virtute potestatis ita claruit miraculi modus; ut vinculis ac compedibus liberi procederent rectè, quasi non essent ad exitum compedibus implicati. Aliter videbimus huius virtutis fortitudinem, n. 21.

Psal. 67. 8. Genebr. Maluend.

*Quæ in illo miraculorum potestas atque virtus potestatis?*

12 Quos eduxit & ita eduxit, duodecim diebus sine cibis aluit. Insigne Christi miraculum subit memoriæ, ut eluceät etiam virtus Dominici. Convocatis discipulis, ait illis Iesus: *Misereor super turbam, quia ecce iam triduó sustinent me, nec habent quod manducent.* Ut ergo haberent, multiplicavit panes, claruitque quantæ virtutis. Hoc est miraculum, sed non primum. Non primum esurientium saturatio? Nullo modo: triduana fuit absque ulla refectione refectio. Dicit Iuvencus lib. 3. *Histor. Evang.* à v. 202.

Marc. 8. 2.

*Cùm populi pariter miracula tanta frequentant;*
*Tertia nam terris remeänt iam lumina Solis,*
*Ex quo nulla sibi sumunt alimenta ciborum.*

Iuvenc.

Pende emphasim verborum, exprimentium in miraculo maius miraculum. *Alimenta ciborum.* Ergo in ostentum amplioris potestatis, alimenta sine cibis. Hoc patuit triduò, priusquàm ciborum advenisset refectio: igitur si refectio miraculum; maius claruit, quòd absque ulla refectione refeciisset. Ratio prompta, ut Dominici eluceänt clara miracula. Non entis passiones non sunt. Refectio sine alimento non est: & dum reficit sine cibo, mirabilior præfertur refectio; igitur in miraculo magnæ virtutis, in non ente entis inveniri passiones. Clariùs procedamus. In ci-

*Reficit captivos sine refectione.*

bo habetur *ex quo* ; potest miraculum fieri; nihil non *quid* ut deserviat refectioni. Aliter & aliter cibantur famelici : & multiplicatione mirificà panum ; & ex nihilo , quod non alimentum. Si ex nihilo nihil , & nihilum nihil; quod nihilum non est aliquid. Si aliquid nihilum quod esse non valet ; quid erit & quid non erit. Unde cùm miraculum fiat ex pane multiplicato ; mirabilior sanè sine alimentis refectio : quandoquidem ex nihilo maius miraculum est ; quia ex nihilo totum fit. Ulteriùs. Non quælibet in captivos Dominicus operatur miracula , sed summa. Non præbet cibos ; sed inanes neque dimittit famelicos. Ex exiguitate multiplicare alimoniam ; miraculum sed exiguum : sine alimento alimentum , prorsùm miraculum maximum : unde in patriam captivi remittuntur sine cibo , cuius defectus vesculorum refectio; quippe miraculi summa , alimentorum forma sine materia. Non in solo pane vivit homo, cùm sit cibus sine cibo : & in servos ferè Numinis oculi , ut alat eos in fame : de quo latè egimus, *Tom.* 4. *T.* 11. *D.* 4. *à* 6. Est miraculum in defectu panis , panis in refectionem: & est miraculum famem esse quasi panem. Quodnam maius ? Sine cibo cibus : etenim si miraculum magnum , qui cibis egent , nutrire ; maius profectò miraculum , nutrire miraculosè. Dialecto Hispanà : *Si es milagro dar sustento , es mayor sustentarlos de milagro*: quandoquidem miraculosa multiplicatio panis ; verùm amplius , sine cibo miraculum refectionis.

*Unde miraculi summa?*

13 Haud cessant mira. Qui in servitutem transierunt per ignem , & catenarum pœnam ; ad libertatem Dominicus fecit transire per aquam. Verùm quomodo ? Sine pondere corporum , nec onere catenarum ; novo prodigij genere à facie vinculi colligati. Filij Israël Mare-Rubrum, torrentem Arnon, atque Iordanem transierunt. Miraculum ; sed sicco pede, quia non erat aqua. Mare fugit , & Iordanis reversus retrorsùm,

Cruc. in *Psal.* 113.

*Vidit ruventi pontus ab æquore,*
*Scissoque fugit territus alveo:*
*Iordanis in fontes reduxit*
*Attonitas fugitivus undas.*

Sunt sanè mirabilia , verùm non calcatur aqua. Quid iam salvi iussu Dominici ? Nec guttula tangit. Grimald. d. Retorqueantur Ovid. 10. *Metamorph.* fab. 11. & Virgil. 7. *Æneid.* v.

Ovid. Virgil.

*Posse putes illos sicco freta radere passu.*
*Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti*
*Ferrer iter , celeres nec tingeret æquore plantas.*

En miraculum Petri , iussu Domini. *Iube me* (ait) *venire ad te super aquas.* Non sat è tanta procella exire ; sed etiam super aquas solicitat egredi ? Quid non ad vocem Domini ? Liber præsentia Domini erat à tyrannide fluctus ; sed cupiebat quòd miraculosior exitus. Miraculum maiore miraculo comprobatur ; & quis fecerit, cognoscitur : igitur pede sicco ambulante super aquas, astruitur à cunctis miraculosa libertas. Multi in flumine perierant suffocati , sed catenatos Redemptor & iubet egredi , & ingredi. Per aquas ? Utique ; currunt ; spei contra spem iam sospites crediderunt : comprobante miraculo ac celeritate pedis , quisnam auctor libertatis : igitur ad vocem Dominici , cùm procederent ; calcarunt aquas , quasi minimè calcarent. Discunt per primum miraculum libertatis ( ut canit Iuvenc. d. v. 113.

Matth. 14. 28.

*Facit catenatos ambulare super aquas.*

*Fluctibus in liquidis immersos figere gressus.*

Iuvenc.

14 Hoc præclarum opus factum meridie, sed in Silense Monasterium pervenerunt vespere , & catenis onusti. Grimald. d. Hoc insigne miraculum à miraculo præventum. Exire nequibant , quippe Mauri in porta mœnium , quà egressuri sedebant. Quid iam à compedibus liberi , denuò in captivitatem redigendi ? *Eia egredimini* , audiunt ; & egrediuntur. Custodes oculos habent, sed non vident. Illis transeuntibus in patriam , apertis oculis nihil videbant. Captivi transeuntes per medium illorum , ibant. Quo pergentibus & celeriter, ut in simili articulo canit Arator, quò supr. v. 2064.

*Maximus ille timor , gelidos qui strinxerat artus,*
*Lætitiæ mensura fuit.*

Arator.

Cùm viderent tantam in voce virtutem , & eòrum Dominicus strenuò convertisset captivitatem; facti sunt in itinere lætantes. Non mirum , si in illo opera mirati sunt Redemptoris. *Ego veni* (dixit qui omnium Assertor) *ut qui non vident , videant : & qui vident cæci fiant.* Quod de fide Christus asseruit , physicè in Dominico patuit : igitur qui in tenebris sedebant viderunt lucem , & qui lucem videbant experti sunt cæcitatem. Misit Dominicus tenebras , & obscuravit claritatem luminum , illuminans oculos servorum suorum. Solvit compeditos : illuminavit cæcos , posuit coram eis tenebras in lucem : & in tyrannorum oculos talem intulit obscuritatem ; ut cæci lumen aspicerent , ac videntes non viderent. Nihil videbat puer Elisei , venientibus Syrijs , in eius captivitatem ; & puerum , illis obcæcatis , eduxit in lucem : quandoquidem mirificè fecit , ut qui ab

Ioan. 9. 39. *Illuminat captivitatis expertes & cæcat hostes.*

4. Reg. 6. 13 18. *Palmen Sarracenis.*

ab exercitu capti, auxilia in luce viderent; & captivantes videntes in captivitatem irent, Non secùs accidit in Dominici prodigijs: erat fulmen Sarracenis.

15 De fulmine dicit Plin. *lib.* 2. *cap.* 54. *Vigilans ictus conniventibus oculis, dormiens patentibus reperitur.* Eluxit in libertate Petri: *Erat dormiens inter duos milites*: qui Vigiles dicuntur, ut patet *Cantic.* 2. 3. dicitque Lucan. lib. 7. *Pharsal.* v. 25. *Castrorum vigiles.* Descendit Angelus tanquàm fulgur de cœlo, cuius *lumen refulsit in habitaculo*; & Petrus dormiens exit, & vigil dormit. Quid hoc? Copiosa, & vel in opposita efficax cœlestis lux. Uti fulmen Angelus venit, ut Petrum de captivitate eriperet; miraculo contrarietatis in commendationem fulguris: etenim dormientem Petrum è tenebris excitavit, dum oculos vigilum ipso lumine occlusit. *Custodes ante ostium custodiebant carcerem*, sed quasi non custodirent, dormientes cum vigilarent; igitur lux Redemptoris, ut videntes non viderent. In tenebris sunt, apertis oculis: nec fas videre captivum,

*Neque cernere Solem,*
*Tempus adusque datur.*

16 Læti carpunt iter, & velociter, à Dominico expertes gravis periculi: & ita breviter, quòd ferro gravati non cucurrerent, sed volarent: quandoquidem manè relinquentes ergastulum, miridiè transeuntes primam & secundam custodiam mœnium & militum; vesperè pervenerunt in Silense Monasterium. *Factum est vespere & mane dies unus*: ideſt, cum luce famosus: igitur totum factum manè, atque consummatum vespere. Tres Magi cæcitate ac Gentilitatis tenebris, cum pondere errorum ad Redemptorem *venerunt*, ac inventum cum corde coronas offerunt. Iustum sanè, ut ei qui Redemptor nascebatur, trina corona daretur. Theatrum Dominici apparet, dum eius anima ad cœlos ascendit. *Triplici coronâ decorata fulget in gloria.* Grimald. d. Trium diadematum gestamen signavit absdubiò captivorum redemptorem.

*Cœlitùs sublimia dantur.*

Vide Iacob. Typotium de *Regib. Ungar.* Symbol. 18.

17 Nato ergo Domino, *ecce Magi ab Oriente venerunt.* Tò *Ecce* celeritatem indicat, ut vidimus *Tautolog. anteced. D.* 1. *n.* 5. Longum iter dicit Iuvenc. d. *lib.* 1. v. 256.

*Per longa viarum*
*Deveniunt Solymas.*

Ita longè, & *Ecce magi*? Dubium est; quo-

Plin.

Act. 12. 6.

Ibid.

Arat. 2. v. 21.

Genes. 1. 5.

Matth. 2. 1. *Cur trina coronâ Dominicus donatus?*

Typot.

Iuvenc.

to tempore Magi confecerunt iter? Nonnulli cum dimidio signant duos annos; secundum illud Matth. 2. 16. *Herodes occidit omnes pueros à bimatu & infra, secundum tempus, quod exquisierat à Magis.* Adi Iansen. Caietan. & Maldonat. Alij, tredecim diebus confectum, arbitrantur. Augustin. *Serm.* 1. Leo Pap. in *Epiph.* & Suar. in 3. p. *D. Thom.* quæst. 36. art. 7. & 8. Ita acceptio universalis Ecclesiæ. Si iter ab oriente, ideſt, ab India (ut asserit Ossor. lib. 1. de *Gestis Reg. Emmanuel.*) Est plus quàm duorum annorum, quomodò tredecim diebus perfectum? *Tredecim diebus, iter ægrè conficere potuissent*: ait Alapid. Ægrè cæteris, sed facilè illis. Redemptor eduxerat de tenebris erroris, in lumen splendidum veritatis, tyranni dæmonis fractis catenis; & solicitant grati quærere, & cum adorare, qui templum sibi factaverat in præsepi: procedunt, Redemptorem inquirunt; qui miraculo velocitatis itineris, confirmavit miraculum libertatis: quandoquidem in gratiarum actionem conficiunt tredecim dierum spatio, quod alij currunt duobus annis cum dimidio.

Vers. 16.

*Liberatos non solùm facie currere sed volare.*

Alapid.

18 Hæccine etiam in Dominico mira, sed restant mirabiliora. Captivos solvebat è vinculis, & vivens frangebat compedes: at è vita cùm excesit in cœlum, mirabiliùs rutilabat qualitas miraculorum: etenim si per illum viventem in mundo liberabantur captivi; in cælo, captivos liberabant, qui per illum liberati. Inter symbola Francorum Principum iuxta præfatum Typotium, *Symbol.* 46. describuntur in parma tres coronæ, cum epigraphe in superiore: *Manet ultima cœli.* Quænam quæ illum in cœlis ultima manet? Ut captivus qui liber captivum liberet: & non solùm ipse clausis conferat libertatem, sed alias etiam tribuat per eius nomen. Quidam cùm iaceret in ergastulo, fractis catenis liberatus à Dominico; simulatque se vidit solutum, socio obferrato dixit: *Veni mecùm: en Dominicus*: & ceciderunt catenæ de manibus eius, carptaque in libertatem à duobus via, quippe cum ferreis vectibus recluſa ergastula. De Magnete lapide dicitur annulos ferreos & catenarum tractus ad se trahere; & etiam tractum trahere alium lapidis manente virtute. Unde Solorzan. *Emblem.* 67. accinit:

Typot.

Grimald.

*Quæ tertia Dominici corona?*

*Et quanti nomen?*

*Ferreus arcano trahitur Magnetis amore*
*Annulus: inde alium protinùs ipse trahit.*

Solorzan.

Facilè modò intelligitur illud Christi: *Si exalteatus fuero á terra, omnia traham ad meip-*

Ioan. 12. 32.

*meipsum.* An quia dedit in sanguine lytrum, traxit cunctorum catenarum ferrum ? Quomodò in exaltatione huiusmodi lenocinans philtrum, in attractionem cunctorum ? Per succesionem temporum. Christus cùm mortalis esset, multos à catenis solvit, multos traxit, quandiù vixit : & exaltatus à terra, qui plures traxerat, traxit omnia ; quoniam in nomine eius plura fecerunt miracula, tractis alijs è vinculis, captivitatis, per illos ipsos quos ipse iam extraxerat è vinculis. Virtus cœlestis magnetis eluxit, dum Assertor cunctorum cœlos ascendit. Unde arcano amore, & superiore virtute, eius cuius vincula fregit; inde alium ipse protinùs ad se traxit. Coronæ offeruntur Dominico in vinculorum tropheo, ex nobilissimo è Sarracenis triumpho: his qui vincti sunt, dixit, *Exite* : & his qui in tenebris, *Revelamini.* Ita coronæ, sed manet ultima cœli, quasi in magnetis virtute: etenim liberatus qui vinctus per eius nomen, á socio excussit vinculorum ligamen.

*Quomodò in ascensione Salvatoris, visa conditio magnetis?*

19 Hæc qui præclarè perfecit ; quia ad cœlum vadit, etiam his maiora faciet: eminet enim virtutis miraculorum magnitudo, etiam ex miraculorum modo. In spem libertatis viso Dominico erectus captivus; sed persistebat ligatus. Urget Dominicus in egressum. At quomodò fiet istud ? *Lignum malleum Dominicus proiecit, ut ipso compedes feriendo frangeret.* Grimald. *lib.* 2. *cap.* 21. Ferrum efficax in lignum : sed lignum in ferrum ? Ut captivos Moyses possit egregiè liberare, iubet Dominus in Ægyptum descendere. At quomodò ? *Virgam* (dicitur ei) *sume in manu tua, in qua facturus est signa.* Quænam signa aut portenta ? Nobiliora. Fecit, & captivitatem solvit : igitur filios Israël *eduxit de tenebris & umbra mortis, & vincula eorum diss rupit.* Quid amplius ? *Contrivit portas æreas & vectes ferreos confregit. Dicunt aliqui* (subdit Incognitus, qui iam cognitus Berchorius Benedictinus ; ut nervosè astruit Magister Ximenez Barranco in huiusmodi tantæ ac talis eruditionis flosculo) *quod civitas Gessen, ubi habitabant filij Israël, claudebatur portis æreis, & vectes ferreos habebat; quæ omnia in exitu confracta.* Profectò insignia portenta. Sed quorsùm virga ? In huiusmodi miracula. In fractionem vectium? In ferrum catenarum ? Quis audivit unquàm tale ? Ni singulare instrumentum, haud miraculum insigne. Non mirum, clavo pellere clavum, quippe in solidum solidum : In eductione captivorum ex Ægypto ostentanda singularia : in cuius patrationem Moysi dungaxàt confertur virga ; quippequam inter prodigia maius prodigium, quod fragilitati ligni, ut lignum cederet ferrum. Inclusi erant & in tenebris, queis concesit usum lucis. Catenati, & ferrum fregit, vincula cuncta vectesque disrupit : virgæque lignum in destructionem appropriat, ut maior Moyses ex miraculo ac instrumento clarescat : igitur non tam miraculum quod ferrum præpotens frangeret, quam quòd ligno confregisset. Clarebat totius populi tot miraculis libertas, sed ostentanda simul libertatis & miraculorum claritas. Lignum frangitur à ferro, haudquaquam ferrum à ligno : Moysique in vectium ad libertatem fractionem, virgæ futilis commendatur gestamen ; ut novum prodigium ederet, cùm catenatos captivos in sospitatem educeret : igitur omninò novum, quod quæ á ferro secatur, rumperet ferrum.

*Exod.* 4. 17.

*Psal.* 106. 14. & 16.

*Berchor.*

*Miraculi magnitudo ex miraculi instrumento.*

20 Benedictio Iudæ Patriarchę sors est felicissima Dominici. *Ad prædam fili mi ascendisti* : dicit Iacob. In *tradition. Hebr.* Hieronym. legit: *De germine. In Hebræo habet de captivitate ascendisti : ut ostenderet eum captivos populos esse ducturum.* In germine virgæ ita virtus, cùm supponat captivitas vectes ferreos ? Hinc ascensio per excellentiam virtutis, in resistentiam tyrannidis : igitur ita captivorum conterebat catenam, quasi confringeret virgam : lignum captivo conijcit, ut compedes secet. Nonnè ex ferro ? Proculdubiò. Hinc Redemptoris ascensio ; igitur ligno confringebat ferrum, quasi esset lignum. Iam non captivitas, cùm tendat in otium;

*Genes.* 49. 9.

*Dominicus ligno conterebat ferrũ.*

*Quia vincula cuncta quiescunt.*

Hinc quasi in gazam gratiarum, tendunt vota universorum. *Omnium mentes ad sui favorem amoremque inclinabat.* Grimald. cap. 24. Videnda testibus causa. Petro datur in vinctos singularis potestas; sed notatu dignum, quo stylo confertur auctoritas. *Claves regni cœlorum*, ad ligandum & solvendum. Ligare & solvere, quid ad claves, cùm usus tantùm aperire & solvere? Ita de Carna Poëta, 6. *Fastor.* v. 101.

*Arat. d. v.* 183.

*Matth.* 16. 19.

——— *Dea cardinis hæc est:*
*Numine clausa aperit, claudit aperta suo.*

*Ovid.*

Quàm propriè, elucebit ex miraculis Dominici. Potestas datur per insignia clavium, quarum claudere & aperire est officium : & pro aperire, meditanter dicitur solvere ; ut duplex miraculum clarescat in potestate : etenim captivis inclusis in ergastulis, vinctisque catenis, Dominico cedunt claves ; ut obscura aperiat claustra, & etiam ut solvat catenarum vincula. *Gravis semper servitus*, ut ait Plautus in *Captiv.* Act. 1. scen. 2.

*In quo eius miraculorum potestas.*

v. 10.

v. 10. sed Maurorum insolentiá, gravissima. M. Senec. *Omni crudelitate efferatos* (inst M. Senec. *Controv.* 2.) *quibus omne fas nefasque lusus est, quibus in aliena impetus per arma, iam ipsa fronte crudeles, & humano sanguini assuetos, præferentes ante se vincula, & catenas, gravia capitis onera.* Contra huiusmodi insolentiam tyrannorum, ac in victorum auxilium, Dominico cœlitùs confertur potestas clavium, cum virtute ligandi atque solvendi: igitur dum carceres aperit, vectes solvit; ac in captivorum libertatem, dum clausa referat, tyrannorum vexantium potentiam alligat. Alius color. Latumias Dominicus aperit, compedes solvit; & hoc ministerium dicitur ligandi officium: quandoquidem quorum solvebat potestate vincula; potentiùs ligando rapiebat corda.

21 Triumphus canitur Redemptoris Christi, cuius titulus: *Deus noster, salvos faciendi.* Psalm. 67. 21. & *currus, decem millibus multiplex millia lætantium*: v. 18. ut communicatione potestatis, etiam videretur *mirabilis in sanctis suis*: v. 36. Tunc Ephes. 4. 8. iuxta expositionem Pauli, *Captivam duxit captivitatem*: *dedit dona hominibus.* Variæ sunt acceptiones de huiusmodi captivitate captivâ, in Redemptoris victoria. Nonnulli asserunt in tyrannos & vincula. Vividè accomodatio expositionis, ut Christi in redemptione fulgeat gloria singularis: igitur non ita rutilat gratia educendo in libertatem mancipia; sicut in gloriam triumphantis pignus, cum ipsis vinculis captivare tyrannos. Ex huiusmodi trophæo, videtur Deus mirabilis in Dominico. Quot cum compedibus, ferreis manicis, ponderosis catenis, gravibusque vinculis in suum domicilium miraculosè transtulit, quos ex misera captivitate in libertatem eduxit? Numerus deficit. Si tacuerint homines, clamabunt lapides. Quendam in vita sepultum, domino dormiente super sarcophagum, etiam procurante in vigiliam canis gallique custodiam; cum dormiente tyranno, toto ferro, catenarum tractibus, duplicatis nexibus, ipsisque animalibus, in tanti miraculi testimonium, noctù in suum transtulit templum. Hæc gloria fauste triumphantis.

*Unde gloriosior Christi triumphus?*

Horat. lib. 1. Ep. 17. v. 33. *Rex gerere, & captos ostendere civibus hostes,*
*Attingit solium Iovis, & cælestia tentat.*

Triumphum probat insignem, captivum afferre secum in libertatem. Quorsum tyrannus, vincula, manicæ, compedes, queis quasi in speculo sese tuebatur crudelitas? Hæc est, quæ in textu appellatur *Captivitas*: cunctaque in templum transtulit, dum captivum è captivitate eduxit; igitur in eius cedebat triumphi splendorem, quod duceret etiam captivam captivitatem: parùm profectò erat in clavibus potestatis, quòd solveret mancipium nisi ligasset tyrannum. Unde captivum a captivitate eduxit, & tyrannum captivitati libertate mancipavit. Priùs eduxerat victos in fortitudine. Maiora latent in eius mirifica potestate: etenim insignum virtutis superioris; etiam transtulit, qui habitabant in sepulchris. Perpende contextum. *Educit victos in fortitudine*: *similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.* Qui sunt qui exasperant, ut in sepulchris habitent? Qui eripi captivos timent. Exasperati tyranni (ex eò quòd Dominicus inopinatò raperet victos, *captivitatibus ac tyrannide potentiorum oppressos*; ut ait Genebr. hìc.) captos includebant sepulchris, supra in custodiam dormientes. Custodia inutilis habenti in potestate solvendi claves: igitur ut captivitatem caperet, & per victos vinceret ac vinciret: ministeria transferebant, exarcebatos etiam qui in sepulchris habitabant.

*Dominici speculum.* Psal. 67. 7. Genebr.

22 Notanda in Scriptura singularis phrasis. *Eo quòd concluserint captivitatem perfectam*; dicitur ab Amos. Estne in captivitate imperfectio, ut signetur perfectio captivitatis? Sanè. Est libertas, é captivitate exire: at omninò perfecta; ubi illam, capiens amittit in captivi libertate. Est libertas, exuere catenas, dum excutitur captivitas; sed prorsùm imperfecta, ni captiventur quæ opprimebant vincula. Captivare captivantem, exprimit libertatem, & etiam libertatis perfectionem. Nihil ultrà in perfectionem additur: captivitasque à Dominico perfectissimè concluditur; quoniam secum simul ferens vincula, nervum, carnificem, duxit simul in trophæum captivam captivitatem. Sit ergo. Verum si ita gloriosè collata libertas, quo pacto perfecta appellatur captivitas? Ratione beneficij ex grato corde: siquidem quem educebat ex ergastulo captivum, pondere doni liberum redigebat in servum. Dicit Textus: *Captivam duxit captivitatem.* Quid hoc? Eductio animarum Patrum ex limbo, ubi primum nulla lux: hocnè captivitas vel libertas? Captivitas: infit Caietanus hìc. *Qui captivi erant in limbo, duxit in cœlum*; *quod est tanquàm de captivitate in captivitatem ducere.* Triumphus hoccine in ampliorem servitutem; dum isthanc diuturno tempore percupiebant libertatem? Annè pondus sine pondere servitus. Sunt dona (ac in opportuno tempore auxilia, potissimè dum

Amos, 1. 9.

*In quo perfecta libertas?*

Caietan.

*Quomodò libertas sit captivitas?*

vexant pœnæ) catenæ & compedes nobilitsimæ. Usque præcordia dulciter vinciunt huiusmodi vincula: & accepta libertate ex limbi tenebrosi expoliatione, transeunt mancipia in servitutem amplioris captivitatis, quoniam liberi transierunt in mancipia Redemptoris.

Roman. 8. 21.

23 Clariùs pro Dominico. Est in libertatem libertas, & etiam in servitutem. Primum astruit Paulus: *Liberabitur in libertatem.* Secundum dicit textus: *De captivitate in captivitatem.* Est libertas in libertatem, si gratia cordis non agnoscit gratitudinem. Est libertas in servitutem ampliorem, dum amittitur seu potiùs sacratur collata libertas, agentis liberè gratias. Unde cùm corda sospitum Dominicus traheret, quippè è servitute solvit; grata prorsùm per concessam libertatem, de servitute transierunt in maiorem servitutem. Originem signat textus. *Captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus.* E pectore cor egreditur gratum, ut accipiat vincula comitantia beneficium, quia tot recipit catenas quot suscipit gratias, *Omnibus omnia factus Dominicus, omnium utilitatibus inserviebat.*

*Gratiæ grato catenæ.*

Grimald. cap. 24.

*Beati quorum oculi*
*Hunc meruerunt cernere.*

Hymn.

Si cunctis auxilium (quem vident charismatum atque gratiarum thesaurum) in iucunditatem servitutis; beneficium convertitur libertatis: equidem si gratiæ non tam gratiæ, quàm cordium ambita vincula; non mirum, quòd à pectoribus obærata rapiat corda.

*Dominicus rapit corda.*

24 De virga Moysis Redemptoris Israël è captivitate Ægypti, dicit Eusebius de *Præparat. Evangel.* lib. 9. cap. ult. *Postmodùm ab Ægyptijs in veneratione habita est; atque in eius memoriam in templo Isidis baculum poni & coli. Isidem enim putant illi terram esse, quæ baculo Mosis percussa tot prodigia produxit.* Superstitio vertitur in veritatem. Baculus Redemptoris Castellæ vel ipsis barbaris incutit timorem. Erat virga & baculus in solamen Castellæ a Mahometanis vexatæ: igitur qui indigenis erat virga directionis & baculus in labentium auxilia: barbaris & tyrannis virga tantummodò ferrea. Baculus colitur quo prodigia fecit, dum illos toties percussit; stante signo sanctitatis, quòd colatur impensius ab inimicis.

Euseb.

Psal. 22. 4.

*Cur eius baculus gloriosus?*

*Sidus extensum radians per orbem,*
*Patriæ lumen, Jophtæque sedes.*
*Protegit hic plebes sibi fide mente fideles:*
*Nuncque tuendo suos, post trahat ad superos.*

Tamay.

## DIDASCALIA V.

### *Dei præsentia animæ quàm necessaria!*

1 VIrtutis materia tam latè patet, quàm vita; cuius quidem, ut canit Hesiod. in *Theogon.* à v. 35.

*Via longa atque acclivis, ardua priùs,*
*Sed cùm ad fastigia ventum, dulcis, & facilis.*

Hesiod.

Felix profectò vita, qua ut altè imprimatur virtutis forma, ipsa fit virtutis spectabilis materia. Non una est. Unde Senec. *Epist. 66. Virtus in alias atque alias qualitates convertitur, ad rerum quas actura habitum figurata. Totas quas dispositi, condecorat: quicquid tractavit, amabile, conspicuum, mirabile facit.* Aliquibus seductis amore proprio, videtur semita erroris, vel ad virtutem pervia, cuiuscunque via; quasi illis traderentur scientiæ claves, ac in domo Patris cœlestis non essent multæ mansiones; ad quas quà itur, virtus in alias atque alias qualitates convertitur: ut per amabilia & mirabilia, conspicuus floreat felix exitus in æthera.

Senec.

*Variæ semitæ in virtutis itinere.*

*Hæc igitur magno divisas æthere sedes*
*Signa tenent mundi totum deducta per orbem.*

Manil. 1. 5. v. 194.

*Disrumpens scindam*: dicitur de regno Salomonis: ideſt, *Dividam in divisiones complures*, uti vidimus in *Liter. Exposit.* factumque est in divisione Maris-Rubri, ut in terram promissam viâ mirabili transirent filij Israël. Unde Psaltes Regius infit: *Divisit Mare-Rubrum in divisiones*: igitur iuxta numerum tribuum, per duodecim semitas concesit etiam mirificè transitum. In huiusmodi miraculo exhibetur insigne documentum, ut nemo desperet de consecutione gloriæ, in qua æterna felicitas, modò ad illam procedat per vias rectas: igitur licèt semitis diversis, cuncti transierunt usque in terram promissionis.

3. Reg. 11. 11.

Psalm. 135. 13.

2 Regnum cœlorum, ideſt, Ecclesia militans, peregrinantes in triumphantem sine erroribus portans; confertur Regi, *Matth.* 22. 2. Principi & nobili, *Luc.* 19. 12. *Iudici*, *Matth.* 18. 23. Agricolæ, *cap.* 13. 3. 24. Diviti, v. 44. Pauperi, 19. 28. Mercatori, *cap.* 13. 45. Piscatori, v. 47. Scribæ, v. 52. Patrifamilias, *cap.* 20. 1. Matrifamilias, *cap.* 13. 33. Puero, *cap.* 18. 2. Virginibus, *cap.* 25. 1. His omnibus? Utique, modo in cunctis prævaleat virtus; quæ in alias atque alias qualitates convertitur: regnumque cœlorum his omni-

omnibus comparatur; quoniam in quolibet statu quicunque impleverit ministerium, obtinebit profectò regnum cœlorum. Vid. *Tom. 3. T. 11. D. 3. n. 13.* Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, alia stellarum, ornantium fulgoribus mysticum cœlum. Diversa & una pulchritudo sideris & floris est, varietate coloris, ac diversitate luminis. Una ad beatitudinis exitus, diversa ut unusquisque ponat in via gressus suos: hæc omnia operatur unus atque idem spiritus, dividens singulis prout vult. Ita Spiritus Domini ornavit cœlos: alius sic, alius verò sic in cœlo micat, si uti divisit Dominus ita ambulat: etenim etsi in diversis sphæris diversa Planetarum pulchritudo; cuncti & fulgent & sunt in cœlo. Angeli sunt in quolibet gradu scalæ: cuncti, quod suprà, inspiciuntur à Numine; estò pro varietate ministeriorum, alij descendant, alij ascendant in Olympum. *Spiritus in omni regione spirat: & ubi vult spirat*, quia nemo potest sine spiritu vivere, nec quicquam facere: unde in omni regione singulorum munerum (modò actus ritè respondeat) Spiritus est qui vivificat. Est *unicus & multiplex*. Adinstar organi singuli in melodiam voces diversas intonant, ex quibus summa musicæ, concentu varietate concordi. *Non vides* (ait Senec. *Epist.* 84.) *quàm multorum vocibus chorus constet? Unus tamen ex omnibus sonus redditur. Aliqua illic acuta est, aliqua gravis, aliqua media: accedunt viris fœminæ, interponuntur tibiæ. Singulorum illic latent voces, omnium apparent::. Cum omnes vias ordo canentium impleverit, fit concentus ex dissonis.* Cuilibet inest vox & dulcis, cœlestis mulcimen auris: quandoquidem in vocibus singuli variant; sed cunctorum voces in æthera sonant. *Ministerium tuum imple*: dicit Timotheo Paulus. Non signat aliorum vitæ exercitia, sed in salutem propria ministeria. Aliud non est ad rem: imple ministerium tuum; quippe de illo reddenda ratio, dum fiat discussio: igitur obtinebit immobilem polum, quicunque suum impleverit ministerium. Felix quælibet vitæ via, quæ ducit ad astra: ex qua faustus prosper exitus, modò unusquisque permaneat, qua vocatione vocatur. *Vid. Tautolog. seq.* à n. 37. Siccine anima sequitur Christum, & sequendo consequitur regna cœlorum.

*Spiritus gratia ad omnia corda.*

Baruch. 6. 60.

Ioan. 3. 8.

Sapient. 7. 22.

Senec.

2. Tim. 4. 5.

*Pulchritudo virtutum uniformis in diversis.*

3 Servator N. cùm per crucem in gloriam dirigeret viam suam (quia ita oportuit pati, & in gloriam ingredi) & pepulisset Petrum, illius cogitationis specie amoris scandalum; *Tunc dixit discipulis suis: Siquis vult post me venire, abneget semetipsum.* Non est iter voluntas propria, nisi in devia, imò in præcipitia: ille enim voluntate sequitur Salvatorem, qui propriam non sequitur voluntatem. Egimus *Tom. prior.* Abnegatione sui suppositâ in Ducis sequelam; addit: *Tollat crucem suam*: Cur *suam* addit? Non sufficit tollere crucem? Si suam non tollit, non sequitur Salvatorem. Canit Hæften. varijs in loc. *Viæ Regiæ Cruc.* lib. 1. cap. 7. & 2. *cap.* 2.

Matth. 16. 24.

*Voluntas propria semper errat.* Ibid.

*Crux sua quemque manet, certo quam pondere summus*
*Arbiter ex magno mittit amore Deus.*
*Non tua sponte tuâ crux est, quam deligis: aſt hæc*
*Dius ab æterno, quam tibi extruxit amor.*

Hæften.

Crux diversa Regi, Principi, Mercatori, Scribæ, Diviti, Pauperi, Virgini, &c. Crux sua quemque manet; & suam quemque tollere, Christus iubet; quippequàm non est iter, vivere mercatorem adinstar Regis, & Scribam, sicut Princeps: similiterque divitem sicut agricola, virginem ut coniugata, Principem uti piscator, & denique pauperem sicut nobilior: ministerium implent, sed non suum: & quanvis laboratur, non impletur; quippe crux propria non tollitur: *Præcepta singulis damus* (infit Senec. *Ep.* 94.) *alia enim dare debemus fœneranti, alia colenti agrum, alia negotianti, alia Regum amicitias sequenti, alia pares, alia inferiores amaturo. In matrimonio præcipias, quomodó vivat cum uxore aliquis, quam virginem duxit: quomodò cum ea quæ alicuius matrimonium experta est: quemadmodum cum locuplete, quemadmodum cum indotata. Omnes species complecti non possumus: atqui singulæ propria exigunt.* Si in felicitatem ducunt propria muneris exercitia; profectò deviant aliena. Quilibet ut pervenire possit, ire debet, quò & quà Deus iubens ducit: propriæque cruci incumbendum, ut ritè adimpleat officium; igitur si proprium cuiuslibet impletur munus, in quolibet exercitio utique quæritur Deus. Unde si propria negligitur, anima cruce sequitur, sed nil consequitur. Succinit, qui supr. lib. 1. cap. 1.

*Unusquisque vivat præut statui ordinat.*

Senec.

*Spreverunt minimam, graviorem adiguntur iniquè*
*Quó magis exhorrent, hoc magè ferre crucem.*

Hæften.

4 Graviorem crucem patiuntur, qui propriam tollere possent, & sine pondere, invitè portantes propriam, sed portantes, atque pondus alienum non excutientes, amantes in vana vanorum studium, quin dicant oppressi: *Proijciamus á nobis iugum ipsorum.* Quare qui habitat in cœlis irridebit uti stultos, & Dominus subsannabit eos: quan-

*Aliter fugiens crucem, portat maiorem.*

quandoquidem plus agentes nihil agunt, quia in vanum laboraverunt. Opportunus locus, ut decederent à cogitationibus suis, quorum in Religione vanæ cogitationes; etenim cùm vita sæcularis sit crux, ponderisque gravissimi; ferunt pondus sine pondere: conformati quippe sæculo (quasi contrariorum posset esse conformatio) ob sæcularium studium, portant crucem sæcularium. Unde sequentes, nullo modò sequuntur, quia propriam crucem non tollunt: nequeuntque tollere propriam, declinantes in obligationes; igitur sæcularium suaviores videntur iniquitates. At hoc alias. Religio est Deitatis tabernaculum, quò gratiarum instruit thronum. Adeàmus igitur ad thronum gratiæ, ut possimus misericordiam consequi. Hinc illi in Religione deliciæ, quorum deliciæ sunt in Religione: equidem hùc voluptuosè confugit, quandiù sæculares, pertæsus delicta, fugit. Viridarium est & amœnissimum, quò inundatione quasi torrente gratiarum, animæ radiant pulchritudine florum, insignique varietate virtutum. Cœlum solium maiestatis, splendore Solis, cuius flamma, tracti flammâ, furatur lumina & corda.

*Quàm gravis crux sæcularium in Monachis!*

*Quid Deo Monaste-- rium?*

5 Sol duntaxàt illuminat, si in ictu oculi cernitur: sensationem immutat, ubi visio continuatur: ita ut cùm imago Solis imprimatur copiâ lucis; vel in tenebris cùm sit, nonnunquàm videtur videri Sol. Vid. dicta *Tom.3. T.13. D.2. n.9.* Idem intenditur à Iustitiæ Sole Christo, ubi radijs gratiæ cordi imprimitur imago: igitur ita illuminatur anima lucis internæ copiâ, ut terram videns nequaquàm videat terrena. Felix profectò oculorum confusio, quando confundit sensus Solis imago: etenim propter abundantiorem internam lucem, undecunquè, usquequaquè, ubilibèt videt Solem. Disparuit theatrum, quo Christus transfiguratus in Thabor, & *discipuli levantes oculos, neminem viderunt nisi solum Iesum.* Quo pacto si mutuò se aspiciunt, solum Iesum, quasi ibi nullus adesset, cuncti viderunt? Percussit illorum oculos fortior visu copiosissima lux: *Resplenduit facies eius sicut Sol.* Unde cùm copia Lucis, internè imprimeretur imago Solis; licet alij videantur, Sol tantùm illis videtur; igitur propter immissam in animam claritatem, in his quæ videbant, nil videbant nisi Solem. *Cùm ex scientia* (anima, ait Clem. Alexandr. 7. *Stromat.* cap. 7.) *acceperit comprehensionem; se Dominum videre existimat: visum suum deducens ad ea quæ cadunt sub aspectum, etsi videatur videre ea, quæ non vult videre, castigans videndi facultatem, cùm senserit se voluptate affici ex applicatione visus: nam hoc solùm vult videre.* Multa à lumine superiore possessis, obijciuntur oculis; sed nil videtur in visis. Nihil? Profectò: manet immobilis internè cœlestis Solis, imago, quæ expellit alias species, quantunvis in conspectu luminis; quippe tantùm ex contemplatione in id extenditur visus, quod habet ex applicatione interiùs, sine usu oculorum exercitio, videnti animo, interiore luce; quippe hanc solam vult videre. Unde cum ex fulgore Solis radiantis, in ipsum solùm intenderent affectarum sensationes; in cunctis vident Iesum, quoniam tantùm Iesum vident. Nox illis sicut dies illuminatur; quia vel in externis, quæ cordi sedet videtur: nec visa conspicitur alia lux, nisi quæ illuminat cor: etenim propter nimiam ex conceptu Solis claritatem, in alia quæque aspecta non habet lucem

*Qui in Solem iustitiæ intendit, terrena in terra non videt*

Matth. 17. 8

Vers. 2.

Clemens. Alex.

*In cunctis Christus, si tantùm Christus videtur.*

——— *Multorum lumine plena.*
*Nox datur ista.*

Arator. 1. v. 720.

6 Haud aliter usuvenit ex vi theorematis sive contemplationis è suprema lustratione cœlestis luminis. Sol Iustitiæ illuminat è montibus æternis rationales potentias? Ergo in cunctis Solis claritas. Instat cognitio, Numinis contemplatio, lustratur intelligentia, excitatur memoria, in dilectionem inflammatur exardescens voluntas? Ergo ibi Deitas, & Deitatis claritas; ut in quæ extenditur visus, nil videatur nisi Deus. Invenitur in recessu, invenitur in publico; in oratione & conversatione, in labore & levamine, in inopia & abundantia, in favore & molestia, in verbo dulci & aspero, in plausu & contemptu, in mundi acerbitate, proximique fastidientis iniusta exacerbatione. In cunctis? Utique; ex respectu claritatis. Qui respicit Solem, Solem vel in terra respicit: in cunctis nihil videt præter Solis imaginem: igitur cùm visus sequatur illuminationem cordis, vel in mundanis radios inveniet divinitatis. Hæc incogitatio dedecorat nostram cogitationem, dum sequi satagimus vitam spiritalem: igitur videtur non videri, neque posse inveniri, nisi in contemplatione & exercitijs spiritus. Fallitur anima: in cunctis adest & invenitur Deus. Amaritudines veniunt, & quasi Deus ibi non esset, animi actutùm exacerbantur. Quod in gloriam exercitium, arbitrantur dæmonis tentationem, vel dæmonium; intendentes in ictum virgæ verbera infligentis, haud in manum verberantis. Pungit tribulatio, premit persecutio, & à verbo aspero & à tetrico aspectu, ac proximorum irrationali fastidio.

*Visus fiquitur illuminationem cordis.*

*Quomodò in cunctis videndus Deus*

stidio. Ægrè utiquè fertur, quia ibi Deus non invenitur. Quare tristis est anima? Quia in delicijs non versatur, nec mulcetur? Anima fallitur. Ubi est Deus tuus? Ibi, ubi minimè arbitraris, præsens est. Delinquunt inferentes. Ora pro illis: cogita an iudicium tuum sit verum iudicium; vel quod censes defectum, non voluntarium: denique gratias age, quod ex Dei gratia non egeris, dum peiora sine gratia & faceres & perficeres. Si renuis in tribulatione conformitatem, saltem de inferentibus cordis habeat compassionem. Unde huiusmodi pectoris repugnantiæ? Super cecidit ignis iracundiæ; & ad proficuam conformitatem, nequaquàm viderunt Solem. Non est Deus in anima, si ibi non videtur Deus. Non aspicitur, quia inter mala non quæritur; qui inter mala illuminatis oculis invenitur.

Iere. 11. 4.

Genes. 15. 12.

*Dei præsentiâ labor queis.*

Exod. 3. 2.

*Tribulatio nepurificat.*

Genes. 28. 13.

7 Vidit Abram fornacem ardentem, quasi in Ægypto seminis eius futuram tribulationem, & dicit: *Domine Deus.* In tribulatione Dominus. Hinc ex horrore *Sopor irruit super Abram.* Sanè ibi Dominus adest, ubi tribulatus dormit, & dormiendo quiescit. Apparet ignis persecutionis in senticoso ligno videnti Moysi; sed *Dominus in flamma ignis de medio rubi.* Aptè in igne qui urit, & simul maculas inflammatione detergit; in quo gratia Dei supereminentèr rutilat, quippequàm tribulatione purificat. Vidit Iacob in scala ascendentes & descendentes per gradus; sed ibi desuper erat Dominus innixus. Haud submovet gloriam, dum quæritur per infamiam & bonam famam. Iob tribulationibus ac ulceribus oppletur vehementissimo dolore; sed illum alloquitur ipse Dominus *de turbine.* Convertit procellam eius in auram ex turbine, quippe cum illo erat in tribulatione. Inter leones iacet Daniel, sed sine signo læsionis; quoniam ibi *Deus Danielis.* Laborant crebris fluctibus in remigando discipuli; & Iesus venit ad eos, *ambulans super mare.* Inaniter denuò laborant totâ nocte, quousque nova apparuit lux, & licèt incognitus, dicitur: *Dominus est.* Sat testimoniorum, in conformitatis ac solaminis exemplum. In fornace pœnarum, in rubo tribulationum, in descensu & ascensu bonorum temporalium, inter leönes invidentium frementes, inter procellosas persequentium tempestates; ibi Deus? Sanè. Est in cunctis & ubique obliviscuntur humana imbecilla corda, quasi abesset inter mala; quorum comes calamitas, cùm ex Numinis præsentia manet felicitas: at ibi adest & voluptate præsentior, ubi tribulato videtur angore

Iob. 40. 1.

Dan. 14. 40.

Matth. 14. 25.

Ioan. 21. 7.

*In pressuris semper amati præsens.*

longior: equidem est in pectore, urente igne malæ voluntatis, in scala favoris & dedecoris, in tempestate maledici, in belluis invidiæ, in turbine malignitatis; in mari tribulationis, quo suffocantur corda, quia nescitur Dei præsentia. Ibi Dominus est. Non est, quippe cœcum cor. Quia non quærimus, præsentem non aspicimus. Non amamus: etenim si amor elevaret in præsentem; summum anima ex præsentia experiretur solamen.

8 Duo nocent maximè animæ studenti perfectioni: unum negativum & positivum alterum. Positivum, in claustris mundum respicere: negativum, cœlestia non intueri. Invertitur respectus, quippe qui rectus apparet, omninò obliquus; quin attingatur scopus: Christusque in cunctis videtur, ut per effectum esse præsentem videatur. Cœlestia & mundana coram oculis sunt, allisque abdictis, quia visa, quæ mundana rapiunt cor. Venit Christus, ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant: igitur eius præsentia tantùm videbit, quæ animam videre oportet superioritate lucis; ut qui præsens, sit præsens in medio cordis. Hæccine felicitas promittitur Israëli, inter duplicem cynosuram usquequaquè vaganti. *Dominus Deus tuus in medio tui*: verùm conditionatè. *Erunt verba quæ ego præcipio tibi quasi signum in manu tua: eruntque & movebuntur inter oculos tuos.* Opportunè quidem, ut anima obtineat Numinis habitationem, semper respicere in legem. *Præcepta movebuntur inter oculos tuos.* Alapid. *Erunt conspicilia inter oculos tuos.* Singularis versio, maximè in nostro Hispanismo, quo idem specilla atque prolubia: Chrystallus visoria, & cupiditatis desideria. Cuncta, *Antojos.* Conspicilla & ante oculos, legis præcepta? Si præcepta iuxta desideriorum prolubia, estò divinum præceptum, confringetur tanquàm vitrum. Nullo modo. Ex duobus iactura animæ: ex memoria scilicèt, & oblivione; memoria temporalium bonorum, oblivione spiritalium. In huiusmodi defectus, præcepta uti conspicilla collocantur ante oculos. Ocularia ministrantur in duplicem usum; ut oculi nempè fessi videant distantia, & ne veneno pravi aspectus fascinentur lumina. Venenat animam per oculos splendor inanis mundi: obstant vapores sensuum, ne videantur bona cœli; quæ non iudicantur bona, quippe à sensibus distantia: præceptaque ante oculos collocantur conspicilla; ut in cœlo videantur bona quæ distant, & nequaquàm fascinent voluptates quæ venenant. Nullus amor in amabilia im-

*Ex adimpletione legis, in corde habitatio Numinis.*

Deut. 6. 15. V. 6. & 8.

Alapid.

*Cur Dei præcepta dicantur oculorum conspicilla?*

*Cur non amantur cœlestia?*

penditur, quia cœlestia longè sunt: dolo diaboli seducitur pravè cor: regnum Dei intra nos est: & ut videatur cum cœlestibus dolus, in Numinis lege oculis adhibetur crystallus; quippequàm reddit præsentia, quæ non visa præ distantia.

9 Hinc ex huiusmodi diligentia, Deus occupat ita corda; quòd dicatur videnti: *Dominus Deus tuus in medio tui.* Deus cogitatur in tribulatione absens, pœna præsens, sicut consolatio in sæculo proximè, quia dissita gaudia cœli. Hæccine anima eger conspicilijs, ut videat oculis: crystalluſque legis applicatur, quippe in visione decipitur; igitur cognoscit nullo modo distantem: quem sine legis crystallo, in medio cordis cogitabat absentem. Siccine ocularium ministerium, ut in medio cordis sit Numinis habitaculum: igitur nullum maius signum habitationis divinæ in penetralibus animæ; quàm conspicilijs lumina avertere à veneno temporalium, & aciem dirigere in Sponsum versus cœlum. Fallit nos strepitu attonitos perfidè mundus, habitus maioris, qui nihili iurè ducendus: magisque allicit eius futilis gloria; quia fugitiva, & verè cognita ut vana. *Molestus est, iucundum somnium videnti, qui excitat. Aufert enim volaptatem* (ait Senec. *Epist.*102.) *etiam si falsam, effectum tamen veré habentem.* Haud aliter mundi fallacis dulciter lenocinium: voluptatem excitat phantasiæ ludens insomnium: sine excusatione peccamus, si prævalet mundi dolus: etenim illecebra hilariter hæret cordi, etiam præcognità fraude: ægrèque excitatio in vera fugi introducitur, quia placet error, ludibrium curiositatis oculorum, & argumentum rerum non apparentium; queis coloribus vanitatis Deus Dominus expellitur de medio cordis. Apponere oportet ante oculos præceptorum conspicilia, ne videātur falsa, vera; sed verè falsa.

*Ocularijs amoris visio Numinis.*

Senec.

10 Cernuntur isthæc vana futilia haud conspicilijs legis, sed titillantis cupidinis, & corruptæ inclinationis. Iuxta colores crystalli ex queis conspicilla, repræsentantur obiecta. Sunt conspicilla, quibus aristæ objiciuntur ut serpentes: hæc sunt ocularia scrupulosi cordis, arbitrantis turbulenter ut colubrum, quod paleæ leve momentum. Sunt conspicilla orbiculata, de quibus *Tautolog. 6. D. 2. n.* 12. quæ sunt amoris proprij, vanissimè inflati; etenim cùm huiusmodi ocularijs objectum multiplicetur; pectus stolidè inflatur, eò quòd unicus actus virtutis in infinitum crescat deceptis oculis. Vid. *Tom.*4. *T. 3. D. 6. n.* 15. Sunt etiam triangularia conspicilla, queis turpia apparent pulcherrima. Hæc sunt, peccata excusantium; deaurantium & defendentium: etenim quæ prava undique iniquitas, virtutem induit auctoritas, exhibita apparenter sanctimoniâ, quod ut flagitium damnat ipsa conscientia. *Quomodò culpam suam confitebitur* (ait Bernard. de *Gradib. Superb.* cap. 16. n.44.) *qui nec esse putat, nec putari culpabilis patitur? Propterea cum ei culpa imputatur, crescit, non amputatur. Si ergo argutus fuerit, declinare cor eius videris in verba malitiæ.* Sunt alia tubicà (Vulgò, *Antojos de larga vista*) sive dioptrica, quæ sunt gratiæ & invidentiæ amoris & odij: igitur præut placet & displicet à centro in circunferentiam minima maxima respicit: ac è circunferentia ad centrum maxima minima reddit, & alta à longe cognoscit. Alia fabricantur ad fessos oculos, ut lucis possint percipere radios; propria ferò respiscentium, cogitatà illecebrà voluptatum, errore cogitationum: siquidem in eos veritatis micat lux, qui in senectute convertuntur ad cor. His applicantur cataractarum ocularia, ut videant tantùm quæ vident, & nullatenùs sine offendiculo cespitent, trepidantes ubi non est timor, & audientes ubi nullus est clamor: quandoquidem sine conspicilijs à voce cataractarum, usquequaquè quæ non visa, oculis læsis occurrunt quasi phantasma. Denique alia clara, pellucida conspicilla, ut sunt, quæ repræsentant obiecta: terram terram, cœlum cœlum. Hæc profectò conspicilia præceptorum: & renuens pectus horum negligit usus; quoniam ut gloriam respiciunt decepta lumina, bona caduca ante oculos volitantia.

Bernard.

*Varia conspicilia, quibus cor videt, & error fallit.*

11 Hinc origo mali, sed non pœnitudo cordi. Hinc volumus infatuati, attoniti vivere; & siccine vivimus, quippe volumus. Iudicamus terram cœlum; quod omninò phantasticum. Si præter terram, nil ulteriùs iudicamus, furimus. Si aliud iudicamus, quid faciemus? Ubi cœlum quod nos expectat? Ubi gloria, quæ nos invitat? Expectamus beatam spem & adventum magni Dei & Salvatoris, ingressuri clausis ianuis? Si sic vivitur & in talibus vita spiritus; corripiemur, nequaquàm vivificabimur. In ista pace amaritudo amarissima; qua nulla pax, sed socordia. Ita sumus? Sic non erimus. Vidit Iacob scalam, cœlum à terra pertingentem, Dominum super stantem, qui providè vigilabat, dum ille dormiebat. Specie gloriæ excitatur à somno: quem dormire indulgebit beatitudo? Extemplò evigilans è somno, ait: *Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam.* Pavet, exclamatque: *Quàm ter-*

*Quàm socor dei Monachi in cœlestial*

Genes. 28. 16. 17.

*terribilis est locus iste. Non est hic aliud, nisi domus Dei & porta cœli.* Dicere se nescire, videtur excusatio defectus vel peccati. *Ego nesciebam.* Quinam defectus in cordis pœnitudinem, ut ex nescientia formaret excusationem? *Dormivit in eodem loco.* Vers. 11. Excessus sanè dormire ad conspectum tantæ gloriæ. Dormivit, & dormisse doluit; quippe si sciret, nequaquàm ibi dormitando requiesceret: indecens namque Deus præsens, & ille dormiens. Nesciebat, & pavens post cognitionem vel dormisse formidabat; quasi suscipiens etiam nesciendo somnum, Dei protrivisset respectum. Decorem Dei domus diligit, ac de dormitione pavet: pungitur pectus, quippe terribilis locus, quo Deus vigilabat gratiæ & ille dormiens incumbebat socordiæ. Confusio sanè, quod ubi porta cœli patet, ad ingressum in cœlum dormiens iaceret. Vocavit Deus in domum suam (quò beati qui habitant, quippequàm illum ardenter desiderant) comprobante amore desideria, ac flammâ concepta vota: dormiensque plorat incuriam, dum dicit: *Ego nesciebam*: cum effrons audacia in dignato sit, dormire & in domo Dei. Coram Domino incuriosa cogitatio, quæ summa solicitudo. Dominus erat in loco: nescivit & dormijt, quippe nescivit: ac de incogitantia vel nesciens dolet; igitur cordi amanti intima plaga, in domo Dei non esse cum reverentia. Vid. *Tautolog. seq. Didasc.* 4. Denique. Ibi apparuit per speciem gloria Domini, & patebat ianua cœli. Verùm quid ille? Dormiebat sopore gravi. Cœlum auxiliatur, dum gloria dormienti exponitur: quandoquidem nihil magis excitat negligentes à somno; quàm gloriæ consideratio. Excitavit Iacobum, qui fatetur se nescisse; Dominum inibi esse, & hac de causa dormisse. *Dominus est in loco isto, & ego nesciebam.* Cur ergo de dormitione dolet? Quia de irreverentia mœret. Qui dormit, oculos claudit: & cùm Deum vigilantem cognosceret, de dormitione tristatur; quippe despicientiæ habetur, ut pronæ in crimen; Deum nequaquàm respicere respicientem.

*Quanta habitantis reverentia debet esse in domo Dei!*

*Vel incuriosa negligentia plorandâ.*

12 *Scala illa erigenda est* (alloquitur suos Benedictus Pater, *Regul. Sanct.* cap. 7.) *quæ in somno Iacob apparuit.* Scala institutum est in perfectionis statum; quippe scala tantùm datur in ascensum. Gradus sunt post præcepta ad perfectionem consilia, quæ in exaltationem fulcra; ut per huiusmodi scalam, ascendamus in gloriam. *Dominus est in loco isto.* Præsentiæ Domini annè cogitatio? Congruum erit perfectionis statui, cubitum ire? Requiescere in bonis temporalibus opportunum, dum in cœlo pervium ostium? Bonum erit respicere terram; quùm á Domino invitante erigatur scala, ut ascendamus in gloriam? Dum vigilat super dormientes, & plenus oculis? Haud Iacobi excusationem habemus: in hoc loco Deum præsentem scimus. Quod in illo nescientia, est in nobis irreverentiæ ignorantia. Hic est, domus eius, atque gloria nostra hic, sed claudimus oculos tanquàm dormientes, indicantes in Dei domo pro ascensu in gloriam teporem imperfectionis: igitur nil magis præpedit, ac gradatim nocet; quàm Deum præsentem haud cogitare, & videntem non videre. Astruit Bernard. in *Advent.* serm. de 11. *Onerib.* n. 1. *Præsens per essentiam, absens per gratiam. Præsens, quia in mundo erat: absens, quia mundus eum non cognovit.* Si ex non cognitione absentia, evanescente gratiâ; magis ad absentiam grave, præsentem plenâ cognitione præterire: indicante animâ nolle ingredi in visam gloriam, ubi oculis clausis non reveretur præsentiam.

S. Bened.

*Patet irreverentia Numinis, ex despectu præsentis.*

Bernard.

13 *Si inveni gratiam in conspectu tuo* (dicit Domino Moyses) *ostende mihi faciem tuam, ut sciam te, & inveniam gratiam ante oculos tuos.* Gratia & Domini facies iungitur, ut anima in terram promissionis proficiscatur: etenim nonnunquàm rutilat gratia, Dei respicientis consideratâ præsentiâ. Unde Bugnotius in cap. 4. *Regul.* S. Legislator. præfat. succinit:

Exod. 33. 13.

*Præsentia Dei stimulus in gratiam.*

*Ergo cuncta tuæ vitæ momenta repende,*
*Præsentemque animo semper habeto Deum.*

Iacob. Bugnot.

Sanctus verò Pater: *In omni loco Deum se respicere pro certo scire.* Quorsùm ergo? Moyses dicit: *Ut sciam te.* Nescitne? Nullo modo, sed eius intenditur ad gratiam præcogitatio: etenim gratus esse non valet, si præsentem haberet, quasi nesciret. *Ad correspondentiam*: vertit Maluenda. Respondet sanequàm anima, ubi Dei consideratur præsentia: quippe impossibile, quòd homo in amore dormiat, dum Deus in favorem vigilat. Si invenit gratiam, faciem Moyses solicitat, ut gratiam inveniat? Quid hoc? Quod iam habet, quærit? Orat, ut habeat quod habet: igitur nil magis quàm Deum considerare præsentem, ad gratiæ conservationem. *Ut inveniam gratiam, ostende mihi faciem tuam.* Hebr. *Viam tuam.* Viam perfectionis ignorant Monachi, qui student esse perfecti, ut inveniant gratiam & felicitatem summam: viaque perfectionis, Dei exponitur facies; quippe nulla brevior, nec dulcior, nec cautior ad instituti perfectionis summitatem, quàm Deum habere præsentem. Sunt

S. Bened.

Maluend.

*Et via in gratiæ perfectionem.*

in

in via plures anfractus, quasi in mari fluctus; sed adinstar Petri anima mergitur, sed non summergitur. Præsente Domino, abest periculum in periculo: etenim ubi in suffocamen ad guttur pervenit aqua; invenitur ad manum manus extensa. Hermann. Hugo *lib.*1. *Gemit.*11.

Herm. Hug. *Sic imo scelerum mersus semel æquore mente*
*Submersas Superis tendit ab aqua manus.*
*Tende manum miseræ.*

Sufficit periclitantis votum. Extendit illicò manum. Non demergit tempestas aquæ, etsi os, ut absorbeat, pateat inferni; volentibus super aquas ad Iesum periculis pervenire: equidem illius prȩsentià fugit celerrimæ culpa.

14 Mortuus est Lazarus, peccatoris typus, in eo maximè quod morbi lethalis dolor, virium appelletur languor, amissa vità, amissâ pridem salute; cùm peccatori videtur ut languor parvi momenti. Sedul. 4. *Carm.* v.275.

Sedul. *Lazarus occidua tumulatus sorte iacebat*
*Iam quarto sine luce die, claususque sepulchri*
*Marmore corruptum tabo exhalabat odorem.*

Per nuncium monitus Christus de quo sciebat: tuncque assecIis dicit: *Lazarus mortuus est: & gaudio propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi.* Sensus genuinus huius clausulæ est: *Gaudio ibi non fuisse præsentem: ut per facienda firmiùs in me credatis.* Præut iacet occurrit; neminem circumstantium dubitare posse, Dominum ibi corpore non fuisse: igitur toto tempore, quo infirmitas perstiterat, & mors advenerat; secum viderant: quomodò ergo credent, quod oculis vident? Quæ enim apparent, iam non habent fidem, sed agnitionem Contrarium credere congruius, cùm nihil illo præsentius: sed nemo credet ibi fuisse præsentem, & corám ingressam mortem: quippe eius pietati impossibile, ibi esse & siccine stare; cùm possit moribundo subvenire. *Non eram ibi.* Patuit ab effectu, dum protegendus modò iacet in sepulchro: etenim cùm Salvatoris præsentia semper in animabus operetur mirabilia; minimè Lazarus; estò infirmus lethaliter, caderet unquàm in mortem; si videret in morte Iesum præsentem. Mergitur, non submergitur naufragio proximus, etsi urgeant in mortem tentationum incursus; quæ frequenter in anima, ut languens pereat, ac moriens in barathrum infeliciter cadat: præsentiaque Iesu exponitur, ubi mors non introducitur, quippequàm Iesu præsentia, nequit esse mors in anima. Moritur Lazarus ex lethali infirmitate. Moritur? Ergo Iesus; non est ibi: ex Salvatoris absentia, irrepit lethalis culpa: etenim nunquàm in mortem incideret, modò ad mortis ingressum Iesus adesset. Iesu præsentia iuxta Bernardum serm. 15. in *Cantic.* est lux, cibus, medicina. Lux cæcis, cibus ægrotis, medicina vulneratis, in se revocans animam, constituens circumspectionis formam; ne oblita præsentis incidat in voluptatis cæcitatem, in vulnerum amaritudinem, atque in amoris languorem; cùm debeat respondere præsentiæ, tanquàm vocanti. In præfato articulo cùm Christus Bethaniam perveniisset, & loqueretur cum Martha, hæc ut favore etiam frueretur Magdalena; *Vocavit Mariam sororem suam silentio dicens: Magister adest, & vocat te.* Si illa sororem vocat, quomodò astruit vocari à Iesu? *Magister*, dicit, *adest, & vocat te.* Ita Theöphil. hìc & Maldonat. num.52. Vox proculdubiò est in Domini præsentia, qua in perfectionem excitatur anima. Quis præsentia cogitatà inutilem fovet cogitationem? Quis non mutat cordis faciem? Quis non circumspectione præsentiæ respondet, nequid amusis declinet? Cuncta reducuntur ad examen: præsentiamque Iesu Martha designat ut vocem; quia animabus vox mirifica, considerare præsentem. Vox Domini in virtute: & pro motione pectoris, ita virtus huius vocis; ut ad excitanda corda.

Ioan.11.15

*Amor Christi quàm pro nut in hominesʔ*

*Eius præsentia expellit malą.*

*Quàm mirifica!*

Vers. 28.

*Vox in eius præsentia.*

——— *Super omnia*
*Eius dulcis præsentia.* Bernard.

## DIDASCALIA VI.

### *Martyrum inclyta virtus, atque fortissimum pectus.*

1 VIrtus nonnunquàm tendit in ardua, & rubor pectoris exhibetur per vulnera. *Ardebant animis, ut nullum corporis sentirent incendium*: ait Ægesipp. de *Excid.* lib. 3. cap. 12. urget dolor, sed animus, ut canit Manil. 4. *Astronom.* cap.1. v.30.

Ægesipp.

——— *Igne sepulto*
*Vulneribus victor.*
*Ibi constitit, unde nihil cum pellat; ubi nil terreat* (asserit Senec. *de Consolat. ad Marciam*, cap.19. & 20.) *Video istic cruces, non unius quidem generis, sed aliter ab alijs fabricatas. Alij capite conversos in terram suspendere: alij brachia patibulo explicuerunt*

Manil.

*Vulneribus victores.*

*runt. Video fidiculas, video verbera, & membris & singulis articulis singula machinamenta : sed video & mortem : licet uno gradu ad libertatem transire.* In cruciatibus non crux, quia per illam transeunt in libertatem filiorum Dei, ministris libertatis, qui servitutis: igitur, ut canit Virgil. 11. *Æneid.* v. 646.

*Unde illis pulchra mors?*

Virgil.

——— *Dant funera ferro*
*Certantes, pulchramque petunt per vulnera mortem.*

Mors & pulchra? Utique. *Quod cicatrices, totidem corporis decora*: uti dixit Alexander, apud Curt. *lib.* 4. *cap.* 14. equidem sanguine scribunt virtutem, gloriâ acquisitâ per sanguinem; vulneribusque effulgurante splendore, qui latebat ad pugnam insaucio pectore.

Q. Curt.

2 Lapides pretiosi sunt muri Ierusalem cœlestis, ad quam mittuntur è militantis fortitet lapidicinis. Hyacinthus & Sapphirus signant Martyres iuxta Alapid. placitum in *Apocal.* 21. à 19. Unde pro eodem accipiuntur à Rueo de *Gemmis* lib. 2. cap. 12. *Inde* (infit) *Sapphyrini nomen habet, cui supremam maiestatem adiudicant; quod Hyacinthi Saphyrique naturas complecti ex utriusque tinctura videatur.* Hyacinthus dicitur à flore, cui insunt literæ, ut ait Ovid. 10. *Metam.* fab. 5. & 5. *Fastor.* v. 223.

*Cur similes Hyacintho?*

Rueus.

Ovid.

——— *Feci de sanguine florem*
*Et manet in folio scripta.*

Denique Hyacinthus arte indiget ut splendeat. Notat Geörg. Draud. in *Solin.* cap. 46. Ex sanguine literæ? Virtutis profectò notæ, dum in honorem supremæ maiestatis, vulnera converterentur in flores: etenim si floribus coronatur virtus; Martyres Christi coronantur vulneribus: Literæ ex sanguine. Quorsùm? Ut alijs deservirent in exemplum: igitur summa ad triumphum splendet virtus, ubi scribitur vulneribus. Habebat Christus in vestimento scriptum, *Rex Regum & Dominus dominantium.* Quodnam ergo vestimentum? *Caro in cruce*, dicit Martin. de Roa, 1. *Singular.* Unde ibid. v. 13. dicitur: *Vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocatur nomen eius Verbum Dei.* Si nudus in ligno, vestis proculdubiò caro. Cæterùm quid ad triumphum vel ad regnum, quod vulneribus scriptum? Exemplum virtutis, gloriaque triumphantis; equidem vel in carne fragili spectabilis victoria, modò virtus legeretur per scripta vulnera. Fulminant Elulia apud Prudent. in *Peristeph.* v. 960. de quo fusè egimus, *Tom.* 2. *T.* 4. *à num.* 17. Quicquid scribitur gloria est, uti pretium sanguinis, atque specimen virtutis, quæ fovetur certamine spe victoriæ: quà partà, insigne trophæum sanguine fuso flos habet scriptum; quoniam certantium apparet gloria, ubi in carne apparent etiam fulgida vulnera. Dux in carne nomen habebat scriptum; *Rex Regum*, in quo lucebat maiestas, ac virtutis dignitas: unde cùm ex lectis in cruce, impressa militibus vulnera gloriosa in carne, inventi, dum illos tyranni sauciant,

*Coronantur vulneribus.*

Apoc. 19. 16

*Quibus legitur virtus.*

*Qui sanguine nostrum*
*Nomen in astra ferant.*

Virgil. 7. *Æneid.* v. 271.

3 Patet: *Ex gemmis pretiosior: aliæ sanguineas habent stellas: aliæ aureas* (dicit Solin. *cap.* 19.) *& inter sacras habentur.* Stellæ è sanguine? Fulgor ex cruore? Etsi vulnera, sunt sacra, cœlo sanguine decora: equidem dum sauciat corpora diritas; vulnera ipsa convertuntur in stellas. Haud cruor pretiositatem devenustat, sed rubicundè decorat: factis ex aureis, sanguineis, perpetuitate fulgoris: equidem cùm gloria donentur, quando corpora cruciantur; non sanguis in loco vulneris, sed vulnera quasi stellæ in perpetuas fulgoris æternitates.

*Splendore ex sanguine.*

*Nuper honoratas summo mea vulnera cœlo.*
*Videritis stellas illic.*

Ovid. 2. *Metam.* fab. 6.

Hoc intuitu Hyacinthus eget industria & arte; ut videatur pretiositas quanti momenti.

*Tunsionibus pressuris*
*Expoliuntur lapides,*

Eccles.

Ut cœlestibus deserviant ædificijs, & copia interni demonstretur splendoris, famulante manu tyrannicâ, ut vulneribus foris resiliat gloria: iureque Martyres conferuntur hyacinthis, pretiosioribus industriâ laboris; quippe per tyrannorum illatum dirè cruciamen, internum tanquàm stellæ emittebant splendorem. *Sapphiri cœlesti colore conspicui sunt* (infit Rueus d. *cap.* 2.) *supremam sibi maiestatem vindicarunt, & apud Divos gratiam. Gemmam gemmarum*: vocat Abulens. in *Exod.* 24. 10 ubi etiam Alapid. *Aureis punctis quasi stellis collucet: unde Hebraicè vocatur Sepher, à numero scilicèt stellarum.* Elucèt, quàm pretiosus sanguis Martyrum, & quantus splendor vulnerum: tùm quia singula vulnera, tanquàm in sapphiro convertuntur in astra; tum quia erumpit per vulnera splendor, dum qui latebat in pectore, extrà perfunditur cruor. Gemmæ gemmarum sunt, ideſt, singulares, & pretiosissimæ: quandoquidem singulare pretium, quòd rutilarent colore cœlesti, quæ in vulneribus carnis sanguinis guttæ, novum efformantes rupto pectore cœlum, à numero stellarum, numero vulnerum.

Rueus.

Abulens. Alapid.

*Quare conferuntur Sapphiris?*

4 *Germinabunt sicut vinea*: dicit Oseas,

Osee. 14.8. Oseas. Hebr. *Florebit*. Quomodò ergo vinea germinat, ut splendidè floreat? *Ex damno uberior*: inquit Villava, *Symbol.*

*Cur viti?* 24. Dum scinditur, coronatur, quæ ex damno uberior: Martyresque florent adinstar vitis, sub falce acuta tyrannidis; quippequàm ut in triumphum fiat corona; erumpunt gemmæ floresque per vulnera. Intelligitur modò votum Sponsæ Catholicæ Ecclesiæ, requirentis sedulò quid offerendum gratius

Cant. 6.10. oculis Sponsi. *Descendi in hortum nucum* (ait) *ut inspicerem si floruisset vinea, & germinassent mala punica.* Huiusmodi nobilissimi fructus in horto nucum? Nuces in horto? Profectò. Hortus tyrannorum sunt spectacula Martyrum; quippe illis amplior voluptas, maior crudelitas: caroque premitur duplici cortice, altero amaro, altero duro, quasi sub carcere (ut observat Ambros.

*Unde illis voluptatis hortus?* lib. de *Isaäc*, cap. 8.) hisque conferuntur Martyres & valida virtus, simulque nucibus datur hortus; quoniam non alibi Martyrum flores, nisi in horto fœcundo acerbissimæ tyrannidis. Modò discutiendum Sponsæ singularissimum votum. *Si floruisset vinea, & germinassent mala punica.* Quid ad malogranatorum speciositatem attinet; quòd vinea floruisset, vel non floruisset? Ni floruisset vinea, non essent in Ecclesia malogranata. Per hæc signantur Martyres, rubri commendatione coloris, desumpti à colore sanguinis. Vites magis in fructus florent, dum scinduntur, atque falce vulnerantur: iunguntur que mala punica, & in flores palmitum vitis putamina; quippequàm

*Et corona?* in horto crudelitatis, theàtroque insigni virtutis, Martyres ad purpuram minimè pervenirent, ni tyranni torta membra crudeliter amputarent. Vitis non floreret sine vulnere. Ex damno uberior, putamine coronatur: & ex vineæ floribus, Ecclesia Martyrum præcogitat fructus; quoniam quot in vitibus vulnera, tot florent malogranata.

Osee. 10.1. *Vitis frondosa Israël: fructus adæquatus est ei.* Vulneribus floruit, ictibus germinavit: adæquante fructu miro concisionem, propter palmitum putamen: igitur punica apparuerunt mala; quæ propter sanguinem, vitis videbantur vulnera.

5 Vitis plorat, si putatur. Sed quid? *Feracior lachrymis: vertentur in gaudium.* Picinell. Vid. Picinell. *Mund. Symbol.* 9. n. 524. & 537. Ultrà procedit animus, dum corpus accipit vulnus: etenim si ex vulneribus tormentum, etiam dolores convertuntur in gaudium. Vitem Chrysostomus vocat Annam, dum obtulit filium templo, & pro signo vitulum sacrificio; equidem à filio separari matrem, mater arbitratur mortem. *Eodem in loco fixa vitis, in longum producit palmitem.* Ita Homil. 2. de ea. Vitulus mactatur, dum à matre puer offertur; quippe vel ab ipsa infantia dicari Deo, accipitur pro martyrio. Monachi ergo trahunt martyria multimoda & longa, dum Martyres in brevi expleverunt tempora multa. Adi Bernard. Serm. de *Sanct. Benedict.* n. 11. A filio palmite separatur fœmina vitis. Vulnus amanti sanequàm altum. Quid illa? *Exultavit cor meum.* Exultat, vel plorat? Exultat. Nonne in vulnere tormentum? Vulnus vertitur in gaudium, contra conditionem vitis; quæ vulnera dicit lachrymis: equidem cùm dolor vulneris non sit dolor, modò in pectore sit amor; ipsum pro amore cruciamen erumpit fauste in cordis exultationem.

Chrysost.

*Illis tormentum gaudium.*

*Vita Monachi martyrium est.*

1. Reg. 2. 1.

*De vulnere risit.*
*In moli pectore vulnus habet.*

Ovid. 4. Fast. v. 4.

6 Curiosa inter Medicos quæstio incidit: nimirùm, quænam sit mors per sapientiam; quia Plin. *lib. 7. cap. 50.* dicit: *Etiam morbus est aliquis, per sapientiam mori.* Tropologicè exposuimus, *Tom. 3. T. 6. D. 5. n. 1.* modò physicè, quod ingeniosissimè fecit Reyes-Franco in *Camp. Elys.* quæst. 100. Ibid. n. 23. astruit, mori per sapientiam, nil aliud esse, quàm mori inflammatis præcordijs, seu vulnere diaphragmatis, quod olim à Philosophis & medicis *Sapientia* & *Mens* dicebatur; ex cuius vulnere risus in morte: ut contigit Sileno morienti, de quo Hippocrates 1. *Epidem.* inquit: *Risus non poterat continere.* In ænigma ipse Plinius sese explicat perspicuò, & genuino sensu, quod pridem Aristotel. 3. de *Part. animal.* cap. 10. quatenus præcordia seu tunicæ cordis sint gaudij risusque sedes. *Viscera membranis proprijs* (subdit Plin. *lib. 11. cap. 37.*) *veluti vaginis inclusit providens natura. In his animus: huic ergo refertur accepta subtilitas mentis: ideo nulla est ei caro, sed nervosa exilitas: in eadem præcipua hilaritatis sedes, quod titillatu maximè intelligitur alarum, ad quas subit, non alibi tenuiore cute humanâ, ideo scabendi dulcedine ibi proxima. Ob hoc in prælijs, gladiatorumque spectaculis mortem cum risu traiecta præcordia attulerunt.* Soluta quæstio de morte in risu: modò exponetur de risu in morte, ut constet gaudium ex hilaritate doloris vulnerum: igitur pro Christo passi, frequenter rident in novissimo die.

Plin.

*Unde risus in morientibus?*

Plin.

7 Claret quam intimè punctus Paulus, & flagrans pectus. *Repletus sum con-*

*sola-*

*solatione ; superabundo gaudio in omni tribulatione nostra* (inquit) *nam cùm venissemus in Macedoniam , nullam requiem habuit caro nostra ; sed omnem tribulationem passi sumus.* Si totum tempus persecutio ac persecutio , unde ex tanta persecutione consolatio , ut non solùm gauderet ; sed gaudio inde superabundaret ? Non semper homo ridet , quùm corde gaudet : gaudij superabundantia risum elicit in ora. Unde ergo risus , risuque læta facies , quin micaret ulla requies ; imò in summum carnis cruciamen , omnem undique pateretur tribulationem ? Ex vulnere cordis , quo inflammata præcordia , quo hilaritatis superabundantia. Vulnus infert in carne dolorem haud voluptatem ; ni tunicæ cordis ruptæ, vel eius alæ inflammatæ , quo risus excitatur, & gaudium ex vulneribus exprimitur : Paulusque ridet , dum patitur ; quippe cùm ex ictu cordis telas titillaret dolor , in risum erupit amor. Omnem tribulationem passus , & inde risus. Omnis tribulatio includit mortem ; & ante mortem vulneribus explicat iucunditatem ; ut constet quantum ex morte gaudium cordis, ex interna dulci percussione pectoris : quandoquidem si risus ex gaudio , & gaudium ex viscerum ictu ; in morte cum risu superabundat gaudium , quia ex tormentis mors ipsa maius tormentum. Transfixus patet pectore, si ridet morte. Paulus cùm spectaculum factus & Angelis & hominibus , ex prælijs , ex certaminibus ridere in morte est inventus , alarum præcordiorum titillatu , festivo suavi tormento, lætitiæ abundantia ex cruciaminum copia: non risus , ni gaudium superabundet. Superabundat vulnere , concisa carne : unde cùm tot tribulationibus excederet cordis gaudium, ex corde saucio Paulus prorupit in risum.

2. Cor. 7. à 4.

*Cur ex vulneribus in Martyribus?*

8 Audi Senecam. *Athletæ , quantum plagarum ore , quantum toto corpore excipiunt ? Ferunt tamen* (infit *Epist.* 78.) *omne tormentum gloriæ cupiditate : nec tamen quia pugnant ista patiuntur , sed ut pugnent. Ille qui non desijt ridere , cùm ob hoc ipsum irati tortores omnia instrumenta crudelitatis experirentur. Non vincetur dolor ratione , qui victus est risu ? Quid vis? Plus est flamma & equleus & lamina , & vulneribus ipsis intumescentibus , quod illa renovaret , & altiùs urgeret impressum. Inter hæc aliquis non gemuit. Parum est: non rogavit , non respondit. Parum est : risit, & quidem ex animo.* Altior virtus in Martyribus, inflammatis hilaritate visceribus.

*Unde invicta illorum virtus?* Senec.

*Non murmur resonat non qüerimonia.* Eccles.

Sed rident & quidem ex animo , gaudio pleno, lætitiâ superato dolore ; quippe interne vulnus in pectore ; etsi apparerent (ut alió dicit Lucret. 3. de *Rer. natur.* à v. 1020.)

*Carcer & horribilis de saxo iactu deorsùm, Verbera , carnifices, robur, pix, lamina tedæ.* Igitur quò maius tormentum , exultantes concinebant propter gaudium. Lucret.

9 *Cum audieritis prælia & seditiones* (assecias alloquitur Christus) *nolite terreri. Oportet primùm hæc fieri* , ut probetur virtus ; *sed nondùm statim fines* , ut pugnantis clareat in certamine excessus : equidem lenocinium virtutis & amoris , quod patiendi pro Christo non statim finis finietur enim risus , quem excitat cordis amor; si cessat ex vulneribus pugnantis optatus dolor. *Nolite terreri.* Theophilact. *Cantate.* Illustre sanequàm prælium , quo musica ingeritur certamini pro terrore. Canticum exprimit cordis profectò iubilum : vulnera sanè infert prælium , quod terrori certantis non modulamini musices. Ita impavidum etiam ad vulnera cor ? *Cantare amantis est* : ait Augustin. de *Tempor.* serm. 256. cantareque iubentur , dum vulnerantur , ut eluceat qualis & quantus ignis in medio cordis : igitur cùm vulnus inflammatorum vulnerum sit in gaudium ; vulnera impacta in terrorem , illis in iucunditatem. De quo timor , ubi est amor ? Non timetur quod placet : peroptatur quod arridet ; & cantare ex animo iubentur , dum vulneribus, imò, vulnera cruciantur ; quippequàm cùm ex vulnere gaudium , ictu gaudentes soluti cantant in risum. *Nolite terreri.* Terror formidini, non virtuti ; quæ solicitat theatrum , ut nanciscatur certamine triumphum : iucundeque suscipit certaminis ocasionem , ut amor & gaudium ostendantur per cruciamen : igitur in percussis vulnera gaudia ; si amore inflammata viscera. In conflictu Lacedæmones pro tubis utebantur tibijs. *Non cornuum tubarumque signis , uti summi bellatores , sed tibiarum modulis in prælijs utebantur* : ait Textor , 7. *Officin.* cap. 48. *Ad quandam quasi militaris musicæ disciplinam , dum cœptum in hostem progredi , tibicines inter exercitum canere incœptabant.* Aul. Gell. *lib.* 1 *cap.* 11. Unde huiusmodi ritus singularis , ubi aliæ nationes ad classicum canunt tubis ? *Ante belli congressum Amori sacrificabant* (infit ibid. Ravisius) *& laceros ac semianimes rogare , ut vulnera præberent vulneribus.* Nil mirùm, quòd vulneribus properarent gaudibundi , qui præliabantur iam sacrificati amori. Amor tibijs celebrandus est , qui in gaudium ex ci-

Luc. 21. 9.

Theophil.

Augusti.

*Vulnerum acerbitas illis hilaritas.*

Textor.

Aul. Gel.

*Lacedæmonij tibijs in bello utebantur pro tubis.*

tat cor, mulceturque canticis, ob hilaritatem optatæ demonstrationis : tibijsque in prælium procedunt, quia ex doloris lætitia non vocantur ad prælium, sed ad canticum : igitur gaudia sunt quæcumque infliguntur vulnera, modò ex amore inflammata præcordia.

*Hispani hostes adoriebantur canentes.*

10 Etiam huiusmodi ritus pro insigni virtute effulsit inter Hispanos *Bella ad numerum aggrediuntur, hosti obviant cantando.* Ioannes Boëm. *lib. 3. cap. 24. Lydi cum fistula & fidicine procedebant in hostes.* Alex. Neapol. *lib. 4. cap. 2.* & Aul. Gell. d. *Indi tintinnabulis & tympanis.* Tiraquel. in loc. cit. *Alex.* Persæ per tibicinem, Egiptij sistro. Q. Curt. *lib. 3. cap. 7.* Ovid. 1. de *Ponto.* Eleg. 1. v. 37. & Virgil. 8 *Æneid.* v. 696.

Ovid. Virgil. ——*Pharia tinnula sistra manu.*
*Regina in medijs patrio vocat agmina sistro.*

*Et aliæ nationes.* *Cretenses citharâ fidibus & tibijs.* Plutarch. lib. de *Musica.* In sacris etiam usitatum. Josaphat instruxit aciem prævijs cantoribus, ut antecederent exercitum *voce consonâ* obtentâ insigni victoriâ, pugnatorum musicâ. 2. *Paralip.* 20. à 21. Unde Sidon. Apollinar. *Panegyr.* 3. v. 117. succinit:

Sid Apol. *Solo venit victoria cantu.*

Cant. 7. 1. 11 Si cor amore percutitur, acceptis vulneribus cantat amor. *Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum?* Dicit Sponsus. Importunam qui rusticus dicit laudem; dum extenditur encomium in fœminæ pulchritudinem. Si laudatur roboris virtus, quorsum chorus? *Tota est musica grata* : Mariana subdit. Sit ergo : igitur dissona in consonam membrorum proportionem, constituunt pulchram fœminarum venustatem. Verum quid musicæ forma ad castra? An quia à fœminæ venustate eiaculantur sagittæ? Longè ab huiusmodi amore. Quo ergo intuitu si à castris vulnus, in conflictu certaminis signatur chorus? Chorus arridet, certamen terret. Quomodò igitur vulneri expositа, gaudet in ipso terrore? Quia expositа vulneri. *Vulnerata charitate ego sum* : legunt Hebr. & Septuagint. Quid mirum, si ex certamine construat gaudibunda chorum, quæ habet cor telis amoris transfixum? Castra efformantur in prælium, non in gaudium nisi post triumphum, capta præda, quum dividuntur spolia : Sponsaque in conflictu dicitur chorus castrorum; quippe si ex illo vulnera, manat vulneribus gaudium, exprimens ex pœna insitam iucunditatem, quia potest exprimere ex vulneribus amorem. Amorem non cognoscit, *quæ dolorem huius vulneris nescit* : ait Gregor. *Homil. 15.* in *Ezechiel.* diciturque suavissimus chorus, Sponsæ fortis conflictus; ut clarescat ex occasione vulnerum, in athletis quantum gaudium: igitur in musicam convertit virtus horrisona castra; quia habent præcordia charitate percussa. Cithara non percussa silet, de vulnere gaudet : patet sono, modulamine, accentu:

*Ad instar citharæ.*

*Testataque gaudia cantu.*

Ovid. 8. *Metam.* fabul. 3. Marc. 14. 26. 12 In summum angorem, prævium & cruci & morti, procedit Christus; sed *hymno dicto*, uti lætus. Letus? Quid illum manet? Quod præ amore summè arridet, hostem debellaturo vulneribus; quippe ex conflictu formabatur chorus : unde cum ingens gaudium ex dolore vulnerum, ubi cor ictum proximo certamine exarsit; sciens omnia quæ ventura erant super se, processit. Erat chorus castrorum. *Castrorum*, ut ostenderet virtutem : *chorus*, ut exprimeret amorem : igitur ni amor percussisset pectus, vulnus carnis esset vulnus : & non vulnera vulnera sed gaudium in musicam cordis, quæ patebant ab hoste vulnera carnis. De muris Megarensium sæpe egimus. Singularis illorum lapis : *quem si quis percussisset, non secùs insonaret ac lyra* : inquit Cœl. Rhodigin. 22. *Antiq. lect.* cap. 5. Lapides non percussi silent : adinstar liræ sonum acordem reddunt, si percutiuntur. Hinc quorum virtus in sævitiam tyrannorum, constituuntur à Domino *in murum æreum.* *Murum*, ut impugnationibus prævaleat pectoris virtus : *Æreum*, ut percussionibus in gaudium erumpat pectus : etenim æs ut solidum, si vulnus ex ictu pulsat, actutùm resonat. *In murum æreum*, pro virtute Martyrum, in ludibrium tyrannorum; igitur in propugnationem fidei, fervente persecutione, si corpus ad dolores tanquàm lapis; ut æs sonorum ad gaudia propter dolores.

*Christus gaudibundus ex vulneri.*

Cœl. Rhod.

Ier. 1. 19. *Muri Megarenses cuiusnam conditionis?*

13 Miri sanè muri vocales, sed mirabilius artificium in statua Memnonis. Sonum reddere adinstar citharæ suavissimæ harmoniæ, diximus sæpe. Mirum profectò, sed restat in stuporem alia conditio. Resonabat in musicam icta radijs Solis, ex quo fastidium tyranni Cambysis. Statuam hìc mutilavit, ac per medium fidit. Modulamen ne cessavit? Minimè. *Superior pars à vertice ad medium truncum humi neglecta iacet: at quotidie sonum edit* (ait Pausan. cap. 40.) *qualem vel citharæ vel lyræ nervi.* Unde Iuvenal. *Satyr.* 15. v. 5.

*Cur Martyres statuæ conferuntur Memnonis?*

Pausan.

Iuvenal.

*Dimidio resonant ubi Memnone chordæ.*

En theatrum Martyrum, atque risus tormentorum. Alij ludibria & verbera experti

ti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, in occisione gladij mortui sunt; verùm nonnunquàm in melodiam dulce cor. Priùs corda illorum in cantico, afflata sancto Spiritu. Verberavit aures Gentilitatis musica huiusmodi vocis, & ira Principum varijs cruciaminibus conata est, suspendere canticum. Haud valuit, quippe vox Martyrum plus resonuit in stuporem inferentium tormenta, & accumulantium vulnera; ut essent mutila corpora, cùm iacerent (ut vox deficeret) trunca. Mentita est iniquitas sibi voce discerptorum deserviente admirationi: igitur vel conscisis in frusta Martyrum membris, minimè cessarunt in musicam voces. *Disrumpens scindam*: dicit Tautologia. Gloria claresçit Martyrum, dum à tyrannis vim patiuntur tormentorum, victoribus vulneratis, & à victis: etenim disrupti non vulnerantur; quo tyranni sine scisura rumpuntur.

*Vel discerptis membris, Martyrum audiuntur musicæ voces.*

3. Reg. 11. 11.

14 Semper Deus mirabilis in Sanctis suis, sed apparuit mirabilior in Martyribus Machabæis: igitur ita virtus in certamine, *ut Rex & qui cum illo erant mirarentur*. Diritatem Antiochus despectus cogitat, cruciamina aggerat, mater ridet, filij irrident, ille furit; quippe quò magis in illos truculentus invehitur, magis proprijs cruciatibus furiosè vulnerabatur. Proprijs? Quomodò quibat pati, quæ iubebat inferre? *Teque* (ei dicitur) *cum tormentis & verberibus confiteri* (cogeris) *quod ipse est Deus solus. Adactus tormentis*: infit hîc n. 23. Doctiss. Sanct. Quæ flagella, quæ tormenta patitur Antiochus, ut tormentis designetur adactus? Quæ pati cogebat, dum robur Martyrum superare nequibat. Patitur patiens, cuius virtus tormentis hiscit vel frangitur: rumpitur agens, dum patientium virtute qui victor, vincitur: Antiochusque patitur quæ inferebat tormenta, quia acervatis tormentis, nonnunquàm virtus invicta. Martyrum rumpebatur corpus non virtus: Antiochi animus, quin appareret vulneratum pectus; mirabili triumpho, ac sine armis, virtute erecto tropheo: quandoquidem prævalebant ex vulneribus excisa corporà, ac sine scisura in tyranni corde vulnera perveniebant usque in viscera. *Bellum tibi ex victoria nascitur*: dixit Alexandro victori Scitha, uti observat Curtius *lib. 7. cap. 8.* Nulla prostratis oppugnatoribus fulsit, quia plusquàm victis victor iacuit siquidem corde saucio, animo percusso, invulnetatus iacuit vulneribus plenus; eò quòd iacula in se torsit (quin ni se, ferirent iacula) sentiens vulnera in victoria, & sine virtute propter virtutem cordis impacta vulnera.

2. Mach. 7. 12.

V. 37. Sanct.

*Patiuntur tyranni, illorum passione.*

Q. Curt.

15 Perspicuiùs videntur huiusmodi pugna & victoria in illustri allegoria, quam observavit Philo, 1 de *Vit. Moys.* Ignis visus in rubo (qui incombustus florebat ardens) erat index urgentis tribulationis, usque non solùm in amaritudinem, sed in consumptionem perduceret Israëlitarum patientem verbera gentem; quasi virtute singulari Deus non esset in medio rubi. *Ardens enim rubus significatio erat & nota eorum, qui læsi fuerant: flagrans ignis, eorum qui iniuriam inferebant. Rubus erat frutex spinis horrens & infirmus*: subdit Philo. Cur ergo huiusmodi symbolum victi victoris & victoris victi in frutice rubo, & non in alio ligno, ut Deus esset in medio eius; maximè dum frutex debilis & infirmus? Ut Martyrum pateret de infirmitate virtus, ac tyrannorum de victoria vulnus. Rubus spinis horrens tangentes sauciat, accedentes vulnerat; ruboque ardenti & non consumpto conferuntur Martyres, dum urgent tyranni combustione ardentis ignis; quoniam dum illæsi in ipsis vulneribus fide solidissima persistunt, inferentes illatis vulneribus quasi è rubo vulnerantur. Quò maior vis, ex violentia vulnus maius; maiusque tyrannis vulnus, eò quod sauciarentur ab infirmis inermibus. Martyres enim vel admoto igne, insensibiles fiunt, & tyranni sentes sentiunt. Insigne quoddam in Militari via ad templum Dianæ Sospitæ erat *saxum sagittis confixum*: ait Pausan. *cap. 42.* Hoc signum crudelitatis vel virtutis? Videtur crudelitatis, igitur ita in Martyres, ferreä, ut quateret etiam, si possent sentire saxa: verùm erat virtutis Martyrum pectoris, in ludibrium tyrannorum, atque cachinnum cruciaminis; equidem mens cum virtute manebat immota, quasi pectora essent saxea. Elucet deinde quorumnam tormentum Martyrum. Horum primo aspectu videtur; sed tyrannorum, ex symbolo saxi, quod scopus sagittarum: quandoquidem sagittæ in saxeum Martyrum pectus, resiliebant in tyrannos. *Videant* (ait Chrysostom. in *Matth.* homl. 34.) *novum quendam atque inauditum bellandi modum imminere, ac mirabilem hanc aciem militum*: igitur furentes disrumpebantur, eò quod per victricia cruciamina vincerentur; glorioside exultarent in pugna, qui perituri victorià. Alibi in propositum alia.

Exod. 3. 2.

Philo.

*Illatis vulneribus vulnerati.*

Pausan.

*Sax. Dianæ Sospitæ.*

Chrysost.

16 Sed occurit mos Romanorum; de quo nos latè in *Ephemer. 1. Ianuar.* à n. 7. Iano tradebantur claves, cuius templum aperiebatur tempore belli, ut observat Goltz. in *Augusto*, & Chartar. in *Iani imag.* pag. 34. In hoccine situ collocatus est Petrus ut

*Petrus in templo Iani.*

tradit Boissard. in *Topograph. Rom.* Die 3. Casualis videtur collocatio Petri, sed meditata respectu illorum, qui secundum propositum Dei vocati sunt sancti: etenim si ianuas Ianus aperiebat in bellum; Petrus claviger aperiebat in triumphum, partà victorià, ac consummatà pugnà; quin detineretur illos manens in cœlestibus præmium, cùm Petrus aperiret militibus regna cœlorum, illicò glorioſam obtinentibus beatitudinem; quia, ut canit Prudent. 1. in *Symmach.* v. 1516. inclytum cunctis,

*Pulchram per vulnera quærere laudem.* Prudent.

# TAUTOLOGIA QUINTA.

*Universi Prophetæ prophetabant.* 3. Reg. 22. v. 10.

## EXPOSITIO LITERÆ.

1 ACTA iterùm non agam: equidem huic Tautologiæ affinia, ut sunt vaticinia & oracula, iam expoſita *Tom. priorib.* 3. *Tautol.* 2. à n. 23. de Vaticinijs animarum. 5. *Tautol.* 7. a n. 27. de Vaticinijs & Oraculis dæmonum. Si plura in utrunque argumentum desiderantur; videsis fusissimè Ciceronem in libris de *Divination.* Maiol. *Tom.* 2. *Colloq.* 2. & 4. Delr. lib. 4. *Disquisit. Magic.* cap. 1. & 2. Cœl. Rhodig. *lib.* 2. *cap.* 12. & 7. cap. 29. simulquè *lib.* 17. cap. 4. Valles. de *Sacr. Philoſoph.* cap. 30. Paul. Zacch. *Medic. leg. qq.* lib. 4. titul. 1. quæst. 5. & denique Reyes-Franco, in *Camp. Elyſ.* quæst. 27 à n. 6. Modò igitur videndum, quò venerit Achabi improbi furor dementiæ, ex quo noſtræ argumentum Tautologiæ: etenim in eius, stirpisque ruinam, quos elegerat, *Prophetæ prophetabant.*

2 Nihil turpius, aut abominabile magis, medico fallente in perditionem infirmum: servatoris enim dolo & ægroti confidentia, quò magis firmatur, dulcis amittitur vita. Quis vel in ipso naufragio, assereret nauta vectos absque ullo periculo; ut vana fiducià prius submersi infeliciter iacerent, quàm discrimina aquà premente cognoscerent? Sub specie religionis ampliora pericula credulis, quippe obijciuntur tenebræ specie subdolà lucis. *Cur igitur* (ait Maxim. Tyrius, *serm.* 3.) *homines consulta hominum negligentes, oracula magis adeunt? An quòd hominum ingenium lubricum eſt, infidum, invidum, adulterinumque, cuius iudicium ſemper nequaquàm conſtet, aut collimet? Contra divina mens, ſecundum excellentiam fida, ſecundum perennem veritatem ſtabilis, ſecundum peritiam à ſigno minimè aberrat, ſecundum dignitatem extra omnem invidiam.* Maximum cordolium decipi, ubi cogitat animus non errare.

*Maximus error, decipi, ubi cogitat animus collimare.*

Max. Tyr. *Cur homines quærũt Oracula?*

*Falsa somnia valete, nihil enim estis,*
*Nec prophetæ, qui vocantur sapientes,*
*Minùs sunt mendaces somnijs.*
*Magna confusio in rebus est divinis & humanis.*
*Hoc unum reliquum: quod qui non stultus,*
*Vatum verbis adductus, seductus perierit.*

Euripid.

Ita Iphigenia apud Euripid. in *Tauric.* à v. 569. Quærunt homines dirigi, oracula hoccine proposito quærunt; sed maximus dolor, ubi oraculis falluntur, fugentes errorem, unde cupiebant exhaurire veritatem. *Quid enim eſt oraculum? Nempè voluntas divina* (ait Marc. Senec. *Præf.* in 1. lib. *Controverſ.*) *hominis ore enuntiata.* Quid si falsa oracula? Ardenter ambiunt exterminium, qui diligunt vanitatem, inquirentes mendacium. Proposita Magnatum (maximè Regum) insitâ status superbiâ, stabiliri volunt tanquàm

*Quid sit oraculum?*

Nu-

Numinis oracula. Unde si ab eis quæritur consilium,in speciem tantùm quæritur; quippe nequaquàm ut animus dirigatur, sed an inveniatur,qui inter audientes foveat propositum,vel delirium. Haccine occasione qui apud Principes flagrant videri magni,technis auribus Potentium decernunt inservire: consilijs palpant,mendacijs officiosè demulcent; plauditurque insidiosum consilium;igitur nihil palato concinnatur acerbum. *Omnia sanè excluserit opulenta felicitas* ( inquit Senec. 6. de *Benefic.*cap.30.) *monstrabo cuius rei inopiâ laborent magna fastigia : quid omnia possidentibus desit : scilicèt , ille qui verum dicat,& homines inter mentientes stupentem , ipsaque consuetudine pro veris blanda audiendi , ad ignorantiam veri perductum vindicet à consensu , concentuque falsorum. Non vides quemadmodùm illos in præceps agat libertas & fides in obsequium servile submissa ? Non vides dum nemo ex animi sui sententia suadet dissuadetque , sed adulandi certamen est , & unum amicorum omnium officium , una contentio , quis blandissimè fallat?* En articulusAchab,conantis extorquereRamoth-Galaad àSyriæRege,instigantibus pseudoprophetis , aulicis fatidicis, forensibus divinaculis ( ut ait Rhodigin.*lib.6.cap.*10. ) & enixiùs illorum chorago,& coryphæo Sedecia;qui assumptis in victoriæ signum,cornibus ferreis,dixit Regi avido civitatis. *His ventilabis Syriam, donec deleas eam.*v.11.Se fefellit & Regem,consiliando in præcipitium errorem; igitur luit iactabundam arrogantiam, promittens fausta infelicissimo Regi , quasi cœlitùs afflatus à Numine. Ocurrit memoriæ hoccine theatro Alarici Gothorum Regis tragœdia ; quam canit Claudian. de *Bell. Getit.* à v. 543.

*Adulatio in consilijs exitu amara.*

*Veritas exulat ab aula.*

Senec.

*Hortantes his adde Deos.Non somnia nobis*
*Nec volucres,sed clara palàm vox reddita luco est:*
*Rumpe omnes Alarice moras , hoc impiger anno,*
*Alpibus Italiæ ruptis , penetrabis in Urbem.*
*Huc iter usque datur ; quis iam post talia segnis*
*Ambigat, aut cœlo dubitat parere vocanti?*
*Sic ait, hortaturque suos, belloque, viaque*
*Instruit: attollunt vanos oracula fastus.*
*O semper tacità sortes ambage malignæ,*
*Eventuque patens , & noxia vatibus ipsis*
*Veri sacra fides! Ligurum regione suprema*
*Pervenit ad fluvium miri cognominis Urbem,*
*Atque illic domitus,vix tandem interprete casu,*
*Agnovit, dubijs illusa vocabula fatis.*

Claud.

*Oraculum Alarico ambiguum.*

3 Cum adhærentibus Antilogijs priùs historia proponenda , ut sine obicibus possit deinde explicari Tautulogia. In nervo detinebatur ab Achab Michæas filius Iemla,vates & propheta Dei,quia illi sub ignota specie (quid faceret nuda, dum offendit Regem veritas etiam sub larva?) obiecit,quàm fuerit ingratum Deo dimittere liberè Syriæ Regem , quem Dominus in manus eius tradiderat , uti infensissimum hostem. *Futurum enim, ut ipse ab eo , cui pepercit,interficiatur. Rex libertate prophetæ offensus,iubet eum in carcerem conijci, & vehementer ea prædictione contristatus, domum se recepit.* Ioseph. 8.*Antiq. cap.* 8. Expressiùs describitur animus & modus, 3.Reg.20.43. *Audire contemnens furibundus venit in Samariam.* Reduxit prophetam in carcerem , quia Rex fovebat furorem , eò quod subditus protulisset veritatem. Ita solatium improbo ex innocentis damno,Theocrit. *Edyl.6.*v.23.

*Veritas odio sa.*

Ioseph.

*Inimica vaticinans inimica referat domum.*

Post triennium concupivit Achab,in suam potestatem redigere,quæ in tribuGad,civitatem Ramoth; maximè præsente:copiarum fortissimè instructo,Iosaphat, Iuda Rege consocero:at cùm vellet expeditionem dirigere , non ad illam dirigi, nec audire vera , sed quæ solummodò placita; vocavit prophetas Baal( ita Ioseph.*cap.*10.) qui tantùm dicerent ad Regis improbi cor. Omnes unanimitèr illum lactabant spe. *Ascende*(dicebant)*& dabit eam Dominus in manu Regis*:v.6. Quodnam huius tractus erit iudicium ? Ostendit Seneca,*lib.6. Natur.qq.*cap.29. *Inter bella erravere limphatici : nec usquam plura exempla vaticinantium invenies ; quàm ubi formido mentes religione mixtà percussit.* Puduit directorum religiosum Iosaphat ; urbanèque innuit Achab , ut exitum inquireret ex ore prophetæ Dei. Ita inter turbam vaticinantium dixit Creusa, apud Euripid.in *Ion.*v.413. *Quis est hic propheta Dei?* Non est inventus , præter Michæam , quem in carcerem Achabus detruserat. Invitè ergo vocatum monuitCubicularius nuncius,loqui prospera iuxta

Theocrit.

Senec.

Euripid.

volun-

voluntatem Regis, sicut cæteri debacchantes Vates. Risit:venienti & astanti coram illo, dixit Achab:*Ire debemus in Ramoth Galiad ad præliandum , an cessare?* Cui ille respondit: *Ascende & vade prosperé , & tradet eam Dominus in manus Regis.*

3. Reg. 22. 15.

4 Quomodò ista,si contraria futura ? An verba optativa & bona verba?Ambiguè loquitur , cuius amphibologiam exprimit Biblia Antiqua , omittens *Eam.* Sic igitur legitur : *Ascende , & vade prosperè , & tradet Dominus in manus Regis.* Ascendere quibit prosperè , sed non regredi : etenim *tradet Dominus* dicit,sed tacet quid , & in cuius manus Regis. Ita tritum illud vaticinium æquivocum Pyrro Regi Epirotarum , de quo Cicer. 1. de *Divinat.* & Vallesl.loc. cit.

Bibl.Antiq.

Cicer.

*Aio te Æacida Romanos vincere posse.*

Arbitror omninò fictum , quippe Græcè anceps oratio non est propter articulos. De huiusce modi stylo,in oraculis satanæ abundè diximus, *Tom.5. T.7.à n.29.*Alij legunt:*Tradet eos Dominus in manus Regis.Eos*,idest milites. *Non tamen dixit* ( ait Petr. Comestor, hìc *cap.39.*quem sequuntur Dionys.Carthus.& Lyra ) *quos vel cuius Regis.* Vulgatus in Sixtan.addit *Eam* , relatè ad urbem in genuinum literæ sensum:tuncque tota sententia est ironica , pungens ex obliquo & Regem & falsos vates. *Pseudoprobetas fingit, & ipsa totidem eorum verba refert.*Maluend.hìc Verba indicant, quæ contraria sonant. Testimonijs roboravimus usum huiusce schematis & tom.prior,& hìc *Tautolog.* 2. num. 53. & 3. *num.*33. Ita Datham & Abiron Moysi : *Re vera induxisti nos in terram , quæ fluit rivis lactis & melis.* Numer.18. 15. Modus in verbis sine modo , obliquo sensu exprimit mysteriſmum , vel potiùs sarcasmum , irrisionemque vehementem. Vade ergo q. d. & videbis , quàm prosperè tradit Dominus civitatem in manus tuas. Serò sapiunt Phriges: sapies serò. Achab igitur ( vel urgente conscientià ; vel anteacti ab eodem vaticinij memorià , vel denique gestu,vultu,ac loquendi modo)suspicans audita verba longè à veritate , futuroque eventu , prophetamque seriò ludificari;adiuravit eum iterùm,atque iterùm, ut loqueretur *in nomine Domini*:v.16. Vide Regis improbi insolentiam. Non credit , si blandimine propheta respondet;eumque premit,ubi vera dicit. Quid faciendum? Appositè Tiresias vates ethnicus eodem in articulo , apud Senecam in *Oedip. á v.* 328.

Amphibologia. Comest.

Maluend.

Ironia seu mycteriſmus

Apud impios neutrum licet.

*——Quid fari queam?*
*Inter tumultus mentis attonitæ vagos*
*Quidnam loquar ? sunt dira, sed in alto,mala;*
*Solet ira certis Numinum ostendi notis:*
*Quid istud est , quod esse prolatum volunt,*
*Iterumque nolunt , & truces iras tegunt?*

Senec.

5 Moriturum Regem Michæas prædixit,& inter tot expugnatores solumRegem: *Vidi* ( inquit ) *cunctum Israel dispersum in montibus;& ait Dominus: Non habent isti pastorem , revertatur unusquisque in domum suam in pace.* V.17.Ægrè Rex vaticinium tulit: & qui veritatem audire cupiebat (imò finxerat)dicentem veritatem in latumijs incarcerat ; quasi non à Deo , sed ex odio fulminata comminatio, diris vaticinijs ex sola malignitate voluntatis. *Hæc locuto Michæà , versus ad Iosephatum Achabus , nonne , inquit, modò tibi dixi , quàm malè mihi velit iste ?* Ioseph.quò dudùm. Idem Agamemnon Calchanti , dum ab eo quod non gratum audivit, apud Homer. 1.*Iliad.*à v.105.

Quod est veritatis efficaciæ atribuunt malevolentiæ. Joseph.

Homer.

*Vates malorum, nunquàm mihi gratum dixisti:*
*Semper mala animo tuo iucundum est , vaticinari:*
*Bonum autem nondum aliquod dixisti verbum.*

Arridet Achabi sententiæ , dicentis : *Non prophetat mihi bonum , sed malum* : v. 8.idest, valdè malum ; pessimum , in dolorem summum ; uti astruxi.*Tom.4.T.12.à.n.* 10. Utut vidit sacer prophetes perculsum Regem , perspicuiùs ipsius manifestavit errorem. *Vidi Dominum* ( subdit,v.19 ) *sedentem super solium suum & omnem exercitum cœli assistentem ei à dextris & à sinistris. Et ait Dominus : Quis decipiet Achab , Regem Israel ut ascendat & cadat in Ramot-Galaad ? Et dixit unus verba huiusce modi , & alius aliter. Egressus autem spiritus , ait : Ego decipiam illum* ( Hic spiritus , somniante Rab. Salomone , fuit anima Nabot ) *Cui locutus est Dominus : In quo ? & ille ait:Egrediar , & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et Dixit Dominus : Decipies & prævalebis : egredere & fac ita.* Ut miteris furta Poëtarum è sacris prophetis , audi hymnum Orphei, Tom. 1.*Poetar. Græcor.*fol.735.

Anima Nabot an fefellerit Achab? Rab. Sal.

*O Rex cœli & inferni,marisque & terræ,*

Quem

*Quem dæmones horrent, & Deorum cœtus metuit;*
*Cui Parcæ, quantunvis implacabiles, obediunt,*
*Cuius irà omnia quatiuntur; tu quidem locum* Orph.
*Habes inter astra, quæ immutabilibus præceptis moventur:*
*Tuo autem splendido solio astant laborioſi*
*Angeli, quibus curæ est, quomodò mortalibus omnia perficiuntur:*

Ergo ex obvijs in ſcopum. Anthropopaticè ſive modo humano loquitur Michæas de Deo: haud quia Deus indigeat illius conſilio. Cum quo inijt conſilium & inſtruxit eum? Aut quis conſiliarius eius fuit, & oſtendit illi? In imaginatione vatis vigilis fuit impreſſa ſpecies Dei, quaſi ſedentis, &c. quaſi conſuleret, quaſi audiret, & quæ facienda decerneret: Pro quo ſupponendum (infrà ampliora) vaticinium poſſe fieri, & non à Deo: poſſeque eſſe propoſitum Dei ex vaticinio falſo, ut in præſentiarum. Quoad deceptionem, Dei verba permiſsiva ſunt: ut latè diſertum hìc *Tautolog. 2. à num. 42.* ad illud Ieremiæ, 20.7. *Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum.* Quoad ſupplicium iniqui Regis verba præceptiva ſunt: vel terminis Scholaſticis: diſcriminatim præut verba referuntur ad malum culpæ, vel ad malum pœnæ. Siccinè, omninò volitum: in prima conſideratione tantum permiſſum. Ideo addidit Michæas, v. 23. *Nunc igitur ecce dedit Dominus* (permiſsit) *ſpiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum, qui hìc ſunt; & Dominus locutus eſt contra te malum.* *Antropopatus.* *Verbum præceptivum pro permiſſivo.*

*Impios dum cœpit premere, urget.* Senec.

Tarditatem vindictæ compenſat cruciaminis gravitate: dediſti in manum, de qua non poteris ſurgere.

6 Perculſus eſt pſeudovates Sedecias, ſimulatque veri vatis audita in dicendo libertas; quaſi in prophetali munere eius vulnerata auctoritas: & qui fecerat ſibi adaptans cornua ferrea, ut Regis nequam prædiceretur victoria; vel ut appareret inſigniter Cippus (uti de illo canit Ovid. 15. *Metam.* fab. 49.)

*Cornua fronte gerit, famularia iura daturus.*
*Aut ſua fluminea dum vidit Cippus in unda,*
*Cornua: vidit enim, falſamque in imagine credens* Ovid.
*Eſſe fidem tetigit: nec iam ſua lumina damnans,*
*Reſtitit, ut victor domito veniebat ab hoſte;*
*Ad cœlumque oculos & eodem cornua tollit.*

*Dedit alapam Micheæ*, v. 24 Ioſephus loc. cit. aſſerit, antequam impegiſſet, protuliſſe coram Rege: Si vera Michæa dicis, egoque falſa, propter ictum ignominioſum arefiat manus mea mihi, ſicut manus Ieroboam, prophetante Iadone 3. *Reg.* 13.4. Unde cùm ſibi malum deprecaretur, & manus ſacrilega non aruiſſet; arbitratus eſt ſe vera proferre, atque prophetam garrire, & in aëra futiliter loqui. Tunc Michæas illi: *Viſurus in die illa, quando ingredieris in cubiculum intra cubiculum, ut abſcondaris.* Eadem phraſis invenitur *cap.* 20.30. quæ nihil aliud ſignat, quàm locum abſtruſum, vel curioſè inveſtiganti incognitum: quaſi in capſa ſeu ſcrinijs receſſus, qui quidem coram oculis, nec ab illis notatus. Vulgò, *Secreto del eſcritorio.* Ioſeph. d. *Brevi fore, ut de cœla in cœlam fugiat, latebras quæritans, ne luat pœnas vaniloquij.* Ethnici mirificè ſignant, quaſi abſtruſorum penetralia, cognitu haud facilia, & arcanorum adyta, quaſi exploratoribus ſtudioſè recondita. Virgil. in Dirce: Verſ. 25. *Quid eſt cubiculum intra cubiculum?* Ioſeph.

*Vacua nonnumquàm ſecreta cubilia captans.* Virgil.

Statius, 2. Silv. 5. *Arcano membra cubili.* Bapt. Pius: *Nocturna cubilia Titan.* Sil. Ital. *Arcano membra cubili.* Mantuan. *Tenebroſa cubilia dicunt.* Ioſeph. ibid. *cap.* 8. in fuga Benadat infit: *In quandam ſubterraneam cœlam.* Meo iudicio, quaſi abſconditus in cryptis. Ita Andromacha filio in ſepulchro patris Hectoris, ut tutò ſervaretur, collocato; apud Senec. in *Troad.* a v. 508.

——*Clauſtra commiſſum tegunt.*
*Parentis conditi ſedes aude ſubire.*
*Fata ſi miſeros iuvant, habes ſalutem:* Senec.
*Fata ſi vitam negant, habes ſepulchrum:*

7 Aliam Sedecias propoſuit rationem Regi, ut Micheæ verba ducerèntur nihili: nimirùm, nullo modo in Ramoth-Galaät poſſe cadere, quod quidem contra vaticinium Eliæ; qui prædixerat, ſanguinem Regis à canibus lambendum in Iezrahel, ubi pridem ſuctus etiam ſanguis Naboth. Diſtabat Ramoth, quæ in tribu Gad ultra Iordanem, longo itinere

itinere à Iezrahel, quæ eis Iordanem in tribu Isachar ( vide Adrichom. in *Theatr. terr. sanct.*) nec poterat ibi mori, etsi obganniret Michæas, cuius defectum & obitum in Iezrahël prænunciaverat tot miraculis approbatus Elias( ita cogitat Ioseph. d.) nec eius curanda verba, quæ omninò verba, & odiosa, non prophetia; quippe ut aliò succinit Propert. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 33. v. 6.

*Quæcumque illa fuit, semper amara fuit.*

Ex his ergo; & ex textu sacro dubium grave nobis negotium facessit. Percussus Achab iuxta Ramoth à sagitta volante, in sinum currus defluente copiosè sanguine, mortuus est Vers. 38. vesperè: persarumque in Samariam, ibi sepelierunt eum: *& laverunt currum eius in piscina Samariæ, & linxerunt canes sanguinem eius, & havenas laverunt, iuxt averbum Domini quod locutus fuerat.* Hinc dubium, equidem ibid. cap. 21. 19. invenitur. *Hæc dicit Dominus: In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum.* In Iezrahel lapidatus est Naboth. Si ibidem, quippe meditantes dicitur, *In loco hoc* ( ne dixeris cum Caietano hìc, *Hoc superfluit*, igitur audacia est, nec enervat argumentum ) lingendus à canibus sanguis Achab, qui in sinum currus è vulnere fluxit; non videtur quomodó impletum sit vaticinium eiusdem loci, dum currus ablutus in piscina Samariæ, octo leucis distantis à Iezrahel, quò effusus sanguis Naboth. Videris topographiam in Adrichom. d. *Isachar*, n. 38. & *Ephraim*, n. 82. Ioseph. loc. cit. subdit: *Cadaver Regis Samariam relatum, illic sepulturæ traditur: & cum currus regius cruore fœdatus ad Iezaræ fontem esset ablutus; veritatem Eliæ prædictionis eventus comprobabit. Canes enim lambebant eius sanguinem* Si hæc vera; dissonantia omninò, profectò paterent consona: verùm obsistit Scriptura dicens, quòd currus ablutus est in piscina Samariæ, non Iezaræ, seu Iezrahel. Nudus adhuc perstat cæcus, & incumbendum, ut solvatur nodus.

Cap. 21. 19. *Quomodò sanguis Achab in loco ubi lapidatus est Naboth?*

Ioseph.

8 Salianus, quem sequitur Doctiss. Sanctius, asserit impletam fuisse prophetiam Eliæ in morte filij Achab, Ioram scilicèt, occisi à Iehu, cuius cadaver proiectum in agro Naboth, ut dicitur, 4. *Reg.* 9. 25. sequentique versu emphaticè: *Si non pro sanguine Naboth reddam tibi in agro isto, dicit Dominus. Nunc ergo tolle & proijce eum in agro iuxta verbum Domini.* Sanguis pro filijs usurpatur sæpe non solum in Scriptura, *Genes.* 4. 10. sed apud Ethnicos Virgil. 6. *Æneid.* v. 835. *Proijce tela manu, sanguis meus.* Horat. in *Carm. Sæcular.* v. 50. *Clarus Anchisæ, Veneriscque sanguis.* Idem identidem, de *Art. Poetic.* v. 291. *O vos Popilius sanguis.* 3. *Carm.* Od. 27. v. 65 *Regius sanguis.* 4. *Od.* 2. v. 13. & *Od.* 15. v. 31 Statius, lib. 3. *Thebaid.* v. 239. Sil. Italic. 3. de *Bell. Punic.* v. 572. Abundè etiam Seneca in *Tragœd.* acceptionem roborat. *O socia nostri sanguinis!* inquit in *Herc. fur.* v. 308. & v. 1020. in *Thyest.* v. 1042. *Sanguinis multum mei habet ille.* Vide Delr. locis cit. Satis ingeniosum difficultatis effugium; sed omninò distortum; siquidem perperum, accipere simul sanguinem proprio sensu & metaphorico: ita ut sensus sit: *In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum*: sanguinem nimirùm sanguinis tui: filij tui, scilicèt. Absurdissimum prorsùs. Nec valet, quod dicitur, postquàm humiliatus est Achab post mortem Naboth; in diebus filij impletam prophetiam; quippe illudusque dilatam ex ore Domini: ibid. v. 28. in sententia ab illo fulminata per Eliam, & exponitur exterminium familiæ regiæ Achab, & etiam quòd sanguinem eius, in eodem loco quo Nabothi elicturi canes. c. 21. à v. 21. Hoc non indultum, primum duntaxàt usque in filium translatum. Patet ex textu v. 28. cit. *Quia igitur* ( dicit Dominus) *humiliatus est mei causà, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius.* Iuxta axioma iuris, *Exceptio regulæ firmat regulam in contrarium.* Si prætermittitur usque in tempus exterminium domus; haud prætermissus in exemplum tyrannidis sanguinis lictus. Nec etiam urget fulminatum in Achab, sepulturà privandum; & nihilominùs legitur, in Samariæ regia fuisse sepultum, ut vidimus; *num.* 7. cap. 21. 24. *Si mortuus fuerit Achab in civitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cœli.* Huiusmodi stylum proverbialem arbitror, uti ibid. *cap.* 14. 11. & 16. 4. de Ieroboäm & Baasa: sepulturaque non caruere; ut constat ibid. v. 20. & v. 6. Nihil aliud per huiuscemodi verborum formulam signatur, nisi mors infausta. Unde Iuvenal. *Satyr.* 10. v. 112.

Si particula emphatica.

Sanguis pro filijs.

3. Reg. 21. 24.

*A canibus & volucribus vorari, non semper signat sepultura carere.*

Iuvenal.

*Ad generum Cereris sine cæde & sanguine pauci*
*Descendunt Reges, & siccà morte tyranni.*

Hypallage. Fere cuncti morte cruenta. Quota pars moritur tempore fati? Videsis Salisber. *lib.* 2. *cap.* 15. Sensus periodi est, dirè extinguentur, non naturali morte, sed nece. Per Hypallagen

lagen interpretatio perpropria. Haud quia si mortui impij, illos comedent canes & volucres; sed econtrà, illos commedent canes & volucres, ut malâ morte moriantur, deponentes fœtidam animam vel rapacitate volucrum, vel mordacitate canum. Prædictum Deuteron. 32. 24. *Consumentur fame, & devorabunt eos aves morsu amarissimo: dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram, atque serpentium.* Astruit etiam Homer. 1. *Iliad.* à v. 1. ubi canibus & avibus dedi, nil aliud est quàm ante tempus violenter mori.

*Iram Achillis pernicioſam, quæ Achivis dolores impoſuit:*
*Multas fortes animas Orco ante tempus demiſit.* Homer.
*Heroës ipſos laniamenta fecit canibus,*
*Avibuſque omnibus. Iovis autem perficiebatur conſilium.*

9 Hebræi, ni fallor, potissimè Rab. Samuel, sine obice exponunt totum inextricatum Antilogiæ argumentum. In Iezrahel statuunt fuisse armamentarium Regium: & currum Achab armaque eius fuisse lota: currum scilicèt in Samaria, ut dicit Textus sacer, ubi canes sanguinem Achab linxerunt: arma verò in fonte Iezrahel, ubi etiam canes lamberunt regis cruorem. Quapropter Hebr. Caiet. & Maluend. legunt: *In Sameron* (ideſt, Samaria) *laverunt habenas, & arma laverunt.* Intelligendum cum distributione accommoda, ita ut non arma, ubi currus & habenæ, lota fuerint; sed currus cum equorum habenis in piscina Samariæ: & in fonte Iezrahel, iuxta locum quò lapidatus est Naboth, arma solummodò lota, ut nitido ab aqua ferro collocarentur in armamentario. *Armamentarium regium in Iezrahel.* *Achab habebat* (ait Lyran. n. 8.) *domum regiam in Samaria & Iezrahel, & ibi erat armamentum regis; propter quod ibi deportata arma in quibus vulneratus fuerat Achab, & ibi lota á ſanguine, quem linxerunt canes in loco determinato, ubi fuerat interfectus Naboth: & ideo ſacra Scriptura fecit diſtinctionem inter loturam currus & armorum.* Lyran. Rab. Samuel: *Sanguis Achab in perſona propria intelligitur, cùm dicitur cap. præced. In loco hoc, in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth,* &c. Suffragatur Caietan. *Ex eo enim quod iuxta verbum Domini factum dicitur; intelligimus, quòd licèt currus fuerit lotus in piſcina Samariæ, arma tamen fuerunt lota in Iezrahel, ubi occiſus fuerat Naboth.* Rab. Sam. Caietan. Ni ibi esset sanguis Achab; nequibat fieri, quòd eodem in loco sanguis eius fuisset lictus, ubi Nabothi á canibus degustatus. Ita enim concordant opposita, & patet Iosephi oscitantia, asserentis currum in Iezrahel lotum, cùm in Samariæ piscina, exceptis armis, ablutus.

10 Adhuc aliud restat non contemptibile dubium. Ingressus est ergo Achab in conflictum mutato habitu, quo faciliùs Michææ vaticinium eludere posset; ut ait Ioseph. d. vel quia scivit, iussum à Benadad, non alium in necem quærendum, nisi Regem Israël. v. 31. & 2. *Paralip.* 18. 30. Illotunc quidam in incertum sagittam dirigens, *casu percussit Regem Iſraël inter pulmonem & ſtomachum.* Vers. 34. Hæc sagitta, quæ dicitur incerta, seu à nesciente missa, in necem Achab per manum militis ab Angelo bono, vel malo directa. *Quæ ſagitta volans?* Ita incertum dicitur volatile telum, à Iuturna Dea, vel Diva, Turni sorore, in Æneam eiaculatum. Virgil. *lib.* 12. á v. 319.

*Ecce viro ſtridens alis allapſa ſagitta eſt:*
*Incertum, qua pulſa manu, quo turbine adacta:*
*Quis tantam Rutulis laudem caſuſve, Deuſve*
*Attullerit: preſſa eſt inſignis gloria facti.* Virgil.

Videris in hunccine sensum plura selecta apud La-Zerd. hìc. De vulnere haud ambigunt Expositores, sed nimis de loco vulneris: igitur loc. cit. Paralip. v. 33. dicitur Achab percussus *inter cervicem & ſcapulas.* Unusquisque ut contrarietatem conciliare posset, in viam suam confidenter declinavit; quippequam haud facilè occurrit modus, quo possit telum ingredi per intermedium pulmonis & stomachi, in quo non cervix, nec scapulæ hærent. An quia alibi ferri exitus, quàm introitus? Sit ergo: verùm unde cognoscetur, quò primùm vulnus? Abulensis hìc asserit, desuper, seu è loco eminentiore eiaculatam validè sagittam, quæ aditum inveniens in internodio capitis (ubi cervices, queis caput coniungitur trunco corporis) transfodit præcordia, sortiens exitum inter pulmonem & stomachum. Abulenſ. Quare hìc exprimitur exitus. & in Paralipomeno cæci vulneris principium. Lyran. loc. cit. n. 3. *Inter pulmonem & ſtomachum* (ait) *inter cervicem & ſcapulas. Utrumque fuit verum, quia ſagitta à parte anteriori intravit prope pulmonem, & in parte oppoſita exijt ſuperiùs verſus ſcapulas; quia illa ſagitta portendebat ſe in altum, quia iſte ſagittator erat de peditibus, & Rex Iſraël pugnabat in alto, ſtans in curru.* Lyran. Uter credendus?

11 Hebræi legunt: *Inter squamas & loricam.* Est Hendiadys: hoc est, inter loricæ squamas, quas habebat ordine connexas. *Habebat* (ait ex illis Maluend.) *super loricam armaturam de laminis ferreis in modum squamarum factis, & una ex squamis fuit elevata, vel amota à loco suo, quò penetravit sagitta per foramen.* Idem Lyra & addit in sensum. *Sic translatio nostra non discordat ab Hebræo in sententia: sed nostra designat percussionem in corpore, litera verò Hebraica in armis.* Tantum sapio, quantum capio. Nihil capio, non intelligo. Locus vulneris signatur meditullium stomachi & pulmonis, quæ defendit squamata lorica: ut concordarent lectiones, illa squama à loco suo remota debebat collocari inter scapulas & cervices; ut illùc pectus transadigeret sagitta: tuncque versabimur in eadem dubitationis rota. Cuncta librata iudicio, videbuntur recta crisi cogitatio, & sine Scripturæ fulcro. Mirum sanè, Rabbinos haud cogitasse lassum telum, recreationis gratiâ, curiosè per corpus errasse totum: vel ut fieret singulare supplicium, vel in supplicio singulare miraculum. Dicam ergo sensum meum pro concordia ad speciem pugnantium testimoniorum. Scapulæ etsi communi usu accipiantur pro illa corporis regione, quæ post pectus obiecta est, & dicitur tergum; propriè duo ossa sunt tumescentia quæ dicuntur humerorum capita: de quo fusè Andr. Vesallius lib. 1. de *Fabric. corpor. hum.* cap. 21. Expressè Nicol. Nancelius in *Analog. Micr. ad Macrocosm.* lib. 4. cap. 12. *Sunt ossa humerorum, & quæ scapulæ appellantur.* Hinc *Scapulare* vestis, quæ pendet ab humeris tam hinc quàm inde. Cervix accipitur pro posteriore parte colli, ab occipicio incipiente; quippe anterior vocatur Gula: nihilominùs apud Anatomicos & Medicos pro anteriore regione colli usurpatur. Celsus *lib. 7. cap. 13.* inquit: *In cervice inter cutem & asperam arteriam.* Vesallius loc. cit. *Cervicis longitudo, quæ ab anteriore parte in posteriorem pertinet.* Quo liquet, per cervicem & scapulas etiam intelligi totum illud spatium, quod extenditur ab humeris cum iugulo usque ad stomachum. Ingressum est ergo spiculum per pectoris partem, respondentem introrsùm pulmoni: scilicet confectum vulnus in penetrale cordis in meditullio pectoris; quod iacet inter stomachum, humeros & iugulum. Nostrates: *Tabla del pecho.*

*Hendiadys.* Maluend.

Nancel.

*Cervix tam gula, quàm nodus capitis.* Cels. Vesall.

12 In fictione Rabinnorum de squama decidua latet insignis didascalia. Cataphractus ingressus est pugnam Achab, ut gravi armaturâ invulnerabilis fieret & vaticinium prophetæ frustraret, sed lethaliter insipiens est vulneratus, per quod effugerat vulnus. Ut Achilles fieret immortalis ac invulnerabilis, cogitavit in Stygiam sæpe mergere mater Thetis. Potita est voto, sed futili tanto studio: siquidem cùm esset invulnerabilis, nisi digito minimi dextri pedis, quò apprehensus à matre, ut commodè posset mergi (de quo egimus in *Ephemer.* n. 24. Isag. Septembr.) eius audaciam atque inanem confidentiam fregit peritus Apollo. Collimavit in vulnerabilem digitum, & percussit scopum; è cuius vulnere totus sanguis effluxit, Achillesque animam vulneratus efflavit. Vide Q. Calabr. lib. 3. *Paralip.* & Natal. à Comitib. 9. *Mytholog.* cap. 12. Achabo visum, fugere posse Deum studiosâ industriâ humanâ, cuius studia insipientia & stultitia. Quò fugiet? Quascunque inviserit oras sub Iove semper. Manus Dei ibi tenebit, & inde in pœnam vel latitantem deducet. Induit se Achab cultu gregarij militis, sed Deum non latuit sub armis. Quem in mortem dereliquit, illam fugiens fugâ offendit.

*Achilles ictus qua mortalis erat.*

Apollon.

*Incertum qua iacta manu, delapsa sagitta.*

Rimula squamæ loricæ dedit locum teli cuspidi, quæ ostium aperuit insidianti morti; ut exitus verum firmaret vaticinium prophetæ, relinqueret triste ergastulum, & æmulus præ rubore transiret de cubiculo in cubiculum. Hic status rerum impij, reprobi Regis Achab, qui attonitus, ut accinit Mar. Victor, lib. 3. in *Genes.* v. 122.

Mar. Vict.

*——Vanaque cupidine motus*
*Traxit ad inlicitum præceps imago futuri.*

13 Cuncta ergo in Tautologiæ delicationem modò videntur pervia. Nihilominùs scire cupio, quod non assequor; & quia mentem pungit, insciliæ perfixit dolor. Socius Achab in conflictum perrexit Iosaphat: & post velitationem, cùm ante classicum præceptum fuisset à Benadad, totum prælij pondus dirigi in Regem Israël (vel quia fregit in expeditione fœdus superiori bello pactum; vel quia cupiebat Rex Syriæ in suam potestatem redigere, sub cuius pridem fuerat potestate, ducens captivitatem captibam, in fortitudinis infrangibilis gloriam) irruentibus Syris, exclamavit Iosaphat, quo hostes cognoverunt Regem non esse Israël. *Elevavit vexillum*, ait Lyran. n. 16. Ergo Iosaphat cuius hostis vel amicus? Erat pro Syris, vel socio Achab contra Syros? Cur pro socio, belli socius non pugnat, nec se defendit selecto exercitu & milite? An conventio inter utrumque Regem? Perfidè sanè cum

Lyran.

Acha-

Achabo iniſſet ſimulatam ſocietatem; quod quidem longè à ſanctitatè Regis. Neſcio quid dicam, ni Dei intereſſet revelatio, ut nullo modo ſocio faveret Regi, à Domino iuſtè deſtinato morti. Magni haberem ab aliquo diſcere. Totum negotium ab Achabo conſultum, ut ſibi conſuleret; ſed non potuit: etenim non evaſit vaſa mortis, tametſi contraria prophetarent prophetantes. De prophetia copiosè diſerui *Tom.5.T.5.à n.17.* modò proferam quæ huic loco ſervavi. Prophetia, ut aſtruunt D.D. ſacri ex Caſsiodoro, Præfat.in *Pſalm.* eſt *Inſpiratio, ſeu revelatio divina, rerum eventus immobili veritate denuncians*: quam quidem per partes erudité explanat Delr. *Diſq.Magic.* lib.4.cap.1.quæſt.1. Aliter Iunilius, de *Partib. divinæ leg.* cap.4. *Rerum eſt* (inquit) *latentium, præteritarum, aut præſentium, aut futurarum, ex divina inſpiratione manifeſtatio.* *Quid prophetia?* Caſsiodor. Iunil.

14 Pro quo neceſſariò ſciendum, variè accipi *Prophetare.* Impropriè, iuxta tempus ſignatum à Iunilio, quippe in omnia extendit prophetiam. *Tales enim ſunt Prophetæ* (etiam dicit Chryſoſt.in *Pſalm.*43.) *omnia tempora percurrunt, præterita, præſentia & futura.* Aſtipularur vel Profanus. Chryſoſt.

——— *Novit namque omnia Vates:*
*Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.* Virgil.

Virgil.4. *Georg.*v.392. Egimus loc.cit. à *num.22.* conſtat è Sacro textu. De præſentium latentium cognitione, dicitur Ioann. 2. 25. *Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.* 4. 19. *Video quia propheta es tu.* 6. 70. *Ex vobis unus diabolus eſt.* Præteritarum impoſsibilium cognitu cognitioni humanæ, *Geneſ.*1. ubi refert Moyſes mundi creationem, eiuſque poſt conditionem ornatum: quapropter Deuter.34.10.dicitur: *Non ſurrexit ultrà propheta ſicut Moyſes*, de quo Angel. Doctor, 2.2. *q.* 174. *art.*4. & apud Iſai.4.22. Dominus, ut idolorum rideant cultores oracula: ait: *Annuncient priora quæ fuerunt.* His acceptionibus haud propriè ſumitur prophetia. Unde N. Gregor.Homil.1. in *Ezechiel.* infit: *Prophetiæ tempora tria ſunt, ſcilicèt, præteritum, præſens & futurum: ſed ſciendum eſt, quòd in duobus temporibus prophetia etymologiam perdit. Cùm ideo prophetia dicta ſit, quòd futura prædicat; quando de præterito vel præſenti loquitur, rationem ſui nominis amittit, quoniam non prodit quod futurum eſt, ſed vel ea memorat quæ tranſacta ſunt, vel ea quæ ſunt.* Prophetia propriè eſt prædictio, ut fatetur ipſe Iunil. loc. cit. *lib.*2. cap. 18. *Futurarum, incertarum rerum verbis manifeſtatio.* Appoſitè, *futurarum incertarum*; quia prævisio ſeu prænotio futurorum, potiſsimè contingentium. *Prophetæ, qui ventura prædicent*: ait Hieronym. in 23. *Matth.*v.34. quod quidem claret loc.cit.Iſai. v.23. *Annuncient quæ ventura ſunt in futurum. Videntes* olim iccircò dicti, 1.*Reg.*9.9. quia illis præſentia, quæ alijs latentia, ut futura. Similiter *Speculatores*: Ezech. 3. 17. Iſai. 21. 6. Habacuc, 2. 1. quia ex revelatione divina ut præſentia videbant ex eminentiore illuſtrationis culmine, quæ latebant uti arcana humano cordi. Ita Homer. 4. *Odyſſ.* v.524. *Hunc tamen á ſpecula conſpexit ſpeculator.* Haud aliter viditVates Manahemus, quùm Herodem ſalutavit Regem, introſpiciens peſsimam indolem. *Scio te hoc non facturum, futuri præſcius: eris enim tam divini, quàm humani iuris immemor, licèt alioquin fortunatiſsimus.* Ioſeph. lib.14. *Antiq.* cap.13. Sic Apuleius de *Mundo*, in princip. infit: *Prophetæ qui Deorum maieſtate completi effantur cæteris, quæ divino beneficio ſoli vident.* Non ſic impij, non ſic, ſed quæ ſomniant ſine ulla illuſtratione figuris phantaſiæ. *Illi qui aut dæmonum inſtinctu* (ſubdit Iunil. loc. prior.) *aut alijs modis latentia dicunt; licèt prophetæ dici poſſunt, tamen inter divinarum ſcripturarum non numerantur auctores.* Ideſt, prophetæ non ſunt, ut videbimus, *num.26. Si igitur reris* (ait Maxim.Tyr. d.) *divinationem, aliud eſſe, quàm divinam mentem ab humana perfectione dunt axat, ac firmitate differentem; cenſere pariter debes rationem cum ratione pugnare*: prophetia enim, ut diximus, eſt revelatio divina futura immobili veritate denuncians. *Prophetia impropriè, ſi non de futuris.* Gr.Magn. Hieronym. *Cur prophetæ dicti Videntes?* Homer. Ioſeph. Apul. Max.Tyr.

15 Prophetare etiam accipitur pro firmare prophetiam. Eccli.49.18. *Oſſa* Ioſeph *viſitata ſunt, & poſt mortem prophetaverunt.* Hoc eſt, vaticinium confirmarunt, quando à Moyſe è ſepulchro eruta, fuerunt in terram Chanaàm illata; ut dicitur, *Geneſ.* 50. 23. *Exod.* 13.19. & *Ioſue*, 24. 32. Aptiùs per Hypallagen redditur ſenſus. Oſſa viſitata poſt mortem prophetarunt. Haud, quia oſſa Ioſeph prophetaſſent, ſed quia Ioſeph vivens de ſuis oſsibus prophetavit, aſportandis in terram promiſsionis, cùm Deus viſitaret populum, illum educens de Ægypto. Elucet ex contextu: *Locutus eſt: Poſt mortem meam Deus viſitabit vos, & aſcendere faciet de terra iſta ad terram quam iuravit. Aſportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto.* Geneſ. loc. præf. à v.23. Hæc figura frequens in Scriptura, ut ſæpe obſervavimus: neceſſariaque in plurimorum textuum intelligentiam: ut illud Act.8. *Pro confirmatione prophetiæ.* Hypallage.

33. *In humilitate iudicium eius sublatum est* : ideſt, præ humilitate ſublatus eſt in iudicio, quo Principes convenerunt in unum adverſus Dominum & adverſus Chriſtum eius.

16 Uſurpatur interdùm prophetare pro miracula ſeu ſigna mirifica oſtendere. Luc. 7.16. *Propheta magnus ſurrexit in nobis*, dicitur de Chriſto, poſtquam levavit de feretro in vitam filium Naimicæ viduæ.cap.24.19. Dixerunt de Ieſu Nazareno, qui fuit vir propheta: nimirùm Thaumaturgus, homo de cœlo delapſus: cap.4.24. *Nemo propheta acceptus eſt in patria ſua.* Propheta, ideſt, homo mirificus & præ dotibus ſpectabilis, ſicut dicitur de Abraham, Geneſ. 20. 7. *Propheta eſt* : & de Ioſue, Eccli.46.1. *Fortis in bello, ſucceſſor Moyſi in prophetis, qui fuit maximus ſecundum nomen ſuum.* Ita de N. Aſſertore poſt multiplicatos panes, dictum à ſaturis, Ioann.6.14. *Hic eſt verè propheta, qui venturus eſt* ( pro *erat*, *enallagicè* ) *in mundum.* Denique de Eliſeo, Eccli.48.14. *Mortuum prophetavit corpus eius* : hoc eſt, inſigne patravit portentum, mortuus reſuſcitans mortuum ; ne ſicut ille abiret ut cadaver in ſepulchrum. Hinc additur v.15. *In vita ſua fecit monſtra, & in morte mirabilia operatus eſt*: quandoquidem reſpectu huius miraculi continentis omnia mirabilia, cætera nequibant dici miracula: *Vivificavit mortuum mortuus*, ut legit Arabic.

*Pro patratione miraculorum.*

*Enallage.*

Eccli.48.14

Arab.

17 Sumitur quoque propheta pro enunciatore, ſeu interprete, quatenùs prophetare ſit docere, & inſtruere, abuſivè per Cathacreſim; igitur munus prophetarum, dirigere populum ac legibus, vel in leges erudire. Ita Chald. Paraphr. ad illud Cantic.6.12. *Revertere, revertere Sunamitis*, &c. vertit : *Revertere ad ſuſcipiendam doctrinam à prophetis, qui prophetant in nomine Domini*: putà, qui interpretantur ſcripta in nomine Domini, ut doctrina propoſitum ſortiatur effectum. Doctor Gentium acceptionem meditanter explicat. 1. Cor. 14. à v.3. *Qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem & exhortationem & conſolationem. Qui loquitur linguâ* (ideſt, varijs linguis) *ſemetipſum ædificat: qui autem prophetat* (nimirùm, exponit Scripturam) *Eccleſiam* (hoc eſt, omnes) *ædificat. Maior eſt qui prophetat, quàm qui loquitur linguis ; niſi fortè interpretetur, ut Eccleſia ædificationem accipiat. Nunc autem, ſi venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, niſi vobis loquar aut in revelatione, aut in ſcientia, aut in prophetia, aut in doctrina* ? Hoc intuitu Ambroſ. hìc in cap.12. v.29. inquit: *Prophetas duplici genere intelligamus: & futura dicentes, & ſcripturas revelantes.* Aſtruit de *Præm. & pœn.* Philo. *Propheta* (ait) *interpres Dei dictantis intùs oracula.* Hoccine ſenſu intelligitur illud Chriſti, Matth. 7. 15. *Attendite á falſis prophetis*, &c. videlicèt, legum interpretibus, & gloſſarijs, irrita facientibus Dei præcepta ; quia docent doctrinas & mandata hominum: ibid.15. 9. Etiam apud Ethnicos Vates Deorum vocantur interpretes. Maxim. Tyr. loc. cit. & Horat. de *Arte*, v.391. canit de Orpheo: *Sacer, interpreſque Deorum.* Hos Paulus item dicit prophetas, Tit.1.12. de Cretenſium vitijs ait. *Dixit quidam ex illis proprius ipſorum propheta* (doctor, nimirùm, vel præceptor) *Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.* Olim vox communis, maximè apud Græcos. *Poëtæ autem* ( dicit Plato in *Ione* ) *nihil aliud ſunt, quàm Deorum interpretes, dum Numine quodam corripiuntur á quocunque tandem illorum unuſquiſque corripiatur.*

*Cathacreſis Pro interprete & expoſitore legis.*

Ambroſ.

Horat.

Tit.1.12.

Plat.

18 Non ſolùm pro enunciatore, ſed etiam de anunciatore dicitur quandoque prophetia. Ita Chriſtus dicitur, ut vidimus, utpotè magni conſilij Angelus: Baptiſtaque, quippe vox clamantis: *Ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt.* Ioann.1.27. Quod eſſet propheta & inſignis propheta, nemo ambigit : cur autem à Chriſto, Matth. 11.9. dicatur *Plus quàm propheta*; cognoſcitur, ex eo quòd Salvatorem mundi & cecinit affuturum, & adeſſe monſtravit.

*Cur Baptiſta plus quã propheta?*

Matth. 11. 9.

*Cæteri tantùm cecinere vatum*
*Corde præſago iubar affuturum:*
*Tu quidem mundi ſcelus auferentem*
*Indice prodis.*

Eccleſ.

Preſsè & comptè Maldonat. hìc. *Illuſtriſsima enim eius vita fuit: & cùm miraculum nullum fecerit, perpetuum fuit ipſe miraculum. Miraculo conceptus, miraculo clauſus adhuc in utero venientem Dominum ſentiens, & matri ſuæ demonſtrans : miraculo circunciſus mutam patris ſui linguam exolvens : miraculo inter feras vitam degens, ut quemadmodum Auctor imperfecti ſcribit, non ſolùm æquaſſe Angelos, ſed ſuperaſſe etiam, videatur, qui cùm homo, non Angelus eſſet ; Angelicam, non humanam vitam duxerit, ut non omninò ſine cauſa multi non Iudæi verum etiam fuiſſe Angelum exiſtimaverint.* Vide Euſeb. de *Evang.hiſt.* lib.9. cap.5.

*Totus inſigne miraculum.*

Maldonat.

Chri-

19 Christus Dominus ut propheta promittitur. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies.* Deuter. 18.15. De Christo loquitur, quem Pater signavit Deus, dicens: *Ipsum audite.* Matth. 17. 5. Propheta quidem, sed ambigitur, an quia donum habuerit prophetiæ? DD. Scholastici cum D. Thom. 3.*p.q.*7.*art.*8. astruunt habuisse, & proprie dictum prophetam. Inficiari debemus, quia prophetia opponitur eius excellentissimæ cognitioni, non solùm præut fuit comprehensor, sed etiam præut viator: etenim per scientiam beatam & infusam habuit ab instanti suæ conceptionis perfectissimam omnium, quin egeret illuminatione, quæ necessaria prophetæ, ut constat ex prophetiæ diffinitione. Ubi plena cognitio, supervacua revelatio. Dicit Paulus: *Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.* 1.Cor.13. 9. quia prophetia opponitur cognitioni. Fit utique prophetiæ prorsùm evacuatio, ubi perfecta cognitio. *Cùm autem venerit* (addit, v.10.) *quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est. Videmus nunc per speculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem.* Iuxta Magistr. Angel. tam hìc, quàm 2.2.*q.*174. *art.*2. *ad* 3. *Prophetia importat quandam obscuritatem & remotionem ab intelligibili veritate.* A qua veritate remota Veritas ipsa? *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem.* Ioann. 1. 9. *Cùm multa sint illuminata lumina, & variè dissimiliterque lucentia; unum tamen lumen est, illuminans illuminata omnia*: ait Areöpag. de *Cœlest.hierarch.* cap.4. quem secutus est August. *Meditat.* cap. 29.n.1. & *cap.*27.n.1. & Cœl. Rhodigin. *lib.*25. *cap.*13. Utiquè necessarium, quòd propheta communicet in statu viæ, idest quòd sit homo: qua de causa nec beati, nec Angeli, nec Deus dicitur propheta, licèt annunciet, quæ procul à cognitione mortalium, sed etiam est necessarium cum communicatione status, obscurum in cognitione: quod quidem longè à Christo, etsi ante mortem nostrum statum attingeret. Lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ, quippe splendor gloriæ paternæ, portans omnia verbo virtutis. Non placet effugium pro obscuritate cognitionis in propriam prophetiam, quod signat S. Doctor ad 1. ubi. *Potest dici, quòd etsi Christus habuit plenam, & apertam notitiam, quantum ad partem intellectivam; habuit tamen in parte imaginativa quasdam similitudines, in quibus etiam poterat speculari divina, in quantum non solùm erat comprehensor, sed etiam viator.* Verùm, unde constat, & ad quid? Illustratio, seu supernus in locutionem fulgor, vel fit (ut infrà videbimus) externè, vel imaginariè, vel intellectualiter. Quorsùm recursus, cunctis plenissimè intellectis, in sphæram inferiorem lucidæ imaginationis, ut cognitorum obijciuntur imagines? Non esset cum huiusmodi simulachris perspicua notitia & plena; etenim mens ut intelligat recurrit prompte in phantasmata. In Christo erat adæquata summa & plenissima cognitio. Omnia nuda & aperta oculis eius, *Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Corporaliter*, idest, verè, non umbraticè. Ubi Alapid. subdit: *Plenitudinem divinitatis interpretamur plenam cognitionem.*

Deut.18.15

*Christus non proprie propheta.*

D.Thom.

Dio.Areop

*Quare Angeli nuncian tes futura, non dicuntur prophetæ?*

D.Thom.

Coloss.2.9. Alap.

20 Nostram conclusionem firmissimè roborat Abulensis in 11. *Numer.* quæst. 64. Igitur si Baptista propter insigniorem inter prophetas cognitionem, fuit plusquàm propheta; Christus non erit propheta propter cognitionis plenitudinem. Dum ergo Christus plauditur propheta tot Scripturæ testimonijs, abusivè dicitur, quia faciebat quæ propriè prophetæ, & miraculorum patratione, vel secretorum enunciatione, vel futurorum prædictione. *Filium ab initio edixerat* (ait Tertullian. *Adverss. Martian.* lib.4.cap.22.n.333.) *audiendum in nomine prophetæ; quoniam & prophetes existimari habebat à populo. Prophetam, inquit Moyses, suscitabit vobis Deus ex filijs vestris, secundum carnalem scilicèt sensum.* Habuit non rem, sed nomen prophetæ, nimirùm hominum in existimatione. Confirmat D. Thom. & eximius Suarius, qui argumentantur in contrarium. Ille ibid. in corp. artic. dicens: *Non potest dici aliquis propheta ex hoc quòd cognoscit, & annuntiat ea, quæ sunt alijs procul, cum quibus ipse non est.* Hic ibid. *Disput.* 21. sect.1. num.5. ubi: *Sufficere, ut sit cognitio eorum, quæ longè distant á sensibus hominum, & omninò ab ordinaria cognitione viatorum*: in nomen scilicèt prophetæ, non in proprietatem; quia non benè conveniunt prophetia, & cunctorum notitia cum cognitione perfecta. Emphaticè Samaritana. *Video, quia propheta es tu.* Non præut Christus erat, sed præut fœminæ videbatur: etenim si Christo non inesset cunctorum plena notitia, iuxta articulum illum esset propheta. Plura in Scriptura dicuntur iuxta communem, non veram, existimationem, ultra occultam & arcanam veritatem; uti de Virgine Maria, dicitur *Mulier*: de quo egimus *Tautolog.*2. n.44. Quare meditatò de Christo dicit Evangelista: *Ut putabatur, filius Ioseph.* Luc.3.23. Si Christus dicitur propriè propheta, quia lumen & illuminatio prophetarum; suffra-

*Catachresis.*

Tertull. *Nomen habuit prophetæ Christus non rem.*

D.Thom. Suar.

Ioan. 4.19.

*Plura in Scriptura iuxta communem existimationem*

Ambros. suffragor cum Ambrosio, in *Psalm.* 118. v. 63. *Ipse est* (ait) *verus propheta; qui sine alterius munere futura cognoscit: quia ea, quæ ventura erant locutus est in prophetis. An non est propheta, qui facit alios prophetare?* Procedamus in alia.

21 Prophetare etiamnum psallere, cantare, laudes Deo Deique referre, significat: *Filios Asaph & Heman & Idithum, qui prophetarent in citharis, & psalterijs, & cymbalis.* 1. Pral. 25. 1. & 2. cap. 35. 15. *Cantores Filij Asaph stabant in ordine suo, iuxta præceptum David & Asaph, & Heman & Idithum, prophetarum Regis.* Inde quia inter vates canebat Saul, ortum proverbium: *Num & Saul inter prophetas?* 1. Reg. 10. 11. 19. 24. Cantores dicebantur ministri prophetarum: ut patet, 4. Reg. 3. 15. dicente Eliseo: *Adducite mihi psaltem.* Apud Prophanos vocabantur *Hypophetæ.* Anton. Constant, in 6. *Fastor.* Ovid. v. 693. loquens de stella in pectore Leonis, quæ primæ magnitudinis, ait: *Ab ipso autem primordio mortales fuerant præsagia prævidentes; sub quibus & vaticinandi ministri instituti erant, quos Hypophetas vocabant.* Haccine prophetiæ acceptione fax accensa, ut intelligatur, quid sit *Princeps prophetiæ*, de quo Ierem. 51. 59. De vastatione Babylonis prophetice scripsit, cuius tenorem in libro scripsit, tradiditque Saraiæ, comitaturo Sedeciam in captivitatem cum reliquis. Cunctos admonuit desolationis Babylonici regni & civitatis, commendans vaticinium illud ibi legi pro captivorum solamine; & post lectum, ligato lapide ad librum, submergi in profundo Euphratis. Singillatim, etsi omnes conscij, prophetiam commendavit Saraiæ. Quid mirum, quòd *prophetiæ* huius dicatur *Princeps*, quando illi præ omnibus creditum negotium tanti momenti? Ita cogitat Sanctius, ut moris habet, subtiliter; placeretque, si esset genuinior, eius cogitatio. Alij pro iudicio proprio digladiantur: igitur Principem prophetiæ idem esse asserunt, ac amicum Regis, vel à secretis; ut dicitur, 3. *Reg.* 4. 5. & 1. Paralip. 27. 33: *Auricularium á secreto.* 2. Reg. 23. 23. *Fisci Principem*: Vernaculè Nostrates: *Presidente de Hacienda.* Alio ratiocinio, *Munerum Principem* (*Volsillo del Rey*, vel *Caxero para gratias*) Si displicet titulus, *Legatorum interpretem.* An *Conductor de Embaxadores*? Videsis Pined. 5. de *Reb. Salom.* cap. 12. n. 19. & Menoch. 1. de *Republic. Hebræor*: cap. 12. quæst. 5. Uter horum acu rem tetigit? Dicat alter. Rideo sanè, quoties pro ostentanda novitate, vel ingenij acumine; tempus cum opera teritur. Ex Scriptura constat, quid sit *Princeps prophetiæ.* Cantorum nimirùm princeps. Vulgò: *Maestro de Capilla.* Ita 1. Paralip. 15. 22. dicitur: *Chonenias Princeps Levitarum prophetiæ præerat, ad præcinendam melodiam: erat quippe valdé sapiens*: hoc est, artis musicæ peritus. Claret quid sit prophetiæ Princeps sine laboris improbitate, & quomodò prophetia accipiatur pro cantione.

*Prophetare pro psallere.*

*Quid Hypophæta?*

Ant. Const. Ier. 51. 59.

*Quid sit Princeps prophetiæ?*

22 Denique prophetare interdùm sumitur pro debacchari & furere. *Invasit spiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus suæ.* 1. Reg. 18. 10. Isai. 8. 19. *Quærite à pythonibus & à divinis, qui stridunt in incantationibus suis.* Hebr. *Qui prophetant.* Liquet per ridiculos corporis gestus & motus, internus furor. De prophetis Baal coram Elia, dicitur: *Transiliebant altare, quod fecerant.* Chald. *Insaniebant super aram*: quos ludificabatur Vates sacer dicens: *Clamate voce maiore. Clamabant ergo voce magnà, & incidebant se iuxta ritum suum cultris, & lanceolis, donec perfunderent sanguinem. Postquám autem illis prophetantibus* (ideſt, furentibus) *venerat tempus*, &c. Ritus hic ut cunque apud Ethnicos,

*Pro furore.*

*Sacrificulorum ridiculi ritus & gestus.*

*Sunt sacra, quando vosmetipsi exciditis,*
*Votivus & cùm membra detruncat dolor.*
*Cultrum in lacertos exerit fanaticus,*
*Sectisque Matrem brachijs placat Deam.*
*Parat ministros levibus novaculis.*

Prudent.

Accinit Prudent. in *Peristeph.* v. 3251. Ridet vel Cicero de *Divinat.* lib. 2. subdens: *Quid habet auctoritatis furor iste, quem divinum vocatis; ut quæ sapiens non videt, ea videat insanus; & is qui humanos sensus amiserit, divinos assecutus sit; & vaticinari idem sit, quod insanire?*

*Sese vulnerabant.* Cicer.

*——— Non vultus, non color unus,*
*Non comptæ mansere comæ: sed pectus anhelum,*
*Et rabie fera corda tument, maiorque videri*
*Nec mortale sonans; afflata est Numine quando*
*Iam propiore Dei.*

Virgil.

*Cur dicti fatui?* Virgil. 6. *Æneid.* à v. 47. Ideo dicti fatui à Dea Marica, seu Fatua, de qua diximus in

*Epbe-*

*Ephemer.* die 1. Maij, Oſtenditque Iuſtinus, *lib.* 43. *Fauno* (ait) *fuit uxor nomine Fatua, quæ aſsiduè divino ſpiritu impleta, velut per furorem futura præmonebat: unde adhuc qui inſpirari ſolent, fatuari dicuntur.* Sic arrepti & corpore & animo; ut clam non eſſet, à quo rapiebantur ſpiritu. Senec. in *Agamemn.* à v. 706. Iuſtin. *Quæ Dea fatua?*

*Silet repentè Phœbas, & pallor genas,*
*Creberque totum poſsidet corpus tremor:*
*Stetere vittæ, mollis horreſcit coma,*
*Anhela corda murmure incluſo fremunt:*
*Incerta nutant lumina, & verſi retro*
*Torquentur oculi, rurſum immites rigent.*
*Nunc levat in auras altior ſolito caput,*
*Graditurque celſa: nunc reluctantes parat*
*Reſerare fauces: verba nunc cluſo malè*
*Cuſtodit ore, Mænas impatiens Dei.* Senec.

*Hoc eſt proprium vatis; ſeu divinatoris* (ait Chryſoſtom. Homil. 29. *Epiſt.* 1. *ad Cor.*) *emotæ eſſe mentis, vim pati ac neceſsitatem, pelli, trahi, raptari tanquàm furentem. Propheta autem non ſic, ſed cum mente ſobria & cum modeſtia, ac temperante conſtitutione, & ſciens quæ loquitur, dicit omnia.* Eadem Baſil. Procem. in *Iſaiam.* Fallitur Plato, dum in *Phædon.* dicit: *Divino beneficio ſunt inſani & prophetæ & Sibyllæ.* Beneficia Dei haud adimunt mentem, ſed augent lumen. Quomodò amentia quit eſſe ex divina gratia? O cæci! Vocatur Dei beneficium, à dæmone Phœbadis æſtrum. Chryſoſt. Plat.

23 Deſcribit Chryſoſtomus, ubi dudùm. *Honeſtum erat præterire; ſed ut diſcatis amentiam. Dicitur ergo hæc Pythia cùm eſſet mulier, inſediſſe aliquando tripodi Apollinis, dividens tibias, deinde malus inferné emiſſus ſpiritus, ſubiens muliebria, furore replere, & ea deinde ſolvere capillos, bacchari, & ſpumam ex ore emittere, & tanquam temulenta furoris verba effari.* Hinc ſpiritus ille dicebatur *Ventriloquus*, igitur per ima ventris ingreſſus, illam urgebat in furorem. Latè Auguſt. de *Natur. dæmon.* ex quo Can. *Igitur.* 26. quæſt. 3. miraque refert Cœl. Rhodigin. *lib.* 8. *cap.* 10. & Maiolus, *Tom.* 2. *Colloq.* 3. Ita ergo intelligitur Spiritus Pythonicus in Biblijs ſacris: *Levit.* 20. 17. *Deuter.* 18. 11. & 1. *Reg.* 28. 9. Etymologia ſumpta à Pythone ſerpente, de quo diximus, *Ephemer.* Iſagog. Octobr. n. 39. Diodor Sicul. *lib.* 16. *cap.* 1. & Cicer. 1. de *Divinat.* ex quo Plutarch. libell. *Cur Oracula defecerint*; aſſerunt, à ſpecus halitu peſtifero oriri in accedentibus furorem, ſumique pro vaticinijs, prout quiſque interpretabatur, quicquid in buccam debacchantium venerat. Poſt, quia multi ſine ſenſu furioſi inde præcipites ſe dederunt, electa fuit virgo (quæ Phœbas dicebatur) ut oracula proferret conſulentibus, ſedens in tripode. *Divinum ipſum domicilium* (inſit Diodor. d. & ex illo Rhodigin. d. *cap.* 15.) *profundam & curvam eſſe ſpeluncam, non admodùm lato patentem ore: unde auram quidem referri, ſacro aiunt efflante Numine: excelſum autem oſtio imminere tripodem, quem cùm Pythia vates inſcenderet, hauſtò divinationis ſpiritu, Dei reſponſa referre & metro & oratione ſolutâ.* Iuſtin. *lib.* 24. *Hiſtor.* ſitum deſcribit: *In hoc rupis anfractu, mediâ fermè montis altitudine, exigua planities eſt; atque in ea profundum terræ foramen, quod in iracula patet: ex quo frigidus ſpiritus, vi quadam velut vento, in ſublime expulſus, mentes vatum in vecordiam vertit; impletaſque Deo reſponſa conſulentibus dare cogit.* Inde inolevit ritus in alias gentes. Virgil. 7. *Æneid.* v. 81. Chryſoſt. *Quid ſpiritus Pythonicus.* Diod. Sicul. Iuſtin. *Unde vertigo capitis de baccbantium?*

——— *Oracula Fauni*
*Fatidici genitoris adit, lucoſque ſub alta*
*Conſulit Albunea, nemorum quæ maxima ſacro*
*Fonte ſonat, ſævamque exhalat opaca mephitim,*
*Hinc Italæ gentes, omniſque Oenotria tellus*
*In dubijs reſponſa petunt.* Virgil.

Introduxit in terram Sanctam uſum Gentium Herodes Magnus, ædificato in honorem Octaviani templo, & locum elegit ſuperſtitionibus aptum: *Ubi mons* (inquit Egeſipp. lib. 1. cap. 35. de *excid. Hieroſol.*) *altitudinis excelſæ vertice ſummo in ſublime porrigitur, cuius in latere umbroſum aperitur antrum, per quod graveolentis præcipitij profundum ſævam exhalat mephitim.* Dijs & cultoribus fragrans odor, ſummus putor. Sil. Italic. 6. v. 146. *Inolevit alibi ſuperſtitio Delphica* Egeſip.

*Lucus iners iuxta Stygium, pallentibus umbris*

*Sera*

*Servabat sine Sole nemus, crassusque per auras*
*Halitus erumpens tetrum expirabat odorem:*
Sil. Ital. *Intùs dira domus, curvoque immanis in antro*
*Sub terras specus, & tristes sine luce tenebræ.*
*Horror mente redit, monstrum exitiabile, & ira*
*Telluris genitum, cui par vix viderat ætas*
*Ulla virûm, serpens centum porrectus in ulnas.*

Cuncta mutuata à Delphis, ubi, ut ait de *Mysterijs Ægyptior.* Iamblicus, *Sybilla duobus modis suscipiebat Deum: vel per spiritum quendam tenuem igneumque, qui erumpebat alicubi ex ore antri; vel sedens in adyto super sedem æneam, Deo dicatam: & utrobique divino se spiritui exponebat, unde divini ignis radio illustrabatur.*

Iamblic.

24 Hac igitur arte, & maligni spiritus sufflamine, sine mente quæque effutire conabantur, ut pro oraculis nugæ, gerræque haberentur; mirisque modis titulo divinationis in consulentium phantasticam complacentiam, verè procurabant & certatim insaniam. Referunt plura AA. *In oculis Hyænæ lapis est hyænius, qui si linguæ hominis subditus fuerit, prædicat futura*: ait Iul. Cæsar. Bulenger. 2. de *Pictura*, cap. 9. Plinius innumera superstitiosa in toto opere sparsa, ipse superstitiosus designat. *Halicacabi radicem bibunt, qui sunt vaticinandi callentes: quod furere ad confirmandas superstiones aspici se volunt*, ait *lib.* 21. *cap.* 31. ubertim in huiusmodi amentiam, *lib.* 30. *cap.* 3. & *lib.* 37. *cap.* 10. Cardanusque lib. 7. de *Subtilit.* & lib. 14. de *Var.* cap. 48. *Apud Ligyrios* (infit Macrob. 1. *Saturnal.* cap. 18.) *in Tracia esse adytum Libero consecratum, ex quo reddunt oracula; sed in hoc adyto vaticinaturi plurimo mero sumpto, uti apud Clarium, aquâ potâ, effantur oracula.* Adi Cœl. Rhodig. *lib.* 7. *cap.* 29. de Indis, Augustin. Davila in *Histor. Mexic.* lib. 1. cap. 40. Acosta, de *Nov. orb.* lib. 5. cap. 26. Nardum Ant. Recchum, lib. 6. tot. de *Medic. novi orb. & Histor. general. Plant.* lib. 18. cap. 128. Manil. lib. 5. *Astron.* à v. 353. succinit:

Lapis Hyæ-nius.

Bulenger. *Radix alica cabi.*

Plin.

Macrob. *Varia instrumenta in divinationem.*

*Quod potius fingent ortus, quàm templa colentes,*
*Atque auctoratos in tercia iura ministros,*
Manil. *Divorumque sacras venerantes Numina voces,*
*Pene Deos, & qui possunt ventura videre.*

Hæccinè iurè præmissa tam in præsentem Tautologiam de embolijs pseudoprophetarum, quàm in sequentem de consultatione oraculorum.

25 Propter præfatum furorem Poëtę pariter plausi Prophetarum nomine. *Poëtam, quùm in Musæ sedet tripode, tunc minimè esse mentis compotem; sed quasi fontem demanare, & quicquid in se affluit, effundere*: inquit Plato, lib. 4. de *Legib. Non sapientiæ vi hoc agere, quod agant; sed naturæ quodam impetu, & divinæ cuiusdam concitationis furore, quemadmodum Vates divino instinctu vaticinantes & fatidici. Hi enim dicunt multa & præclara, nihil autem horum quæ dicunt, norunt*: subdit in *Apolog. Socrat.* Flagarunt Poëtæ huius commendationis desiderio. Ovid. 6. *Fastor.* v. 5-3. de *Pont.* Eleg. 4. v. 93. & 3. de *Art.* v. 551.

Plat. *Poëtæ dicti prophetæ.* Id.

*Est Deus in nobis, agitante calescimus, illo*
*Impetus hic sacræ semina mentis habet.*
*Fas mihi præcipuè vultus vidisse Deorum:*
Ovid. *Vel quia sum vates, vel quia sacra cano.*
*Ista Dei vox est: Deus est in pectore nostro;*
*Hoc duce prædico, vaticinorque Deo.*
*Est Deus in nobis, sunt & commercia cœli:*
*Sedibus etherijs spiritus ille venit.*

Idem Iuvenal. *Satyr.* 7. à v. 63. Virgil. 8. *Æneid.* v. 340. De Marco Syracusio, refert Aristoteles, *sect.* 30. *Problem.* 1. tunc optima carmina fundere, cùm insaniret, vel furaret Crinit. in *Vit. Poëtar.* de Æschylo, mirabiliora conficere, cùm ebrius esset. Gyrald. *Dialogo*, 6. *Potando scripsisse dictum est, quoniam vini calor inveniendi vim excitat.* Vid. infr. *n.* 45. Horat. 1. *Epist.* 19. v. 2.

*Unde illorum gloriatio, dum insaniunt?* Gyrald.

——— *Nec vivere carmina possunt,*
Horat. *Quæ scribuntur aquæ potoribus.*

Hinc proculdubiò axioma: *Insanior Poëta*, Unde Plato in *Phædro*, infit: *Tertia insania & mentis excessio est á Musis, quæ animam excitat & afflat.* Ideo Cassandra dicitur *Furibunda*, à Seneca in *Agamemn.* v. ult. Si cupiebant fieri carminibus fatidici, vati-

Plat.

ticinantes ficcine ridebantur uti fatui; ficut ille alius, qui imitando mente furore emotos, evafit infanus. Acceptio ita prophetæ feu vatis, pro vate poëta. *Donaria ex templo cùm expillata fuiffent* ( Ait Ælian. 10. *Hiftor. Anim.* cap. 26. ) *lupus indicavit, quùm intra templum ingreffus, prophetarum quempiam traxit ad locum ufque, in quem donaria occulta.* Hîc propheta accipitur pro cantore, feu poëta; ficut econtrà qui prophetæ poëtæ dicebantur, quia metricè refpondebant conſulentibus. Ælian.

26 Propriè prophetare pro aliquid occultum audire aut videre, viſaque vel audita intellexiſſe. Quapropter dum Iacob dixit Ioſeph: *Scio fili mi, ſcio*, Geneſ. 48. 19. idem eſt, ac intelligo quæ prophetando prædico. Vera prophetia conſtat illuſtratione cœleſti, & obiecti intellectione. *Intelligentia enim eſt opus in viſione.* Daniel. 10. 1. *Viſio* aliquando dicitur, aliquando verò *Verbum.* Verbi, reſpectu loquentis: Viſionis vox reſpectu verbum intelligentis. Si intelligentia in viſione prophetica ſimul non datur; ubi neceſſarium, è veſtigio conceditur: igitur ſæpe videntur quæ videntium latent mentem; ut confitentes inintelligentiam, expoſcant expoſitionem. Ierem. 1. 11. *Factum eſt verbum Domini ad me dicens: Quid tu vides?* Apocalyp. 7. 13. *Hi qui ſunt, & unde venerunt?* Daniel. 7. 16. *Acceſſi ad unum de aſſiſtentibus, & veritatem quærebam ab eo.* Idem cap. 10. & 11. Unde etſi verbum in Caipha & Balaäm; viſio in Pharaöne, Nabucho, & Baltaſſar; nullo modo fuerunt prophetæ, quia non intellexerunt nec audita nec viſa; quanvis Deus per ipſos revelaverit arcana. Dicuntur autem prophetæ, quippe per illos vaticinium prolatum; quod in intelligente prophetam omnibus numeris conſtituiſſet. *Cùm enim aliquid oſtenditur vel auditur* ( infit Greg. Magnus, lib. 11. in *Iob.* cap. 12. ) *ſi intellectus non tribuitur, puophetia minimé eſt. Ut igitur Iob prophetiæ ſpiritum ſe habere teſtetur; non ſolùm vidiſſe ſe & audiſſe, ſed etiam intellexiſſe omnia, aſſerit.* Eadem D. Thom. 2. 2. *q.* 173. *art.* 4. *in corp.* Sic igitur claret, prophetiam conſtare & verbo & intellectione. *Verbum* dicitur, præut à Numine egreditur & activè ſe habet: *Viſio*, dum audiens, vel videns intelligit verbum, & paſsivè ſe habet, præut audiens inſtruitur.

*Quid propriè propbetia?* *Ex quo conſtat?* Ioann. 11. 51. Gr. Magn. *Quid Verbum & Viſio in prophetia?*

27 In rem ſupponenda ſunt, *obiectum formale* prophetiæ, quod eſt divina auctoritas aliquid revelatione teſtificans: *materiale*, quod quidem quicquid ſub divina revelatione cadere poteſt: *Cauſa finalis* extrinſeca & intrinſeca: hæc eſt ipſamet revelatio, ſeu manifeſta illuſtratione notitia; illa, revelatæ notitiæ effectus vel audientium utilitati, vel confirmationi fidei. *Cauſa efficiens* eſt prima cauſa, nimirùm Deus, Amen, omninò verax. *Materialis*, Angeli: *ſubiectiva* homo, ad quem locutio prophetica vel ſpecie externà, vel imaginariâ, vel intellectuali. Quis cogitaret huiuſmodi diſtinctionem ethnicorum mentem haud fugiſſe? Bulenger. 2. *Adverſ. Magos*, cap. 12. ex Proclo & Plotino Platonicis evocationes animarum diſtribuit tripliciter. *Autopticè dicitur* ( ait ) *quæ animæ intelligentia Deum, ut in ſe eſt, perſpicit. Epopticè, cum imaginario animæ vehiculo res divinas cognitione informamus. Enbeaſticè, cùm nec mente, nec imaginatione, ſed ſolis oculis divinas quaſdam viſiones per aërem delatas inſpicimus.* Idem Nicetas in Gregor. Nazianz. Orat. 42. Vide quæ diximus, *Tom.* 3. *T.* 2. *n.* 19. Fit revelatio per ſomnium, ſeu prophetica locutio, de quo ex profeſſo, *Tom.* 7. *T.* 2. ad illud Pſalm. 3. 6. *Ego dormivi & ſoporatus.* Identidem invenitur in Scriptura: *Daniel.* 2. 19. 7. 1. *Matth.* 2. 13. 19. 22. Modus huiuſmodi illuſtrationis vel eſt infundendo ſpecies independentes à phantaſmatibus; vel elevatione internarum potentiarum, vel denique clarificatione phantaſiæ. Fit etiam illuſtratio per ſpecies externas exhibitas ſenſibus, ut tot viſiones Prophetarum comprobant: e. g. Olla Ieremiæ, & ficus malæ & bonæ, thronus Deitatis, mulier inaurata auro, caracteres in pariete, &c. Unde Daniel. 10. 5. dicitur: *Levavi oculos meos & vidi, & ecce vir unus veſtitus lineis, &c.* Quo patet oculis prophetæ per ſpeciem ſenſibilem obiectam fuiſſe viſionem. Pende modò, huiuſmodi viſionem vocatam à propheta, v. 1. *Verbum verum. Verum*, non quia viſio in ſomnis ſit falſa; ſed quia in ſomnis, ſine corpore phantaſiæ impreſſa. In ſomnis tantùm imago, ſeu ſpecies rei, non corpus: corpus autem eſt in exterioribus ſpeciebus oculis obiectis: quare ſi dormienti imago, vigilanti obijcitur viſio; dum propheta dicit in huiuſmodi viſione *Verbum verum*, idem eſt, ac ſpeciem eius fuiſſe obiectam vigilanti, & non dormienti. Sic enim perſpicuò intelligitur illud Ioelis: *Senes veſtri ſomnia ſomniabunt, & iuvenes veſtri viſiones videbunt*; dum divinus in illos effunditur Spiritus: in alios ſic, in alios verò ſic, dividens ſingulis, prout vult. Signatur. Numer. 12. 6. *Siquis fuerit inter vos propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum.*

*Quæ in illâ concurrit?* Buleng. *Quomodò prophetica locutio per ſomnium?* Dan. 10. 7. *Diſcrimen inter illam & viſionem?* Ioel. 2. 28.

28 Tandem tandem in propositum accessimus. Quærunt homines oracula, quia illorum incertæ sunt providentiæ. *His enim maximè viris iungitur Deus, eisque ad vitæ pericula suppetias defert* (infit Maxim. Tyrius, serm.26.) *usque adeo ut eos omni protegat curâ, manus quoque quodammodò porrigat: hos utique vaticinijs servat, augurijs alios, nonnullos somnijs, vocibus admonet. Humanus animus est imbecillis mirum in modum, facilèque ratiocinationibus in omnem partem flectitur.* Quid si pessimus, sub peccato venundatus; quem terret nimis sonitus folij volantis? Non secus mens Achab, dum in pristinum statum sibi restituere cupiebat urbem Ramoth. Suos Deus protegit vaticinijs, sed ille cognoscebat non esse Dei; & quærebat oraculum, ut effugeret periculum. In quæ non erumpit affectata necessitas, & sciendi futura præceps aviditas!

Max. Tyr.

*In speciem reddunt commercia mutua fandi:*
*Nec minùs hos pulsat temeraria cura sciendi,*
*Cùm tamen eductas infernis sedibus umbras*
*Colloquium miscere putent, & nota referre*
*Spiritus erroris: sed qui bacchatur in istis,*
*Ad consulta parat vanis responsa figuris.*

Alc. Avit.

Canit Alcim. Avit. lib. 2. *Genes.* à v. 318. Cupiebat Achab exitum scire; & à veris vatibus non quærebat verum, in prudentiæ formam, sed ab eis duntaxat, qui loquerentur ad gratiam. Maximi habebantur quibus Deus dignabatur arcana credere; ut possent in eius nomine quæ ventura patefacere: impijque quæ nequibant æmulari, cogitarunt invidere; ut per pseudovaticinium, vel vaticinium falsum, ad veritatis speciem sibi tantum conciliarent honorem. Notandum in propositi claritatem horum prophetantium discrimen. Non leve est inter falsum prophetam & prophetam mendacem. Falsus propheta mendacium dicit, sed mendax non est, quippe non it contra mentem. Mendax propheta mentitur, quoniam vaticinium scienter fingit. Utrumque constat ex Sacra pagina. *Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis & decipiunt vos: visione cordis sui loquuntur.* Ierem. 23. 16. Visione cordis sui, quia nihil videbant, sibi videre videbatur; *ut obliviscatur populus meus nominis mei propter somnia eorum.* v. 27. Ezech. 13. 17. *Prophetant de corde suo*, quippe transierunt in affectum cordis, ut videbimus, *n.* 30. 31. *Seductionem cordis sui prophetant vobis.* Ierem. 14. 14. Ideo dicuntur Pseudoprophetæ: *Pseudos* (inquit Passeratius) *non tam significat falsitatem, quàm omnimodam similitudinem*: igitur in pseudoprophetis agebat amor proprius & pravus affectus, quicquid in prophetis sanctus operabatur Spiritus. Retorquatur Ovid. ubi supr.

*Discrimen inter falsum prophetam & mendacem.*

Passerat.

Ovid.

*Ac sacri vates, & Divûm cura vocantur:*
*Sunt etiam qui illos Numen habere putent.*

29 Aliter mendaces qui in perniciem somnia visionesque fingunt. *Prepheta docens mendacium.* Isai. 9. 15. *Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus.* Ierem. 5. 31. 14. 14. & 27. 14. *Ezech.* 13. 9. & 22. 28. Quæ non assecuti huiusmodi imposturis? Præter sacra, quæ obvia; Ioseph 7. de *Bell.* cap. 11. ait: *His causa interitus quidam Pseudopropheta fuerat, qui eo die prædicaverat in civitate, quòd Deus in templum ascenderet, signa salutis accepturos, iuberet. Multi enim à tyrannis suborna-ti tunc prophetæ.* Plausus, blandimen Potentium, gratiæ commoditas, munerum utilitas, inter æquales splendor, ac dignitatis propheticæ honor in huiusmodi technas illos impellebat. Ita enim fatui extollebant tanquàm Numina, à queis mirè accipiebant oracula. Suis coloribus pingit *Serm.* 3. Maxim. Tyr. *Deum censes* (infit) *egregiè curiosum, satagentem, fatuum, parùm prætereà à circunforaneis ariolis, qui obolis duobus poscentibus, quibuscunque de futuris respondeant, differentem?* Eadem apud Michæam, 3. 5. Huiusmodi falsos prophetas, prophetas scilicèt Baäl, instigante Iezabel (etiam interfectis quadringentis quinquaginta ab Elia, veritate Deitatis illustri miraculo comprobata) consuluit Achab, in expugnationem Ramoth: quia, ut ait Claudian. de *Bell. Getic.* vers. 530. dicebat.

Ioseph.

*Prophetæ mendaces artificio veritatis.*

Max. Tyr.

Claudian.

*Hanc ego vel regno victor, vel morte tenebo.*

Haud potitus voto: etenim exercitu in procinctu, ut mortem exquireret, & urbem nullo modo infatuatus teneret. Qui electi in munus, avidum civitatis provocabant vaticinijs, genium mulcebant, & erga molimen Regis prophetantes prophetabant. Ex dictis facilis cuique expositio. *Prophetæ prophetabant.* Eu propositi scopum, sed aliquid singulare dicendum. Non prophetat, qui non propheta: hi prophetę non erant, quippe nescibant, quæ prophetabant. Quo ergo iure, aut rationis specie & prophetę dicuntur, & prophetare?

3. Reg. 22. 10.

Erant

30 Erant pseudoprophetæ, seu prophetæ non mendaces, sed falsi. Dati sunt in reprobum sensum; ut vaticinarentur, quæ consultori nequaquàm conveniebant. Non erant prophetæ mendaces, somnia & visiones ad lubitum comminiscentes: sed toto cœlo ab exitu facinoris aberrabant, dum illis videbatur vera dicere, seducti phantasticæ apparentis illuminationis specie: igitur permissa à Deo vafrities dæmonis, simulatione fraudis, transfigurato illo in Angelum lucis; dum ambulabant in tenebris, imaginationis chaö, & Angelus Domini persequebatur eos. Quare cùm non esset discretio spirituum, nec discernerent inter illustrationis formam, & illuminationis apparentiam; quò magis sibi videbantur videre, magis in visione seducti. Innuit vel Ethnicus:

*Prophetæ falsi ex prophetiæ spiritus apprehensione.*

*Videntes quidem primùm frustrà videbant:*
*Audientes non audiebant; sed somniorum*
*Formis similes, longo illo tempore*
*Omnia temerè commiscebant.*

Æschyl.

Æschylus, in *Prometh.* v. 437. Specie veritatis, pondus sanè maius erroris. Ideo dicitur v. 22. *Decipies & prævalebis*: igitur licèt in illis intùs in vaticinium esset spiritus, nesciebant, quòd spiritus esset malus. Ingeniosè Caietanus hìc. *Veré fuit spiritus falsus in ore prophetarum, qui non mentiebantur, sed falsum dicebant, putantes se verum dicere: & fuit officium spiritus, esse spiritum falsum in ore prophetarum: hoc est movere ac impellere prophetas ab intimis ad vaticinandum falsum: potest enim permissa spiritualis substantia movere phantasmata, & consequenter gignere apparitionem alicuius falsi, tanquàm veri; necnon similiter excitare affectum ad illud dicendum.* Dicitur Ezech. 13. 3. *Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum & nihil vident. Nunquid non visionem cassam vidistis, & divinationem mendacem locuti estis? & dicitis, Ait Dominus, cùm ego non sim locutus.* V. 7. Sequebantur spiritum suum, non Dei; ita ut illis videretur illustrari cœlesti lumine & Numine; dum magis phantasia careret verâ in vaticinium illustratione.

Caietan.

31 De impotentis affectionis vi alibi diximus, *nimirùm, Tom. 3. T. 2. D. 6. n. 7. Tom. 4. à n. 6. T. 7. & à n. 14. D. 1. n. 2. Tom. 5. T. 10. n. 21.* modò in rem audiendus ex Aristotele, de *Somno & vigilia*, Rhodigin. *lib. 7. cap. 29. Descendente* (inquit) *plurimo sanguine ad principium sensivum, simul descendunt formæ in imaginatione conceptæ: atque ita demùm fit, ut quæ non sunt videantur; quemadmodùm somniantibus contingere, scimus omnes. Qua ratione possunt & dæmones humores commovere interiorum exteriorumque sensuum, atque ita ad organa formas aliquas inducere, perinde ac extrinsecùs occurrerent, non solùm dormientibus nobis, sed vigilantibus quoque; ut sic putemus aliqua extrinsecùs vel esse, vel fieri, quæ tamen nec sint, nec fiant. Qua ratione perversa immundorum spirituum subtilitas & infatigabilis fraus eludens spectatorum visus, virgas in dracones efformatas potuit prætendere.* In noſtrum argumentum clariùs Aristoteles *Problem.* sect. 30. cit. igitur vaticinia fieri dicit atræ bilis æstu, circa sedem mentis succenso & inflammato. *Multi enim propterea* (subdit) *quòd ille calor sedi mentis in vicino est, morbis væsaniæ implicantur, & lymphatici fiunt; unde Sibyllæ & bacchantes & divino spiritu afflati fiunt, cùm non morbo, sed temperie naturali fiunt.* Vide Vallesium *Sacr. Philosoph.* cap. 30. & Avicenn. de *Excantation.* ubi cuncta dicit fieri *imaginatione corruptâ.* Quid mirùm quòd prophetæ Achab sequerentur delirium falsâ specie, corruptâ in vaticinia futili imaginatione? *Confundentur* (ait Michæas) *qui vident visiones; & confundentur divini, & operient omnes vultus suos; quia non est responsum Dei.* Plus enim siccine Pseudoprophetæ falsi à diabolo decipiebantur, quàm si vaticinia ipsi comminiscerentur. Nequibat species illa esse per illuminationem, quæ nequit à diabolo esse (imò nec a bono Angelo, ut ait Bernard. in *Cantic.* serm. 5. & Suarius eximiè astruit, de *Angelis*, lib. 6. cap. 16. à n. 10.) sed per imaginariam visionem, vel sensibile verbum: uti asserit D. Thom. loc. toties cit. *q. 172. art. 5. ad 2.* subdens: *Quòd dæmones ea quæ sciunt hominibus manifestant, non quidem per illuminationem intellectus; sed per aliquam imaginariam visionem, aut etiam sensibiliter colloquendo.* Hinc in antipropheta Michææ (qui aperta fronte, suo sensu abundans, vaticinium uti verum protegebat) exarsit furor; ita ut post percussionem maxillæ illi diceret: *Me ne ergo dimisit Spiritus Domini, & locutus est tibi?* V. 24. Erat profectò visio, sed ille non invenit visionem à Domino. Eius sanè intellectus amplexus est falsitatem ex spiritu erroris, ductus sine discretione apparentiâ veritatis. *Audivi quæ dixerunt prophetæ prophetantes in nomine meo mendacium; atque dicentes, Somniavi, somniavi. Usquequò istud est in corde prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetantium seductiones cordis sui?* Ierem. 23. à 25. Ita fidem præbendo mendacijs prophetarum non mendacium, sed falsorum; vulneratus est Achab, & vulnere mortuus est.

Cœl. Rhod.

*Quomodò quæ non vident sibi videtur videre?*

Exod. 7. 12.

Aristotel.

Avicenn.

Mich. 3. 7.

*Unde à dæmone illorum deceptio.*

D. Thom.

3. Reg. 22. 24.

32 Sæpe dixi, geminationem verbi & nominis significationis eiusdem, continuationem alicuius propositi, seu perstistentiam signare: ut *faciens facies* : *potens poteris*? 1. Reg. 26. 25. *Benedicens benedixeris.* 1.Paral.4.10. *Plorans ploravit*: & sic alia. Unde *Prophetæ prophetabant*, nil aliud protendit, quàm permanentiam in prolata prophetia. Ex quo elucet prophetantes, falsos esse prophetas: Deus loquens per os Sanctorum, semel loquitur: & secundò idipsum non repetit. Ex pertinacia in prædictis, falsus apparet prophetes : equidem indicatur visionis inflexibili tenacitate, adhuc lumen vel species luminis permanere. Haud erubuit Isaias proferre vaticinium vaticinio contrarium, 4. *Reg.* 20. à v. 1. Quid de falsis dicit Dominus? *Quasi vulpes in desertis prophetæ tui Israël. Vident vana & divinant mendacium, cùm Dominus non miserit eos; & perseveraverunt confirmare sermonem.* Ezech. 13.4.6. *Indicat* ( ait Sanctius hic *n.*10. ) *obstinatum in eo divinandi, seu potiùs fallendi, genere consilium.* Hinc, *quasi vulpes* fallendi arte. Alij, *Quasi lupi*, qui inflexibilis cervicis. *Lupi collum in eas brevitatis angustias* ( inquit Ælian. ubi *num.*25. ) *compulsum, atque vehementer compressum est, ut contorqueri, extràque v rsari non queat.* Quasi lupi sunt prophetæ falsi defendunt semper, studentes errori.

*Et perstistentia in errore?*

Sanct.

Ælian.

33 Accedit ratio Theologica signans illusionem ex obstinatione; quia pseudoprophetis videtur ad nutum suum illuminationem dari. Prophetia non est habitus, ut cùm velit quisque ad voluntatem utatur, sed est divina motio, quæ confertur & aufertur à Deo, quando & quomodò vult. Ita Scholastici cum Angel. Doctor. 2. 2. *q.* 171. *art.* 2. & Nos, *Tom.* 5. *T.*7. *n.*16. Patet etiam ex formula, qua exprimitur lumen intellectuale concedi prophetis super lumen rationis naturalis: igitur plerumque dicitur: *Facta super eum manus Domini.* Ezech. 1. 3. *Factum est Verbum Domini* super Ieremiam, cap. 1. 4. 7. 1. *super Ioannem.* Luc. 3. 2. In nullo prophetarum existebat verbum, si ad illos profectò est factum. Prophetæ qui Achab prophetabant, & ut falsi in vaticinio tenaciter persistebant. Propheta Amos de se dicit: *Non sum propheta.* In quæ verba N. Gregor. lib.2. in *Iob*, cap.27. subdit: *Si prophetiæ spiritus prophetis semper adesset; inquisitus propheta non diceret : Non sum propheta. Quo modo autem propheta non fuit, qui de futuris tot vera prædixit? Aut quomodó propheta fuit, si de se in præsenti vera denegavit? Quia eadem horà qua requisitus est, prophetiæ sibi spiritum deësse sensit; de semetipso testimonium veraciter intulit : Non sum propheta.* Non datur huiusmodi donum per modum formæ, aut qualitatis permanentis, sed per modum illustrationis transeuntis. In prophetis aliquando manet; sed non permanet. Christi ergo privilegium est (modo & sensu quo diximus supr.n.19.)ut ad libitum posset manifestare arcana, & futura. Iccircò Ioann. 1. 33. dicitur : *Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est.* Prophetæ illi videbant falsa & stulta, nec aperiebant impio Regi iniquitatem & perfidiam; ut eum provocarent in pœnitentiam: at ille iacuit, quia garrientes in præfatis persistebant; & nequaquàm; quippe illusi à diabolo, prophetantes prophetabant: felicitatem pro infortunio prædicentes, errorem foventes, sibi de lumine uti afflati gratulantes, verba quasi prophetica effutientes, ad vatum similitudinem loquentes, & enthusiasmos quasi arreptitij efformantes. *Prophetant : Pax erit vobis: non veniet malum.* Falsi sunt. *Non revertetur furor Domini usque dum faciat, & usque dum compleat cogitationem cordis sui: in novissimis diebus intelligetis consilium eius.* Ierem. 23. à v.16. *Prophetæ prophetabant in Baal.* 2. 8. & quia ex diabolo prophetabant, in falsitate & errore persistebant. *Prophetæ veri si quid aliquando per suum spiritum dicunt, hoc ab auditorum mentibus per Spiritum Sanctum eruditi citiùs corrigunt. Prophetæ autem falsi & falsa denunciant, & alieni à Spiritu Sancto in sua falsitate perdurant.* Greg. Magn. Homil. 1. in *Ezechiel.*

*Prophetia non est habitus.*

Luc. 3. 2.

Amos.7.14

Greg. Mag.

*Falsi prophetantes non prophetant.*

Greg. Mag.

34 De prophetis etiam veris eadem phrasis in Scriptura invenitur. Sanè, sed diverso sensu. *Prophetaverunt Aggæus propheta & Zacharias filius Addo prophetantes.* En discrimen. Falsi prophetarunt ad Achab, sed non prophetantes : quia eventus prophetiæ est veritatis infallibilis. Videbantur illorum verba prophetica, sed loquebantur in aëra, voces sine anima, atque cymbala tinnientia : imò vaticinia effectui contraria, cùm non voce, sed veritate comprobetur prophetia. *Hoc habebis signum* ( dicitur Deuter. 18. 22. ) *quòd in nomine Domini propheta ille prædixerit, & non evenerit; hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta confixit.* Pseudoprophetæ prophetabant, sensu quo supr. n. 22. ideſt, furebant. Veri, erant prophetæ & prophetantes, quia eventu patuerunt vera illorum prophetata vaticinia. Pro intelligentia phrasis, operæ non leve pretium erit, delicare, cur modò in Scriptura dicitur *Prophetæ dixerunt, viderunt*, &c. & modò *Prophetæ prophetabant*, ut vidimus tot exemplis. Brevì exponam, ampliùsque clarebit ex infrà dicen-

1. Esd.5.1.

*Cur veri prophetant prophetantes.*

cendis tautologijs. Propheta dicitur, in quo aliquando patuit vaticinium, sive verum, sive falsum: unde communi nomine signantur in Scriptura, ut vidimus. *Prophetare prophetam*, est esse in actuali exercicio prophetandi; quo facile intelliguntur plurima testimonia, ex nostri argumenti intelligentia. Pupugit animum Regis Achab alienatio à regno civitatis Ramoth. Consuluit prophetas de exitu expeditionis: responderunt: *Ascende, & dabit eam Dominus in manu Regis.* Dum vocatur Michæas, suspicati sunt non credi à Regibus illorum vaticinium; *& universi prophetæ prophetabant in conspectu eorum.* Quo patet, quòd qui habebantur ut prophetæ, dum Michæas venit erant in actuali munere prophetandi. Idem de Aggæo & Zacharia. Habebantur ut prophetæ Domini, quoniam ad ipsos sæpe factum eius verbum cœlesti lumine: at cùm Iudæi in templi ædificationem excitarentur ad ipsis; dicuntur non solùm prophetæ, sed prophetantes: igitur qui toties prophetæ divino afflatu in actuali prophetizandi exercitio. Exempla profana, infrà. Contraponitur huiusmodi phrasi stylus allegationis testimoniorum Prophetarum: igitur dum dicitur *dictum per prophetam*; intelligendum est, non solùm dictum, sed prædictum. Cùm autem dicitur, *Dictum per prophetam dicentem*, uti Matth.1.22-2.17-3.3. Hebraismus est, qui exponitur per adverbium, *Scilicèt*, *Nimirùm*, *Nempè*: in cuius signum profertur illicò testimonium prædicentis: v. g. *Dictum est à Domino per prophetam*, *dicentem* (videlicet) *Ecce virgo in utero habebit*, *&c.* Vid. dicta, *Tom.5.T.6. á n.27.* Etsi huiusmodi expositione intelligantur Idiotismi, sive Hebraicæ dialecti; dum de præsenti sermone fit verbum, ut *Ierem.* 1.4-2.1. *Ezech.6.1-7.1. Ion.* 1.1-3.1. (quod sæpe iteratur) *Factum est verbum Domini ad me dicens*; ly *Dicens* non tantùm demonstrat per interpretationem *Scilicet*, quod dictum est; sed actuale exercitium ex illustratione in prophetiam postea à vate proferendam: quo quidem stylo signatur prophetantes veros prophetas fuisse.

*Quid, prophetare prophetam?* Vers.6. Vers.10. Matth.1.22 Ierem. 1.4.

35 Alia profundissima phrase in huiusmodi tractu utitur Scriptura: putà, *Nuncius Domini de nuncijs Domini.* Usuvenit in sacr. Bibl. antecedens pro pronomine adiectivo, de quo alibi egimus, potissimè *Tom.3. T.12. n.18.* Q. d. *Nuncius Domini de nuncijs eius.* Variè possumus intrepretari huiusmodi meditatam locutionem exegeticam, seu exergasicam. Videtur signari propheta inter veros prophetas: appositiùsque, insignis propheta inter prophetas insigniores; sicut dixerunt de Assertore N. *Unum ex prophetis.* Matth.16.14. hoc est, excellentissimum, sive excellentiorem. Prophetam magnum, *Luc.7.16.* seu verè prophetam. *Ioan.6.14-7.40. Verè*, haud quia alij pseudoprophetæ; sed quia insignior, emphaticè, quasi Archipropheta: quo stylo summum in unoquoque genere designatur. *Deus Deorum Dominus.* Psalm.49.1.& 94.3. (Dij vocantur Angeli) *Rex regum & dominus dominantium.* 1.Tim.6.15. *Apocal.*1.5. & 17.14. Vid. *Prolog. Galeat.* §.4. n.5. Stylus summè Plauto placuit. *Familiæ familiarum* in *Amphitruon.* Act.1. scen.1. v.203. *Summa summarum*: in *Trucul.* 1.1.v.4. *Longé omnium longissima*: in *Mostell.3.3.* v.8. *Meritis meritam*: in Casin.5.4.v.36. Non secùs in argumento præsenti *Nuncius de nuncijs*, pro excellentissimo propheta, aut Domini nuncio. Homer. *9. Odyss.* v. 474. *Qui vaticinijs superabat & vaticinans.*

Aggæi.1.13 *Antecedens pro relativo.* *Verum pro summo & excellentiore* Plaut. Ioan. 6.14. *Quid propheta de prophetis?*

36 Alij pro *Nuncius* legunt: *Nuncia de nuncijs.* Ar. Montan. quasi non ad personam referretur excellentia, sed in prophetiam. Hoc est, nuncium inter nuncia singulare & maximum. Q. d. multa sæpe mihi Dominus vobis præcepit nunciare, sed non summum sicut modò: equidem inter nuncia nunciata summum nuncium: *Ego vobiscum sum, dicit Dominus.* Ibid. Ita Angelus, Luc. 2. 10. *Evangelizo vobis gaudium magnum: quia natus est vobis hodie Salvator.* Siccine tautologicè Homer. 15. *Odyss.* v. 463. *Ut nuncium nunciaret.* Euripid. in *Phæniss.* v. 1081. *Venisti novum nuncium nuncians.* Plaut. in *Stich*: Act. 2. Scen.3. v.67. *Veni, ut nunciarem nuncium exoptabile.* Hebraismus enim constat, ui illud Genes. *Pluit Dominus ignem á Domino*: ideest, singularem ignem, dignum admiratione, quippe non à viribus naturæ; ut obsservat Maluend. Semper enim specialis subintelligitur excellentia, dum rebus additur vox Domini, seu Dei; ut *Montes Dei*, *cedros Dei.* Sæpe dixi Tom. priorib. Similiter in præsentiarum: *Nuncium de nuncijs*, mirabile scilicèt nuncium, & admiratione ac gratitudine dignum. *Nuncium de nuncijs* intelligitur ab Origine Angelus de Angelis, qui assumpserunt carnem in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Delirium: refutat Hieronym. hìc, & quilibet cordatæ mentis. Unde quando legit Syr. *Angelus Domini in angelatione Domini*; nil plus signat quàm ministrum in nuntiationis ministerio, seu legatum, ad nuncia Domini: igitur Græcè nuncium significat *Angelus.* Augustin. lib. 50. *Homil.* homil. 50. cap. 10. ait; *Angeli enim utique nuncij sunt; unde & de Ioanne Baptista dictum est. Ec-*

*Incarnatio Verbi Dei, summum & æstimabilius nuncium.* Genes. 19. 24. *Vox Dei addita rebus pro rerum excellentia.* *Quo sensu Baptista Angelus?*

Auguſtin. Hieronym. *ce mitto Angelum meum.* Denique exponere poſſumus cum Hieronymo hìc, *Nunciùs Domini de nuncijs Domini; quaſi dixiſſet, Propheta de prophetis.* Nimirùm, de miſsis à Domino ad prophetandum, & ad verum in arcanis prorſùs dicendum. Ita Homer. 15. *Iliad.* v. 154. *Omnia nuncia hæc, neque falſa nuncia ſis.* Euripid. in *Tauric.* v. 459. *Ad templum venit, neque nuncios falſos dixit paſtorius vir.* Falſi prophetæ prophetant non prophetantes, quippe afflati ſpiritu falſitatis & erroris, & non à Domino miſsi. *Non miſi eos, ait Dominus.* Ierem. 27. 15. 29. 9. Aggæus erat homo, & miſſus à Deo: nuncius Domini, utpotè propheta verus, cuius verum teſtimonium, uti comprobaverat quodlibet ab illo vaticinium.

37 Tam falſi quàm mendaces prophetæ ſibi arrogant miniſterium extra officium, nec adimplent miniſterium: igitur buccinantes non prophetant, dum miniſterium, ad quod non electi, iactabundi miniſtrant; contra illud Pauli: *Miniſterium, in miniſtrando.* Miniſterium ſignat munus, ſeu officium: & in officio eſt uſus miniſterij, qui dicitur miniſtrario. Ut totum ſit conſonum, & impletum miniſterium: debet eſſe in munus vocatio, & ultra vocationem in miniſterium electio; quia non currentis, neque volentis, ſed miſerentis eſt Dei. Miniſtratio igitur in miniſterio ab electo ritè fit, quando non ab ambitione, ſed à Deo vocatur tanquam Aäron. Secùs in falſis, ſeu mendacibus prophetis: equidem vel in ipſa officij adminiſtratione, nullum profectò ſine gratia miniſterij. Æthiop. *Miniſterium iuxta miniſterium.* Syr. *Miniſterium in miniſterio ſuo.* Quid hoc, exponit ibid. Paulus. *Habentes donationes* (inquit, v. 6.) *ſecundum gratiam differentes: ſive prophetiam, ſive miniſterium in miniſtrando.*

Rom. 12. 7

*Quid miniſtratio in miniſterio?*

38 Quomodò in miniſterio miniſtrationis gratia, demonſtrandum aliâ inſigni difficili Tautologiâ. *Audivi* (ait Ioannes) *vocem de cœlo: & vocem quam audivi, ſicut citharœdorum, citharizantium in citharis ſuis.* Hic ſtylus per varia ac varia meditanter glomeratus, denotat ex miniſtris, inſtrumentis, & actionibus; quàm ſonorum, quòd *Unuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat.* Hinc D. Thom. 3. *diſt.* 27. *q.* 1. *a.* 3. *ad* 5. ſignat pacis harmoniam, & tranquilitatis ordinem, quod in ordine cuncti & ſinguli ſua loca teneant, & exercitia. Non conſonum, imò abſonum, & abſùrdum; quòd qui non citharœdus citharizet, vel quòd non citharizet citharœdus: vel quòd citharizet ſine cithara, vel denique quòd citharizet, & non in cithara ſua: quatenùs hac metaphorà exhiberetur miniſterium ſine adminiſtratione, adminiſtratio ſine miniſterio, miniſtratioque in officio proprio; ut eluceat uti turpis miniſtratio ſine officio. Ordo in conſonantiam recti regiminis eſt officium, officium creditum, officij uſus, dexteritas officio fungentis, & voluntas in uſu adminiſtrationis; ne miniſterium habens ſit otioſus ad opus & operam, vel mittat non habens, falcem in meſſem alienam: equidem qui inſcius miniſterij fungitur audacter officio, non miniſtrat miniſtrando. De Neantho cum cithara Orphei, diximus, *Tom.* 1. T. 2. D. 7. n. 2. *Cum lyram comperiſſet* (inquit Gyrald. Dialog. 2. *Hiſtor. Poëtar.*) *arbores & feras traxiſſe, in eius venit habendæ deſiderium. Sinu lyram recondens, illamque manu ſumens pulſabat: ſed ut erat rudis, chordas confundebat, confuſèque atque inconditè tractabat; cùm bellus ipſe ſibi placens divina quædam cantica ipſâ lyrâ ſe cantaturum putaret, quibus omnes mulcerentur, ſeque inde beatum fore Orpheæ ſcilicèt hæredem muſicæ. Quæ dum agit, vicinæ canes eo ſonitu excìti, infelicem citharœdum diſcerpſerunt.* Ne uſuveniat in ordine confuſio, & in citharœdis cum calamitate proiectio; ita Paulus alloquitur Epheſios: *Obſecro vos in Domino; ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis.* Ni haccine vocatione, non ambulatur dignè nec ſeſe gerunt miniſtri erga munera præclarè. Dialecto noſtra. *Se poſſa paſſando aſsi, pero con indignidad.* Nihil ergo in opere, ut ait Horat. de *Art.* v. 194.

Apoc. 14. 2. 1. Cor. 7. 20

*Cur citharæ & citharœdo conſertur regimen?*

*Quid miniſtrare miniſtrando?*

Gyrald.

Epheſ. 4. 1.

Horat.

*Quod non propoſito conducat, & hæreat aptè.*

39 Ad unguem quadrat in huiuſmodi harmoniam Pauli emblema ex officijs membrorum humani corporis. *Sicut enim in uno torpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alterius membra.* Rom. 12. à v. 4. Gratiæ gratis datæ illarumque uſus, ſicut munus membrorum, ſingula ſcilicèt ad ſingula. Neceſſe eſt, quòd homo videat, audiat, &c. Munera diverſa ſunt, & in diverſis corporis membris; quia in ſingulis ſingulæ ſenſationes, ut auris corporis videat per oculum, ſimiliterque audiat oculus per aurem, mutuaque ſint officiorum miniſteria, ut alterius ſint proprià operatione ſingula. Ridiculum prorſùs ſi auris vellet videre, & oculus deſideraret audire: eſſent ſanè & non eſſent oculi & aures. Citharizarent, ſed non citharœdi, nec in citharis ſuis: miniſtrarent, ſed non mi-

*Nullus ad omnia.*

miniſtrando, nec in miniſterio ſuo: non ſtarent in vocatione, qua à natura vocatus unuſquiſque ſenſus, & in munus ſingulare conſtitutus. Non quia membrum corporis eſt, poteſt omnia, quæ in uſum corporis munera neceſſaria. 1. Cor. 12. à v. 14. *Nam & corpus non eſt unum membrum ſed multa, &c.* *Cur officinæ conferuntur corporis membris?*

40 Aliter ſumitur moraliter, ſeu tropologicè; quatenùs *vocatio qua vocati*, ſignet ſtatum lucis & gratiæ. Unde Apoſtolus infit alibi: *Vocavit nos vocatione ſuâ ſanctâ. Sanctâ*, ideſt, gratuita, ut ſubditur: *Non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum, & gratiam, quæ data eſt nobis* (decreta dari: verbum reale pro mentali) *in Chriſto Ieſu ante tempora ſæcularia: manifeſtata eſt autem nunc, per illuminationem Salvatoris N. Ieſu Chriſti.* v. 10. Latè & floridiſsimè Auguſtin. *de grat. & liber. arbitr.* cap. 5. Gratuita ergo, quippe ex mera gratia atque voluntate Dei, & non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos: vocatio nimirùm in admirabile lumen ſuum, ex tenebris in lucem ſplendidam, ac de peccatis per gratiam eius in gratiam; ut dignè ambulemus, & per opera bona certam noſtram vocationem faciamus, oſtendentes qualem accepimus lucem per vocationis illuminationem; præclarè nos gerentes ad Angelos & ad homines, quia ſpectaculum facti ſumus & Angelis & hominibus: etiamque ad vocatorem ad gratiam & gloriam; quo conſtet, à quo qui vocati, vocati ſunt, & ad quid. Variant enim homines invocatione quotidie, ſtudentes continuò varietati, ut diximus ex Seneca, *Tautolog.* 4. n. 1. canitque Horatius, lib. 1. *Satyr.* 1. à v. 1. *2.Tim. 1.9. Verbum reale pro mentali. Quid vocatio ad vocationem?*

*Qui fit Mæcenas, ut nemo quam ſibi ſortem*
*Seu ratio dederit ſeu fors obiecerit, illa*
*Contentus vivat; laudet diverſa ſequentes?* Horat.

Unuſquiſque in qua vocatione vocatus permaneat; quia non aptus regno cœlorum, ſi retrò reſpiciat. Reſpondeat Ethnicus Ethnico: hic applicando pharmacum, dum ille ſignavit morbum. Perſius ita, *Satyr.* 3. v. 67. *Rarò quiſque ſuâ ſorte contentus.*

*Quid ſumus, & quidnam victuri gignimur, ordo*
*Quis datus, aut metæ qua mollis flexus, & unde.*
*Quantum elargiri deceat: quem te Deus eſſe*
*Iuſſit, & humanâ qua parte locatus es in re.* Perſius.

41 Phraſis cum expreſsione ſuppoſiti delicanda. *Vocatione vocari*, eſt Idiotiſmus Hebraicus, quo actio ſumitur pro materia actionis, ut diximus *Tautolog. antec.* n. 33. ſæpeque occurrit in Biblijs. *Vindicaverunt vindictam.* 1. Machab. 9. 42. ideſt, iniuriam. *Theſaurizate theſauros.* Matth. 6. 20. divitias, nempè. *Vidi viſionem*: hoc eſt, imaginem, & alia videnda in *Prolog. Galeat.* §. 4. num. 9. & 10. Pariformiter hic, *Vocatione vocati*, idem eſt, ac vocati ad gratiæ ſtatum, vel ad gratiam vocationis, ut cum illius perſeverantia, à quo gratia, detur gloria. *Matth.* 10. 22. Ea cœleſte inſtitutum. *Actio pro materia actionis.*

——*Poſt illud levitas tibi libera non eſt.* Ovid.
*Qua poſitus fueris in ſtatione, manes.*

Ovid. 2. *Faſtor.* v. 673. Sic igitur geminantur huiuſmodi voces, non tautologicè, ſed emphaticè, pro attentionis ſtudio; ut mens tot geminationibus incumbat arcano. Quid Ethnicus ſucci dicet, 9. *Metam.* fab. 11. ubi:

*Somnia pondus habent? An habent & ſomnia pondus?* Idem.

Totum tautologicum, ut verſus impleret hiatum. In Scriptura aliquid intenditur meditanter ex regyratione verborum per modos varios, cuius exempla appoſui *Tautolog. præc.* n. 16. Quo ſtylo utuntur etiam Profani, dum aliquid altiùs conantur exprimere. Homer. 5. *Odyſſ.* v. 99. *Perficere animus iuſsit, ſi poſſum perficere, & ſi perficiendum eſt.* In argumentum præiacentium Pleönaſmorum, Sophocl. in *Philoteet.* v. 55. *Adminiſtrare, quia adminiſtrator adveniſti.* Etiam Ariſtophan. in *Avib.* Act. 12. v. 57. *Valdè ignavè miniſtras in miniſterio.* Homer. 18. *Iliad.* v. 584. *Citharâ ſonorâ puer ſuavitèr citharizabat: chorda bellè reſonabat.* 4. *Odyſſ.* à v. 16. *Cantabat divinus cantor, citharam pulſans, & ſaltatores cantum auſpicantes, ſaltabant.* Idem iterat, 1. *Odyſſ.* v. 530. 8. v. 531. 17. v. 358. & Q. Calab. *lib.* 14. v. 134. *Concinnè concinentes.* Quibus phraſibus, ſuppoſito explicito demonſtratur opus in ſuo genere perfectum: ſic dicitur Cantic. 7. 1. *Quæ fabricata ſunt manu artificis*: hoc eſt, perfectiſsima monilia, affabrè facta. Supponitur prorſùm artifex in artificio, ſed ut ſignetur artificij abſoluta perfectio; ſimul indicatur quòd neceſſariò ſupponitur. Vid. *Tom.* 4. *T.* 2. *n.* 19. Explicat Seneca, *Epiſt.* 123. *Chryſtallina & murrhina, & cælata magnorum artificum manu.* Scitiſsimè nimirùm, eximiè, perpolitè, aut ſubtiliter. Vernaculè, *Eſmero, primor, deſtreza.* Orpheus, *Argonaut.* v. 319. *Manu doctâ.* Quo intelli- *Cùr explicatur ſæpe ſuppoſitum? Senec.*

Exod.31.3. Hebr. Maluend. telliges illud Exod.31. *Implevi Beseleël spiritu Dei* (mirabili, scilicèt, ut observavimus *num.36.*) *ad excogitandum quidquid fabrisieri potest*: Hebr. *Ad cogitandum cogitationes ad faciendum; ad imaginandum imaginationes.* Maluend. *Ad excogitare excogitationes ad facere in auro & argento*: putà, opera ingeniosa, in summa perfectione perfectissimè. Quod quidem innuitur, dum ibid. signatur: *Spiritu Dei sapientiâ & intelligentiâ & scientiâ in omni opere.*

*Sibyllæ an fuerint?*

42 Pro complemento Tautologiæ ex affinitate prophetici argumenti quasi per saltum strictim dicam quid decantatæ Sibyllæ? Strictim, igitur amplissima videri possunt, apud Onuphr. Panvinium special. libell. de *Sibyllab.* Gyrald. Dialog. 2. *Histor. Poëtar.* Marc. Varron. de *Reb. div.* ad Cæsar. Gregor. Tolosan. lib. 18. *Syntagm.* cap. 6. num. 6. Dempster. in *cap.* 24. *lib.* 3. Rosin. *Antiq. Rom.* Syst. Senens. 2. *Biblioth.* v. *Sibylla.* Iacob. Bosium de *Cruc. triumph.* lib. 4. cap. 10. Theophil. Raynaud. *Theolog. natur.* distinct. 5. quæst. 2. art. 2. n. 194. Serarar. in *Symbol. Athanas.* n. 87. Salmer. *Tom. 2. tract.* 19. Barrad. Tom. 1. *Concord. Evang.* lib. 3. cap. 25. Azor 1. *Institut.* lib. 9. cap. 24. quæst. 10. Vazquez, *Tom. 2. in 1. p. disp.* 132. *cap. 2. n. 7.* Alphons. Mendoz. *Quodlib.* q. 3. Scholast. n. 2. Suar. Tom. 1. in *3. p.* disput. 3. sect. 2. n. 6. Eugubin. de *Perenn. Philosoph.* lib. 1. cap. 1. aliosque plures. Nullas fuisse in orbe asseruit Ioann. Froster. in *Dictionar.* verb. *Kabal.* sed Sibyllam dictam, quasi *cabalam*, facili inter Græcos commutatione *K.* in *C.* & *C.* in *S.* unde apud illos non dicta *Sybilla*, sed *Sibulla*: qua voce usus est Tacit. *6. Annal.* cap. *6. Relatum* (ait) *inde ad Patres de libro Sibullæ.* Fiebatque frequenter commutatio *Ypsilon* apud Rom. in *V.* quapropter *Sulla* pro *Sylla*, & *Sullanus* proferebatur pro *Syllanus.* Hinc traditiones antiquorum Patriarcharum (dictæ *Cabala*, ut vidimus *Tautolog.* 1. n. 19. quæ dispersæ inter filios, & ab his in Gentes, cùm compilatæ fuissent; & ut vaticinia cultæ) pro Sybillis habitas, & illorum vaticinia sacra indigitata Oracula Sibyllina.

Froster.

Tacit.

*An Sibyllæ à Cabala?*

43 Non ingratum huiusmodi ratiocinium N. Quintanilla, lib. 1. de *Tabernac. Fœder.* sect. 5. astruitque ex proprio Marte, ideo dici Sibyllam Ægyptiam, Babylonicam, Persicam, &c. quippe per has regiones dispersi Hebræi: & cùm ab his, suis quæ tradita Patribus, notescerent Gentibus (igitur illis tradita eloquia Dei) Gentes hæc audientes, quia cunctis commodum (ut illud apud Cicer. 2. de *Divinat.* quod etiam referunt Baron. in *Apparat.* n. 23. & Genebr. *Chronolog.* Ann. Christ. 71. *Regem citò venturum, sine quo homines salvi esse non possent*) Vaticinia adiungentes vaticinijs; huiusmodi sententiarum fatidicarum formulas vocaverunt Hebræi Cabalam, Gentesque Sibyllas. Harum oracula distinctis in nationibus dispersa, à Romanis collecta fuere, servata & observata, summoque studio à XV. viris custodita: propterea combusto Capitolio temporibus Syllanis, per alias atque alias Imperij vasti provincias, vigiles miserunt ministros, ut Romæ servarentur: quæsita & inventa Oracula. *Qui quidem libri* (infit Alex. ab Alex. *lib. 3. cap. 16.*) *á Tarquino Superbo ære magno coëmpti, ad Cornelium usque Syllam mansere incolumes: tunc enim incensô Capitolio, quúm omnia perflagrarent, ipsi pariter absumpti fuere: siti enim erant in Capitolini Iovis templo, in arca lapidea, loco subterraneo, magnà curà studioque servati.* Adi Plin. *lib. 13. cap. 13.* Aul. Gell. *lib. 1. cap. 19.* Solin. *cap. 8.* & Lactant. *lib. 1. cap. 6.* Ex pravitate Philosophorum verâ falsis mista tradita vulgo; ut cum August. 2. de *Doctrin. Christian.* cap. 28. & 18. *Civ.* cap. 37. observavit Genebrard. de *Trinit.* lib. 1. Hinc quia ex collectis multa depravata, & apocrypha, *Octavius* (infit Sueton. in eo, cap. 31.) *Postquàm Pontificatum Max. quem nunquàm vivo Lepido auferre sustinuerat, mortuo demúm suscepit, quicquid fatidicorum librorum Græci, Latinique generis, nullis, vel parùm idoneis auctoribus vulgó ferebantur, supra duo millia contracta undique cremavit; ac solos retinuit Sibyllinos: hos quoque delectu habito, condidítque duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi.* Idem refert Tacit. ubi dudùm, fusè. Roboravimus hisce congruentijs Frosteri ratiocinium, & Quintanill. cogitationem; sed aliquibus videbitur solummodò cogitatio.

Quintanill.

*Oraculum de adventu Christi, paucis annis ante adventũ.* Cicer.

Alex. ab Alex.

*Quanto studio quæsita & servata Oracula Sibillyna?*

Sueton. *Adulterata reiecta.*

*Fœminæ & virgines fuere.*

Cœl. Rhod.

*An una vel plures?*

44 Fœminas & virgines fuisse plurimi DD. testantur, dictasque Sibyllas, quasi *Theobolas*, Dei nuncias, eiusque consiliorum; sicque honoratas tanquàm à consilijs Dei. Lactant. 1. de *Divin. instit.* cap. 6. Etiam dubium, an una vel plures. *Carminibus Sibullæ* (subdit Tacit. d.) *una, seu plures fuere.* Plinius unam dicit, *lib. 7. cap. 33.* Placet Rhodigino (etsi Varro apud Augustin. 18. *Civ.* cap. 23. plures, non unam dixerit) qui illam filiam Dardani facit, Sibyllam nomine; *ex qua* (ait *lib. 14. cap. 1.*) *in Vaticinatrices omnes propagatum fuit nomen.* Idem Theophil. Antiochen. *lib. 2. Autolyc.* qui infit: *Sibylla Græcorum, & reliquarum gentium prophetissa.* Uterque Clemens astipulatur Alexandrinus,

in

in *Protreptic.* dicens : *Hæc vobis præcepit prophetica & poëtica Sibylla.* Romanus, lib. 5. *Apostolic. constit.* cap. 8. ubi : *Qui Scripturis nostris non credunt, faciat eis fidem vates eorum Sibylla.* Etiam hoc argumentum pro Cabala : verùm communi plausu non una, sed decem statuuntur. Clem. Alex. Clem. Pap.

45 A quo spiritu afflatas, etiam creperum. Rhodigin. d. *lib.* 21. *cap.* 37. quippe cum hoccine donum sit commune bonis & malis, & multoties non sit discretio spirituum, specie lucis poterant falli calliditate dæmonis, moventis humores ; ut vaticinarentur iuxta conceptas imaginatione species. Appositè D. Thom. 2. 2. *q.* 172. *art.* 6. *ad* 1. exponit: *Prophetæ dæmonum non semper loquuntur ex dæmonum revelatione ; sed interdùm ex inspiratione divina, sicut manifestè legitur de Balaäm, licèt esset propheta dæmonum; quia Deus utitur etiam malis ad utilitatem bonorum. Unde & per prophetas dæmonum aliqua vera prænuntiat : tùm ut credibilior fiat veritas, quæ etiam ex adversarijs testimonium habet : tùm etiam quia cùm homines talia credunt, per eorum dicta magis ad veritatem inducuntur. Unde etiam Sibyllæ multa vera prædixerunt de Christo.* In pessimis fuisse ; patet Ioann. 11. 51. & Matth. 7. 22. *Multi dicent mihi in illa die : Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus ?* Argumentum sequitur luculenter Sherlog. in *Cantic.* Antiloq. 7. sect. 8. à n. 71. Aliqui cogitant illis concessum à natura futura fari, sicut Pythonyssis à terra Cicero 1. de *Divinat.* infit : *Vis terræ Pythiam Delphis incitabat, naturæ Sibyllam.* Plato in *Phædr.* uti Ethnicus delirat, tribuendo Apollini, Baccho, Musis & Veneri divinationis furorem. Veneri tribuitur furor amoris. Hinc Ennius: *Quo spiritu prophetaverint?* D. Thom. Cicer. *Quibusnam Dijs Ethnici tribuebat vaticinia?*

*Atque Anchisæ doctu Venus quem pulchra Dearum*
*Fari donavit, divinum & pectus habere.*

Enn.

Fari, ideſt, vaticinari, ut ait Varro, 5. de *Ling. Latin.* & Delr. in Senec. *Oedip.* v. 328. De poëtis iam diximus *num.* 25. potissimè de Æschylo, de cuius *Gorgia*, dicata Musis, quia semper ebrius scribebat, dictum fuit : *Adscribi debebat Baccho.* Huic ergo dicata Orgia, quæ furentes fœminæ celebrabant, dictæ iurè propter furorem *Bacchæ.* Appollini, seu Phœbo attributa quoque vaticinia, qua de causa Pythia dicta *Phœbas.* Ab hoc afflatæ Sibyllæ iuxta mentem Priscorum, ut refert Cœl. Rhodigin. *lib.* 7. *cap.* 29. *Sol mundi mens, nostras mentes ex sese velut scintillas funditans, vehementiùs accensas futuri compotes efficit : unde mira Sibyllarum constant præsagia.* Quare Plato Naturæ tribuit Sibyllarum vaticinia, ex qualitatum quodam temperamento. *Quod autem dementiæ humanæ* (ait *Dialog.* de *Natura*) *Deus divinandi vim dederit, illud argumento esse potest, quòd nemo dum sanæ mentis est, divinum & verum vaticinium ullum assequitur : sed cum vel somno prudentis vis præpedita est, vel oppressa morbo, vel divino aliquo raptu á sua sede dimota, fieri divinatio solet.* Plura refert & refutat Augustin. 12. de *Genes. ad liter.* à cap. 13. & D. Thom. loc. cit. *q.* 172. *art.* 1. *Non enim voluntate humanâ allata est aliquando prophetia.* 2. Petr. 1. 21. Gyrald. Cœl. Rhodigin. Plato. Ambros.

46 Afflatas fuisse Sibyllas à malo spiritu, & exagitatas à dæmone, asserunt Abulens. in 13. *Iosue*, q. 14. Bellarm. lib. 4. de *Notis Eccles.* cap. 15. Delr. 4. *Disq. Magic.* cap. 1. q. 1. & cap. 2. q. 6. Raphaël Torres Tom. 2. de *Religion.* q. 95. art. 3. disp. 3. & denique Laurent. Ananias, de *Natur. dæmon.* lib. 2. cap. 12. Ambrosius expressè docet in 1. *Cor.* 2. v. 12. *Spiritus tamen mundi hic est, per quem arripiuntur phanatici, qui sine Deo sunt. Est enim inter mundanos spiritus potior ; unde solet conjecturis quæ mundi sunt divinare, quem Pythonem appellant. Hic est, qui per verisimilia fallitur & fallit. Hic est, qui per Sibyllam locutus est, sensum nostrum secutus, locum volens inter cœlestes habere.* Intuitus dæmonis est deceptio, atque circumventio humanæ incautæ mentis decipulà veritatis. *Potestates autem aëreæ superbæ atque fallaces* (infit Augustin. lib. 4. de *Trinitat.* cap. 17.) *etiam si quædam de societate, atque civitate Sanctorum, & de vero Mediatore à Sanctis Prophetis, vel Angelis audita, per suos vates dixisse reperiantur, id egerunt ut per hæc aliena, vera etiam, fideles Dei si possent, ad sua falsa traducerent. Deus autem per nescientes id egit ; ut veritas undique resonaret, fidelibus in adiutorium, impijs in testimonium.* Nihil plus dici potest in propositum ; si non saperno, sed diabolico pneumate sunt afflatæ Sibyllæ, quæ tot conformia protulerunt veritati. *Diabolus interdùm veritatem dicit* (ait imperfect. Homil. 19. in *Matth.* prop. fin.) *Concessum est autem diabolo & interdùm verum dicere, ut mendacium suum rarà veritate commendet.* His veris (à prophetis auditis) Sibyllarum diabolus imbuebat vaticinia ; ut crederentur reliqua potiùs mendacia. Iccircò Sibylla dicitur agitata à diabolo & arreptitia, *Agitatæ à dæmone. Cur fic, veraces in vaticinijs? Augustin. Imperf.*

tia : equidem si Sibylla à Pythonissa, seu Phœbade videtur alia; à Iamblico, ut diximus, *n.*23. & Cœl. Rhodigin. *lib.*8. *cap.*15. Pythonissa quæ Delphis, appellatur Sibylla.

*Divino afflatæ Spiritu*

47 Econtrà verò divino afflatas spiritu, astruunt Hieronym. lib.1. *Contra Iovinian.* cap.26. Beda de *Oracul. Sibyllin.* in Tom. 2. Clem. Alex. *6. Strom.* cap. 2. Isidor. 8. *Etymol.* cap.8. Vincent. Bellovacens. in *Histor. specul.* lib. 2. à cap. 100. Syst. Senens. cit. P. Blesens. de *Perfid. Iudæor.* cap.18. Cassanæus p. 12. *Catalog. glor. Mund.* consid. 20. alijque plures. Augustin. 18. *Civit.* cap.23. *Sibylla Erythræa, sive Cumana* (inquit) *nihil habet in toto carmine suo, quod ad Deorum falsorum, sive fictorum cultum pertineat : quinimò ita etiam contra eos, & contra cultores eorum loquitur ; ut in eorum numero deputanda videatur, qui pertinent ad civitatem Dei.* Carmina inveni apud Theophil. Antiochen. ubi supr.

Augustin.

*Erubescite, mustelas & bestias consecrantes,*
*Et lapideas statuas, & simulachra manufacta,*
*Et in itineribus lapidum acervos: hæc adoratis,*
*Et alia multa vana, quæ sanè turpe prædicare.*
*Sunt enim Dij hominum deceptorum stultorum:*
*Horum ex ore funditur lethale venenum.*

Sibyll. Erythr.

Idem asserit Lactantius 1. *Div. instit.* cap. 6. Sed quid de reiectione idolorum & colentium, ut illa pertineat ad electorum civitatem ? Quæ non dixit Orpheus? Quæ non Mercurius Trismegistus ? Illorum veritates pertinebunt ad Civitatem Dei, sed non illi ; sicut nullo modo Caiphas & Balaam. *Multa prædicuntur instinctu quodam, impulso spiritu nescientium ; sicut Caiphas nescivit quid dixit* : ait Augustin. loc. cit. de *Trinitat.* & 13. *Contr. Faust.* cap. 15. *Sibylla & Orpheus & nescio quis Hermes, & si qui alij vates vel Theologi, vel Philosophi Gentium de Filio Dei, aut de Patre Deo vera prædixisse seu dixisse perhibetur. Valet quidem aliquid, ad Paganorum vanitatem revincendam ; non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam, cùm illum Deum nos colere ostendimus, de quo nec illi tacere potuerunt, qui suos congentiles ad idola & dæmonia colenda, partim docere ausi sunt ; partim prohibere ausi non sunt.*

*An paganæ?*

Augustin.

48 De Paulo scimus, multa ad Gentiles ex Gentilibus dixisse, *Act.* 17. à v. 26. Ex Arato *Phœnom.* v. 5. *A Iove principium : huius etenim genus sumus.* Homer. 7. *Odyss.* v. 208. *A Iove sunt omnes.* Ex Orpheo Hymn. in *Iovem*, sumpsit : *In quo vivimus, movemur & sumus.* Quod supr. n. 17. diximus de auctoritate Epimenidis, affert Callimach. Hymn. in *Iov.* v. 8. *Cretenses semper mendaces.* Quinimò ut ait Clemens Alex. *6. Stromat.* cap. 2. Paulus monebat Gentes legere Sibyllam & Hystaspen ( quis fuerit Hystaspis, vid. apud Gentian. hic. La-Zerd. in *Adversar. sacr.* cap. 189. n. 9. Sherlog. *Antiq. Hebr.* lib. 1. disertat. 4. sect. 15. n. 109. Baron. in *Apparat.* n. 19. & Gyrald. de *Poëtar. histor.* dialog. 1. & 3.) ut in illis viderent, quæ prædicabat de Christo, prædicta. Sanè, & ab spiritu agatho, quorum prædictiones spectabant ad nostram civitatem; sed nequaquàm illi, quia cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificaverunt. Dum verò Paulus sive de Callimacho, sive de Epimenide, dicit : *Proprius ipsorum propheta* ; intelligendum est *Poëta*, hoc est Vates, vox anceps ad Poëtas & Prophetas, ut diximus *n.*17. 25. A Cæsaribus vetitum pœnà capitis, ne legerentur Hystaspis, Sibyllæ & Prophetarum libri; quoniam in his legebatur Christus, & dæmon volebat sub servitute eos habere; quod perficere non potuerunt. Ita Iustin. in *Apolog.* & Bulenger. 4. de *Divinat.* cap.1. Hæc problematicè diserui, ut unusquisque suo sensu abundet.

*Paulus multa testimonia Gentilium protulit in illorum conversionem.*

*Hystaspes Vates etsi Ethnicus.*

Tit.1.12.

49 Oracula Sibyllina videnda Tom. 8. *Biblioth. SS. PP.* Aliqua apud Systum Senens. Augustin. Cassanæum locis cit. & Lactant. *lib.* 4. *cap.* 18. Ex his selectiora decerpta, & Senis in templo sculpta, refert Georg. Draudius, in *Solin.* cap. 9. quæ sunt huiusmodi : *Nascetur Christus in Bethlehem, annunciabitur in Nazareth, regnante Tauro Pacifico, fundatore quietis. O felix mater, cuius ubera ipsum lactabunt !* Hæc Sibylla Tiburtina : Samia verò : *Tu enim stulta Iudæa, Deum tuum non cognovisti, ludentem mortalium mentibus ; sed spinis coronasti, horridumque fel miscuisti.* Phrygia insit : *Tuba de cœlo luctuosam emittet vocem. Tartaream vocem ostendet debiscens terra : venient ad tribunal Dei Reges omnes. Deus ipse iudicans pios & impios simul ; tum impios in ignem & tenebras mittet : qui autem pietatem tenent, iterùm vivent.* Hellespontica autem : *In cibum fel, in potum acetum dederunt : hanc inhospitalitatis monstrabunt mensam. Templi verò scindetur velum, & mediâ die nox erit tenebrosa tribus horis.* Libyca enim : *In manus iniquas veniet. Dabunt Deo alapas manibus incestis. Miserabilis*

*De Iesu Christo Sibyllarum oracula.*

*Tiburtina.*

*Samia.*

*Phrygia.*

*Hellespontica.*

*Libyca.*

&

*& ignominiosus mirabilibus spem præbebit.* Cumæa verò: *Mortis fatum finiet, somno trium dierum susceptо; tunc à mortuis regressus in lucem veniet, primus resurrectionis initium ostendens.* Delphica quidem: *Ipsum tuum cognosce Deum, qui Dei est filius.* Cumana, de qua furtum Virgilij, *Eclog.* 4. Cumæa. Delphica. Cumana.

*Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.*
*Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna:*
*Iam nova progenies cœlo demittitur alto.*

Erythræa verò: *De excelso cœlorum habitaculo prospexit Dominus humiles servos, & nascetur in diebus novissimis de virgine Hebræa in cunabulis terræ.* Denique Persica: *Panibus quinque, & piscibus duobus hominum millia quinque in eremo satiabit; & reliquias tollens, duodecim cophinos implebit in spem multorum.* Rem mirabilem narrat Ioseph. 7. de *Bell.* cap. 12. de quodam Iesu, filio Anani, rustico. *Quadriennio priusquàm bellum gereretur, in summa civitatis pace atque opulentia, cùm ad festum diem venisset, quo ategias* (Tabernacula) *in honorem Dei componi in templo ab hominibus mos est; repentè exclamare cœpit: Vox ab Oriente, Vox ab Occidente, Vox á quatuor ventis, Vox in Hierosolymam & templum, Vox in maritos novos, novasque nuptas, Vox in omnem hunc populum: atque hæc interdiú noctuque clamitans, omnes civitatis vicos circuibat. Magistratus autem rati, quod erat verum, magis divinum esse hominis motum, ducunt eum ad Romanorum Præfectum: ubi plagis usque ad ossa laceratus; neque supplex cuiquam fuit, neque lachrymavit: sed ut poterat inclinans magis flebiliter vocem, ad singulos ictus respondebat: Veh veh Hierosolymis::. Maximè autem diebus festis vociferabatur, idque per annos septem & quinque menses; neque voce raucior fuit. Obsidionis tempore quievit: supra murum enim circumiens, iterùm Veh veh civitati ac fano ac populo voce maximá clamitabat: cùm autem ad extremum addidit, Veh etiam mihi; lapis tormento missus eum statim peremit.* An hoc à Deo, Deus scit: quomodò etiam Sibyllæ prophetantes prophetabant. Erythræa. Persica. Ioseph. *Mirum vaticinium de Hierosolymitano excidio*

50 Hoc argumentum Tautologiæ principalis: *Universæ prophetæ prophetabant.* 2. Paral. 18. 9. *Prophetæ vaticinabantur.* Ita alij synonymicè, ut vidimus in Liter. *Vaticinijs prophetabant: Prophetabant prophetantes.* Maluend. *Prophetæ prophetantes sic: Prophetæ prophetare se facientes.* Excogitemus aliqua, ut videamus in cœlo à quo prophetia; igitur Spiritu-Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. *Variet. lect.*

## ADINATON EXEGETICUM.

1. *Prophetæ prophetabant.* Vocati fuerunt in munus prophetarum, ut actione & exercitio comprobarent ministerium. Officij materia sine actione est profectò sine forma: & in prophetarum munere, iurè dicitur quòd prophetabant prophetæ; quia persistebant actione in opere ad quod vocati.

2. *Prophetæ prophetabant.* Phrase signat & nobile ministerium, & continuationem etiam miraculorum. Eluxit in Magno Gregorio, sine munere & cum munere huiusmodi magnitudo, dum claruit prodigium multis & spectaculum orbis: igitur assumptus in dignitatem, mirabiliora patravit; quia in despectu dignitatis se mirabilem ostendit.

3. *Prophetæ prophetabant.* Continuationem ministerij verba signant. Per modum transitus datur huiusmodi gratia: & in prophetis proponitur mira; eò quòd in actione transeuntis, esset modus permanentis.

4. *Prophetæ prophetabant. Cantores cantabat.* Est officium sine munere? Profectò, ni qui cantat, cantet corde: igitur cœlo musica non est, si in voce canentis duntaxàt auditur vox.

5. *Prophetæ prophetabant.* Signatur munus & opus, ut opere pateat munus. Videtur evanidis accipientibus officium, officium accepisse & nequaquàm ministerium: officiumque ministerium dicitur; ut officium utentis, uti officium cognoscatur: etenim si ministrando comprobatur ministerium; sine officij servitute non est officium.

6. *Prophetæ prophetabant.* Huiusmodi clausulà taxatur rabularum voluntaria legibus expressis glossa. Hi prophetæ dicuntur deliri, quippe afflati à dæmone. Causidici dum prophetant, non prophetant; sed delirant: siquidem quod dicere debent lege, dicunt furore.

# DIDASCALIA PRIMA.

## *In Monachis oblivio vocationis, principium frigiditatis.*

1 VOcavit nos Deus vocatione sanctâ suâ, ut introiremus felices in sancta, à Christo æternâ redemptione sanguine inventa. Vocati fervidè in claustra confugimus: à quibus sæpe abest animus; vel quia vocatio non vocatio, vel si vera, veræ oblivio. *Unusquisque* (ait Paulus) *in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.* Respondeat unusquisque vocationi; ut comprobetur, quod à vocatis astruitur: permanereque commendat in munere vocationis vocatis ad munus; quoniam præsentiscit pectus, an vera vocatio aut falsa ex ipsa vocationis oblivione, aut permanentia. *Cui nihil constat, nihil diù placet* (ait Stoicus *Epist.* 52.) *Quid est hoc, quód nos alió tendentes, alió trahit, & eó unde recedere cupimus, impellit? Quid colluctamur cum animo nostro, nec permittit nobis, quicquam semel velle? Stultitia est*: equidem ponenda sumimus, sumptaque deponimus; non ut nostram exponamus vocationem, sed animi fatuitatem, quærentes ampliorem libertatem mancipati servitio, fugientes laborem in electo ministerio; quo irrita vel nulla patet in exercitijs vocatio: etenim minimè ex illis videmur promisisse servitutem, sed titulo servitutis amplissimam libertatem. Dicimus, aspera quærere, sed tantùm dicimus; quippe vel nomina horremus. Nihil ergo perficimus, quo certam nostram vocationem faciamus.

1. Cor. 7. 20.

Senec.

*Unde constat vocatio vera, vel ficta?*

*Grandia sæpe quibus mandavimus hordea sulcis,*
*Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ.*
*Pro molli viola, pro purpureo Narcisso*
*Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.*

Virgil. *Eclog.* 5. v. 56.

Sic igitur pro virtutibus vigent floridè vitia: igitur quærere in Religione commoda, est tentatio & à satana.

2 *Cur tentavit satanas cor tuum* (dixit Petrus Ananiæ) *mentiri te Spiritui Sancto?* Ideò, gratiæ vocationis in discipulatum, de votis servando pretium. Ita Chrysost. hìc *Homil.* 12. Cur igitur dicitur tentatio, quæ vocatio gratiæ videbatur abdicatione bonorum? Propter propositum fictâ vocatione pravum. *Voluit esse in collegio iustorum* (subdit hìc Petr. Comestor, cap. 22.) *ut haberet necessaria vitæ sine labore.* Effectu probavit vocationis falsitatem, qui non quærebat in vocatione laborem: equidem cùm vita perfecta, laboribus non sit vacua; vocatio sic, non vocatio, sed tantatio diabolica: quandoquidem Religioni haud accedebat, ut laboribus serviret; sed absque ullo labore inter sudantes comederet. Certa vocatio iuxta Petrum, non astruitur nisi per opera bona, haud per commoda in religiosa vita; quia implicat austeritas religionis, & commodum voluptatis: mentirique dicitur gratiæ vocationis Ananias, quem specie vocationis vafrè decepit satanas; quia duntaxàt sumebat Religionis formam, ut sine labore haberet, quæ sunt necessaria ad vitam. *Multos profectò habent sectatores nostro sæculo* (ait hìc Salmeron, *Tract.* 21.) *qui nullà alia ratione religionis statum amplectuntur; nisi ut honestam quandam habeant tuendæ vitæ rationem sine labore. At tales, qui tam perverso & infausto principio vitam Monasticam aggrediuntur, digni sunt, quos Deus suo deserat spiritu, & infelices sortiantur exitus: plurimi cæteris fratribus negotium faceſſunt, ac intolerabiles fiunt.* Placidiùs ingrediuntur tyrones in Religionem, quàm ingrediuntur ad opificem. Vulgò: *No entran para passar santamente en Religion: entran en Religion, para poder commodamente passar.* Totum spiciosè tectum, mendacium pellucet. Unde Arator hìc *lib.* 1. v. 426. succinit:

Hist. Sch.

*Pro commodo ingressus in Religionem est tentatio.*

2. Petr. 1. 10

Salmer.

*Quàm pravus intuitus*

*——Mutata voluntas*
*Falsi crimen habet.*

Arator.

3 Vocatio vera est, ubi persistit memoria cœlestium; qua feliciter in laboribus viventes scandunt Olympum. Exemplum extitit Ethnicus. *Patrimonium totum suis spontè Anoxagoras reliquit* (ait in eo Diogen. Laërt. *lib.* 2.) *possessiones cùm desertas vidisset; Non essem, inquit, ego salvus, nisi istæ periissent. Profectus ad speculandam rerum naturam, cœlique se contulit; rei & publicæ & privatæ omninó negligens: adeo ut cuidam se ita compellanti: Nullàne tibi patriæ cura est? dixerit: Mihi verò patriæ cura & quidem summa est; digitum in cœlum intendens.* Optima

Diogen. Laërt.

*Patria Monachi cœlum.*

næ

næ vocatio, ubi cœli duntaxàt solicitudo; equidem perfectioni studet, qui propter cœli studium patrimonium relinquit (haud qui in vocatione quærit) degens in terra, cœlum respiciens pro patria.

*O facies signata nota! Quod nomen & ipsi*
*Auctores tibi dant artes, quá ducit Olympum:*
Manil. *In qua fortunam natorum condidit omnem*
*Natura: ex illo suspendit vota parentum.*

Inquit Manil. 2. *Astronom.* cap. 16. à v. 104. Hic culmen fortunæ: duces scilicèt ductores in cœlum sequi. *Quid tibi videbitur divina lux, cùm illam suo loco videris?* Gaudia cœlestis vitæ. *Hæc cogitatio nihil sordidum animo subsidere finit, nihil humile. Deos omnium esse testes: illis nos approbari, illis in futurum parari iubet, & æternitatem proponere: quam qui mente concepit, nullos horret exercitus, non terretur tubá, nullis ad terrorem minis agitur. Iam hinc altius aliquid sublimiusque meditare. Aliquando naturæ tibi arcana retegentur, discutietur ista caligo, & lux undique clara* Senec. *percutiet. Imaginare tecum, quantus ille* Qualis in terrâ vita cœlestis? *sit fulgor, tot sideribus inter se lumen miscentibus. Nulla serenum umbra turbabit: æqualiter splendebit omne cœli latus. Tunc in tenebris vixisse dices, cùm totam lucem totus adspexeris.* Hactenùs Seneca, *Epist.* 102. Hæc Ethnicus! Hæc sanè dicit Ethnicus, ut erubescat Monachus, non electus, etsi vocatus: equidem per vitæ corruptelam, exprimunt illuc vocationem pravam: & aliquando relaxatione in crimen, nullam fuisse vocationem.

4 *Prophetæ prophetabant*: dicit nostra Tautologia. 3. Reg. 22. 10. Vocati fuerant in munus Prophetarum. Quorsùm ergo cum actione designatur ministerium? *Operatio est finis agentis* D. Thom. (inquit D. Thom. 1. *p. q.* 105. *art.* 5.) *sicut igitur materia est propter formam; ita forma quæ est actus primus, est propter suam operationem*: actio sanè astruit responderi Ubi abest muneris opus, informe munus. propositò, quoniam nullum ministerium, ubi nulla ministratio, uti ex Paulo diximus in *Liter.* num. 37. siquidem sine actione ministerij materia, esset prorsùs ministerium sine forma. Undè in munere Prophetarum, meditanter dicitur, quòd prophetabant prophetæ; quia persistebant continuò in munere ad quod vocati. De Asbesto Lapide dicit Solinus, *cap.* 13. *Hic accensus semel, extingui non potest.* Idem Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. aptiùsque in nostrum propositum Iacob. Bornitius *Emblem.* 14. subdit:

*Arcadiæ tellus lapidem producit Abestον:*
*Ferreus huic color est, naturæ mira potestas:* Bornit. Conditio Asbesti.
*Nam semel accensus, conceptos detinet ignes,*
*Extinguique nequit pellucens perpeti flammâ.*

Si conditione huius sequimur gemmæ, respondemus vocationi: igitur semel accensi retinemus vocationis flammam, & convertimur in gemmam, studentes fervori sacri instituti, semel de cœlis illuminati: consequimurque gloriam, quia primæ gratiæ in corde servamus flammam. Ut Monachus sit gemma pretiosa, conservanda vocationis flamma. Bocch. Symb. 76.

*Sed cur consequitur? Quia finem respicit unum:*
*Idque petit constans, quod semel instituit.*

Mirificè: equidem deficit virtus, ubi in virtutem deficit conatus, quod in principio videtur levis iactura, & in opus apparet ruina magna.

5 Nazareatus in lege veteri, quasi perfectionis status, perfectionis Monachorum erat typus. *Sanctus erit*, qui fecerit votum Num. 6. 5. v. 8. separationis, *crescente cæsarie capitis eius. Omnibus diebus separationis suæ sanctus erit Domino.* Aliquibus placuit, ex ly *Cæsarie crescente*, in die separationis caput radi. Vividè typus, dum separamur à sæculo, In ingressu resecand e cogitationes sæculi. quùm nos suscipit Religio, sectis pristinis capillis, ut oppositæ crescant cogitationes: igitur non crescent quæ Religionis propriæ, ni resecentur cogitationes sæculi. Hinc separatio dicitur consecratio. *V.* 2. siquidem vel in separatione Domino cogitationes minimè consecramus, dummodò quæ à sæculo cogitationes fovemus. Totum caput radendum, ne maneat levis capilli vestigium in sæculi cupiditates, vanitatis distractiones, & carnis solicitudines; queis nova nequit crescere cæsaries: equidem cùm illi capilli essent reliquiæ nequam depravati sæculi, & cogitationes novæ cogitationes cœlestes; diem festum nequaquàm agent reliquiæ cogitationis. *Omnibus diebus crescente cæsarie sanctus erit Domino.* Alapid. *Idest, mentem* Alapid. *non habeat nudam, sed divinis cogitationibus comptam.* Mens nuda otiosa est, quam Otiositas nocet statui perfectioni. divinæ cogitationes ornant, ut separati à sæculo mundè vivant: quandoquidem Domino violabunt consecrationem, si in Monasterio recluſi foverint otiositatem. *Omnibus diebus crescente cæsarie erit Domino sanctus* in statu perfectione: equidem si cæsaries cumulus cogitationum, & tendere in perfectionem, iuris est propter statum; necessarium quod à culmine ruat, ni in perfectionem cogitationibus crescat. *Omnibus diebus.*

Cur

Cur sæpe non omnibus? Quia parvipendunt levem cogitationem, ut levem; quæ licèt levis iugulatura virtutem.

Iudic. 13. 7. 6 Patet in Nazaræatu Samsonis. *Puer nazaræus Dei ab infantia sua ex utero matris.* Septem crines rasi, & qui validus præ cunctis, inventus sine virtute. *Statim ab eo fortitudo discessit.* O vana cogitatio! Quanta virtus evanida levi ferro! Secti sunt capilli, quibus vitam sacratiorem inchoavit, & cuius observantia illum ac virtutem custodivit: unde in adulta ætate mancipatus inimicis; quippequàm non erant ei primæ illæ cogitationes. Primę erant dicatę Deo: sectis crinibus *polluta sanctificatio.* Dies enim priores irriti facti, quia omnibus diebus dedicatus servituti: & qui ab infantia invictus, sine ulla virtute vel infantium dedecus; quia primæ defecerunt cogitationes in perfectionem virtutis. Capillus fatalis de cœlo concessus aliquibus, uti fusè diximus *Tom. 4. T. 1. à n. 25.* Quin ille secaretur, illo potitus immortalis vivebat, sine illo peribat; quo signatur perfectio Monachorum solicitantium totis viribus virtutem, vitiaque in virtute languentium ad mortem: igitur urgente ad memoriam sæculo, illis neque cogitatio: his cadentibus in laqueos diaboli & mortis, quia non mortalis videtur levis cogitatio ut levis. Ex crinibus fiunt in capite coronæ, & quia in modum coronæ, olim dicebantur Nazaræi. Ita autumat Alapide, quò dudùm. De meteoris huius nominis infit Senec. 1. *Natural. qq.* cap. 10. *Coronæ ubique fiunt. Coronam si diviseris, arcus erit.* Per coronam perfectio signatur, & perfectionis plenitudo; iuxta Pier. Valerian. *lib. 39. cap. 10.* Quid si dividitur? Est arcus & arcus, queis sagittantur recti corde, ab his qui non vivunt rectè: etenim qui in Monasterio dividunt coronam cogitationum, corrupti convertuntur in arcum pravum. In claustris frequenter pravi, qui non coronà perfecti: equidem cùm status perfectio sit virtutum plenitudo; qui vocationis oblivisci tur, decidit in arcus praviſsimi curvitatem, ita aversans observantiam & status perfectionem; ut cordis iam aversi pravitate, fit impossibile dirigi. Ubique coronæ crinium fiunt: sed, ut ait Monachorum Almificus Legislator, *Regul. Sanct.* cap. 1. *Servantes sæculo fidem, mentiri Deo per tonsuram noscuntur.* Si corona perfectio, mentitur Monachus; igitur divisa fit arcus & arcus pravus: quandoquidem dum exteriùs in corona profitetur perfectionem; divisâ cogitationum coronâ, sæculo pravus servat in pectore fidem.

Num. 6. 12.

*Perit, qui in perfectionem virtutis, primas resecat cogitationes.*

Senec.

*Cur his dimisit, pravitas relaxationis?*

S. Bened.

7 Iam non habet præmium, cuius corona vertitur in arcum, variâ diversione affectuum. Cœli sæculique proposita, si socia, nulla.

*Obstant synceris pessima simplicibus.* Accinit Achil. Bocchius, *Symbol. 72.* & Bernard. in *Cantic.* serm. 58. n. 10. *Non potest virtus cum vitijs concrescere.* Medium utique vitiorum virtus, sed nulla in medio vitiorum. *Non possum* (ait Seneca, *Epist. 117.*) *simul & in illo bono & in hoc malo esse. Duo ista non coëunt, nec apud eundem sunt unà bonum & malum. Transcurramus solertissimas nugas, & ad illa quæ nobis opem allatura, properemus.* Nugæ profectò sunt ostentare perfectionem, servando sæculo fidem: quandoquidem assumere iterùm cogitationes abiectas, non est tendere in lucem, sed in flammas. Animam per Euridicen signari eductam ex inferno per Orpheum, conditione non respiciendi retrorsùm; diximus, *Tom. 2. T. 8. D. 2. n. 4-4. T. 5. D. 6. à n. 12.* equidem affectu in relicta tendere, & in oblita memoriâ rapi, vel levi iactu oculorum; sanè relabi in infernum. Hac enim fabulâ Davidis explicanda sententia. *Eruisti* (dicit Domino) *animam meam ex inferno inferiori.* Hæc possunt dicere Monachi, de inferno sæculi in claustra translati, gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ; in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum. Hæc est vocatio nostra gratiâ Dei venientibus in claustra, atque in eis discentibus Monachorum officia, quæ ita signantur Homil. 1. ab Eusebio Emisseno. *Religiosus debet esse neglector quietis, fugax voluptatis, appetitor laboris, patiens abiectionis, impatiens honoris, pauper in pecunia, dives in conscientia, humilis ad merita, superbus ad vitia.* Homo veneno serpentis mortuus instar Euridices in infernum ruit: Christus de inferno revocavit, & in Monasterio tutum ab inimicis constituit; quippe virtute gratiæ anima eruta ex inferno inferiori. Relabitur: cur ergo iterùm ex inferno non educitur? Primò Monachus vocationi respondit: pòst eductus ad lucem restitit, in devotione friget, in proposito indurescit, permanet in pravitate, studet corruptelæ, hancque defendit ita dura cervice; ut persistat in amentia, quanvis descendat in tartara.

Bocch. Bernard. *Nulla concordia cœli & mundi.*

Senec.

*Fabula Orphei.*

Psalm. 85. 13.

*Conditiones perfecti Monachi.* Eusebo Emiss.

*Et deformati, corrupti, frigidi.*

*Iamque pedem referens casus evaserat omnes,*
*Redditaque Euridice superas veniebat ad auras*

Virgil. 4. Georg. à v. 485.

Quis

*Quis tantus furor ? En iterum crudelia retrò*
*Fata vocant : condiditque natantia lumina somnus.*

Hic status frigiditatis pectoris, ex prætermissione vocationis. Semel educi ex inferno, facilè: denuò, impossibile: etenim faciliùs educitur anima ex inferno inferiori sęculi pravi & fallacis; quàm ex inferno superiori conceptæ relaxationis.

8 Ex prima vocatione anima quæ in sęculo bestia, apparet rationalis, quia ab illa excussæ bestiales cogitationes. *Avulsæ sunt alæ eius* (inquit Daniel) *& sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & cor hominis datum est ei.* Magnum sanè, si ex bruto factus est homo. Quid in vocatione secunda? *Ecce bestia alia, similis urso.* In quo ergo imago? Dicit Siracides cap. 25. 24. *Nequitia immutat faciem eius, & obcæcat vultum suum tanquàm ursus.* Daniel addit: *Tres ordines erant in dentibus eius.* En bestia, intra claustra obcæcatione & nequitia: etenim si intenditur revocari à conamine pravo relaxationis; in tutamen statim exerit dentes & dentes. Aliter promemus ex Solin. *cap.* 29. & Plin. *lib.* 8. *cap.* 36. *In somnum ita concidunt ut nec vulneribus excitari queant.* In quæ Monachi deformati deveniunt! Stertunt, non tantum dormiunt. Ex vocationis abdictione in somnum lapsi tanquàm ursi, bipedes bestiæ, ita traditi veterno frigiditate cordis, qua professionem amandant; ut à lethargo oscitantes neque vulneribus surgant. Vernaculè: *No les harán andar derechos, ni à palos.* Virga in regimen necessaria, verùm mollis virga ferrea: igitur qui semèl vocationem perspuit, & semel dormit; nunquàm in munus excitari valet.

Daniel. 7. 4. — Vers. 5. — Difficilè revocatur. — Solin. — Nunquàm spergiscitur.

9 Gustarunt absdubiò de hippocampo, seu equo marino, de cuius esta carne dicit Ælian. 14 *Animal. histor.* cap. 20. *Hominem mox in oblivionem & dementiam incurrere.* Effectus oblivionis dementia est: igitur demens obliviscitur sui; quo eiucet oblivio vocationis sanctæ, dum capti mente: siquidem cùm nihil iuxta rationem egerint, hinc & illinc offendunt vt furiosi, quandiù vixerint. De Galactite lapide (quem Nostrates dicunt. *Quenta de leche*) infit Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. *Memoriam adimere dicunt.* Meminit Georg. Draudius in *cap.* 46. *Solini*: subditque Dalecamp. lit. K. ex Marbodæo:

*Sed turbat mentem, si clausus in ore liquescat.*

Si pro symbolo sæculi Galactites accipiatur; aptè effectus relaxationis exprimitur: igitur cui sæculi memoria in ore dulcescit, iam cœlestium memoria passim evanuit. Haud cognoscunt propensi in corruptelam status periculum ex oblivione status: quiescit in discrimine damnationis æternæ impavidum pectus: & cùm ex defectu mentis memoria langueścat in regione cerebri, ex Galactite e mundi mens adimitur abolitione memoriæ; ut discant Monachi in professum incumbere munus, ne gravet quod levissimum onus: igitur turbatio atque perturbatio mentis, sine ulla memoria ex languore vocationis. *Quæ te mala crux agitat* ? dicam ex Plauto in *Aulular.* Act. 4. scen. 4. v. 4. Crux in mundo semper est: vel bona vel mala. Mala ex cruciatu sæculi: bona ex labore cœlestis instituti. Ut iniquè agant, laborant; sine mente deliraut, fugientes commodum, & amantes detrimentum: equidem gloriosam proijciunt ex humero crucem, ut portent malam & in labores laborem. Audite Cyprianum, vel Tertullian. *Carm. Paschal.* à v. 47.

*Sic Monachus phreneticus & furiosus.* — Plaut. — *Gravia fugiens, & graviora patiens.*

*Incipiunt dulcique : hominem cognoscere sensu.*
*Vidimus & fellis commotum molle venenum*
*Reiecisse bonos turbatà mente sapores,*
*Et avidè sumptum non dilexisse: diúque*
*Multi etiam sanctos ausi contingere fontes;*
*Discessere iterùm subitò, retròque relapsi,*
*Sordibus & cœno mixti volvuntur eodem.*

Cyprian.

Verùm quid angor? Haud aperiet oculos vel fulminis fulgor; nec vivent aliter, etsi totus irruat æther: nonnunquàm siccine cæcis inefficaces cœlestes inspirationes: de quo *Tomis seqq.* præut occurrerit.

10 *Fons mirus Debris* (inquit Solinus *cap.* 33. Pliniusque *lib.* 5. *cap.* 5. Nescio quis ex quo decerpsit) *qui alternis vicibus die frigeat, nocte ferveat, ac per eadem venarum comercia, interdùm ignito vapore æstuet, interdùm glaciali horrore algescat. Incredibile memoratu, ut tam brevi temporis curriculo natura tam dissonam sui faciat varietatem. Quis ergo non stupeat fontem, qui friget calore, calet frigore* ? Ecce pectus Monachi frigidi, vocationis oblivione. Sæculum est locus, quò frigiditas animarum videtur, quippe locus tenebrarum ubi rigor. Monasterium è contrà ubi flagrat cor ignitum, quippe altare holocaustorum. In sæculo pro Monasterio ardet pectus, & in igne Monasterij prævalet frigus ? Ibi igneścit & hìc alget! Incredibile protsùm, ut tam brevi temporis curriculo tantum sit eiusdem in eodem discrimen, & anima tam dissonam sibi

Hippocampi conditio. Ælian. — Fons Debris — Solin. — *Sæcularis voto Monachi, Monachus sæculi.*

sibi meditetur varietatem. Quis non miretur cor, operationum fontem, quod algeat calore, & scintillet frigore? Quid hoc? Dicit Dominus. *Si reverteris, ad me convertere.* Quis conversione non convertitur? Qui in Monasterio tantùm corpore constituitur: qui fictè accedit, qui idola sæculi secum adducit: commendaturque in conversione conversio, ne ficta sit ad Religionem vocatio: igitur conversi non conversi relinquunt in sæculo corda, & portant in pravo corde idolorum simulachra. Non convertitur, à quo brevi amor dissolvitur specie amoris; quia in conversione duntaxat religionis species: optaturque conversio in abdicatione sæculi; quoniam aversio plana vel in ipsa conversione. Patet, cùm cor in sæculo sit, & homo permaneat, ubi cor est: non enim in conversione convertuntur corde toto, quando cor iacet in sæculo. Unde Nazianz. *Carm.* 2. n. 20.

Jerem. 4. 1.

*Illius conversio sine conversione.*

*Non totam verè poterit comprehendere formam:*
*Sic Christo & mundo quisquis partitur amorem.*
*Huius amor planè levis est & frigidus at qui*
*Totam animi flammam penitus defixit in uno,*
*Ille proculdubiò constans & certus amator.*

Greg. Naz.

11 Ulteriùs. Non dicit Dominus: *Si converteris, convertere*; sed *Convertere, si reverteris.* Qui revertitur, deviavit utique: cur igitur conversio commendatur in reversione, cùm sine conversione non possit esse reversio? Indicat, quàm invitè convertatur anima, quæ semel pravè declinavit à via. *Impossibile* (ait Paulus) *eos, qui semel illuminati sunt, & prolapsi: rursùs renovari in pœnitentiam.* Qui convertitur, transit è frigore sæculi ad ignem gratiæ: qui revertitur supponit in conversione post ignem frigiditatem, & animæ obcæcationem; qua eisdem radijs lumen obducitur, dum alius illuminatur. Israël vocatus sine lege fuerat in legem, conversus ex idolis ad religionem: decursu temporis frigidà flammà est relapsus in spreta per Religionem idola; sed cognoscens ex illis & crimine amaritudinem, cogitavit reversionem; illique à Domino dicitur, si revertitur, quòd non fictè convertatur; quippequàm semel elanguidà flammà, in ardenti reversione conversionis apparentia. Vide dicta *Tom.* 4. T. 1. D. 3. à num. 3. Quare vel Profanus 9. *Metam.* fab. 11.

Hebr. 6. à 4.

*Etsi conversio vera, reversio ficta.*

Ovid.

*Et qui desierit, leviter voluisse videtur.*

Innuit Isaias, cùm faciliùs fiat conversio in flammam ex frigore, quàm reversio ad ignem ex tepore. *Utinam* (alloquitur Dominum) *dirumperes cœlos & descenderes, à facie tua montes defluerent, aquæ arderent igni!* Converterentur revertentes ita? Nec per miracula. Semel conversi in voluptatum illecebram, nunquàm revertuntur in flammam. Nec præsentià Dei? Saxeum est cor. Nec radijs gratiæ? Sunt cæci: vident quæ cogitant, sed non cogitant quæ vident. Nec crebrà illuminatrice inspiratione? Etiam si disrumperentur cœli, descendente Domino, ut formaretur reversio, aquà ardore flagrante, ex scintillis præsentiæ: etenim si in aqua signatur frigiditas, & igne charitas; æstuat ignis charitatis, dum frigiditas cordis est focus ignis.

Isai. 64. 1

*Cuncta illi sine effectu ad commotionem cordis & pœnitudinem.*

12 In rem ergo. Non convertuntur revertentes, ex difficultate conversionis. Sunt in sæculo alij tenaces in crimine sicut saxa montium: alij fluxi frigidi conditione aquarum. Convertuntur: sed revertentes in claustris non convertentur; expressà præ relaxatione duritià pectoris mollitie dissolutionis: igitur fovent revertentes idola, semel languente vocationis flammà; dum cordà sæcularium lachrymis licèt saxea, conversione liquefiunt, & aquæ frigidæ cœlesti amore inardescunt. Tempore fiet? Nullo modo. Dies & dies. *Dies formabuntur, & nemo in eis.* Ex correctione morum forma dierum: nihilque diebus & diebus formatur, quia nil tot diebus corrigitur. De diebus & hominibus loquitur Regius Psaltes, respectu formationis & reformationis. Dierum fit formatio, sed ex hominibus nemo: etenim dum plures adduntur in reversionem dies, sunt peiores & peiores. Deficit enim elementaris ignis vel contrario, vel foci recessu. Contrarium igni vocationis Monachorum, est sæculum: focus operatio virtutum: quùm deficiunt in vitam perfectam operationes, sopitus deficit ita vocationis ignis; ut cùm tempore & tempore par esset vehementior ardor in cœlum, ignis primi nec in cinere vestigium. *Apud Ctesiam legitur* (Subdit Solinus, *cap.* 55.) *gens, quæ in iuventa sit cana, nigrescat in senectute.* Contra naturam exponitur conditio, quæ minimè videatur in Monasterio: etenim si nigredo crinium ex virtute facultatum; res omninò fatalis, quod nigredo Monachorum sit ex defectu virtutis.

*Potiùs dolet sæcularis & convertitur; quàm Monachus frigidus.*

Psal. 138.

*In illo nec favilla vocationis.*

Solin.

13 *Ne proijcias me in tempore senectutis: cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me*: Domino virtutum exclamat David. Qui servavit in virtute iuvenem, non conservabit & senem? Cur ergo orat servatus in flore temporis, custodiri vigilanter in

Psal. 70. 9.

in tempore senectutis ? Ne deviet à professa vocatione , pro tempore deficiente virtute : igitur si cana senectus ex defectu languentis virtutis ; econtrà virtuti ex senectute temporis : quandoquidem dum in senectute languescit virtus nigra, non cana senectus. *Senectus eorum qui adolescentiam suam honestis arcibus iustruxerunt* ( ait Hieronym. *Epist.* 2. ) *ætate fit doctior , usu tritior , processu temporis sapientior.* Candicant crines & mores, defectu corporis atque potentia virtutis : in illaque protegi à Domino postulat ; ne marcescente virtute , in professione nigrescat : igitur pudet candoris venerabilis crinium , sine consono ætati candore morum. Candor ex gratia qui debet conservari totâ vitâ , ut floreat in senectute , qui adversus vitia decertavit ætate ; igitur deficiente virtute corporis , corpus convalescit spiritalis virtutis : hinc anima super nivem dealbatur , quia sine crimine in superiora progreditur , & mirè fulget : aliter sordet: siquidem signum est defecisse virtutem,dum morum candor convertitur in nigredinem. *Usque in senectam & senium* ( infit ) *ne derelinquas me.* Usque in senectam & ultrà,quò pervenire debet vita perfecta : ut constet ex candore , quænam profectio in professa virtute : etenim si ex gratia candor , & ex perfectione virtutis splendor; magnum profectò prodigium , quod gratiæ albedo persisteret usque in senectam & senium. Continuat sententias Genebrardus : *A iuventute mea & usque nunc pronuntiabo mirabilia tua : & usque in senectam & senium.* Quæ enim mirabilia ? Collata gratia & semper custodita : siquidem mirabile, quòd usque in senium staret in vocationis candore. Nonne deliquit ? Miserrimè corruit : virtus dereliquit , & lumen oculorum etiam defecit. Quomodò enim candoris lumen a iuventute servatum usque in senectam & senium ? Elanguit flamma , sed excitata pervenit in æthera. Conversus est à delicto , & visa in reversione ex toto corde conversio. Faciliùs fervor vocationis conservatur, quàm restituitur : rarò fit in corde vera conversio , quod semel recessit à proposito:mirabileque in gratia pœnitudinis signatur, dum cor contritum Davidis in reversione convertitur ; quoniam in pristinam flammam rursùm revocari corda , universa profectò sunt numinis mirabilia.

Hieron. — *Non cana, sed nigra senectus.* — V. 18. — *Mirabilis in senecta, prima vocationis flamma.* Vers. 17. — *Amplior, quod sciretur extincta.*

14 Cuidam admonenti Diogenem Cynicum , ut iam senex quiesceret à laboribus : *Quid* ( inquit ) *si in stadio currerem, utrùm oporteret iam metæ vicinum , cursum remitere , an magis intendere* ? Magis intendendum vocationi , quò minus supereset vitæ. Vid. Erasm. Roterodam. lib.3. *Apophtheg.* n. 31. Miserum profectò cum iuventutis sarcinis currere , & denudatum languere. In cursu vitæ perfectæ ius est permanere propositum , usque in senectam & senium : igitur frontis suffusio , quod iuvenes candore virtutis floreant , & qui floruere,in senectute nigrescant. O Monachi! Vigilate. O Monachi! *Gratia* (ait Plutarch. de *Tractand. Republic.* ) *ex candido animo profecta , quæ suffragatur factis, cum hisque certans commendatio iustæ ductris benevolentiæ , quasi lumen & splendorem virtutis gaudio conciliat. Neque est permittendum* ( intendite ) *ut coronæ athleticæ modò marcescat in senio gloria : verùm connitendum , ut novitio quo semper & recenti cumulo , veterum gratiam excitemus , melioremque reddamus & perennem.* Siccine Spiritus superiores in via non revertebantur, cùm ambularent ; sed ibant euntes. Quippini nos primitias spiritus habentes? O Monachi! O Benedictini ! Attendite ad petram, de qua excisi estis. *Id agit* ( Benedictus, dicam ex Seneca *Epist.* 102. ) *ut etiam post mortem utilis esse possit. Quanvis enim ipse ereptus sit oculis ; tamen* , ut ait Virgil. 4. *Æneid.*v.3.

*Multa viri virtus animo , multusque recusat*
*Gentis honos.*

*Cogita , quantum nobis exempla bona prosint : scies magnorum virorum non minus præsentia , esse utilem memoriam.* Sic enim suos alloquitur in *Regul.Sanct.*Prolog.*Currite , dum lumen vitæ habetis , ne tenebræ mortis vos comprehendant.* Christus *Ambulate* , dicit : Ioan. 12. 35. In cursu vitæ Monachi non gressus , si non est cursus; quin in senectute tardior , quippequam ad perfectionem motus in fine velocior. In metalis statuæ Nabuchi , figurati Monachi. Diximus *Tautolog.* 3. D. 3. n. 13. Caput erat aureum ; pedes lutei , statuæ vastissimæ fundamentum. In descensu & ascensu per metalla imaginis ; perfectio aut imperfectio Monachorum patet oculis : igitur in degeneri descensu ætatis excussatione , quæ pretiosa nullius pretij ; dum alij in tempore senectutis , quò magis ascendebant, prætiosiores. Ergo mei audite , florete. Animæ candorem iustitiamque induant:

*Et nigræ vestes corpora vestra tegant.*

Eras. Rot. — *Motus in fine velocior.* — Plutarch. — *Cum fervore novitio.* — Virgil. — Senec. — S.Bened. — Daniel 2. 32. — *Æstimabiliore pretio.* — Ovid in *Ibim.*v.102.

*** *** ***

## DIDASC. II.

### *Gregorius in magnis magnus, & in minoribus.*

*In cunctis admirabilis*

1 OBijcitur, quem ut magnum coluit ipsa virtus; igitur illo nihil melius, nec maius, nec doctius. Admirabilia sunt quæ fecit, decrevit, instituit, primus qui Princeps servus servorum.

Horat. *Nec viget quicquam simile ac secundum.* *Sapiens* (ait Senec. de *Constant. Sapient.* cap. 8.) *vicinus proximusque Dijs consistit, similis Deo; ad illa nitens pergensque excelsa, ordinata, intrepida, secura, benigna, bono publico natus, & sibi, & alijs salutaris.* Nomen scriptum in cœlis, replens

Senec.

*Imago Sapientiæ.* splendore ac magnitudine mundum, qui iure magnus vocatur etiam in regno cœlorum. Cum lampade picta Sapientia, cuius splendor illuminabat cuncta, atque commendabant instrumenta: igitur in rectitudinem operationum eminentium, circinum gestabat, regulam & perpendiculum. Lemma verò, ut signat Achill. Bocchius, *Symbol.* 62.

Ach. Bocch. *Artibus hæc affert lumen divina facultas.* Speculum elucet rectitudinis Gregorij, qui dotibus singularibus lux constitutus est mundi: igitur ut esset melior, perpendiculum habuit ad humilitatem: ut esset maior, regulam ad exaltationem: ut esset doctior, circinum in virtutem. Mercurius olim pingebatur cum candelabro. Ibid. *Symbol.* 64. Lux sapientiæ sine ministerio, quasi sub modio: sapiensque præbet meritis instrumentum, ut collocetur supra candelabrum.

*Speculum Gregorij.*

2 Supra candelabrum, ut luceat, elevatur Gregorius, Ecclesiæ decus; designanturque dotes, ut luceat omnibus. Candelabrum Tabernaculi, futurorum umbræ, ornabatur scyphis, sphærulis & lilijs. *Exod.* 25. à 31. *Hoc opus calamorum*: v. 33. idest, lucernarum. Aptè lucernæ situs dicitur calamus; ut constet quid mundo attulit Gregorius: quandoquidem eius calamus ante & post ascensum in cacumen dignitatis, effulsit in lumen orbis. Lilia, sphærulæ & scyphi. Sphærulæ signant contemptum terrenorum, quippe in terra duntaxat puncto consistunt. Scyphi sitim in Deum & res cœlestes; quoniam post potum crescit altera

*Eius calamus orbis splendor.*

sitis. Lilia candorem morum in improborum iugum. Vide hic Alapid. Cuncta illustrandà, ceu vitæ Gregorij emblema. Quærit cœlestis negotiator bonas margaritas, & inventà unà pretiosa, inventionis fit celebritas. Unam & pretiosam dicit; quasi vel cum pretio margaritæ, huius pretio non pretiosæ. Unde pretium? *Concha* (ait Plin. *lib. 9.* 35. quem sequitur Francisc. Rueus, 2. de *Gem.* cap. 13.) *cùm manum vidit, comprimit sese, operitque opes suas, gnara propter illas peti.* Propter pretium Ecclesia petit Gregorium, ex eius elevatione boni publici momentum. Uti margarita fugit manum: sese in latibulo comprimit: tuncque pretiositas eminet; dum magis latet; quoniam renuit in honorem, videri pretiositatem. Fugit, dum cor hominis exaltationem ambit: patetque in secessum fuga ex intimo corde; si necessarium in capturam ire. Quæritur ut capiatur, atque capto, pretiositas eminenter demonstretur: tuncque margarita pretiosa claresci fugà: quippe pretij supereminet ac meritorum cacumen, ex honore votorum fugere honorem. Dum fit solicitè fugientis inquisitio, supponitur ad dignitatem electio. Hæc votorum claritas: verùm amplior in Gregorio quasi in margarita pretiositas; si in honorem non eligitur, sed si rapitur. Margarita est, & unica est, dum fugit, quò merita tendunt; vt abscondantur: equidem cum honor invitat, & fugit electus; profectò in dotibus unicus & peregrinus.

Matth. 13. 46.

Plin.

*Unde margarita pretiosa & unica?*

3 Ascendit Aäron in montem ornatus summi pontificatus infulis; ut filius eius ibidem auctoraretur, illis à patre depositis. *Cúmque nudaveris patrem veste sua* (dicitur Moysi) *indues eà Eleazarum filium eius: & ascenderunt in monte Hor coram omni multitudine.* Cur igitur ascensus dicitur de patre, qui ascendit mori? Propriè ascensus est filij, in summum pontificatum assumendi. Ascendat; quippe ascendit: verùm Aäron, quomodò ascendit, si dignitate cadit? Quia cadit, ascendit. Pervenit in fastigium, quia ascendit super occasum. Secum attulit pontificatus insignia, in quæ evexerunt preclarissima merita: & vel dum moritur, dicitur quòd ascendit, quippe ibi summum ultrò pontificatum deposuit. Quid melius? Unde in ædificium perpendiculum dignius? Ipsa sui præ humilitate ultra merita cognitio, dum deponebat, collocavit in solio. Aäron deponitur, ac in loculo aptatur. Gregorius in loculo absconditur, ne elevetur. Aäron ut insignia deponat, verùm Gregorius, ne induat; priùs eligens etiam

Num. 20 26. 27.

*Ascendit, ascensum fugiens.*

vivus

vivus sepultūram ; quàm infulis dignitatis ascendere in eminentiam. Humilitas non errans, quandoque fallitur ; igitur cum fuga honoris, ascenditur. *Fugit in montem ipse solus*, dicitur de Christo ; qui

*Magni contemptor honoris.*

Ioann. 6. Oth. Væn. Embl. Amor. 98.

Non admissa coronà, non alibi nisi in montem capta fuga ? Qui in montem fugit ; quò magis fugit, magis ac magis ascendit : de Christoque honorem fugiente ( & fugere demonstrante ) dicitur fugere in montem ; siquidem ascendit super, qui relinquit dignitatem. *Fugit in montem solus.* Ubi dignitas electum non comitatur, nemo sequitur. Fuga sola est, cuius momentum cognovit solus Iesus : igitur astantes latuit brevior acquisitio culminis, velociore fugà honoris. Qui fugit, estò dignus, se indignum notat ; sed in splendorem munus cognitionem acceptat : etenim amplissima dignitas in honore, ex cognita indignitate.

*Dignus ostenditur, quia ad illum rapitur.*

4 Miraculum quærebat Centurio de servi ægritudine afflictus, & mœstus ; quippe miraculum necessarium, ut erigatur in pedes immobilis paralyticus. Accesserunt supplices pro gratia Iudæorum Seniores ; dixeruntque Christo : *Dignus est, ut hoc illi præstes.* Eunti Domino humiliter occurrit Centurio, dicens : *Domine, noli vexari : Non enim sum dignus.* Longè profectò à cogitatione recipientis, conceptus congregationis : quomodò se indignum iudicat, quem uti digniſsimum concio Seniorum commendat ? Ut se digniſsimum signet, dum indignitatem profert : equidem cùm emineant merita nobiliora, ubi à dignando non cognoscuntur ut merita ; nullum meritum maius in meritorum mercedem, quàm suam ad pueri erectionem cognoscere indignitatem. Vexantur in collationem muneris, qui instant præcognitis meritis ; & etiam vexant, cùm eius sint magna, qui nullum in se cognoscit ; & haccine cognitione merita ostendit : igitur claret iudicio sui, eminentiore merito ; quem propter merita in munus approbabat congregatio. Si melior, qui dignior ; dignior profectò qui renuit, quàm qui suscipit.

Luc. 7. 4.

Vers. 6.

*Et ut indignus sibi duntaxat videtur.*

5 Moyses à Domino eligitur, ut uti Princeps in Ægyptum mittatur. Iam enim habebat virgam potestatis insigne, expressà Dei voluntate ; sed se iudicat indignum in præclarum ministerium. Tunc Deus illi dicit : *Proijce eam* (virgam) *in terra.* Proiecit sceptrum. Quid inde ? Totum versum in colubrum.

Exod. 4. 3.

*Virgam fortè manu gestabat legifer heros,*
*Qui baculo nitens gressum dum dextra regebat.*
*Excutit hanc valido proiectam cominùs ictu,*
*Tum, mirum dictu, commotum serpere lignum :*
*Mox anguem formata refert, conterritus hæsit.*

Alc. Avit.

Canit Alcim. Avitus *lib.* 5. à v. 56. Si serpens prudentiæ signum ; magnum in Moyse proijcere baculum : igitur summa prudentiæ, honorem qui ad manum, ut colubrum aversari. Munus principandi vel proiectum allicit, & suaviter impellendo compellit. Periculum est vel in ipsa proiectione, ni nudo abijciatur pectore ; quoniam quæ summa stultitia, apparet summa prudentia. Unde cùm se indignum iudicaret, sese digniorem ostendit ; quoniam & proiecta virga muneris, & ita, ut fugeret etiam Moyses. Ulteriùs. Virgam proijcere iubetur, & illicò proijcit : iterum apprehendere, & apprehendit ; ut eluceat prudentia regiminis & rectoris, ad voluntatem dirigentis Numinis : equidem tunc dignè à rectore fit ; si dignitas & sumitur & deponitur duntaxàt ad nutum Dei. Prætereà. *Virgam proijce : Extende manum & apprehende. Virgam sume.* Quid hoc ? Signare dignum ; qui fugiens, se censet ad dignitatem ineptum : etenim nullus dignior regimen sumere valet, quàm qui reliquit.

*Magnum aversari sceptrum.*

*Unde constet dignitas electi.*

V. 17.

6 Adhuc instat, dicens Domino : *Mitte quem missurus es.* Quid Dominus ? *Vade.* V. 19. Magis instat Numen in creditum regimen, quàm electus Moyses in excusationem. Hic sese reprobat, ut mittatur in munus, qui mittendus, ideſt dignus : Deus approbat, ut constet dignus ; qui dignitatis profugus, & dum alium mitti cogitat, Deus statim dixit, *Vade* ; quia ille dignè mittendus, qui renuebat illò mitti. *Mitte quem missurus es.* Quid ? statim illum mittit. Si mittendus dignus ille profectò mittendus. *Sume virgam*, quàm fugis, tanquàm à facie serpentis. Quorsùm huiusmodi forma ? Illà patraturus signa : igitur magna in munere faciet ; qui virgam renuit, si virgam despectam sumpserit. *Sume virgam, in qua facturus es signa, & vade.* Portenta à Moyse facienda, astruuntur in stuporem. At unde futurorum prodigiorum specimen ? Ex factorum evidentia, promittuntur futura : igitur in signis quid insigne non faciet, qui etiam in signis insignis ? Quid in munere non faciet, mirèque perficiet ; ubi maius inter prodigia prodigium, fugere sceptrum, ut colubrum ? De Alexandro Severo, seu Mammææ, dicit Lampridius : *Præfectum Prætorij fecit ; qui ne fieret, etiam fugerat, dicens ;*

V. 13.

*Electionem reluctat.*

Lamprid.

cens : *Invitos , non ambientes in Rempublicam collocandos.* Hinc Gregorij patet dignitas , & quàm dignè collata à Numine auctoritas : igitur cum nullus dignior dotibus in ministerium ; præ cunctis , ut dignior esset , se cogitavit indignum. Regere renuit, & virgam orbis directionis proijcit ; quo in dignitatem mittitur , dum à se ipso uti inferior calcatur : apparente dignitate, ex propria in honorem proiectione ; quandoquidem dum voluit ostendi inferior , præ cunctis eminuit dignior.Solicitabat,alium mitti , qui digniùs mitteretur: & ille à Domino mittitur , ut sublimior comprobetur:etenim nemo dignior munere sublimiore , quàm qui in munus proiectum proiectus renuebat mitti. Invitus assumitur,ut prodigia ostentet in dignitate quam fugit : quandoquidem mirabilia faciet cum regiminis virga , qui regimen fugiens perfecit mirabiliora. Prophetæ nomen signat hominem mirabilem, uti vidimus in *Liter.*n.16. Unde dicitur: *Prophetæ prophetabant* , signantes & nobile ministerium , & continuationem etiam miraculorum. Eluxit in Gregorio,sine munere ac cum munere huiusmodi magnitudo, dum claruit prodigium multis,& spectaculum orbis : igitur assumptus in dignitatem mirabiliora patravit, quia in despectu dignitatis se mirabilem ostendit.Commendabilis morum integritas , ubi despicitur dignitas:qua non admissà & admissa Gregorij resplenduit thronus ; quoniam in eius regimen vi sine impulsu compulsus.

*Et electio micat.*

3. Reg. 22. 10.

7 Humilis corde Esther renuit ingredi in palatium Assueri , moribus atque legibus profani : sed superiore instinctu,quia futura per quam populi salus,in coniugium Assueri præbuit assensus. Tunc Mardocheus inquit : *A Deo facta sunt ista. Parvus fons crevit in fluvium , & in lucem Solemque conversus est. Esther est , quam Rex voluit esse Reginam.* Articulus refertur ibid. *Erat oculis gratiosa & amabilis : : . & adamavit eam Rex plusquàm omnes mulieres , habuitque gratiam coram eo , & posuit diadema regni in capite eius , fecitque eam regnare.*

Esth. 10. à 4.

Cap. 2. à 15.

Aspasiam vocant Ethnici , de quo Ælian. *Var.histor.*lib.12.cap.1.Quantus honor Reginæ apud Persas,dicit Athenæus *lib.* 13. *n.* 70. Usque in adorationem procedit cultus, ubi super alias obtinetur thronus. Unde Estheri tantus honor,ac dignitatis splendor, ut nactà Regis magnoperè gratià in eius capite etiam fulgeret diadema ? Unde ex fonte flumen grande , ex flumine lux , ac è luce splendidissimus Sol? Cuncta à Domino facta sunt: at relucet ex contextu,unde Estheri tanta magnitudo. Ex Regis animo? Utique , sed Estheris maximè dignitatis despectione. *Esther Rex voluit esse Reginam.* Quid illa ? Nihil per se : facta igitur lux & Sol ; haud quia uti fœmina ambivit , sed quia Rex voluit. Voluit Rex,sed illa renuit. Ex fuga apparuit volenti acceptior, & plausu tantæ dignitatis dignior : equidem cùm meritorum adinstar fluminis,ostenderet plenitudinem , in munus tantum se ostentabat parvum fontem. Fulgebat inter nobiliores fœminas inclytas,quas expectabat maiestas; sed illa super omnes eminuit,& Rex eminere voluit , haud aliò nisi quia sibi videbatur exigua , debilis lux ; cùm fulgeret ad honorem spectatissimus Sol. Vincebat gratia,naturæ , & gratiæ dotibus , cunctis amabilis; Rexque voluit esse honorem honoris, simulque propter prudentiæ formam , voluit esse reginam.Siccine in Estheris capite diadema regni,Rexque *fecit eam regnare.*Fecit?Sanè: signum meritorum insigne : igitur indignam elevationis se iudicans ( etsi dotium præstaret sublimior celsitas ) haudquaquàm proprià cogitatione regnaret , ni Rex in supremam dignitatem compulisset. Illa elevationem fugiendo detrectat,Rex verò vehementiùs instat. Quid in thronum videt meriti? Thronum nolle : fecitque enixè regnare; quoniam optimè in honorem eligitur , qui ad dignitatem compellitur.

*Eò quòd honorẽ renuit, honore dignior apparuit.*

8 En gestorum Gregorij speculum clarum , & in Saule quoque venerandum speculum. Hic erat *electus & bonus.* Si præstat bonitate,dignus profectò electione.Ubi respublica languet,in occasum vergit,& occurrit homo legibus prorsùm addictus ; hic in regimina bonus.*Non erat vir melior illo : ab humero & sursum eminebat super omnem populum.*Unde igitur dotium fulgor,ut cunctis præstaret melior , staturà & morum formà, ex queis constructa eminentia ? Electus iam erat à Deo per Samuelem in regiam dignitatem , & unctus;sed quæsitus in exaltationem , *non est inventus.* Fugit , & tunc eminentiam meritorum, super eminentes ostendit : igitur astruit insignem pectoris probitatem,estò electum à Domino fugere honorem. Dum studuit latere,huiusmodi studium, fuit meritorum theatrum , quò summè despiciens se , cœli demonstrabat lux:equidem qui è cœlo electus , à cœlo etiam demonstrandus ; cùm non solùm dignitatem eminentiorem fugeret , sed ita fugeret, ut inveniri non posset. Intendite. Quæritur , non invenitur , & à cœlo demonstratur : *Ecce abscondítus est domi.* Ambitio ut arrogans honori obviat : dignus deviat , ac iter eius de-

1. Reg. 9. 2.

Cap. 10. 21.

*Sublimior.*

Vers. 22.

declinat; sed cœlum impensè uti digniorem demonstrat : igitur *non erat vir melior illo*; qui absconditus domi, monstrabatur è cœlo. Hinc Samuelis iudicium excitans populi plausum. *Certè videtis quem elegit Dominus; quoniam non sit similis illi in omni populo.* Unde incomparabilis eminentiâ? Ex dignitatis fuga? Quia domi absconditus? Quia quæsitus, non inventus? Quia è cœlo signatus, designatus & ostensus? Ultrà merita. *Absconditum domi, tulerunt eum inde.* Hebr. *Rapuerunt.* En causa, cur inter cunctos ilis ornamenta non similia, & quo dignitas nanda, quin in cuncto populo vir invetretur melior illo : igitur tanquàm dignior cœlo elevandus dignissimè ostenditur; qui sconditus ac reluctans invitè ad honorem pitur.

Vers. 24. *Cui nemo similis.* Vers. 23.

9 Mos fuit inter Hebræos, priusquàm Aäron eligeretur in Sacerdotem summum; quod officium huiusmodi familiarum spectaret primogenitum. Unde vestes quas domi servabat Rebecca, dicuntur sacerdotales, ac summi pontificatus insignia, pretiosè decoratà, ac valdè bona. Adi Rab. Salom. in *Genes.* 27.15. Pueri Thamar contendebant ab utero egredi; ut qui prior, munere fungeretur sacerdotij. Zaram protulit manum, fratrem repelens, ut egrederetur prior; quo pulsu frater recessit, qui futurus maior. Vide latè articulum *Tautol.*2.*Didasc.*4.*à n.*8. Ita inter fratres contentio pro sacerdotio summo; sed *egressus* è duobus *alter*, & signatus à cœlo. Fallitur obstetrix, dum alium signat, igitur cœlum, qui absconditus in honorem destinaverat. Cœlum propendet, ut posterior egrediatur prior; ac electionis emineret splendor, illo abstruso & incognito, estò facta à cœlo electio : claretque è cœlo facta, dum ostensa mirabilia : quandoquidem in summum est egressus sacerdotem, qui reclusus; quippe electus, summi pontificatus perfugerat dignitatem.

Genes. 38. 29. *Cum iure in summũ sacerdotiũ, etsi assumptus electione.*

10 Clarent Gregorij Magni, futuri Pontificis specimina, cum candelabri splendentis sphærula; quia exaltationem cœlestibus hærens renuit, ac mundum duntaxàt in puncto tangit : illum fugit, dum in illo manet & præsens & remotus, quoniam hìc solo corpore constitutus. Illum Ecclesia in Pontificem eligit, at ille in specum fugit. Verum quid? Non potest civitas abscondi supra montem posita.

Orth. Væn. d. *Embl.*73. *Dissimulas frustrà. Quis enim celaverit ignem?*

*Lumen ab indicio proditur ipse suo.*

**Oblatum S.** *Pontificatus honorem declinare vehementer cupiens, dissimulato habitu silvarum saltus expetijt, cavernarum latibula requisivit; sed non potuit latere : dum enim ab omnibus in silvis & ferarum latibulis quæreretur, indicio columnæ fulgidæ super se iugiter à cœlo dependentis, agnoscitur, capitur, trahitur, & summus Pontifex consecratur* : infit Zachar. Lippelao, Surius, Baron. ex Ioann. Diacon. *lib.*1.*cap.*44. Frustrà fatigaris Gregori. Lippel. *Demonstratur è cœlo.*

——*Natusque Dei, licèt ipse recuses,*
*Pondera cœlesti mente paterna feres.* Ovid. 1. *Fast.*v.533.

Occulitur Verbum divinum in humana carne, ac in præsepio, sed cœlum propendet demonstrare quod latet. Illicò stella oritur, ut Deus absconditus Gentibus manifestetur. *Vidimus stellam eius.* Stella ducit inquirentes, perducit adoratores : & ne vagarentur inquisitione, consulentes orbis felicitati; ignea splendens columna lucis (quæ erat ut sublimis desuper) perstitit, usque dum veniens staret suprà ubi erat puer. Quod tunc Gentibus fuerit demonstratus; dicit Plinius, de quo egimus etiam hic *Tautolog.* 1. *n.* 58. *Fit* (infit *lib.*2.*cap.*25.) *candidus cometes, argenteo crine, ita refulgens, ut vix contueri liceat, specieque humanà Dei effigiem in se ostendens.* In ostensionem Christi nati : addit Dalecamp. & Huerta hìc. Dum in habitu alieno Verbum Dei latet ut homo, manifestatur igneo comete de cœlo. Quod videtur obsequium, designantis est commodum; latente in præsepio, quem pater signavit in sacerdotem summum : igitur nec cœlum quibat tolerare, tantam & talem gloriam in specu latere. Indicant lumina, ne iacerent merita. Matth. 2. 2. Plin. *Christi humilitas exaltatur à cœlo.*

*Hoc cœlitùs astra.*

11 Sol plauditur vas admirabile, opus Excelsi, qui videndus in origine; ut Gregorij constet regula motum etiam in exaltatione, & magnitudo splendoris in maiore dignitate. *Fecit Deus duo luminaria magna : luminare maius, ut præesset diei.* Ubi creatus? Super terram, ut sæpè dixi ex Sinaita. Quicquid elevatur, quò magis elevatur, minuitur : diciturque dum præsidet, vas admirabile, opus Excelsi; quippe magnum luminare luminare maius, dum ascensione superius. In dignitatem attollitur, ut orbis illuminetur; maiore apparente in culmine dignitatis, ubi alij & alij semper videntur minores. Magnitudo meditanter signatur, cùm in orbis moderamen constituitur : *Maius ut præesset*, & præsidendo maius : igitur qui magnus Sol in ipsa creatione super faciem telluris; ingressum in præsidentiam, quia maior, non capit orbis. Sedul. 5. v. 79. Genes 1. 16. *Qui maior videtur in dignitate, maximus videtur.*

Ver-

Vernaculè: *El que era grande , elevado es mayor que todo el mundo.* Ex splendore dotium , vel dignitatum constat discrimen ; ut exiguitatis ac magnitudinis fiat ad oculum examen. Minor electus in regimen , si maior dignitas : maior,ubi minor celsitas: maiusque dicitur luminare Solis in proceritate altissimæ dignitatis ; igitur qui magnus (priusquàm præesset)splendor, erat superiùs dignitate maior.

12 Cur igitur maior præsidendo apparuit ; & maior præcogitatur, si præfuerit? In prima creatione duntaxàt exigua lux,quæ posteà in honore Sol. Placet hìc D.Thomæ & Catherino. Sol primò fuit corpus lucis, póst eligendus in præsidem orbis. Sit : verúm quare in luminare maius , & summi splendoris opus ? Deus lucem productus, adinstar crystalli condensavit corpus , in quod lucem inclusit. Vid.hic Alap. Hinc maior in dignitate qui magnus in creatione , superans magnitudine mundum , & illustrans universum , dignus assumi in præsidem universalem ; quippe ne ascenderet, abscondit clausurà lucem. De Caio Graccho , in eo inquit Plutarch. *Cum primus non esset , ut primùm inijt magistratum, primus apparuit inter collegas.* Primus non erat Gregorius , estò magnus :at postquàm magistratum inijt , uti Sol primus ex elevatione apparuit ; quippe super splendorem dignitatis splenduit. Gigantes ascenderunt in Tyri turres , nequaquàm visi gigantes. *Pigmæi erant in turribus tuis.* Nihil mirum : ascendendo fiunt minores : ac cùm ex dignitate dotium , altitudo mensuretur dignitatum ; qui non primus , primus appparuit inter collegas ; quoniam vel in eminentia altioris,summæ dignitatis,semper gigas. In elevatione evanescit magnitudo , quia deprimit exaltatio. Non procer qui gigas , quia maior celsitas : verúm magnus Gregorius , ut Sol,luminare maius: patuit copia cum magnitudine lucis , vel ab ipsa creatione in moderationem orbis. Lux ex dotibus pendet , splendidior futura, si modò latet. Plura ingruebant in Gregorij exaltationem , ut orbis adinstar Solis videret præsidem : ascendit : Deusque è terra in superiora elevavit ; eò quod , universis ne uti primus præsideret , intra arctissimum specum atque ferarum latibulum, claudere intendit , qui Sol , totam lucem meritorum. Hinc tiara ; ut occupavit sellam,

*Exortum terris venerabile numen adorant.* Ita collocatur in throno,ut in magno excella uti eximia magnitudo , dum approbatur è cœlo , emittente lucem suam & veritatem suam ; ut notaret excellentiam: etenim si ex luce claritas, Gregorij Magni claritatis elucebat veritas. Mathias in Apostolicum munus electus , quia è cœlo radio lucis demonstratus , ac columbà missa cœlitùs; ut astruunt Antonin. 1. *p. tit.6.* cap.2.& Carthusian. in *Acta Apost.* 1. 26. Per mirum portentum , Gregorij præ se fertur simulacrum. Omnes qui viderint eum,cognoscent illum.

13 En templi candelabrum,cuius exhibebimus scyphum : si per scyphum sitis designatur cœlestium , dicet officium. Vidit venales quosdam iuvenes Anglos , vultu pulcherrimos : at cùm sciret paganos , exclamavit : *Proh dolor! Quàm splendidas facies princeps tenebrarum possidet ! Tamen de Dei ira sunt eruendi , & ad Christi gratiam convocandi.* Ioann.Diacon. d. *cap.*21. & Beda , 2.*Histor. Angl.*cap.1.Sitit Christus orbis illuminationem , quia defectu fidei princeps tenebrarum exercebat tyrannidem: at cùm per se ex præcepto Patris illuminare non posset , per discipulos obtinuit. Charadrium , seu Icterum ( Hispanicè : *Oropendola* ) iubet Dominus altari non accedere,sed longiùs amandari.Quare Charadrij conditio reprobatur ita in homine,ut altari nequeat decentèr accedere ? Vide dicta , *Tom.* 1. *T.*5. *D.*13.*à n.*3. *Charadrius* ( ait Epiphan. in *Physiolog.* cap.23.) *siquis morbo laboret , sitque hominis ægritudo lethalis ; prospectum suum ab illo avertit.* Siccine nequaquàm accedat homo ad sacerdotij munus ; atque cœlitùs vocatus elevetur Gregorius : equidem Anglos videns Satanæ deditos, tenebrarum cæcitate involutos, lethaliter saucios ; ut iugum excuterent , ut lumen viderent , ut vulnera curari possent, ac lethalem expellere animarum ægritudinem; nequaquàm avertit faciem. Datus est in lucem Gentium, quarum sitiebat conversionem , sed detentus per Pontificem. Sitit, & sitit , vulneratos atque ligatos aspexit;nactus per discipulos , quod per se non potuit. Haud faciem aversus reliquit in ipsis vulneribus vulneratos , neque vinculis adstrictos : sed cùm esset Pontifex , aspexit & dissolvit Gentes.

14 Claves Ecclesiæ Christi summi Sacedotis Vicario , tradendæ Petro. Deliquit , ex quo vulnere lethaliter percussus, à Satana expetitus;& àChristo instruitur,quomodò futurus vicarius. Vulnus accepit per lethale peccatum ; sed *conversus Dominus respexit Petrum.* Ergo quorsùm? Quia non moriturus,estò lethaliter saucius:igitur Dominus

Plutarch.

Ezech. 27. 11.

*Unde Gregorius maximus ex magno?*

Iuvenc. 1. 1. 261.

*Mathiæ unde cœlestis electio?*

Ioann.Diacon.

Levit. 11. 19.

*Conditio Charadrij*

Epiphan.

*Charitas & zelus Gregorij.*

Luc. 22. 61.

minus conversо vultu, faciem suam avertit à peccato. Hinc David clamat: *Ne avertas faciem tuam à me*: quandoquidem si à peccato vulnus, quo ad mortem saucius; in mortem profectò erit morbus lethalis, ni præ pietate respexeris. Ne avertas faciem, ut avertas crimen. Ne avertatur humilis factus confusus, quantunvis lethalis morbus. Sit ergo in signum salutis: at quorsum dicit: *Averte faciem tuam à peccatis meis*? Quomodò *Ne avertas*, & *Averte*? Ut medicina prorsùm constet ex vulnere. In vultus conversione profectò pharmacum vulneris: ni facies, morbus lethalis: petitque aspectum in sanitatem vulnerum; quoniam morbo lethali æger in mortem cadet, modò faciem de peccatis averterit. Conversio est signum medicaminis vulneris: aversio post conversionem, est insigne sanitatis: oratque Domini faciem, & eius similiter aversionem; quippequàm modò à vulnere faciem averterit, signum quòd respiciendo vulnus, vulnus sanavit. Necessarium planè quòd à medicato saucio faciem avertat; cùm salute collatâ, iam non habeat, quod respiciat. Ergo in rem. Petro saucio, in eum Domini vultus denotatur conversio, ut cùm Petrus elevaretur in summum Pontificem, à vulneratis non averteret faciem, nec sequeretur Charadij in munere conditionem: igitur ille lethali vulnere usque in mortem periret; si ab illo saucio faciem Dominus averterit. Conversus Dominus respexit Petrum saucium, lethaliter ægrotantem, ut pastor factus similiter respiceret gregem: igitur non aptus sacerdotio, & indignus summo, qui adinstar Charadrij videt vulnera in mortem, & medicinæ potens avertit faciem. Hæccine longè ab altari. Sic Pontifex caret siti. In Christo sitis patet exemplum, ut ita Pontifex factus futurorum bonorum, docens, ut canit Sedulius d. lib. 5. v. 421.

Psal. 26. 9.

Psalm. 50. 11.

*Deus respicit vulnera tos, ut non respiciat.*

*Forma reginiinis Ecclesiastici Pontificis.*

Sedul.

*Et mundum vacuare malis, Gentesque vocari*
*Finibus è cunctis, latus qua tenditur orbis.*

15 Floreat ergo in candelabro lilium, quia nulli florum celsitas maior. Hinc circinus respondet ob virtutem, in cuius circulo cunctam continebat perfectionem. Iccircò circulus perfectionis nota, quia non plus ultrà: quandoquidem si plus caderet in circulo, iam non perfectio. In candelabro lilium sculpitur, dum Gregorius in regimen elevatur. Lilium olim imprimebatur fugitivis servis: signum fuit etiam summæ integritatis: liliumque in Gregorij exaltatione præfertur insigne; quia quod magis urebat hostilem animum, vel inter impostura fuit integer candor morum. Fuit Gregorius *sicut lilium inter spinas*. Verùm unde proprietas? An quia ob eximiam pulchritudinem, augent indecora decorem? Spinis lilium defenditur, non offenditur. Non præstabilior inter flores species? Quare igitur commendabile magis cum spinis? Quippe pulcherrima species. In Gregorium surrexerunt æmuli arrogantissima audacia, ex qua illi digna & indigna: sed erat in illos non tantùm lilium, imò spinis acutissimis vallatum: igitur cùm illorum urgeret malignitas, pro spinis in illos militabat integritas. *Caret perturbatione vir erectus, moderator sui, altæ quietis & placidæ* (ait Senec. d. *cap.* 9.) *Inde lætus, inde continuo gaudio elatus. Adeo ad offensiones rerum hominumque non contrahitur, ut ipsa illa iniuria usui sit, per quàm experimentum sui capit, & virtutem tentat.* Nihil toleravit illicitum, quo pungebantur errantes: conferturque lilio sed cum spinis; quoniam si spina pungit, & candor allicit; nullus vehementior in punctos spinis dolor, quàm Gregorij florentis virtutum candor. Infenso Imperatore in Gregorium, commotum in se vidit totum imperium. Fractusne animus? Ferreum undique pectus.

Cantic. 2. 1.

*Gregorius floret ut lilium.*

Senec.

16 *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris; quia curatio facit cessare peccata maxima.* Vide cuncta. Adest Mauritij potentia, atque Gregorij constantia.

Eccle. 10. 4.

*Iustum & tenacem propositi virum,*
*Non civium ardor prava iubentium,*
*Non vultus instantis tyranni*
*Mente quatit solida.*

Horat. 3. Carm. 3. v. 1.

Imperator insiluit, sed locum suum Gregorius haud deseruit; quippe decreta illius non habebant cum potestate rationem, sed pro ratione insolentem potestatem. Restitit, estò ille excanduit, & propositum obtinuit: equidem locum concedens auctoritati, sed prius virtuti; non restitit, ut resisteret, sed ut peccata resistendo curaret. Restitit, sed prudentissimè, ut Mauritius resiperet ab errore: igitur ita excessus in speculo ostendit; ut minimè carpendo carperet, sed princeps tantùm deformitatem videret. Ascendere super cupiebat Mauritius, sed locum suum non dimisit Gregorius; ascendens superius: quandoquidem, si ut imperator cupiebat ascensum, imperante Gregorio non habet locum.

*Eius auctoritas zelus & modus.*

17 Veniente Spiritu-Sancto in cœnaculum, *apparuerunt dispartitæ linguæ tanquàm ignis, seditque supra singulos eorum.* Arator. 1. in *Act.* v. 121.

Act. 2. 3.

*Irra-*

Arator. *Irradiat fulgore locum , quibus igne magistro*
*Imbuit ora calor, dictisque fluentibus exit.*

Si linguæ & ignitæ veniunt de cœlo, impropriò sanè collocantur throno. Linguæ situs in ore , non super caput : linguæque sacræ ignitæ super caput singulorum veniunt è cœlo ; quoniam nonnunquàm super lingua cœlestis, etsi occurrat imperio quod caput orbis. Si linguæ in ora venirent, linguis quæque capita imperarent : & super capita lucidæ linguæ descendunt ; ut non ascendant qui super auctoritate esse volunt : igitur linguæ Doctorum de cœlo cœlestes , esse debent in Ecclesia capitibus superiores. Quia caput, non liberatur Mauritius Imperator ab obedientia : super est cœlestis Gregorij lingua. Resistit potestatem habenti, dignitatis potestate : igitur quandiu Apostolica sedes habuerit fausta Gregorium ; potestas imperatoria nunquàm exaltabit caput. Ad unguem quadrat Epaminondæ præconium. *Manifestum* ( ait Iustin. lib. 6. historiar. ) *patriæ gloriam & natam & extinctam cum eo fuisse. Fuit autem incertum , vir melior , an dux esset : nam & imperium non sibi , sed patriæ quæsivit ; quippe recusanti omnia imperia ingesta sunt : honoresque ita gessit ; ut ornamentum non accipere , sed dare ipsi dignitati videretur. Iam literarum studium , iam philosophiæ doctrina tanta : ut mirabile videretur , unde tam insignis militiæ scientia homini inter literas nato.*

*Eius lingua ignea, cœlesti.*

Iustin.

18 Ex illis Gregorius, queis multam gloriam dedit Dominus magnificentiâ suâ à sæculo : *Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute & prudentiâ sua præditi.* Potestatem habet , & dominabitur, quandiù lingua eius , ut fulgeat super caput constituitur. Hinc homo virtute magnus, ac prudentiâ præditus : prudentiâ , ut ratione duceretur in potestate sæcularis potestas: virtute , ne auctoritate, Pontificis evanesceret auctoritas ; siquidem in obicem habebat cœlestis lingua & splendorem & ignem: dominans in potestate sua ; pertingens solium, ne inferioris superius esset dominium: quandoquidem in dominatione nulla dominatio potestatis , ni linguæ ignitæ potestas super potestatem capitis Imperatoris. Hinc Pontificis dexteritas tam militis quàm Doctoris in divino iure : Cæsar constat ex utroque. Ab illo dignitas auctoramen accipiebat, non illi dignitas dabat , assumpto in munera invitè ac collocato in solio. Siccine dignè admiratio , unde tam insignis militiæ scientia homini inter literas genito. Imperatori stupor , in potestate dominantis auctoritas ; quippe nescibat pennæ Gregorij quod gladius esset proprietas. Iustitia suffocans calumniam , atque iugulans invidiam, in Egyptiorum hieragrammate cum calamo picta & ense. Adi Chartat. in *Fortun.* fol. 310. Simulacrum iustitiæ est imago Gregorij : calumniam iugulans , atque potestatem frenans, penna videtur , cùm eius scriptis Mauritius iugulabatur : etenim despicientem Gregorij scripta quasi fœtus pennæ, valide & usque ad iugulum percussit in ore gladij. Exercuit Cherub , Ecclesiæ paradisum custodiens, summæ intelligentiæ officium , simul habens flammeum gladium : flammeum , ut illuminaret scriptis : gladium , potestate auctoritatis : igitur qui aversabatur luci , cadebat ense. In illum cum Principe irruebat imperium : Pontifex portabat in manibus ignem & gladium ; quippequàm si splendor ab igne, & gladius à scriptorum splendore (cùm illo ni esset doctiùs) ignis rutilavit gladius pugnantem igitur imperatorem , & hæreses, tanquàm cum gladio iugulavit scriptis.

Ecclı. 44. 3.

*Qualis eius virtus & prudentia?*

*Imago iustitiæ.*

*Iugulavit hæreses.*

19 In his videmus , quod vidit Zacharias , instans in restaurationem Ecclesiæ, dirutæ Imperatorum Assyriorum tyrannide. *Ecce volumen volans.* Volatu indicatur scriptorum acceptio , & scriptoris fama; quippe usque ad cœlum elevantur & celebrantur scripta. Septuag. & Græc. *Falcem volantem.* Hebr. *Securim.* Quid volumine ad arma, cum hæccine faucient , atque volumina illuminent ? Effectus voluminum Gregorij; quæ comburere solicitabant hæretici , ducta à fama per orbem , & scripta in Ecclesiæ maximam utilitatem: & quæ volumina scripta, dicuntur falcis ac securis arma; quippe libris & libris quos uti Doctor scripsit, dogmata hæreticorum falce valida persecuit. Posuit illum Deus *quasi sagittam electam.* Alij *Calamum.* Ex scriptis Gregorij patet quàm commodum : igitur quicquid calamo scriptum , in hæreticos mittebatur tanquàm iaculum. Ex Hispania eiecit Arianos, ex Gallia Neophitos , Agnoitas ( seu nescientes) ab Ægypto eliminavit , & Donatistas in Africa armis represit. Armis ? Utique libris: siquidem voluminibus exerens pennam , in corda inimicorum cœlestis Regis vibrabat acrem sagittam. Sublimium & excellentium colla calcavit, & ita secuit; ut paterēt scriptis, *Ictibus immodicis validæ percussa securis.* Ut sal audaces præ acrimonia compescuit; ut lux præ copia hæreticos excæcavit; ex fonte cum fluvius fit , & exigua luce Sol , quo constat ( Ecclesia ab illo dignata, ac præclarè merita) nihil Gregorio melius, neque maius, neque doctius.

Zach. 5. 4.

*Eius scripta Ecclesiæ arma.*

Isai. 49. 2.

Pamphil. Sax.

*Medi-*

Virgil. 5. Æneid. v. 167.

——*Medium nam plurima turba*
*Hunc habet, atque humeris ex ſtantem ſuſpicit altis.*
*Diſcite felices animæ.*

## DIDASCALIA III.

### *Virgo Thereſia volando quievit.*

1 NEſcio, an hoc intuitu, cor eius poſt mortem non careàt motu: igitur etſi vitâ privetur, vivit amor. Eſt vita ſuper vitam, per amoris flammam: & in morte per amorem vivit cor; quippe habet motum à ſe.

*Vel in morte vivit amor.*

Euripid. in *Androm.* v. 774.

*Virtus vel in mortuis lucet.*
*Nunquàm reliquias aufert tempus.*

Quod non aufert tempus, immutat modus: igitur in morte & vita ita variat, & eandem operationem transformat; ut in vita, quæ volando quievit, in morte quieſcendo volet. Eſt ſomnus ſine ſomno, animo vigilante, & etiam mors ſine morte. Thereſia dormit ut quieſcat, & quieſcendo amore vigilat; igitur in morte tantummodò

Cant. 2. 5.

Arat. 1. v. 1023.

*Corpore ſomnus erat,*

Cùm cor (ut eluceat virtus, & conſtet animus) etiam poſt mortem vigilet, quippequàm dormire neſcit. Hinc mors ſomnus dicitur, non mors; ut virtutis vitalis coruſcet lux: etenim corpore mortuo dormientis, vita patet motu cordis. De amore dicit Voragine (*ſerm.* 4. in Apoſtol. Simon. & Iuda) tria inſignia, queis claruit maximoperè Thereſia. *Habet* (inquit) *Charitas & zelum & mortem & alas.* Fortis eſt ut mors dilectio, vorax ſicut ignis æmulatio: lampades eius lampades ignis atque flammarum. Sir. *Alæ eius alæ ignis, atque flammarum.* Septuagint. *Volantia iacula: ignitæ ſagittæ.* Hebr. *Seraphim, ſeraphim.* Vid. Maluend. in *Deuter.* 32. 24. Quadrant cuncta: igitur dum volantia in cœlum ignea mittit iacula Seraphica ardens Thereſia; volat in ſublime, vivit flammâ zeli & ſpirat amore. Lucet & ardet cordis incendium: lampades eius lampades ignis atque flammarum: iaculo cœleſti in pectore excitante ſuperiorem ignem; ut quæ erat humana converteretur in Seraphim. De zelo & morte Thereſiæ, diximus *prior. Tomis*: modò agendum de volatu cordis; ut tota ſit plena charitatis effigies.

*Tria eius inſignia.*

Vorag. *Imago Charitatis.*

Cant. 8. 6.

*Thereſiæ imago.*

2 De Virgine-Matre ait Suarius in 3. p. *D. Thom.* q. 28. diſp. 6. art. 1. n. 2. *Ab infantia mota eſt á Spiritu Sancto, ut quod melius & gratius Deo eſſet, id amaret, & quantum in ipſa eſt, perficeret.* Vid. Theöphil. Raynaud. in *Diptych. Marian.* p. 2. punct. 3. Adducitur Regi inſignis virgo poſt eam. Honor ſponſæ erat ex ſponſi honore, qui zelo Thereſiæ creditur, dum cor igneâ ſagittâ transfigitur: unde *eo conſiliante, maximé arduum votum emiſit, efficiendi ſemper quicquid perfectius eſſe intelligeret.* Antequàm votum; expendendum eſt, quàm arduum; non tam in entitate, ac entitatis perfectione, ſuperiore auxilijs communis gratiæ; quàm in conditione & tempore. *Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ providentiæ noſtræ: Quis enim hominum poterit ſcire conſilium Dei, aut quis poterit cogitare quid velit?* Unde ut ſit rationabile obſequium, inveſtigandum, *quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta? Ratio* (ait Bernard. ſerm. 11. in *Cantit.* n. 5. & 6.) *in iudicijs fallitur, voluntas perturbatione iactatur, memoria oblivione confunditur*: etenim ineſt rationi error, voluntati dolor, memoriæ timor. Quid, & quomodò perficiendum ab anima, ut poſsit actione dicere: *Fiat voluntas tua?* Reſpondetur pro Thereſia, *Deo conſiliante*, qui illi dedit horum ſponſæ ſcientiam veram in ambigua; quippe ſcientia Sanctorum prudentia. Thereſia *ſcit illa omnia & intelligit.* Scit quoad notitiam, intelligit quoad practicam; ut perficiat per tempus & modum, quid acceptum & magis acceptum: ita ut abſolutè non perfectius, ſit maioris perfectionis, iuxta conditionem temporis. Quia huiuſmodi gnome neceſſaria in regimen ſpiritale; aſtruenda teſtimonijs Scripturæ.

Suar.

*Virgo Mariæ ſemper perfectiora ſecuta.*

*Idem Thereſiæ votum.*

Sap. 9. 14.

Rom. 12. à 1.

Bernard.

Matth. 6. 10.

Sap. 9. 11. *Eius executionis difficultas vel impoſsibilitas.*

3 Videtur Dominus inter Seraphim, ſenis ornatos in volatum alis; quoniam nonnunquàm volandum in cacumen perfectionis. Hæc eſt vita religioſa; Seraphica nempè vita. In throno ergo, Dominum laudantium choro, *ſtabant & volabant.* Specimen inſtituti, atque vita Religioſi, etenim in cœlum volatus fit, in choro dummodò ſtet. *Stabant.* Campenſ. *Quieſcebant & volabant.* Perfectio exprimitur volatu: & ſpiritus demonſtratur perfectio, ubi requies volatus, ſtare in choro. Alia latent. *Quieſcebant & volabant.* Sine exercitio eſt inſtituti exercitium, atque chorus extra chorum: igitur minimè virtutis corrumpit formam, ſi requies per obedientiam. *Stabant & volabant*: igitur obedientiæ virtute, volatus eſt ſic ſtare. Clamavit miſer, neceſsitate preſſus; ac ex choro Seraphim volavit

Iſai. 6. 2. *Quæ Monachi propriè vita?*

*Commoda meritoria, ſi ab obedientia.*

unus. E choro? Utique. Ut constet usus Numini acceptus; vel in recessu à choro designatur volatus: igitur egredi indicat perfectionem, modò propter occurrentem aliquam necessitatem. Perfectius videbatur in choro adesse, quàm extra chorum volare; cùm in corruptelis abusûs exitus exprimat frigiditatem spiritus: etenim qui ad chorum graviter ambulant, extra chorum sæpe volant: Seraphque amore flagrans reliquit chorum; quia Numini magis gratum, extra chorum subvenire clamanti, quàm ad Dei laudes adesse. Quid post actum? Professionis institutum, ut perfectiùs exerceret ex bono bonum: igitur si necessitate urgente, perfectius, levare volatu oppressum; necessitate remotâ, perfectius, volare in chorum. Vernaculè: *Primor es de la virtud, ir volando à socorrer una necesidad: pero despues, es primor, en un vuelo volverse al choro.* Egeno sublevato, nequaquàm mansit cum illo. Utrumque perfectio respectiva, quod pro tempore decrevit meditatò prudentia; ut hìc & nunc animus perfectionis studiosus, eligeret quod perfectius: equidem si tunc perfectius propter proximi clamorem chorum volando relinquere; modò in actione perfectius, in chorum volatu regredi. Dum in alia officium vocat, & tunc maiora; perfectius non est præsentia. Tunc est perfectior volatus, quia introitus, dum fit exitus: quandoquidem perfectiùs adimplet chorum, si expleverit ministerium. Ideo *stabant & volabant.* Stant? Quomodò si volant? Pro tempore & occasione indicantur perfectiora in ipsa contrarietate: siquidem maiorem amplius exercebant virtutem, volantes ut muneris implerent obligationem.

*Quando respectivè minùs perfecta sunt opera perfectiora?*

*Quomodò perfectius perficiendum?*

4 In visione Ezechielis in qua similitudo gloriæ Domini, exprimitur etiam huius decretum prudentiæ. *Euntes ibant, ubi erat impetus Spiritus*: Ideſt, *non revertebantur, cùm ambularent*: dicitur de Cherubinis. Quid est *Eundo ire*? Rectè procedere: diximus latè *Tom. præced. T. 2. á n.* 29. Haud facilè percipitur, in propositum ire, & simul reverti retrò; quippequàm deviat intentio à proposito, contradictionem enim sonat, reverti & ire: regredi & ulteriùs ambulare. Est respectus in operationibus; ut iuxta prudentiam anima prosequatur quod perfectius. Est perfectum, ire de virtute in virtutem, eundo: est perfectum ire etiam in virtutem retrocedendo; quippe aliud propriæ virtutis, aliud virtutis reginminis. Virtus est animæ, perfectionem prosequi; ac perfectio virtutis, non reverti. Ubi animarum regimen, ut sequatur perfectius: reverti profectò est virtus: Cherubimque cùm revertuntur, rectè in perfectionem procedunt; quoniam reverti, non est deviare ab itinere, ut constet cunctis, an recti procedant rectè. Nonnullis videtur impossibile, alios ducere, & simul virtutem sequi; quasi adimplere officium, non esset Numini obsequium; nec in perfectionem pedem moverent, ni euntes velociter irent: ireque signatur eundo, ut virtutis iter designetur regressu: igitur & Cherubim ire pergunt, atque simul revertuntur. Anima sequendo propria in virtutem exercitia; eundo it, & velociter ambulat: revertendo in iter subditorum; it, quin eât: semperque procedit in ulteriora, sua sequens & rectorum exercitia: siquidem Deum non quæreret itinere cogitatæ perfectionis; ni simul reverteretur, an quæreretur à subditis. Non sat Superiori, ut rectè procedat; procedere rectè. Est perfectius, gradi, eundo vel retrocedendo, ubi vocat spiritus; sed nescitur quando utrum è duobus perfectius. Dictat superiùs prudentia; igitur eius perfectionis summa, cognosceret, quando congruit ire in perfectius eundo; & quando oportet, procedere revertendo.

Ezech. 1. 12. 17.

*Theresia ibat revertens, & revertebatur iens.*

*Qualis debeat esse Præsidis solicitudo?*

5 Habuit Theresia; ut quæ amore Seraphica, esset cognitione Cherubica. Cherub dicitur scientiarum plenitudo, expressa figuris in templo & in Tabernaculo. Hìc dicitur: *Respiciant se mutuò, versis vultibus in propitiatorium.* ibi: *Facies eorum erant versæ in exteriorem domum*: hoc est, in atrium. Aptè prorsùm; ut pro tempore iuxta votum, indicetur Theresiam sequi quod magis perfectum. In propitiatorio loquebatur Deus: in exteriore domo eius elucebat cultus. Perfectum sanè cum Deo esse: perfectum, subditos illum colentes respicere. Ubi est impetus spiritus, convertendus est vultus, ut sequatur quod perfectius. Quid perfectius sit vel quando; dubitat anima; & sine dubio lucet Theresiæ prudentia, expressa vividè in Cherubim forma; versis aliquando vultibus in propitiatorium, & aliquando in exterius aureum templum: igitur si in propitiatorio Deus loquitur & videtur, in exteriore domo ab hominibus colitur; perfectius aliquando propter aliorum virtutem, loquentis Dei derelinquere dulcedinem. Quanta solicitudo Theresiæ in Sponsum & filias! Instar Cherub habet alas. In propitiatorium respicit, & Sponsum Sponsa dulciter audit; sed vultum etiam in filias vigil convertit, factas Dei templum, per eius reformationis institutum: etenim dum

Exod. 25. 20. 2. Paral. 3. 13.

*Quomodò in Theresia in Deum elevatio, etiam filias respiciendo?*

co-

colentes Numen amant; respicit, an Deum respiciant. Non amittitur perfectio, converso vultu: igitur dum respicit exterius Numinis templum, respicit etiam in propitiatorium. Cum euntibus ibat, cum stantibus stabat: & ut Deus, quem colebant, quæreretur: cum elevatis à terra, pariter elevabatur. Aliquando relinquebat visionem Deitatis, ut sic consuleret cæteris. Hispan. *Dexa de mirar à Dios, por mirar por los demas*: sed tunc consulebat sibi, Deum respiciendo, in filias converso vultu; an irent, an starent, an per amorem alatum, elevarentur in cœlum.

6 Non salvatur Rex per multam virtutem, sed per regimen: igitur si populus, quia sine regimine perit, Rector propriâ virtute peribit;

Ovid. 4. *Trist.* 4. v. 15. *Nam res est publica Cæsar.*

Vide latè *Tom.* 3. *T.* 1. *D.* 4. *Placet* (ait Senec. de *Tranquill. anim.* cap. 1.) *vim præceptorum sequi: placet honores fasces que non purpurâ aut aureis virgis adductum capessere; sed ut amicis propinquisque &*

Senec. *omnibus civibus, omnibus deinde mortalibus paratior utiliorque sim propiùs positus.* Quid quòd Sol, si sibi duntaxàt lux? Si sibi sumeret, minimè elevaretur, ut præesset. Aliter, ut canit Mantuan. *Eclog.* 10. v. 70.

Mantuan. *Fons ille fluens Carmeli é rupibus altis,*
*Signa dedit, nihil omisit.*

Igitur in proximorum intendere regimen, est regentis proculdubiò intendere perfectionem. Accessit ad Iesum quidam legis doctor, pileò tenus, interrogans: *Quod est mandatum magnum in lege?* Tunc cœlestis Præceptor:

Matth. 22. à 38. Diligere Deum: *Hoc est maximum & primum mandatum: secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum.* Domine, non interrogat de secundo, sed de primo. Cur ergo secundum de proximi amore connotas? Ut fulgeat in corde charitas, maximè in regimine, his qui obnoxij obligationi. Sibi qui publicè debent vivere, viverè iustè arbitrantur, modò diligant Deum; sibi in perfectionem virtutibus studentes, obliti prorsùm regiminis, & abdicentes respicere versus templum, modò respiciant in propitiatorium: & cùm de Dei amore Christus loquatur, respectus proximi iungitur; quippe in huiusmodi amore modò proximi non sit, amor erit, si inest amor; verùm non est amor Dei. Cæteros respicere congruit, si se respicit: aliter in amore qui videtur; non est, sed videtur amor. Ubi in amorem procedit, ab amore magis cadit; quippe institutum regiminis, tantùm consulere cæteris; & ut

*Sine attentione in subditos, ad Deum nequit esse respectus.*

sit amor in pectore, iungitur dilectio proximi; siquidem ni amore respiciat proximum, quantunvis amare dicat, nequit respicere Deum. Lex dilectionis observatur; sed ministerium dilectionis non impletur: igitur qui observat amorem, debet adimplere legem. Lex duplicem habet respectum: amorem scilicèt in Deum & proximum. Primum maximum, sed secundum nequaquàm obliviscendum: etenim nec Deus amatur, si proximus non respicitur. Canit Prosper. Aquitan. *Epigram.* 7.

*Unde istis geminis virtutum qui caret alis,* S. Prosp.
*Cœlorum ad regnum non habet, unde volet.*

7 Hinc dicitur: *Ille autem volens iustificare seipsum; dixit: Et quis est meus proximus?* Ut fiat iustificatio, proximi introducitur dilectio: & iurè, in regiminis onere, quo iustificantur cæteri; quoniam iustificationis ministerium, nequaquam est iustificare seipsum: amorque in subditos iungitur; ut Superior in amore iustificetur: quandoquidem procul illo, in ipsomet Deitatis amore; sine amore Dei non possunt iustificari. Ille solus intendebat in sui iustificationem, cùm talis amor nullam haberet virtutem; ni respiceret alios, de quibus pro munere debebat esse solicitus. Unde cùm sui ad se procedat iustificatio, si plena etiam ad alios dilectio; amor aliorum coniungitur; ut Dei amore ipse iustificaretur. En dilectionis forma, Theresiæ arena, ut semper sequeretur perfectius post perfectionem; Sponso in illa ordinante charitatem. In Deum est charitas: etiam charitas in filias. Votum, nonnunquàm perfectius sequi, ut ex regimine posset testificari: & modò hoc, modò illud exequitur, quæ perfectius operatur (arte ac charitate mirificâ perfecta tantùm, transformans in perfectiora) igitur si perfectius absolutè, in Sponsum elevari; aliquando perfectiore perfectius, filias respicere. Se respicere, respiciendo Deum, est in ordine ad se: filias respicere est sui, ut regimen sit in ordine, sed semper perfectiore modo; quia Dei quæritur dilectio, in præceptis primum & maximum, estò ingrediatur secundum: unde cùm in maximum incumbat, dum minus connotat; nonnunquàm perfectius sequitur charitatis perfectionem, etiam dum facit utrunque.

Luc. 10. 29.

*Theresiæ amoris summitas.*

*Felices animæ, quibus hæc cognoscere primum:* Ovid. 1. *Fastor.* à v. 297.
*Altius humanis exeruisse caput.*

8 Ostensus modus ordinationis charitatis Theresiæ, modo verò & votum & finis voti. *Sapiens* (inquit Senec. de *Constant. Sapient.*

Seneca

*pient.* cap. 8.) *pergit in excelsa*: sed Theresia in excelsiora; ut vota excedant ultra sapientiam ab homine cogitata. *Quæ supra nos sunt* (ait Ambros. 1. de *Virgin.*) *in voto magis sunt, quàm in ministerio*; excedit in Theresia vis amoris, qui ducitur alis: igitur quod supra nos uti votum, fecit flammę ministerium. *Ulterius* fuit epigraphe symboli Caroli V. uti notat Claud. Minos in *Emblem.* 45. *Alciat.* Ulterius virtus? Virtus Theresiæ, si ulteriùs.

Ambros.

*Illa semper tendit ulteriùs.*

Alciat.

*Progreditur semper;*

Et adepta perfectione: iustificatur amplius, quippe melior, si perfectius. Volat, quia Sponsum desiderat, & semper volat; siquidem ex corde dilecto propior, quandiù ulteriùs volet amor. In columba figuratur Theresia; quia in specie columbæ in cœlum ascendit anima. Videàmus in voto votum.

Psal. 54. 7. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam.* Optat David. Quod hic optavit, Theresia præ amore sumpsit, & non defecit. Quomodò requiesceret volatu si motus in exercitio? Si intendit è terra fugam; dicat: *Ut post volatum, requiescam*: sed requies & volatus? Utique in amore, qui procedit ulteriùs. Requies est amoris finis, volatus continuatio mira amoris. De amore Theresia gaudet. Verùm in motu requiescit; ne quiescat eximio amore, cui non est requies in requie. Amoris requies, ut quies, dicit suspensionem motus: summi verò conditio, in ulteriora progressus. Unde ut splendeat in amore perfectio; quiescet amor Theresiæ, sed volando: etenim cùm finis amoris tantùm amare; sine motu in ulteriora renuit finem in amore.

Rom. 4. 18. 9 Credit Theresia *in spem contra spem.* Contra spem, habens quem quærit: Spei, quippe habitum ambit: ex obtentu quies, sed volando nulla requies; quippe solicita motu amoris dilectum Sponsum quærit, quasi nunquàm inveniisset. *Sic currite, ut comprehendatis*: dicebat Paulus. Singularis profectò Theresiæ amor, & flammæ fervor: igitur postquàm comprehendit, velociter currit; quasi nihil comprehendisset, cupiens consequi volatu, ubi gaudium caret voto. Dum præ amore flagrat cor, expectat semper spem; quæ uti beata, plena felicitatis, propter adventum magni Dei & Salvatoris. In corde Theresiæ habitat: & in habitum perniciter volat; ut cum spe contra spem magis amorem confirmet, & amando in excessu perseveret; igitur si gaudium pectoris ex spe consecutionis, & contra spem, propter amorem amare, ac dilectum propter dilectum diligere; ut exprimat dilectionis excessum, contra spem repellit gaudium: siquidem volatu intendens amoris felicitatem, in amore duntaxat quærit amorem. Ulteriùs. Volare in dilectum, est amoris: quiescere in motu volatus, est flamma amoris vehementis. Quies dicit præmium volatus: cum spe acer dilectionis motus: & contra spem spes in Theresiæ amore habitat, ut volando tantùm, in dilectione quiescat: igitur inquirendo in amoris præmio gaudium; nequaquàm amorem solicitaret, sed præmium. Ubi comprehensio, non cursus; quippe in quiete non fit motus. In spe motus cùm sit; in motu requies, erit spes contra spem; atque excessus dilectionis prodigium: Theresiæ corde flammæ vehementis comprobante excessum; igitur si anima amoris ictu volat, ut quiete Sponsum comprehendat; Theresia postquàm comprehendit, vulnerata ad illum volat. Ratio subest. Amor in motu dilectum sequitur: in quiete consequitur. Volando meretur: quiescendo fruitur: volare, dilecti obsequium: quiescere, diligentis est gaudium: Theresiaque inter gaudium & obsequium, amoris solicitat celsitudinem; quippe amorem intendit propter amorem.

*In amore duntaxat quærit amorem.*

Isai. 26. 13.

10 *Tantùm in te recordemur nominis tui*; dicit Propheta Evangelicus. Hebraismus est: q. d. *Tantùm in te recordemur tui.* Quid in illo præter illum, ut Dei tantum in illo excitetur desiderium? Est discrimen amoris, & amoris flagrantis. Amor in dilectum tendit aciem, sed propter retributionem. Amor flagrans propter excessus obsequium, non habet retributionis intuitum. Primum est Deum diligere ratione commodi: secundum, diligere amore tantùm dilecti: & in Domino, Domini tantùm datur ad amorem recordatio; quippe gloria excessus amoris fit, dum amor tantùm dirigitur ad maiorem gloriam Dei.

*Et Dei gloriam vel in gloria.*

*Præmia nulla peto, nisi te.*

Ovid. 8. *Metam.* fab. 1.

Non in Deo quæreretur Deus; si amoris in præmia motus: & dum Dei optantur munera, Dei duntaxàt fit memoria; quoniam in amore flagranti verum incendium, Deum dilectione diligere propter ipsum. Canit in rem idem Ethnicus, *Epist.* 16. à v. 69.

*Utque ea non sperno, sic acceptissima semper*
*Munera sunt, auctor quæ pretiosa facit.*

Idem.

*Munera tanta quidem promittit in æthere dives:*
*Sed ego te potiùs, quàm tua dona sequar.*

Si propter præmia; est Dei recordari & sui. Communis utique amor. Si propter ipsum, sine intuitu sui, incendij flammarum fervore:

1. Cor. 9. 24

&

& in memoria munerum, auctoris tantùm memoria; quoniam auctor diligendus, & non munera. Munus auctoris gloria est; sed gloria non gloria amoris ex excessu flammæ pectoris: equidem suam excessus collocat felicitatem, in dilectione auctoris propter auctorem.

Psal. 26. 8. 11 Astruit Regius Psaltes. *Exquisivit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.* Nodus implicationis excessum exprimit eminentis charitatis. A facie Domini gloria emanat in diligentem; quia non aliud gloria, nisi Dei videre faciem: quo ergo pacto Deum tantùm amor exquirit, modò in gloriam videre faciem intendit? Glorioſa sane beatitudinis munera, sed pretiosior à quo gloria. Illum David corde quærit, dum gloriam eius inquirit; sed cum excessu in amore, necdum revelata facie: igitur non propter gloriam requirit Domini faciem, sed gloriam propter auctorem. Etiam facie requisitâ, ad te diriguntur vota. Quid enim mihi est in cœlo? & à te quid volui super terram? Quid mihi? gloria? In me sunt Deus vota tua. Tu solus, quippe omnia tu: etenim si à te posset separari gloria; tota gloria mihi nulla: nihil omnia: ardens quippe vehementiore incendio cor, propter te requiro faciem, & te tantùm propter te.

*In eum à qua gloria, amoris vehementia.*

12 Quid decor Carmeli? An illud Augustini, dum sagittis ignitis transversum cor; *Non tua Domine, sed te?* An huiusmodi intuitu ab Angelo transverberatur pectus ignito iaculo? Super cor suum posuit Sponsum uti signaculum. Audivit *Pone me*, & præter me nihil aliud: etenim quanvis sit gloria; dum fervet amoris flamma, respectu summè dilecti, vel gloria ducetur nihili. Cant. 8. 6. Psal. 72. 26. *Pone me ut signaculum super cor tuum.* Sic enim clamat Theresia: *Deus cordis mei. Tibi dixit cor meum*; quia cor meum duntaxàt tibi, ut signaculum sis tu: equidem estò cœlum, præter te; estò facies, quam propter te requiro, & quidquid ambitur cœlo, quantunvis spectabile & glorioſum; cordis mei præterquàm tu, non potest esse signaculum. Hæc verba Sponsi, quæ Sponsæ attribuunt nonnulli. Vid. hìc Sanctium, *n.* 35. Mutua fit redamatio, & se dilecti respiciunt mutuò, sigillatis cordibus sigillo cordis, sigillati & sigillantis; in quo summi amoris forma, & excessus cordium summa: quandoquidem signaculum cordis Christi, quod signaculum Theresiæ. Cor alatum pinxit Contile, cum lemmate: *Sic ad astra*, igitur consequentur, si sursùm corda. Quò tendit cor Theresiæ? In cœlum? habet. Non sufficit gressus? In eius corde amor summus. Unde ut tendat in astra, alæ & alæ amoris eius sunt tessera. Amor sine motu non est amor, quippe frigida flamma: ardet, sed minimè lucet; & patet levis, ubi ardore frigescit. Theresiæ charitas etiam in infantia gigas. Semper in perfecta ætate, quia termino mensuratur & non tempore; alis potita flamma; quia uti perfecta in brevi explevit tempora multa. Alijs Sponsis dicitur: *Exite obviam* Sponso. Interlineal. *Occurrite in aëra.* In præceptum assumit alas Theresia. Non sat gressus? Huius Sponsæ amori congruit volatus; quippe tendit in perfectius: rapitque alas in volatum, ut sit sine voto votum. In amore motus virtus: virtutis perfectio in amore volatus: additque alas cordi flagranti Theresia; ut constet perfectior flamma: igitur ex perfectione virtutis, florebit virtus amoris.

*Signaculum cordis Theresiæ quodnam?*

*Tuc. Contil. Embl. 15*

*Eius charitas vel in infantia gigas.*

Matth. 25. 6.

*Sine pennis vola.*

Ait Plautus in *Asinar.* Act. 1. scen. 1. v. 80. Quod videtur impossibile, sortitur amor Theresiæ: igitur dum in alijs amor infans vix pedibus incedebat, iam in æthera volabat. Volabat. A perfectione, amori nascuntur alæ: in infantia amoris nullæ: & in Theresiæ commendationem amoris, non mirum quod volet, sed quod volet sine alis: igitur in perfectiora motus, in altiora amoris virtus; etiam quùm in volatum obstabat tempus. Hanc Theresia in amore nacta gloriam: amor eius non habuit infantiam.

Plaut.

*Eius amor non habuit infantiam.*

*Non est nihil volare dulcius.*

*Talem scit civitatem, ubi volatur.*

Dicit Aristophan. in *Aves*, Act. 1. v. 48. & 13. v. 6. A principio Theresia amoris præguſtavit dulcedinem; igitur ubi volatur, alis exquisivit civitatem: etenim vel ab infantia ex perfectione virtutis, luxit virtus perfectionis. De Sibylla Cumana infit Bulenger. lib. 4. *de Divinat.* cap. 1. *Simul atque nata est, de cœlestibus, ac de universi huius constitutione philosophata est.* Idem Nicetas in *Vit. Alexij Comment.* lib. 3. Elucet Theresiæ speculum, ubi in cœlestem urbem dirigit ab infantia volatum: quandoquidem ex quo nata, alas sumpsit in cœlestia; & ut volando quiesceret; in perfectius & altius semper volavit.

Aristoph.

Buleng.

13 *Quæ est ista quæ progreditur?* De Sponsa inter Angelos inquititur. Vix nascitur, & iam progreditur? Erat specialis Sponsa: & singularis fulget vel ab infantia. Progreditur: verùm quomodò? Uti eximia pulchritudo. *Progreditur consurgens*, Singulariter progreditur, si consurgens elevatur. *Progreditur quasi Aurora*: Aurora cum alis picta. Adi Chartar. fol. 67. Volat & rutilat, dum in Sponsa admirationem con-

Cantic. 6. 9

ci-

ciliat; quia plus non est, ubi progreditur plus: meritòque plauditur, si progreditur Aurora, quia Aurora semper progreditur: Aurora ex quo incipit, quousque deficiat, semper in luce crescit: Sponsaque etiam progrediens Auroræ confertur, ut Theresiæ specimen in Aurora videatur: igitur ex quo tanti splendoris exortus, semper processit ulteriùs. Lux Solis perfectior Lunâ: Lunæ perfectior Aurorâ: & cùm summi amoris motus nonnunquàm sit in perfectius; in ampliorem de claritate in claritatem, Theresia consurgit lucem; quia volat alata lux, quousque rutilet ut Sol. In Aurora deficiente augmento lucis, iam nihil est entitatis. Moritur, ni maior: haud aliter in Theresia dilectionis fulgor (quia in fine motus velocior, dum cor in mortem amore cadit, & simul amore surgit) igitur ut Aurora fulsit, & ulterius splendore processit; quousque in vitæ fine ut Sol, cognovit occasum suum. Iam non inquiritur, *Quæ sit ista*? Notis occurrit Theresia, cuius excellens charitas. In admirationem vertitur Angelorum curiositas: etenim in admirationem impellitur animus, etiam ab infantia semper procedendi ulterius.

*Cur dicitur nova Aurora?*

14 Dum Baptista repugnat præ confusione Christum baptizare; audit: *Sic enim decet nos, implere omnem iustitiam. Perficere.* Ut summè summum in perfectione; iustitiam & summam decet impleri. Quid est omnis, vel summa iustitia? *Incrementum virtutis & sanctitatis*: inquit Alapid. in signum sanctificationis: diciturque impletio amoris exercitium, ubi erga dilectum à pectore flagranti fit obsequium, quia licèt charitatis, non summæ charitatis, ni sit omnis. Quotidie Christus maiora gratiæ exhibebat signa: volabat in ulteriora, queis ostenderet amoris animum, in exterioris perfectionis augmentum: etenim non esset perfectio in amante charitatis, sine augmento perfectionis. In amore communi, quod debetur, est iustitia; in excessu verò, iustitia, quod non debetur: in illo quòd fiat, sed in hoc, quod perficiatur: igitur cùm quotidie debeat crescere, & in perfectius, plus & plus tendere corde; si non perfectius non factum, quippe factum, nisi ulteriùs, non perfectum. *Sic decet nos implere omnem iustitiam.* Quomodò virtute implendum? Per volatum: igitur in ulteriora aspirando discutit requiem, per amorem ut obtineàt omnimodam plenitudinem. Ideo dicit: *Sic nos decet.* Decor est amoris, semper volare: amor est, amando quiescere: amare sic, si decet, non decet nos; propter eximiam flammam, qua omnem debemus observare iustitiam, ut ex perfectione exprofessione virtutis, sublimitas sit amoris: si ita charitas urget, sic nos decet. Sic *B. Theresia* (infit qui supr.) *faciebat omnem iustitiam; quia in qualibet re faciebat id quod iustius, sanctius, perfectius & Deo gratius erat: imò ad hoc voto se obstrinxit.* Sic illam decebat, quippequàm semper volabat: & cùm ultrà semper esset, quousque ad metam perveniret, & impediret vita; in omnem perfectionem volatu tetendit flamma: impulsu cedens vulnerato amori, ut impleretur in omnem plenitudinem gratiæ. De excessu amoris, cui non sufficit, quod sufficit, diximus, *Tom.* 1. *T.* 3. *D.* 1. *à num.* 1.

Matth. 3. 15

Alapid.

*Eius amoris perfectio simulque virtutis in augmento perfectionis.*

Idem.

15 Sed inquirendum: Quare si plena, volat ut impleatur, in ampliora; ubi non ultra, si plena? Procedit & volando procedit, sed procedere non nosci, in quo summa perfectio, & amoris magnitudo: igitur ita ardenter inquirit; ut etiam volando, quasi nec pedem moveret. Ad rem Ethnicus, 12. *Æneid.* à v. 892.

*In quo tius perfectio & eximia magnitudo?*

——— *Optat ardua pennis*
*Astra sequi.*
*Sed neque currentem se, neque cognoscit eun-*
*tem.*

Virgil.

Contigit Theresiæ, quod Sponsæ. Fugit Sponsus, quia in tenebris ambulando, fugit consolationum dulcedo: verùm dicebat etiam sine dulcedine: *Anima mea desideravit te in nocte.* Exponit Hermann. Hugo lib. 1. *Gemit.* 1.

Isai. 26. 9.

*Heu mihi quàm densis nox incubat atra tene-*
*bris!*
*Nullaque vel minimo sidere flamma*
*micat.*

Considera Theresiam in quam congesta tot maledicta, tot dicteria, factam opprobrium abundantibus, & despectio superbis. Sed dilectum quæsivit in nocte, nullo refecta pabulo cœlestium consolationum, quibus solet etiam in terris sanctitas abundare. *Paululùm cùm pertransissem, inveni* (dicitur) *quem diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittam.* Sit ergo in tristis plorantis solatium, ut iam amorem non vellicet desiderium. Fruslrà profectò votum. *Quis mihi det te, ut iam me nemo despiciat.* Quid Theresia loqueris? Præ amore insanis. Si tenes, quin dimiseris, quid quæris? Excito alis cordis flammam, si quomodò comprehendam, si quomodò occurram. Curro, volo, quippe Sponsi micat lux; non quòd iam acceperim, aut iam perfecta sim. Non perfecta & tenes? Amo. Quid habeäm, nescio: cùm cognitio sit amare, arbitratur non tenere. Volat, verùm quid? ex gaudio dubitat cor: igitur

Cant. 3. 4.

Cap. 8. 3.

*Non cognoscit suam in perfectione perfectionem.*

igtur propter dignitatem ac dignationem Sponsi, videtur amori, vel volando nihil facere. Nec se currentem, nec se cognoscit euntem. Tenere satagit atque fugere timet: unde cùm obsequio inveniatur, dum summum summè diligitur; volandi studium, est diligentis obsequium: igitur anxiè quærit, quasi fugisset. Habet & avet: in corde optatum videt: & adhuc quærit cor, anhelans, *Quis mihi det?* Si habitum cogitaret, sederet habendo, & in perfectius careret studio: optatque Theresia habere quod habet, ut semper quærendo usque in æthera volet.

Auger. *Tela alasque gerit.*

Ut quod non valet alis, nanciscatur sagittis. Volat: non convertetur donec deficiat. Igne amoris vehementia ardescit in summa: donec deficiat, sursùm nonnunquàm è pectore flamma.

Martial. 10. 96. *Hic pretiosa fames.*

16 Ignem venit mittere in terram. Unde dum reformationem concepit, & peperit flammam; accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur. Aptè dicere valet: Psal. 38. 4. *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.* Ubi igne amoris pungitur, ignem ac ignis sopiti excitamen meditatur: hacque meditatione ignem arsurum dicit Theresia; quippe sine illa erat frigida flamma. Haud dubium, quòd pridem ignis inesset, verùm Theresiæ meditatione iam ardet. In diebus ipsius emanaverunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum; quia curavit gentem suam, & liberavit eam à perditione. Quid plura? Alibi, vita comite. Mantuan. d. v. 60.

*Quomodò amoris igne ignem fecit ardescere?*

Mantuan. *Religio & pietas patrum instaurata resurgit.*

## DIDASCALIA IV.

### *Nulla in oratione oratio, si deviat cordis intentio.*

1 VErba quæ non ex animo nequaquàm verba, siquidem cùm rationalitatis sint signa; sine conceptu in verbis, nullum micat signum rationalitatis.

Erasm. *Totum vox, nihilque prætereà.*

Vox ut vox sonus significativus, ut dicemus fusè suo loc. *Tautolog.* 7. *n.* 13. 14. & 22. Unde Plin. *lib.* 11. *cap.* 51. infit: *Ante omnia explanatio animi, quæ nos distinxit à feris.* Ex his dimanat Monachis documentum, ut cogitent qua intentione, attentioneque vocibus efforment chorum: igitur modò vox non fit ex animo significativa, totum vox, nihilque prætereà. *Prophetæ prophetabant*: dicitur in Tautologia. Propheta aliquando pro cantore usurpatur in Scriptura; ut vidimus in *Liter. expos.* n. 21. Hinc nonnulli legunt: *Cantores cantabant.* Est officium sine munere? Profectò, ni qui cantat cantet corde: igitur cœlo musica non est; modò in voce modulantis duntaxàt audiatur vox. Psitaci adinstar dat sine mente sonos. Honorat labijs; sed longè musica cordis. Succinit Prosper. Aquitan. *Epigram.* 6.

3. Reg. 22. 10.

*Non vox ad orationem vox tantùm.*

*Laus vera in Dominum depromitur ore precantis,*
*Si quæ voce fluunt, intima cordis habent.*

*Non prodest cuiquam solis bona dicere verbis;*
*Ni pia mens habeat, quod benè lingua sonat.*

S. Prosp.

*Dolosè enim agit in conspectu eius, ut inveniatur iniquitas eius ad dolum*: etenim cum vox ex corde laudis construat sacrificium; dum sonat vocis suavitas, ad dolum pectoris invenitur iniquitas: quandoquidem in voce vocem laudis emittit, & vanis cogitationibus cor addictum vagè retinet. Cor eorum vanum est, ubi psallit coram Domino; qui odio habet rapinam in holocausto: In holocausto totum Domino dicabatur: cor præcipua victima dicitur: totumque nihil in deprecationis holocausto, quippe cor totum separatur à Deo.

Psal. 35. 3.

*Unde cor canentium vanum & dolosum?*

2 Inter Ethnicos modò victimæ cor deficeret, non litabatur, de quo Stuck, de *Sacrific. Gentil.* n. 229. & Sueton. in *Cæsar.* cap. 81. Unde Achill. Bocchius *Symbol.* 122. accinit:

*Victimâ sine corde, malum signum.*

*Corde silente etenim, vel deficiente, minacis*
*Omnia fortunæ plena fuere malis.*

Achil. Bocch.

Siccine Deus quæritur per Isaiam: *Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, & in victimis tuis non glorificasti me.* Si tot victimæ cæsæ in holocaustum, quomodò nullum? Non dicit quæstus de victima *holocausti*, sed *tui*; in quo fucata duntaxàt religio, & holocaustum sine ullo holocausto: etenim cùm victimam coram Domino sacrificabat, cor à victima deficiebat. Deus glorificatur intentione cordis, mactatis victimis; ut ex victima & corde fiat holocaustum, & gratum atque perfectum: cordeque

Isai. 43. 23.

que remoto, nulla in ipsa glorificatione glorificatio; quippequàm nulla in sacrificio victima præsentià victimæ sine cordis præsentia. Victima exterior est cultus, internæ cordis sanctitatis typus: apparentia veneratio-
*Gloria chori ex voce & mente.* nis, sine specie sanctitatis; quæ omninò surgit ex recta intentione cordis; sine qua nihil totum quod sacrificijs depromitur, quia nihil sacrificatur: nullumque holocaustum designatur in victimis; quia sine corde haud religio, sed species religionis: minimèque Numini construitur gloria religionis apparentià.

3 In rem ergo. Holocaustum ritè & rectè construit cor, igitur *sacrificium laudis*
Psal. 49. 23. *honorificabit me*; demonstrato in salutem itinere, rectà laude; ubi cor concordat voci, uti dicit SS. Doctor Monachorum Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 19. Sine corde,
S. Bened. ubi est victima holocausti? Quid mihi multitudinem victimarum vestrarum? Plenus sum. Ideſt, povocatus in nauseäm, dum
*Cordis fuga ex voce vana.* gloriamini numinis quærere gloriam: quandoquidem cordis fugà, nihil in choro corporis apparentia. Corpus vocis non est laudis, dum cor trahitur vagæ illicio cogitationis. Ex corde & voce constat sacrificium, ut laudis Deo dedicetur holocaustum. Dicit Seneca lib. 2. *Natur. qq.* cap. 6. *Quis*
Senec. *enim sine intensione Spiritus cantus est?* nullumque dicitur, quùm vox frequenter audiatur; quoniam sine cordis modulantis præsentia, patet orantibus in holocausto rapina. Quid prorsùm materia, sine religionis forma? Signant sacrificia, si ritè facta: & sine attentione cordis non facta ritè; quippequàm cultus in religione, & nequaquàm in specie. Cor aliquando apponitur, sed divisum. Tunc laus, sed non laudis holocaustum; quo Deus non quæritur: igitur toto
*Cultus est in religione, non in specie.* corde qui quærendus, non exquiritur: tædetque ferre vanis cogitationibus mundum; quod ipsi debetur, & decet laudibus chorum. *Cogitatio sæcularis abscedat* (ait Cy-
Cyprian. prian. de *Orat. Dominic.*) *neque quicquam tunc aliud animus, quàm id solùm cogitet quod precatur. Quæ segnitia est, alienari & rapi ineptis cogitationibus; quasi sit aliud quod magis debeàs cogitare, quàm quòd cum Deo loqueris? Quomodò te audiri á Deo postulas, cum te ipse non audias?* Quid ibi præsentia, quid musica, si avolant corda?

4 Primogenita in lege Deo dicanda; sed pro domus Dei decore cum differentia. *Primogenitum asini mutabis ove: quod*
Exod. 13. 13. *si non redemeris, interficies.* Infelix asinus! Sæpe siccine commendatur primogenitus. Asinus destinetur templi servitio; Asinus semper inutilis templo. Aliqua diximus *Tautolog.* 4. *D.* 1. *n.* 11. Serviat ergo, si servit, clitellæ, aut typanis horti & non altari: equidem natus non aræ, sed haræ. Expellatur foras extra templum & chorum, qui natus est in ruditum. Commutetur, aliàs actutùm interficiatur; quippe nullibi servit nisi in gravamen: non secus homines asinorum habentes inclinationes: igitur idem illos virgis agitare in chorum, ac perducere in interitum. Proposito igitur Didascaliæ. *Dedecet in choro Monachum ad esse tanquam iumentum.* Sunt in choro Monachi, sicut oves balantes, innocentià cordis sui in cœlum mittentes preces. Sunt enim oves occisionis seipsos offerentes in holocaustum; quia si Deo placent laudes sacrificantium, magis sacrificatorum; hostiæ viventis, Deo placentis, sanctæ, rationabilis obsequij, expelliturque asinus, ubi recolitur chorus; & propter loci decentiam. & propter balantium ignominiam: igitur cunctis in choro propudium, ibi Monachum stolidum adesse tanquàm iumentum. Iuxta animorum momenta, demonstrantur in animalibus symbola. Agni sunt, quorum cordi inhæret decantata maiestas: iumenta, qui inter fructus cogitant paleas, vel in pasqua emittentes cogitationes, dum enarrant vocem laudis: hique expelluntur à templo, ac iumentorum designantur vocabulo; quippe in choro canentes, melodia vocis; versus cœlum, haud iaculantur vocem; sed ruditum. Vulgò: *Estàn alli como un asno.* Cùm à corde sit loquela, sunt ibi muta animalia, si sunt ibi. Vide dicta, *Tom.* 3. *T.* 12. *D.* 2. *à n.* 11.

5 Cuncta quæ ornabant Sanctuarium præ se ferebant in illud ingredientium diversam dispositionem cordium. Hinc in illo multa figuris symbolicis, quia omnia in figura contingebant illis. *In oraculo* (quod Maluenda vocat *Domum sanctitatis*) *fecit* 3. Reg. 6. 23. & 27. *Salomon duos Cherubim de lignis olivarum:: posuitque in medio templi interioris. Ipsi autem* (dicitur, 2. *Paral.* 3. 13.) *stabant erectis pedibus, & facies eorum versæ ad exteriorem domum.* Patet Monachorum in *Abscedat curiositas.* choro astantium figura, sine circunspectione & reverentia. In medio templi interioris domus sanctitatis stant: sed propudium, quod stent, quin starent ubi stabant, dum exteriora trahebant: quandoquidem non stabant, ubi pedes, sed quò tendebantur facies. Facies versæ in exteriorem domum, ideſt, in atrium. In interiore, erat Numen, quod in Arca fœderis collocaverat sedem. In exteriore agebantur sæcularia, interiùs habitantibus impertinentia: in medioque templi dicuntur esse & non esse, & versa & perversa facie:

quia

quia cùm incumbere deberent sacratiori loco, curiosè circumspiciebant quid agebatur in atrio. *Ita figura animalium* : ait Onkelos in *Paraphrast. Chald.* Multoties versâ facie in propitiatorium, cor volat & evolat cogitationibus vagum : qualia ergo corda, despectâ Dei præsentiâ ; oculis emissitijs, dum in externa vana conversa facies? Ita figura animalium, & etiam corruptorum Monachorum : qui in choro Monachi habitu & apparentiâ, sed animo stultissima animalia ; sine respectu in reverentiam cultus, dum in domo sanctitatis sine sanctitate domus. Proh dolor! Misera servitus. Qui possunt esse Cherubim ex loco, superiore cœli scientiâ; in templo interiori stant tanquàm animalia, vel animalium figura sine motu, facta ex lignis, longè aspiratione cordis: unde dum videntur in choro interioris templi; tanquam ex lignis, non Monachi, sed statuæ. Patet ex figura, quę ex mente vaga, illorum materia, & prava corda. *Fecit ex lignis.* Materia lignum? Quidni metallum ? Metallum durum, sed flexibile : lignum indocile ; igitur priùs excindetur, quàm flectatur : & in symbolum Monachorum desidum exponitur lignum; quippe arte, prudentiâ, regimine, imò rigore, in Sanctuarij decorem non possunt flecti. Elucet ex contextu. *Stabant erectis pedibus.* Sicne Cherubim Propitiatorij situs & habitus ? Nullo modo. Assidebant in Sanctuario genu flexo. Erant ex auro, quod quidem docile, quanvis metallum : illi ex trunco inflexibili, utpotè lignum. Hoc ardore magis arescit in repugnantiam : aurum liquescit in formam; ut correctione facta, imprimatur cordibus reverentia : & dum dociles auro conferuntur, indociles ligno in Sanctuario comparantur ; quoniam quùm illi flexis genibus Numen adorant; hi erectis pedibus irreverenter stabant. Habitus exterioris modo, cordium exprimitur dispositio, & animi relaxatio : igitur in domo Dei cultu nullum indicabant cultum, converso vultu in exteriorem domum. Hoc est psallere in Angelorum conspectu ? Hic est perfectionis ordo? *Ergo consideremus* (subdit Benedictus, d.) *qualiter oporteat nos in conspectu divinitatis, & Angelorum eius esse.* At unde considerandum ? Sit ergo in exemplum præcipitium.

OnKel.

*Et accedat circumspectio.*

*Qui in choro statuæ?*

*Unde ibi irreverentia?*

Bened.

6 *Quomodò cecidisti de cœlo Lucifer, qui manè oriebaris* ? E cœlo casus ! Quid mirum si cœli & Numinis nullus in corde respectus? Perscrutetur conscientia causam, ne in idem iudicium incidat & sententiam. Inter Angelorum millia millium, uti natura perfectior, debebat construere chorum ; sed eius cogitatio in sui tantùm incumbebat studium, mirans suam quasi à se pulchritudinem, quin divinam vel in cœlo respiceret maiestatem, nec intenderet in Numinis Conditoris præconia ; cùm illum laudarent etiam astra matutina, & dulcis in choro audiretur vox, & iubilarent omnes filij Dei. Sese vidit, sese cogitavit, & vanis cogitationibus corruit; constructo præcipitio, è quibus construi quibat exaltatio, atque virtutis perfectio: siquidem dum alij Numini canebant laudem, suam illi cogitabant pulchritudinem, in ruinam gratiæ, furore & emotâ mente, corde longe à cœlo, philautiæ pravo consilio, construente lapsum : igitur amplior perfectionis præcipitium, cùm alij plauderent Conditoris perfectiones divinas ; intendere in vanitates & insanias falsas. Deus dispersit superbum mente cordis sui, corde vano sine mente : equidem secum loquebatur fovens propriam arroganter vanitatem, cùm respicere deberet mirabilis pulchritudinis artificem. Draco dicitur à Ioanne. *In cœlo ecce draco magnus.* Draco in cœlo ? Draco, ubi Angelorum chorus ? Draco prorsùm & magnus, dilectionis tepore, quo congregavit iniquitatem sibi, & complacens & demulcens, oblitus divinæ laudis : siquidem in choro præsens putidâ virulentâ cogitatione, dum alij canentes Deo assistebant tanquàm Angeli. Pende : *In cœlo draco.* Draco utiquè haud potuit demerito dici, quousque in inferna loca corruit à gratia; quia per superbię crimen conversus est in draconem. Quomodò ergo draco in ipso cœlo, & Angelorum choro ? Propter chori fastidia, & ab alijs differentiam ex Dei præsentia; nihili ducens respectus Deitatis, imperfectionibus addens imperfectiones, & in choro, loco sacro (quò quia cunctis gratiâ ac naturâ perfectior ; debebat gratus esse humilior atque devotior) oculos cordis non dirigens in mirabile lumen & Numen; avertens oculos, ne viderent vanitatem : dracoque vel in cœli choro dicitur, dum sua ibi & non Numen contemplatur; quoniam in choro cœlesti per contractam voluntariè imperfectionem, gradatim convertebatur in draconem infernalem.

Isai. 14. 12.

*Vana cogitatio in choro,*

*ruinæ animarum occasio.*

Apoc. 12. 3.

*Et in dæmones conversio.*

7 *In cœlo draco.* Innuitur, quomodò lucifer cecidit draco de cœlo. A concupiscentia sua fuit attractus & illectus ; quin propter locum aut Numen, insanæ cogitationis expelleret vanitatem : factoque crimine in cœlo, in cœlo dicitur draco ; quippequàm nullo modo compescuit cogitationem, Deum cogitare præsentem: videre Dei laudibus locum sacrum ac modestiam cum

*Non improbos movet Dei præsentia sociorum*

reverentia sociorum. *In cœlo draco magnus.* Non solùm species exhibetur feritatis, sed etiam monstrositas magnitudinis. An quia inde contracta putredo, unde quibat pulchritudo? Miserum profectò instar aranëæ contrahere intra viscera venenum, unde anima apicula exhaurit alexipharmacum. Draco sanè, qui Dei præsentiam non recogitat corde, ductus sæculi illecebris, clausis intellectus oculis, quin faciat bonum, quia non est intelligens, nec requirens Deum: at etsi draco, non magnus, quippe nescit. Draco & magnus, Monachus, qui locum sacrum cognoscit, ac malitiosè proculcatione despicit, inferens cœlesti choro, quæ indecora vel in mundo. Draco fit, despectà præsentià Dei; sed crescit magnitudo malitiæ & cognitione Numinis & sanctitate loci; igitur ibi vaga mundo cogitatio, quæ ibi, quia ibi, debebat dicare Deo. Sæpè devotè in chorum ingrediuntur: deinde venit diabolus & tollit de corde eorum. Anima,

Hes. *Ut simul attigerint urentis flamina venti,*
*Aret, & exiguo victa calore iacet.*

Hæc summa iactura, dedecoratà gratiâ: equidem qui volare poterant uti spiritus cœlestes, iacent dæmonis ludibrium ut pestiferi dracones.

Sap. 11, 16. 8 In Scriptura, *pro cogitationibus insensatis* signat Sapiens iniquis *mutos serpentes.* Expositionem literalem inveniens loc. cit. n. 1. Textus theatrum est Monachorum desidum, ac curis sæcularibus attonitorum, qui nec vident quæ vident, vel videntes connivent. Si in choro canentes assistunt, quo pacto muti vocantur? Astant concioni ac cantioni homines: qua igitur causa designantur ut serpentes? A cogitationibus insensatis: igitur cùm cogitationes voluntariè admittant ac foveant (quæ animas ut virulentæ venenant, & ibi sortiantur effectum, unde medicamen vulnerum) claret insensatorum, velle converti in dracones virulentos, qui numerari possunt atque valent inter Angelos. Reptilia ac serpentes crinibus pro ornatu apponi: diximus *Tom. 3. T. 1. n. 22.* Si per crines signantur cogitationes; ad unguem quadrant serpentes: siquidem in choro, quæ non chori cogitata, nil aliud nisi venena. Mirum videtur ex hominum cogitatione venenum, verùm germen necessarium. Quid mirum, si venenum cogitationes, ubi cogitationes ingrediuntur ut serpentes? Serpente & muti sunt pro cogitationibus insensatis. Nonne in choro cantant? Uti serpentes sibilant. Canunt. An rudunt? Canunt. At quomodo muti? Haud concinunt corde. Ubi ex corde & ore non fiat cantus, ad cœlum non est concentus.

*Sunt ibi serpentes muti.*

Est ordo musices, quando ad æthera voces; Unde cum in voce vox non sit, quia voci deficit vox, canentes in medio chori & sunt serpentes & muti: serpentes, propter venenum vanarum cogitationum: muti, quoniam tot verbis, tot vocibus, nec vox auditur nec verbum.

9 Modum indicat animarum Amasius, cui dicatur chorus. In horto deliciarum, quasi in Musæo, ubi cantantes & psallentes in cordibus Domino, erat Sponsa; cuius à dilecto desiderabatur musica. Unde illi dicit: *Quæ habitas in hortis (amici auscultant) fac me audire vocem tuam.* Auditene pendet à canente, vel ab aure? A cantante pendet audiri, non audire. Quo ergo pacto si necessarius sensus in prolatam vocem; vox Sponsæ faciet audire non surdam aurem? Vox Sponsæ non vox, ni vox in Sponsum sit. Unde Iuvencus, 3. de *Evangel. histor.* v. 345. Cant. 8. 13. *Quomodò in choro dirigenda vox audiri?*

——— *Solumque vident, & voce requirunt.* Iuvenc.

Seque audire vocem postulat, dum mulcimine vocis Sponsa cantat; quippe nullus sonor vocis, ubi non vox propter illum, sed amicos auscultantes. *Fac me vocem audire,* quod vocis obtinebis directione, corde vocem comitante; ex quo constituitur vox, non ut audiatur, sed ut audiatur à me. Aliter estò dulciter cantet, Sponsa laudans nec hiscit: igitur cùm nihil sonet in aure, non auditur sine voce. *Sonet vox tua in auribus meis,* ut sit in musica vox, & vox dulcis ex intentione ac attentione cordis; quippe si deviant à voce canentium corda, non vox dulcis, sed amara: non vox, vox sola: & sonare vocem Sponsus intendit in aure sua; ut habeat vocem entitatem & dulcedinem. Entitatem à gutture, dulcedinem à corde: igitur si Sponsa sine corde in choro cantat, vox ex musica non sonat. *Sonet vox tua* (Chald. *Oratio tua*) *in auribus meis.* Vox sonat, ut audiatur: in auribus Dei haud sonat, si non auditur: directioque cordis cum voce in oratione requiritur; ut vox Sponsæ audiatur & exaudiatur: quippequàm oratio dulcis non est, ex gutture modulante ad mulcimen vox & vox. Cap. Chald.

10 Causam signat postulatio Psalmographi. *Intende voci orationis meæ.* Cur non orationi vocis? Quia voce solà non fit, si voci deficit cor. Hoc est forma vocis, ut vox audiatur, dum vox profertur, & in musicam dirigitur: & non dicitur oratio vocis dulciter modulantis, sed vox tantùm orationis; quia cordis ac vocis debet esse concordia, ut audiat auris divina: etenim dum fugit divinam aurem oratio non habet Psal 5. 3. *Voce solà oratio muta*

bet vocem. Hinc præmisit: *Verba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum.* Vox in rationali debet cum aliqua significatione esse. Vox sine corde caret fine, atque significatione: oratque Deum intendere voci orationis prolatæ, nequaquàm voci; siquidem auribus nullo modo percipiet, quæ sine significatu vel audiendo non intelligit. Sine motu, ut ait Paulus; *quomodò scietur quod canitur? Sine anima sunt vocem dantia*; sed à Domino in oratione non intellecta; ut intendat voci orationis, in quam inclinatur auris: equidem cum finis cordis deficiat, qui voces ad intelligentiam format; non perveniunt, ut percipiantur, ad aurem, quoniam voces abs anima non habent vocem. Quomodò percipietur in oratione dulcedo vocis, ubi voce obturat aures?

Vers. 2.

1. Cor. 14. 7

Bugnot. d.

*Nil homini prodest verborum pompa precanti.*
*Concordet voci mens pia rité suæ.*

*Ut voce & corde perfecta.*

Ab unione utriusque pendet oratio, & orantis exauditio: equidem si ab anima vox, & vocis à virtute maior vis; mente atque voce unitis; orationem percipit Numinis auris: igitur ut eius percutiat quasi sagittis aurem, vocem non tantum habet, sed & clamorem. Ita enim *petitiones innotescunt apud Deum.* Aliàs, qui cuncta cognoscit, loquitur & *Nescio vos.* Matth. 25. 12. Nescit quod fastidit, & nequaquàm innotescit, quod non intelligit: igitur quod non exaudit, non audit.

Philip. 4. 6.

11 *Exaudi Domine vocem deprecationis meæ, dum oro ad te; dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum:* dicit David. Quidùm (ubi in templo orat, & cor cum manibus ad Numen elevat) dicit, quòd audiat deprecationem vocis, sed vocem precis? Ut clareat apud Deum innotescere petitiones cordium, dum promptum præbet auditum. Si audit, exaudit: & non dicit precem, sed duntaxàt precis vocem; quippequàm si vocem audivit Numen, signum profectò impetratam à corde deprecationem. *Intret postulatio* in conspectu Dei. Audiatur in throno vox; quæ non auditur, dum sine mente profertur. Verùm quid quod intret, si vota non obtinet? Amittet turpiùs gratiam, si post ingressum subierit à maiestate repulsam. Nullo modo. Claditur orationi ostium, ni cum illa pectus pulset: Davidque tantùm exoptat, quòd intret; siquidem exibit cum dono gratiæ, si modò ad gratiam permittatur ingredi. Ibi non intrabit aliquid coinquinatum: sine corde ex voce laudis irritum votum; ingressusque orationis desideratur, dum aliquid precibus à Domino petitur; quia acceptum ad gratiam oculis Dei, modò cum voce prolata simul ingrediatur cor. At quid ingredi? Priusquàm accedere possit, gratia appropinquanti occurrit.

Pſal. 27. 2.

*Deus non audit, quod non exaudit*

Pſ. 118. 170

12 Idem astruit: *Appropinquet* (ait) *deprecatio mea in conspectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.* Scrutanda cuncta. Deprecatio appropinquet. Ergo est deprecatio, quæ appropinquare non audet. Utique, cuius cor in deprecatione longè: igitur tantùm deprecatio ad speciem, vel deprecatio quoad vocem; fastidium auris, uti cymbalum tinniens: quæ quidem appropinquare nequit in Dei conspectum; quia sine vita cordis non habet motum. Oratio est elevatio mentis in Deum, qua volat anima in æthera: peritque sine mente oratio voce confecta; quoniam quæ elevatione valebat appropinquare, non potest pedem movere. Lingua quid, dum mens sine fructu est? Sine mente non oratio, sine elevatione mentis vox orantis caret fructu; nequitque, ut oratio, deprecatio appropinquare Deo; quippe ad illum tunc duntaxàt elevat vocem, nequaquàm mentem. Quomodò oratio precibus ipsis dicetur, si mens cum voce in Numen non elevatur? *Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente*: siquidem sine mente sola voce, neque spiritus nec psalmus. Sed unde in cantum spiritus? Dicit & promptè: *Iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.* Eloquia Domini decantantur in choro, ex quibus vocalis efformatur oratio: petitque intellectum iuxtà prolatum eloquium; ut ex consonantia vocis & mentis, oratio constet vocalis: quandoquidem sine mente; quod cantatur, versus cœlum auditur, sed sine voce. Hinc origo tristitiæ ex choro, quia nulla ex verbis surgit mentis elevatio, dum Dei cantatur eloquium citra intellectum. *Sit* ergo ò Monachi! *iucunda decoraque laudatio.* Decora, mente elevatà: iucunda, verborum intelligentiâ: decora, ex unione vocis & cordis, quasi citharœdorum citharizantium in citharis suis: iucunda orationis fine, atque voluntatis amore. Sic *voce pulchrà canentes*: ut ait Homer. 10. *Odyss.* v. 221. Aliter, nec iucundè nec decorè cantatur in choro; quippequàm ex cantu canentibus emanat amaritudo. De lauro, dicitur à Picinello, 9. *Mund. Symbol.* n. 222. *Resonat usta.* Sicci ne sonus vocis, ubi flamma dilectionis in medio pectoris: oratioque fit tam decora quàm iucunda; quia flagrant corda. Dul-

*Oratio quæ trunca?*

V. 169.

1. Cor. 14. 15.

*Unde tædia ex choro?*

Pſal. 146. 1.

Homer.

*Et oratio iucunda & decora?*

Picinell.

Cor victi.

ce quidem in laudis sacrificio vocis canticum, dum cor victimæ ut suum tantùm rapit cœlum.

Bocch. d. *Ut raptum à corvo Hermocrati Dijs fortè litanti,*
*Cor felix quondàm fecerat auxilium.*

Vid. in *Ephemer.* 8. *Febr.* Surſùm profectò corda, ſi ex utroque conſtat muſica. Ictum enim cor, ut accinit Tibull. *lib.* 3. *Eleg.* 4. v. 40.

Tibull. *Felices cantus ore ſonante dedit.*

## DIDASCALIA V.

### *Principis miniſterium, prompta expeditio cauſarum.*

1 VIdetur nonnullis, ſplendore dignitatis attonitis; regere, nil aliud eſſe, niſi oſtentationem ſplendoris dignitatis. Unde ſeſe exhibent librato corpore, motili capite, criſpà ſalivà, buccula ſtudiosè plicata, ſimiarum formà, in publicum ſpectaculum & in riſum: quandoquidem qui achriogeli ſpectant, meritorum ullam haud vident auctoritatem, ſed auctoritatis duntaxàt futilem oſtentationem: qui quidem cùm nihil ſint, invito honore ambulant in magnis & mirabilibus ſuper ſe; ſui memores, & obliti prorſùm muneris: igitur illis, quoniam indigni honoris, fatuè videtur, quòd alijs honoris labor, illis verò tantùm honor. O magni in magnis! Quàm affabrè tinctę alę volitantis papilionis! Idem eſt otioſum eſſe, ac nihil operis in opere facere. Totum maieſtas, & tota ſtoliditas.

*Præſides ad nihilum, dignitatis ſpectrum.*

Martial. 2. 86. *Turpe eſt difficiles habere nugas:*
*Et ſtultus labor eſt ineptiarum.*

Etenim quod in privatis hominibus luxus, Principum dedecus; ſibi in maieſtatem ac deſidiam imperio ſervato, quod debet deſtinari bono publico.

Lucan. 2. v. 382. ——*Patriæque impendere vitam,*
*Nec ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo.*

Quid facient qui nihil agunt? vitam cum tempore terunt. *Multorum vita ficta & oſtentationi parata*: inquit Senec. de *Tranquill.* cap. 15. igitur cùm otium non appareat, ſed emineat, & vitæ exercitium nil niſi otium, tendens in faſtum & luxum; ſub larvâ rutila exprimente dignitatem, ſunt homines apparenter quoàd ſpeciem.

Senec.

2 *Prophetæ prophetabant*: dicit noſtra Tautologia. Exponitur munus & uſus muneris, tanquàm exercitium dignitatis; ut ex munere conſtet vita regentis: etenim deſes incurià ſimilis mortuo, ſi muneris oſtentatio ſine ullo muneris exercitio. *Miniſterium in miniſtrando*: ait Doctor Gentium. Videtur ſtolidis accipientibus officium, officium accipere & nequaquàm miniſterium. Pauluſque officium miniſterium vocat, ut officium utentis, officium pateat: igitur ſi miniſtrando comprobatur miniſterium, ſine officij muneribus non eſt officium. Ratio ſub manum. Miniſterium ſine uſu, eſt ſervitus dignitatis: cum exercitio, opus dignitati ſervientis. Vernaculè: *Servir al officio, ò ſervirſe del officio.* Primum eſt oſtentatio muneris in oſtentationem vanitatis: ſecundum, onus miniſterij in ſervitutem; quippe idem munus & onus: muneriſque exponitur uſus; quia munus munus, per miniſterium in opus. Habet officium & ſervire & honorare. Habet occupationem & ſervitutem. Ex utroque conſtat dignitas, ut in honore ſit claritas: diciturque iurè miniſterium in miniſtrando: quippe ſine ſervitute, miniſterium ſine officio. Utrumque ſumendum, igitur ex utroque habiti & habentis exercitium. Unde ſi habens non haberet ſine oſtentatione honoris: habitum non habetur ſine officio ſervitutis. Aſtruit idem Paulus, alloquens Timotheum: *Miniſterium tuum imple.* Nunquid in dignitate tanta diminutum miniſterium? Utique, dum illius occupatio ſine ſervitutis exercitio; quæ ſervitus, complementum eſt muneris, in ſplendorem ampliſsimæ dignitatis: diciturque miniſterij plenitudo, ubi miniſterium habetur in miniſtrando; quoniam aliter dignitas occupatur, ſed non impletur. Vividè æquivoco vernaculo: *No ſe cumple.* Nullo modò: etenim conſulitur dignitati ſine dignitatis onere; & in ſplendore honoris, qui præëſt faſtigio, ſolo nomine præſes. *Quædam tempora* (ait Stoic. *Epiſt.* 1.) *eripiuntur*: *quædam ſubducuntur*: *quædam effluunt*. Curandum eſt, ne effluat, quod effluit, nec volatile volet; igitur quod in regimen, vel ſubductum non eripitur, modò ad cauſas dirimendas redimatur: verùm eripitur quod habetur, ſi volatile tempus inter ineptias conſumitur.

3. Reg. 22. 10.

Rom. 12. 7.

*Conſtituuntur ad oſtentationem dignitatis.*

*Non ſerviunt officio ſed officium ſervit.*

2. Tim. 4. 5.

Senec.

3 Actiones in iuſto allegoricè ſæpe ſumi pro improbitate, alieno prorsùm colore; diximus alibi. Moyſes ergo paſcebat oves, minans virgâ directionis in interna ſolitudinis. Vidit à longè rubum cum igne ludentem, plenumque floribus inter ignem: viſio

uti

uti nova placuit, & curiositatem in examen pupugit. Rab. Vid. Ionath. & Philon. 1. de *Vit. Moysis*. Unde sibi dixit: *Vadam & videbo visionem hanc magnam.* Magna sanè visio & delectabilis oculis; sed maius, custodia gregis. Pervenit ubi rubus virore ludebat flammam: illique virgam habenti dicitur: *Proijce eam in terram.* Virgam ergo depone, quæ regiminis insigne, dum appropias spectaculo, in pastore ignominioso propudio: equidem Superiorem dedecet (ubi in seria incumbere congruit) relinquere, ut vagabundus erret & aberret, gregem, propter vanam, ludicram curiositatem, videndi mirabilia viridaria, & ignium misilium periculosa artificia. Unum eligendum hìc. Vel virgam depone, vel ne appropies huc: igitur datur opprobrio, Superiorem videre in huiusmodi spectaculo. Perperàm cohærent puerilitas & maiestas, quippe degener deaurata curiositas: provocatque in risum, vel irrisum, qui spectabatur in proscenio puerilis unus è plebe; videre in throno ridiculà affectatà maiestate. Nostrates: *Verle con las infulas ridiculo Mono, aviendole encontrado en las fiestas mosquetero.* Haud librant munus, ut præsides agant; sed præut iubet, larvam gestientes deponant. Non est pudor, qui redire nescit, si semel evanuit; maximè ubi insolentià his fas iudicatur illicitum, qui debent vivere exemplum: igitur ita vacuo cerebro, evaporato iudicio; ut sibi arrogent in auctoramen honoris, quod plecteretur in subditis. Signat Gregor. Magn. huiusmodi insolentiæ corruptelam & causam. *Quia eo ipso quo cæteris prælati sumus, ad agenda quælibet maiorem licentiam habemus; susceptæ benedictionis ministerium* (infit Homil. 17. *in Evangel.*) *vertimus ad ambitionis augmentum: Dei causas relinquimus, ad terrena negotia vacamus: locum sanctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur.* Quid ad illos onus regiminis, aversantes onus? Quid quòd grex pereat, si crotalum sonat? Quid quòd deturpetur dignitatis auctoritas, modò intersit dignati indignè voluptas? Omnia cum pondere dignitatis abdicunt in iocum; quippe dependentes plaudunt manibus & participes fiunt; nihilque molestiæ in meditato blandimine, potissimè quia proprium ætatis, puero relinquere nuces. Unde cùm ludere, hinc inde abire, vel in pravitate plaudi (quantunvis grex aberret, & vagus pascat, quò lubet) tota sit dignitatis auctoritas; teritur vita inter vanitates & insanias falsas.

*Vanitas fastu lactat inani,*
*Et vecordia decipit.*

4 Relinquamus huiusmodi pestem in cibum ignis, quippe nec respicere possumus siccis oculis; etenim infatuati ita sunt emotà mente, ut nullus sit qui recogitet corde. Promittitur Petro exercitium regiminis & carpitur, dum dicitur: *Simon dormis?* Quid ex ludo, si defectus dormire gravatus sommo?

*——Clavumque affixus & hærens*
*Nusquám amittebat, oculosque sub astra tenebat.*

Dicit Virgilius de Palinuro, 5. *Æneid.* v. 852. Feliciter vel inter fluctus commotos agitur cursus, modò tenens gubernacula vigil respiciat in cœlum: equidem vel levi somno patet infelix naufragio. Idem ibid. à v. 857.

*Vix primos inopina quies laxaverat artus,*
*Et super incumbens, cum puppis parte revulsâ*
*Cumque gubernaculo liquidas proiecit in undas*
*Præcipitem, ac socios nequaquám voce vocantem.*

Elucet quietis periculum, dum regimen submergitur in naufragium. Pendamus Petri electionem in huiusmodi regimen. *Tibi dabo claves.* Et claves & clavum tenet: at quo intuitu? Ut liget & solvat. Aptiùs videtur, ut aperiat & claudat, ut officium clavium ex munere eluceat: dicitque ligare & solvere; pro aperire & claudere; ut in conferendis gratijs fulgeat virtus discretionis: igitur nihil potest solvere, qui cuncta expendit: & neminem dono ligat, qui cuncta claudit. *Periculosa securitas, & flagitiosa largitio, seu nihil, seu omnia concederentur*: ait Barclai. in *Argenid.* lib. 1. Unde necesse est, thesauros gratiarum aliquando claudere; ut aliquando valeat aperire. In altari Gratiarum collocata fuit Nemesis, ut decus daretur Gratijs. Pausan. *cap.* 309. Huius imago, ut sæpe diximus ex Chartar. in *Fortun.* pag. 307. *habebat in manu frenum, alterá mensuram:* Gratiæque sociantur Nemesi, ut mensura valeat gratiæ: equidem pulchritudine dedecorà, si gratia sine mensura. In frenum incidere opus est, quia sine mensura fuit; cum deturpatione dignitatis, & insania profusionis: quandoquidem semper invisæ sine mensura maiestas, & cum freno liberalitas. Quid ex data substantia intempestivè prodigo? Eguit freno. Non esset utique prodigus, vitijs onustus, flagitijs mancipatus; ni gratia patris antecessisset ex amore tempus, occidens gratijs, qui vivere quibat moderatis obsequijs: etenim necesse fuit, quòd freno arctissimè coërceret, quem sine mensura profusissimè fovit.

Om-

Exod. 3. 3.

Cap. 4. 3.

*Deserunt feria propter ludicra*

*Sinè circunspectione*

*Quàm deliri!*

Greg. Mag.

*Eorum exercitia.*

Crucius hìc

Marc. 14. 37. Virgil.

*Vel dormiunt, vel udunt.*

Id.

Matth. 16. 19.

*Modus gratiarum.*

Barcl.

*Gratiæ cum Nemesi.*

Pausan.

Propert. 3. 9. v. 7. *Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta. Naturæ sequitur semina quisque suæ.*

*Regiminis & rationis ruina, sine discretione gratia.*

5 Hinc Petro datur potestas pro vinculis & vinculorum solutione, aperiendi thesauros gratiarum, atque claudendi: equidem cùm æquè à mensura deliret, quod deficit vel excedit; ne aberret amusis, cum Gratijs iungitur Nemesis; equidem cùm attoniti claudunt & aperiunt; collatis donis neque ligant, neque solvunt. Dialecto nostrà vigilanter. *Ni atar, ni desatan.* Quid ex fatua, tumultuaria distributione? *Sibi enim quis debet, quod à nesciente accepit*: ait Senec. 1. *Benef.* cap. 1. Non enim accipiuntur ut dona, quæ disperguntur à furente fortuna. Aliud latet documentum in frenum potestate debacchantium. Traduntur potestatis claves; ut iuxta prudentiam claudantur vel aperiantur opes: at illi qui nihilo sine potestate, accipiunt tantum in munus ligandi similiterque solvendi: igitur cum potestate ita insolentes evadunt, eòque impudentiæ perveniunt; ut ligati persistant ad cuncta bona, & solvantur in flagitia. *Ingentia & enormia gubernacula* (inquit Cœl. Rhodigin. *lib.* 24. *cap.* 24.) *facilius mergunt, quàm regunt.* Enorme sanè regimen, quod mensuratur ad potestatis amusim: diminuitur itaque iuris integritas & auctoritas, quandiu sine freno vivit immoderata potestas, in legum regiminis submersionem & non in regimen: etenim oneratur navis alligata prolubio potestatis: quia qui regit solvitur in gubernacula sine regimine legis. Ad rem Tacitus de Cn. Pompeio, 3. *Annal.* cap. 28. *Corruptissima Republicâ plurimæ leges. Corrigendis moribus delectus, & gravior remedijs, suarumque legum auctor idem & subversor, quæ armis tuebatur, armis amisit.* En grandia gubernacula navis, in naufragium Reipublicæ, dum honore nititur studiosus corruptelæ: equidem ita solvitur, qui debet esse legum virginum auctor, ut post claves acceptas appareat legum corruptor, intendens in id quod crotalis sonat, audiat benè, vel non audiat: igitur quidquid præ impudentiæ furore solvit voluptas, iugulatà iustitià ligamine medicabitur potestas. Proh furor! Rident, & irrideor. Mundus gaudet, dum observantia mæret.

*Qui non consulunt muneri, studeant iniquitati.*

Senec.

Cœl. Rhod.

*Nulla illorum auctoritas, ubi pro lege potestas.*

Tacit.

6 In propositum ergo Didascaliæ. Potestas clavium datur in munere ligandi atque solvendi, ut subditi non gemant sub potestate. Hoc in regimine insigne.

*Hoc est artis opus, non expectare gementes.*

Manil. Ut accinit Manil. 5. *Astronom.* v. 364. Vulnus regiminis est mora resolutionis, quia qui, expectantes decreta, gemunt; diuturnà pro-

crastinatione vulnerantur. Quid si per regentis iocum, dicitur: *Ergo feria in crastinum* (de quo Plutarch. in *Libert at. Thebar.*) ut priùs fit relaxatio regentis, quàm ligatio vulneris? Non priùs spiritale, quàm animale? Hinc pro potestatis signo, præfertur causarum solutio & alligatio. Alligatio, ne sine examine sententia temerè proferatur: solutio, ne morà iustitia & gementes vulnerentur. Alligatio, ut Præses vinctus oneri, non dimittat ministerium, quippequàm mancipium publicum. Solutio, ne suspensione addantur vulnera vulneri: daturque Præsidi potestas, ut liget & solvat, ut dignitas potestate inter dependentes fulgeat, nec clamantes gravet, nec expectantes spectet: igitur indignus munere, ita inter negotia attonitus vel ligatus, cras & cras quotidie expectat; ut cuncta liget, & nihil expeditione resolvat. *Quodcunque ligaveris & quodcunque solveris.* Apprimè, tanquàm sententia prudentiæ; ne furiosus resolutoriè sine lege causas dirimat, neque attonitus iudicio resolutionem suspendat. Quies & officium publicum implicant: utraque gravant: sed quibus placet & displicet, omninò congruit, ut præclarè respondeant muneri & spectationi; occupari vel dimittere: ita ut nullum momentum fugiat, quin liget resolutione vel solvat.

Plutarch.

*Delatio expeditionis causarum, gravamen est subditorum.*

7 Christus exemplum dedit vobis, ut quemadmodùm ille fecit, ita & vos faciatis. Non quiescit, in nulla sede moratur.

*Nescia virtus stare loco.*
*Verus amor nec patitur moras.*

Lucani Senec.

Ut canunt Lucan. 1. *Pharsal.* v. 144. & Patruus eius in *Hercul. furent.* v. 587. In matris utero, in Sanctuario, in templi exitu, in itinere, secessus domi, dum accumbit mensæ, dum in navi dormit, dum comprehenditur, dum crucifigitur, dum moritur, ubilibèt, usquequaquè, cunctis & in cunctis totus officio, ut responderet imperio.

*Christus indefessus in munere redemptionis.*

*Ille indefessus nulli responsa negabat.*

Iuvenc. lib. 4. v. 42.

Alijs expeditio ex iustitia, alijs ex gratia, sed nonnunquàm sine mora: igitur honor & onus officij, consulere causis & harum expeditioni.

8 Insignem sermonem, vulnerum audientium mendicamen, prompsit ægris turbis medicus de cœlo cœlestis: equidem ita in improbis cordis sedet altissimè vulnus, quòd in medelam necessarius omninò cœlestis medicus.

*Nec minùs in stratis ægris donare salutem,*
*Sublimisque Patris concedere lumina perstat.*

Id. lib. 3. v. 464.

Astruit Evangelista: *Secutæ sunt eum* (inquit) *turba*

Matth. 19. 2

*Optimè prædicat, qui vulnera audientium sermone sanat.*

*turbæ multæ, & curavit eos ibi.* Utilis sermo prædicatoris in ægrotantem varijs symptomatibus proximum, ubi verbis auditis pharmacum vulnerum. Accesserunt, verbum sanctissimè exposuit, & ægrotantes sanavit. Verùm ubi? *Ibi.* Ibi & omnes, ut fierent sparsæ gratiæ participes. Ibi sanavit eos, ut magni haberetur salus. Non pòst? Haudquaquam. Contulit gratiam plenissimam. In curatione erat gratiæ demonstratio: in tempore & loco fulsit gratiæ magnitudo: curatque languidos ibi, quos decreverat curare; ut plena esset beneficij celsitudo, quam non diminuit curationis expectatio. Salutem conferre, fuit munus gratiæ: deficiebat gratia muneris, quæ vertebatur in pernicitate concessionis: ibique curat eos, quibus necessaria salus; ut se gereret Princeps, præclarè consulens gratijs: equidem summè conciliat regimini maiestatem; ab indigentibus proijci gratiarum expectationem. Stabant dolentes auditis verbis, & audiebant ut sanarentur à languoribus suis. Quod videbatur in gratiæ promptitudine speciale beneficium, & voluntarium in decus gratiæ, fuit iudicium utile specialis providentiæ; ne abdicerent cœlestem medicinam, frustrato dolore vulnerum, quo dispositi ad gratiam: equidem ni promptitudinem ægrotantes aspicerent; forsitan cum languoribus desperati à sanitate recederent. In uniuscuiusque languore, quasi in libello supplici, erat ex dolore clamor; quo non audito perseveraſſet dolor. Christus antevertit precem, ut gratiam constitueret pretiosiorem. Curavit eos; & ibi, ut pluris fieret à pectore grato salus, simulque Principis munus: quandoquidem expedit non tam causas expedire, quàm citò facere. Hinc ibi curat, ne pectus duplici vulnere doleat; simulque docet Apostolos, quomodò & quando ægris conferenda salus, ut egentibus prosit, & expeditio ex promptitudine micet, quo sopiatur dolor, & gratia germinet gratior: igitur in gratia non tam gratum infirmis miraculosè curari, quam quod curarentur ibi.

*Sine expectatione gratiores gratiæ.*

9 *Est & illa solicitudinum non mediocris materia* (subdit Senec. quò n. 1.) *si te anxiè componas, nec ulli simpliciter ostendas. Torquet enim assiduà observatio sui. Nec unquam curà solvimur, ut toties nos æstimari putamus, quoties aspici; ut benè cedat tanta sui diligentia. Non tamen iucunda vita, aut secura est, semper sub persona viventium.* Siccine vita Principis, memoris muneris, quæ quidem inquieta, quoniam vita non sui, sub dignitatis persona: igitur toties debèt favêre; quoties necessarium aspici, sine causæ dilatione: negatur enim etiam quod gratiosè conceditur, si concessio, dilatatur. *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Ita legatio Præcursoris per discipulos ad Salvatorem, coram turbis differentem. Grave prorsùm argumentum. *Tu es, & venturus?* Si sic, duntaxàt futura salus: quod quidem spei inficiatur formam, ubi salutis astruit indice præsentiam.

Senec.

*Princeps servus publicus*

Matth. 11. 3

*Tunc pijs animis requies, quam regia cœli*

*Largitur terris, nostro sub tempore fulges;*

Iuvenc.

*Anne aliam supereſt posthàc sperare salutem?*

Ita Iuvenc. 2. de *Evang. histor.* à v. 519. Non est sub cœlo aliud nomen datum homini, in quo oporteàt nos salvos fieri. Quomodò aliam quid sperare salutem, ubi designat præsentem? An quia superiorem gratiam denotat, dum adest præsens, quod optat? Vide dicta, *Tom.* 1. *T.* 6. *D.* 17. *n.* 24. Hoc sanè pertinet ad gratiæ nitorem: aliud signatur per suspensionis speciem. Promissum per illum retrò sęculis opus salutis, cuius imagine lactabatur cor, quia iacens in pulvere adhuc sedebat spes: verùm sedebat auxilium, donec veniret plenitudo temporum. Mala sequebantur peiora; sed spes omninò vacua. Tandem veniens gratia venit, collata fulsit; & adhuc expectatur quod habetur; quia expectatur: equidem cùm fides gratiæ non sit, si sæpe frustrata spes; præsentem, faventem homo arbitratur futurum, quia gratia post quinquies millesimum, ducentesimum, tricesimum annum. Iam enim mundum præsentià lustraverat, & illustraverat: ipse vel non sentiens senserat: & ex persona Synagogæ, cui promissa diu inęstimabilis gratia, præsentis perdubitatur pręsentia; quippe cùm toties frustrata expectantibus spes; ambigitur iurè, dum ille, quod ille sit. Præsentia evanescit:

*Gratia tarda quasi nulla.*

*Gratiaque officio, quòd mora tardat, abest.*

Ovid. 3. de Pont. 4. v. 52.

10 Exponit Stoicus, 2. de *Benef.* cap. 4. & 5. *Hæc itaque curæ, si gratè æstimari quæ præstabis, voles; ut beneficia tua illibata, ut integra ad eos, quibus promissa sunt, perveniant, sine ulla (quod aiunt) deductione. Nemo illa intercipiat. Proprium est libenter facientis, citó facere: maior est muneris gratia, quo minús diú pependit.* Æstimatur pro dono, si gratia virgo: non illibata & integra, si expectatur; quippequàm diu suspensione corrumpitur. *Suavis est homini panis mendacij, & posteá implebitur*

Senec.

Senec.

Proverb. 20. 17.

*tur os eius calculo* : dicit Sapiens. *Panis mendacij cum arenulis.* Maluend. Quisnam iste panis mendax, cuius in lapidem convertitur suavitas ? *Beneficium panem lapidosum* vocat Fabius apud Senec. supr. cap. 7. Beneficium ? Utique, si defloratum ab expectatione : equidem cùm egestas esuriat, & panem appetat ; mendacium omninò, dari saxum pro alimento, & arenulas pro dono, quo exacerbatur animus, dum reficiendus stomachus : igitur si potitur, secùs quàm expectabatur ; simulatque panem huiusmodi esuriens ad os apponit, percitus irà stomachatus expuit. Suavis, uti egenti panis, tempestiva gratia : lentitudine miscetur arenula; qua non panis, sed franguntur dentes: mendaxque siccine dicitur panis ; quippe accipit esuriens dentium dolorem, dum ex gratia opportuna, expectabat suavitatem. *Panis mendacij*, & fastidij, ex acerba expectatione : igitur non est patientia ; ut dentium fractura, conferatur pro gratia. *Panis mendacij*, suavis expectatione, & amarus ex gratiæ inanitate, immistis scrupulis, dum offertur panis : equidem cùm gratiæ suavitas frustretur, quoniam dilatione durescens non frangatur ; quod confertur beneficium, patet dentibus mendacium : etenim & fallitur animus, & famelicus pane fremens cibo stridet dentibus. Si panis petitur à potente, nunquid & lapidem dabit illi ? Profectò dabit, si expectare iubet: equidem idem ac lapis, panis dilationis; cùm stomachi esurientis non fiat hodierna cibatio ex pane cras conferendo: *Expecta, reexpecta: manda, remanda : modicum ibi, modicum ibi.* En panis arena : semper in expectatione : iurèque dicitur gratia morosa panis lapidosus, arenulis refertus ; quippe qui tardè concedit, pro gratia saxum confert, quo caput frangit. Nostrates : *Con la gracia no obliga, que desea labra.* Ingratæ omninò palato huiusmodi concessiones, quasi masticaret lapides: equidem cùm gratiæ suspensione durescant ; impossibile prorsùm, quòd isti lapides panes fiant. Nil mirum, si displiceant eiusmodi parcitatis elargitiones, quippe Saturni deglutire lapides.

Senec.

*Cur dicitur panis mendax?*

Isai. 28. 13.

11 Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur in tempore opportuno. Ibi illicò expeditio, ubi in Dei conspectu appropinquat deprecatio : equidem priusquàm hæc intret, in occursum gratia exit. *Dator munerum* plauditur Spiritus-Sanctus ab Ambrosio in *Hymn.* & ille apparuit in specie columbæ. *Spiritum descendentem quasi columbam de cœlo.* Quare in columba ? Quia prompta gratia. *Columbæ alas ; vel quòd leviores sint, & expeditiores ad volandum, vel quod Spiritum Sanctum adumbrent* : ait Genebr. in *Psalm.* 54. 7. Idem prorsùs veritas in elargitore munerum, ac in umbra volatus columbarum : igitur si pernicior in volatu columba, ex Dei throno velocissima gratia. E Principum mundi thronis, si gratia movetur, claudicat ; quæ celerior, procedit, velocissima currit : in solio Dei gratia micat, quippe volat. Sedentem ad gratiam, vidit Propheta Evangelicus ; & adeptus est, quod optaverat munus. Egebat, ideo clamabat. Gratia semper grata, sed gratior prompta, maximè necessitate urgente, per verba expresso dolore : tuncque expertus est gratiam atque amoris plenitudinem, quoniam ad illum volavit unus de Seraphim. *Læsionis genus est, profutura tardare* (dicitur apud Cassiodor. 3. *Variar.* Epist. 40.) *nec possumus æstimare iucundum, quod ingrata fuerit dilatione suspensum : nam excrescentibus morbis læsio debacchari permittitur, cùm medicina differtur.*

Deus quàm liberalis!

Ioan. 1. 32.

Genebr.

Isai. 6. 6.

*Gratiæ eius ad nos non cursu, sed volatu.*

Cassiod.

12 In præcautionem tanti periculi apposita cura vigilans cœlestis medici. Gravati permulti iacebant ad Probaticam piscinam, ut consequerentur de cœlo salutis gratiam, quorum molestissima ægritudo, ad quam remedium è cœlo. Ibi cumulus dolorum, inter quos non remissior sanitatem expectantium: hinc quia expectare & in languoribus gravissima pœna ; pietas in eum propendit, qui triginta & octo annos habebat in infirmitate sua. Hunc ergo cum vidisset Iesus iacentem, & cognovisset, quia iam multum tempus haberet ; ut depelleret infirmitatem, & à spe salutis eliminaret dolorem, iussit è lecto surgere ; *& statim sanus factus est.* Cur igitur gratiam aliquibus servator distulit, & paralytico huic statim gratiam concesit ? Periculum erat in dilatione gratiæ, non solùm quia non ita grata, si suspensa ; sed quia excrescentibus morbis, virus debaccharetur, quippequàm medicamen differebatur. Erat periculum in mora, ni statim exhiberetur medicina ; quoniam corde indurato lapideo, salutis concipere tur desperatio. Cognovit ex crimine paralysim, pœnitudine illatà per cognitionem, ut ministraretur salus ; quippe animus tunc in susceptionem dispositus : statimque medicus cœlestis ut surgeret & valeret, in salutem confert medicamen, videns languentis de languore pœnitudinem : igitur ni statim vulnus antiquum ex paralysi sanasset, forsitàn desperatum pœnituisse pœniteret. Velociter, quia opportunè, gratia conferenda, ut prosit,

*Nulla quare morula in Christi beneficentia?*

Ioann. 5. 9.

*Summa celeritas, ut peccatoribus conferatur sanitas.*

sit gratia. Perseveraret itaque ægritudo, ni in salutem arriperetur occasio; quà infirmitas displicebat præ dolore & tempore, ut paralyticus consuleret aliquando saluti: statimque in perfectam valetudinem confertur gratia, paralysis diuturnæ præsentanea medicina; quoniam si salus in medicamine effectum sortitur medicamen ex tempore: quo observato, & ægritudinis tædio, & labore cognito, valuit, surrexit, & statim (qui iacebat longo tempore sine spe salutis dilatione sanitatis) sanus factus est: aliàs occasione lapsà, modò induraretur cor; tota vita, ac in dolore maneret languidus sic.

Auson. *Gratiam persequar per ordinem:* Dicit Ausonius ex Cleobulo, in *Ludo Sapient.* Gratia est, sed gratia ordinatur, si non differtur: equidem in ordine gratiarum Princeps prævidere debet ex dilatione periculum.

13 Extra Iudæam egressus Dominus, in levamen afflictorum direxit gressus: qui quidem haud dicati diversioni, sed oppressorum saluti. Accessit, illicó ut eius audivit adventum, fœmina afflicta, eò quod filia
Matth. 15. 23. eius à dœmone crudelissimè vexata. Illa pro filia angorem gemebunda demonstravit; sed Christus nec verbum quidem respondit.
Theophil. Tormentum profectò summum, in solamen afflictæ nec ullum verbum. *Gratiam differt:* ait Theophilactus. Sat in petentis acerbissimam molestiam, egenti & anxiè differre gratiam. Altissimè factum, ut quæ extraneâ
*Gratia danda non dispergenda.* vel prece mereretur beneficium; utique gratia danda, non dispergenda: igitur dispergeretur, si absque ulla dispositione, nisi prece, quæ debetur filiorum necessitatibus, primò concederetur ocurrentibus. Illa premebatur adorans potentem benefacere, & magis premebatur pietas in pectore Christi; quia nec verbum respondebat, & anxiè favere optabat. Quæ videtur gratiæ repulsa, fuit gratia: equidem petenti iniuria; cum spe sine effectu levaminis afflictionis, totà vita
*Quando gratia à gratia repulsa?* in tormentum lactare verbis. In aula cuidam petenti commoda, ut vidit libellum, à Principe denegata; accessit postridiè gratias Principi agens, cuius despectæ preces. Repulsas asseruit fastidiose Princeps; inanis voto, statim annuit; sed grates professus agere, pro repulsæ expeditione: igitur intolerabile, vagari hinc inde, aversos mulcere, ministros adorare, expendere divitias, flagellare plateas, pulsare portas, spe verbisque perfidorum lactari, & post tempus & tempus vacuum exire. Sublevamen fuit doloris, dicere ambientibus: *Nescitis quid petatis.*

14 Salvator fœminam matrem punctam dolore vidit, & nullum verbum respondit: equidem cùm non diligeret linguæ mulcimine, sed opere & veritate: non acceptura in optatam gratiam verba, sed visura mirabilia, dœmonio foris expulso, statim favore accepto: igitur si viduis differtur expectatum auxilium, à filiarum domibus non expellitur dœmonium. Nec verbum respondit, ne fœminam indignam favore pungeret. Illa fiduciâ, audaciâve presit; tuncque Marc. 7. 27. illi respondit: *Non est enim bonum sumere panem filiorum & mittere canibus.* Meruit sanequam gratiam, quæ priùs accepit repulsam: etenim digna beneficio, quæ tacuit, audito opprobrio. Verbis Domini taxantur, quæ in venationem supervacaneë expenduntur: igitur quod detrahitur pauperibus, mittitur canibus. Christus verbum non respondit, verúm non destitit. Ad ministros confugit: illique dixerunt Magistro: *Dimitte eam quia clamat post nos.* Matth. 15. v. 23. Sæpesæpius fiunt, si fiunt aliquæ gratiæ à ministris, ne audiant dolentium clamores. *Dimitte eam.* En illorum aulicorum expeditio causarum. Causa viduæ non ingreditur ad illos. Quomodò exibit, quæ ingredi non valet? Clamor displicet; unde propter fastidium maius negotium, otium: aures claudere, atque causam dimittere. *Dimitte eam, quia clamat post nos.* Dolor urgebat in clamorem erumpere, & illa vociferabatur præ dolore. Quid ministri? Dimitte eam, ne clamet: gratiam confer. Non sunt ministri aulici, non sæcularis Principis, sed cœlestis: etenim in aula dum Princeps propendet in afflictorum per beneficia levamen; vel usu, aut malignitate præpediunt expeditionem. *Dimitte eam*, & citò quippe concessurus gratiam. Vel citò repelle, ut desperet à favore. Eam dimitte: etenim inter spem conceptam, ac repulsam; *Minor punctio repulsæ, quàm expectationis gratiæ.* minor despectus insuavis amaritudo, quàm gratiæ semel conceptæ expectatio.

15 Hierichuntinis in arvis aliud expositum theatrum in exemplum Principum. Cæcus ibi sedebat mendicans; & ut audivit Principem prætereuntem, in gratiam luminum exaltans prætulit vocem. Astruit Evangelista ampliorem Principi gloriam, qui vel præteriens viam promptus ad gratiam. Non enim inopem videbat, ut præteriret, prætelucr. 18. 40. rivit ut videret, & à molestia levaret. *Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. Stans.* Felix Princeps, quem retinet vox clamantis. *Stans.* Si stetit, ergo *Iesus*; qui pronus in gratiam. Erudimini qui iudicatis terram: igitur cæcum non illuminaret, si præteriens *Munera ac dotes Principis commendabiles.* præteriret. Princeps cœlestis vel obiter favet. Ad vocem stetit. Quibat sanè favere in

transitu, sed suspenditur in cursu. Propter miseriam inopis & gemitum pauperum exurgit, si sedet. Quid mirum, si præteriens sustiterit, indicans motum & quietem Principis ad voluntatem vocantis? Vel dormiens vigilat, qui regiminis moderatur habenas; ut egregiè respondeat muneri: huiusmodique solicitudo videtur in Principum exemplari; igitur in maiora præteriens firmiter stat, quem movet afflicti dolore vox. Versus Hierosolymam pergit, ut mundum liberet; & pauper transitum vocibus intercepit. Stat. Tanti clamor? Cæcus profectò maneret, si Dominus præteriret: & hic expectat, ut cæcus gratiam accipiat; quoniam solummodò propter subditum gementem, mundi valebat detinere salutem. Per epitasim Nostrates. *Para su pecho, importa mas un pobre, que todo el mundo.* Præterit, manet, ut tempore Ezequiæ adinstar Solis, simulac fecit miraculum; in suum reversus est cursum.

16 Deinde. Postquàm stetit, ad se adduci cæcum iussit. Summa dexteritas Principis in conferendis gratijs. Cæcus ut adventum eius audivit, spem gratiæ concepit & fovit. Reprehensus, tacere renuit; & ut obtineret gratiam, tunc in fautoris perducitur, uti iubetur, præsentiam. Tunc: quippini pòst? Prævidit Dominus frustrandam gratiam, & iussit adduci ad se: etenim si gratiam, quia præteribat, suspenderet; cæcus omninò tota vita persisteret. Ad se adduci iussit cæcum. Dominus ductus amore duplicavit beneficium. Expectat, qui gratiam optat, haud qui liberaliter erogat. Dare supplici, generositas est: supplicem expectare, ut accipiat gratiam, plus: & ad se adduci accepturum gratiam iussit, ut Princeps quandoque gratiam expectantem expectaret. Denique. Adduci dignandum ad se iussit. Quidum ut se aulamque sequatur Hierosolymam usque? Ne recederet cæcus expectatione. Sequendo, si sequebatur, uti cæcus usquequaque offendebat, vel caput cespitando quassabat. Ex ministris alius illuderet, alius increparet ut taceret: & quanvis optatum haberet exitum; respectu laboris impensarum, eligeret commodiùs manere sic, quam offendicula obire, quibus in aula cæcitas habet spei. Nescit tarda molimina gratia. Cæci voluntati exposita dona. *Quid vis ut faciam?* At ille: *Domine, ut videam.* Sine dilatione: *Respice.* Summitas relucet gratiæ: igitur gratiam expectando (quippe vocatus à Domino) ut acciperet plenè, quod expectabat nactus sine expectatione. Siccine de cœlo gratia, quæ à nullo, neque à tempore suspensa.

*Gratia prompta duplex gratia.*

*Labores gratias ambientium.*

Vers. 41.

17 Petrus destinatus morti dormiebat in carcere inter duos milites, qui etiam sociati catenis. Excitat his fractis Angelus, exit Petrus, & cùm transisset custodias, in tuto positus, & in se reversus, dixit: *Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.* Quid est hoc? Hic iudex Angelus est. Quid quòd extra carcerem, Angelum cognoscat soterem hyperaspitem? Ibi detrusus, dirè vinctus, catenatus, morti proximus; & extra cuncta sospes? Angelus profectò liberavit è cœlis: quandoquidem summum miraculum, inter fœcem exlegum ministrorum, sine libello supplici, sine officiali, sine petitione, sine vagatione causæ, sine procuratore, sine advocato, sine iudice propitio, sine cursore, cæteràque latronum toleratorum colluviæ, quin illud denudassent, libertatemque suspenderent, vel cognità causà & innocentià; indemnem redire in propria. Qui sic Petrum liberavit, sanè non homo. Angelus utique, & dè cœlo. Salvus, incolumis, à ministris tanquàm à catenis expeditus, dicitur, *Ad se reversus.* Ergo extra se pridem erat. Causa ad stuporem inerat; igitur evacuat cerebrum, ac pervenit iudicium, vincere innocentem, destinare in mortem, causam sine causa, deaurata latrocinia, emere opprobria, & grates reddere amplissimas, quia in ulteriora (si ulteriùs) non recrudescit crudelitas. Existimabat exiens è carcere, *se visum videre:* Nesciebat verum, quod fiebat per Angelum; sed quasi ludum phantasiæ, festiva imaginatione: etenim ita vigent inter huiusmodi ministros detestabiles catenatæ vexationes; impudentiæ, insolentiæ, peracitas, emulsio, extorsio, atque sæpe cum afflictorum ludibrio; ut catenas rumpi, è carcere exire sine damno & citó, vel innocentem, phantasiæ ludentis iudicetur blandimen.

Act. 12. 11.

*Quantæ vexationes à pessimo Præside, & ministris.*

Ibid.

Vers. 9.

18 *Qui præest in solicitudine*, præsit iuxta verbum Pauli: igitur spectrum, & non Præses; qui in munere sine munere solicitudinis. *Stantem mori, congruit*, ut inquit Sueton. in *Vespasian.* cap. 24. Vid. *Tautolog. 9. D. 4. n. 18.* Datur requies regimini, ubi Præses sine requie, quippe eius quies uti irrequieta in labore.

Rom. 12. 8.

*Nisi res agitent, nomen inane ferunt.* Commendat Cassiodorus. *Sic ad omnia solicitum, interpellantium ponderibus sapientissimus arbiter onerabat* (inquit 9. *Variar.* Epist. 24.) *ut in beneficijs litium, in beneficij locum præstaret æstuantibus sine aliqua cunctatione iudicium*; quippe nobile Præsidis

Solorzano *Emb.* 18.

dis ministerium in prompta expeditione causarum. In iustitia ergo debetur: gratia in gratuitis illustratur. Promptitudo decorat ita formam, ut sit *gratia super gratiam*. Eccli. 26.19. & ut ait Plaut. in Mostell. Act. 5. Scen. 2. v. 46.

Plaut. *Cunctam gratiam.*

## DIDASCALIA VI.

### *Malæ causæ mali patroni.*

1 FRequenter harum causarum patroni Principis officiales seu ministri, qui simul satanæ in quibus huius deponitur furor; verùm nescitur, quis peior; unde Siculæ vetulæ votum coram Dionysio tyranno, grege insolentium præteritorum experto; quasi minoris esset virtutis, flagitijs non superare precedentes Superiores: etenim qui dignitatibus cogniti tantùm, vitijs clariores noscuntur. Haud facile, intelligere huiusmodi pestem, nec apponere glischente dropacem. Chironium est vulnus & aspidis morsus. Cuidam Castellę Præsidi (horum fraudes sutelas, argolicas calumnias, circunventionesque secum libranti, cùm plures à ministerio deponeret, & assumptos peiores depositis inveniisset, quassato cerebro ex illorum præiudicio, impossibili remedio, nesciens quò se verteret, quin clavus pungeret) dixit socius Senator: Parce querelis: necessarius est dolor. Lues grassatur, cæterùm non compescetur. Ministri pravi. Quid quòd pravi, si ministri? Ministerium illis est latrocinandi officium (dicemus fusè *Tom.* 8. *Tautolog.* 8.) Nemo vigilantior Deo super illos, ut avertatur scelus: & nihilominùs providentiâ vigili, eò pravitate, nequam intentione deveniunt amentiæ; ut ad plura in universo exercitia, vel Dei ministri sint entitate dœmonia. Sciunt pessimi cognoscendam illorum pravitatem à Principe, si ingreditur clamor, qui prævius necessitati: & ne utrique à zelo apponatur remedium, vexationi accedenti clauditur ostium.

*Ministrorum pravitas.*

*Damnum necessarium.*

*Versutię.*

2 Suam cęcitatem pertęsus, quia usquequaquè offendebat; ad Assertorem N. prætereuntem quidam orbus lumine clamabat. *Qui præibant, increpabant eum, ut taceret.* Vide tyrannidem, coram illis nec licuit explicare dolorem. Christus ibi pronus ad gratiam, verùm ministri in iniuriam: igitur pravitas illorum molestissimè fert, si auditur afflicti clamantis vox. *Qui præibant,* clamantem *increpabant*; quippe quàm si taceret, Princeps non audiens non exaudiret. Haud qui Christum sequebantur, impediebant; sed qui præibant. En causa repulsæ pauperum, & origo malitiæ ministrorum. Sequentes Christum videbant: retrò agebant qui præibant: & hic clamantis cæci fastidiosa & ęgra vox: quia non proposuerunt Deum ante conspectum suum. *Non erat licitum* (apud Persas) *indutum sacro aulam Regis intrare.* Principumne decretum, vel ministrorum? Horum commodum arbitror, ut in Principis cogitatione regnet error; equidem cùm hic non audiat clamores, cogitat per ministros remotas necessitates, & suppressam vexationem; quia minimè valet pervenire ad Principem. Saccus est index doloris, & habitus necessitatis: ministrique impediunt necessitatem, sacco indutam intrare in aulam, ne Princeps illorum cognoscat pravitatem & socordiam; etenim pateret pravitas & malignitas; si ad eum accederet per illos elevanda necessitas. Casu accessit vultus afflictionis. Tunc ingeritur & totus Ulysses. Quas tricas non meditantur? Quæ embolia comminiscuntur, ut appareat innocentia patula iniuria?

Luc. 18.39.

*Unde illorum in afflictos impietas?*

Esther. 4.2.

*Totum studium ne à Principe cognoscantur.*

—*Vipeream maleſuadâ fraude figuram*
*Induit, & totum fallax procedit in anguem.*

Alc. Avit. 2. v. 140.

3 *Quænam* (severè dicit Princeps) *& quorsùm & unde huiusmodi voces? Quo ministri intuitu prætereunt huiusmodi necessitates? Qualis extrà præsens angustia, siccine crepans in aula? Grave profectò miseris, & meis oculis, egredi querulos è senaculis.* Quinam *in illis Synedri?* Domine (respondetur) in regimine opus est stomacho. Cunctis, pro viribus datur & prompta expeditio. Impossibile, inter partes litigantium, fulminare sententiam ad utriusque palatum. Iustitia nostro incumbit muneri, & conscientiæ. Ne succenseat turbata maiestas, à qua totius Monarchię vitalitas. Causæ non differuntur, nec otiosè in examen procrastinantur: decisio, quippe rei gravis, haud facilis expeditionis; etsi litigantibus visum, venire ad factum: & in contentionis gravissimæ iuxta leges diremptionem; Principi placere debet severissimum examen. *Cur ille manus ad cœlos elevat & hæc clamat?* Fletus muliebris. Species afflictionis, nec sine lachrymis: de iudicibus efformatur querela, quam potius esset efformari de causa. Quis ex nostris ferret siccis oculis, querulum iurè egredi tanti è vestibulo Principis? Absit. Princeps credit, ac regiminis tota machina ruit; quippe technis, argutijs, panurgià, sutelà, vafritie, composità fraude Princeps fallitur, litigantes irridentur, patrimonia con-

*Vafra dum cognoscuntur effugia*

sumuntur; quin ministri humeros ad munus applicent, sed munera titillent, ambitus lateat, nihili pudeat, cùm zeli colore ipsa iniquitas fucetur, pravitas uti virtus extollatur.

*Et quicquid scelerum, pœnarum quidquid & iræ*
Sil. Ital. 3. v. 79. *Pectore fœcundo coquitur ibi.*

Unde totius regni, atque Senatorum corruptela, dum Principi videtur ab illis fieri miracula.

4 Postquàm ministri satanæ nudantes Dominum crucifixerunt; in ludum & coram illo mutuo, lassati crudelitate, inclinarunt. Matth. 27. 35. Non ita luderent, ni nudassent: equidem luxus ministrorum laxationum, nonnunquàm oritur è nuditate pauperum. E ruina itaque innocentis, frequenter horum ministrorum opes. Modò iucundè ad satietatem ferientur, quid ad illos, quòd regnum & Princeps crucifigantur? Caverent alij reverenter à Principis conspectu: in his eò crevit audacia, ut luderent coram illo. Nihil rectè gerunt, & occasione nactà, qui sint, & quid in corde perdicunt; ostentantes modò in conspectu Solis, quod sæpesæpiùs perficiebant in latebris, abiecto ministerio pro laxationum studio: igitur procaciter tunc propendebant læti ludis, quoniam videbant Principem manibus ligno ligatis. *Hæc insignis Christo ignominia & afflictio* (ait Alapid. hìc) *quod coram se videret insolenter vestes suas à militibus lacerari, & aleà iactà sorte dividi.* Sacra sanè vestis, sed ludus illis: igitur in ludorum commoda & oblectamina ludicra, quid si sacra? Vernaculè: *En materia de juego no respeta su vicio con descoco lo sagrado.* Hinc scinduntur sacra indumenta, ex quo Christo afflictio & ignominia, & illorum in ministerijs otiositas, propositique malignitas: equidem modò ad ludum ex quolibet sint expensæ; parvi pendit minister per omnia rumpere. Ad sortem ministrorum iudicum transeunt vestes innocentium damnatorum. Se mutuò fricant, & scabunt, sed silenter sitibundi in utiliora intendunt; ut quilibet plus rapiat, & sibi tollat: duntaxàt in ludum respiciunt commodum, & alterius damno lucrum; sine quo tabescunt: atque ministerium execrantur: unde vestem innocentis per sortem illorum rapacitas meditanter scindit, *quis quid tolleret*; Marc. 15. 24 illis in latrociniorum ministerij oblectatione, & Principe in cruce diriſsima ministerij.

Impudentia illorum, luxus & ludus. Alapid. Audacia.

5 Sors duntaxàt facta de tunica inconsutili, iuxta Ioannem, quia unicuique militi contigit ex quatuor angulus palij. Cur igitur si reliqua divisa vestimenta, non est divisa tunica? *Data est Pilato*: ait Cardinal. Thomas Dorgius, de *Pilati sentent.* cap. 53. Mirum sanè, inter improbos ministros, & iudicis improbitatem; ad illum non devenire aliquam ex latrocinio portionem. Unusquisque ministrorum tunicam percupiebat, quia per illam facta miracula viderat. Frequenter iudices & ministri per ablata vestimenta, patrant insignia miracula. Grandem enim supellectilem,

Ioan. 19. 24 Dorg. Latrocinia.

*Qui illotis pedibus intravit in urbem.* Invenal.

*Partiuntur ea vestimenta, per quæ miracula facta sunt; sed tunc nihil efficiebant, Christo ineffabilem illorum virtutem cohibente*: inquit Chrysost. in *Matth.* Homil. 88. En maior improborum insolentia: igitur volebant per patentia latrocinia, credi à cunctis perpetrare miracula. Ludebant, insultabant exultabant; vestes miraculosas habebant; sed sine fructu, virtutem vestium cohibente Christo; ne indigni digni viderentur ministerio, vanitate fovente hypocrisim, quasi miracula essent per propriam virtutem: & in illis virtutis deficit virtus, ut cognoscatur illorum cogitationis scopus: etenim studio latrocinandi & ludendi; haud facile ministris miracula facere. Festivè ac æquivocè Nostrates: *Ministros entre juegos? No es posible en su officio que hagan milagros.* Virtus miraculorum cohibetur, quæ ab illis summè desiderabatur; vel quia aliena vestis, vel quia munus iudicis, per innocentis raptam subdolè vestem, propriam cupientis ostentare virtutem, dum clarebat iniquitas; quam per ministros deaurare studebat vanitas: quandoquidem in illis ministris (iniquitatis prorsùs, & non virtutis) omninò furentis, phrenesis, inter tot vitia, solicitare seu inveniri miracula.

Chrysost. Hypocrisis. Cur non respondent expectationi!

6 Quid tunc cœlestis Princeps? Laborabat, quoniam à ministrorum voluntate pendebat, ignominiosè habitus; igitur contrarius illorum operibus, cogitantium acerbitates cruciaminis, deliquium usque malignæ cogitationis. Astruit quo dudum Chrysostomus. *Adeo autem magnus hic fuit contemptus* (nimirum de vestibus lusus) *ut in latronibus nihil tale gestum fuerit.* Non erat ex illis, sed illorum aperuerat iniquitatem; ut provocaret in vitiorum pœnitudinem. *Quis enim latronum ferret audaciam; si longé positam cognosceret disciplinam? Nullas enim in se culpas timet reus* (infit Cassiodor. 6. Variar. Epist. 21.) *quas habere respexerit cognitorem agentem malè nisi in bonis moribus non æstimat displicere.* Hinc articulus furoris ministrorum in Christum, etiam post crucis opprobrium, sortitione vestium, omissis, latronum, qui crucifixi erant cum

Idem. Fures furibus favent? Cassiodor.

eo, sed digni supplicio : igitur in Christi dedecus, ministrorum excogitavit lusus, facere cum vestibus innocentis; quod cum latronibus non fecerunt, quia latrones. Festivè taxavit, intimèque pupugit huiusmodi infulatos latrones & artificiosè fures, Ioannes III. Lusitaniæ Princeps. Cum illis fabulabatur & dixit: *Ut metam attingamus, currite post me.* Steterunt reverenter, dixeruntque: *Absit ò Princeps! Nos currimus post latrones.* Promptissime Ioannes: *Non mutetur officium: me manente, unus currite post alium.* Videsis ChoKier, *Thesaur. Politic.* 1.p.lib.4.cap.3. Idem ferè & eodem sensu, quippe in eodem officio; dixit Diogenes Cynicus, de ministris ducentibus furem in carcerem: *Magni fures parvum ducunt*: de quo Erasm. in eo *Apophthegm.*77. Ferebant, vel quia furari nescivit, surripiens quod satis sibi, & quo ministros placaret; vel quia illos obvia occasione prævenit: plectebant enim ausum, quippe sublatum, ab illis sub iustitiæ velamine surripiendum. Hinc Democharis latrunculum cùm vidisset à multis adduci, dixisse fertur: *Vah miser, cur tantula furatus es, & non potius magna; ut tutè etiam abduxisses alios?* Vide Alapid. *Levit.* 11. 30. Liberum enim dimisissent criminosum, modò in eorum manibus dimisisset furtum.

ChoK. — *Quàm furaces!* — Erasm. *Festiva apophthegmata.* — Alapid.

7 Quod sindon dicitur in Evangelio, à Iulio Polluce signatur ut leve pallium. *Sindon.* (inquit lib. 7. *Onomastic.*cap.16.) *amiculum est, quod nunc utrinque fimbriatum vocant.* Huiusmodi vestimentum fuisse ex aliquo Apostolorum fugientium, fuit Tremelij iudicium. Modò in articulum cogitatio. Ad strepitum comprehensionis Salvatoris, surrexit è lectulo ferè nudus adolescens; qui assumpto proiecto amictu, scire cupiebat quò perveniebat comprehensio. Viderunt ministri, & licèt nihil in illum haberent, cùm quæsitum comprehendissent; subodorantes ex captura munus, in eum iniecerunt manus. *Discipuli fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo* (corpore) *& tenuerunt eum: at ille relictâ sindone, nudus profugit ab eis.* Profectò vel innoxius pateretur carcerem, ni habuisset vestem. Cur igitur illum non sequuntur aut persequuntur, si dignum vinculis iudicarunt? Habebant, quod concupiverant: equidem cùm muneribus iustitiæ pravi ministri intendant tantùm in scopum commodi; vel subdorantes crimen, furi concesserunt libertatem: non enim ab illis subterfugeret, ni vestem, qua lactarentur, abdicasset. Non persequuntur prava, sed pravi

*Sindon pro pallio.* Iul. Poll. — Marc. 14. 52. — *Nihil fugit rapacium manus.*

bona: & illum furem dimiserunt, ubi difficilis fuga; quippe iam in illorum potestate feliciter erat, quod latro noctu fugiens oculos, abstulerat. Nudus processit, & quia nudus à ministris profugit. Non collimabant in raptorem, sed in profuturam vestem; quia sub larva iustitiæ studium utilitati: libertque fur evasit, cùm sindonem sublatam reliquisset; igitur nullum illis ex captura furis commodum, si persequerentur nudum.

8 Patet in Tobia, in quem detonuit tota Regis furibundi procella. Sennacherib *iussit eum occidi, & tulit omnem substantiam eius*, obnoxij pœnæ læsæ maiestatis, igitur cadavera sepeliebat contra voluntatem Regis. Opportunè de *Viduis* cap. 3. Ambrosius: *Æmuli* (ait) *criminum mulctarunt studia virtutum.* Quid ministri vel urgente Rege? Otiosi. Nec comprehendunt, nec in capturam requirunt. Quorsum comprehensio, dum eius bona destinata fisco? Quo intuitu solicitanda captura, ubi non erat substantia? Dicit contextus. Bonis cunctis imperium Regis innocentem exuit, tuncque Tobias *nudus latuit.* Exequi debent Principis placitum: quid, si decretum? Eius iussis debent obedire ministri, verùm non interpretari. Cur ergo, estò innocentem latere connivent? Nudum undique vident: & licèt Principi causa, ut sustolleretur vita; ministris non erat causa innocentiam cognoscentibus, quia causa virtus, cuius auctorem comprehenderent, modò comprehendere aliquid possent; sed latere indulgent: etenim tunc cùm non haberet substantiam, tametsi pessimi cognoverunt innocentiam. *Nudus latuit.* O ministrorum pietas! O felix nuditas!

Tob. 1. 22. — Ambros. *Virtus malitiæ sufficit in dignitatem.* — V. 23. — *Ministrorum propositum, lucrum & lucrum.*

*Scelus est pietas.*

Sed utilius cogitavit Tobias, dum premens liberavit à ministris calamitas. Nudus latuit: liber ex angustijs exijt: siquidem ministrorum non effugeret manus, ni quantumvis innocens, videretur nudus. Miser esset, si non esset miser. Nudus latuit, qui ni nudus, non lateret: equidem satellites non sequuntur inquirentes criminosum, sed indumentum.

Ovid. 6. *met.*fab.7.

9 Ex varijs personis grandis auctoritatis, fictum à Poëtis perornari solium Iovis: nimirùm ex Iustitia, Æquitate, atque Pudore assessoribus, uti videbit lector in *Ephemer. Isag. August.* à n. 6. & *Septembr.* à n. 3. Felix solium, quo Iustitia sedet eminenter & Iudicium, socia Æquitate, comite Pudore; igitur sæpe procax adiatrepsia ex superioritate: pervicatia ex indigna prorsùs iudicatura, qua fovetur insolentia: ita ut qui

*Assessores Iovis.* — *Insolentia ex dignitatis munere.*

qui privus sine capite ; in throno appareat immodestè sine fronte. Alios etiam assessores Iovis habebat maiestas, videlicet Averni furias : tres in tres, medius Iupiter , ut veneno & colubris contradicerent, quæ reliqui assessores iuxta iura decernerent. Unde Virgilius 12. *Æneid.* à v.848.

*Serpentum spiris ventosaque addidit alas.*

Virgil. *Hæ Iovis ad solium , sævique in limine Regis*
*Apparent , acuuntque metum mortalibus ægris.*

*Furiæ in Solio , iuris rabulæ.* Adi Natal. Comit. 3. *Mytholog.* cap. 10. Quinam in solio Principum furiæ ? Qui dicuntur iurisperiti, & sunt rabulæ, advocati iniquitatis, & inimici virtutis. Hi non iudices, sed apparitores. Hinc Columel. lib. 1.

Colum. *Et vultures* *Sine causidicis* (inquit) *satis felices fuissemus,* Florentius *Emblem.* 34. accinit ex Apuleij sententia:

*Forenses rabulas vocavit ille*
*Togatos benè vultures; sed illud*
*Inter hos tamen interest, & illos,*
Florent. *Quod cadavera vultures vorentur,*
*Hi vivis quoque detrahant cruorem.*

Homines sale insulsi, disputationibus fastidiosi, ineptijs acuti, Minervæ nothi, linguaces, bambaliones, sine medulla sensuum, crispante spumà verborum, aëra verberantes, & cum legibus exleges:

*Descriptio illorum.* *Fluctuque magis mobile vulgus,*
*Aura tumidum tollit inani.*
*Hic clamosi rabiosa fori*
*Iurgia vendens improbus, iras*
Senec. *Et verba locat.*

Ut ait Senec. in *Hercul. furent.* à v. 168. Plura dicemus de horum loquacitate, embolijs, imposturis, linguà venali & studijs avaritiæ; *Tautolog.* 8. *Did.* 1. Nonne hi furiæ & infernales, ubi in throno sedent maiestatis assessores?

10 Pende emphasim in præfatis Virgilij versiculis. Hi causarij, qui causidici, vel furiæ,

——*Iovis ad solium , sævique in limine Regis*
*Apparent.*

Sævus Rex Pluto dicitur , Præses inferni. Unde huiusmodi furiæ assident Iovis throno, ac inferorum vestibulo : seu potiùs hic apparent, ibi sedent. Hic apparitores, satellites, postifices, ibi barbati locutuleij assessores adversus iustitiam ; pudorem & æquitatem, inflati ambitu , quippe necdum apparent in inferno. Pudeat ergo Principes habere ut assessores ad solium , quibus infernus concedit tantùm vestibulum. Ex inferno illorum exitus , ut sedeant cum Principibus. Ergo expellatur morbus : si apparuerint ad thronum , detrudantur in infernum.

*Quàm invisi.* Onocrotalus expellitur etiam ut victima à sacris , quo in hominibus punguntur æmuli mores. At quid in indicem ? Exponit Iurisconsultus Alciatus: Lev. 11. 18.

*Voce boat torvà , prælargo est gutture; rostrum*
*Instar habet nasi, multiforisque tubæ.* Alciat.
*Deformem rabulam , addictum ventrique gulæque* *Embl.* 95.
*Signabit, volucer cum Truo pictus erit.*

Ad rem hic Claud. Minos : *Rabula* (inquit) *à radendis auribus, vel à rabie , vel à rabi, ideest , raucitate. Hominem significat , qui causam , quam defendit , à iudice contendit extorquere ; ut sunt patroni illi triviales , & plebeij causidici , inter quos qui clamosissimus est , putatur alios iudicio ac doctrinà excellere.* Claud. Minos. Ex nomine pestis claret. *Onocrotalus.* Onos ideest Asinus : Crotalon sonat crepitaculum; *eò quòd* ( ut observat hic Alapid. ) *absonà voce crepitando rudentem asinum referat.* Alapid. Si clamosissimi rabulæ onocrotali, qui propter bonum publicum non solùm à sacris , sed à tribunalibus repellendi : igitur haud verborum & verborum resonarent crepitacula , ni erga leges quas effutiunt essent clamosa iumenta. *Adinstar quare Onocrotali?* Dicunt mira de lente, & quot virtutes in cicere ; ut constet unde nomen Ciceronis & Lentuli sicut à faba Fabij. Verùm quid ad causam eiusmodi nugamenta , & verba sesquipedalia? Crotala crotala , verborum bambalionum crepitacula, queis onocrotali rabidè clamant , vel fanaticè delirant , cum iurisprudentiæ flectu , & audientium risu : siquidem rumpuntur illa; in gravissima causa expectare leges Rhadamathum fulminantem; & audire propudiosè onocrotalum rudentem. Dialecto nostrà: *Unos asnos cascabeles.* Quisquis audierit sine intelligentia, pavebit ad voces, arbitrans vim urgentis rationis & legis, specie iuris; sed potiùs iure specierum , ut demonstret sine iudicio cerebrum vacuum, quippe nihil solidum mentis , ubi tot ebulliunt sincipitis vacuitates. *Locutulei.* Manibus plaudit, femur percutit, pileum movet, manicas quatit, gestus invertit, digitis scribit, corpusque elevando declinat. Nil mirum: periodus tantę molis erat. Haud paveat vocibus cor. Onocrotalus est. Quod videtur legis clamor, emotæ mentis est furor.

11 *Prophetæ prophetabant* : dicit nostra Tautologia. Huiusmodi clausulà taxantur tabularum in iure voluntaria glossemata. Hi prophetæ prophetantes dicuntur deliri, quippe à dœmone afflati. Causidici , dum prophetant, non prophetant , sed delirant: *Deliri.* 3. Reg. 22. 10.

si-

siquidem quod dicere debent lege, dicunt furore. Haud loquor de blandimine sententiarum in Principem, quippe tunc faciunt themesphoram ambitionem: de quo Gregor. Naziancen. *Orat.* 1. in Iulian. *Alios* (inquit) *honoribus capiens, nimirùm illos, qui nullam aliam legem, quàm Principis voluntatem agnoscunt.* Non novum est, Febrem cultam in Palatio. Vide Rosin. *Rom. antiq.* lib. 2. cap. 21. Plin. *lib.* 2. *cap.* 7. & Valer. Maxim. *lib.* 2. *cap.* 5. ex febre phrenesis, ex phrenesi furor oritur: febrisque in Palatijs propensissimè adoratur; quoniam ibi frequenter viget Principum amentia, protervè in furorem adorandi deliria. Sententia quæ insensato, imprudenti, vel furioso potenti Præsidi placuit; quippe semel, semper sedet. Ni appareat error, speciem delebit furor: confirmandus est legibus, ut vitium resplendeat virtus: at si leges defecerint, latarum torqueatur sensus, ut velint nolint, dicant non quod dicunt, sed quod delirantes volunt. *Pace enim* (infit Senec. 4. de *Benef.* cap. 28.) *homicidæ fruuntur: sua repetunt, etiam qui aliena rapuerunt: legum præsidio qui plurimum in illas peccarunt, proteguntur*: Firmant itaque decretis ac decretis adoratam febrem, coloribus & coloribus puerilem temeritatem; ut appareat duntaxàt iuxta leges vivere, qui delirat principatu sine freno ac sine lege. Respuit indictum, quod semel à tonante fulminatum. Estó cœlum tonet. Caligula in cœlum surget. Auctoramen Præsidis primum in apicibus iuris. Fovenda febris: & ne in errore cognoscatur delirantis furor; lege fictà & auctoratà, furore percito maior innotescit error.

Gr. Naz.

*Febris culta.*

*Furor Præsitum ne languescat aut pereat, quam detrimenti temeritas.* Senec.

12 Nihilominús in conscientiæ speculo, etsi fulciatur decretis, clarè videtur quid delirat amusis: & ut errata colorentur in errorem ex errore, vallati voluminibus solicitantur rabulæ. Quid tunc pomposi, quantunvis cognitis furore & temeritate? Minimè proponunt furoris resipiscentiam, sed facibus flammam, ridentes consulentis stultitiam, respicientis corditùs in technis iustitiæ speciem, dum ipsemet cognoscit furoris temeritatem. Subodorantur munera, & titillat desipientis potentia. Læsum cognoscunt cerebrum, & ad solamen iuris centones applicant pharmacum; cuius medelà consulentis & cõsulti apparẽt capita vacua. *Securè procedimus?* dicit consulens: quid inhians iurisconsultus, seu furisconsultus, seu furorisconsultus, barbà pressà? *Iustitia* (dicit) *perspicua. In corpore iuris huiusmodi causæ nec species: cæterùm inveniet studium amantis; quippe mea interfunt, ne dedecora tanto Præsidi appingantur. Difficilis, fateor, exitus causæ: sed ius, ni fallor, clarius exibit Sole, ut quæ negare non possumus, saltem coloribus excusemus. Ergo in studium, ne qui cognoscunt præcipitem, proclament indignitatem. Est mihi cura tui: sit tibi cura mei.* Hoc splenio, quasi vulnere medicato, furens furiosiùs incedit, minatur vulnus buccis crepantibus, quatit salivam, parit arrogantiam, lactat insolentiam, quia causa estò nuda veritate, non caret specie, quin curet de Dei exactione tribunalis, cùm omnia nuda & aperta sint eius oculis.

*Lingua rabularũ bisulca, & illorum sine rubore impudentia.*

*Et blatteratio.*

13 Procedit rabula, ut causam muniat; sed quæ in studio in leges non blatterat glossarum præstigijs, quia subolet carnem in corpore iuris?

*Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?*
*Delphinum silvis appingit, fluctibus aprum.*
*In vitium ducit culpæ fuga.*

Horat. de *Art.* v. 30. & 138.

Nonne satius cognoscere errorem, quàm cognosci simul furentem & delirantem? Dicebat Cynicus Platoni scribenti de legibus, apud Erasm. in eo. d. n. 12. *Si interrogaris, quot sint duo & duo: respondes, Viginti.* Ita bombalobombax in boãtu. Tumet, ineptit: ingeniosè, si Dijs placet! Nihil ad rem, sed falsæ rerum imagines ampullatæ voces, iuris quisquiliæ ventosa loquacitate, sententiosæ leves & ludicræ, inanes soni, legum fuci, vera deliria, & emotæ mentis vivida simulacra, queis fraudem legum legibus versat, atque mendacia iuris personà colorat, quassato cerebro in commentum, quo præclarum ratiocinium. Optimè Plautus in *Trinum.* Act. 4. scen. 3. à v. 30.

Erasm.

*Vacuitates.*

*Mores iam leges perduxerunt in potestatem suam.*
*Eæ miseræ ad parietẽ sunt fixæ clavis ferreis,*
*Ubi malos mores affligi nimis fuerat æquius.*

Plaut.

Æquius sanè, quod ubi leges, affligerentur rabulæ, ut illorum expirarent mores, & non deciperent insipientes malæ causæ pessimi patroni; quippe nonnunquàm illorum patrocinium inquirunt improbi, allectorum avaritia, qua recta curva, & curva rectæ; igitur quæ debet esse rationis, urget inepta metaphysica subtilitas, quoniam munerum vel nummorum sonat pro textu pluralitas. *Si naribus afflaverit aura marsupij* (subdit Flor. d.) *confestim illos videris, penuria Laomedontis, Ulyssis argutias, Sinonis fallacias, & pietatem Pygmalionis adhibere, & spumà verborum.* Iustius fuisset verberum, ut ab aliquibus Imperatoribus fulminatum; igitur huiusmodi lues pacis Reipubl. atque civium exitium. Quid legisperiti commenti non sunt in innocentiæ insidias, & ut liberaretur improbus Barabbas? Quid Pilatus Causidicus nugi-

*Leges fingunt & figunt clavis cruentæ.*

*Quam avari!* Florent.

*Embolia.*

ven-

vendulus, qui causam actis non invenit, & post invenit volens Principibus furentibus satisfacere, & amicitiam Cæsaris non dimittere? Conveniunt quæ non erant convenientia testimonia causa non invenitur in lege,& secundum legem debet vel innocens mori. Quid non facerent actores potentes rabula iudice, dum illorum propositum de medio innocentem tollere? Adorabant febrem; ac pro Dei zelo proprium & coguitum defendebant errorem.

14 Præcipitium & causam dicit fastidiens David. *Usque quó gravi corde? Utquid diligitis vanitatem & quæritis mendacium?* Perperàm cuncta decreta, ubi stabiliuntur uti leges errata, gravitate cordis & levitate Præsidis, fulcimine rabulæ, iure crumenæ.

Psalm. 4. 3.

Ovid. 3. Am. Eleg. 10. à v. 39. *Gratia pro rebus meritó debetur inept is? Turpe reos emptâ miseros defendere lingua.* At cur in decretis potentum, iungit Psaltes vanitatem & mendacium? An quia illorum maiestas fucata futilitas,& mendacium insularum vanitas? Arbitror societatem utriusque,pro cordis in delirijs studiosa vanitate. Cum exleges vivant intendunt videri legislatores,& illorum actiones esse leges. Leges taxant, quód sine lege vivant.Ipsis legibus notatur error,sed quæritur erroris color; ne videatur errans, in quo Superioris auctoritas, quippe conservanda peccatoris delinquentis; quasi impeccabilis vanitas;igitur si sanctificetur, excusabitur; cùm satius esset, resipisci,quàm errorem fulciri vanitatis honore. Patet cunctis delirantis potestate præcipitium. In vulnus ut sit decus,quæritur in rabulis artificiosum mendacium;ut intemerata emineat in solio vanitas, licèt deliraverit temeritas.

*Vanitas insolentis hypocrisis infulatæ.*

Rab. Text. Epigr. 6. *Si vis lucrari causam, satiare patronos*
*Convenit, & donis frangere Causidicos;*

Satiantur,munerantur,cumulantur,ut propter vanitatem potentis Præsidis, deaurentur flagitia,quasi regulæ iuris:iungitque Psaltes in huiusmodi articulum vanitatem & mendacium;quoniam propter rabularum ex iure mendacia,falsissima testimonia, & legibus impostoras;ipsis flagitijs comitur turpis maiestas,atque fovetur improborum vanitas. Ex ficto iure mendacia non sunt iustitia.Iustitia,pœnis diluere,qui transgressores, peccato:igitur peccata sacrare mēdacijs,causidicorum technis,non est honor dignitatis,sed pravitas gravis cordis.Hinc qui vident, nihil in dignitate exemplis ducti non audent; fractis legibus ad lubitum;etenim habent in rabulis splenium,ut vulnera sint decora, & *sperent in calumnia*, ut ait Propheta: cuius felici exitu, legum ludibrio,procumbunt æmuli in errores,temeritates, deliramenta, furentium in dignitate flagitia;quoniam non respiciunt legem,sed vanitatem. Sunt eiusmodi causidici,seu classiarij ad certamina invitantes,potiùs prædones,*mendaces in stateris,ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum* (de quo loc.cit.n.7.) omninò puelluli dicaculi,audaculi,ridiculi,qui alijs poma comedentibus,ac opiparè cœnantibus, putamina & cortices muscis præripiunt, & avidissimè appetunt.Meminisse debent Papiniani, qui iussus à Caracalla homicidium fratris diluere,dixisse fertur: *Non tám facile, parricidium excussari posse, quàm fieri.* Adi Salmuth,d. Meà sententia sunt dœmones corporati,& ab inferis,ut illuc redeant, expulsi;in quorum consortio mundus delirus vagatur, dum illorum arca inexplebilis impletur. Cum illis grassantibus & grassatoribus, ut ait Plaut.d.v.25.

*Gliscunt Superiorum scelera,quia impunita.*

Isai. 30. 12.

*Rabulis commovetur mundus in furorem.*

*Nunc mores nihil faciunt:*
*Nil licet,nisi quod lubet,*

Plaut.

*Facilius flagitia fiunt, quàm excusantur.*



TAUTO-

# TAUTOLOGIA SEXTA.

*Utrùm vivere queam de infirmitate mea hac.* 4. Reg. 1. v. 2.

## EXPOSITIO LITERÆ.

1 ILIJ frequenter patrissant, sed Ochozias etiam matri ssavit: equidem si pater eius impius Achab propter uxorem Iezabel, propensus maximè in Baāl; filius utriusque Ochozias propter matrem addictus in Beëlzebub. *Vir pessimus, & utrique parenti omninó similis*: ait Ioseph. lib. 9. *Antiq.* cap. 1. Unde Iuvenal. *Satyr.* 14. vers. 33. Ioseph.

*Sic natura iubet: velociùs & citiùs nos*
*Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis*
*Cùm subeunt animos auctoribus: unus & alter.* Iuvenal.

Pronus Ochozias, non tantùm in parentum vitia, sed præceps. Videamus animo, operæque repetentem exempla suorum. Malitia quippe non mutatur in melius, sed in aliud. *Non expectant uno loco vitia* (inquit Senec. 1. de *Benefic.* cap. 10.) *sed mobilia & inter se dissentientia tumultuantur; pellunt invicem fugantur que.* Deastro enim præfato deditus operosè Rex genitricis studio: & cùm casu ruisset è cœnaculo, gravique corporis allisioni iacuisset in lectulo; pro prognostico validæ infirmitatis, consulere decrevit Beëlcebub, cuius templum erat in Accaron, An ex illa gravissima corporis affectione posset in statum pristinum revalescere: ceciderat enim *per cancellos cœnaculi sui.* *Mores parentum in filijs.* Senec.

2 Per huiusmodi cancellos intelligunt plures Expositores murum reticulatum ferreum vel lapideum (Nostrates; *Balaustres*) quem Deus apponi iussit in tectis, ideſt, tabulatis seu stratis domus sublimioribus (Vernaculè: *Solanas, Azoteas*) quæ superiora ambulacra, & solaria, loca spaciosa & sine obice pervia in cœli liberiorem aspectum; & aliquando usurpata in scandalum, ut queritur Dominus: *Adorant super tecta militiam cœli.* Sophon. 1. 5. Frequentiùs in laxationem animi & amicorum convictum: in quem locum, ne per adyta, interiora domus fieret transitus, gradus fabricabantur extrorsùm. Vide quæ diximus, *Tom. præc. T.* 10. *n.* 35. Græcè dicuntur *Tristega* & *domata*: hoc est altior contignatio, de cuius usu Hieronym. *Epist.* 135. infit: *In Palestina enim & Ægypto non habent in tectis culmina, sed domata, quæ Romæ vel Solaria vel Mœniana vocant: ideſt, plana tecta, quæ transversis trabibus, sustentantur.* Unde ibid. dicit *Doma, tectum ædificij,* dum Actor. 10. 9. *Ascendit Petrus in superiora.* Lex de præcavendo præcipitio fulminatur. Deuter. 22. 8. *Cùm ædificaveris domum, facies murum tecti per circuitum; ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio & in præceps ruente.* Alij per cancellos intelligunt pergulas, podia, aut apodiamenta. Vulgò, *Balcones voleados* His ergo ratiocinijs suffragari refugio, quippe si è tanta eminentia lapsus fuisset, sanequam allideretur: ideoque aptiùs periodus explicatur ab Abulens. & Pagnin. per Hypallagen: quatenus ruina per *Cancellos cœnaculi*, sit lapsus per cancellos in cœnaculum. At quomodò? Exprimit perspicuò Ioseph. d. *Accidit* (ait) *ut Ochozias de solario domus suæ descendens, per gradus prolaberetur.* Siccine credibile; igitur cùm descendens niteretur super transennas scalæ, quæ erat inter cœnaculum & tectum (Nos *Varandillas*) divulsis è propria sede, pondere corporis, impulsu prolapsus est inferius, nimirum in cœnaculum proximum. Quod sic vel sic accidisset, nostra non interest, nisi ob textus claritatem: inconcussum profectò, ex lapsu in corporis fuisse gravissimum ictum, cuius à Beëlcebub scire avidè solicitavit exitum. Vers. 2. *Qui sint cœnaculorum cancelli?* *Quæ dicantur in Scriptura Tecta?* Hieronym. *Hypallage.* Ioseph.

3 Huius Dæmonij templum non solùm erat in Accaron, sed etiam in Ptolemaide, quæ in Phœnicia, in sorte tribus Aser, unde nomen turris illius celebris Civitatis. *In cuius medio* (infit Adrichom. n. 66.) *insignis turris est, quæ quòd Beëlcebub olim fanum celeberrimum fuerit, turris Muscarum vocatur.* Hebræi ob despectum non vocabant *Beëlzebub*, sed *Beëlcebul*, quasi Deum sordium: frequenter mutatione unius literæ, quæ vox laudis, mutatur in significationem dedecoris. Mons Oliveti dictus *Har-hammischbat*: mons scilicèt unctionis, seu chrismatis: postquàm coinquinatus idolorum simulacris, dictus ab Hebræis *Har hamashchith*: hoc est, corruptionis mons. *Evangelium* quod bonum nuncium sonat; præ odio dicunt *Evangilion*, quasi volumen iniquitatis. Sub Traiano Imperatore acceperunt ut Messiam *Barcocebam*, idest, stellæ & splendoris filium: postquàm fidei impostoris luerunt pœnas; appellarunt *Barchozibam*, nimirùm filium mendacij. Ludus Paranomasiæ, verùm affectus index. Haud secùs in *Beëlzebub* & *Beëlzebul*. Propriè huius idoli seu Dæmonis prima vox à *Beel*, seu *Baäl*, quod Dominus; & à *Zebub*, quod significat Muscam. De huiusmodi titulo, dissidium apud Interpretes. Quia muscarum abactor illius regionis cœnomyijs scatentis; asserunt hìc Saà & Vatabl. & in 10. *Matth.* 25. Franciscus Lucas: equidem Satrapia Accaron credebat ab illo pestem muscarum abigi, sicut alibi dicebatur Iupiter *Myiebs*, *Myiodes*, *seu Muscarius*. Constat ex Iosepho, loc. cit. *Ut ex hoc casu Ochozias contracto morbo, Accaronem ad Myiodis* (*id Deo nomen erat*) *oraculum sciscitaturus de incolumitate, mitteret.* Vide ampliora apud Plin. *lib. 29. cap. 6.* Delecamp. hìc, lit. *b.* Pausan. *cap.* 258. Dornav. in *Amphitheatr.* Tom. 1. de *Musc.* & Ulyss. Aldrovand. Tom. 10. de *Insectis*, lib. 3. cap. 1. Prætermitto cuique obvia. Maldon. loc. cit. in *Matth.* singulariter astruit, Deum muscæ dictum propter victimarum sanguinem, quo erat simulacrum aspersum, & muscis plenissimum.

*Turris Muscarum.* Adrichom. *Paranomasia.* *Unde dictus Beëlzebub?* *Iupiter Myiodes.* Iosephus.

4 Non Deum muscæ alij dicunt, sed *Deum muscam*. Septuagint. Ioann. Frosterus in verb. *Beëlzebub*. Philastrius, de *Heresib.* cap. 13. Serar. in *Minerval.* lib. 3. cap. 4. Greg. Nazianz. *Orat.* 4. & Theodoret. hìc *quæst.* 4. Imago eius erat muscæ cum thyrso scyllo-cyprio, idest, herba-muris (Hispan. *Cebolla albarrana.*) propter superstitionem Ægyptiacam, quam refert ex Abenephio Kircher. Tom. 1. *Oedip. Ægypt.* syntagm. 4. cap. 6. *Muscæ* (inquit) *infestare solebant omnem circa regionem & omnia idola conspurcabant. Consuluerunt Ægyptij oraculum, & dixit eis: In cultu muscæ musca pelletur. Fecerunt iuxta verbum oraculi, & muscæ recesserunt ob figuram seu imaginem muscæ magicam, quam fecerunt Ægyptij.* Hebræi etiam fabulam fingunt, quam refert Abulens. in 1. *Reg.* 24. q. 5. *Comminiscuntur* (infit) *Davidem aliquando cogitasse, quorsùm esse stultos, Araneas & muscas?* Cognovit, non sine proposito; igitur ille in Geth haud servasset tanto è discrimine vitam, ni studiosè finxisset amentiam. Idem vel latitans in spelunca subijsset periculum, ni araneæ telis curioso Sauli operuissent locum. Denique haud fugeret mortem, dum invenit inter pedes Abner cubantis implicuisse pedem, adorsus lanceam surripere Regis, quæ erat ad caput Saulis; modò ut Abner crura, pedis vincula, diduceret, musca vehementer & acriter non momorderit. O bella capita! Nugæ prorsùm & ineptiæ. Poëtæ finxerunt, in muscam fuisse conversum Mercurium in bello anguipedum cum Typhone Gigantum. Aldrovand. d. quod etiam concessum Periclymeno pro defensione Pyli: nihilominus victus ab Hercule, illum muscam ostendente Pallade. Natal. Comes, 8. *Mythолog.* cap. 8. Hinc musca in numerum Deorum relata, ut asserunt Theodoret. *quæst.* 3. Clemens Alex. in *Protrept.* & hìc Gentian. Pro insigni scutorum tanquàm Numen assumpta; quòd risui aliquando Lacedæmonis (ut refert Alex. ab Alex. *lib. 6. cap.* 20.) videntibus ingentem clypeum cum musca, & retorquentibus schema, ne cognosceretur proximo conflictu fuga. Respondit insignitus tali Numine: *Mentimini: tam propè accessurus ad hostes, ut vel hæc musca videatur ab ipsis.* Plutarch. in *Apophthegm. Lacon.* & Erasm. *lib. 2. n.* 38. Brevì & ingeniosè Claud. Paradin. in *Emblem.* dixit: *Cominùs, quò minùs.*

*Beëlzebub Deus Muscæ.* Abeneph. *Fabulæ Hebræorum de stultitia, aranea & muscæ.* *Muscæ Deus* *Clypei insigne.* Erasm. Paradin.

5 Inter mira quæ in templo Hierosolymitano observarunt Rabbini, non minoris habitum, nunquàm in illo visam tot victimis ullam muscam. Talmudistæ in *Pirche-Avot*, & etiam in tract. *Ioma*, idest, de Diebus, apud Galatin. *lib. 5. cap.* 8. & Maluend. de *Anti-Christ.* lib. 11. cap. 10. *Multa contulit Emma Saxoniæ Ducissa* (ait Cranzius, *lib.* 4. cap. 29.) *Ecclesiæ Bremensi. Inter alia quæ donavit auri & argenti & lapidum pretiosorum donaria: fertur civibus permisisse pratum non longè ab urbe feracissimum, cuius usque hodiè illa præcipuè est indulgentia, ut nullis ibi pecora muscis, nullis crabro-*

*Loca muscis exempta.* Cranz.

*bronibus, aut vespis vexentur.* Plura videris apud Bonif. Bagatt. in *Admirand. Orb. Christiani.* lib. 7. cap. 1. §. 8. & in *Appendic.* in hoc caput, n. 1. & ad *cap. 3.* à n. 13. Inter Ethnicos pro miraculo famigeratum huiusmodi embolium, à Simia Dei dæmone confectum. *Sacellum Herculis in foro Boario est* (refert Solin. *cap. 2.*) *in quo argumenta convivij lætæ maiestatis ipsius remanent: nam divinitùs illò neque canibus, neque muscis ingressus est.* Idem Alex. ab Alex. *lib. 2. cap. 14.* De templo Apollinis Actij, idem *cap. 8. lib. 5.* In quietem concurrentium ad Olympia, omnes muscæ trans Alpheum avolabant. Ælian. lib. 5. *Histor. Animal.* cap. 17. Alex. ab Alex. d. causamque refert Pausan. *cap. 161. Cùm Hercules muscas abigere non posset* (inquit) *vel quòd ei in mentem venerit, Abactori muscarum hostiam mactavit: cùm perlatatum esset, omnes repentè trans Alpheum.* Hinc Beëlzebub Muscarius colebatur in Accaron, vel quia in eius Templo non videbatur musca, vel ne videretur. Ita Reinecius 1. p. *Syntagmat. heroic.* in Monarch. Assyrior. additque: *Nulla in templo eius musca fuit, quemadmodùm hodie in Palatio Veneto itidem nullam, in Toletano unicam conspici, aiunt.* De Toletano patet fabella, sicut multa anilia de Arce excantata. De Veneto sumpsit notitiam à Cardano, quem serioiocosè validè impugnat, ridetque Iul. Cæsar Scaligerus, *Exercitat. 246.*

Solin.

Pausan.

Reinec.

6 Cuncta seria meditatione libravi, qua arbitratus sum (nec sine fulcro, ut viderit lector) huiusmodi idolum fuisse Veneri sacrum, & obscœnissimum. Multa prætermitenda propter pudorem, & nihilominùs caste verberandæ sunt aures. Sint ergo omnia munda mundis, signata per Hypocalistmum, cuius schematis usus in Scriptura frequens. Levit. 20. 18. *Pontem sanguinis*: & Ezech. 16. 25. *Divisisti pedes tuos.* Psal. 138. 15. *Substantia mea in inferioribus terræ.* Vid. *T. 2. T. 8. n. 8. & T. 11. n. 11-4. T. 8. n. 4.* Idolum hoc sub figura muscæ Beëlzebub, est quod etiam vocabatur Beëlphegor: Zebub ob figuram capitis, Phegor pro signo libidinis: sonat enim *Os nuditatis, idolum hiatus & aperturæ.* Vide Alapide fusè in *Num. 25. 3.* & libell. de *Interpret. nomin. Hebraic.* ritumque cultus in hoccine idolum, dæmoni aptum, apud Oleast. loc. *Numer.* cit. & Kircher. in *Panth. Hebræor.* cap. 4. Apud Gentes dictus *Priapus*, cuius cultus fit memoria, *3. Reg. 15. 13.* Nec mireris, Dij & Deę nomine insigniri. In Theologia Ethnicorum non novum. Iupiter dictus *Genitor*, & *Genitrix.* Orpheus, Hymn. in *Iovem.* Senec. in *Hercul. furent.* v. 384. & Gyrald. *Syntagm. 2.* Pallas, Nemesis, & Pales dictæ Dij, similiterque Luna dicta Lunus, in cuius sacris togis fœminę, & viri muliebri veste utebantur. Chartar. in *Vener.* fol. 351. *Idem Numen* (addit) *Lunæ & Veneris*: idem etiam cultus & in sacris modus: Macrob. 3. *Saturnal.* cap. 8. Alex. ab Alex. *lib. 2. cap. 14.* Hinc *Venerem almum adorans: Pollentemque Deum Venerem*; dicunt Levinus & Calvus, apud Macrob. loc. cit. Expressè Virgilius, lib. 2. *Æneid.* v. 632. *Ducente Deo* (Venere matre) *flammam inter & hostes*: lib. 12. a v. 416. in vulneris medicinam ab ipsa dictamno allato, infit:

*Hypocalistmus.*

*Idolum Beël zebub imago Veneris.*

*Quæ Deus & Dea.*

Chartar.

*Hoc Venus obscuro faciem circundata nimbo*
*Detulit, hoc fusum labris splendentibus amnem,*
*Iamque secuta manum, nullo cogente, sagitta*
*Excidit, atque novæ rediere in pristina vires.*
*Non hæc humanis opibus, non arte magistrà*
*Proveniunt, neque te Ænea mea dextra servat,*
*Maior agit Deus, atque opera ad maiora remittit.*

Virgil.

*Maior Deus*, nimirùm Venus, de quo plura diximus, *Tom. 4. T. 4. n. 5.*

7 Hoccine in propositum Serarius hìc subdit: *Beëlzebub videtur ob impudentiam & libidinem, quæ in muscis notatur, esse libidinis Deus, aut Dea.* Favet cogitationi Arnob. *Adversf. Gentes* lib. 3. cap. 7. ubi: *Consuevistis in precibus, sive tu Deus, sive tu Dea*, dicere. Ita Dagon, sive idolum Veneris (uti astruximus, *Tom. 1. T. 6. D. 9. n. 1-2. T. 4. D. 5. n. 20.*) cultum in Azotica Philisthinorum Satrapia, caput habebat Piscis; ut observat Adrichom. in *Dan.* n. 7. Similiterque in Accaron Veneris imago sub titulo Beëlzebub, caput habebat muscæ: *Muscamque* appellabant, sicut in Azoto Dagon *Piscem* cultores dicebant. Inter Ethnicos idola varipoliformia: Iovis cum Arietis capite, Æsculapij cum capite draconis. Apollinis imago capite accipitris, Serapidis verò lupi-leonis cănis; ut observant Chartarius, Albricus de *Imagin. Deor.* & Kircher. d. tot. *Syntagm. 4.* Fabulam commenti sunt etiam de musca. *Olim fœminam fuisse* (ait Lucian. in eius *Encom.*) *loquacem tamen & garrulam & cantatricem, & in amore contendisse cum Luna ambas eodem tempore Endymionis. Deinde cùm dormientem adolescentulum excitaret, frivola loquens & circa ipsum lasciviens, ægrè illum tulisse: Lunam verò iratam in hoc animal*

Serar. Arnob. *Dagon caput habebat piscis, Beëlzebub muscæ.*

*Metamorphosis Muscæ.* Lucian.

*tranſmutaſſe muſcam* (ita enim vocabatur) *& nunc propterea omnibus invidere ſomnum, qui dormiunt, Endimionis memorem.* Fœminæ inſignis meretricis, quæ dicta *Muſca*, meminit Athenæus apud Lel. Biſciol. tom. 1. *Horar. ſucceſiv.* lib. 16. cap. 23. Lucianuſque ſubdit loc. cit. *Fuit etiam apud Antiquos mulier, cognomento Muſca, & alia perinſignis Athenienſium meretrix; de qua Comicus; Ad cor uſque Muſca mordebat.* Quadrat ad unguem & fabula & officium: etenim ut ait Aldrovand. d. *Muſca ſignat curas carnalis appetitus, titillationes, libidines, ac cogitationes moleſtas.* Priùs Hieronym. *Epiſt.* 135. & in *Pſalm.* 104. n. 38. *Muſca luxuriam indicat, quæ plerumque compreſſa pullulat.* Homer. 17. *Iliad.* v. 560.

Idem. Aldrov. Hieronym. *Cur muſca laſciviæ ſymbolum?* Homer.

——— *Illi muſcæ vim intra præcordia miſit,*
*Quæ quanvis de pelle viri ſit ſæpe repulſa,*
*Aſſultat morſura tamen.*

Hinc Hor. Apollo lib. 1. *Hierogl.* 48. *Impudentiam & impudicitiam Ægyptij notantes, muſcam pingunt: hæc etſi crebrius abacta, nihilominùs accedit.* Haud alio nomine ſcorta inſignivit Plaut. in *Trucul.* Act. 1. ſcen. 1. v. 45.

Hor. Apoll. Plaut.

*Scortorum plus eſt, quàm muſcarum.*

8 Salacem Deam dicunt ſacri, profanique AA. Venerem. Idem aſſeritur de Beëlzebub, Numine Muſca, propter improbitatem, in libidinem præcipitem & effrenem: hacque de cauſa, quia ſine ſenſu animalia, quæ ab œſtro puncta; laſcivia actior deſignatur *Oeſtrum Veneris.* Vulgò: *Picóle la moſca.* In rem Andr. Dactius:

Dactius.

*Indoluit, lumenque manu fricuiſſe Cupido*
*Dicitur, in cauſa Muſca doloris erat*

*Cur muſca dicitur œſtrum Veneris?*

Non utcunque muſca, ſed œſtrum, tabanellus ſeu muſca ſilveſtris, cuius ſtimulis agitata Iò, quam in vaccam transformaſſe dicitur Iuno.

——— *Cui nomen Aſilo*
*Romanum eſt: œſtron Graij vertere vocantes:*
*Aſper, acerba ſonans, quo tota exterrita ſilvis*
*Diffugiunt armenta; furit mugitibus æther.*
*Hoc quondàm monſtro horribiles exercuit iras*
*Inachiæ Iuno peſtem meditata iuvencæ.*

Virgil.

Succinit Virgil. 3. *Georgic.* v. 147. & Ovidius, lib. 1. *Metamorph.* fabul. 14. à v. 1.

*Protinus exarſit, nec tempora diſtulit iræ,*
*Horrificamque oculis, animoque obiecit Erynnin.*
*Pellicis Argolicæ, ſtimuloſque in pectore cæcos*
*Condidit, & profugam per totum terruit orbem.*

Ovid.

Vid. Hygin. *Fabul.* 145. lib. 1. & *lib.* 2. *Fabul.* 22. Apollodor. 2. *Biblioth.* cap. 7. & Natal. Comit. lib. 8. *Mytholog.* cap. 19. qui quidem addit: *Iönem ſcortum fuiſſe.* Haud diſcordant muſca, ſeu Veneris œſtrum, ſalaciſsimumque ſcortum. *Dulcis illi ſanguis hominis:* inſit Homer. ibid. v. 563. Virgiliuſque, v. 154. *Mediis fervoribus acrior inſtat.*

Homer.

9 Haud aberrant à ſcopo, qui huiuſmodi Deum Muſcam indigitant Aſmodæum, de quo *Tob.* 3. 8. illumque quia ſignificat ignem voracem, indigitant luxuriæ, atque dæmoniorum Principem. Serar. latè, loc. *Tobiæ* cit. Sanctius, Alapid. & Kircher. d. *cap.* 5. Nomina ſunt varia, ſed cuncta libidinis cęcę propria; quippe per huiuſmodi muſcę vitium, Troia conflagrans totum genus humanum. Quare Philaſtrius, ubi ſuprà: *Beëlzebub, Ceb dictus, à fluxu ſeminis.* Aſtipulatur Serar. in loc. *Reg.* noſtri argumenti: *Beëlzebub ita dictus, tanquàm omnium ſalaciſsimus, & impudentiſsimus.* Haud alio intuitu Princeps cognoſcitur dæmoniorum; niſi quia inter vitia humani generis, voracior flamma libidinis. *Beëlzebub idolum muſcæ* (ait Hieronym. in 10. *Matth.* v. 25.) *Principem ergo dæmoniorum ex ſpurciſsimi idoli appellabant vocabulo, qui Muſca dicitur propter immunditiam.* Beda & Remigius: *Propter ſpurciſsimum ritum colendi eum*; de quo ſuprà, *num. 6.* Rabbini aſtruunt dici Principem dæmoniorum, quippe Beëlzebub, qui Aſmodæus ſub nomine *Samaël* fefellit Evam. *Dicunt, quod coluber, ſeu ſerpens ille, qui Evam decepit formâ Cameli erat, ſuper quem ſedit Samaël, quod nomen præciſè de Diabolo dicitur. Ipſe inhibere voluit Abraham ne immolaret filium ſuum; & Iſaäc, ne obediret patri ſuo. Dixerunt etiam quòd Samaël, cùm ad decipiendam Evam venerit, ſupra colubrum, Creator ridebat de camelo & equite eius.* Hæc Elias in *Thisbi*, & Rab. Moyſes Ægyptius in *Moreh-Nebuchim.* Kircheruſque in *Panth. Hebræor.* cap. 5. ex queis Alapid. in loc. præf.

*Beëlzebub Aſmodæus.* Philaſtr. Serar. Hieronym. Matth. 12. 24. Rab. Moyſes. *Quare Beëlzebub Princeps dæmoniorum*

To-

*Tobiæ*. Insignis cogitatio! At quando & quomodò vicit Evam, si isthoc dæmonium in illorum sententia fuerit, filius Noëmæ, sororis Tubal cain? Ipsi viderint. Deliria evanescunt concordantia. Vid. Alap. loc. cit. Proculdubio Eva minimè victa luxuriâ; unde ergo Princeps dæmoniorum ex huiusmodi victoria? Nomen Asmodæi signat *Vastatorem*, & *exterminatorem*, *Destructorem*, *Dissipatorem*: libell. de *Interpret. nom. Hebr.* Iudith 8. 25. *Exterminati sunt ab exterminatore*. Idem. *Apocal.* 9. 11. Ita sanè dæmoniorum Princeps, & Angelus Abyssi: igitur devastavit per illam genus humanum, ingruente concupiscentiâ, quæ quidem ligata originali iustitiâ, amissâ mansionis felicitate in delicijs paradisi; quando callidissimâ vaferrimâ technâ, exterminavit eam aper de silva.

*Cur dicitur Evæ tentator?*

10 Alij Rabbini somniarunt, quia per luxuriam Salomonem decepit; Principem appellari dæmoniorum. Rab. Ionath. seu Paraphrastes Chaldæus in illud Eccle. 1. 12. *Ego Ecclesiastes fui Rex Israël in Ierusalem*; legit: *Asmodæus Rex dæmonum*. Si causa inquiritur, dicunt Salomonem propter effrenem libidinem ab Asmodæo, Musca Beëlzebub, è solio fuisse expulsum, in deserto detentum, interimque hoccine dæmonium imperasse Israëlitis sub specie ac figura Salomonis. *Vehementer commotus Dominus in eum* (infit) *Asmodæum dæmonum Regem immisit, qui illum regno privaret*. Subscribit Elias in *Thisbi*, & Zohar. Addit huiccine nugamini robur Beniamin in *Itinerar.* fol. 54. *Civitas in valle sita sub Libano á Salomone in Pharaönis filiæ gratiam & usum condita; exstatque adhuc palatij structuræ pars: ferturque vulgò, ædificium illud non fuisse hominum manu factum, sed Asmodæi*. Videsis Maluend. in *Tob.* 3. 8. Alap. & Kircher. loc. cit. Denique alij ex eodem grege astruunt familiaritatem Salomonis cum Asmodæo, qui Princeps dicitur dæmoniorum, quippe præest thesauris absconditis, quos Salomoni ostendit in luxuriæ luxum; de quo Pineda in *Salom. præv.* lib. 4. cap. 22. n. 2. Hinc Beëlzebub apud Ethnicos dictus Iupiter infernus, Maximus Manium, & Princeps, alio nomine Pluto, alio Plutus tanquàm Numen divitiarum, quem cæcum finxerunt, & cuius quadriga tribus duntaxàt rotis constabat, uti diximus in *Ephemer.* Isagog. Mai. à n. 8. Consule Aristophan. in *Pluto*, & Gyrald. *Syntagm. 6.* cap. 10. En cur Princeps dæmonum dicitur Dis, Pluto, Samaël, Asmodæus, & Beëlzebub. Verùm quùm de N. Assertore amantissimo Iesu, dicitur, *In Beëlzebub, Principe dæmoniorum, ejicit dæmonia*, pactum arbitrabantur ad huiusmodi miracula cum Principe dæmonum, cuius virtute tot mira patrabat, & quem vocabant *Beëlzebub*. Hinc dicebant Ioann. 7. 20. & 8. 48. *Dæmonium habes*. Virtus tua non à te sed à Dæmonio, à quo habes virtutem: & non à quolibet dæmonio, sed à dæmonum principe, frequenter dicto Satan, & ab illis Beëlzebub. Patet ex Marco, 3. 22. ubi: *Beëlzebub habet, & quia in Principe dæmoniorum ejicit dæmonia*: nimirùm in Dæmonarcha, Principe cacogeniorum. *Beëlzebub scilicèt pravitatis primario*, ut ait Cœl. Rhodig. *lib. 2. cap. 13*. Ita intelligendum de voce Beëlzebub, haudquaquàm præut signabat Deum Muscam, seu muscaron, qui cultus in Accaron. Hunc consulere decrevit Ochozias & sub Muscæ titulo, insigni obscœnitatis. Satis mihi videtur astructum fuisse idolum turpe Veneris.

*A quo & cur Salomon ejectus de solio?*

Eccl. 1. 12. Rab. Ionath.

Beniamin.

*Beëlzebub, Dis seu Plutus. Eius imago.*

Luc. 11. 19.

Cœl. Rhod.

11 Curiosè inquiret lector, quomodò consulebant? Avenarius apud Maluend. lib. 7. de *Anti-Christ.* cap. 4. inquit: *Beëlzebub, Satan in forma muscæ magnæ, ab incantatoribus adiuratus, dabat oracula de valetudine hominum*. Alia oracula dabantur voce, alia verò duntaxàt signis, de quo fusè egimus *Tom. 5. T. 3.* Addenda modò necessaria in huius Tautologiæ pleniorem intelligentiam. Saul, quia non invenit visionem à Domino, nec verbum per Urim & Thumim (de quibus lapidibus diximus, *Tom. 4. T. 3. à n. 15.* ex Rab. Maimonide) discretum oraculum curis duntaxàt Principum, pro rerum expeditione publicarum; perrexit in Endor ad Pythonissam, ut in acie novaculæ positus, quid futurum præcognosceret. Ochozias respuit oraculum Dei consulendo Beëlzebub, quasi Deus non esset Deus, & Deus veritatis, quem irritavit vanitatibus suis. Per literas clausas consultum cogitat Maluend. d. *lib. 11. cap. 11. Hinc dæmon* (ait) *qui Dei simia duo quædam sibi apud Gentes constituit genera Oraculorum; Vocalia ut Delphicum, Muta ut Heliopolitanum*. De Vocalibus locuti sumus abundè Tom. prior. Aliquid dicendum de Mutis, & eorum embolijs. *Consulunt hunc Deum* (loquitur de Adad Macrobius, lib. 1. *Saturnal.* cap. 23.) *& absentes, missis diplomatibus consignatis; rescribitque ordine ad ea quæ consultatione abdita continentur. Sic & Imperator Traianus iturus ex ea Provincia Parthiam cum exercitu, constantissimæ religionis hortantibus amicis, qui maxima huiusce Numinis ceperant experimenta, ut eventum consuleret rei cœptæ; egit Ro-*

Avenar.

*Oracula dæmonum vocalia & muta.*

Maluend.

*Per literas signatas.*

*Romano consilio, priùs explorando fidem religionis, ne fortè fraus subesset humana: & primùm misit signatos codicillos, ad quos sibi rescribi vellet. Deus iussit afferri chartam, eamque assignari puram, & mitti, stupentibus sacerdotibus ad huiusmodi factum:*
Macrob. *ignorabant enim conditionem codicillorum. Hos cum maxima admiratione Traianus excepit, quòd ipse quoque puris tabellis cum Deo egisset. Tunc alijs codicillis conscriptis, signatisque consuluit, an Romam perpetrato bello rediturus esset? Vitem centurialem Deus ex muneribus in æde dicatis deferri iussit, divisamque in partes sudario (sepulchro) condi, ac proinde ferri. Exitus rei obitu Traiani apparuit, ossibus Romam relatis: namfragmentis, species reliquiarum, vitis argumento, casus futuri tempus ostensum est.*

12 Idem tanquàm muti Oraculi, de Ammonico Iovis referunt Diodor. Sicul. *lib.* 17. *cap.* 50. Strab. *lib.* 17. *n.* 99. Herodot. *lib.* 2. *cap.* 42. Q. Curt. de *Reb. Alexandr.* lib. 4. cap. 7. hicque Freinshemius, n. 24. In huiusmodi secreti cognitione iuxta mentem consulentis, totum Ethnici collocabant fatuissimi vestigium divinitatis: tuncque maior erat fallacia subtili sacrificulorum invisibili industriâ. Astu in plagio impostorem comprehendit Athæus Lucianus, ut ipse refert in *Pseudomante*. De Alexandro insigni præstigiatore loquitur, infitque: *Iussit, ut unusquisque quod videretur, quodque maximè discere vellet, id in libello conscriberet, eumque funiculis obvinctum, cera argillâve, aut simili re quapiam obsignaret. Se verò receptis libellis, cùm subisset adyta, ordine per præconem ac Theologum evocaturum eos, qui tradidissent: deinde ubi de singulis esset edoctus á Deo, libellos redditurum, ita ut traditi fuerant, obsignatos. Suscripto illis responso pro cuiusque argumento, Deo nimirùm respondente, quacunque de re quis esset scisscitatus. Erat autem hic dolus, neque difficilis animadversu, verùm idiotis, quibus nares minimè emunctæ, prodigiosum, planèque incredibile. Etenim cùm varias esset commentus artes, quibus sigilla tollerentur, ad interrogata respondebat: deinde rursùs obvincta, obsignataque reddebat, non sine summa admiratione eorum qui recipiebant. Quibus artibus effecerat, accipe. Eam ceræ partem, quæ post signum hærebat, acu candefactâ liquefactam diducebat: tum ubi legisset, rursùs calefactam acu ceram, eam quæ á tergo funiculi fuerat, signo eodem manente, facilè coägmentabat.* Alios duos modos refert, quos apud illum videsis. Sed non omittendum quid instruebat, ubi frustrabatur Oraculum. *Sæpiùs enim ægrotis, priusquàm morerentur, prædixerat fore, ut revalescerent: quibus morientibus, alterum Oraculum; scilicet:*

Emboliæ & artes in huiusmodi fidem? Lucian.

Idem. *Posthac desine opem morbo petere exitiali:*
*Mors etenim manifesta nec evitare licebit.*

13 Aliter de infirmis consulebatur in fonte Cereris. *In æde fons est, qui à templo lapideo pariete secluditur. Ad eum fontem per exteriorem tramitem descenditur. Ibi Oraculum maximè veridicum est. Cognoscuntur ex eo non rerum omnium, sed morborum duntaxát eventus. Speculum tenui suspensum funiculo demittunt, ita librantes, ut in fonte omninó non mergatur; sed imo ambitu summam aquam contingat. Exinde ubi odores adoleverint, & ritè Deam precati fuerint, inspiciunt speculum, & ex eius imaginibus, periturus ne, an victurus æger sit, de quo consuluerant, divinant.* Hæc Pausan. *cap.* 228. quo loco Fridericus Sylburg. *Eis ægrotum vel vivum, vel mortuum repræsentat.* Signat etiam fontem Appollinis Thyrxei: *In cuius fonte* (infit) *siquis introspiciat, similiter omnia videt quæcunque videre cupit.* Pausanias ibid. signat ut insigne Oraculum; sicut *cap.* 33. fontem Amphiarai: *Ad quem* (inquit) *neque divinam rem faciunt, neque aut ad lustrandum, aut ad manus lavandas, aquâ eâ uti fas putant: solùm qui morbo Oraculi monitu levati fuerint, signatum aurum, argentumve more maiorum in fontem abijciunt.* De huiusmodi Magia speculari plura refert Salisberiens. in *Polierat.* lib. 2. cap. 11. ex quo Delrius *lib.* 6. *Disquisit.* cap. 2. sect. 3. quæst. 3. Nos etiam de speculis loquacibus diximus, Tom. præced. *T.* 6. *D.* 2. *n.* 12. Ne aliquid de morte sua ex haruspicinæ disciplina pronunciarent, Tiberius secretò ac sine testibus consuli vetuit, ut ait in eo Sueton. *cap.* 63. qui quidem volens aliquando æger scire per sortes Prænestinas exitum morbi; non invenit in arca quousque relatæ rursùs in templum, quùm obsignatas devehi Romam præcepisset. Idem ibid. & nos in *Ephemer.* 12 Ianuar. n. 12.

Fons Cereris in oraculum ægrotantium. Pausan. Sylburg. Apollinis. Pausan. Amphiarai. Sortes Fortunæ Prænestinæ.

14 Modum alium Ethnicorum, quem libenter acceperunt Hebræi, refert Hieronymus in *Isai.* 65. 4. *Nihil fuit sacrilegij* (inquit) *quod Israël prætermitteret: non solùm in hortis immolans, & super lateres thura succendens, sed sedens quoque vel habitans*

Isai. 65. 4.

*bitans in ſepulchris, & in delubris idolorum dormiens, ubi ſtratis pellibus hoſtiarum incubare ſoliti erant, ut è ſomnijs futura cognoſcerent. Quod quidem in fano Æſculapij uſque hodie error celebrat Ethnicorum, multorumque aliorum.* Latè etſi iocosè refert Ariſtophanes in *Pluto*. Aliqua delibata loc. cit. *Ephemer.* & *Tom.* 5. *T.* 10. *D.* 2. *n.* 4. Euripid. in *Tauric.* à v.1259. Hieronym. *Per ſomnia. in pellibus victima-- strum dormientes, accipiebat oracula.*

*Themin Terræ filiam Phœbus invadens elecit*
*Ex divinis oraculis, ubi nocturna ſpectra.*

Euripid.

Stuck. de *Sacrific. Gentil.* cap. 212. infit: *Pellium iſtarum, quæ mactatis hoſtijs detrahebantur, uſus fuit cubitorius ad cubandum. Amphiaraus interpretandorum ſomniorum arte excelluit, & eandem poſteris tradidit: ad cuius oraculum mactati arietis pellem ſubſterni, atque ita ſolitos dormire, captantes ſomniorum ſignificationes.* Idem Pauſan. loc. cit. & *cap.* 56. & Cœl. Rhodig. *lib.* 27. *cap.* 14. qui addit: *Podalirio ibi ſepulto, advocato, ſtratis pellibus victimarum à vulneribus ſanari.* Morem refert Virgil. 7. *Æneid.* à v. 86. Stuck. Cœl. Rhod.

*In dubijs reſponſa petunt: huc dona ſacerdos*
*Cùm tulit, & cæſarum ovium ſub nocte ſilenti*
*Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſque petivit,*
*Multa modis ſimulacra videt volitantia miris,*
*Et varias audit voces, fruiturque Deorum*
*Colloquio; atque imis Acheronta affatur Avernis.*
*Hinc & tum pater ipſe petens reſponſa Latinus*
*Centum lanigeras mactabat rite bidentes,*
*Atque harum effultus tergo, ſtratiſque iacebat*
*Vellieribus: ſubita ex alto vox reddita luco.*

Virgil.

Videbatur huiuſmodi inſenſatorum ludibrium Spartæ in templo Paſitheæ, ait Cicero 1. de *Divinat.* Plutarch. de *Defect. Oraculor.* Tertull. de *Anima*, cap. 46. *Oraculis hoc genus* (infit) *ſtipatus eſt orbis, ut Amphiarai apud Oropum, Amphilochi apud Mallum, Sarpedonis in Troäde, Trophonij in Bœotia, Mopſi in Cilicia, Hermiones in Macedonia, & Paſiphaæ in Laconica.* Vid. Plin. *lib.* 4. *cap.* 7. 13. 13- 31. 2. Euſeb. 5. de *Præpar. Evangel.* cap. 8. & 10. & Lactant. *lib.* 2. *cap.* 17. Ovid. 4. *Faſtor.* à v.649. Tertull.

*Ille dabat tacitis animo reſponſa quieto*
*Noctibus, hic geminas Rex Numa mactat oves.*
*Prima cadit Fauno, leni cadit altera Somno:*
*Sternitur in duro vellus utrumque ſolo.*
*Veſper ubi eſt tectus, ſupra nova vellera corpus*
*Ponit, adorato per ſua verba Deo.*
*Interea placidam redimita papavere frontem,*
*Nox venit, & ſecum ſomnia nigra trahit.*
*Faunus adeſt, oviumque premens pede vellera duro;*
*Edidit à dextro talia verba thoro.*

Ovid.

15 Etſi in nocte ſub pellibus dare reſponſa commune fuit Dijs, ut obſervat Dempſter. ad lib. 2. cap. 2. Roſin. de *Antiq. Rom.* peculiariſsimum fuit in delubris Æſculapij. *Eſt Æſculapij ſacellum, cui incubantes ægritudinum remedia capeſſunt de monitis ſomniorum*: ait Solinus, *cap.* 13. & Cœl. Rhodigin. *lib.* 27. *cap.* 15. *In templo Æſculapij ſomnia ægrotos captare ſolitos, quibus bonam valetudinem à Dijs oſtenſam conjectarent.* Et Plautus in *Curcul.* Act. 2. ſcen. 2. à v. 10. Solin. Cœl. Rhod.

*Hac nocte in ſomnis viſus ſum videri er*
*Procul ſedere longè à me Æſculapium,*
*Neque eum ad me adire, neque me magnipendere,*
*Viſus eſt. Pacem ab Æſculapio petas,*
*Ne fortè tibi eveniat magnum malum,*
*Quod in quiete tibi portentum eſt.*

Plaut. *Maximè in templo Æſculapij.*

Hinc ab Ethnicis inventa varia ſomniorum genera in divinationem, de quibus agemus *Tom. ſeq. T.* 2. maximè de his quæ dicebant Syncramatica, quando in ſomnis ſpectabant, quæ magnoperè cupiebant. Cauſa quare maximè in Æſculapij fano expectabantur in valetudinem ſomnia, fuit fabula illa decantata, de dracone illi demonſtrante in ſomnijs herbam mirabilem, cuius virtute Hyppolytum, Androgeum, vel Glaucum, facto functum revocavit ad vitam. Plin. *lib.* 29. cap. 1. Palæphatus, *cap.* 27. & Natal. Com. lib. 4. *Mytholog.* cap. *Somnia ſyncramatica ibi.*

Ælian. *Cur in illo draco?*

cap. 10 & 11. Iccircò *Draco magná curâ in Æsculapij templo nutritus*, ait Ælian. *lib. 16. cap. 39. Histor. Animal.* & inter Hebræos idololatris de valetudine & vitæ diuturnitate mos fuit per figuram Draconis interrogare, ut refert Philo Bibl. de *Antiq. Hebr.* & nos diximus, *Tom. 4. T. 3. n. 21.* cùm de figuris loquacibus Michæ sermonem fecimus. Videris. Haud aliter arbitror responsa data à Beëlzebub in civitate Accaron, quem consultum ibant Regis Ochoziæ ministri, ut renunciarent illi prognosticum oraculi Muscæ. Cuncta planè arte dæmonis vel per speluca, vel per somnia, vel artificio sacrificulorum, de quo Lucianus; quò suprà; in exemplumque referre libet, quæ Ælian. d. *lib. 9. cap. 33.* ut constet colentium credulitas, dæmonis calliditas, & ministrorum in deceptionem dexteritas. *Mulier quædam* (ait) *ex lumbrico laborans, cùm de eius curatione peritissimi etiam medici desperassent, Epidaurum profecta, Dijs ab hoc malo ut liberaretur, supplicabat: & cùm Deus Æsculapius abesset, ministri eam eo in loco, ubi Deus mederi supplicibus solebat, quiescere primùm iusserunt: deinde capite eius resecto, unus eorum manu immissâ in ventrem, lumbricum feram sanè ingentem exemit. Caput verò, dum in suum locum & pristinam harmoniam reponere conantur, præstare non possunt. Interim Deus revertitur illisque increpatis, quòd rem supra artem & vim humanam aggressi fuissent; ipse divino & ineffabili modo & caput suo corpori, & mulierem restituit. Tantum sapientia pollet,* Iò papellardi. Haud historia veridica, sed morologia.

*Insigne mendacium aut dæmonis artificium.*

Idem.

*Somnia autophona, & etiam Oracula.*

16 Etiam erant Æsculapij Autophona, ideſt, Dei vivæ vocis oracula, vel arte audientibus incognita; vel palàm Magica. Mirabilia ex arte possunt videri apud Athanas. Kircher. in *Oedip. Copt.* Tom. 2. p. 2. class. 8. cap. 3. & plura curiosa ibid. *Tom. 1. Syntagm. 4. cap. 3.* Magica plura olim, maximè soluto dæmone, inter Hebræos etiam prævalente errore, uti diximus fusè, *Tom. 4. T. 3.* de statuis, seu imaginibus Talismanicis, sive Isiacis, à n. 19. & hìc *Tautolog. 3. n. 11.* de Nymphis Amorrhæorum, configuratis varijs constellationibus, & evocatis dæmonibus in eas. *Invenerunt artem qua Deos efficerent: & quoniam statuarum animas facere non poterant* (inquit Trimegist. ad *Asclep.*) *evocantes animas dæmonum vel Angelorum, eas indiderunt imaginibus suis, divinisque mysterijs, per quæ sola idola, & benefaciendi & malefaciendi vires habere potuissent.* Vide Draudium in *cap. 46.* Solini, & Kircher. d. *Syntagm. 1.* ubi ex Gelandino in *Ægypti Reg. histor.* refert de Mesra: *Fuit peritus artis sacerdotalis & Magiæ, eiusque ope peregit res magnas: dicitur quòd domuerit Leonem, & equitaverit super eum, & sedentem in throno quòd dæmones eum portaverint usque in medium Occeanum & posuerit ibi arcem candidam & in ea idolum Solis, ex ære etiam statuam, & incidit super eam, Ego Mesram ille gigas fortis & potens, revelans secreta: & fecit Talismata varia, & imagines loquentes.* Arte posse fieri, scientiâ Astrologicâ huiusmodi imagines, astruunt aliqui haud minimi subselij. Maiol. *Tom. 1. colloq. 23.* infit: *Simili industriâ ferunt, Albertum Magnum statuam hominis formâ construxisse, quæ cum libramentis quibusdam, rotis, atque alijs machinis intra latentibus, peritissimè compositis, linguam quadam ratione & disciplinâ moventibus, articulata: verba pronunciaret. Hanc statuam cùm D. Thomas Aquinas studiosè ab Alberto missus in cubiculum, ubi illa latebat, audisset verba adeò articulatè pronuntiare; perterrefactus fuste machinam contrivit: ac postèà interrogatus, respondisse se statuam confregisse. Tunc Albertus: Opus triginta annorum destruxisti.* Astruit varijs operibus ab hominibus ingeniosè perfectis, tam hìc, quàm *Tom. 2. colloq. 2.* Ex Alapid. in Baruch. 6. 41. sed floridissimè de cunctis Antiquitatis mirificis monumentis, Nancel. in *Analog. Micr. ad Macr.* lib. 8. cap. 6. At Abulensis in *Genes.* 31. v. 30. de idolis Laban loquens: *Erant* (inquit) *capita ex metallo in quodam certo tempore, & sub certis siderum aspectibus & coniunctionibus Planetarum facta; ut inde virtus è cœlo derivaretur in illud caput; fieretque potens respondendi consulentibus & interrogantibus ipsum. Id fiebat partim per Astrologiam, & partim per Necromantiam. Fecit huiusmodi caput Albertus Magnus, quod discipulus eius S. Thomas, quodam die confregit.* Minime, si fecit, Albertus per Necromantiam fecit. Dixi *Si fecit*, quippe ut ait Aben-Ezra loc. *Genes.* præfat. *Theraphim nihil aliud esse, quàm vim illam, seu potentiam in ijs, qui cognitionem habent Astrorum, qua certis temporibus & horis sibi notis, figuras fabricantur, aptas divinationibus. Loquebatur enim figura Theraphim, & erat facta ad similitudinem hominis, ad superiorum corporum vim hauriendam directa.* Non secùs Muscæ Dei erat in Accaron artificium, unde de infirmitatibus proferebatur oraculum.

Merc. Trimegist.

*Statuæ Isiacæ Magicæ.*

Gelandin.

Maiol.

*Statua Alberti Magni.*

Abulens.

Aven-Ezr.

*Statua Beëlzebub Magica.*

4. Reg. 1. 2.

17 In illud propositio Ochoziæ fuit: *Utrùm vivere queam de infirmitate mea hac?*

Quor-

Quorsùm, inquirendum, *Infirmitate*, ſi ægrotabat? & quorsùm *Mea*, ſi interrogatio de ſalute propria? Hebraiſmus eſt ex uſu Orientalium, qui in vivacem animi expreſsionem proferre ſolent cum rei argumento neceſſaria ſuppoſita. Ioann.11.43. *Lazare veni foras.* Dialectus Syro-Chaldaica, pro *Veni huc, ubi nos ſumus.* 3. Reg.20.37. *Percuſsit eum & vulneravit.* Ar.Montan. *Percuſsit eum percutiendo & vulnerando*: quod quidem delicavit Arabic. *Percuſsit eum ictu in vulnus*; ita ut vulnus fieret ex ictu validè impacto. Luc. 1.15. *Spiritu-Sancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ*: ſufficeret ſine conatu intenſionis, *Adhuc ex utero*, Souſa lib.5. de *Incarnat. Domin.* v.68. 4. Reg.1.2. *Expreſſum ſuppoſitum neceſſarium*

——*Namque priùs cœleſtia dona videbit*
*Clauſus adhuc utero, matris quàm prodeat alvo.* Souſ.

Apud Profanos identidem teſtimonia. Homer.10. *Illiad.*v.7. *Nix dealbavit arva.* Et 17. v.350. *Sanguine purpureo.*2. *Odyſſ.*v.356. *Molitæ farinæ.* Euripid. in *Bacch.* v.614. *Facilè, ſine labore.* In *Iön.* v.680. *Sterilis, carens liberis.* Sophocl.in *Aiac.*v.323. *Ieiunus vir ſine potu.* In *Antigon.* v.913. *Virginem innuptam, non deſponſam, neque nuptiarum partem ſortitam.* Q. Calaber. *lib.*7.v.590. *Flacceſcit, nec vires ſuppeditantur.* Theocrit. *Edil.* 22.v.210. *Flammeo fulmine*: & Epigram. 5. *Gutture canentes.* Imitari ſunt Helleniſmum Latini AA. Plaut. *Moſtell.* Act.1. ſcen.1. v.78. *Reliquæ relictæ.* In *Rudent.* Act.4.ſcen.4. v.7. *Ex præſidio præſides.* Virgil.4.*Æneid.*v.485.*Servabat in arbore ramos*: lib.5.v.776. *Ac vina liquentia fundit.* Ovid.1. *Metam.* fab.9.

*Me miſerum, ne prona cadas, indignave lædi*
*Crura notent ſentes, & ſint tibi cauſa doloris.* Ovid.

Senec. in *Hippolyt.* v.676. *O Titan! Lucem merge & tenebras fuge.* Perſius, *Satyr.*3.v.25. *Purum & ſine labe*: denique Plin. *lib.*31. cap.7. *Sterilis eſt, nihilque gignit*, & *lib.*37.*cap.* 1. *Polycratis gemma, quæ demonſtratur, illibata intactaque eſt.* Ex huiuſmodi loquendi formula, loquentis conſtat animus, & noſtræ periodi ſenſus. Conſultum eſt, An ſcilicèt revaleſceret ex ægritudine illâ moleſtiſsima? *Infirmitate meâ hac. Hàc* activè, *Meâ* paſsivè. *Mea* pro pœna: *Hàc* pro graviſsima: etenim reſpectu cruciatus, & præ cruciatu angoris, non ſolùm infirmitas, ſed ægritudo lethalis. Senec. Senec. Plin.

18 Infirmitas propriè eſt debilitas virium, quæ poteſt provenire & ab ætate & à morbo: dicitque Ochozias *de infirmitate mea hac*; quia vires omninò languebant ſentiebat invaliditatem facultatum naturalium; ita ut ex ruinæ colliſione non tam videretur ægrotus, quàm infirmus, ex cuius affectione quibat derivari morbus. Morbus dicitur, totius corporis corruptio, quæ fit febre, vel veneno. Ægrotatio eſt morbus ex virium imbecillitate, perſiſtente languore. Vitium denique dicitur, cùm ex morbi tyrannide reſultat deformitas membrorum, & in illis privatio facultatum. Vide Ciceron.lib.4. *Tuſcul.qq.* Cuncta, ni fallor, continentur in clauſula Ochoziæ. *Infirmitate meâ hac. Infirmitate*, pro extenuatione virium: *Mea*, pro morbo, corrupto ſanguine febre excitata ex valida colliſione: *Hàc*, pro vitio membrorum, laxatis nervis aut muſculis, vel oſsibus diſlocatis. Verſiones cogitationem roborant. *Utrum convaleſcam? An ſanitatem recepturus? Sanitatem*, præ morbo: *Convaleſcam*, præ defectu virium ex vitio corporis contracto, quo conſtat plenè ægritudo, totiuſque corporis repentina quaſſatio, ponderoſa laſsitudo, quibus in lectulo iacuit, ex quo per gradus in gradus uſque ad cœnaculum corruit. Appoſitè Æſchyl. in *Prometh.* à v.983. *Multa mala ex una infirmitate contraximus.* Plaut. in *Rudente*, Act.2. ſcen.3. v.7. *Mala malè.* Etiam in ſacris, Matth. 8. 6. *Iacet & malè torquetur.* Vide dicta, *Tom.*4. *T.*5. *n.*18. *Diſcrimen inter morbum, ægritudinem & infirmitatem.* Maluend. Æſchyl.

19 Perſcrutemur alia. *Hac*, pronomen emphaticum eſt: & quod videtur paragogicum, ornatus gratiâ; ſignat qualitatem, conditionemque interni doloris, vel externi inſtrumenti: ſemperque ſumendum pro quadam ſingularitate intenſivè, aut extenſivè, in cuius prolatione plus ſignificamus, quàm dicimus. *Crucior in hac flamma*: Luc.16.24. *Hunc Ieſum*: Actor.2.36. *In hunc mundum veniſti*: Ioann. 11.27. *Aäron quem elegit ipſum*: Pſalm.104.26. *Cuius rubigo in illa eſt, & non exivit ab ea*: de quo *num.* 27. Virgilio ſæpe placuit huiuſmodi ſtylus: lib. 4. *Æneid.* v. 47. *Hanc urbem*: v. 435. *Hanc oro veniam*: v. 621. *Hanc vocem extremam*: v. 652. *Accipite hanc animam.* Propertius uſquequaquè. *Hic victor*: lib. 3. eleg. 14. v.18. & *Eleg.* 18. v. 29. *Hic luctus.* Invenies ſparſa. *Hac nocte, lege, viâ, perfidiâ*, &c. Ita ergo cùm pronomen ſignet conditionem eius, cui adiungitur ſingularem: Ochozias infirmitatem qua laborat, pronomine ſignat; ut vividiùs verbis proferat quantum patiatur doloris, ex vehementia infirmitatis. Eodem ſtylo Æſchyl. d. v. 383. *Sine me iſto morbo laborare*: quia Prometheus patiebatur in- *Pronomen paragogicũ eſt emphaticum.* Æſchyl.

tensè, confixus cruci. Sophocl. in *Trachin.* v. 548. Hercule correpto veneno Hydræ, dicit Deianira: *Iraſci quidem non ſcio ægrotanti illi multùm hoc morbo.* Denique in *Philoct.* v. 173. *Infelix ſolus ægrotat hoc morbo.*

Sophocl.

20 *Hac infirmitate.* Pravitas Regis palàm fit huiuſmodi voce: etenim cùm magis animo, quàm corpore laboraret; abdicit vulnera mentis, ſatagens tantùm valetudinis corporis. Nunquam ſaniorem legi Maximum Tyrium in tot ineptijs & crepantibus buccis; quàm in huiuſmodi argumento. *Ex animo & corpore* (ait *Serm.* 41.) *conſtitutus eſt homo, in eoque animus imperat, obſequitur corpus. Maiori autem bono maius opponitur malum: ſed maius bonum animi eſt, potius quàm corporis ſanitas, maius malum animi, quàm corporis eſt morbus. Corpus ut ſanitatem recipiat, arte eſt opus: animus ut convaleſcat, per virtutem conſequitur. Corporis morbus arte facillimè depellitur: animi morbus difficulter à lege ſanatur: corporis quidem morbus, ſi quem vehementer anxium habet, ei ſanitas maius deſiderium incutit. Quod verò animum ceperit, eum ad contemnendas leges magis quotidiè indurat.* Quoniam de corporis ſalute tantùm Ochozias ſolicitus, & neglectus animus lethaliter vulneratus, valetudinemque corporis ſperaret, à quo animus vulnus penetrantius acciperet, relinquens utriuſque medicum, & conſulens inimicum, & Beëlzebub in Accaron, quaſi Deus non eſſet in Iſraël (quod quidem inter perfidos uſitatum, ut per Iſaiam ipſe Dominus queritur, *cap.* 8. 19.) quanvis infirmitas haud eſſet lethalis, tranſivit vita in iugum indeclinabilis mortis. En Oraculum: *Quam ob rem de lectulo ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes; ſed morte morieris.* Inſanabilis fractura tua: peſsima plaga tua. Nullum tanti laboris erit levamen: caſus tuus inſanabilis in mortem. Patuit æger animi, plus quàm corporis, igitur induratus ad contemnendas leges. Conſiderabat exitum in Barathrum; nec quo impellebatur, relinquebat vitium: & non cupit eximi per pœnitentiam de vitiorum ægritudine, ſed duntaxàt *de hac* corporis *infirmitate*; ne per urgens gravis languoris periculum, citiùs quaſi præceps deſcenderet in infernum.

Max. Tyr. *Diſcrimẽ inter ſanitatẽ ægri mente, & ægri corpore.*

Verſ. 4.

*Solicitudo peccatoris de corporis ſanitate.*

*Prædaque ſit illis, quibus eſt Latonia Delos*
*Ante diem rapto non adeunda Thraſo*

Ovid. in *Ibim*, v. 480. de quo Hygin. *lib.* 1. *fab.* 247. Verùm hoc Didaſcalicum eſt: ergo in Literam.

Ovid.

*Cathacreſis.*

21 Infirmari varijs gaudet acceptionibus. Sumitur per Catachreſin metaphoricè ſive abuſivè, pro defectu virium; naturalis decoris, ingenitæ pulchritudinis, ſive naturæ, ſive ſtatus. *Infirmus ero ut cæteri hominum.* Iudic. 16. 7. 11-1. Reg. 2. 4. Ierem. 20. 11. *Infirmata eſt, tu verò perfeciſti eam.* Pſalm. 67. 10. Hebr. *Decoraſti.* Hinc dicuntur infirma arva, pecora, arbuſta. Sophocl. in *Electr.* v. 1078. *Res quidem, è domibus ægrotant.* Hiſpan. *Van á menos.* Lucret. 4. *de Rer. natur.* v. 1121. *Ægrotat fama vacillans.* Varro. *Diſtractione civium elangueſcit bonum proprium Civitatis, atque ægrotare incipit & conſeneſcit.* Ita de *Vita pop. Roman.* & lib. 10. de *Ling. Latin.* ad Cicer. *Conſuetudine verborum ægrotat & langueſcit.* Vid. Petr. Victor. *Var. lection.* lib. 19. cap. 11. & P. Fabrum, lib. 1. *Semeſt.* cap. 9. Unde Plaut. in *Trinum.* Act. 1. ſcen. 2. à v. 29. inquit:

*Infirmitas pro defectu virium, decoris, & naturalis pulchritudinis.*

*Nam ſi in te ægrotant artes antiquæ tuæ,*
*Sive immutare vis ingenium moribus;*
*Aut ſi demutant mores ingenium tuum.*

Plaut.

Sumitur etiam pro afflictione, perſecutione & infelicitate. *Infirmata eſt in paupertate* (perſecutione Saulis) *virtus mea.* Pſalm. 30. 11. *Ego ſum pauper, & dolens.* 68. v. 30. Ideſt, doloroſus, quippe afflictus. Dum per Epiceuxim geminatur vox eadem vel æquipollens, uſurpatur pro ſuperlativo. *Mendicus & pauper.* 39. 18. *Pauper & inops.* 36. 14-73. 21. *Egenus & pauper.* 40. 2-69. 6. q. d. Summis afflictionibus angor; ut conſtat, Pſalm. 87. 16. *Pauper & in laboribus à iuventute mea.* Infirmitas ergo eſt ſtatus præternaturalis animalis: in quo aliquando morbus ex defectu virium, & aliquando virium defectus ex morbo. Hoc exprimitur, 2. Paral. 16. 12. *Ægrotavit Aſa dolore pedum vehementiſsimo, & nec in infirmitate ſua*, &c. Iſai. 38. 9. *Cùm ægrotaſſet, & convaluiſſet de infirmitate ſua.* Illud Daniel. 8. 27. *Langui & ægrotavi per dies.* Gregor. Magn. 3. *Dialogor.* cap. 24. aſtipulatur: *Tota in illo corporis virtus ita defecit, ut per dies multos de ſtrato ſuo ſurgere non valeret.*

*Pro afflictione & perſecutione.*

*Epizeuxis.*

*Idem paupertas.*

Greg. Mag.

22 Infirmitas ſæpeſæpiùs accipitur pro morbo, ſumpto metonymicè pro cauſa affectu, ut *Pallida mors*, eò quòd pallida figuret cadavera. Pindar. *Olymp.* Od. 9. v. 26. *Floret virtutibus*: ideſt, victorijs, laureis, coronis virtute ac robore partis. Siccine intelligitur illud de Eliſeo: *Ægrotabat infirmitate, qua & mortuus eſt.* Non fuit infirmitas, ſicut

*Metonymia* 4. Reg. 13. 14.

Ocho-

Ochoziæ: etenim si ægrotavit, necessarium, quòd esset infirmitate. Ex debilitate virium propter lapsum morbus Regis est ortus. Econtrà in Eliseo, ex morbo dimanavit defectus virium. Est infirmitas quæ non ad mortem, & est infirmitas ad mortem. In Eliseo vis exprimitur morbi, in Ochozia infirmitatis: igitur Eliseus præ morbo deficientibus viribus mortuus est; sed Ochozias præ extenuatione virium, ex quo morbus. Clariùs: Ochozias mortuus ex violentia ictus: Eliseus morte naturali mortuus. Mortuus Eliseus, verùm Ochozias occisus. Assolet mors naturalis expressione infirmitatis tautologicè designari. Aristophan. in *Avib.* v. 30. *Ægrotatione ægrotamus.* Sophocl. in *Philoct.* v. 41. *Ægrotans morbo.* Plaut. in *Milit.* Act. 3. scen. 6. v. 37. *Infirmitatis infirmus.* Lethalis sanè ægritudo, sed naturalis: equidem in defectum, ut canit Manilius, lib. 5. *Astronom.* v. 214.

*Discrimen infirmitatis naturalis & violentæ.*

*Non eget alterius mundus, Natura suismet*
*Ægrotat morbis.* Manil.

Unde ut connotetur in Eliseo mors non violenta, dicitur: Quod *ægrotabat infirmitate, qua & mortuus est.* Eodem stylo Ioann. Climach. grad. 7. de *Luctu*, inquit: *Infirmatus est infirmitate, qua & defunctus est.* Arcanè indicat lectio Hebræa: *Ægrotavit Eliseus ad ægritudinem, infirmitate, qua mortuus est.* Ægritudo naturæ est mortalitas. Climach.

*Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.* Manil.

Præmisit Manil. *lib.* 4. *cap.* 1. v. 16. Si naturæ ægritudo est mortalitas, quippe conditio carnis fragilitas; per ægritudinem naturaliter homo tendit in ægritudinem, qui sine ægritudine tendebat ut moreretur in ipsam mortalitatem. Claret iam cur dixerit Ochozias *de infirmitate meà hac.* Non utcunque *Infirmitate*, quæ naturaliter potest ex humorum provenire alteratione; sed *Hac*, igitur non naturaliter orta, sed ex casus præcipitio atque collisione effecta. *Conijcitur in morbum ex ægritudine.* Plaut. vividè in Prolog. *Pœnul.* v. 69. Nimirùm morbus ex qualitatum, humorumve perturbatione, inordinato naturali tenore; non violentiâ inopini lapsus, aut illato vulnere.

23 Sicut huiusmodi geminatio demonstrat præ affectione maligna infirmitatis exitum, ita in perfectam salutem, dum vox iterùm regeritur in contrarium. Ochoziæ ut vidimus, dictum: *De lectulo super quem ascendisti, non descendes; sed* (pro *Ideſt*) *morte morieris.* Econtrà de populo languido, saucio ac vulneribus infirmo: *Obducam eis cicatricem & sanitatem, & curabo eos.* Hoc est, Curabo eos conferendo sanitatem. Idem cap. 30. 17. *Obducam enim cicatricem tibi, & à vulneribus tuis sanabo te, dicit Dominus.* Pridem tota Respublica (cùm in ea à planta pedis usque ad verticem nulla esset sanitas, imò vulnus, & livor & plaga tumens) non erat lege circumligata, *nec curata medicamine.* Sed unde in salutem non restituta, ubi tanta legum medicamenta? Perfidi erant: etenim dum cicatrix videbatur vulneris criminis, alio vulnere denuò rumpebatur cicatrix. De sanie peccati possumus regerere, quod *Tom. præc. Tautolog.* 8. *D.* 4. n. 9. diximus ex Æliano in *Animal. histor.* lib. 15. cap. 13. referente viperæ specialis virus acerrimum. *Cicatrices* (inquit) *si quæ sint in percussi corpore, etiam si consenuerunt, tamen recrudescunt, & rumpuntur.* Lucan. 9. *Pharsal.* de eiusdem veneno, à v. 809. succinit:

Sed *pro* Ideſt. Ierem. 33. 6

Isai. 1. 6.

*Quare vene no viperæ confertur peccatum? Ælian.*

——— *Sic omnia membra*
*Emisere simul rutilum pro sanguine virus.*
*Sanguis erant lachrymæ, quæcunque foramina novit;*
*Humor, ab his largus manat cruor, ora redundant*
*Et patulæ nares, sudor rubet: omnia plenis*
*Membra fluunt venis: totum est pro vulnere corpus.* Lucan.

Idem refert Nicander in *Theriac.* à v. 194. Videbatur Israëlitis cæcis, non tam lumine, quàm corde; ubi afflicti pro adoratione huius vel illius idoli; non prohiberi nisi cultus simulachri pro quo multati: ita ut inhibitio unius esset concessio adorationis alterius. Patet in lib. *Iudic.* & sex captivitatibus. Propter peccatorum virus saucium, ruptum & corruptum totum corpus Israël. Adhibita prorsùs virtus medicinæ validissimæ: dicturque nulla plaga *medicata medicamine*; igitur quippe lenitiva cuncta, non erant medicamenta. Dicitur in Scriptura, non fuisse aut esse, quod in conatum inutile. *Curavimus Babylonem, & non est sanata.* Ierem. 51. 9. Iacet in vulnere, quæ minimè medicata, medicata, medicamine; quia applicatum medicamen nequaquàm in curationem. *Medici curatio, nisi morbo congruat, non perducit ad sanitatem*: ait Augustin. 4. de *Trinit.* cap. 18. Varijs modis, sicut Babylon, Respublica Israël est curata; verùm non in sanitatem: modò signat Dominus Sanitatem & Curationem. *Medelam & medicinam* Augustin.

*Quod inutile, non est.*

*Vulnera criminis curantur dolore cordis.*

*& curabo.* Maluènd. Ita? Profectò. Ex hac medicina erit ſanè medela, quippequàm permanens cicatrix ex medicina. Sanandum vulnere vulnus: dolor delendus dolore, quippe ut vulnera ſint ſana, vulnera vulnerum erunt in ſalutem medicina. Ideo exprimit cicatricem. Cicatrix vulneris eſt: ſignaturque meditanter cicatrix: igitur minimè ſanatur animi vulnus, ſine corporis vulneribus. Sunt vulnera chirurgi non in vulnera, ſed in ſanitatem; quoniam obducunt & inducunt vulneribus cicatricem. *Medicinam medicantem tibi*: legit Maluenda. Medicina eſſet, ſi illi non eſſet: qua quidem non eſt ſanata; quia quæ cæteris medela, illi nullo modo, nec ingenio medicina. Illi excogitanda medicina medicans in ſanitatem, quæ non alia niſi quæ vulnere vulneri obduxerit cicatricem. Hoccine præſens remedium; ſiquidem hoc duntaxàt *medicamentum* à medico *medicatum*; ut ait Auguſtin. in *Pſalm.*57.v.6.

Maluend.

Auguſtin.

24 Ut eluceat ex medicamine medicato ſalus, conſiderandum eſt vulnus. Quomodò ſauciorum promittitur ſanitas, ubi medicus perteſus fulminat iras? Quoniam iræ fulminantur. Dum leve ab illo præ pietate ſupplicium, præcipites revertebantur ad vomitum. Animum eius benignitas à ſupplicijs retrahebat: iuſtitia præ flagitijs in ſupplicia provocabat: & modo humano per Anthropopatos, quaſi Deus anceps inter extrema ob ſtudium medicaminis, *cogitabat in illos cogitationes*; de quo ſuo loco *Tom.*7.*T.*7. Aliquando vulnerabat, an ex amaritudine redirent frugi. Iterabat irritatus, ſed medicina ſine medicamine: quo quidem dicebat quaſi deſperans ſanitatem, *Super quo percutiam vos, addentes prævaricationem?* Iſai. 1. 5. Percuſsi ſunt, nec doluerunt; imò medicum ex propoſito irritarunt: cogitatiſque in remedium cogitationibus, archiater cœleſtis decrevit penetrantius arte vulnus (nimirum, ad tempus exterminare) ut idololatria exilio traderetur oblivioni: etenim cicatrix ex pœnarum medicina confecta, in viſcerum putredinem apparuit cicatrix ficta.

*Anthropopatos.*

*Sanantur vulnera vulneribus.*

*Ulcera poſſeſsis altè ſuffuſa medullis,*
*Non leviore manu, ferro ſanantur & igne;*
*Ne noceat fruſtrà mox eruptura cicatrix.*
*Ad vivum penetrent flammæ, quò funditùs humor*
*Defluat, & vacuis corrupto ſanguine venis*
*Areſcat fons ille mali.*

Claudian.

Immedicabile vulnus enſe recidendum eſt. Ignis exilij neceſſarius, ut deſęcetur ab ærugine pectus: flamma & flamma, ut penitùs cordis decoquatur ſcoria. Nemo in rem doctior nec ſolidior Magno Gregorio lib.3. *Paſtoral.* Admonit. 14.

Greg. Mag.

25 *Hi, quos ab iniquitatibus* (inquit) *nec flagella compeſcunt; tanto acriori invectione feriendi ſunt, quantò maiori inſenſibilitate duruerunt. Plerunque enim ſine dedignatione dedignandi ſunt, ſine deſperatione deſperandi; ita duntaxàt ut & oſtenſa deſperatio formidinem incutiat, & ſubiuncta admonitio ad ſpem reducat. Audiant enim in ſe impletum: Si contuderis ſtultum in pila quaſi ptiſanas, feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia. Contra hos Prophęta: Curavimus Babylonem, & non eſt ſanata. Babylon quippe curatur, nec tamen ad ſanitatem reducitur; quando mens in prava actione confuſa verba correctionis audit, flagella correctionis percipit, & tamen ad recta ſalutis itinera redire contemnit. Hinc captivo populo Iſraëlitico, nec tamen ab iniquitate converſo, Dominus exprobrat dicens: Verſa eſt mihi domus Iſraël in ſcoriam: omnes iſti facti ſunt mihi æs & ſtannum & ferrum & plumbum in medio fornacis: ac ſi apertè diceret: Purgare eos per ignem tribulationis volui, & argentum illos, vel aurum fieri quæſivi; ſed in fornace mihi æs, ſtannum & ferrum & plumbum verſi ſunt: igitur non ad virtutem, ſed ad vitia etiam in tribulatione proruperunt. Æs quippe, dum percutitur, ampliùs metallis cæteris ſonitum reddit. Qui igitur in perſecutione poſitus erumpit ad ſonitum murmurationis, in æs verſus eſt in medio fornacis. Stannum verò, cùm ex arte componitur, argenti ſpeciem mentitur: qui verò ſimulationis vitio non caret in tribulatione, ſtannum factus eſt in fornace. Ferro autem utitur, qui vitæ proximi inſidiatur: ferrum itaque in fornace eſt, qui nocendi malitiam non amittit in tribulatione. Plumbum quoque cæteris metallis eſt gravius: in fornace ergo plumbum invenitur, qui ſic peccati ſui pondere premitur; ut etiam in tribulatione poſitus á terrenis deſiderijs non levetur. Hinc ſcriptum eſt; Multo labore ſudatum eſt, & non exivit de ea nimia rubigo eius neque per ignem. Ignem quippe nobis tribulationis admovet, ut in nobis rubiginem vitiorum purget: ſed nec per ignem rubiginem amittimus, quando & inter flagella vitio non caremus. Hinc Prophęta iterùm di-*

Prov.27.22

Ierem 51.9

Ezech.22. 18.

*Quare peccatoris vulnera medicinà deteriorà?*

Cap.14.12.

Ierem.6.29

*dicit*: *Fruſtrà conflavit conflator*: *malitiæ eorum non ſunt conſumptæ*. Cuncta verè aurea, atque ſelecta pro Tautologia noſtra; uti videbimus.

26 Domus attritâ fronte eſt, & duro corde, ut dicitur *Ezech.* 3. 7. *Rubiginem lebetis peccatum vocat* (ait Theodoret. hìc. *Section.* 10.) *& maxima eſt accuſatio, quod ne tantus quidem calamitatum ignis lebetis rubiginem conſumpſit.* Ægrotabat ſanè Furijs, ut dicit Sophocles de Hercule, in *Trachin.* v. 1256. Helleboro cruciaminum eget in ſanitatem, ut cognitione mali cordolio reddat in mentem. Amaris herbis amara bilis proluitur, & verberibus qui non rationalis arctè compeſcitur. Extrema remedia extremis morbis; ut inquit Hippocrates, lib. 1. *Aphoriſm.* 6. Nec cicatrici apparenti fidendum, dum latet damnum: etenim cicatrix neutiquam in optatam ſanitatem; ſi introrsùm fluit humor, duntaxàt in ſanitatis ſpeciem. *Offendit* (ait Plutarch. libell. de *Serm. Philoſoph. cum Princip.*) *liturarum iam plenum, ex quo tyrannidis tinctura elui ægrè poſſet, quòd eam imbibiſſet penitùs.* Inveterata ſunt vulnera: nec ſatis gravia, illis medicamenta: in ſanitatem adhibenda ſunt acriora. *Medicamenta utiliter*: dixit Raphael. Duris corde medicamenta uſque in animam pungentia, ſunt medicamenta utilia. Ni per dolores intimos, videant malum, nequaquàm aperiunt oculos.

Theodoret.

*Vulnera inveterata incurabilia.* Plutarch.

Tob. 6. 5.

27 At quare tanta? Quæ tanta, nulla tanta: ſed tanta quid? Ægrotans Synagoga impotenter ſtudebat idolis, à quibus nec averti poterat tot flagellis. *Cuius rubigo in illa eſt, & rubigo eius non exivit de ea*: dicit de illius perfidia querulus Dominus. *Non exivit*: deſt, non potuit exire, ſumpto actu ſecundo pro primo. *Qui facit mirabilia magna ſolus.* Pſalm. 135. 4. Hoc eſt, qui ſolus poteſt mirabilia facere. *Ego Dominus, & non mutor.* Malach. 3. 6. Nimirùm, mutari non poſſum. *Voluntati enim eius quis reſiſtit?* Rom. 9. 19. Scilicèt, quis commodè poteſt Dei reſiſtere voluntati? Ita *Eſther.* 13. 9. Sic alia, & apud Profanos. Nonnus lib. 34. Dionyſ. v. 229. *Complicabo vinculo infracta*: putà, infrangibilia lora. Maxim. Tyr. ubi ſupr. n. 20. *Animus ut convaleſcat, per virtutem conſequitur*: videlicèt, poteſt conſequi. Similiter in præſenti pleonaſmo, Adhuc in illa rubigo eſt, nec tot curis potuit elui: equidem etſi ad tempus pura videbatur, & ad ſpeciem expurgata volúntas, quæ non exiverat; in corde ſubſidebat permanens pravitas, & imbibita iniquitas. Cicatrix obducenda & in ulcerum ſanitatem: nulla in metallo cordis purificatio, tota uſque exeat malignitatis rubigo. Igne purganda, ut proijciatur ſcoria, fulgeatque cor.

Ezech. 24. 6

*Affus ſecundus pro primo.*

——*Animuſque malâ ferrugine purus,*
*Ipſaque poſſeſſo mens ſit opulentior auro.*

Ovid.

Ut aliò cecinit Ovidius, vel Lucan. ad *Piſon.* v. 117. In rem Seneca, *Epiſt.* 95. *Illis hebetibus & obtuſis, aut malâ conſuetudine abſeſſis, diu rubigo animorum efricanda eſt.* Obſtinatus in mala perfidus animus, & indocile pectus fovet cor lapideum. Quanvis teratur, conteretur, ſed non ſentiet. Ubi cor non carneum, inefficax efficax medicamentum. Non liqueſcit aurum cordis in ſublimatorio pectoris, ſine igne tribulationis. Haud quieſcendum, donec medicina perfectam ſortiatur curationem, & vulnus ſine putredine coäleſcat in cicatricem: quouſque funditùs exeat ærugo, quæ in cordium latet metallo, ut vel inſenſibiles ſentiant, & inſenſati cognoſcant per vehementiam cruciaminum, quàm ſtultum & amarum, dereliquiſſe Dominum. Totum intelligitur de captivitate Babylonica, in qua tanquam in fornace Synagoga purganda: *Excoquam ad purum ſcoriam tuam, & auferam omne ſtannum tuum: poſt hæc vocaberis civitas iuſti, urbs fidelis.* Iſai. 1. à 25. Propoſitum ſortita immiſſa illis miſericorditer tribulatione: exivit hærens tot retrò ſæculis execrabilis ærugo: quandoquidem ut obſervat Petr. Cunæus, lib. 2. de *Repub.* Hebr. cap. 13. *Poſt captivitatem non ſunt audita idola in Iſraël.* Modò iudicium phraſis in utraque materia tam ſalutis, quàm perditionis. Sicut obſtinatio in malo indicatur expreſſo ſuppoſito (ita ut erugo criminis, quæ in corde eſt, quin exierit, in illo perſiſtens ſit) ſimiliter ſuppoſito expreſſo in collatione ſalutis, oſtenditur permanentia ſanitatis. *Obducam cicatricem & ſanitatem & curabo*: ideſt, curabo vulnera, ut ſit ſanitatis perſiſtentia: equidem propoſitum conſequitur medicamen, ubi vulnus habet medicatam cicatricem. Cicatrix ſignum eſt, vulnus fuiſſe, ſed non eſſe. Vulnus ſanè non videtur, ubi cicatrix obducitur. *Obducam* (dicit) *cicatricem tibi, & à vulneribus tuis ſanabo te.* Demonſtrat profectò permanſuram perfectè ſanitatem, dum medicamen confecturum cicatricem. Ariſtophan. in *Avib.* Act. 6. v. 19. *Dare illis ſanitatem, & ſalutem.* Sine ſalute non ſanitas, ſine ſanitate non ſalus: palilogicèque ſignatur permanſurum ſanitatis beneficium, per expreſſum ſuppoſitum neceſſarium: Ita ærugo tanti criminis evanuit, quam penitùs ignis tribulationis decoxit.

P. Cun.

*Expreſſio ſuppoſiti neceſſarij.*

*Deus ut auferat crimen, immittit tribulationem.*

*Geminatio verbis pro perſiſtentia.*

Ariſtoph. Palilogia.

Priuſ-

28 Priuſquàm huius ſententiæ planè ſenſum literalem exponam, allegoricum non prætermittam: etenim arbitror teſtimonio exprimi conditionem humanæ naturæ, maximè ex peccato originali, quod rubigo totius generis, ut univerſalis lues. Ex natura vulnerata à prima culpa: *cuius rubigo in ea eſt, & non exivit de ea.* Obnoxius eſſet homo vel in puris naturalibus varijs paſsionibus & affectionibus, corruptioni, morbis, ægritudinibus, doloribus, ærumnis, laſsitudini, ac denique morti: equidem è contrarijs conſtaret ſicut modò conditio, ratione & ſenſu. Hæc & alià compeſcebantur originali iuſtitia, cuius defectu

Heſiod. *——Totum exiliere per orbem*
*Infeſtæ effigies.*

Et mortalis eſt effectus, qui fuerat privilegio immortalis, urgente in rationem (quæ à Deo deſcivit) carnis ſenſualitate, peccati fomite, quæ quidem concupiſcentia ab Apoſtolo dicitur, corpus peccati, lex carnis atque membrorum, excitans continuò indeclinabilem prorsùm certamen, adverſus veterem hominem.

Horat. *Gens humana ruit per vetitum nefas*
*Macies & nova febrium*
*Terris incubuit cohors,*
*Semotique priùs tarda neceſsitas*
*Lethi corripuit gradum.*

Canit aliò Horatius 1. *Carm.* Od. 3. à v. 26. Iacuit Adamus & occiſus & occiſor: igitur illo crimine in homines & in omnes mors pertranſijt: & cui conditione obnoxius, atque Dei munere exemptus, ſubditus iacuit; ac elevari, verùm levari non potuit. Potuit per Chriſtum elevari gratia, ſed non levatus à peccati pœna: igitur elevatus in gratiam iuſtificantem, cæterùm haudquaquàm in iuſtitiæ originalis optabilem beatitudinem. Rubigo erat corruptio humanæ ſpeciei conditio, quæ quidem prævaluit, clauſo ſimul per Adamum cœlo. Aperuit Chriſtus: & adhuc eius morte ab humana natura nou exivit rubigo quæ in illa eſt; igitur in nobis peccati permanet pœna, quaſi per Chriſtum ad gratiam non eſſet elevata natura. *Cum eſſemus in carne paſsiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris noſtris ut fructificarent morti.* Rom. 7. 5. Ni ſubiaceret huiuſmodi legi, haud haberet deſiderium diſſolvi. Si exceſſum eſſet iugum, non diceret, *Quod habitat in me peccatum.* V. 17. & 20. Ecce rubigo, quæ lex carnis ſub pœnæ peccati iugo, quouſque induantur virtute ex alto.

*Quæ rubigo in homine eſt, quæ morte Chriſti non exivit ab eo?*

Hilar. *Culpa comes ſequitur, peccato obnoxia vita:*
*Fomite peccati torpentia corda rigeſcunt.*

29 Huius criminis rubiginem, & acceptam miſerabilem cladem ſuis coloribus pingunt & Bernardus, & Innocentius III. Hic ergo de *Miſeria human. condition.* lib. 1. cap. 4. inquit: *Habet anima tres naturales potentias, ſive vires: rationalem, ut diſcernat inter bonum & malum: iraſcibilem, ut reſpuat malum: concupiſcibilem, ut appetat bonum. Iſtæ tres vires tribus oppoſitis vitijs originaliter corrumpuntur: Vis rationalis per ignorantiam, ut non diſcernat inter bonum & malum. Vis iraſcibilis per iracundiam, ut reſpuat bonum. Vis concupiſcibilis per concupiſcentiam, ut appetat malum. Prima gignit delictum, ultima parit peccatum; media delictum generat & peccatum. Eſt enim delictum, non facere faciendum: peccatum, agere non agendum. Hæc tria vitia contrahuntur ex carne corrupta per tres naturales illecebras. In carnali quippe commercio, rationis ſopitur intuitus, ut ignorantia ſeminetur: libidinis irritatur pruritus, ut iracundia propagetur: voluptatis ſatiatur affectus, ut concupiſcentia contrahatur. Hic eſt tyrannus carnis, lex membrorum, fomes peccati, languor naturæ, pabulum mortis, ſine quo nemo naſcitur, ſine quo nullus moritur; qui ſi quando tranſit reatu, ſemper tamen remanet actu. O gravis neceſsitas & infelix conditio! Antequàm peccemus, peccato conſtringimur: antequàm delinquamus, delicto tenemur. An non patres comederunt uvam acerbam & dentes filiorum obſtupeſcunt?* Etiam corporis, & à corpore animæ vulnera, pingit Bernardus, de *Cognition. human. condition.* cap. 3. *O anima* (inquit) *Dei inſignita imagine, decora ſimilitudine, deſponſata fide, dotata ſpiritu, redempta ſanguine, deputata cum Angelis, capax beatitudinis, hæres bonitatis, rationis particeps, quid tibi cum carne, unde iſta pateris? Nihil aliud eſt caro niſi ſpuma fragili veſtita decore; ſed erit, quando erit cadaver miſerum & putridum, & cibus vermium: nam quantumcunque excolatur, ſemper caro eſt. Si ſingulas eius miſerias enumerare velis, quàm ſit onerata peccatis, irretita vitijs, pruriens concupiſcentijs, occupata paſsionibus, polluta illuſionibus, prona ſemper in malum;*

*Effectus peccati originalis.*

Innoc. Pap.

*Conditio animæ rationalis.*

Bernard.

*lum, & in omne vitium proclivis; plenam omni confusione & ignominiâ invenies. Propter carnem homo vanitati similis factus est; quia ex illa vitium concupiscentiæ traxit, quo captivus tenetur & incurvatur, ut diligat vanitatem & iniquitatem operetur.* Conditio corporis.

*Forma, favor populi, fervor iuvenilis, opesque*
*Surripuere tibi noscere, quid sit homo.*

*Cuius conceptus culpa, nasci miseria vivere pœna, mori angustia. Quid superbis pulvis & cinis?* Miseria hominis.

*Post hominem vermis, post vermem fœtor, & horror:*
*Sic in non hominem vertitur omnis homo.*
*Unde superbit homo, cuius conceptio culpa,* Idem.
*Nasci pœna, labor vita, necesse mori?*

Hæc ab utroque decerpsi; ut clareat, quomodò conditio humana adhuc iaceat sub ærugine. Ergo in litteram.

30 *Cuius rubigo in illa est, & non exivit de ea.* Sæpe diximus, affirmationem & negationem positivi contrarij, quod respondet duplici affirmationi; per Bebæosim exponenda: quatenùs una ex periodis significet *Non solùm*, & alia *Sed etiam*. Unde testimonij sensus est: *Non solùm non exivit, imò vel adhuc in ea est*. Indicatur radicata malitia. Hieronym. hìc: *Rubigo, malitia nimia est: & licèt ignis suppositus sit, tamen rubigo eius non exivit de ea: perseveraverunt enim etiam capti atque cruciati in pristino scelere.* Eodem stylo Tautologico Chald. *Iniquitas eius in illa est, & non exivit ab ea.* Bebæosis. Hieronym.

——— *Maculæ pares utrisque*
*Impressæ residents, nec eluentur.* Catull.

Ait Catullus *Epigram.*58.v.3. Non mirum, quòd hæreret rubigo; sed quòd ita post operam in purgationem hæreret, & quòd exire solet non exiret. *Rubiginis expers aurum,* asseritur à Petra-Sancta lib.1. *Symb. heroic.* cap. 5. Tanquàm aurum in fornace probati sunt priùs, ut ignis doloris excuteret radicatam æruginem; ne humor fermentaret massam in corruptionem. Adhuc igne in Synagoga erat idololatriæ rubigo: non exierat, quippe in tantam corruptelam erat levis tribulatio. Extremo malo extremum remedium, quod exilium. Ita ergo malitia decocta, & cum cicatrice vulnera: igitur extincto humore, quo viscera corrumpebantur in saniem; vulnera ex idolis medicamine curata in permanentem salutem. Petr. Sanct. *Extrema remedia extremis morbis.*

*Nunc demùm vasto fessi resipiscimus æstu,*
*Vulneraque ad sanum nunc coiere mea.* Propert.

31 Fax accensa in illud Elisei dictum Naämano: *Vade labare septies in Iordane: & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaveris.* Exsiccabit aqua humorem tendentem in ulcera, ut evanescat à putredine contracta lepra. Quare Hippocrat. *6. Aphorism.*8. subdit: *Aquâ intercutem laborantibus, ulcera in corpore facta difficulter sanantur*: igitur in cicatricem ulcera non perducuntur, nisi priùs funditùs exsiccentur. Quando intùs sederit putris humor noxius, in cute ex lepra semper hærebit pruritus, natura interiora purgante, ac expellere nitente. Ita in communi lepra, quæ dicitur à Medicis *Lepra Græcorum*; præut differt ab Elephantia, seu *Lepra Arabum*, quæ quidem non solùm cutem deturpat, sed carnem depascens serpens usque ad ossa devorat. Communis definitur à Manget, *Bibliothec. Medico-pract.* lib.3. *L.C. Humor lymphaticus in glandulis subcutaneis constanter residens; qui ab indole sua genuina desciscens, à salino volatili in acidum & acrisalinum, nec non aliter vitiosum degenerat.* Ita vel leprâ Arabicâ laborabat Naäman, cui dicitur: *Recipiet,* post lavacrum, *sanitatem caro tua, atque mundaberis.* Idem apud Marc. de quodam leproso: *Discessit ab eo lepra, & mundatus est.* Huiusmodi stylus dicitur Hysterologicus, quo schemate dicitur priùs, quod posteriùs. Actor.26.10. *Cùm occiderentur, detuli sententiam.* Ideſt, detuli in sententiam accusationem, ut occiderentur. Ezechiel. 1. v. 5. *Similitudo quatuor animalium, & hic aspectus eorum,* &c. Ideſt, inter aspectus eorum, similitudo hominis, &c. Alia sic plura, de quibus alibi. Homer. 13. *Odyss.* v. 65. & 70. *Ad navem velocem & littus maris. Postquàm ad navem pervenerunt & mare.* Vide dicta, *Tom.*3. *T.*12. *n.*10. Siccine prompta auctoritatum expositio. *Recipiet sanitatem caro tua, atque mundaveris*: q. d. Mundaberis, & recipies sanitatem. *Discessit ab eo lepra, & mundatus est*: ideſt, Mundatus est, cum discessisset lepra. Eodem sensu præfata Ieremiæ testimonia: *Obducam eis cicatricem & sanitatem & curabo eos.* Scilicèt, Curabo eos, conferendo sanitatem & obducendo vulneribus cicatricem. 4. Reg. 5. 10. Hippocr. *Quid lepra Græca & Arabica?* Manget. Marc.1.42. *Hysterologia* Ierem. ubi supr.

32 Commodiorem iuxta dicta proferam, quantum auguror, expositionem. Vide-

detur sanè, sinè excusione lepræ, carnis esse non posse munditiam; & nullam munditiam carnis, sine sanitate cutis: quapropter huiusmodi sententiarum geminatio, & necessarij præsuppositi expressio indicant non solùm sanitatis gratiam; sed sanitatem perfectam. Hoc intuitu dicitur, v.14. *Restituta est caro eius sicut caro pueri parvuli, & (pro Ita) mundatus est.* Non solùm ergò depulsa à corpore lepra lævitate cutis, sed sine nota affectionis; sicut caro pueri sine ulla macula, quoniam ulcerum lepræ nec vestigia. Ille fastidiosi morbi sospes è flumine exivit,

*Expressio suppositi necessarij, pro operis perfectione.*

Et *pro* Ita. Propert.

*Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit.*

Inveterata erat Naämani lepra (& forsitàn pertransivit usque in ossa) sed virtute Elisei, ministerio aquæ Iordanis, lepra (quæ quasi in metallis ærugo) exivit facilè ab eo. Lavit, exivit, & ita Naäman actutùm mundatus est. Ideſt, perfectè mundatus: igitur recessu lepræ, erat & non erat ille. Pagnin. hebraizat: *Invertetur* (ait) *caro tua, & mundaberis.* Pro *Quia*, particula rationali, est illud &. Sensus: Quia mundaberis, invertetur caro tua: igitur si propter lepram non habebat caro carnis speciem: ita inversa lævore ingenito cutis ut haberet caro speciem, figuram carnis. Maluend. *Restituetur caro tua tibi, & mundaberis. Restituetur.* Propriè. Caro squamosa, quasi à corpore ablata, & lavacro restituta. Quod usui non est, non est; quippe non videtur esse, nisi obici. Hinc cùm aruissет manus Ieroboäm, petit, *ut restituatur manus mea mihi.* 3. Reg. 13. 6. etenim citra usum, quasi non haberet manum. Idem *Luc.* 6. 10. Carnem non videbatur habere Naäman, quousque lepra pulsa est: & quæ habita, dicitur restituta; quoniam caro ad corporis constitutionem, habebat depulsa leprà carnis usum & speciem. Unde aliter & genuinè, textus exponitur, si pro adverbio oratio secunda accipitur. Obvia exempla in Scriptura. Isai. 16. *Lavamini, mundi estote*: hoc est, perfectè lavamini. Cap. 9. 5. *Erit in combustionem & cibus ignis.* Ideſt, vestimentum impurum profectò erit cibus ignis. Non absimile in textu: Sanaberis, mundaberis, ita ut nulla cogitetur mora inter lavacrum & remedium: igitur idem erit ministerium iniuncti in munditiam operis, ac sanitas leprosæ fœdæ, fœtidæque carnis. Q. d. Lavare, & statim sanitatem recipiet caro tua. Lavare, & illicò ab affectione mundaberis. Ita ad illud præf. Marc. *Discessit ab eo lepra, & mundatus est*; Arab. *Sanatus est ille leprosus illicó.* Ubi constat apposita pro adverbio una periodus. Persic. *Statim in momento lepra discessit.* Usus videtur apud Evangelistas, Matth. 8. 3. *Confestim mundata est lepra eius.* Luc. 5. 13. *Confestim lepra discessit ab eo.*

Et *pro* Quia Pagnin.

*Quod sine usu, aut inutile, dicitur non esse.*

*Ex duplici periodo, una pro adverbio.*

33 Utramque interpretationem amplectitur illud Ieremiæ: *Sana me Domine, & sanabor: salvum me fac, & salvus ero.* Quatenùs geminationibus & suppositis indicet sanitatis perfectionem, atque gratiæ promptitudinem. Pro quo sciendum, quod hìc diximus, *Tautolog.* 1. n. 12. nimirùm, in aliquibus sacr. pagin. testimonijs, per Ellipsim subintelligendam esse particulam conditionalem, *Si*, aut *Modó*. Deuteron. 30. à v. 8. *Tu reverteris, & audies vocem Domini Dei tui, faciesque universa mandata, quæ ego præcipio tibi; & abundare te faciet in omnibus operibus, &c.* Ideſt, abundabis in cunctis, si feceris, &c. Psalm. 4. 5. *Irascimini & nolite peccare.* Ideſt, Si irascimini. Virgil. 2. *Æneid.* v. 390. *Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?* Unde sensus auctoritatis patet. *Sana me Domine, & sanabor, &c.* Nimirùm, Si sanaveris, sanabor perfectè; sicut omninò liber ero à cunctis periculis, si salvaveris, promptè & plenè sanus & salvus. Phrase Plautinà, in *Epidic.* Act. 1. scen. 1. v. 18. *Pugilicè, atque athleticè*: & in *Bacchid.* Act. 2. scen. 3. v. 14. *Pancraticè, atque athleticè.* Si sanaveris, erit perfecta sanitas: si salvaveris, erit consummata libertas. Hinc David, Psalm. 118. 117. *Adiuva me, & salvus ero*: etenim te volente & adiuvante, vel me renuente, facies ut velim sanari per gratiam, & salvari per gloriam: egimus ex proposito fusè hìc *Tautolog.* 2. ad illud: *Ædificabo te & ædificaberis: Converte me & convertar.* Principale propositum testimonij est expressio gratiæ Dei & nostræ libertatis. *Ipse homo* (inquit Augustin. serm. 5. in *Matth.*) *voluntate suâ se sanare non potuit. Non quæris medicum, ut vulneret te; sed cùm vulneraveris te, quæris qui sanet te.* Ex illo, Magist. Sentent. lib. 2. distinct. 27. ubi: *Gratia quæ sanat & liberat voluntatem, cùm non sit ex arbitrio voluntatis, sed eam potiùs sanet, ac præparet, ut bona sit; consequitur, ut virtus non sit ex libero arbitrio: & ita non sit motus vel affectus mentis, cum omnis motus vel affectus mentis sit ex libero arbitrio: sed bonus ex gratia est & libero arbitrio; malus verò ex libero arbitrio tantùm*, &c. Adisis DD. Scholasticos hìc. In nostram interpretationem cum conditionali particula arridet Homerus, 9. *Odyss.* v. 485. ubi Polyphemus ab Ulysse excæcatus, de Numine dixit;

Ierem. 17. 14.

*Ellipsis.*

Si *vel* Modò *aliquando subintelligendum.*

Augustin.

P. Lombar.

*Ipsum*

*Ipsum si voluerit, sanabit; neque quisquam alius.* Homer.

De alijs sanitatibus dici quit, quod Diogenes Cynicus de quibusdam lavantibus se in lacu sordido : *Qui hìc lavant, ubi lavantur* ? Erasm. 3. *Apophtheg.* n. 18. Ni Deus lavet, nemo mundus à sorde. Hoc intuitu dicit : *Lavamini, mundi estote.* Ni perfectè laventur; non lavantur : & lavari debent, quousque mundi sint ; quod quidem nemo facit nisi Deus. Aliter, ut succinit Prosper, de *Ingratis*, v.850. *Purificatio à crimine, ni perfecta, nulla.* Erasm. Isai. 1. 16. S. Prosper.

——— *Super instabilem arbitrij nutantis arenam*
*Assurgunt, fœda lapsuri mole tumoris.*

34 Perfectè igitur exilio, igneque Babylonico, sana & salva Synagoga; equidem propter æruginis idololatriæ excusionem eliminatio & comminata & perfecta. *Quia abierunt post pravitatem cordis sui, & post Baälim, quod didicerunt à patribus suis ; iccircò hæc dicit Dominus : Ecce ego cibabo populum istum absynthio, & potum dabo eis aquam fellis : & dispergam eos in gentibus, &c.* Ierem. 9. à v. 14. Cæterùm ut misericors reduxit eos in terram promissionis postliminiò : ut vidimus promissum præf. Tautologijs. Iratus & misertus est, ut educeret rubiginem; non in Babylonem utique, in quam eius ira extensa in generationem & generationem : equidem redactum floridissimum regnum in ultimum exterminium. Incidit in foveam quam fecit, converso in caput dolore, & in verticem ipsius meditatà & conversà iniquitate. *Filia Babylonis misera : beatus qui retribuet tibi retributionem, quam retribuisti nobis, &c.* Optat David, Psalm. 136. v. 8. Extremum de ea iudicium exprimitur per Isaiam à Numine irato. *Scopabo eam in scopa terens, dicit Dominus.* Nervosè Doctiss. Sanctius hìc n. 38. *Illa coniugatorum coniunctio* (infit) *scilicèt, Scopabo in scopa, accuratum studium verrentis ostendit; qui minutissimum quoque pulviculum scrutatur & abolet. Illud verò Scopá terens, accuratum aliquod indicat, quasi verrendum sit pavimentum non molli brachio, aut suspensà scopà, sed apprehensa manu sedulà ac forti.* Dialecto nostrà: *No sobrepeyne.* Alià phrase idem obiecit Ieremias (postquàm de excidio Babylonico dedit Saraiæ scripturam in Euphratem cum lapide summergendam, cum sententia : *Sic summergetur Babylon, & non consurget à facie afflictionis*) dicens : *Mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabunt eam, & demolientur.* Non hic sumenda est ventilatio pro prolusione ante pugnam, dum hilari animo certaminis votum gladiatores exponebant, hastas & gladios iactantes in aëra, parmas & clypeos venustè cùm caderent, excipientes, quod ventilare dicebatur, probatque Lipsius ex varijs AA. latè, 2. *Saturnal.* cap. 19. & Dalecamp. in 26. *Plin.* cap. *ultim.* sed pro ipsa pugna & vastatione. Unde sensus testimonij : Haudquaquàm ventilabitur Babylon, uti Ierusalem, ut excusso pulvere & paleà, triticum expurgatum congregetur in horrea ; sed atteretur scopis, ut eius quæ in pulverem redacta, ventiletur pulvis (*Quasi pulverem in tritura areæ.* 4. Reg. 13. 7.) fieretque ob flagitia idololatriæ, tanquàm pulvis quem proijcit ventus à facie terræ. Indicant eius vel pulverem evanuisse lectiones variæ. Septuag. *Reducam in paludes aquarum.* Summersa, describitur sicut Sodoma in momento, & non invenerunt in ea manus. *Isai.* 13. 19. & *Ierem.* 50. 40. *Incœnabo eam cœnositate* : Ar. Montan. *Dissipabo scopis dissipationis.* Pagnin. *Scopà desolationis:* Maluend. *Teram cum scopa vastatrice* : Tigurin. Intelligitur ergo non solùm usque in pulverem disiecta tota gloria Babylonis ; sed rasus etiam reductionis pulvis. Ita de Tyro Ezech. 26. 4. *Radam pulverem eius de ea.* Hac metaphorà solet ostendi clades extrema : in cuius signum occurrit Dionis spectrum : etenim cùm paratæ essent insidiæ, ut traderetur inopinatò morti ; strepitu excitatus, ut ait in eo Plutarch. *Magnam contuitus est mulierem, quæ habitu vultuque nihil à tragica Furia distans, domum scopis verreret.* Isai. 14. 23. Ierem. 51. 2. *Quid scopa atteri, & à ventilatore ventilari.* Plutarch.

35 Babylon maximè quassata dum expugnata à Cyro. Iustin. 1. *Histor.* modus exponitur à Ioann. Freinshem. in *Topograph. Babylon.* n. 19. ad cap. 1. lib. 5. Q. Curt. de *Histor. Alex. Magn.* Sub Dario vehementiùs, cùm Assyrij defeciissent, ab illo expugnata, & in manus eius tradita Zopyri, seu Zophyri industriâ. Ibid. Iustin. Diodor. Siculus, lib. 2. *Ipsius Babylonis* (inquit) *exigua quædam portio nunc habitatur, maximaque intra muros pars agrorum cultui est exposita.* Strabo *lib.* 16. *Urbis partem* (infit) *Persæ diruerunt, partem tempus consumpsit ; præsertim postquàm Seleucus Nicanor Seleuciam ad Tygrim condidit.* Idem Appian. in *Syriac.* Ioseph. 12. *Antiq.* cap. 1. & 18. *cap.* 12. Pausan. prę omnibus, *cap.* 264. *Babylon omnium, quas unquàm Sol aspexit, urbium maxima ; iam nihil præter muros reliqui habet.* Cecidit, cecidit Babylon, ut dicitur, *Isai.* 21. 9. *Ierem.* 51. 8. & *Apocal.* 18. 2. Non impetè arbitror ad pulverem redactam Babylonem, nec excussum se-

Plutarch. Diod. Sicul. Strab. Pausan.

mel ruinarum pulverem; ſed ſemel & iterùm crebris belli tempeſtatibus, & incurſionum turbinibus, illius mirabilem gloriam, atque regiam celſitudinem deveniſſe in extremam vaſtationem. *Babylonem in eodem ſitu* (Ar. Montani ſunt verba ad illud Iſai. 14. 22. *Perdam Babylonis nomen*) *ac eodem loco ex quo everſa iam ſemel fuerit, nunquàm iterùm ceſſuram, aut reficiendam: ita enim divino iudicio ad perpetuam ruinam & everſionem damnata fuit; ut nunquàm ibidem quiſpiam hominum habitaverit.*

*Babylonis regia funditùs everſa.* Ar. Mont.

36 Huiuſmodi comminationibus haud extremam vaſtitatem deſignari, aſtruit Theodoret. in 4. Baruch. *Hanc ultionem paſſa eſt* (inquit) *operà Perſarum: at verò oſtendit hic ſermo non prorſùs illam fore inhabitabilem.* Idem Procop. in 13. *Iſai.* & Baſil. in *cap.* 14. Quare Doctiſs. Sanctio in 50. *Ierem.* n. 31. placuit eſſe hyperbolicam locutionem, haud quia penitùs extincta, ſed quia diù & à multis quaſſata, & non ita Babylon ſicut fulſerat, glorioſa. Ita enim intelligendum illud Matth. 23. 38. *Ecce relinquetur domus veſtra deſerta*: cap. 24. 2. *Non relinquetur hìc lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.* Poſt Titi & Adriani vaſtationem relicta ſunt multa, quæ adhuc extant ex antiqua fabrica. Fateor aliquandò locutiones ſacr. paginæ ſiccine intelligendas, ſed dum conſtat aliquod teſtimonium contrarium, etiam poſt fulminatum loci vel civitatis exterminium extremum: equidem niſi per vulgarem hyperbolen, haud poſſumus conciliare contradictionem. Sit ergo exemplum, quod quidem in propoſitum exiſtimo neceſſarium. Eiaculatà ſagittà per feneſtram Orientalem, in ſalutem Iſraël, ægrotante Eliſeo; dixit hic Regi Ioäs iaculatori: *Sagitta ſalutis Domini, & ſagitta ſalutis contra Syriam: percutieſque Syriam in Aphec, donec conſumas eam.* Iuſſit Propheta Regem, percutere terram, quod ter fecit: & iratus in eum Eliſeus: dixit illi: *Si percuſſiſſes, quinqueis, aut ſexies, ſive ſepties; percuſiſſes Syriam uſque ad conſumptionem.* Relicta ergo Scholaſticis Theologis diſputatione de promiſſis conditionatis (de quo egimus & hìc *Tautolog. 2. à n. 21. & Tom. 5. T. 6. à n. 22.*) occurrit, quomodò ſi in conſumptionem Syriæ prima ſagitta; in eius conſumptionem neceſſarium quaſi ſignum, quòd plus quàm ter percuteretur terra? An quia primùm in Aphec (de qua Adrichom. in *Iſachar.* n. 7.) clades deſignata, pòſtque Syriæ ſtrages abſoluta? Aptiùs arbitror, primà iaculatione ſignatum Syriæ exterminium, ſed non extremum: quo quidem potiretur uſque in calamitatem ultimam, ſi plus quàm ter Ioäs ſagittaſſet terram. Primò *Conſumptio*, ſignificat cladem, ſecundò omnimodam deſtructionem. Hinc Biblia Antiqua dicit: *Uſque ad conſummationem*: quaſi ita futura Syriæ ruina, ut illius nulla perſtitiſſet memoria.

Theodoret.

*Hyperbol.*

4. Reg. 13. à 17.

*Rarò in Scriptura admittenda, niſi pro conciliandâ antilogia.*

37 Nullum ſanè teſtimonium in contrarium urget nos, ne deſtructionem Babylonis interpretemur, præut ſonat; ità ut non ſolùm periret tantæ civitatis fabrica, ſed etiam ruina: delereturque per extremam cladem, etiam Babylonis nomen. *Ab ira Domini non habitabitur, ſed redigetur tota in ſolitudinem.* Ierem. 50. 13. quo in loco Iſidor. Clarius infit: *Quæ nunc Babylon dicitur, alio in loco eſt: neque ullum domicilium ruinis tantæ urbis ſuperſtes apparet, ſi hiſtorijs creditur.* Idem Maldonat. in *Ierem.* 51. 26. & Guevar. in *Habac.* 2. §. 56. Ita igitur ſcopis ſcopata & trita; ut tanta moles redigeretur in pulverem; inſuperque in ruina ita ventilaretur, ut pulvis etiam ſpargeretur per aërem,

*Babylon omninò deleta.*

Iſidor. Clar.

—*Tanta licentia ferri*
*Cùmque ſuperba foret Babylon ſpolianda trophæis.*

Lucan.

Ut canit Lucanus, 1. *Pharſal.* v. 8. Quod Ieruſalem ſit in eodem ſitu & loco, conſtat falſum ex Adrichom. in *Theatr.* titul. *Ieruſalem.* Caſtill. in *Devot. Peregrin.* lib. 3. à cap. 1. Villalpand. tom. 3. in *Ezech.* in Urb. topograph. demùmque Gregor. Mag. Homil. 39. in *Evangel.* ubi: *Non relinquent in te lapidem ſuper lapidem. Etiam ipſa eiuſdem civitatis tranſmigratio teſtatur, quia dum nunc in eo loco conſtructa eſt, ubi extra portam fuerat Dominus crucifixus; prior illa Ieruſalem, ut dicitur, funditùs eſt everſa.* Calamus ergo reflectatur in Verſiones, igitur ut potuimus, Tautologiam delicavimus.

Gr. Magn.

38 *Utrùm vivere queàm de infirmitate mea hac.* Maluend. *Si vivam de ægritudine iſta.* Ioſephus & alij: *An convaleſcam, ſanitatem recepturus?* Arab. *An revaleam?* Æthiop. & Samarit. *An futurus ſicut priùs?* Dicendum ergo aliquid ad mores, ut ægri, per pœnitentiam & contritionem cordium & criminum; ſurgamus validè ab infirmitate peccatorum.

*Varietas lect.*

ADI-

## ADINATON EXEGETICUM.

1. *De infirmitate mea hac.* Si *Hanc* dicit, aliam supponit. Utiquè: erat alia & gravior infirmitas ab origine, ex qua saucij generis infirmitates, atque traducti à radice languores. Erat infirmitas ex capitis conditione, ac proprio capite: diciturque *De hac*, cùm lapsus ex illa sit; quippequàm ad illam efficax alexipharmacum, duntaxàt per crucis lignum. *Epilog. excurs.*

2. *De hac.* Dum hæc singulariter dicitur; alia proculdubiò subsignatur. Profectò, regnabat ibi, uti in aula moderatrix ambitio: & nequaquàm dicit *Hac*, de ægritudine ambitionis; quippe in cordibus ambitio universæ infirmitates.

3. *De hac.* Quænam ergo, si non hæc? Cordis dilectio, qua infirmum validum, & futile solidum: virgoque in Martyrio dicit: *De infirmitate mea hac*; ut Triumphus glorioſior sit: igitur validè tyrannorum frangit potentias ipsa virginis fragilitas.

4. *De infirmitate mea hac.* Rex qui hancine sustinet, aliam cognoscit. Profectò, & graviorem animo, quæ grassatur in aula; ex veritatis absentia: equidem etsi levior, quia occultus languor; excedit gravissimam ægritudinem, nolle in palatio recipere veritatem.

5. *De infirmitate mea hac*, quæ corporis de qua doleo, quin animæ infirmitatis accesserit pœnitudo. Ab assuetis non fit passio, unde nec pœnitet cor: infirmitate labat corpus: duntaxàt molestat hæc: equidem estò gravius vulnus animæ, criminum frequentatione; minimè dolet de vulnere, consuetudine peccati.

6. *De infirmitate mea hac*, dicit Petrus Nolascus. Quænam hæc? Magna sanè ex cordis vulnere. Saucius erat charitate: hancque in carnis infirmitate infirmitatem designat; quippequàm in languore tantùm amore languebat.

# DIDASCALIA PRIMA.

## *Lignum vitæ salus ægris, efficax remedium mortis.*

1 TAutologiæ de infirmitate respondet Didascalia de salute; ut modus etiam excedat, & unde mors, inde vita resurgat;

*Ne rationem animi temeraria pectora solvant.*

German. Cæs. Ex veneno extractum medicamen, quippe virus immutatum in salutem: igitur quos infecit, & confecit toxicum.

Idem. *Munit & hoc breve lignum.*

Consulitur dæmon à Rege Iuda Ochozia, utrùm surgere poterit de infirmitate contracta. Summa prorsùs insipientia, quærere fomenta vitalitatis, consilio dæmonis; qui nunquàm docet hominem surgere, sed in deterius cæcitate cadere: igitur totum malignitatis consilium, ne homo cadens videat lapsum. Formula consultationis digna notatu.

4. Reg. 1, 2. *Utrùm vivere queam de infirmitate mea hac.* Iacebat, infirmitate laborabat. Sit: verùm quorsùm dicit, *Hac*? Si hanc dicit, aliam profectò supponit. Sanè: alia est infirmitas ab origine, ex qua cunctæ infirmitates, & generis lapsi catenati languores. Ille iacebat infirmus actuäli contusione membrorum, quin curaret de lapsu Protoparentum, quorum infirmitas gravior, quoniam gradus ex quo iactura, sublimior: erat infirmitas & infirmitas: infirmitas ex capitis conditione, ac proprio capite: dicitque de *Hac*, cùm lapsus ex illa sit; quoniam ad illam efficax generosum medicamen duntaxàt conferendum à Salvatore per crucem.

*Crux primæ vi vulneris medicina.*

2 *Lignum mirificum* (ait Ctesias in *Reb. Indicis*, cap. 2.) *quod in regijs duntaxàt invenitur hortis, nec florem nec fructum producens. Omnia quibus admovetur ad se trahit; aurum, argentum, æs, lapides, & alia quælibet, & agnos & aves.* Videmus in cruce mirifica, *Arbor cuncta trahens.* Ctes.

*Quicquid Græcia mendax habet in historia.* Iudæi cùm viderent lignum aridum, sine flore haud operiebantur fructum: at effectus ostendit; dum ad se Christus in illo suspensus, omnia traxit, immutans depravatam naturam, conferensque conciliatricem gratiam: etenim tanquàm aurum & argentum vertit pretiosa, quæ perstabant ad malum ænea corda atque lapidea. Omnia traxit, & in cœlum ad hominum gloriam, qui oculos suos statuerunt declinare in terram, truculentia perciti, ut iugularent in occulto rectos corde: in cruceque traxit omnia, demulcens pectora; quoniam ut aves terrige- Iuvenc. Satyr. 10. v. 174. Ioann. 12, 32. *Cruce Christus humanum convertit pectus.*

nas elevavit in cœlos,& convertit per lignum lupos in agnos.

3 Ergo proposito nostro. Omnia traxit. Utique : in illum nostra declinaverunt mala & mala omnia, ut dum ab illo portantur, homines liberarentur. Dicit Evangelicus Vates. *Veré languores nostros ipse tulit,* Isai. 53. 4. *& dolores nostros ipse portavit.* Verùm quomodò, dum illum aut nos duntaxàt gravare quit ægritudo ? An *quia medicus, qui non fert infirmitates, curare nescit* ? Dicit Chrysologus *Serm.* 50. & Nos, *Tom.* 1. *T.* 5. *D.* 13. *à n.* 5. Urget argumentum. Si ipse tulit, quo pacto dolores nostri ? Iam non nostri, si ipse tulit. Eius qui patitur sunt dolores, quos ingerunt ægritudines: nostrosque dicit, dum tulit ; quia per lignum ad se traxit : contulitque ægris optatam salutem, quia crucis dolore à cunctis removit infirmitatem. Futurum erat lignum, languorum medicamentum, propter remotionem vulnerum: doloribusque tractis, non nostri nostri dolores ; siquidem omnimodam infirmitatum libertas, dum per crucem ab ægris fugit infirmitas.

Chrysol. *Et sanavit vulnus.*

4 Ad omnia mala expellenda ( potissimè ad oculorum caliginem, & cæcitatem, lapsæ naturæ graviora ) à priscis medicis signabatur Pæonia. Mercurialis, quem sequitur Reyes Franco, in *Camp. Elis.* quæst. 23. n. 15. subdit *Nunquàm vidi aliquem quicquam beneficij inde habuisse.* Unde ergo evanida virtus, ut nullus in tot miris factis sequatur effectus ? *Virtus reperitur solùm in ea, cuius radix, quando frangitur, interiùs designat sculptum crucis signum : atque ideo Avicena, lib. 2. cap. 124. expertum à se memorat lignum crucis ad epilepsiam.* Quid mirum, in medicamento nullum medicamentum, si deficit in præstantiam salutis signum ? Fit salus ægris, ubi in illa sculptum signum æstimabile crucis : unde cùm à signo salutis haberet medicaminis præstantiam, virtutis formam, sanitatis figuram; evanidum infirmitatum nobilissimum pauchrestum, quippe in illa medicina medicinæ neque signum. Nequicquam beneficij in medicamine habetur, estò medicamen habeãtur. Non à se, sed à signo habebat virtutem, ut conferret vulneratis sanitatem. Unde cum medicina, laborat dolore ægrotus; igitur in salutem pharmaco deficit virtus. Evanescit signum & evanescit remedium ; nullumque micat ægroto beneficium sanitatis ; ubi sanitas signi per signum crucis. *Signa Thau super frontes virorum gementium & dolentium* : à Domino dicitur Angelo. Crucem figuratam in huiusmodi elemento ; dixi fusè *Tautolog.* 1. *à n.* 52. Quare super dolentes & gementes non ipsa imprimitur crux ; sed figura crucis Thau ? Ut constet crucis virtus, dum per Thau excutiuntur dolor, & gemitus : igitur si crux promptissima salus ægris ; eminebit præsentia cum præstantia medicaminis, dum gementes & dolentes sanantur per signum crucis. Dolor erat, gemitus erat, ex quibus lachrymæ saucij usque ad intima pectoris. Iam neque fletus, neque luctus, neque clamor, quia non est dolor: igitur præsentia crucis, abstersit Deus omnem lachrymam ab oculis. Arbor vitæ est & ad vitam, languorum expellens pœnam, quin pæoniæ desideretur virtus, estò vulneretur pectus, evanescente signo virtutis in medicamine, ad præstantius medicamen virtute signi : quandoquidem si salus desideratur ægris, advenit ægris in cruce medicina universalis. Vide dicta loc. cit. *n.* 49.

*Crux medicamen languorum.*

*Et universale.*

5 In Piscina sanabatur unus, à quacunque detentus infirmitate. Quotanis fiebat : verùm qua virtute ? *Ligni* ( ait Comest. in 3. *Reg.* cap. 26. ) *cuius virtute aqua mota sanavit ægrotos, & creditur fuisse hoc lignum crucis Dominicæ.* Non erat : futurum tantùm : & erat virtus in expulsionem languorum, cum discrimine virtutis, quousque virtus ex ligno adveniret ægris : igitur si tunc unus duntaxàt restituebatur saluti, ligno crucis in salutem universi restituendi. In cuncta decreta plaga, quasi orbis moles è cardine ruitura. Extermium impendebat orbi. Quatuor Angelis datum & terræ & mari nocere. Nunquid iustum cum impio ? Nullo modo. Alius qui habebat signum Dei vivi, signum scilicet crucis, quatuor clamavit Angelis, nullum fieri aliquale nocumentum ; *quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.* Quid, ne nocerentur, quia signantur? Non poterat in signatos gladius extendi ? Neutiquàm. Liberi prorsùs inter saucios à vulnere, virtute signi, quod habebant in fronte : & antequàm qui liberandi signentur, nocumenta suspenduntur ; quoniam impressa in frontibus crucis formà, non est periculum ultrà. Patet in figura exaltati serpentis, qui signum in cruce exaltandi Salvatoris. *Sicut Moyses* (inquit) *exaltavit serpentem in deserto ; ita exaltari oportet filium hominis.* Ita ? Sanè. An ut sanitatem acciperent, qui illum toxicati viderent ? Dicit Textus, *Numer.* 21. 9. Aliud Pererius rimatur: *Alij sanabantur percussi, alij ut non percuterentur.* Hìc *disput.* 12. n. 54. Maius utique à serpentis præservari vulnere, quàm post vulnera sanari. Sic exaltandus filius hominis in ligno, sicut ser-

Ioan. 5. 4. Pet. Com.

Apoc. 7. 3.

*Cum illa nullum periculum vulnerum.*

Ioan. 3. 14.

Perer. *Quæ ex illa potissima ratione*

Mercur. *Sine crucis forma inefficax ad salutem.* Pæonia. Reyes Franc.

Ezech. 9. 4.

serpentem Moyses exaltavit in deserto: igitur si serpens exaltatus serpentis præcavet morsus; ex veneno serpentis, Christo in ligno, nihil amplius: quandoquidem post ostensum lignum crucis, non est periculum amittendæ sanitatis. *Pone eum pro signo*: dicitur Moysi. Signum micat: aliud profectò à se repræsentat, nimirùm virtutem crucis, ex exaltatione Salvatoris: igitur exaltatus, non solùm salus ægris; sed ne vulneribus amittatur salus. Succinit vel Aratus in *Phœnom.* v. 298.

Num. 21. 8.

Aratus.

*Modicum lignum mortem prohibet.*

6 Numerus nonus apud Ægyptios numerus signatur infirmitatis, atque summæ imperfectionis. Unde de Aquilone, à quo omne malum, canit Orpheus in *Hymn. Natur.*

*Enneados, signacula tenes.*

Orph. Kircher. *Crux signū felicitatis.*

*Hic numerus proximus Denario, quo bonorum omnium complementum notatur*: infit Kircher. *Mens. Isiac.* cap. 5. & *apud Ægyptios signabatur per decussim, seu Crucem*, dicit idem in *Ægyptiac. Gymnas.* cap. 3. Quapropter illi ut regionem, malorum seminarium, exprimerent, ac simul antidotum præsignarent; pingebant fœminam, indutam veste crucibus insignitâ, Thauticum characterem manu dextrâ, sinistrâ baculum lotiferum tenentem. Idem quò dudùm. Eruatur ergo veritas

Virgil. 10. *Æneid.* v. 792.

*Siqua fidem tanto est operi latura vetustas.*

*Languorum remedium, & in venabula scutum*

Languoris signum exponitur, & crux adversus mala signatur; ut vel inter tenebras superstitionum, contra languores eluceret remedium: igitur si multiplices vexant naturam infirmitates; expelluntur continuò per signum crucis. Ignea prorsùs tela diaboli, sedentis in Aquilone, à quo omne malum & ægritudines: illi cùm insint & mille nocendi artes. Natura humana fragilis, saucia illis usquequaquè gravatur; sed veste crucibus refertâ induitur: siquidem præter signum invincibile crucis, non habet scutum contra iacula dæmonis. Cruces dicuntur quęcunque persecutiones, prementes corda, atque comprimentes pectora: induiturque natura crucibus in vexationum indicem, & angorum optatissimum solamen: quandoquidem crux non crux, nec ulla gravissima tribulatio, cum crucis signo. Hinc meditatò cruci non quodlibet iungitur lignum, sed lotus; quæ, ut sæpe actum, oblivionis typus. Crux est, sed cum loto, ut nulla sit ęgritudo: quandoquidem signum crucis, quod cruciaminum, naturæ lapsæ conceditur in oblivionem malorum.

*Oblivio cruciaminum, & abolitio malorum.*

7 Per crucem venit Salvator de cœlo mundare cuncta: hinc è latere crucifixi fluxerunt *sanguis & aqua.* Ioan. 19. 35

*Cuspide percussum violat latus; aquè patenti*

*Vulnere purpureus cruor, & simul unda currit.* Sedul.

Canit Sedulius, 5. *Carm.* à v. 287. Cur non aqua & sanguis, sed econtra è fonte vulneris. Sanguis in pretium, aqua in lavacrum: primumque nullo modo lavacrum, dum in cruce effudit sanguinis pretium, quoniam minimè quibant homines purificari, sine sanguinis virtute. Clarius acumen. Sanguis in pretium, aqua in sanguinis officium: equidem effuso sanguine in cruce, fulserunt cuncti sine macula loti. Ex criminibus oriebatur lepra, & à lepra turpis macula; quæ deleri non valebat, ni repellerentur crimina: & in cordium munditiem, exit aqua post sanguinis effusionem; igitur in cruce visâ sanguinis guttâ, in leprosis neque macula.

*Detersio macularum.*

*Nostra salus etenim cruce Christi & nomine constat.* Paulin.

Accinit Paulinus, *Natal.* 10. v. 121. Est conditionis languor, ex vulneribus dolor, ulcerum ægritudo, cordium virulenta affectio; queis cuncti fœtidi, impuri, quasi plagâ immundæ lepræ. Christus sicut cruce infirmitates abstulit, ita candorem ad puritatem intulit: unde ut virtus pateret crucis, unda fit sanguis; quoniam quas attulit conditionis infirmitas, per crucis medicamen Archiater deterst maculas.

8 Ex collatione præfatorum numerorum, ligni crucis notandum quantum momentum. Numerus Novem est sentina cunctarum calamitatum: Decem verò, signatus per crucem, epilogus beatitudinum. Decem leprosi fastidientes & saniem & pruriginem; à Salvatore N. efflagitant sanitatem; *Iesu præceptor, miserere nostri.* Misericordiam qui leprosi implorant: valuit lepra, quia peccaverant: & ni illi inesset misericordia, continuò iacerent in originali lepra, ac fluerent ulcera. Beneficium illicò collatum, & ad votum. Redijt gratus in benefactorem decimus; & actutùm Christi vox: *& novem ubi sunt?* Non mirum ex novem valentibus desiderium: haud benefactorem quærebant, sed beneficium: recesserunt-que oblivi valentes, qui accesserant imbecilles. *Decem mundati sunt: & novem ubi sunt?* Evanuerunt. Numerus leprosorum ad nihilum est redactus, dum venit decimus, quem numerum crux designat, ut crucis effectus ex miraculo pateat: equidem si in cunctis infirmitas, lepra & lepra, ac ex ulceribus ma-

Luc. 17. 13.

V. 17.

*Unde in dignato elucet ingratitudo.*

*Salus in signo Crucis.*

macula, signo crucis abolenda; decimo prorsùm ad medicum adveniente, claruit, quòd cuncti mundati. Signum crucis exprimit decem; cunctæ hominum calamitates per novem; qui adveniente decimo ex leprosis, non apparent; igitur cùm medicina universalis in ligno salutifero crucis; per crucem expulsæ ac repulsæ infirmitates.

9 Lignum crucis radix infirmitatum, unde pendentem in illo, vidimus quasi leprosum: sanguineque illius, quod erat infirmitatis, factum est lignum & signum salutis, quippequàm non solùm expulit generis infirmitatem, sed exterminavit irruentem è lepra mortem. Ad rem vel Ethnicus, *Epigramm.* 34.

*Quæ efficax remedium mortis.* Petron.

*Monstrant facta viri vario miracula casu:*
*Unde datum est vulnus, contigit inde salus.*

Vulnus ex lepra, qua maculata natura, morti obnoxia. Apparuit Christus habitu inventus ut homo, quasi leprosus in massa generis; sed ut decimus cum signo salutifero crucis, ex quo vita & ex quo salus, quippe iam in saucijs atque leprosis non vulnus. Unde novem iam non sunt, nec macula, nec ægritudo, nec mors; quoniam qui cunctis malis & æternæ morti deditus, apparuit homo cruce vivus & sanus. Persisteret molestia calamitatis; quousquè præsens in opus signum salutis: igitur priùs homo leprosus tot ærumnis laboraverat; quia in decimo crucis signum non advenerat. Elucet articulus in baculo Elisei, qui traditus Giezi, mortuo filio Sunamitidis, fervore caloris, & aridate febris. Accepit ergo baculum, & ostendit se esse lignum: equidem dum baculus suscipiebatur ut saluber, subrogatus in medelam, dixit: *Non surrexit puer.* Iacuit præ morte lectulo immotus, & vel applicato ligno vox non erat, neque sensus. Venit Eliseus, & puer à morte surrexit. Quare cum eodem ligno minister non excitavit? Erat lignum, sed sine virtute in vitam, & ut statua ad statuam: mortuusque uti mortuus fuerat, iacuit; quia necdùm venerat, à quo virtutem acciperet. Sit ergo. Si nulla virtus in ligno, quare ad mortuum cum illo mittitur ab Eliseo? Quare dicit: *Tolle baculum meum*, si non pharmacum? Ut contra mortem efficax signum ostenderet; sed sine virtute, quousque ille veniret: equidem illo cum ligno veniente, vel absorptus à barathro liberaretur à morte.

*Lignum crucis sine Christo, inutile lignum.* 4. Reg. 4. 31

V. 29.

10 *Quid significat mortuus puer nisi Adam?* inquit Augustin. de *Verb. Apostol.* cap. 11. Ligno suscitandus erat à morte; sed si multa, nullum erat lignum vitæ: equidem cùm ad medelam absens esset à quo virtus; qui per lignum iacuerat, sine ligni virtute iacebat mortuus. Mittebatur Moyses cum virga, quæ in signum ligni vitæ stupenda operabatur miracula; sed homo iacebat languidè vivum cadaver, quia nullam virtutem ligno valebat dare minister. Ramus aureus quærendus, ut cadaver reddat orcus.

Augustin.

——— *Iacet exanimum tibi corpus amici:*
*Sed non ante datur telluris operta subire,*
*Auricomos quàm quis decerpserit arbore fœtus.*

Virgil. 6. Æneid. à v. 140.

Unde aureus inter tot ligna in restitutionem hominis? A singulari pretiositate virtutis.

*Unde lignū aureum?* Idem.

——— *Aliter non viribus ullis*
*Vincere, nec duro poteris convellere ferro.*

Pretium à sanguine, à quo virtus præstantissima ligni: quod quidem lignum & lignum homine mortuo; quippequàm à quo virtus erat in cœlo.

*Quod valet est Christi viva figura Dei.*

Camerar.

Ait Camerarius, *Centur.* 1. *Emblem.* 12. Elucet in virga Moysis; illi tradita, ut perpetraret prodigia. Virgam portat, verùm clamat: *Mitte quem missurus es.* Quorsùm obsecrat advenire mittendum? Ut virtutem ad vitam habeat lignum: igitur tametsi quod habet, miraculis floreat; nullius ad vitam virtutis, ni qui venturus est veniat. Ligna erant, & mira, in manibus ministrorum, cæterùm ad vitam hominis lignum. Puer non surrexit. Adamus ut iacuit, iacet. Lignum minister sine virtute demonstrat, quia venturus non advenerat. Venit ergo: homo inter homines apparuit: & exultarunt *omnia ligna silvarum, quoniam venit.* Indicatur, quo modo corda gaudeant, ubi insensibilia exultant.

Exod. 4. 13.

Psal. 95. 12.

*Ergo alacres silvas; & cætera rura voluptas.*
*Ipsi lætitiâ voces ad sidera iactant*
*Intonsi montes.*

Virgil. 5. Eclog. v. 48. & 62.

Lignis inest nobis sensibile gaudium. In prodigio nihil mirum: quandoquidem si à ligno cœlestium ac terrestrium dominatio, virtusque ut Adamus revocetur à sepulchro; ligna cuncta exprimunt ex tripudio exultationem, utri illorum qui venit, tribuat solium & virtutem. Contemplemur in ligno possessionem utriusque virtutis, insigni miraculo Salvatoris.

11 Cùm ingrederetur civitatem Naim, theätrum obvium ingenitæ eius pietati, *Ecce* (ait Lucas) *defunctus efferebatur filius unicus matris suæ.* Invenit infelix mater in turba solamen, qua cuncti ex orbitate exprimebant mœstitudinem. Turba vultu, mater fletu. Hanc cùm vidisset Dominus desolatam, opple-

Luc. 7. 12.

oppletam amaritudine ; *dixit illi noli flere.*

V.13. Quis matrem prohibet à flætu , mortuo filio ? *Donavit lachrymis maternis filium* : ait Seneca, 2. *de Clement.* cap.6. & Ovid.2. de *Remed.* v.127.

Senec.

Ovid. *Quis matrem , nisi mentis impos , in funere nati*
*Flere vetat ? Non hoc illa monenda loco est.*

Cur ergo qui cognoscit figmentum nostrum, orbæ matri inhibet fletum ? *Flere prohibetur eum, cui resurrectio debebatur*; ait hic Ambr. *lib.*5. Unde debita in vitam revocatio? Quia efferebatur in feretro ? Lignum erat. Ad resurrectionem inefficax lignum. Nullo modo.

Ambr.

V.14. *Accedens tetigit loculum.* Tactu sacravit. Inefficax lignum in vitæ restitutionem, quousque ille veniret , constituens lignum virtutis solium , mortisque remedium : & quùm defertur fato functus, fieri à matre prohibetur, quippe illi ex iure resurrectio debebatur ; siquidem ut per illud , qui mortuus , haberet resurrectionem , iam Christi tactu lignum habebat virtutem. Lignum ligno opponitur, & tactui tactus; ut è contrario videretur effectus: igitur si ex malo nascitur omne malum, ex malo diverso tactu oriturum sanè bonum. *Et ne tangeremus illud* : dicit Eva ; quippe ex tactu in naturam lethalia toxica : tangit Christus , & tactu in vitam revocatur mortuus ; quoniam ligno communicata iam virtus , & speciali miraculo ; ut iure mortuis deberetur resurrectio : igitur quod tantùm serviebat morti, tactum factum lignum vitæ. Hinc non dicitur : *Tetigit lignum , sed tetigit loculum* , ideſt feretrum : quandoquidem qui venturus adveniente , & lignum in vitam cadaverum designante ; factum est salutiferæ lignum vitalitatis , quod erat loculus mortuis. Reliqua vide *Tom.*1. *T.*5. *D.*11. à n. 6. Succinit Venant. de *Cruc.* Carm. 3. v.11.

*A Christo accepit virtutem adversus mortem.*

Genes. 3.3.

*Ut esset lignum vitæ, quod lignum lethi.*

Venant. *Cuius odore novo defuncta cadavera surgunt,*
*Et redeunt vitæ qui caruere die.*

Novum utrique quòd de funere vita,& dulcis radix verteretur amara; de quo alibi : igitur Christo adveniente, collatâ, quæ non erat in ministris,virtute,mortui resurgunt, Dei magnalia referantur,mors sepelitur,cœlum aperitur, homoque restituitur Auctori: quippequàm

Picinell. *Mortis olim, nunc tessera vitæ.*

*** *** ***
*** ***

# DIDASCALIA II.

## *Ambitio nunquam quieta.*

1 DIximus *Tautolog.* 3. *D.* 4. *& Tautolog.*4. *D.*2. ex Bernardo, quantus dignitatum dolor, quantus timor : modò ambitiosis exponendum quantus labor.

*Summus labor ambitus*

*Nunquàm patiens pacis,*
*Cedit in immensum cassus labor.*

Lucan.

Canit Lucan. 2. *Pharsal.* a v.650. Est enim ambitus contusio cordis ; vomica pectoris, cordolium animi , insultus viperæ , insidiæ colubri , amaritudo dulcis , acerbitas voluptatis, labyrinthus cogitationum , error delirantium , furor emotæ mentis , pyrata libertatis , tyrannis affectionis , certamen internum , bellum intestinum , viscerum termina , præcordiorum cruciamina , voluntaria gravissima crux , infernus cum spe , iter in tenebris , quassatio capitis , caligo mentis; queis percitus sacra profanis , & ponti adinstar,

*Qualis & quid?*

*Haurit saxa vorax , mentesque immiscet arenis.*

Idem.

Regnat spes cum angore,& sorte animi semper penduli, cum præmio stoliditatis, fatigationeque sitis : equidem aqua proxima , cæterùm nunquàm in lingua. Exulum pœnis confert Plutarchus libell. de *exilio*:

Plutarch.

*Spes exules, sicut vulgò ferunt , alit:*
*Pulchris vident oculis , morantur tamen.*

Pendentes ex futuro, inhiant absentibus, sed in cassum: siquidem quod votum lactat, semper futurum. *Stupebant omnes* ( ait Seneca in *Ludo Claud.* ) *novitate rei attoniti : negabant hoc unquàm factum. Placuit novam pœnam excogitari debere. Instituendum scilicèt laborem irritum , & alicuius cupiditatis species sine fine & effectu.*

*Sine fine & effectu.* Senec.

*Sic cum iam summo tanguntur culmina montis,*
*Irrita Sysyphio volvuntur pondera collo.*

2 Per transennam Sisyphum ambitiosi exhibui speculum, *Tom.*1. *T.*2. *D.*2. *n.*5. *& Tom.*5. *T.*2. *D.*4. *n.*1. Unde Orozzius lib.2. *Emblem.*39. inscribit epigraphen : *Renovata spes.* En stimulus ambitionis : præcordia pungit , cæterùm punctus nec sapit ; quoniam frustratâ spe in ulteriora movetur , eò quòd fallax , fugax spes renovatur , continuaturque labor , & labor , atque in laborem repetit pondera furor. Traditur hianti honoribus saxum , ut ascendat oneribus in fastigium. Sudat ut ascendat , potiùs ut ca-

Orozz.

dat

*Frustratur & instat.*

dat. Spes perveniendi vocat, culmini appropinquat ut sedeat; verùm relabitur saxum, sed non evanescit votum; quoniam in ascensum semel & iterùm instat, quantunvis victus tristisque recedat. Placet laborare, neque vivit cor instabile sine pondere: igitur plus in plura roboratur animus, quò maius pondus & pondus. *Stulti vita ingrata est, trepida est, tota in futurum fertur. Quam tu nunc vitam dici existimas stultam? Nostra, quos cæca cupiditas in nocitura, certè nunquàm satiatura præcipitat. Non cogitamus, quàm iucundum sit nihil poscere, nec ex fortuna pendere.* Ita Senec. *Epist.* 15. & Statius 6. *Thebaid.* v. 68.

*Gloria mista malis, afflictaque ambitus aulæ,*

Statius. *Ceu grande exequijs onus, atque immensa feruntur.*

*Hinc ingens lachrymis honor, & miseranda voluptas.*

*Non sentitur dolor.*

Levat angor, ubi nec sentitur dolor, risus fortunæ, ludibrium saxi, & arietatio cerebri; queis in opprobrium, qui œstro perciti, procedunt attoniti ac siderati: quandoquidem hiant in volitantem fortunam ac dignitatem, ut onere valeant exsaturare laborem.

Matth. 20. 20. *Adorat fœmina semper in commoda*

3 Occurrit in matre ambitus filiorum Zebedæi. Brevi dixi, *Tom. præc. T. 6. D. 3. n. 16.* Illa accessit *adorans & petens.* Mulieris conditio: nulla fœminæ adoratio sine commodo. Estò adoratione plena, recedit vacua: etenim honores nonnunquàm suspiciosi, si acquiescitur carni & sanguini. Filij ambiunt, ac per matrem votum dirigunt. Illa immota sederet, ni moveretur à filijs; quod quidem in schola Christi virtutum gravissima pestis: equidem cùm pro commodis filiorum sit in genitrice naturalis affectio; maior est dum siccine simulatur ambitio; deaurant quippe magis avidi appetitum dignitatis; dictantes ambitum, fuisse affectum genitricis. Dicit vel Ethnicus, 5. *Astronom.* à v. 154.

*Ex virtutis velo fortior ambitio.* Manil.

*Naturæ pudet, atque habitat sub pectore cæco*

*Ambitio: & morbum virtutis nomine iactant.*

O Præsides! Vigilate. Non tot essent connexiones, nec importunæ interventiones dementium ab ambitu sæcularium, ni moveretur instantijs ambitiosis Monachorum. Vigilate. Latet anguis sub herba; verùm propositum distributionis non latet: igitur plerique pleraque cum plausu intervenientium meritò indignis negarent; ni commodo conferentes, ut acciperent penderent. Hinc prosternuntur merita, & exaltantur Religionis ludibria: quandoquidem in distributione Religionis munerum, consulunt sibi, & nequaquàm Religioni. Iccircò *audientes decem, cæperunt indignari de Iacobo & Ioanne.* Non in illam commota bilis, tametsi accesserit: in illos cunctorum iustum fastidium exarsit; quia in avidiore ambitione, noluerunt ambitiosi videri: siquidem etsi utriusque ambitus moverit indignationem, magis quòd movissent matrem.

*Munus ex favoris gratia, est favoris dependentia.*

Marc. 10. 41 *Non moverentur sæculares, ni moti à Monachis.*

4 Ex quo homo cecidit, ambitio hominum corda pupugit; ut collocetur super homines in dignitatum fastigio, qui necdùm homo. Unde optimè Anacharsis, apud Plutarch. in *Solone*, dixit: *Se mirari Athenis sapientes dicere, stultos iudicando dominari.* Ita pueri & stolidi in studijs ambitionis; quicquid dicant in moderamen sapientes: igitur cuncta geruntur ad votum, quantunvis sit stultorum iudicium. Ratio, Religio, lex, ne corruptelæ aperiatur ostium; clamant. Quid iudicium stultorum pro munere? *Dicant, dicant.* Æmulantur homines, quæ in Republica munerantur, ut pluris sint quàm nascuntur. Si vitia valent, seges videtur vitiorum. Si gesta præclara, cunctarum videtur viridarium virtutum; quippe iuxta dignata sunt studia & exercitia. In Religione debent munerari virtus, sapientia, legum observantia, ac cætera in munus munia: exulare verò ambitio, sæcularium conversatio, primatum connexio: qua de causa Gloriosus Doctor Monachorum Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 6. quæque vana, licèt verba, ac huiusmodi strepitus *Æterna* (inquit) *clausurà damnamus.* Quorsùm ergo literarum labor, ac meritorum studium, ubi munera & munera conferuntur per otium? Utquid ex laboribus scala & gradus fastigij, si habetur sine labore? Quidum merita, si ad munera munera? Frustrà sudor ex dotibus in fastigium, si in connexionibus pretium. Quanti legum observantia, dum prævalet vita bona? Sequuntur, quæ munerantur: sequerenturque contraria vitiorum studijs, modò tantùm remunerarentur dotes. Erunt Marones, modò Mœcenates: deviantque à virtutis itinere, quoniam virtus sine honore, tendentes anxiè in corruptelam & vitium; quippequàm itur ad honores per compendium, ac sine errore cum erroribus in barathrum. Unde cùm in schola Christi, tantùm pretij pretium meriti; de ambitiosis indignantur, qui Christi leges & instituta sequuntur: quandoquidem quod nanscisci debebant observantiâ Religionis, impetrare munus certant solum connexione matris.

Plutarch. *Consilia prudentium, insolentium Prælatorum ludibrium.*

*Monachorum exercitia iuxta præmia.*

S. Bened.

*Virtus ex deprimitur in virtuti. professione?*

Ergo

5 Ergo cum matre accedunt, ut plus coram matre confundantur. Dum Salvator loquitur in sua passione de acerbitate cruciaminum; illi interventu matris ambiunt superiorem locum. Importuna tractui, atque intrepida ambitio, cæterùm minimè discontinuatur sermo. Diversa in quolibet vox, verùm totum crux & crux. Loquitur Christus de passione, & ambitus de dignitatum certamine. Singuli in utile ac commodum; sed ambitus quin consideret tantæ passionis momentum: igitur modò quod optat prece vel pretio lucretur, quid ad illam quòd Præses patiatur, vel non patiatur? Ubi regnat, cordi sedens, cæca ambitio, removebit à loco nec Christi passio. Ergo sine fronte accedunt.

*Ambitio crux ambientis.*

*Tantùm pendit optata.*

——— *Mater summissa rogabat,*
*Ut Christo medio, cœli sublimis in arce*
*Felices nati dextrà lævaque sederent.*
*Tunc quærit Christus, calicem si sumere possent.*
*Quem sibi præceptis instabat munere Patris?*
*Respondent se posse simul.*

Iuvenc.

Ut metricè vertit Iuvencus, 3. de *Evangel. histor.* v. 591. Annuit Christus, promittit & acceptat ut grata futura merita: verùm in ambitu audacia.

Idem.

*Sedibus æquali mecum considere honore.*

Iuxta merita conferenda munera. Sedebitis super thronum, sed non mecum. Æmulatio non esse potest æqualitatis, sed similitudinis. Cùm sederit filius hominis, sedebitis, sed non in sede eiusdem maiestatis: siquidem in altissimum honoris fastigium; altissima debet esse magnitudo meritorum. Vobis iuxta merita dispono; cuius dispositionem devenustat vestra ambitio, quærendo matris intercessione & à me, cùm præmia ex meritis sint (quæ cognoscit Pater cœlestis, & nullus ex vobis, maximè ad vos) igitur semper in amore proprio fraus: quin misereamini laborantis erga distribuenda præmia, ambitione præcipiti & obcæcata; dum passio imminet, mors urget, votumque vestrum me premit: equidem inter Superioris, dignitates distribuentis angustias, non minima tribulatio; inter optantes ad præmia pro meritis distributio.

*Semper sine meritis ad summa.*

*Munerum distributio, Præsidis pressio.*

6 Perscrutemur. Conditio plerunque aulicorum, non Christicolarum Præsidum (in Academia Machiabellica candidatorum) in velamen principalis erroris, vel sine obice ut distribuant ad lubitum dignitates, ne pateant simul aulici in distributione fines, iactenturque fundamina in præcogitata commoda; canibus famelicis præbere quasi quid magnum ossicula; quippequàm quandiù to-

*Ars aulici in politica, non recta distributione.*

dunt & mandibulę crepitant, minimè latrant. Brevius at perspicuius. Placere cunctis, ut sibi in cunctis complaceant; pro ære, dispersio lupino, sibi congratulantes de ingenioso dolo. Nostrates: *Contentar à todos, para salirse con todo.* Sic præsignare thronum, *non est meum.* Cunctis esset locus pro meritis, ni daretur indignis. Si dotibus dignitates distributæ, plures sedes essent vacuæ, nec merita recederent plena pudore. *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Non quæruntur de pane, sed de distributione. Accedunt indigni cogitantes de pane lucrando, illisque distribuitur sine iudicio: sanè in Reipublicę dedecus, quippe filiorum panis nequaquàm mittendus canibus. Non deficeret panis, modò iusta mensura distributionis: nulloque modo sufficit, quod abundat, igitur non est qui iustè distribuat. Deficit, quòd sufficit, atque pessimà distributione deficit: igitur ut abundet non omnibus dandum; sed pro qualitate ad munera meritorum. Quomodò ingrederetur Mathias, si locum haberet Iudas? Egrediatur, proijciatur estò crepet: deponatur è munere, rumpatur licèt: Abeat ergo *in locum suum*, si in cunctis diabolus est: siquidem hic ubi meritorum decus, indignis non datur locus.

V. 23.

Thr. 44.

*Munera meritis non deficerent, si darentur meritis.*

Actor.

7 Magis ergo accedamus proposito. *Potestis bibere calicem?* Ex abrupto dicunt: *Possumus.* Profectò, quantum auguror, veritas, quæ videtur ambitiosorum facilitas. Ambitis, dum calix proponitur acerbissimæ passionis. *Calicem quidem bibetis*: igitur facilius tormentum crucis, quàm cruciatus ambitionis. Mihi ex mortis cogitatione summus angor, & sanguineus sudor: cæterùm vobis nequaquàm molestus dolor. Non adhæsit mihi cor pravum: non rapinam arbitratus sum: & vobis dolor in dolore vel gravissimo non est; quia gravior dolor ambiendi, quàm cruciandi: poteritisque tolerare validè mortem, qui potuistis ambitus tolerare cruciamen. In cruce profectò dispendium vitę. Idem & gravius in ambita dignitate: calicem namque mortis bibere possunt, qui pro dignitate moriebantur, & in passione moriuntur. Mors acerbior ex ambitione civilis, quam ex passione violenta; quippe superat etiam acerbissima: promittuntque mortis crucis fortiter pati pœnam, qui ad ambitum dignitatis subeundum retinuerunt tolerantiam. Ratio patientię prompta. Mors civilis ambitionis, continuò vexat: violentiæ mors parvo tempore durat. Discrimen præter diritatem, penes tempus & tempus: propositoque mortis violentæ calice, respondent: *Bibere possumus*; quippe semel mortem validissimè patientur,

Matth. sup. v. 23.

*Facilius tormentum crucis, quàm cruciatus ambitionis.*

*Mors ambitionis, cur acerbior morte crucis?*

qui continuò pro munere moriebantur. In hac mors vitalis, in illa vita mortalis. In hac moriendo vivitur: in illa, vitâ deficiente moritur: præclarèque ab ambitiosis calix amaritudinis bibitur; quoniam tolerabilior mors pertransiens, quàm mors permanens. In ambitus morte dolor est phœnix; qui quo moritur, in vitalitatem excitatur: spes enim evanidæ cogitationis, quæ deficit; ut ambitiosus iterùm extinguatur, reviviscit. Ibi dolor semel finitus finitur: hìc morte plus excitatur: quo quidem crudelitatis nil plus; quoniam vitam tribuit spes, ut vacua rapiat à cogitatione pòst. Vitam concedere, videtur studium amoris, & est dolus sub specie voluptatis. Dulcis pœna, sed incognita perfidia: igitur ministrat in iugulum gladium, dum ambitiosus arbitratur obsequium. Hinc Christus illis dixit: *Nescitis.* Moriuntur, & gaudent: vulnerantur, nec dolent. Tormenta manibus plaudunt. Sanequam nesciunt: igitur continuam appetunt mortem, continuò cogitantes ambitiosè dignitatem.

*Ambitio cum spe, sed sine fide.* V. 22.

8 Clarebit ex Tautologia. Consulitur à Rege infirmo diabolus sic: *Utrum vivere queàm de infirmitate meâ hac.* Si demostrativè *hac* dicitur, alia infirmitas proculdubiò supponitur. Profectò quidem; graviorem quam tacet, subsignans infirmitatem. Erat in aula, ubi grassatur ambitio vigil intrepida: signaturque meditanter ab *hac*, de qua aliquantulùm spes; quippequam ubi distributio honorum, elargitio dignitatum, thronique celsitas; ambitio planè pervagabitur infirmitas. *De infirmitate meâ hac.* Mea quidem hæc: igitur ambitionis dulce, lethale venenum est cunctorum aulicorum. *Infirmitate mea hac.* Meâ & mihi peculiaris hæc: hæcque signatur præ symptomate ambitionis; cuius accessio cum hac universæ infirmitates. In hac, quæ non hæc, consulitur Beëlcebub. Ex sententia directoris, constat affectio in pectoribus humanis: quandoquidem ad ambitus quodlibet votum semper consulitur dæmon.

4. Reg. 1. 2.

*Infirmitas aulicorum.*

*E fugestione dæmonum.*

——*Luxus ac amorem invexit habendi.*
*Hinc odia, hinc lites, hinc fraus, hinc livor & iræ;*
*Cædes, arma, cruor, conflictus, prælia, mortes.*
*Hin offensa Dei, quam tartara sæva piabunt.*

Paulin. Consul. Carm. de Baptist. à v. 244.

Si falsum testimonium necessarium in ascensum; ambitiosus, dicsodes, aversabitur testimonium falsum? Utinàm! sed væ! Honori derogat, ut sibi habeàt: nihilique ducit, ex quo totum pendet. Quid si placet? Maculam appinget Soli, tenebras luci; ut sit aliquid qui nihil: maximè si à quo honoris expectata celsitas, detractoris & cogniti placet iniquitas: igitur quantunvis cognoverit imposturam, corruptam placet circumspicere famam. Hæc vitia potentum, fulgore dignitatis attonitorum; ut ad decus, cuius dedecus, iudicetur, quòd non alius, qui ineptissimus: quasi fulgoris in culmine non haberet plenitudinem, modò non deturpaverit demerentium splendorem. Hæc improborum studia: indignis semper indigna. *Ut aliquid pestiferi consequantur* (infit Senec. *Epist.* 118.) *per mala nituntur in malum.* Quid enim facient fæces Reipublicæ? In omne tacinus mancipantur pro honore.

*A Præsidibus curfotæ.*

Senec.

*In similes animosque ligant consortia damni.* Claudian. 1. in Eutrop. v. 189.

9 Horum indolem, seu potiùs malignitatem Psalmographus callet & exprimit. *Calix* proponitur *in manu Domini vini meri plenus misto.* Quomodò ergo in Domini manu, quod videtur in ambitionis potu? Dicit Bernard. de *Vita & morib. Clericor.* cap. 15. n. 52. *Infelix prorsùs ambitio, quæ ambire magna non novit, quærens de modico crescere, & de maximo minui.* Patet fatuitas: igitur potentes bibere salutis calicem, ambiunt tantummodò fæcem. Sunt ergo fæces Reipublicæ, & satagunt, ne sint fæces; quibus dignitas indignè dedecoratur, dum ineptus, propudiosus, contemptibilis extollitur: siquidem nonnunquàm honoris infamia, quòd emineant honorati cæcæ fortunæ ludibria. Vernaculè: *Unos trastos.* Propudium sanè quòd occupent dignitates, qui triremes debebant occupare iuxta mores, vel latescere in latumijs: igitur magis Respublicæ rutilant, si non appareant. Potus calicis pretiosi vini, est digni munere, sed *bibent omnes peccatores terræ.* Qui? Ambitiosi. Peccatores ergo dicantur: at omnium nota? Iurè: ambitionem comitantur vitia: & ius est huiusmodi fæces, omnes peccatores dici; quia in quolibet ambitioso universi peccatores. *Scandala nutriunt, & dissensiones in congregatione faciunt. Hinc suscitantur invidiæ, rixæ, detractiones, æmulationes, & exordinationes:* subdit N. Patriarcha, *d. cap.* 65. Hinc vel in fervido repidè in obligationibus pensum, quia impium vidit super exaltatum. Hinc æmulationes, quia muneratur vitium; sæpeque exordinationes adprolubium voluntatis, quo nullus ordo, dum prævalet interventio, urgente ambitione, cuius legis nulla lex. Unde ebrius fœce qui bibit inclinat *ex hoc in hoc*; quippequàm dignus deponitur, ut indignus auctoretur. Signatur à Plauto in Prolog. *Pœnul.* v. 38.

*Fæces ambitiosi bibunt, potentes vinum pretiosum.*

Ibid.

*Indigniferè ambitiosi.*

S. Bened.

*Et cum omnibus flagitijs.*

*Et universa vitia.*

*Ambitionis causa excluduntur digni foràs.* Plaut.

Quo

*Quo deteriores anteponuntur bonis.*

En omnia in ambitione vitia, ex virtutibus vulnera; igitur ita vertit legum, & rationis ordinem, ingerens oculatam cæcitatem, bibens fæcem; quòd in desiderijs peccator laudatur; & iniquus benedicitur.

*Inde cadit virtus.*

10 Procedendum ultra, quippequàm ultrà proceditur. Ostenditur in calice fex: sed ambitio inclinat *ex hoc in hoc*. Quid hoc? Affectus ambitiosus, quin, licèt vacuus, finiatur affectus. Adinstar Tantali habent ad manum poma, excitantur è proximitate desideria. Apprehendere satagunt, manusque fugiunt; sed ludo non respiscunt, quia denuò in alia rumpit ac micat spes: calicemque fæcis iterùm atque iterùm inclinant ex hoc in hoc; quoniam inter manus dum fugiunt honores, denuò appetitus sequitur aves volantes. Degustant amaritudinem, & fæcem vocant dulcedinem, tracti tyrannico appetitu, absque ullo laboris sensu huicinde, hinc & illinc, huc & illuc, ultrò citroque, quin aliquid illis hìc: quare affectum inclinant, quantunvis in fæcem, ex hoc in hoc; quoniam etiam vacua spe, percitus iterùm appetit, quidquid fæcis in fæcem primum occurrerit. Pende: Fæx gustata, verùm *fæx eius non est exinanita*. Bibet & bibet ebrius aspide ambitionis morsus, tametsi toties repulsus, usque exhauriat totum calicem, quánvis in ambitu cassò semper gustaverit fęcem. Sæpe dixi, ex Plinio & alijs regeramque hìc *Tautolog. 9.* D. 5. n. 2. esse in India singulares homines, oculos habentes in humeris. Vide etiam Solinum, *cap.* 55. Hæc quæ videntur monstra, sunt politicè in ambitum medicina: igitur si humeri destinantur ad portandum, & unà oculi ad videndum; modò ambitiosi haberent in humeris oculos, haud applicarent dignitatibus humeros. Non appetunt, ut portent, sed ut portentur. Unde oneribus succumbunt; quippe oculos habent in dignitatum fulmina, nequaquàm vires ad honorum onera. Facti in caput anguli, obscurantur splendore: ac constat ex dedecore ob ambitam immeritò gloriam, quanti propudij, quòd facti in caput, & non in caudam.

*Nunquàm fatigatur ambitio.*

*Caret sensu & sensu.*

11 Clamat Bernardus de *Morib. & offic. Episcopor.* cap. 7. n. 27. *Videntes illos* (inquit) *qui iam proprios humeros cupitæ sarcinæ submiserunt, non solùm non gemere tanquàm sub onere; sed insuper appetere plus onerari: non deterrentus periculis, qui cupiditate cæcari non vident; sed favoribus amplius, quos illis invident, provocantur. O insatiabilis ambitio!* Quid ex tantis malis? Suavitas honoris, ubi sentiunt pondus & pondus, si applicant humeros? Taxet Profanus, quò suprà *lib. 2. cap. 16.* à v. 48.

Bernard.

*Insatiabilis & cæca, à dæmonesque honorata.*

*Cui titulus felix, virtutis nomine nomen.*
*Iupiter hic habitat? Fortunæ credere genti* Manil.
*Huic in perversum similis deiecta sub orbe,*
*Adversaque nitet parte, defessá peractá*
*Militiá, rursúsque novo devota labori.*
*Nondum opus sentit mundi: iam sperat honorem*
*Dæmonion.*

Titulus & titulus in turpem felicitatem, atque virtutis sine nomine nomen, quasi nomen proprium ex nomine dignitatis, titulo apparente honoris; sed duntaxàt in speciem: igitur elucet ex se non habere nomen. Acquirunt arte dæmonis, qui fallit larvà splendoris: honorque dicitur dęmoniorum, quippe hìc suaviter perpetiuntur infernum.

*Solicitat dignitatem, ut habeat nomen.*

12 At unde tanta insania? *Petunt fugienda*: dicit Stoicus, *Epist.* 118. *Quid Dij boni* (subdit Plutarch. in *Marcell.*) *huic homini faciam, qui neque secundam potest, neque adversam fortunam ferre? Neque dare quietem victor, nec victus?* Quò venturus furor, ubi non revocat dolor? Irritat, obliquè visus splendor. Fabricantur arte conspicilla orbiculata, quæ multiplicant innumerè ad iocum obiecta. Quapropter ministrantur ut hallucinentur pueri; qui vident plures, ex splendore scintillæ. Hanc attingere, illis videtur; sed tantùm videtur illis: siquidem apprehendere cupientes; alij in risum, & illi semper decidunt in errores. Appropinquant, semper errant, donec tangant; cognoscentes votum acquisitionis, esse nullius entitatis, quippequàm tantùm entitatis species, futile visum, infatuatione, per vitrum fascinatione oculorum. Sic honor diaboli, micante solùm ad speciem honore: equidem magna, ut apprehendant, multipliciter conspiciunt; ubi qui tangunt, nihil aut futile inveniunt.

Senec. Plutarch.

*Cuius effectus conspicilla orbiculata?*

13 *Averte oculos meos, ne videant vanitatem*: dicit David. An quia fascinat, dum titillat, hominemque reddit attonitum, quin sciat lassum procedere in vanum?

Psal. 118. 37.

*Ligna fumum multum excitantia, parum Ignis habent.*

Alij, *ne videant altitudinem*; alij, *idola, simulachra*; alij, *præcipitantiam, temeritatem, Maleficium.* Vide Haye & Maluend. Tantum periculum micat, ut visa vanitas noceat? Contraria dixerim, æstimans falsitatis speciem: igitur nulla vanitatis ingeretur cupiditas; modò cognoscatur ad cupiditatem vanitas. Fallitur cogitatio; quippequàm maleficium in visu, quod depravatur

Mantuan. Eclog. 5. v. 18.

*Dum obtinetur dignitas floret ambitiosi vanitas.*

in ambitiosis affectio, plus impulsis, quò deceptis : vanitatemque dicit Psalmographus altitudinem; quoniam altitudinem concupiscunt duntaxàt in vanitatem. Cognoscunt nihil habere quo vani fiant, & altitudo quæritur ut in summum intumescant, inflati munere, venti flantis extensione: in thronoque vocantur idola, igitur tantùm vanitatis simulachra. Nihil videtur pensi: totum cerebellum inane, in gestu, vultu & affectatà crepitatione verborum, dolia aurata vacuitatum. Multum de dignitate, sed nihil de religione. Quàm alta dicit, qui usquequaquè desipit! diciturque temeritas, ubi in altitudine respicit vanitatem & insanias falsas ; quippe temerè apparent insipidi, quùm videntur esse docti. Huiusmodi audacia ineptis iudicant cuncta, astruentes cogitata amenter dignitate, nulla, utpotè deliria, ratione : abruptusque signatur expeditionis ordo, cùm temerariò sumitur altitudo : quippe in ascensione haud ascendunt in thronum, sed Tarpeiam scandunt in præcipicium.

*Et temeritas.*

14 Respondeamus ergo articulo, ut eluceat quòd aberrant à scopo, quos pungit ambitio. Unde illis suavis intolerabilis labor? In laborem ex labore præcipitat temerè furor: Vident allucinati, ex ipso lumine cæci. Mens emota cùm sit, dolum haud percipit mens : diciturque ex vanitate, & ambitione fictrice altitudo beneficium: quia laborant, quin cognoscant, pridem laborasse in vanum. Attingere cupiunt quod splendet summè in oculis ; cuius deceptoriè multiplicantur species : magisque vanitatem in altitudine appetunt; quippe toties attrectantes, non attingunt. Haud facilè resipiscunt ab errore, cùm non cognoscant errorem esse iudicij: respiciunt tantùm splendere fastigia; sed ignorant splendorem effingi per ocularia. Vigilanter vernaculè : *No conocen que el esplendor de los pueſtos, son antojos.* Oculis sanè obiecta sunt voluntatis prolubia, & ambitionis malacia ; adinstar ebriorum, qui cuncta vident duplicia. Unde Iuvenal. *Satyr.* 6. v. 305. inquit.

*Semper laborat in vanum, & fallitur votum*

——— *Geminis exurgit mensa lucernis.*
Quare sine mente, cogitato duntaxàt splendore ; capitisque vertigine, votis frustrati toties illusi, labore ac labore, ambiunt & ambibunt inaccessibilem indotatis altitudinem ; quanvis cognoscant in præceps dispositam vanitatem: optatque David cæcitatem videntibus oculis, ne aspiciat in altitudine vanam fulgoris speciem ; igitur oritur fomes futilium cupiditatum, ex viscosa deceptrice fascinatione oculorum. O miseri! Satius, semel cadere, quàm usquèquaquè pendere. Suspendium desiderat anima vestra, ac iactare crura ? Insania. Adinstar Ixionis,

Iuvenal.

*Rotavit animus, fugiensque sequetur.* Stroz.

## DIDASCALIA III.

### *Ecclesiæ floribus nec rosæ nec lilia desunt.*

1 OPportunè aptatur Virginibus sanguine candidatis, in quibus lilia splendent ratione candoris ; verùm superantur floridè candida rubris : equidem maior delectabilis amænitas, ubi lilia speciosa fide vertuntur in rosas. *Sunt & purpurea lilia* : diximus sæpe ex Plin. *lib.* 21. *cap.* 5. qui præmittit : *Lilium rosæ nobilitate proximum est.* Iam tota nobilitas lilij candori, quippe quo floret rosa, rapit à sanguine. Priùs rosam fuisse candidam, fabulantur Ethnici; purpureámque factam sanguine effuso præ amore, Venere currente per vepres in auxilium Amasij. Natal. Comes, *Mytholog.* 4. cap. 13. & 5. *cap.* 16. Unde Pier. Valerian. *lib.* 55. *cap.* 8. succinit.

Plin.

*Speciosiores virgines martyres. Sunt ex lilijs rosæ.*

*Affixit duris vestigia cæca rosetis*
*Albaque divino picta cruore rosa est.*

Pier. Val.

Plura cæcè finxit, sed quasi vera refert: etenim in Virginum Martyrum speciositate candida, refulgent lilia purpurea, conciliata rosæ insigni maiestate candentis lilij cruore.

——— *Sanguineò veluti violaverit ostro*
*Si quis ebur, vel mista rubent, ubi lilia multa*
*Alba rosa: tales virgo dabat ore colores.*

Virg. 12. *Æneid.* à v. 67.

Unde si Ecclesia delicioſum puellis viridarium, & quasi stellis floridum amœnissimè cœlum ; dum puritatis candorem, purpureum sanguinem, puellæ sacræ afferunt, ac amore offerunt ; floribus eius nec rosæ nec lilia desunt.

*In Ecclesiæ viridario.*

——— *O tenero probitas maturior ævo!*
*O ubi purpureò suffusus sanguine candor!*
*Sidereique orbes, radiataque lumina cœlo!*

Stat. 2. *Silv.* 1. à v. 40.

2 Velum expanditur inter columnas ad Sancta Sanctorum, *ex hyacintho, purpura, cocco & byſſo, & intexuit ei Cherubim.* Videtur pulcherrima figurà Catharinæ forma : equidem Cherub effecta ex byſſo candoris, ex hyacintho puritatis, ex cocco virtutis, atque ex purpura cruoris.

2. Par. 3. 14. *Catharina Cherub humanus.*

*Ut cùm contexunt amaranthis alba puellæ*
*Lilia*

Tibull. 3. 4. v. 33.

*Lilia, & autumno candida mala rubent.* Ad rem Marc. Senec. *controv.* 2. *Nemo credebat occisum virum à fœmina* (inquit) *iuvenem á puella, armatum ab inermi. Maiora videbantur, quàm ut possent credi, sine Deorum immortalium auxilio gesta. Maximé debere æstimari pudicitiam, innocentiam & felicitatem: quàm pudica sit, miles ostendit: quám innocens, iudex: quàm felix, reditus: inter tot pericula non servassent illam Dij, nisi sibi. Vobis dedicat, quibus debet. Magis putaverunt miraculo esse in captiva libertatem, in prostituta pudicitiam, in accusata innocentiam. Aliqua capta felicior fuit, nulla fortior.* Floridè quidem, in Catharinæ laudem, atque pectoris virtutem. *Illam* (ut de alia dixit Tacitus, 15. *Annal.* cap. 57.) *non verbera, non ignes, non ira, eò acrius torquentium, ne à fœmina spernerentur, pervicere.* Velamen est fœminæ insigne, iuxta Paulum, 1. *Cor.* 11. 10. qui ad *Hebr.* 10. 20. carnem vocat velamen in puellarum Martyrum admiratione: equidem in corpore sacrum videbatur velum hyäcintho, purpurà, cocco, byssoque floridissimè ornatum, quo per tormenta rupto, uti in Sponsi morte paterent Sancta Sanctorum. Depingit Ioseph. 6. de *Bell.* cap. 6. *Aulæum byäcintho & byssо & cocco & purpurà variatum, mirabili opere factum, neque contemplationis expers colorum permistione, veluti omnium rerum imaginem præferens. Cocco enim videbatur, ignem imitari, & byssо terram, & hyäcintho aërem, ac mare purpurà. Erat enim in eo perscripta omnis cœli ratio.* Alia videsis in *Ephemer.* 30. *Ianuar.* n. 1. Aptissimè varijs his coloribus omnis cœli figuratur ratio, puellarum virginum inclyto Martyrio: igitur illis ad Amasium patuerunt regna cœlorum, quippe in cunctis elementis cuncta tormenta vicerunt.

M. Senec. *Virtus unde?*

Tacit.

*In eius pectore tota cœli ratio.*

3 Alia cogito. Cœlum à cælando dicitur infit Alapid. in *Genes.* 1. 8. quasi cælatum, seu varijs stellis depictum: equidem si vulnus cælatura corporis; corpus Martyrum uti cœlum ornatur stellis. Virginibus confertur regnum cœlorum. An quia pulchrum, purum & beneficum? *Semper Angelis cognata virginitas* (ait Sophronius, serm. in *Assumpt.*) *profectò in carne præter carnem vivere, non terrena vita est, sed cœlestis. Unde in carne Angelicam vitam acquirere maius est meritum, quàm habere. Esse enim Angelum felicitatis est: esse verò virginem, virtutis: dum hoc obtinere viribus, virgo nititur cum gratia, quod habet Angelus ex natura. Utrumque tamen & esse virginem & Angelum divini muneris est officium, non humani.* Ratio ex Philosopho. Cœlum capax non est peregrinæ impressionis. Unde Virgines vel in terra sunt in cœlis; quippe etiam habitantes corpore terram, vel in carne non admittunt impressionem peregrinam. Cœlum inter Hebræos dicitur cribrum, seu transenna adinstar clathri sive cancellorum, quasi aperturis, seu vulneribus cælatum. Unde eis visum, quæ lucent, non esse astra; sed foramina lucida, per quæ interiùs latentis videtur gloria: haud aliter Virginum Martyrum, filiarum Regis, quarum gloria ab intùs est.

Matt. 25. 1.

*Quanti Virginitas!*

Sophron.

*Cur cœlum virgo?*

*En formosa tamen procedit filia Regis,*
*Maior in interno quanvis sit gloria cultu.*

Cruc.

Succinit Ludovic. Crucius in *Psalm.* 44. & Senec. *Epist.* 120. *Felicitas introrsùm est*: cœloque virgines Martyres conferuntur, dum vulneribus cælantur: quoniam sunt astra, quæ videntur vulnera, per quæ erumpit splendor cœlestis gloriæ, Numinis habitantis in cœlo pectoris. En tota cœli ratio, sed designandus in virtutem ordo; ut in huiusmodi cœlis quot vulnera tot sint sidera.

Senec.

4 Velum præfatum expansum & appensum inter columnam duplicem, appellatam *Fortitudinem*, per Salomonem. Columna inter Romanos erat insigne sublimitatis gloriæ, de quo Pier. Valerian. *lib.* 49. *cap.* 31. In idem quadrant diversa: igitur sublimitas gloriæ ex virtutis fortitudine.

*Purpurei metuunt tyranni:*
*Iniurioso ne pede proruat*
*Stantem columnam, neu*
*Concitet, imperiumque frangat.*

Horat.

Canit Horat. 1. *Carm.* Od. 35. à v. 12. Opus ergo columnarum, interiecto velo in sacra Sancta Sanctorum, *erat quasi in modum retis & catenarum miro opere contextarum, super summitatem malogranatorum, quasi opere lilij.* Elucent ergo columnæ, lilia, catenæ, retia, atque mala punica; virginum pro Sponsi fide certantium pulcherrima hieroglyphica, & sublimitatis gloria; quam ut quid invictum, constanter hostile, purpurei metuunt tyranni: etenim in illos florent fortitudo in columnis, puritas in lilijs, robur in retibus, atque triumphus in malogranatis. Percurramus singula.

3. Reg. 7. ℣ 17.

*Quæ ornamenta in virginum constantia?*

5 *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei, & scribam super eum ::: nomen meum novum. Iesum*, scilicèt, ait hic Alapid. Scribere super lapidem, cælatura est, quod ictibus atque vulneribus fit. Unde apud Zachariam legitur 3. 9. *Ecce lapis quem dedi coram Iesu: ecce ego cælabo sculpturam eius.* Vulnera notantur queis caro scripta, quippe Iesu cognoscuntur per vulnerum testi-

Apoc. 3. 12.

*Illarum vulnera, fidei scripta testimonia.*

stimonia, loco sigilli subscripta sanguine: quare Sanct. hìc n. 34. subdit: *Cælatus lapis flagris, spinis & clavis* iuxta Aquilam & Symmach. legentes: *Sculpam aperturam eius.* Ex vulnere enim lateris emanavit felicitas humani generis. Retorqueàtur Ethnicus, *lib. 2. Eleg. 9.* à v. 40.

Sanct.

Propert. *Ille vir in medio fiat amore lapis.*
*Sanguis erit vobis maxima palma meus.*

Siccine igitur clarent virgines tabulæ legis, scriptæ digito Dei vivi, sculptæ in columnas templi; & nomen novum Iesu ferentes tanquàm Sponsæ: quæ quidem ad ludibrium tyrannorum & vulnerum, sexu sequiore & corpore tanquàm saxum. *Fecit Deus firmamentum cœlum*; ut floreret in symbolo vulneribus virtus virginum. Non solùm cœlum, sed firmamentum, puellæ, quæ duntaxàt videntur insignes fragilitate? Cœlum aliquando rubicundum: virgineſque validæ plaudunt meritò cœlum, siquidem per vulnera & sanguinem, ostendunt altiùs puritatis candorem. Cœlum & firmamentum, quod vulneribus sideribus fulget, ac splendore in admirationem floret: cœlum per candorem, firmamentum per virtutem: igitur quod videbatur virginum pectus invalidum, ad vulnera perferenda firmum tanquàm firmamentum.

Genes. 1. 7. 8.

*Cur firmamẽtum plaudantur?*

6 Perscrutemur virtutem. Cœlum ex aëre factum, asserunt nonnulli. Adi Perer. lib. 1. in *Genes.* à n. 84. Firmamentum è cœlo, cui accesit pro ornatu stellarum pulchritudo. Si per aëra designatur vanitas, atque splendor per stellas; speculum patet virginum & cœlum & firmamentum: igitur virtutis, incorruptionis, constantiæque obtinuerunt splendorem; quoniam mundi illecebrarum sprevere vanitatem. Aëris erat materia, sed cœli prorsum diversissima forma: fulgent uti stellæ in ambitu firmamenti, quia propter cœlum in cœlum commutarunt pompam mundi. Firmamentum dicitur tota sphæra aëris, tenuis, instabilis, perpetuà agitatione facilè mobilis. Hieronym. *Epist.* 83. Dicitur etiam cœlestis sphæra, sideribus insertata: diversus sanè situs, quem animarum distinguit scopus: quandoquidem in virginibus constitutis in cœlo, splendoribus effulgurat speciositas; quæ in mundo collocatis duntaxàt ludicra vanitas. *Ex aquarum fluida substantia cùm compositum sit, ex natura fluida condensata & consolidata, firmamentum nominatum est*: subdit Theödoret. hìc *quæst.* 11. Unde Ioseph. 1. *Antiq.* cap. 1. *Glacie circumpactum* dicit. Petr. Comest. cap. 4. *Firmamentum indicat exteriorem mundi superficiem ex aquis congelatis adinstar crystalli consolidatam & perlucidam.* Basilius in *Isai.* 51. iuxta Septuagint. infit: *Cœlum sicut fumus firmatum est.* Denique Iob. 37. 18. *Cœlos, qui solidissimi, quasi ære fusi sunt.* Modò dubium Maluendæ. *Firmamentum: rectè quidem. Nam quid aëre & aquà mollius & fluidius?* Ergo non rectè, quippe non firmum, quod molle. Rectè quidem, iuxta Virginum virtutem, atque Principum torquentium stultam cogitationem: equidem cùm despicerentur in pugna uti fragiles & molles; apparuit cœli splendentis species, victo tyranno & cruciamine, corde pugnaci solidissimo ex ære. Urget tyrannus, percutit, pungit, sed percussus pungitur, ubi caro torquetur: etenim invenit solidum ut firmamentum, quod frangere arbitrabatur uti fragilem crystallum.

*Unde virginum splendor?*

Theöd.

Ioseph. *Firmamentum ex quo?*

Petr. Com.

Maluend.

*Deceptio tyrannorum in agone virginum.*

7 *Indici adamantis* (ait Plin. *lib. 37. cap. 4.*) *non in auro nascentis, sed quadam crystalli cognatione, quo magis miremur.* Peregrina profectò gemma, ex qua virginum Martyrum constructa forma; frustratà spe tyrannorum, respicientium in fœmina tantùm crystallum: quippequàm arbitrantes nullam in pectore nisi crystalli virtutem, in crystallo mirabantur fortissimum adamantem. *Ut adamantem* dedit Sponsus faciem virginibus, ut constaret in fragilitate invincibile pectus: equidem iudicata speciositas fragilis pro virtute, solidus adamas ostendebatur in corde, ruptis tyrannorum visceribus, ferro adacto, quo victrix vulnerata pulchritudo: equidem in pugna valida reportabant confusionem; quoniam pro triumpho, virginum tantùm respiciebant faciem. Est discrimen inter speciem virginis, & conditionem cordis: & adamas speciosè designatur, dum à virgine torta virtus tyranni torquetur; ex crystallo adamante, concepta dignissimè admiratione: igitur mirum, quòd ipsa labilis despicata fragilitas restiterit tortoribus viriliter tanquàm adamas. *Video istic crystallina, quorum accendit fragilitas pretium*: ait Senec. 7. *Benefic.* cap. 9. Apparet in stuporem pretiositas, quæ fragilitas; & confusio tyranni à fragilitate vinci.

Plin.

*Quæ videbatur crystalli fragilitas, erat adamas.*

Ezech. 3. 9.

Senec.

——— *Nullum memorabile nomen*
*Fœmineâ in pœna est, nec habet victoria laudem.*

Virgil. 2. Æneid. v. 583.

Sistebantur tribunalibus specie crystallinà, sed interiùs in fragili materia adamantina forma. *Cor suum posuerunt ut adamantem, ne audirent* Principum *legem.* Concutientur? Nullo modo: imò frustrabitur de fragilitate cogitatio: quandoquidem suspicantes pectus carneum, cor videbant propter fidem adamantem solidissimum; dum tyranni fre-

Zach. 7. 12.

men-

mentes, rubore suffusi, quippe adinstar crystalli virgines estò tortę nequibant flecti: imò uti cœlum, ut firmamentum stellis formarentur, vulneribus firmabantur.

8 De Magdalenæ martyrio loquens Modestus, Episcop. Hierosolym. in Orat. de *Unguentiferis Virginib.* & Launoy in *Disquisit. disquisitionis de Magdalen. Massilienſ.* cap. 10. inquiunt: *Historiæ tradunt, hanc virginem fuisse, & martyrium memoratur; ubi dicitur, propter summam illius virginitatem, & puritatem, illam tanquàm vitrum purum tortoribus visam fuisse.* Falluntur tortores viso corpore crystallo, de animo tormentis vincendo; pro corde posito adamante, & vitro purissimo corpore: igitur tormentis uti vitrum frangi quibat, verùm flecti non valebat. Ut magis miraremur adamantis erat conditio, carnis fragilitate, speciosa crystallo; decidente à cogitatione tyrannorum spe, quæ nesciebat instar adamantis cor: siquidem vitrum aspicientes virginem teneram, concutiebant ad cruciamen inflexibilem columnam. De cœlesti Ierusalem dicitur: *Ipsa civitas aurum mundum, simile vitro mundo.* Omnia munda, ut signetur virginis forma tam in auro animæ vivificantis, quàm in vitro corporis. Verùm cur aurum & vitrum? Ut corpus vitreum, solidissimum videätur in munditie tanquàm aurum? Alibi dixi, ut eluceret virginum in Ecclesia, tanquàm auri pretiositas; quæ adinstar vitri iudicabatur fragilitas: stuperentque tyranni aurum cordis pretiosum, corpus totum convertisse in purissimam crystallum. Inquirendum modò: Quare si videntur amplior commendatio vitri, in similitudinem auri (quapropter uti eximium, singulare opus plauditur, quòd vitreum vas tantæ tenacitatis, ut non magis quàm aureum frangeretur; uti vidimus ex Petron. in *Satyric.* pag. 21. *Tom.* 4. *T.* 13. *D.* 1. *n.* 2. obsérvatque Isidor. 16. *Origin.* cap. 16.) in cœlesti urbe, virginis emblemate, momenta divitis auri assimilantur conditioni vitri; ita ut aureum virginis pectus, non ut aurum effulgeat, sed ut crystallus? Ob fragilitatem carnis sæpe tormentis aurum flectitur pectoris: & in virginibus fidei pectoris aurum dicitur de cœlo vitrum; ut eluceant mirabiliter cordis virtute, in ipsamet corporis fragilitate: igitur cruciatibus frangi poterunt ut vitrum, sed non flecti tanquàm aurum. Immobiles perseverant, ubi plagæ ac plagæ instant, fide firmà, estò uti vitrum fragilia videantur corpora; quamvis viscera crucientur, & usque ad ossa frangantur.

Modest.

*Corpus Magdalenæ apparuit tortoribus adinstar crystalli.*

Apoc. 21. 18.

*Martyres non flectuntur, estò frangantur.*

2 Fecit ergo Deus firmamentum cœlum, dum in oppressionem tyrannorum virginum constituit theatrum: igitur si firmamentum ex cœlo, & cœlum ex aqua, quæ secatur; tyrannis spe victoriæ decipitur: equidem si cœlum secare facilè cogitavit, uti liquidum; in resistentiam offendit firmamentum uti solidum. *Firmamentum* (subdit Maluend.) *fissuram: cœlum ex aëre & aqua; quod ære & adamante solidus: quasi Deus disruperit, discontinuaverit aqueäm illam molem & secuerit.* Deus siccine vulnerat, stellis ornat, & firmamentum appellat? Utique, prævalente è fragilitate virtute; etenim ubi corpus, cœlum purum findebant, disrumpebant, discontinuabant tormenta; per ipsa vulnera solidabatur in sidera, quibus haud cadaver horridum, sed purissimum cœlum & rubicundum. Manil. ubi infr. à v. 86.

*Firmantur, dum scindantur.* Maluend.

*Per ipsos iungat nexus manifesta cicatrix:*
*Quid? Quasi non timeant, magni cùm vulnera cœli.*

Manil.

*Conspiciant, feriatque oculos iniuria mundi.*
*Germinabunt quasi vinea*, ut asserit Propheta, Ecclesiæ palmites, in qua videtur vinum germinans virgines. Hebr. *Florebunt quasi lilium.* Symmach. *Rutilabunt tanquàm astrum.* Variæ profectò lectiones, sed in propositum Didascaliæ singulares. Germinant floridè vineæ, impacto vulnere: quippe vitis vulnere uberior, atque putamine pulchrior; uti diximus *Tautolog.* 4. *D.* 6. *n.* 4. lilium hieroglyphicum præstat virginitatis: astrum index splendoris: simulque demonstrantur vitis, lilium & astrum, dum fœminæ patiuntur pro fide sponsi martyrium; equidem in cœlo lilium virgo, quæ in terra quasi vitis vulneratur, vti lucidum astrum ad firmamentum erigitur.

Osee 14. 8.

*Quomodò lilia per vulnera convertuntur in astra?*

*Iam terra visa cœlum.*

Stroz.

10 De lacte Iunonis fictum à Poëtis, cœlum & terram ornata, terram lilijs, cœlum astris. *Pars lactis quæ in cœlo cecidit* (ait Natal. Comes, 2. *Mythol.* cap. 4.) *Viam lacteam fecit: at quod cecidit in terram, fecit candida lilia.* Unde Manil. 1. *Astronom.* cap. 10. à v. 116. succinuit:

Nat. Com.

*Mollior é niveo lactis fluxisse liquorem*
*Pectore Reginæ Divum; cœlumque colore*
*Infecisse suo: quapropter lacteus orbis*
*Dicitur, & nomen causa descendit ab ipsa:*
*Et maior densa stellarum turba coronà*
*Contexit flammas, & crasso lumine candet.*
*An fortes animæ, dignataque nomina cœlo,*
*Corporibus resoluta suis, terraque remissa*
*Huc migrat ex orbe?*

Manil.

*Ex lacte sidera & lilia*

Profectò. Pridem clausa est ianua: modò fortes animæ, quæ lilia, in cœlum ascendunt astra,

astra, cœloque florent; quia crasso lumine candent. *Nomen meum Adonai non indicavi eis* (Patribus scilicèt prisci) dicit Dominus Moysi. *Adonai* significat *Deum uberum*, seu Deum plenum uberibus, propter gratiarum copiam, qua imagine Ethnici delinearunt Naturam. Adi *Ephemer.* 11. *Sept.* à n. 4. Hoc nomen Numini insigne: quod quidem olim nemini ostendit; quoniam usque in filij adventum studiosè reservavit: igitur lacte gratiæ, quo in terra facturus lilia, in cœlo fixurus astra, corporibus resoluta suis, terràque remissà.

Exod. 6. 3. *Naturæ imago.*

*Flores virginitatis, splendor sideris.* Faust.

*Virginea sic lecta manu candentia languent Lilia*
Sic languent, imò fulgent
*Lilia virgineos lucida per calathos.*

Propert. 3. 13. v. 30.

11 Inquiritur inter Expositores, quando & unde condita aëris & ignis elementa? In *Cosmopœia.* Eugubinus astruit ex luce prima manasse; ita ut densior pars infrà converteretur in aërem: tenuior sursùm supra aërem converteretur in ignem, miris modis potentiâ ac efficacitate lucis. In sensu literali sustineri nequit uti delirium; sed virginum pro fide athletarum est exemplum: igitur à luce cœlesti gratiæ, fotà in pectore; deorsùm vanitate calcatà, igne cordis ascendente, elevatæ sunt in sidera; quin possent vinci, ex notis virginitatis, & igne cœlesti corde. Superstitio prisca militum deservit meliori sensu in Virginum spectaculum. In omnes ictus quærebant vestem taliśmannicam, lilijs ac sideribus depictam, factam ex mutuo aspectu astrorum, quod dicitur Apotelesmaticum. Ita Iacob. Gaffarel. in *Curiositat. inaudit.* cap. 5. & Kircher. in *Cabal. Sarac.* cap. 2. Huiusmodi vestis aspectu benevolo astrorum, texta à virginibus varietate virtutum: equidem si astra per vulnera, lilia per candorem in terra; speciosa sanè vestis contra omnes ictus: igitur vicerunt tyrannos splendore siderum validissimæ virtutis, & lilijs virginitatis. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate*: dicitur de anima propter Sponsum, proculcante mundum. Non tam vestis ex auro laudatur pretiositas, quàm in vestis pretiositate varietas.

*Vanitate calcatâ virgines volant in æthera.*

*Vestis singularis contra vulnera.*

Psal. 44. 10.

Gruc. ubi supr.

*Illa suo fulgens en Sponso adducitur uxor.*
*Errantis variè redimita laboribus auri.*

Maluend. *Distinctis coloribus, & recamaturis.* Genebr. *Varijs virtutibus & gratijs.* Quę virgines duntaxat, vel martyres, habent aureâm vestem, sed non habent in varietate vestis pretiositatem; ut fiat habitus talesmannicus contra tyrannorum ictus. Unde si vestis, carnis est speciositas; vestis pretiosæ demonstratur varietas, constans in triumphum candidis lilijs, & lucidis astris: quandoquidem vicerunt tortores varietate liliorum virginitatis, & vulnèribus astris splendore virtutis. *Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata.* Aquila: *Virgo pulchra & purpurata.* Si purpura ex sanguine, & pulchritudo ex candore; gratia est utriusque pretiositas; sed gratia super gratiam in veste liliorum atque siderum varietas.

*Ex lilij astris, virginum victoria.* Eccli. 26.

——— *Niveos infecit purpura vultus,*
*Per liquidas succensa genas, castique pudoris*
*Illuxere faces.*

Claud. 1. de Rapt. v. 273

Pura vestis olim dicebatur purpura; ut observavit Servius in illud Virgilij, 12. *Æneid.* v. 196. *Puraque in veste sacerdos*: & Passerat. in illud Tibulli, 2. *Eleg.* 1. v. 13. *Pura cum veste venite*: suffragaturque Bulenger. *De ration. Divination.* cap. 1. Si pura vestis, quæ sine macula, quomodò purpura? A sanguine effuso virginum, in candoris testimonium: equidem cùm varietas florum & siderum sit splendor; è sanguine vestis purior, quippe purpura cruoris demonstrat apprimè decorem virginitatis. Macula hęccine fulget: non maculat, sed decorat, qua varietate candor virginum vernat.

*Quid pura Vestis?*

*Splendor virginum, à sanguine vulnerum.*

——— *Rubuere nives*
*Quales purpureâs præbebat candida vestes.*

Id. in 3. Cons. Honor. v. 99. & Probin. v. 183.

12 Siccine virginis cultus ornatu vario: quid dum latumijs onerata ferro? Sunt lilia inter clathros, quæ ut colligat, respicit Amasius per cancellos, ut educat è custodia dilectas animas, & appareat per mortem fine termino felicitas. Hinc dolor, & gementis clamor,

*Libera quæ potui, spatioso ludere cœlo,*
*Cernis, ut angusto carcere clausa premar?*

Her. Hug.

Vid. Hermann. Hugon. lib. 3. *Suspir.* 10. Quænam libertas in vinculis? Vinciuntur, sed non vincuntur. *Fortis est* (inquit Senec. 4. de *Benef.* cap. 21.) *qui compressis manibus, vel alligatis; nec habet huius voluntatis ullum alium, quàm se testem* :::. *Si vero bonam fidem perfidiæ supplicijs affici videt; non descendit è fastigio, sed supra pœnam suam consistit.* Quidni consistat? vel dum iacet, superat. Salomon *sculpsit palmas & quasi catenulas, se invicem complectentes.* Quasi despecta virgo inter vincula iacet, quia in fide bona supplicia perfidiæ videt; cæterùm suprà stans è fastigio non descendit: etenim inter catenas cernit intertextas palmas. *Ornari, & catenis vinciri*: dicit Sueton. in tyranno *Nerone*, cap. 21. Quid enim dicemus in Martyre virgine? Non vincitur, sed ornatur. *Murenulas aureâs faciemus tibi, vermiculatas argento*: Sponsæ dicit Amasius Ca-

Senec.

*Catenis ornantur, dum vinciuntur.* 2. Par. 3. 5.

Sueton.

Cant. 1. 11.

*Catenas* signat Hieronym. *Epist.* 15. de quo egimus *Tom.5.T.9.D.6.n.8.* Quid cogitabit tyrannus, si gravia clenodia Sponsus? Cultum quærit in Sponsa pulchriorem & inter tractus catenarum disponit carcerem? Hic lectus floridus, hic thalamus, dum ex gravi ferro cultus? Profectò, ut Sponsæ emineat singularis pulchritudo: equidem cùm vinculis non vinciantur, sed ornentur; per manicas, per compedes & catenas, pulchrior rutilat Sponsarum venustas: catenasque quasi in carcere aggerat, ubi ornatum ampliorem illarum cogitat; quippequàm catenarum premi nexibus, habet Sponsa pro monilibus.

*Quarum catenæ monilia.*

Picinell. 13 *Crescit per vincula virtus*: fuit lemma alligatæ vitis, de quo Picinell. *9.Mund. Symbol.* n. 548. Elucet in fragilitate virtutis forma; quippequàm vinculis robustior virtus in vincula. *Alligatus spiritu* (alloquitur discipulos Doctor Gentium) *vado in Ierusalem: quæ in ea ventura sunt mihi ignorans: nisi quod Spiritus Sanctus mihi protestatur dicens: Quoniam vincula & tribulationes Ierosolymis me manent.* Quæ manent in civitate, habet Mileti: quæ ergo vincula expectat, quæ modò tolerat? Sunt futura, vel præsentia? Utrumque quidem; sed in præsentibus ampliorem virtutem exprimit: igitur in vincula perferenda, cùm iuvent vincula; virtus inde fortissimè valet, unde vel valida virtus deficit. Innuit: *Nihil horum vereor.* Quæ patienda non veretur, ex his quæ patitur: equidem tametsi in carcere duriora patiatur corpus; adinstar vitis crescit per vincula virtus. Quid sit alligatio spiritus, curiosè quæritur. Pectoris amor: dicit Venant. Fortunatus, lib. 8. de *Gaudijs æternæ Vit.* à v.175.

Act. 20. à 22.

*Virtus valet, unde deficit.*

v.24.

*Absondens alijs, nulli confessa dolores,*
*Visceribus rigidis, pectus amore calet.*
*Corpore despecto recubabat in aggere nudo*
*Sed tam dura nimis non nisi ferret amor.*

Venant.

Carcer iuxta Pier. Valerian. *lib.45.cap.25.* silentij exponitur symbolum, ubi non auditur, nisi stridor catenarum. Unde umbras Ethnici *animas dixere silentum*: de quo hìc fusè *Tautolog.* 7. num. 26. Hæc manent vinctos in carcere cæco, verùm amori nulla prorsùm in formidine formido: equidem cùm virtus vinculis valeat, & pectus igne cœlesti calescat, nihil corpus inter catenas veretur, dum vincula dira patitur: facit enim mirificè amor (ubi summus urget dolor) quòd in umbris loca gravium tormentorum, sint loca silentum,

*Crescit post vincula virtus.*

14 De lino Asbestino dicit Plinius inter serpentes nasci, ex lapide fieri, & ad ictus splendere mirificà conditione. *Vivere ardendo, rarum inventu* (infit *lib.19.cap.1.*) *linteo circundatam arborem surdis ictibus, & qui non exaudiantur cædi. Huic principatus in toto orbe.* Vide Dalecamp. hìc, Cœl. Rhodigin. *lib.14.cap.18.* & latè Guidon. Pancirol. *lib.1. Titul.* 4. En arbor florida carcere vallata, ubi virginis corpus inter vincula ferrea. Accedunt cruciamina, verùm non auditur clamor, quasi nullus esset dolor. Vox exprimit cruciamen, quia carni violentum est; sed nec ulla auditur vox. Non murmur resonat non querimonia: estò videantur, non audiuntur tormenta. Surdi sunt ictus; quia asbesto vallatur pectus; assuetum vivere igne, & amoris vehementissimo calore: nullaque vincula sentit in vinculis; quippequàm trahit dulcem catenam amoris. Dicit textus: *Ligatus spiritu*, quem *vincula manent.* Quid? Minime catenarum veretur tribulationem: igitur in carcere pectoris ligato cordi, ictus profectò sunt surdi. In *corde & in vinculis meis*: ideſt, in vinculis cordis: siquidem cor amoris flammà ligatum, ad vinculorum vocem non habet sensum. Rarum inventu est, quippe singularis conditionis; sed invenitur inter serpentes tyrannidis, sine sensu in ipsa passione sensus; quia sensibile fortius patitur animus, quin tormenta vereätur, etsi concutitur: quandoquidem linum quo flagrans vallatur cor: ad vincula subeunda, ex duro lapide fit. Priùs lapis conteritur, quàm filamina exeänt: pòst ex ictibus inflammant, quin sint ictus, ubi sensus, ut doleänt ex carcere cordis vincula carceris: igitur semel concepta, semper conservatur flamma. Hæc sunt *vincula charitatis*, quibus in fidei testes adducuntur virgines: igitur serò gravat carceris vinculum, ubi catenis charitatis cor ligatum: crescit per vincula virtus: etenim in æthera volat anima, dum incarceratur corpus.

*Conditio Asbesti.* Plin.

*Unde ex tormentis nec signum vocis?*

Phil.1.23.

*Nec doloris nota?*

15 *Posuisti in nervo pedem meum & observasti omnes semitas meas* (dicit Iobus) *& vestigia pedum meorum considerasti.* Dicere quibat anima in huiusmodi ergastulo, ac pede in trunco:

Iob 13. 27.

*O amor! O dolor! Affectum deludis hiantem.*
*Nec placuit pedibus demere vincula meis.*

Vid. Hermann. Hugon. d. *Suspir.* 9. Si in carcere & in nervo detinetur inclusa; quæ pedum semita, ut motus in immobili considerentur vestigia? Non libera anima respectu amoris, sed respectu carceris: in nervoque posito pede vestigia pedum notantur; ut constet ex amore, quod vinculis non vinciuntur; equidem in æthera direxit incendio

Her. Hug.

*Vinculis non vinciuntur.*

femitas, cùm amor conceſsit alas. Mirum videndum, dum corpus in nervo incluſum, deluſis tyrannis, ac fruſtratis vinculis. Ibi cor eſſet, ubi ſine vinculo corpus. Iam non ibi, etenim creſcit poſt vincula virtus: obſervanturque in privatione motus gradientis ſemitæ; ut clareret libertas in ipſa captivitate: quandoquidem in cœlum volabat cor, ubi in ergaſtuli nervo ſine motu incluſus pes.

Venant. ubi ſupr.

*Cùm terris iacuit, iam ſuper aſtra fuit.*

Eſt dolor, vel amor? *De infirmitate mea hac*: dicit Tautologia. Quænam ergo, ſi non hæc?

4.Reg. 1.2.

Alia proculdubiò, quam gignit cordis dilectio, qua infirmum validum, & futile ſolidum: Martyrque virgo dicit, *De infirmitate mea hac*; ut triumphus glorioſior ſit: igitur tyrannorum crudelium fregit potentias, ipſa puellarum fragilitas. *Violæ* (iuxta Plin. *lib.* 21. *cap.* 6.) *purpureæ, luteæ, albæ.* Hiſpan. *Blancas, cardenas, y rojas.* Deſcendat ergo Dilectus ad areölam aromatum, ut paſcatur in hortis, & lilia colligat: floribus eius nec roſæ nec lilia deſunt.

Plin. *Violarum genera.*

*Lilia, narciſſus, violæ, roſa, nardus, amomum, Oblectant animos;*

Venant. d.

Sed magis virginum triumphus. Vidimus in animi conſtantia lilia, & catenarum retia: exponemus in triumphum mologranata, *Tautolog.* 11. D. 1. quippe ſi candida fulgent; uti in malis punicis (ſuccinit Picinell. *d. lib. 9. n.* 275.)

Picinell.

*Nobiliora latent.*

# DIDASCALIA IV.

## *Veritas exulat ab aula.*

1 NOnnunquàm ſevera veritas, quibus vitiorum deformitas: equidem præcogitant in ipſa veritate reprehenſionem; & fugiunt urentem ſeveritatem. Pro veritate inviſa, & à vigili conſcientia,

Mar. Senec. *Veritas ex victoria fit inviſa.*

profert Marc. Seneca, *Controv.* 31. *Quem optem huius iudicij eventum neſcio, cùm crimen meum ſit, viciſſe.* Ex victoria veritatis oritur odium, quippe ſceleſti averſantur officium, voluntque ſcelera, ſed ſine nota: quam quidem inuſtam cùm videant per veritatem; fugiunt colore ac colore uſtionem. *Ergo inimicus factus ſum vobis, verum dicens.* Conſequens inter homines frequens infelicitate veritatis; igitur in illam dirigunt odium,

Gal. 4. 16.

Unde moleſta.

quod flectere expediebat in peccatum. *Moleſta eſt veritas, ſiquidem ex illa naſcitur odium*: inquit Cicero de *Animi magnitud.* & Terent. in *Andria*; Act. 1. ſcen. 1. v. 41. Degener ſanè filius, indignuſque matre, totus à tranſgreſſorum furore: etenim furor in vitijs debacchantium; quippe obiecta, repræſentat, frangere ſpeculum. Conſulitur pro ſalute ob Ochozia Beëlcebub, utrùm ex ruina valetudinis ſpes? *Utrùm* (ait) *vivere quicàm de infirmitate mea hac.* Qui hanccine ſuſtinet, aliam infirmitatem cognoſcit: Profectò, atque graviorem in animo, quæ manat in aula, à veritatis abſentia: equidem etſi levior, quia occultus languor; excedit graviſsimam ægritudinem, nolle in palatia recipere veritatem. *Patet omnibus veritas* (inquit Senec. *Epiſt.* 33.) *nondum eſt occupata.* Tranſeuntes vident, ſed ne occupetur, quæ vaga, videre connivent. Palatia pulſat, & Regum corda, ſed iacet in ianua: igitur quærenti, ut occupetur, ingenitum domicilium, ad ingreſſum in aulam clauditur oſtium. Unde verum illud impijſsimi Diocletiani apud Pompon. Lætum in eo,

Cicer. 4.Reg. 1.2. Senec. *Summa aulæ infelicitas, dum abeſt veritas.*

*Veritas ignoratur in aula.*

2 Quia Petrus veritatem cognovit, pro illa gladium in hoſtes eduxit. Magnum ſanè præconium, tot adverſantibus pro veritate educere gladium. Tunc *miniſtri comprehenderunt Ieſum & ligaverunt*, ac adduxerunt funibus adſtrictum in Annæ palatium. Petrus autem ſequebatur à longè, ut videret finem; cùm ibi ſtrictim haberent alligatam veritatem. De illa inquiritur Petrus, & perfidè negat improbus. Nonne pridem protulit, & gladio animum in confeſsionem expreſsit? Quomodò ergo recedit à cognitione? Erat in atrio palatij; dum Chriſtus, qui prima veritas, coram concilio: negatque Petrus, ubi

Pomp. Læt. Ioan. 18. 14. *Ibi odioſiſſima.*

de veritate cognitâ fit inquiſitio; quippe in aula tantus amor falſitatis, ut ipſa negetur veritas vel coram oculis. Firmiſsimum Petri iudicium de veritate; ſed ibi *negavit ille.* Nocet profectò veritati malitia loci, ita pervertens iudicium contra mentis cognitionem, quaſi veritas infuſa nunquàm veniſſet in mentem. *Non novi*: ait. Mentitur. Non novit, quando Pater cœleſtis revelavit? Pavit in aula ad vocem veritatis vel validiſsimum pectus: igitur ita in veritatem armatur locus; ut ibi Petrus inficiaretur in opprobrium veritatis, vel quod cognovit è cœlis. Veritatem inibi negavit. Converſus Dominus inficiantem reſpexit: ſed quid ille? *Recordatus eſt Petrus*: nihil amplius, quouſque foràs egreſſus: equidem cùm ibi expoſita in cruciamen quæſtionis confeſsio & profeſsio veritatis; in aula, veritatis recordatur, ſed nequaquàm confitetur coram aulicis cordis Petri fragilitas; quaſi ibi non eſſet veritas.

V. 25. Luc. 22. 57. V. 61. *Pavet ad veritatis vocem.* Teren. *Eunuch.* 4. 4. v. 47.

*Mo-*

*Modò ait, modò negat.*
*Est, non est.*

Mart. 1.80.

Pro loci varietate, veritas fugit, vel sedet cordi: placet vel displicet. In palatio est, quod non est; non est quod est. Veritatem pavet cor; & in aula Petrus coràm ministris negavit; quod periculo capitis ipsis armatis asseruit. *Ubi negat Petrus? Non in monte* (ait Ambros. *lib.* 10. *in Luc.*) *non in templo, non in sua domo, sed in prætorio Iudæorum, in domo Principis Sacerdotum. Ibi negat, ubi veritas non est.*

Ambros.

*——Exeat aula*
*Qui volet esse pius.*

Lucan. 8. v. 493.

3 Verùm quomodò ibi veritas non erat cuius professio ita Petri acuit formidinem; ut præsentem ignoraret veritatem? Idem ibid. respondet: *Ibi negat, ubi Christus captus, ubi Christus ligatus est.* Verùm quid? Ex Terentio sumendum, tam in *Eunuch.* Act. 1. scen. 2. v. 112. quàm in *Adelph.* 1. 1. v. 48.

Ambr.

*Præsens absens ut sit.*
*Præsens absensque idem erit.*

Terent.

Non est implicatio sensus, sed expressio aversionis ad præsentiam veritatis. Ibi erat & aberat. Longè corde, veritas vel præsens non erat ibi; quippe ligata, illusa & oppressa; perperàmque poterant in aula indicare præsentem, cùm veritas ibi præsens non haberet libertatem. Ubi spiritus Domini, ibi libertas, comes individuus veritatis, in momenta cognitionis; quippequàm à mente amandatur error, ubi veritatis cognoscitur fulgor: & ubi coràm ligata, præsentis veritatis asseveratur absentia; etenim si veritatem libertas non comitatur, in erroris expulsionem nunquàm veritas cognoscitur. Hinc ab omnibus veritas amatur, & odio iniquo à cunctis contradicitur, ligaturque cùm habetur; quoniam si delectat respicere libertatis splendorem, ægrè ferunt veritatis libertatem. *Homines sæpissimè ex intellecta veritate detrimentum* (infit Maximus Tyrius, *serm.* 3.) *ex mendacio utilitatem retulerunt.* Eligunt enim mendacium, ubi ingeritur silentium, & dum veritatem ornant, arctè veritatem ligant: equidem nulla proferenti utilitas; modò nudam veritatem comitaretur libertas.

*Et ligat inventam.*

*Quare?*

Max. Tyr.

4 Ad rem Seneca exemplo Præxaspis coram Cambyse, 3. de *Ira*, cap. 14. quod sumpsit ex Herodoto, *lib.* 3. n. 12. *Accesit itaque ad numerum eorum, qui magnis cladibus ostenderunt, quanti constarent regum amicis bona consilia*: in amorem & odium sumitur verum, pro diversitate blandientium vel pungentium cogitationum; excan-

Senec.

*Libertas veritatis exponitur odijs.*

duitque Cambyses dulci spectaculo amoris; quia veritas non est visa, sed libertas veritatis. *In portis Veritatis* (scilicèt, in portis templi Veritatis) *Iustitiæ simulacrum absque capite proximè adstat*: ait Diodor. Sicul. *lib.* 1. *n.* 61. Meminimus, *Tom.* 5. *T.* 8. *D.* 5. *n.* 5. sed modò alio colore. Iustitia videtur, dicere verum. Unde Ovid. *Epist.* 19. v. 109. accinit:

Diod. Sic. *Imagines iustitiæ & veritatis.*

*——Timeo tibi dicere verum*
*Dicendum tamen.*

Ovid.

Verùm cùm Veritas si promatur, libertas veritatis iudicetur, timendum semper, quippe ad portas veritatis iacet cadaver. Potentes fastidiunt, quod diligere credunt, quapropter eruditè in *Oedip.* v. 514. Seneca inquit:

*Unde origo timoris prolatione veritatis?*

Senec.

*Fari iubes, tacere quæ suadet metus.*
*Nescisse cupies, nosse quæ nimium expetis.*
*Odere Reges dicta, quæ dici iubent.*
*Libertas obest.*

Quæ plauditur ut iustitia, audita claret offensa, quippe cognosci cognoscitur, quod sepultum cogitatur, dicta parrhesia & audacia in errorem medicina, capitis semper periculo obnoxia: igitur ne quis audeat portas veritatis ingredi, ante portas collocatur simulachrum sine capite.

5 *Ego ad hoc veni in mundum* (dixit Pilato Assertor N.) *ut testimonium perhibeam veritati.* Ideest, ut mundus veritatem sine aversione cognoscat, & recipiat: *Cùm Iesus testimonium veritati perhibet, sibi perhibet* (subdit Augustin.) *ipse enim est veritas.* Sanè; verùm quomodò ut hominibus exponeret veritatem; qui in illorum redemptionem descendit de cœlo, subire mortem? Non est discrimen: reus utique mortis, qui in hoc mundo signat testimonium veritatis. Pende: simulàtque Pilatus de veritate audivit vocem, veritatis, quæsivit diffinitionem, nolens recipere veritatem, & simul invitè expressit: *Quid est veritas?* dixit: illustri anagrammate: *Vir qui adest.* Optima à nesciente diffinitio veritatis promitur: cum suo enim definito convertitur. Tunc igitur Pilatus erat cum Iesu in prætorio, & quid sit veritas curiosus inquirit, sed antequàm audiat, de prætorio statim exijt. Veritatem ergo audiat, si de veritate interrogat. Nequaquàm: in prætorio Principum, in aula Præsidum, de veritate interrogatur, sed non auditur. Durus hic sermo in Principum aure: quis ex illis poterit sustinere? Circa veritatem expellenda rationalis aviditas, de vocibus tantùm ingerenda curiositas: & dum Præses interrogat, Quid est? fugit audire, quid sit; igitur si sermo forsitàn de veritate, in prætorio

Ioan. 18. 37.

Augustin.

V. 38.

*Anagramma veritatis.*

*In aula de veritate curiositas, sed non veritas.*

rio nec audire. Prætereà. De veritate Pilatus interrogat, circa præsens obiecta, ut actorum pateret falsitas, & quin aliquid ad criminum evacuationem audiret, exivit foràs: sic quasi in iudicij formam, actoribus dixit: *Ego nullam invenio in eo causam.* Si non audivit à reö circa interrogata veritatem; qua legè tot obiectis sine purgatione absolvit? Quia Præses veritatem non audivit: igitur si audisset veritatem; vel cognoscens innocentiam, profectò invenisset causam. Sufficit enim vel ad innocentis mortem, audire pro causa innocentiæ veritatem.

Ibid. *Causa mortis, declaratio veritatis*

6 Mortuo Christo, *Multa corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt & venerunt in sanctam civitatem,* ut per suam testarentur Christi resurrectionem. De his ab Interpretibus sacris inquiritur, An rursùs in sepulchra redierint, vel vivificati manserint? Iansen. hìc subdit *Veteres DD. sentiunt, eos iterùm obdormisse, postquàm testimonium resuscitato Domino præbuerunt.* Idem Theöphil. Franc. Lucas, Augustin. *Epist. 99.* ac D. Thom. 3. *p. q.* 53. *art.* 3. Iterùm in sepulchra, qui iam vivebant in gloria? Iterùm degustant mortem? Profectò: protulerunt incredulis invisam ac odiosam veritatem, quam mors sequitur proferentis: iterùmque collocantur in sepulchris; quia sepulchrum necessarium, postquàm dederunt incredulis veritatis testimonium. Vernaculè: *Al decir una verdad con desengaño, el sepulchro.* Efferrent, modò pedibus ipsi non irent: etenim perhibito testimonio veritati, necessarium sanè mori. Mortui sunt, ne morerentur. Occiderentur, ni fugissent; denuòque acceperunt somnum, ne paterentur martyrium: igitur dispositа pridem saxa, ni subterfugerent; & palàm morerentur, ni laterent. Dicta veritate, exemplum elucet in Assertore N. *Ascondit se & exivit de templo.* Non exivit, ut se absconderet: abscondit se, ut posset exire: igitur dispositis lapidibus, si videri posset, non posset exire. Invisibilis factus est, transiens miraculosè per medium illorum. Ut salvetur veritas, necessarium est miraculum: *Quó curreret tanta ludæorum duritia, nisi ad similes?* Idest, *lapides*: infit Augustin. *Tract.* 42. Disposuerunt, ut insectaretur, corda, quæ lapideä: sed lapideä cum sensu, ut veritas similibus afficeretur supplicio: etenim percussi ex veritatis aspectu vi doloris, furiosi vulnere cucurrerunt ad lapides. Ex oculis eius evanuit, & cor illorum protinùs quievit, nacto voto ex fuga, quò illorum tendebant corda: quandoquidem perfidorum duntaxat erat voluntas; ut conspectis lapidibus evanesceret veritas.

Matth. 27. 52.

Iansen.

*Imò necessarium mori.*

Ioan. 8. 59.

*Aliter miraculùm necessarium.* August.

*Unde in veritatem persecutio?*

7 In saxo collocata fuit Veritatis imago. Diod. Sicul. d. & Chart. in Imag. *Fort.* fol. 310. Nescio an fecerit thronum, quod supplicium: sed verius, situs utriusque mutationem factam, ob venerationis speciem & veram ruinam: siquidem veritatis imago super saxum insigne, tanquàm in throno; cæterùm ipsa veritas tota sub saxo. *E lapillis pretiosis pendens ex aurea catena simulacrum, cui nomen Veritas.* Diodor. ubi supr. n. 48. Cum catena? O veritas quàm misera! Haud potuerunt homines comprehendere veritatem, & vinculis arctis mancipaverunt effigiem. In umbram invehuntur, ut à libertate veritatis liberentur: siquidem liberè à pravis non vivitur, ni veritas captivetur. Suspensum simulacrum, cui nomen *Veritas.* Quid veritatis simulacrum? Exprimunt odium: equidem cùm conscientia pungat intima cordis; expavent vel ad nomen veritatis. Aliquo intuitu ducitur odium in rationalium delicium, quo quiescit homo, repleturque gaudio; quippe intellectus in rationis quiete invenit optatam feliciter veritatem. Iuxta conscientiam bonam vel malam, oderunt vel amant veritatis formam. Iusti gaudent, pravi dentibus stridunt: veritasque ab illis detinetur in vinculis, trahiturque suspensa catenis; quippe prævalet malitia, dum veritas latet suffocata vel suspensa. Lapillis pretiosis cui nonen *Veritas* portat catenas aureas: maior elucet hypocrisis, dum videtur pendere ab amore pectoris: etenim, catenæ licet aureæ, iacet suspensa catenis: & quantunvis lapides pretiosi, profectò lapides. Siccine infeliciter veritas nascitur, igitur inter lapides sæpèsæpiùs invenitur.

*Imago veritatis.*

Diod. Sic.

*Prave non vivitur, ni veritas captivetur.*

*Quare vinculis adstringitur?*

8 De lapillo pretioso Pantarba refert Phyloстratus mirabilia, quem sequitur Iul. Cæsar Bulenger. lib. 2. de *Pictur. & statuar.* cap. 9. *Tantum ipsi spiritus inest* (inquit 3. de *Vita Apollon.* cap. 14.) *ut intumescat terra, & plerumque scindatur, ubi concipitur hic lapis. Fugit nisi ratione trahatur. Noctem tanquàm diem igne accendit: est enim ignea radijs micans: quòd si die iam orto aspiciatur percutit oculos infinitis fulgoribus. Lumen quod in illo lapide est, spiritus est admirabilis virtutis. Quicquid enim propè est, sibi conciliat, & trahit: imò quoscunque lapides deieceris aut sparseris, si eam demiseris, omnes sui spiritus virtute recolligit, ita ut coäcervati lapides tanquàm examen apum, illi subiaceant.* Ridiculum, ni conditiones huius gemmæ accipiantur metaphoricè, sicut de Phœnice.

*Conditio Pantarbæ gemmæ.* Philostr.

*Sic longæva fuit, sed non damnosa vetustas.*

Ut canit Alcim. Avitus, *lib.* 5. v. 452. Patet

Alc. Avit.

tet, quod ad imaginem veritatis fingitur; quæ fugit hominem, nisi ratione trahatur. Igne tanquàm dies nocti falsitatis vibrat lucem, quippe radijs crebris expellit errorem: quem quidem ne rebelles calcitronesque fateantur, tumescentes scinduntur. Percutitur læso lumine malignitas, si fulgeat veritas. Lumen huiusce lapidis spiritus est admirabilis virtutis igitur congregat lapides: & qui in illam congregantur; tracti veritate cognitâ pœnitudine scinduntur.

*Quæ veritatis imago.*

9 *Veritas* vocatur Christus. Ioann. 14. 6. Unde queritur de audientium infidelitate, dicens: *Quare non creditis mihi*? cap. 8. 46. sed manet spes. *Cùm exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum.* Unde cognita veritas, dum crucis subita diritas? Dicit idem: *Si exaltatus fuero á terra, omnia traham ad meipsum.* Adinstar Pantarbæ veritas pendebat in cruce. Quia incognita, in cruce pendebat ita, lapidibus congregatis in odia: verùm corda lapidea virtute mirabili traxit; quippequam veritatem vel sic suspensam Synagoga cognovit. Ex contextu patet. *Petræ sciissæ sunt.* Dum veritas ab incredulis crucifixa, est exaltata; quia in cruce cognita: unde cùm cognitio veritatis, sit resipiscentia erroris; percutiebant pectora sua, ex veritate suspensa: equidem naturalis dolor cordium, dum vel petræ excindebantur. Percutiebant qui crucifixerant, scissis saxis, pectora sua, dolore pungente corda, quia tracta in veritatis odium, quod debebat esse obsequium: tractisque ex ignorantia erroribus, pœnitet pectus; quippe intimè dolet, quòd veritatem in cruce propter mendacium suspenderet. Tunc impletum, quod dixerat futurum iudicium mundi, si cognita in cruce veritas; quippe princeps huius mundi, qui mendacium, etiam eijciendus foràs. Dum veritas iacet, mendacium prævalet; cognoscitur si exaltatur: quantunvis vulnerata, trahit mirabili philtro cor: & ab Assertore dicitur: *tunc cognoscetis, quia ego sum*; siquidem dum cognoscitur malitiâ suspensum verum, fugit à mundo mendacium. Vigilanter vernaculè: *Si la verdad conocida, aunque maltratada se venera; se arroja luego del mundo el diablo de la mentira.* Denique. Veritas ab illis suspenditur & crucifigitur, quia non cognoscitur, lapidibus collectis in odium incognitæ veritatis: & modò franguntur saxa, & lapidantium percutiuntur pectora, dum corda traxit; quippe incredulus omninò nudam veritatem etiam in cruce cognovit.

Ioan. 8. 28.

Cap. 12. 32.

*Veritate cognitâ erroris pœnitent pectora.*

Matth. 27. 54.

Luc. 23. 48.

*Quod meretur falsitas, fugit veritas.*

Ioan. 12. 31

*Ubi nuda, fugit erroris fallacia.*

10 Visum quomodò ex visione veritatis & corda atque saxa tracta; scrutandum modò quomodò saxa collecta. *Si Pantarbam demiseris*, omnes lapides dispersos ad se trahit, ex veritatis despectu oritur lapidatio: igitur quæ alliciebat corda, struit tormenta demissa. Cognita magni habetur: ubi iacet lapidatur: igitur si errores corde foventur; adversus veritatem cuncta saxa congregantur. Pro ipsa lapides loquentur: verum homines in illam loquentur lapides. Idem odiosis veritatis aspectus, ac lapis promptus. Errant homines in vijs, dum debent tendere in cœlum; quippe in rectis semitis claudicant, & iuxta iter construitur scandalum. Olim, ut dirigerentur pedes in viam pacis, collocabatur in trivijs Mercurij effigies, digito demonstrantis viam, ac rectitudinis formam cum lemmate: *Qua Dij vocant eundum.* Eius imago (intuitu quem exponimus in *Ephemer.* 21. *Februar.* à n. 4.) circundabatur congerie saxorum prætereuntium. Unde Alciatus *Emblem.* 8. accinit:

*Si non cognoscitur cor de, iacet sub lapide.*

*Imago Mercurij.*

*In trivio mons est lapidum.* Alciat.

Idem Gyrald. *Syntagm.* 9. & Natal. Com. 5. *Mythol.* cap. 5. Meminit moris Salomon, dicens: *Qui mittit lapidem in acervum Mercurij.* Nequit maius documentum exprimi à veritate, quàm Deum itinere recto sequi. Pungit dirigi, quibus placet errare: acervusque lapidum collocatur demonstranti rectitudinem; quia lapides diriguntur semper contra veritatem. Arridet error, ex quo derivatur furor, ita rationem prevaricans, mentemque conturbans; ut cuilibet transeunti videatur mentis nec habere lumen, ni in ducem veritatis itineris mittat lapidem. *Involuta veritas in alto latet*: ait Senec. 7. de *Benef.* cap. 1. Illa latet, quia involuta: lapidaretur, si aperta: & ab hominibus lapidibus collectis altior veritati involutę designatur locus; ne modò appareat, saxorum aberret ictus.

Prov. 26. 8.

*Cur veritas super acervum saxorum?*

Senec.

11 Tumuit Nabuchus favore fortunæ, titillatione phantasiæ: hinc vigilis cogitationis ludentes species, ut magis illuderet, reddijt amica quies. Somniavit magna de gloria regni sui, quæ cuncta somnij, & phantasię vagabundæ coloribus fictio; igitur vel *somnium fugit ab eo.* Minimè resipiscent dilectores mundi, videntes ludum in ipsa recordatione: equidem cùm sint insomnia vanissima; manet bonorum ad speciem apparentium, nec memoria. *Conterritus est spiritus* somniantis, de fuga somnij ludentis. Insanit in se concipiens cordolium, quod vigili summè obsequium: etenim ut quiesceret animo, aptior medicina vanitatum oblivio. *Conterritus est spiritus eius.* Misera Regum vita, queis vel dormire molestia: igitur

Dan. 2. 1.

*Bona temporalia vanissima.*

tur curarum ita prémit cruciamen, ut dormientes non habeánt in quiete quietem. Vide dicta *Tom.4.T.2.D.4.n.4.* Cur igitur si in Regis dirigitur documentum, à docendo fugit somnium? Quia docebat veritatem, ut furiosus infatuatus rediret in mentem: unde cùm Reges (maximè fortunà arridente attoniti) excandescant veritate; etiam somnium capit fugam, timens Nabuchi insolentiam: quandoquidem tormentis plecteret diris, exponentem in somno vel speciem veritatis. Manus Regis longæ in vindictam, nullamque habent ad veritatem modestiam; quia illis magni, si quid alijs non licet, sibi licere. Hinc Senec. in *Oedip.* v. 519. & *Hippolyt.* v. 135.

*Pavet error ad speciem veritatis.*

Senec.

*Quid arma possint regis irati, scies.*
*Nec me fugit, quàm durus & veri insolens*
*Ad recta flecti regius tumor nolit.*

Haud aliter Nabuchi conditio, perciti somnio: somniumque actutùm ab illo recessit; quia timuit, quòd vigilaret. Fugit furiosum in errore iacentem tanquàm in lectulo, qui cuncta regebat præceps pro lubito; equidem quos volebat, humiliabat; quos volebat exaltabat, impiam, cæcam voluntatem arbitrans legem; iuxta potestatem recta debacchantis delitia: & in somno somnium exposuit veluciter veritatem; quippe accedere nollet, nisi videret dormientem. Veritas exposita, sed ille expavit. An quia fugit? Fugit & actutùm signans veritatis periculum: siquidem furori Regis species veritatis, plena profectò formidinis vel in somnis. Diversimodò sese gerebat Nabuchus & somnium, ut lymphaticus throno, maiestate haberet cerebrum; sed somnium fugit, ut dormientem excitaret: & ille excitatus fugà ut impos mentis terretur; etenim quilibet errans veritatis imagine conturbatur. Diligit vanitatem, & quærit mendacium: igitur uti pulcherrimam adamaret veritatem, ni vellet in aula audacter fovere errorem.

*Et illa cavet vigilem Principem insolentem.*

12 Unde in veritatem amabilem odium? An quia ex ictu dolor, & qui profert, præsumitur accusator? Falleris, quippe medicus, & beneficus, sit quantunvis inimicus.

*Dulcis est & amara: dulcis delectat, amara sanat:*

Euripid.

*Non enim oportet dicere iucunda auribus,*
*Sed ex quo gloriosus quis evadat.*

Ait Euripides in *Hyppolit.* v. 488. Non est obsequium in ægroti sanitatem: valebit næ veritatis degustans amaritudinem. Argumentum habemus in historia, vel in fabula. Agricolam hausturum aquam, refert Ælian. lib. 17. *Histor. Animal.* cap. 37. aquilam cum serpente inveniisse pugnantem, & secto virulento monstro, feciisse victorem. Aquam hausit, socijs detulit: qua pota, utpotè à colubro infectà, sociorum defecit vita: & cùm ille nescius de eadem bibere pararet, subitò aquila vas fregit, & aquam venenatam effudit. Rusticus sitibundus tulit ægrè, quasi cùm illo aquila se gereret ingratissimè, quæ prohibebat ardentem sedare sitim, contractam propter certamen. Brevi accepit ut beneficium, quod arbitrabatur damnum: igitur inhibita lethalis aquæ ex potu voluptate; cognovit aliorum periculo, quòd liberatus à morte. Hic sanè veritatis scopus & salutaris effectus: quandoquidem invenit pectus salutem, propter brevem à veritate dolorem: liberaturque à lethali veneno, levi amaritudinis ex veritatis fastidio. Illa vel in acerbitate gratiosa est: quid mirum, si rapiat cor? Menander in *Hymnide*, astruit:

*Veritatis amaritudo vitæ dulcedo.*

*Haud arte tantam ullus pictor assequi*
*Statuariusve pulchritudinem potest,*
*Tantum decorem; Veritati quantus est.*

Menand.

## DIDASCALIA V.

## *Gravior morbus, in criminibus relapsus.*

1 NOnnunquàm peccatum voluntaria insania & voluntarium dæmon: equidem crimine prævaricans, & hominis amittit conditionem, ac simul mentem; cùm se ignoret, in quæquè naturam rationalem mutaverit: igitur paveret, si haberet iudicium, hominem in dæmonem voluntariè mutatum,

*Conditio iacentis in peccato.*

*Timeri quid gravius potest?*

Senec.

Succinit Senec. in *Troäd.* v. 611. Congregata super se flagella non observat, quoniam dolorem ignorat. Haud videt vulnus cæcum & altum, unde vel despicit medicum.

*O quàm cæca gerit nigro sub pectore corda*
*Mens tenebris obscura suis!*

Sedul. 2. v. 211.

Astruit nervosè præfatus Stoicus. *Nunc verò* (infit *Epist.* 50.) *nec quærimus quidem medicum; qui minùs negotij haberet, si adhiberetur ad recens vitium. Sequerentur teneri & rudes animi recta monstrantem: nemo enim ad naturam reducitur, nisi qui ab illa defecit* (Sanè qui diligit iniquitatem rationalis amittit conditionem) *Erubescimus discere bonam mentem: at mehercules, turpe est magistrum huius rei quærere. Illud desperandum est, posse nobis casu tantum bonum influe-*

Senec. *Indurescit pravitate.*

*fluere. Laborandum est: nec labor quidem magnus est, si modò antè animum nostrum formare incipimus, quàm indurescat pravitas eius.* Hinc nocuior infirmitatis malignitas, si in desperationem medicinæ ulceris induruit pravitas.

2 Ab Ochozia ægrotante consulitur Beëlcebub; *Utrùm vivere queàm de infirmitate mea hac. Hac?* Quo intuitu ab infirmo læso designatur *hæc*, cùm alius morbus non sit? Est, & animæ, cuius origo conversari cum dæmone; quem etiam saucius cognoscit, sed non pœnitet, quia ab assuetis non fit passio: molestaque tantùm hæc corporis ægritudo; quippe non dolet de vulnere, consuetudine peccati. *Ex capitis ictu obstupescentia & desipientia, malum*: ait Hippocrat. 7. *Aphor.* 14. Collisus capite Ochozias, dum è cœnaculo cecidit: è ruina corporis doluit. Molesta ruina, sed non lethalis, ni inesset desipienti obstupescentia: equidem solummodò ex ictu attonitus, & stupidus, quærere quibat salutem, per lethalem graviorem infirmitatem. *Ægrè scelus exuit, qui scelus induit*: inquit Novarin. *Umbra Virgin.* lib. 1. cap. 7. Patet desipientia, ubi pro vulnerum medicamine maiora vulnera. Vox tyranni & improbi, dolore quassati capitis, ut observat in *Agamemn.* Seneca, à v. 115.

*Per scelera semper sceleribus tutum est iter. Quod meruit, auget, qui scelus scelere obruit.*

Desipit, igitur fit scelus, sed non obtinetur salus: imò exponitur cogitatio fatuitatis ex desipientia stultæ cogitationis: quandoquidem summum delirium, veneno Hydræ, muscæ curare venenum. Arbitrabatur Ochozias ægritudinem corporis collisi vehementiore symptomate depelli. Aliquando accidit, sed quomodò? dicit Hippocrates 6. *Aphorism.* 26. *Ex febribus ardentibus si tremores, delirio solvuntur.* Timebat, ex ictu ortà ardenti febre, iacens præ morbo Ochozias: sine delirio desperanda sanitas: proruitque pro salute desipiens in voluntarium delirium; consulendo ex timore tanquam medicum dæmonium. Verùm quid ex oraculo divino? Salutis omnimodò desperatio. *De lectulo super quem ascendisti, non descendes; sed morte morieris.* Ita deliria expellunt febrem, nimirùm per mortem: igitur dum hæc obvia, cognoscitur improborum quò venit desipiens obstupescentia.

3 Clariùs in Didascaliæ propositum. Nihil mirum, quòd homo in peccatum labatur: in carne enim, corruptelæ illecebrà, usquequaquè offenditur. Mirum, quòd labatur ex peccato, à quo ictu uti germen ægritudo, sine dolore in anima; quia ex relapsu obstupescens desipientia, sine signo doloris, ex ictu capitis; ex quo mors, quippe cor insipiens est, quin quæratur medicus, cuius industriâ depellatur morbus: equidem ita fugiunt insensibili corde pœnitudinem; quasi nullam in graviore haberent infirmitatem.

4 *Videte fratres, quomodò cautè ambuletis non quasi insipientes, sed ut sapientes*, alloquitur Ephesios Doctor Gentium: equidem si humana fragilitas, ruere in culpam; morbus lethalis, ex culpa recidere in desipientiam. *Unde dicit* (Spiritus, nempè Sanctus) *surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Grave in sententia occurrit argumentum. Qui dormit, salvus est: idest, cum salute vivit: unde ergo mortuum dormientem Paulus ostendit? Ne cadat in culpę obstupescentiam, qui lapsus in culpam. Desipientia in peccato est ex peccato dormitio. Crimine moritur anima: tuncque in lapsu invenitur desipientia; quia dormit commisso crimine, quasi non esset in morte. Ex cognitione criminis, quæritur anxiè remedium infirmitatis: delinquit homo: in mortem iam dirigitur ægritudo; fotà virulentà vomica: patetque in ægritudine desipientia; quoniam per læsum ex ictu cerebrum, non cognoscit esse mortuum. Genuinè in textura. Hic signatur mors animæ, & mortui dormientes oculi. Quem gravis dolor premit, præ dolore non dormit: hic ictu languit, sed in desipientiam dolore non incidit, indicaret enim fanaticè desipientem, de animæ morte non habere dolorem. Iccircò primò dicitur *Surgè*, pòst *Exurge*; surge à somno, resurge à peccato: etenim illuminatus à morte criminis non resurgit, qui oculos ad lucem claudit. *Surge qui dormis*: igitur in morte non iaceres, modò oculos aperires. Surge, ut à mortuis resurgas.

*Obsequium cœli mores potuere mereri.*

Oculos aperi, ne in obstupescentiam infeliciter incidas: igitur dura iam animi pravitas; gravi sopore veternosè dormire, ac sine dolore, in animæ infirmitate lethali.

5 Periculum cognovit Regius Psaltes, dum promit corditùs votis: *Illumina oculos meos, ne unquàm obdormiam in morte.* Perperàm si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem. Quorsùm ad illuminationem oculorum, in morte ita habere sensum; ut vel in morte, ne moriatur, vel dormitio repellatur? Est mors animæ & corporis. In morte corporis propter absentem fugacem vitalitatem, in æternam clauduntur lumina noctem. In morte animæ pec-



4. Reg. 1. 2. *Consuetudo iniquitatis expers doloris.*

Hippocr.

Novar. *Unde peccator desipit & in quæ?*

Senec.

Vers. 4.

Hippocr.

*Non sentit, nec vulnus cognoscit.*

Ephes. 5, 15

Vers. 14.

*Unde insensatus?*

Claud. 6. *Cons. Hon.* v. 350.

Psal. 12.

cati vulnere possunt aperiri & claudi. Obcæcatur, qui clausis oculis, ambulat in tenebris. Illuminatur, qui mortem, quam patitur, videt oculis, & periculum damnationis notat; quia qui dormit, non adijciet ut resurgat: doloreque percutit intimè pectus; ut anima mortua præ dolore aperiat oculos: optatque David (cuius iam dolebat cor) visa morte, in peccato non dormire; ut possit illuminari: quandoquidem dormiens fatuè in crimine sine sensu, nunquàm vel propitio cœlo resurgeret à peccato. Nequit qui claudit lumina, radiari lumine, neque tenebras agnoscere; ut quærat resurrectionem, per gratię vitalitatem. Qui ictu criminis ruit, in tædium illuminatur, quia cecidisse cognoscit, inquiritque dolorem in vulneris medicamen. Qui dormit, ictum vulneris non sentit, & post casum in obstupescentiam cadit, obdormiens in morte, de qua non poterit surgere, nisi in flammam: vigilque in morte David notat somni desipientiam, quia insipiens prorsùm, visu posse mortem fugere, & oculos cervicosè in pœnitudinem claudere.

*Renuit apèrire oculos.*

6 Illumina, ne unquàm obdormiam in morte, quod usuvenit consuetudine peccati: equidem ut ait Tragicus in *Troäd.* v. 632.

*Decisit animo ferò, quod didicit diu.*

Senec. Unde Cicero 1. in *Catilin.* infit: *Ad hanc amentiam ambitio peperit, voluntas exercuit,*

Cicer. *fortuna servavit.* Vide articulum. Usque in mortem peccatores expectant, ut resipiscant. In hac amentiam sęculi fortuna servavit, crimen concepit, iniquitas parturivit, atque voluntas pravitate exercuit. Convertentur ad cor? Quam vident, si lux non est? Erit dolor? Fugit, ubi cordis stupor. Aliquomodò in pœnitudinem sensus? Neque ullus motus. Nequeunt illuminari, quia nolunt in vitam oculos aperire: optatque Psalmographus, ne unquam abdormiant in morte; quippe consuetudine criminum, vel in articulo mortis nequaquàm illuminantur, eò quòd vel in morte dormiunt, quasi tunc non morerentur. Hinc, ut dixi, infelix mors, ubi

*Quare iacens iacebit?*

Psal. 131. 4. somnus oculis, atque dormitatio palpebris. Verùm quomodo? Innuitur criminum consuetudo, ex qua oculos claudunt, & patet ex levi in quos fines devenerunt. *A requie temporum somnus venit ad oculos* (subdit

Augustin. hìc Augustin.) *sunt autem, qui non dormiunt, sed dormitant. Aliquando retrahunt se, & rursùs revolvuntur, & quasi dormitantes caput crebrò inclinant. Excute somnum: dormitando casurus es.* Casurus? Si dormitat, utique; labat capite, ut aliquando lædatur inclinatione: etenim cùm dormitando offendicula non videat; naturale, quòd offendat, & caput inclinationibus frangat. Casurus. In quodnam periculum? in somnum. Pende. Qui dormit, quiescit: qui dormitat, in quiete non subsistit: in quiete fatigatur, imò ridetur. Caput eius modò cadit, modò surgit: modò vigilat, modò labat: modò oculos aperit, & quos aperuit, occulit, ut interdùm lucem videat, & interdùm sine lumine iaceat; quin dormitatio urgeat in vigiliam tempora, quia sæpe dormitando, iterùm aperuit lumina. O infelix! Spe fugitiva deciperis. Surgat animus, quia ignoras in quo casurus. Labitur homo quasi dormitans in crimen, sed parvipendit, quippe levì vidit lumen. Cadit, & iterùm illuminatus surgit, præparans in morte præcipitium; etenim tot crebris dormitationibus cecidit miser in somnum, sine spe illuminationis; ut videat qui gravi corde collyrium ex auxilio pœnitudinis: quandoquidem consuetudine pravà, inolità, vel in morte, renuit vel nequit oculos aperire.

*Quare ea dormitatione lapsus surgit in peccato somnus?*

7 In morte ergo ne oculi obdormiant; ut ad mortem vel in morte illuminentur; ne homini, cùm tantum è somno damnum, dicat inimicus: *Prævalui adversus eum.*

Ubi supra v. 5. Cruc. *Ne meus, Invalui, pleno canat æmulus ore.*

*Undè prævalet dæmon.* Chald. Hostis hic Satan est, uti observat Genebrard. hìc, dum iacet homo peccato velut mortuus sine sensu, cogitatione sui & agnitione Dei: iuxta Chald. *Ne peccem & moriar cum his qui meruerunt mori.* Valet inimicus, & prævalet. Valet, dum peccator offendit: prævalet, modò in crimine dormit, quin placeat aperire oculos, ut illuminetur pectus in cognitionem miserrimi status, quo destinatur inferno, mancipatus peccato, delendo per pœnitudinem, post cœlestem à Deo datam illuminationem: illuminatosque oculos in morte, qui deliquerat David exoptat; ne inimicus qui valuerat, modò prævaleät: etenim fortissimè dæmon prævalet, ubi qui cæcè crimine vixit aperire oculos etiam in morte non valet. *Usquequó exaltabitur inimicus meus super me?* Quò ferus usque suos de me canet hostis honores? Illius semper infensi victoria, ex peccatoris deditia inclinatione sine ulla pugna. Semper dormienti in crimine valuit: qui dormijt, in novissima pugna iam valenti prævalebit, cùm iaceat formidini, decertare cum victore? Illumina oculos, ne prævaleät, qui valuerat inimicus: equidem si crimen oculos claudit, consuetudo obtrudit, ne videatur quò miserè iacet: qui valuit in vita, in morte etiam

*Nec in morte peccator expergiscitur.*

prævalebit, ut dormiens moriens non vivat in fine, cum his qui meruerunt mori: siquidem dum magis sibi consulere debet, clausis oculis iacet, sine sensu, sine motu, sine dolore, sine gravamine, sine cognitione sui, sine cognitione Dei, absque ulla æternitatis notitia, quousque tormentis excitetur ad tartara.

*Omninò stupidus.*

*Deut. 14. 18.*

8 O miser homo! Usquequò inimicus exaltabitur? Pelicanus à sacris reijcitur, non solùm quia veneno pascitur (ut ait Gregor. Magn. in *Psalm.* 101.7.) sed quia venena quæ gravatus evomit, in pastum denuò resumit; uti asserit Ravis. Textor. 7. *Officin.* cap. 42. Hunc Onocrotalum vocat Scriptura; Plin. Plateäm, *lib.* 10. *cap.* 40. Nonne dignus reprobatione canis reversus ad vomitum, & sus lota in volutabro luti? Quorsùm in cibum recipit, quod ut venenum evomuit? Urget consuetudo inolita: placent cognita venena: igitur ita consuetudinis pravitate, ac cupiditate opprimitur; ut etiam venenum depositum resumatur.

*Placent præ contuetudine venena cognita.*

*Impossibile exuere ingenitos mores.*

Pindar. Accinit Pindarus in *Olymp.* Od. 13. v. 16. Senecæ non videtur impossibile. *Nec indurata despero. Nihil est, quod non expugnet pertinax opera, & intenta ac diligens cura. Robora in rectum, quanvis flexa, revocabis. Quanto facilius animus accipiet formam?* Ita *Epist.* 50. præcit. Flexibilis est: dicitque 7. *Benef.* cap. 2. unde flexibilis. *Voluptas fragilis est & brevis: fistidit obiecta. Quò avidius hausta est, citiús in contrarium recidens, cuius subinde est necesse, aut pœniteat, aut pudeat.* In hoc cardine tota machina vertitur. Erit pœnitudinis dolor, si fuerit pudor, videbunturque recta, quæ fuerunt curva. In Pelicano micat, quid pœnitentia valeät. Dum venena sumit, evomit; sed adhuc virus in pectore manet. Ægré procedit solicitus medicaminis, ex effusione cruöris. Unde cùm non aliter nisi dolore salus ingeri possit, expeditus à cunctis pectora rumpit. Hinc Pelicanus pœnitentis scopus, cum lemmate: *Ex vulnere salus.* Picinell. videsis in *Mund. Symbol.* lib. 4. n. 537. Periculum patet optabilis ex veneno salutis ex reversione ad venena voluptatis. Salus autem ex percussione pectoris, qua exprimitur dolor, confirmatque præ dolore effusus cruor, ut evadat iuxta præcepta cor rectum, quod pravis inclinationibus curvum: equidem non suscipiet, tametsi flexibile pœnitudinem, quod non accipit veneni ex confusione dolorem. At quomodò in serpentibus de virulentia dolor? *Miseris non est pudor*: ait Tragœdus in *Oedip.* v. 65. Minimè confusio coöperuit faciem, ut curva possint accipere rectitudinem: imò propensiùs student crimini, quippe oculis clausis ad consueta flagitia sine pudore.

*Seneca.*

*Resumit expulsa.*

*Conditio Pelicani.*

*Picinel.*

*Cur pœnitentiæ typus?*

*Periere mores: ius, decus, pietas fides,*
*Et qui redire, cùm perit, nescit pudor.*

Idem. Idem in *Agamemn.* v. 112. Ad rem Florentius *Emblem.* 37. *Venenum* (ait) *quó dulcius, eò periculosius. Quod unum habemus in malis bonum, perdimus peccandi verecundiam. Miserum est, peccare; miseriús, delectari; miserrimum, excusare: & tunc demùm consummata amentia est, sanctificare: ad studium enim malum opinio sola honestatis accedit. Medici nullum morborum genus putant formidabilius, quàm quod ægrotis malè sensum eripit.* Malum utique venenum, sine pudore cognoscere, & non cognoscere malum, ac ad mali dolorem à sensu excludere sensum.

*Ubi fugit pudor, floret peccator? Florent.*

9 Huiusmodi infelicitas peccati ex peccandi consuetudine, videtur in Prestere veneni efficacitate, de qua nos, *Tom.* 4. *T.* 3. *D.* 6. *n.* 9 & Lucan. 9. *Pharsal.* v. 722.

*Oraque distendens avidus pumantia Prester.*

Lucan. *Prestéris vè neni qualitates.*

*Primùm ut morsum Prester effecit* (inquit Ælian. 17. de *Histor. Animal.* cap. 4.) *statim ignaviam infert, & immobiles reddit: póst menti oblivio & tenebræ offunduntur, ut neque notionem habeat morsus, neque respirare queät: simul & percussum, á pilis iam nudatum suffocatio sequitur, & convulsionibus & morte acerrimis refertà.* Ita in moribus genimina viperarum incremento & frequentiâ peccatorum. Hinc Medicus cœlestis expuentium præsentissimam medicinam, ostendit insanabilem plagam. *In peccato vestro moriemini.* Nec mors revocat, quos iniquitas præcipitat? Prævalet criminis Presteris virus, quùm vel in morte nolunt aperire oculos. Sequitur venena plaga, & symptomatum exponuntur specula. De virulentia Dicræri (Græcè *Iusti*) infit in Persicis Ctesias: *Manè somnus ei qui biberit, corripit, & ita dormit, ut nihil sentiat: urgente autem ad occasum Sole spirat.* Oritur hominibus Sol intelligentiæ, ut evigilent ad rationis & legum amussim; sed quasi lustitiam Dicræri ebibunt iniquitatem. Bibunt, dormiunt, sed venena non sentiunt: unde in peccato moriuntur, urgente Sole vitalitatis in occasum, insultantes periculo; quippe dormientes non sentiunt mori in peccato.

Ælian.

Ioan. 8. 21.

*Et Dicræri.* Ctes. *Symbola peccatorum.*

10 *In peccato vestro moriemini.* Nonne in pœnitentiam recursus? Non est dolor, si non sensus. Virus Presteris ignavos *immobiles reddit.* Quomodò movebuntur ad sensum pœnitudinis, qui iacent immobiles? Mo-

vebit mordens præcordia conscientia ? Est cauteriata peccatorum consuetudine: non erit dolor nec ferro nec igne. *Menti oblivio & tenebræ offunduntur.* Perperàm cognitione in mentem convertentur, dum mentis oblivisscuntur; sine luce venenum prævalebit iniquitatis; igitur ut videànt ambulant in tenebris. Unde si movere pedem immobiles volunt, semper uti cæci offendunt. Perimit sensim intrinsecùs grave vulnus; sed percussus *nec notionem habet morsus.* Habebunt vel ex vulnere sensus ? ad pœnitentiam saltem, uti ad medelam, impellent levissimi motus, dum se non noscunt percussos? Malum prorsùm immedicabile ingruit, quando ægrotantibus cognitionem eripit. *Nec respirare queàt.* Quomodò suspirabit, qui respirare nequit ? Ut iniquè agerent laboraverunt: in via iniquitatis lassati moriuntur: ita gravati cupiditatibus iacent, ut respirare non possint. Ideo *suffocatio cum convulsionibus* symptomata sequitur, ut magis sine cognitione patiantur, sed non in medicamen, quod conficit ex vulnere dolor; quippe motus ex convulsione nequaquàm timor, sed tremor: motusque spiritus suffocationi deservit, quia respirare non valet. *Nudatus* qui percussus, exponitur pilis, emblemate cogitaminis. Hæccine summa miseria atque æternæ mortis causa; ex qua qui in peccato deguntsin peccato etiam moriuntur: equidem cùm Dei iudicium immineat, vulnus mordeàt, suffocatio gravet, morbus instet, venenum vexet, infernus obviet; ad conversionem, medicamen, pœnitudinem, in corde fovent nec levem cogitationem. Denique *mors* accedit *accerrimis doloribus referta.* Patet mentis infatuatio, & quò deprimit peccatorum consuetudo: etenim sine ullo vivunt vestigio resipiscentiæ; etiam adveniente morte. Ex dolore conficitur vulneribus medicina, & accerrimis doloribus mors referta. Quomodò si ex dolore pharmacum & doloris auxilium; fit accerrimum tormentum ? Quia infatuat consuetudo peccati, & dolentes moriuntur etiam in crimine; quoniam habentes ex peccato dolorem, nescierunt flectere in peccati medicamen.

*Effectus consuetudinis peccati.*

*Specimen damnationis.*

11 Subscribit Stoicus. *Voluptatibus itaque se mergunt* (infit *Epist.* 39.) *quibus in consuetudinem adductis, carere non possunt: & ob hoc miserrimi sunt; quod eò perveniunt, ut illis quæ supervacua fuerant, facta sint necessaria. Serviunt itaque voluptatibus, non fruuntur: & mala sua, quod malorum ultimum est, amant. In insaniam malis actus est, nesciens, quid fecerit:* ait Marc. Senec. *Controvers.* 7. Quid mirum si insani moriantur, qui in vita sua insensati vixerunt ? Mens igitur dum tendit in furorem, ad sensum vulneris cor convertitur in lapidem. Nabal rusticus & barbarus, cui pro miseratione verborum libertas, ac propietate immoderata loquacitas: filius utique Belial, sine freno, sine iugo, durà facie, duriore corde, nec vultu affabilis ulli. *Durus, pessimus, & malitiosus.* Egentes repulit, quos mulier muneribus studiosa fovit, & iratos suavitate placavit, liberans à morte virum: quod quidem Nabal sciens induruit pravus in saxum: *Emortuum est cor eius intrinsecùs, & factus est quasi lapis.* Unde huiusmodi mutatio? Ex terrore periculi? Profectò. Verùm erumpere debebat in gaudium, quia periculum præteritum: sed indulgentià offensi magis induruit; quippe qui vindex offensori pepercit. Constat barbara rusticitas, cordis improbitas & extrema malitia; igitur indurescunt magis ampliore clementià. Gratia illis nequaquàm blandimen, sed trisulcum ignibus fulmen. Signat Ethnicus, 1. *Trist.* Eleg. 3. v. 11.

Marc. Senec.

1. Reg. 25. 3

V. 37.

*In ipsis ex quo gratitudo, offensio.*

*Non aliter stupui, quàm qui Iovis ignibus ictus*
*Vivit, & est vitæ nescius ipse suæ.*

Ovid.

Vitæ suæ nescius? Utiquè; vitam suam vivens ignorat, quem misericordia indurat.

*Gratiâ indurantur.*

12 *Emortuum est cor eius, & factus est quasi lapis*: ideſt, *amisit sensus omnes*: infit hìc n. 59. Doctiss. Sanctius. Verùm quomodo? Sine sensu dolor haud infertur mortis: cum sensu quomodò lapis ? *Erat durus, pessimus & malitiosus*: criminumque frequentià, abundante malitia, usque in duritiem lapidis obriguerunt præcordia. Unde speranda salus, dum ita pectus ? Infelicitas næ præ malitia ad cordis conversionem, hominem non videre, sed durissimum lapidem. *Cor venenatum si in ignem mittitur in lapidem convertitur* (ait Georg. Draudius in *Solin.* cap. 46.) *vocatur lapis Pyrophilis ab igne, humanus à materia: & est pretiosus.* En origo duritiæ cordis in humani sinu pectoris; quanvis flammà inspirationum urat, ut in mollitiem liquescat: equidem cum peccati consuetudine sit durum, & dominetur lethale venenum; licèt ex carne, vertitur in saxum; quò magis igne inspirationum uritur, plus ex veneno induratur. Quid si cor Nabali lapis, ubi gratiæ accessit ignis? Erat mortuus à corde, frigiditate veneni, quo amisit omnem sensum, in cordis motum. Unde duritia saxi, emortuo veneno corde, quippe in cordis conversionem, inveniebant duntaxàt frigidum lapidem. Innuitur ex huiusmodi malitia, quanti efficax di-

Sanct.

Draud. *Quisnam lapis Pyrophilis?*

*Unde cor lapideum?*

divina gratia, cùm haberent exleges corda lapideâ. *Dabo vobis cor novum & spiritum novum: & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum.* Cor lapideum in homine? Sanè, si præoccupatum ad flammam frigiditate veneni: gratiàque Dei iam carneum, quod præ duritia lapideum; quippe veneno expulso, ut fieret cordis conversio, gratia fecit, ut liquesceret, quod usque ad saxum induruit. Iure cor novum dicitur, dum expulso veneno, cœlitùs inflammatur: equidem novitas, in corde saxeo docilitas ad legum præceptorumque impressionem, quod præ veneno demonstrabat lapidem. Convertitur sanè cor, ubi ostenditur mirificè in lapide scripta lex. Siccine pyrophilis lapis pretiosus, quippe ad præscripta legis, cor humanum non est lapis.

Ezech. 36. 26.

*Gratiæ efficacia erga huiusmodi corda.*

Exod. 32. 15.

13 Aliter origo pyrophilis refertur ab auctore præfacto. Ex corde venenato & perusto saxum fit, *sed morsu* (infit) *serpens præcidit lapidem & evomuit.* Refert etiam Aristotel. de *Natur. serpent.* Fides penes illos sit: prodest fictio Didascaliæ tropologico proposito. Hinc *Homines durum genus*: ut ait Virgil. 1. *Georg.* 63. & Lucret. 5. de *Rer. natur.* v. 921.

Draud.

Virgil.

Lucret.

*Et genus humanum multò fuit illud in arvis*
*Durius ut decuit.*

Unde humani duritia cordis, nisi à morsu, virulentiaque serpentis? Unde itaque venenum atque serpentis morsus, nisi quia denuò iteratur scelus, cordique pabulum fit; quod prorsùm venenum est? Constituit consuetudo ut dulce, quod omninò lethale: & cùm veneno pascantur, sine veneno moriuntur. Ut ab Archiatro cœlesti promptè exhiberetur medicina, illi objicitur possessus à dœmone & *ab infantia.* Aggressus est Dominus serpentis expulsionem, ut rem difficilem. Expulit: at dœmon *exclamans & multùm discerpens eum, exijt ab eo, & factus est sicut mortuus; ita ut multi dicerent, quia mortuus est.* Mortuum turba arbitratur, quia dœmon expellitur? Profectò, ut constet, qui peccati confecerit consuetudo, & ab ipsa infantia fota veneni malitia: mortuusque censetur, dum miraculosè à dœmone liberatur; quippe iudicium verum ex peccati consuetudine, quasi non posset vivere sine dœmone. Quæ & cognita noxia, ab assuetis necessaria: unde qui usquequaquè effendunt; quę sibi sunt noxia cupiunt: hauriunt continuò à serpente, quod mortem usque fovetur in corde, quod radix vitæ: iudicaturque mortuus à quo divinà virtute dœmon expulsus; quippe non possunt, nisi cum morte colen-

Marc. 9. 20.

V. 25.

*Improbi estò discerpti, sine dœmone, veneno, ac peccato nequeunt vivere.*

tes diabolum, expellere à corde conceptum retrò venenum. *Discerpens eum, exijt ab eo.* Felix prorsùm in dœmonis expulsionem lassitudo: igitur ita malum radicatur in visceribus, & inolescit virus; ut non exeat inveteratum assuetudine vitium, quantunvis à dœmone discerpantur.

14 Scrutemur dœmonis opera, in eo quem tyrannicè oppressérat ab infantia. *Frequenter illum* (dicitur) *in ignem, & in aquas misit.* Ex eo quòd in contraria propositum, cognoscitur à diabolo præcipitium. Aliquando oppressi à dœmone cupiunt liberari à vitiorum consuetudine, sed cupiunt tantùm, quippe oppesionem non fugiunt: igitur sibi ut urantur, vel suffocentur servant urentem ignem cupiditatis, vel frigiditatem cordis, volentes adorare Arcam Dei Israël, & simul idolum corda mulcentis Dagon. Divisum est cor eorum: nunc interibunt: igitur necdum dœmon recessit; vel si recessit, redibit. *Ego præcipio tibi, exi ab eo: & amplius ne introeas in eum.* Ergo qui exivit, introire poterit. Sanè, dum liberatus à dœmone, ducitur subdolè pristinà consuetudine; servans in igne aquam fragilitatis, & in frigiditate flammam cupidinis: quandoquidem si ex ruina restaurata relapsus; fiunt novissima hominis illius peiora prioribus. *Discrumpens scindam*: phrasis Scripturę est, de qua fusè egimus, *Tautolog.* 4. Idest, omninò rumpendum, à summo usque deorsùm. Si aliquid restat, quod scissione non rumpatur, per illud primò suaviter, inde violenter trahetur: unde ut possit erumpere, rumpat scissione cuncta, penitùs scindat impedimenta: etenim ne ille rumpatur, ita totum scindetur; ut nec remaneat continuum leve filium, quo trahatur. De Hydra Lernæa ab Hercule victa dicit Diodor. Sicul. *lib.* 4. *n.* 153. *Centum ex uno corpore cervices at totidem anguina capita exstabant: unoque defecto, duplum eius loco prodibat.* Anxius Hercules pugnabat; sed non vincebat; quia deficiebant vires, & germinabant hostes. Uno ictu cuncta secuit, quin ex sectione aliquid repullularet: nulloque capite remanente, neque veneni radice, obtinens palmam;

V. 21.

V. 24.

*In peiora corruunt.*

3. Reg. 11. 11.

*Ne reversio fiat in peccatum, illius secetur vestigium.*

Diod. Sic. *Cur conferatur Hydræ.*

*Fœcundam vetuit reparari mortibus hydram,*

Martial. 9. 104.

15 *Ecce ego obducam eis cicatricem & sanitatem & sanabo eos*: dicit Dominus vulneratis Israël. Post cicatricem nil restat agendum vulneri: quo ergo intuitu studendum vulneris sanitati? *Sanitatem, & sanabo?* Sanitas non eget remedio: quorsùm si iam nullum vulnus, in sanitatem per medicamina salus? Ne recrudescat, quod iam

Ierem. 33. 6

medicatum vulnus. Vulnera sanantur, ubi ex toto & in totum medicamen; quoniam non sanitas quæ sanitas quoad speciem, qua exteriùs sine ullo vestigio plagæ; & introrsùm fervent fistulæ, vitæ profectò insidiantes, quia corruptæ cicatrices. Nonnuli curantur, qui curatione adhuc egent in remedium, quippe non sanatum totum. Latet occasiò in vulnus, ubi aliquid veneni fovet pectus: & post studiosam vulnerum curationem, adhuc promittit curationem in salutem; quia non est perfecta salus, ubi periculum in inveteratum vulnus. Si aliquid, quantumvis leve, remanet noxæ, dato tempore lethale: sanitasque etiam dicitur sananda, post medicata vulnera; quippequàm nil remanebit, ubi viget fragilitas, ex quo vel leviter depravari possit sanitas. Signum planè salutis, aliquod caput amputare serpentis; verùm non perfecta salus, ni feliciter cunctorum capitum ictus: & sanitas vulneratis confertur post sanitatem; ob omnimodam sanitatis perfectionem: igitur nullum in medicamento medicamentum, si restat adhuc caput in salutem amputandum. Vide in *liter. expositio.* à n. 23. Sananda etiam ipsa sanitas, vel dum expulsa ex revocatione in salutem iniquitas, *ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes*: etenim si deficit aliquid totum nihil: trahuntur quippe in barathrum, de quo exierunt; quippe aliquid derelictum, quo trahantur. Non est perfecta sanitas, si non integra, quoniam fermentum in vulnera medicata: sanaturque in ipsa salute, & obducta cicatrice sanitatis sanitas; ut sanitate perfecta sit ad salutem integritas: etenim vulnera, ubi veneni fermentum, ubi peccati vestigium, etiam si consenuerunt, in languorem recrudescunt, in mortem denuò rumpuntur.

*Ni totum in vitio expellatur venenum, semper inest vitium*

Iacob. 1. 4.

Ovid. 6. Remed. v. 333.

——*Vulnusque novatum*
*Scinditur, & firmis causa pusilla nocet.*

16 Quia semel eductus homo de potestate tenebrarum, denuò haud exponatur lethalitati vulnerum: igitur facilis descensus Averni, sed impossibile gradum iterùm in superos revocare. Semel educitur anima à peccatorum inferno, Dei clementis singulari beneficio. Hęc gratia flectenda in doni ac donantis gratitudinem, haudquaquàm in beneficii offensionem: igitur si relabitur fiducia vana, libertatem sperare, quia ab igne semel educta. Eduxit Orpheus ab inferno Eurydicen uxorem per resonantem chelym; sed perdidit quam eduxit; quippe in libertatem conditione irritâ, protinus illa in Avernum relapsa. Qui musicâ casum primum (illam educens) non doluit, relapsum totis viribus restaurare non valuit.

*Fabula Orphei.*

*Orantem, frustràque iterùm transire volentem*
*Portitor arcuerat:: Nec portitor Orci*
*Ampliùs obiectam passus transire paludem.*

Id. 10. *Metam.* Fab. 1. & Virgil. 4. *Georg.* v. 502.

Ad animam retorquet fabulam Natal. Comes 7. *Mytholog.* cap. 14. igitur fugiens Aristæum, quod sonat *Bonum*, inter flores voluptatum, à serpente latente Eurydice icta descendit usque in infernum. Restituta est musicâ gratiæ in pristinam vitalitatem, si custodiverit legem de non respiciendo retrò, ac denuò, florum mulcimina; per quos à serpente mortua. Fregit legem; & relabitur in ignem, à quo desperatur exitus; quippe non lapsus in infernum, sed relapsus. Quid ò anima! Quoties ex barathri peccatorum educta! Placent ulcera? Arridunt tormenta? Quid si clauditur ianua? Zelus iacet mœrens, pacem peccatorum videns. *Hic* (inquit Bernard. tract. de *Conscientia*, cap. 4. à n. 6.) *quatriduanus mortuus est. Hic lapis spelunca superpositus, illos misericordes radios divini luminis non admittit. Hæc est mala conscientia. Quomodò tranquilla? Cùm mundi huius prosperitas alludit & illudit: cùm laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur; cùm peccantium favor, & peccare nolentium pavor nolens & dolens arridet ei; cùm non est qui arguat, sed & qui arguere peccatorem audeat, ex omnibus qui in circuitu eius sunt. Nihil æquè exasperat illius tremendi iudicis maiestatem, quàm peccare & securè peccare, ac de vitijs quasi de virtutibus gloriari.* Siccine dum voluptas iterùm irruit, inter dulcia cruciamina peccator ruit, corruit, labitur & relabitur salutis desperatione, cuius finis est iacere.

*Non facilis in gratiam exitus, ubi in peccata relapsus.*

Bernard.

*Unde impœnitentia?*

*Sit tanti vixisse iterùm. Nec verba nec herba*
*Audebunt longæ somnum tibi solvere Lethes,*
*Morte datâ.*

Lucan. 6. v. 768.

## DIDASCALIA VI.

### *Charitatis summitas Nolasci charitas.*

1 SUpereminentiorem viam vobis demonstro in D. Petro Nolasco vitali, insigni charitatis speculo: etenim in illo redemptionem misit Dominus populo suo. Fulget itaque redemptoris fulgor, quippe *charitatis Christi mirificus imitator.* In rem Picinell. *Mund. Symbol.* 15. n. 206.

*Speculum Redemptoris* In Offic.

Cla-

*Clara repercusso reddit sua lumina Sole,*
*Et nitidum speculi sparsit imago iubar.*

Picinell.

In terram venit mittere ignem, dum Christi adinstar sparsit in viscera frigida charitatem: igitur post ortum Iustitiæ Solem (cuius radij in Nolasci pectore, quasi in speculo repercusso concipiuntur) accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur. Æsculapius olim dictus *Redemptor & Salvator corporis*, uti dicimus in *Ephemer.* 1. *Ianuar.* n. 15. vix natus, mirificus, ignis splendore de cœlo signatus. *Cùm ignis à capite infantis emicuisset, divinum quiddam pastor ratus* (inquit Natal. Comes, 4. *Mytholog.* cap. 11.) *rei famam per universam regionem evulgavit.* At quid ex portento? Canit Ovid. 2. *Metamorph.* fab. 1. ex Ocyroë.

Nat. Com. *Salutifer orbi.*

*Ergo ubi vaticinos concepit mente furores,*
*Incaluitque Deo, quem clausum pectore habebat,*
*Aspicit infantem: totique salutifer orbi*
*Cresce puer, dixit: tibi se mortalia sæpe*
*Corpora debebunt animas.*

Ovid.

Ex igne, Phœnicis adinstar, prima lux; haud secùs mors: equidem qui flamma vixit, igne cœlesti expiravit.

*Ignis in æthereas volucer se sustulit auras.*

Manil. 1. v. 137.

Quid proprius? Nihil in nostram causam expressius: equidem cùm in Nolasco videndum Redemptoris specimen charitatis, illustraturæ purum speculum pectoris; natum ut percussit illapsa desuper cœlestis lux, refulsit etiam in cunis facies eius sicut Sol.

*Facies eius radiata cœlesti splendore.*

2 Mors etiam vitæ respondet: ignis non deficit: etenim intensæ iam charitatis trisulco fulmine ictus, de cœlo tactus; uti virgula fumi, lumine vitæ extincto, evolavit in cœlos.

*Iupiter direxit in illum*
*Fulmina, qui nimiæ noverat artis opem.*

Ovid. 6. *Fast.* v. 741.

Haud mors discolor, ubi etiam in illa vitæ refulget splendor. Quò ascendit flamma, ascendit fumus deficiente vitâ.

——— *Quo vivens spiravit, eodem*
*Spirat adhuc moriens, speratque invisere cœlum.*

Hesius.

Accinit ad rem Guillielm. Hesius *lib.* 2. *Emblem.* 22. *Utrùm vivere queàm de infirmitate mea hac*: Tautologiæ sententia alio colore exponenda. De qua igitur, nisi de præsenti angore, notatur infirmitate? Si ex infirmitate affligente angitur cor; quænam gravat, nisi hæc? Cur ergo Nolascus exæstuans dicit, *De hac*? Qualis ergo si non hæc? *Est morbus cœlestis & divinus*: inquit Sophocles in *Aiac.* v. 310. Magnus sanè ex cordis vulnere. Nolascus saucius erat charitate: hancque in corporis infirmitate infirmitatem signat; quippequàm in languore tantùm amore languebat.

4. Reg. 1. 2.

*Valens languebat amore.*

Sophocl.

3 In refrigerium quæ non cogitabat? Quia illotunc sæculi abundabat frigida iniquitas, exardescebat Nolasci in pectore charitas. Adinstar putei aquarum viventium; calet, quùm cætera frigent. Urgebat flamma charitatis, & in meditatione exardescebat, ignis: *nam noctu oranti, & de Christianorum in captivitate degentium subsidio multa animo volventi, Beata Virgo apparens, Filio suo sibique acceptissimum fore suggessit, si ad sui honorem Religiosorum ordo institueretur; quibus præcipuè esset cura, captivos ab infidelium tyrannide liberare. Instituit, sodalibus suis quarto voto adstrictis manendi in pignus sub paganorum potestate, si pro Christianorum liberatione opus fuerit.* Felix ex proposito Religio!

In Offic. *Eli Virgo apparet, & instruit.*

*Gaude propago candida,*
*Quam mater alma Numinis,*
*Perfectionis ultimum*
*Optare iussit verticem.*

Ibid.

Ubi culmen charitatis, est ultimum perfectionis. In altiora vocat Virgo mater alma Numinis. Retorqueatur Profanus, 2. *Æneid.* à v. 589.

———*Non antè oculis tam clara, videndam*
*Obtulit, & purâ per noctem in luce refulsit*
*Alma parens confessa Deam, qualisque videri*
*Cœlicolis, & quanta solet.*

Virgil.

Misit ignem de cœlo in ossibus Nolasci, & erudivit; ita ut seipsum pro captivis liberandis venum ire, aut in illorum vincula suffici cupere, dictitaret. Hoc est charitatis opus & scopus. Quomodò siccine supereminentior via, demonstrandum Didascaliæ.

4 *Hæc mando vobis ut diligatis invicem sicut dilexi vos*: dixit affectis ut æmularentur amoris imitationem, qui in captivorum libertatem, per vincula & crucem transiturus postridie ex hoc mundo ad Patrem. Est amor & modus amoris: exprimensque modum, demonstravit etiam amoris excessum. Quomodò ergo dilexit, ut nos ad invicem diligamus similiter? *Cùm in forma Dei essem* (ait hìc Alapid.) *vestri amore formam servi assumpsi.* Non erat servus, sed servus factus, amore in captivitate degentium, & opem pro libertate implorantium, captivos è latumijs educere, è catenis liberare; amor est: at in amore solicitandum est plus, quò non pervenit amor communis, sed tantummodò excessus amoris; cuius modus nullum habere, ut se possit superare demonstrationibus singularibus, & singularis sit modus: unde cùm charitas non quærat quæ sua sunt; suis commendat non tam invicem amari, quàm sic amo-

Ioan. 13. 34 & 15. 17.

Alapid. *Modus amoris in Christo est excessus in amore.*

amore scilicèt nimio, quo illos dilexit, quùm pro illis sese tradidit: igitur nulla charitas maior, nec fides in illa eximior, quàm quod esset pro illis ingressus in servitutem, ut servi illius servitute obtinerent libertatem. Sicut dilexi, ut efficiamini mei discipuli, oportet amare & amari. Aliter, non erit sic, & sic erit in excessum flammæ pectoris, atque mulcimen in fidem amoris: quandoquidem sic, non plus, nec ultra valet procedere cor; quippe excedit amoris flagrantis fidem, pro servis inter catenas amittere libertatem.

*Voluntaria servitus, amoris insitus modus.*

5 Ulteriùs. *Sicut dilexi vos.* Non amici erant, sed inimici. *Cum inimici essemus*: ait Doctor Gentium. Quid? Tradidit semetipsum pro nobis. Suffici in vincula pro amico, amoris excellentis singularis demonstratio; ut observat Cicero de Damone & Pythia, lib. 3. *Officior.* Altior in Christo flamma pectoris. Sic *commendat charitatem suam Deus in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Charitas insignis sic: amor meus, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos: equidem si *Sic* indicat charitatis vehementiam; totam amor meus ostendit pectori flammam: etenim pro inimicis exhibeo amore dulciter ductus, quod inter amicos etiam esset excessus. Occurrit antilogia. Illa nocte qua pro illis tradendus in servitutem, imò in captivitatem, ut illam exterminaret, & vinctos educeret (igitur traditus, quia ipse voluit) amore illectus, non vocavit servos, sed amicos. Quomodò amici, si inimici, & ideo servi? Quia pro illis sufficiendus in servitutem, servitute accepturis libertatem: vocatque amicos destinatos catenis miseros servos, ut videretur possibilis demonstratio, in tanto amoris excessu: etenim pro inimicis exæstuans operabatur, quod de amicis & charissimis à nemine crederetur. Tunc *cùm dilexisset suos, qui erant in hoc mundo: in finem dilexit eos. Suos*? Unde, defecturi à fide? Astruitur hostilitas, non amica familiaritas; unde charitas magis flagravit, & amor usque in verticem ascendit, captiva libertate, pro afflictorum servitute: equidem cùm sui non essent, quoniam si servi, non sui, ut suos fractà servitute faceret, tanquàm suos diligens è captivitate eduxit.

Rom. 5. 10

*Excessus, admittere servitutem, in aliorum libertatem.*

Ioann. 15. 16.

Cap. 13. 1.

6 *Vinctos suos non despexit.* Suos & vinctos in servitutis catena? Negat vectes ferreos frangens gratia: vinctosque dicit suos; quia vidit vinctos: quorum catenas conterere ingenio amoris valeret, modò servitutem libertas præ charitate subiret. Non despexit catenatos, quos respexit uti suos, vel cùm essent inimici in ipsa captivitate: equidem sese in vincula spontè dedit, ut à catenis mancipatos liberaret. Non despexit, cùm vidisset traditos, imò deditos vinculis; sed ex misera sorte aucta flamma charitatis: igitur si liber vinctos despiceret; totum genus humanum in servitute iaceret. Altiùs Christi charitas urget nos, ut diligamus sic. Vincti sui, cùm essent servi? Quid fortius amore? Sese pro illis tradidit, quasi fuissent, vel forent amicissimi. Eum ita amicum & beneficum relictui, imò in illa nocte, qua pro illis tradebatur. Ubi fides constituitur? Aufugit, vel cùm liber pro servis sese dedit ne graviores paterentur catenas. Unde cùm ingeniosa sit charitas; impulit liberum tradi illorum captivitati, ne deficerent à fide. Denique. Diligere invicem amor est; sed fastigium amoris micat, ut *dilexi vos.* Patet qui adespotus exsolvens quod non rapuit: iacet in vinculis, quem amor solus comprehendit, alligatus priùs spiritu, quàm catenis corporis; quippe tractus in vinculis charitatis. Sequuntur gravia manicarum & compedum in ergastulo, graviora ex tormentis & interitu: cuncta subeunda pro corpore, maiora pro anima; ne simul anima captivetur, quorum corpus servituti mancipatur: diligereque Christus discipulos iubet, sicut ille illos dilexit; ut ingenium eluceat eximij amoris, in voluntariæ obsequio captivitatis: igitur sublimius charitatis officium, pati pro servis servitutis tormentum; ne per corporum promentem captivitatem, amitterent servi animarum salutem.

*In quo amoris culmen?*

Psal. 68. 34.

7 Quicquid gessit, subivitque Nolascus, expressit Stoicus. *Prima huius nota sunt, hostium manibus eripi, & tyrannicæ iræ, & proscriptioni, & alijs periculis, quæ varia & incerta humanam vitam obsident. Subit enim cogitatio, quantis sint liberati malis, & lenocinium est muneri antecedens metus. Nec tamen ideo debemus tardiùs quenque servare, quàm possumus; ut muneri nostro timor imponat pondus. Proxima ab his sunt, sine quibus possumus quidem vivere, sed ut mors potior sit: tanquàm libertas::: Hìc erit pecunia non superfluens, sed ad sanum modum habendi parata. Hìc erit honor & processus ad altiora tendentium.* Ita 1. de *Benef.* cap. 11. sed *lib. 7. cap. 14.* signat unde honoris scala, & processus ad altiora. *Ad summam* (subdit) *cùm captus esses me pecuniam mutuatum, rebus meis in securitatem creditoris oppositis, navigasse hyeme iam sævà per infesta latrocinijs littora, emensum quicquid periculi afferre potest etiam pacatum mare; peragratis omnibus solitudinibus. Cùm quos nemo non fu-*

Senec. *Nolasci bonor, & labor.*

*fugiebat, ego quærerem; tandem ad piratas perveni. Negabis me gratiam retulisse? Retuli etiam si in illa navigatione pecuniam, quam saluti tuæ contraxeram, perdidi: etiam in vincula; quæ detrahere tibi volui, ipse incidi.* Hinc Nolasci honor & labor: non sat amoris pecunia parata? ferunt vincula, & etiam per maria latrocinijs infesta, & hyeme durà. Tendit in altiora: in vincula incidit, quæ servis detrahere voluit: *Maiorem hac dilectionem nemo habet*; etenim sese dedidit, ut captivos è vinculis liberaret. Sicut dilexit Christus, gaudet amore Nolascus: igitur formam servi accipit, cùm liber esset; ut per susceptam gratissimè servitutem, servis conferret è vinculis libertatem. Vinctos suos non despexit, cùm alienos cognovisset: siquidem cum amor urgeret; gessit pro alienis singularissimo amore, quod etiam pro amicis credebatur incredibile. A fide nonnulli deficiebant, quia in latumijs intolerabilia cruciamina tolerabant: sufficiturque spontè pro illis, in eximiæ ostensionem charitatis: equidem libertate amissà placidè ac volupè patitur gravitatem vinculorum; propter imminens periculum perditionis animarum. *Nescit virtus mensuram gratiæ* (ait Ambros. in *Luc.* lib. 7.) *nec contenta referre quod acceperit; sed vult cumulare quod sumpsit; ne inferior sit obsequio, ubi æquatur officio.* In officio Redemptoris æquatur Nolascus. Non æqualitatis homini ad Deum, sed similitudinis æmulatio est. Respondit obsequio, dum æquatur officio, sequens Salvatoris vestigia, ut sic & non aliter pateret amoris flamma; quæ illum subdidit servorum captivitati, ne capti pro libertate deficerent pravè à fide. Secutus est amorem & modum, ut demonstraret excessum; in ulteriùs ductà flamma, æmulando divini amoris incendia: igitur si duxit amor captivum pro libertate corporum; ut nimius, subdidit vinculis in salutem animarum. Vinctos suos non despexit, dum sic amavit.

*Quemvis colit ceu proximum*
*Si distet orbe toto,*
*Solus sibimet ultimus,*
*Omnes putat propinquos.*

8 Quia habet ut proximos, scrutandus excessus. *Maiorem hac charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Unde maior, dummodò pro inimicis; diximus, Tom. præced. *Tautolog.* 5. D. 4. à n. 9. *Pro amicis dicit*: constatque huius demonstratio amicitiæ in Pylade & Oreste, hunc volente iugulare sorore: de quo videsis in in *Oreste* Euripid. & Ravis. Textor. 4. *Offitin.* cap. 14. *Pro amicis.* Unde ergo, ubi summa pectorum ingratitudo? Licèt diligatur; non est amicus, ni diligat, qui diligitur; igitur diligi potest hostis infensus, & tamen non est amicus. Quomodò ergo dum in vincula pro servis detrudendus, vocat amicos? Exprimitur Nolasci apex dilectionis, in fastigio charitatis: igitur in dilectione summa, accensa in pectore flammà; quòd pro captivis animam avidè poneret quasi captivi diligerent. Amicus est qui diligit diligentem: non amicus, tametsi dilectus, qui nullam in pectore fovet redamationem. Amor sanè ponere animam pro amicis; maior, amore carentibus, pro dilectis: vocatque amicos, quos liberat inter vincula servos; ut maioris charitatis eluceat honos: quandoquidem vincula solvens, vincula patiens, amoris demonstravit summitatem; pro quibus nullum exprimebant amorem. *Hanc Christi sententiam* (infit hìc Alapid.) *nonnulli accipiunt de salute non tantùm spiritali & æterna: sed & corporali & temporali.* O miseri inter tot vincula! Levate capita vestra: igitur adveniente Nolasco, vestra appropinquat redemptio.

*Carnificisque venit mortem ducentis imago*
*Accensisque rogis, & strictà sæpe securi,*
*Supplicium vectigal erit.*
*Vinctorum dominus, sociusque in parte catenæ,*
*Interdùm pœnis innoxia corpora servat.*

Pro salute temporali, seu vita alterius, expositio animæ, est comprobatio sublimioris amicitiæ. Non ita pro spiritali salute, quia respectu vitæ, salus æterna est maioris momenti; quin sit amoris maximi signum, respectu pretiosioris dare quod minus pretiosum. Excessus ostenditur, dùm vita pro vita perfunditur: igitur ordo charitatis signat quemque sibi primum; quàm proximiorem proximum. Clariùs. Dare vitam pro proximi vita æterna, iuxta regulam amoris est iustitia: vitam pro vita, pellem pro pelle; puta-puta gratia adhuc in charitate. Nolascus vidit in captivitate vinctos, & amor respexit proximos; sed charitas magis, dum illos prætulit sibi, pro illis addicto captivitati. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ubi vinctos in apicem charitatis, non solùm sibi propinquos, sed se vidit propinquiores: igitur animam posuit nimià ductus charitate, pro quibus nunquàm debebat animam ponere.

9 Ulteriùs. Bona censentur ex divitiarum copia, ex vita ac fama. Cur igitur pro amicis dare vitam maius est, cùm fama amplioris honoris sit? Non ambigitur in Nolasco pro miseris captivis divitiarum profusio.

*Insignia insignis amoris.*

Alapid.

Manil. 5. *Astrom.* à v. 634.

*Cur maior charitas dare vitam pro alterius corporali vita, quàm pro æterna?*

Ioan. 15. 13

*Quàm magnum eius charitatis propositum!*

Ambros.

Picinell. d. n. 203.

Ubi supr.

sio. Pro dilectis haud famam dilexit; qui tot opprobria intrepidus devoravit. Exegit cœlestem in terris vitam per infamiam utique & bonam famam. Appositè dicemus de Petro, quod Chrysostomus de Paulo. *Nemo ita dilexit inimicos* (ait *Homil.* 8. de eo) *nemo insidiatoribus suis ita beneficus fuit, nemo pro afflictoribus suis tanta perpessus est.* Gravissimis languoribus affectum in lectulum redegerunt molestię gravissimæ Barbarorum. Quare ergo pro specimine amoris, nii dicitur de divitijs, nil de deturpata fama; sed tantummodò de vita, pro amicis posità? Plura metaphysicè apud Caietanum lector inveniet: verùm (ni fallor) acu argumentum non tangit. Pende. Cætera restitui possunt, equidem divitiæ & fama revocabilia sunt. Vita verò irrevocabilis est. Veruntamen quid ex hoc? Quod revocabile, rependi quit. Amor nimius sine spe: & in indicem amoris, non signatur fama, sed vita exposita pro proximis & amicis; quoniam pro captivis Nolascus irrevocabilem exponens vitalitatem, demonstravit charitate amare propter amorem. Dedit se, ut liberaret populum suum. Nomen sibi æternum & scriptum in cœlis acquisivit. Dedit vitam pro servis, ut vitam daret: cùm dilexisset suos vitæ usque in finem dilexit.

Chrysost.

*Amat Nolascus propter amorem.*

*O ego! Ne possim tales sentire dolores?*
*Non ego me vinclis verberibusque nego.*
*Servitium sed triste datur: teneörque catenis,*
*Et nunquàm misero vincla remittit amor.*

Tibul. 2. 3. à v. 5.

10 Haud cessat Stoicus. *Si filios alicui restituere potero* (inquit d. *lib.* 1. *cap.* 10.) *magno periculo liberatos, sine ullo meo incommodo; non dubitabo Dignum, etiam impendio sanguinis mei tuëbor, & in partem discriminis veniam.* Virtutis splendor, & cordis dilectio; dum solvitur captivitas sine incommodo proprio: at extremum amoris impendio sanguinis, maximè dum non venitur in discriminis partem, sed in totum præ dilectione discrimen. *Quare rubrum est indumentum tuum?* Quid mirum? Redemptor est. Quare ergo Nolasce album vestimentum tuum, & candidus color, si vel sanguine Redemptor? Venit de captivitate ex magna tribulatione, & lavit stolam suam in sanguine Agni. *Galactites sanguineus, ater, si teratur, reddit succum album ad lactis saporem.* Ubi sanguine indumenta distincta ac tincta, adinstar lactis exierunt gemma pretiosa. Altiùs dicam. Sanguine Nolasci, gemma pretiosa exivit de servitute. In huiusmodi articulum occurrit nobilis singularis historia. *Peroses Persa* (ut ait Procopius lib. 1. *Persar.* meminitque Iul. Cæsar. Bulenget. 2. de *Pictura*, cap. 9.) *margaritum maximum & candidissimum, quod ex aure gerebat, detractum proiecit in scrobem, ne in manum hostium Hunnorum veniret. Id repertum erat in ctene pisce* (idest, pisce quatuor dentium) *quem sequebatur canis marinus, captus amore margariti fulgentis inter aquas. Piscator enim, cum canem cibo intentum vidisset, natatu ctenem assecutus in littus iecit; sed tam celeriter redire ad littus non potuit, quin à cane laceraretur.* De cunis singularis gemmæ candidissimæ scitur: ubi iacet, ignoratur. An siccine fulget Nolascus? Adinstar Redemptoris Moysis, *non cognovit homo sepulcrum eius.* Sepultus, sed nescitur ubi corpus. An post mortem non apparet, quia ultra fidem quòd ita pretiosa margarita iaceret? A loco ubi mortuus Redemptor Israël, translatum alibi, etsi cum illo sepeliatur Ubi; dicimus, in *Ephemer.* 7. *Febr.* à n. 4. Munus videtur Redemptorum corporum, quod illorum ab hominibus ignoretur sepulcrum. *Corpus Petri Nolasci, quod quidem sicut cadaver Moysis ab oculis hominum scimus abstractum; visum apud Assisium ab Angelis adlatum, corpori Francisci socium commorari, ab ipsoque Seraphico Patre exceptum hospitio: quod etiam de Dominici sanctissimo cadavere asseritur;* astruit Ant. Scobar, *Tom.* 5. *lib.* 8. *Sect.* 2. *Observat.* 5. *n.* 31. Felix profectò spelunca: requiescunt itaque ibi, ubi in summis tenebris lux, Abraham, Isaäc & Iacob. *Ibi sepultus est ipse.* Quorsùm *Ipse*, in sepultura Abrahæ? An quia incorruptus vel post mortem? Ex Aben-Ezra aliud mentem pungit acumen. *Sepultus est Abraham* (inquit) *in pedes.* Insignis ergo cadaveris forma, quàm trium Patriarcharum æmulatur spelunca. Ibi requiescunt Dominicus & Nolascus, ubi Franciscus ipse sepultus erectus.

Procop.

*Nescitur, ubi eius sit corpus.*

Deut. 34. 6.

*An cum Dominici & Francisci cadaveribus?* Escobar.

Gen. 25. 10. Aben Ezra.

*Francisci cadaver erectum.*

11 In margaritam redeämus. Vagabatur natura humana, margarita pretiosa per latum pelagus, quò ducebant ultrò citròque fluctus, quam sequebatur, seu persequebatur invidus marinus canis, ne eriperetur à procellis æquoris, quippe sciebat post longævam oppressionem, à natatore obtenturam libertatem; qua felix gauderet in littore momenti pretiositatis, etsi periret vita Redemptoris. A Domino factum est istud, cum discrimine vitæ, laceratione corporis, meditatà à diabolo cane; ut amorem eximium exhiberet, dum animam pro summersa margarita sponte posuit; igitur estò lace-

*Morte Redemptoris exivit homo è vinclis captivitatis.*

Cur si Redemptor, albis induitur

Isai. 63. 2.

Galactites. Solin.

Senec.

cērum corpus, gemmam eduxit in littus, nactà libertate vulneribus Redemptoris, ex captivitate dæmonis rabidi canis.

12 Sic & aliter Nolasci dilectio, etiam oppresso tyranno. Capitur in servitutem fœmina, insignis formà, qua capitur canis Sarracenus ductus pulchritudine, fœminæ periclitante castitate, gemmà pretiosissimà, discrimini expositâ, vigili cane, ne ejiceretur in littus, cuius venustate usque in insaniam captus. Nolascus vidit, de vinculis gemmæ doluit. Ergo negotiator inventam sub aliena potestate pretiosam, *dedit omnia sua, & comparavit eam.* Quid tunc furens canis? Mercatorem diris laceravit tormentis, gaudibundum de pretio, & vitæ periculo: etenim estò fustibus vexatus, flagris cæsus, vinculis onustus, & opprobrijs saturatus; in littus firmum procellà tonante eiecit, & margaritæ libertatem contulit. Negotiator Evangelius margaritas inquirens, & unam pretiosè singularem inveniens, se non dedit in pretium; sed omnia sua. Utilitas profectò charitatis, verùm non charitas summa (quam exercuit Nolascus, ubi vitæ discrimine gemmam eduxit in littus) igitur licèt cunctas opes dederit, restabat in amoris excessum, quod animam suam poneret. Omnia à Nolasco perfusa, sed in gemmam non sufficiebant omnia. Inventus est iam, qui post omnia aliquid desideraret, & maximè cùm haberet. *Modum magnitudini facere debetur, cùm fortuna non facit*: ait Mare. Senec. *Suasor.* 1. Evanuerant omnia quæ congessit fortuna, & pro modo magnitudinis iam expensis, habuit omnia: siquidem omnia contulit; ut liberaret margaritam, cùm se dedit. Præterea. Carcer unionum concha est, extra quam non evadunt, etiam dum extrahuntur. Si fideles animæ, quia fideles, in carcere sunt reclusæ; invenitur sine pretio pretium Nolascus in lytrum, ut in libertatem amor obtineret modum: igitur ille deficiente fortunà libertatis dedit formam, ubi traductus Nolascus in margaritæ clausuram. Margarita si semper clausa, fulget Nolascus ut unica margarita.

Matth. 13. 46.

*Nolasci us post quàm cuncta expendit sese tradidit*

M. Senec.

13 Ulteriùs. *Una* enim à Nolasco tunc videtur redempta, pro qua quidem dedit omnia. Si pro omnibus omnia dedit, quomodò pro una universa simul contulit? Ut demonstraret, quò charitate pervenerat, dum unam duntaxàt liberat: equidem eius amor pro una, si esset sola, totum pretium expenderet, quod pro universis fecisset. Vide dicta, *Tom. 2. T. 5. D. 3. n. 21. Una est columba mea*: dicit Amasius, cùm esset in captivitate Sponsa. Una? Una inter tot pulcherrimas fœminas, quæ ad eius faustè pervenerunt nuptias? Una. An quia margarita ita sola incunabulis conchæ, ut nullibi uniones duo reperiantur indiscreti? *Cum multæ sint animæ* (hìc n. 27. subdit Doctissim. Sanctius) *quas Christus amat, tamen quia infinitus amor est, qui nec exhauriri potest, aut remitti, etsi ad plures effusus; ideo unicam appellare Sponsam, quia tanto in illam amore fertur, quanto si sola esset, in qua incitatissimus ille amoris impetus acquiesceret. Neque minora dedisset amoris signa cœlestis Sponsus, aut pauciora, si una esset anima, quæ ipsius beneficijs indigeret; quàm dedit, ut ornaret tot Sponsas, quæ in albis secum in cœlo æternum cantabunt epithalamium.* Breviùs, non ita ingeniosè promam. Omnes sunt una: unamque dicit omnes ob intensam magnitudinem inexhaustæ charitatis: igitur pro una fecisset eius amoris excessus, quicquid perficere cogitaverat pro omnibus.

Cantic. 6. 8.

*Amor Christi erga omnes est erga singulos.*

Sanct.

14 Hinc quærentem bonas margaritas (ut daret omnia pro unica) obstrinxit charitas, quæ non est acceptrix personarum; ubi Petrum dat in pretium. Unde cùm omnia haberet, ut emeret omnes, quotquot inveniret fide pretiositatis; inventà unà pretiosa, se dedit & universa: siquidem vel pro una exiguum videbatur eius amori, opes totius universi. Pretium maius pro cunctis tradere se. Verùm illi tantum, quid? Illa ipsa nocte, qua Assertor N. per urgentem in opus charitatem, decreverat per cruciamina incipere redemptionem, dixit redimendis asseclis: *Modicum, & iam non videbitis me.* Perculsa ratio ad periodum sine intelligentia expavit. Unde mutuò dicebant: *Quid est hoc, quod dicit modicum?* Quid? Hoc. Verùm quid hoc modicum? Totum sanguinis pretium: pro illis tradi in carcerem, in opprobria, in crucem. Ita fatur. Nescimus sanè quid loquitur: & extra humanam cogitationem huiusmodi amoris ad redemtionem molimen: igitur in obsequium operatur amor summum; & quod summum, amori videtur modicum. *Hoc* dicitur. Quid est hoc? Hoc, & demonstrativè, ut homines valeant, quod non cogitant comprehendere: igitur quod de amore non credent, etiam ante oculos habent. *Hoc. De hoc quæritis inter vos?* Disquisitio vana est; quæstionem quam excitavit curiositas, exponet charitas: siquidem in hoc charitatis excessu, quo summi amoris splendor, tantùm potest respondere summus amor. Nescitur quid summa charitas sit, & demonstratur in expositionem *Hoc*; quod vel videntes non valent comprehendere: etenim incomprehensibile;

Ioan. 16. 16

V. 18.

*Exigua Christo videntur cuncta pro homine cruciamina.*

in redemptionem se dedere carceri, se dare catenæ, verberibus, funibus, dirissimæ vitæ, cruci, quod amoris in apice complementum; & totum summum appellare modicum.

15 Idem respondet Nolascus, ubi inter tractus catenarum gaudibundè iacet corpus. Gaudibundè, & meritò; equidem expectabat Mater Virgo, ut requiesceret inter vincula dulcia brachiorum Virginis, qui inter Barbaros duris vinciebatur catenis. Gaudibunde. *Quod tu pretium ponis* (verbis Stoici utor d. *lib. 6. cap. 15.*) *traijciendi maria, & per medios fluctus, cum è terræ conspectu recessit, certam secanti viam, & prospicienti futuras tempestates, & securis omnibus iubenti subitò vela stringi, armamenta demitti, paratos ad incursum procellæ & repentinum impetum stare. Huic tamen tantæ rei præmium* (Angelorum) *vectura persolvit.* Ægris pedibus catenarum tractibus, manibus Angelorum portatur in chorum, ut videat Matrem-Virginem, & ne offendat etiam in lapide pedem. Tanti res est, & tanta in Nolasci tribulationibus. At quanti reputat eius amoris excessus? Totum, estò summum, modicum. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Quod totum ab hominibus putatur, ab amore ad nihil redigetur. Quomodò ad nihilum? Quia redemptio ex qua illi gaudium, vertebatur in tormentum. Quæstionem proponit Seneca ibid. cap. 13. *Si decem captos cives ex magno captivorum numero, redemero; nihil debebis mihi, cùm te servitute ac vinculis liberavero?* Si amor in Redemptore, totum nihili; igitur illi nihilum decem cives ex magno numero captivorum: mutato in cruciamen redemptionis gaudio; quia apud illum nequibat ad omnes esse copiosa redemptio.

Senec.

*Singularibus favoribus dignatur è cœlo.*

Idem.

16 Desiderio desideravit Redemptor N. pascha novissimum celebrare; ut homines exirent de dœmonis servitute. Hinc cùm adveniisset tempus, redimendis dixit: *Surgite eämus.* Hilaris iucundè processerat, & *factus in agonia, prolixiùs orabat.* Unde flagrans amor, inde vehementior dolor. Ex cogitatione tormentorum? superavit incendium; & quia prævaluit, sciens omnia, quæ ventura erant super se processit. Ergo unde angor, & ex angore mœstitia? Ex charitatis intensissima flamma. Omnes videbat captivos, sed non omnes liberandos. Ex magno captivorum numero & grege, non omnes egressuri, licèt multi. Unde quantunvis mulcens alliciebat captivorum redemptio, viscera amore flagrantia replebat amaritudo, qua nimia angebatur pœnà; quippe ad omnes catenatos non extendebatur gratia. *Quæ utilitas in sanguine meo?* Non utilis sanguis, quo redempti homines? E charitate sanguinis utilitas; verùm non computat summa charitas: igitur licèt pretioso lythro liberentur plures, sed non liberantur omnes. Haud secùs in Nolasco charitatis flamma. Adinstar ignis ad omnia.

Ioan. 14. 31 Luc. 22. 43. *Unde dolor amoris Iesu?*

Psal. 29. 10.

*Dotibus aucta, novis, nec tempore deperit ullo,*
*Sed sumit vires formite flamma novas.*

Paul. Maccius, *Embl. 40.*

Hinc cordi angor, ubi potestas comprimitur: quandoquidem grave Redemptori cordolium libertate fidelium, quòd tantùm plures ex tanto numero captivorum.

17 Quasi posset explere doloribus votum, se pro servis tradit servum. Pro captivis liberandis cupiebat venunire, & in eorum vincula suffici. Aliquid cogitabat ingenium charitatis pro redimendis.

*Liber captivus.*

Plaut.

Ait Plautus in *Captiv.* Act. 1. scen. 2. v. 7. Quid quòd captivus sit, qui liber est? Captivorum libertas, quia libertatem cordis captivat charitas. Ignis symbolum Amoris & libertatis: quapropter de illo Picinell. d. *lib. 2. n. 9.* dicit: *Non includar, carceris impatiens.* Videämus articulum. Tres pueri ceciderunt in medio ignis ardentis colligati; sed ibi liberè *ambulabant in medio flammæ.* Flamma ne æstu dissolvit vincula? Non sunt soluti flammà, sed à flamma. *Angelus Domini excluſit flammam ignis*: dicitur, & ita repressit, ut ligatos solveret. Difficile argumentum. Si in medio ignis, non excusit. Quid ergo fecit? Coërcuit. Ignis captivitas fuit captivorum libertas. In altiorem articulum exponendum testimonium. In flamma signatur amor: flamma sine libertate ab Angelo mirè compescitur: vinculumque ligatorum actutùm solvitur: igitur liberi amoris captivitas, est captivorum libertas. Ignis itaque floruit iacens in vinculis, quo vincula soluta tribus pueris.

Picinel.

Daniel. 3. 24.

*Qui captivatur amore, solvit captivitatem.*

18 Stellam indicem nativitatis Salvatoris ex cœlesti sphæra esse, asserunt plures apud Suarium, in 3. p. *D. Thom.* disp. 14. sect. 5. & rursùs post ducatum Magorum è terris ascendisse in cœlum. Unde nato Salvatore ob præclarum indicis munus, Evangelista vocat *stellam eius*; quasi inter cuncta sidera, illa stella in splendoribus sola, & novitate cursus & discrimine motus. *Novum sidus* hac de causa vocat Leo Pap. in *Epiphan.* serm. 3. & 4. subdit: *Nova etenim claritas stellæ illustrioris apparuit, & intuentium animos admiratione sui splendoris*

Matth. 2. 2.

Leo Pap.

*ris implevit.* Unde igitur tantus claritati splendor, quòd tanquàm quid Dei, stella videretur illustrior? An quia cœlum & thronum reliquit, ut captivos à dœmone liberaret, & in fidei lumen duceret? Ligati vinculis idololatriæ vanâ superstitione iacebant Magi: illos ad Christum perduxit, & ibi intra puteum omninò radios abscondit. Ita Gregor. Turonens. teste Haymone, indicareque videtur Nicephor. lib. 1. *Histor.* cap. 13. Cognoscitur esse à Deo, quæ ita fulgebat in mundo: quandoquidem consulens captivorum, libertati; ipsa se abscondit in clausuram putei. Super Nolascum sæpe aperuit puteus os suum. Verùm cùm ita ille, qui liber, apparuit; animos admiratione sui splendoris implevit: equidem uti novum claritate sidus, apparuit in mundo homo de cœlo delapsus. Stella Dei est: sic inter astra cætera illustrior Nolasci lux. Verùm quid est *Sic*? Radij zelus flagrantis pectoris ac flammarum charitatis. Zelus pro infidelibus cæcis: charitas pro fidelibus captivis: stella Dei factus est, illos perducens ad fidem; hosque educens in libertatem, singularissimo munere, & illustriore splendore, admiratione spectantium: equidem admiratione dignum, quod postquàm infideles ad fidei lumen perduxit, pro fidelibus inclusis, sese in carcerem absconderet. Nescio an meruerit huiusmodi studijs, videre duodecim portas pervias urbis cœlestis: sed scio huiusmodi sidus in mundo, dignum cœlo.

*Incarceratur, ut qui vinctus liberetur.*

*Discrimen inter zelum & amorem Nolasci.*

19 Occurrit in obsequium Nolasci arcanum mysterium in redemptione Christi. Sistitur puer à genitrice templo, ex quo Angelorum admiratio. *Ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini.* Quinque siclis redimitur ex lege, qui captivus amore. Dignus sanè etiam in Angelis stupor, si redimitur Redemptor. *Vides* (infit hìc Ambros. *lib.* 2.) *uberem in omnes gratiam Domini generatione diffusam.* Unde ex huiusmodi articulo diffusa est gratia & in omnes, quæ tantùm eminebat in pueri labijs? Solvit gratia peccatorum in libertatem vincula, catenasque conterit, qua libertate Christus nos liberavit. Fidelibus haud novum, siquidem gratia & veritas per Iesum Christum. At quomodò dum ille sistitur templo huiusmodi gratia in omnes copiosissimè diffusa? Redimitur quinque sicli, qui origo & principium libertatis. Ille venerat ut educeret vinctos in fortitudine, exutà captivitate: & cùm ex captivitate Redemptoris iugum frangeretur servitutis; gratia vinculis fractis extensa in omnes: etenim omnes acceperunt libertatem, cùm redemptum quinque sicli aspicerent Redemptorem. Cùm extra potestatem & catenas tyrannorum moreretur Nolascus, qui sæpe ut liberarentur, qui captivi, in custodiam inclusus; videtur sanè quòd fuerit pretio redemptus. Mirum utique, quòd Redemptor redimatur: sed congruum; ut liberentur qui vincti, Redemptoris redemptione: igitur cùm ad omnes extenderetur gratia, fracta sunt cunctorum vincula; ex eo quod iam nullus esset, pro quo se liber in captivitatem daret. Gratia à vinctis omnibus obtinetur, ubi Nolascus redimitur. Redemptio libertatis privationem supponit: charitas Redemptorem in servitutem agit; ut eius voluntariâ captivitate, qui capti non sint captivi: elucetque in universos captivos libertatis gratia, & redemptione copiosâ, siquidem si Nolascus captivitatem exutus, omnes redemit redemptus. Sic enim, ut accinit Iuvencus *lib.* 4. *Evangel. histor.* v. 117.

Luc. 2. 22.

Ambros.

*Libertas ex captivitate Redemptoris.*

*Quo charitatis ingenio?*

——*Sublimia lucis*
*Æternis vitæ sertis redimitus abivit.* Iuvenc.

20 Imago olim charitatis, uti observat Ioänn. Hemelar. in *Numismat.* Tabul. 24. fuit species pulcherrima virginis, cinctæ pueris infantibus, ex quibus unus in ulnis, gestans in manu pomum. Vividiùs exprimeret, si designaret favum, alludens ad illum, quem in manu Nolasci examen apum construxit, cùm adhuc in cunabulis infans festivè vagiret: etenim quoad speciem ac eximiam pulchritudinem, nemo Nolasco signatiùs obumbravit charitatem. *Per favum signatur perfectus amor*: ait in *Dictionar.* Betchor. Si favus perfectionem amoris indicit, Nolascus in manu ostendit.

*Imago charitatis.*

*Charitas Nolasci ex favo in manu obumbratur.*

*Tantus eris: nostro nec debes regna favori,*
*Quæ tibi iam natura dedit. Sic mollibus olim*
*Stridula ducturum pratis examina regem*
*Nascentem venerantur apes, & publica mellis*
*Iura petunt, tradunt que favos.*

Claud. 4. *Cons. Honor.* à 379.

Rab. Salomon in *Cantic.* 5. 1. per favum asserit significari intellectum. In Nolasco arbitror dirigi ex charitate ad captivos: etenim in intellectu manuum deduxit eos.

*Tam doctas, quis non posit amare manus?*

Ovid. 2. *Amor.* 4. v. 28.

Captivis, iam liberatis, ostendit Redemptor manus; sed *illi obtulerunt ei favum mellis*: appositè in libertatis signum, Redemptori donum: quandoquidem per favi in manu dulcedinem, vividè demonstrarunt factam fuisse redemptionem. Hinc in præsagium excellentiæ pueruli vagientis, ludunt venerantes apes.

Luc. 24. 42.

*Ille favi ducens tenerum de nectare succum,*
*Paulatim somno capitur.*

Iovian. 2. *Uran.*

# TAUTOLOGIA SEPTIMA.

*Tacuit populus, & non respondit quicquam.* 4. Reg. 18. v. 36.

## EXPOSITIO LITERÆ.

1 PRoposítum Tautologiæ est blasphemi impudentis theatrum, eius pervicacis adiatrephiæ supplicium, audientium pudor, exedens introrsùm ossa usque dolore in animam; quin valerent, estò vellent, inferre, uti par erat, vindictam. Posuit in cœlum os suum, & lingua transivit in terra, meditatione iniquitatis ex affectu flagitiosi cordis: quandoquidem elegit Rabsaces vulgare perceptibile idioma; ut à cunctis tumida auditu cognosceretur audacia. Occurrit, quod de Capaneo provocante ac despiciente Numina, dixit Statius, lib. 10. *Thebaid.* à v. 900.

*Blasphemi pœna ex audacia.*

——*Cùm mediis Capaneus auditus in astris:*
*Nullanè pro trepidis, clamabat, Numina Thebis.*
*Quænam spes hominum tumidæ post prælia Phlegræ?*
*Tunc etiam feriendus? Ah. Premit undique lentum*
*Turba Deum frendens, & tela ultricia poscit.*
——*Pudet ista timere*
*Cœlicolas: sed cùm in media vertigine mundi*
*Stare virum, insanasque vident deposcere pugnas;*
*Mirantur taciti, & dubio pro fulmine pendent.*
*Non tamen hæc turbant pacem Iovis: ipse furentem*
*Risit.*

Stat.

Audit Deus, quasi non audiret: cæterùm manet altà mente repostum iudicium: & ut detur in acrius cordolium tempus, irridens qui habitat in cœlis, servat sub pectore vulnus.

2 Rabsaces ergo unus è Ducibus Sennacherib (alio nomine Sargon) Regis Assyriorum, residentis in Lachis, civitate Iuda, ab illo expugnata; missus in Ierusalem, Ezechia Principe; cùm hic propter regiam maiestatem non apparuisset, cives urbis fastu terruit, & in blasphemias prorupit: equidem ore ferreo & corde plumbeo dixit audientibus urbis civibus: *Quinam illi sunt in universis Dijs terrarum, qui eruerunt regionem suam de manu mea; ut possit eruere Dominus Ierusalem?* Eadem Sennacherib scripsit, 2. *Paralip.* 32. 17. postquàm ducem remiserunt vacuum, & decrevit antequàm Ierusalem, totam subiugare Ægyptum (4. Reg. 19. à 10.) Imitatus est audaciam Pharaönis, dicentis: *Quis est Dominus, ut audiam vocem eius?* Utriusque impudentiam Nicanor. *Respondentibus* (dicitur, 2. Machab. 15. 4.) *Est Dominus vivus ipse in cœlo potens; ille ait: & ego potens sum super terram, qui impero sumi arma.* Dixerunt: *Linguam nostram magnificabimus: Quis noster Dominus est?* Disperdat Dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquam. Succinit Ludov. Crucius in *Psalm.* 12.

V. 35.

*Reges infatuati divinitatis præsumptione.*

Psal. 11. 5.

*O frangat, orbem qui regit arbiter,*
*Fucata blandis ora coloribus:*
*Doctam recidat magna linguam*
*Intrepidis resonare dictis.*

Cruc.

3 Cur autem Ethnici Sanctum Israël blasphemijs exacerbaverint, haud aliam arbitror causam, nisi ab illis veram, cogitatam, sicut in suis Numinibus, Deitatem fictitia m; equidem iudicabant Deos ex hominibus factos; ut canit Senec. in *Hercul. furent.* v. 446. Tumens Regum arrogantia fota potentia, servique loquentes ad gratiam Principum, plau-

plaudebant unumquenque tanquam unum Deorum. *Non eſt Deus niſi Nabuchodonoſor*, Iudith.6.3. Deus erat inter illos qui plus poterat ; & cuius præſentior terror ; equidem primos in orbe Deos fecit timor, legeſque præſcripſit, quos ipſe ut Numen formidari vellet. Ita inſanè Nabachus Magnus, *Daniel*, 3. à v. 1. Antiochus Epiphanes, 2. *Machab.* 9. 8. *ſupra humanum modum ſuperbiâ repletus*: & Alexander Magnus, quem ridet etiam vel Ethnicus Curt. in eius *Hiſtor.* lib. 4. cap. 7. Præ cunctis Caligula, de quo Ioſeph. *lib.*19. *cap.*2. *Attollens ſe ſupra humanum faſtigium, & divinitatis opinionem affectans. In tantum ardua res eſt eos ſapere, quibus adeſt quidvis facientibus impunitas.* Ratiocinium quo deitas fulciebatur erat huiuſmodi : Apud Homerum, Reges dicuntur *Paſtores populorum*: paſtor ovium non eſt ovis (ſic de cæteris) ergo paſtor hominum non eſt homo. Si non homo Deus. Papæ! Ita Philo in *Legation.* ad illum. *Admonitus & Principum & Regum ſe exceſiſſe faſtigium, divinam ex eo maieſtatem aſſerere ſibi cœpit* ( ait Sueton. in eo, *cap.* 22.) *datoque negotio, ut ſimulacra Numinum religione & arte præclara, inter quæ Olympici Iovis, apportarentur é Græcia, quibus capite dempto, ſuum imponeret; partem Palatij ad forum uſque promovit, atque æde Caſtoris & Pollucis in veſtibulo transfigurata, conſiſtens inter fratres Deos medium ſe adorandum adeuntibus exhibebat ; & quidam eum Latialem Iovem conſalutaverunt. Templum etiam numini ſuo proprium & ſacerdotes & excogitatiſsimas hoſtias inſtituit. In templo ſimulacrum ſtabat aureum iconicum* (imago ad vivum expreſſa) *amiciebaturque quotidie veſte, quali ipſe uteretur. Magiſteria ſacerdotij ditiſsimus quiſque & ambitione & licitatione maxima vicibus comparabat. Hoſtiæ erant phœnicopteri, pavones, tetroönes* (Hiſpan. *Abutardas*) *Numidicæ, Meleagrides, phaſianæ ; quæ generatim per ſingulos dies immolarentur.* Vid. Ioan. Schild.hic. Utrem iſthunc nemo dexteriùs pupugit, quàm Gallus quidam: qui quidem, ut ait Dio, cùm Iovis ſpecie pro tribunali ſedentem intuitus ſubriſiſſet,& interrogatus à Caligula, quid eſſe illi videretur, reſpondit: *Belliſsima inſania, ingenioſumque delirium.* Apte Seneca in horum Deitatis propoſitum. *Nihil aliud actum eſt* ( ait, de *Vit. beat.*cap.26.) *quàm ut pudor hominibus peccandi demeretur, ſi tales Deos credidiſſent.* Plura de huiuſmodi amentia, quæ videris, diximus, *Tom.* 3. *T.* 10. *n.*84. *T.*3. *n.*11. *& T.*8. *n.*12-5. *T.*8. *n.*21. denique ibid. *T.*10. n.33. & 53. Ambulabant miſeri in mirabilibus ſuper ſe, arroganterque loquebantur de Numine vivo & vero, quaſi loquerentur de Numine picto aut ficto, ligneo aut marmoreo. *Ubi eſt Deus Emath & Arphad? Ubi eſt Deus Sepharvaim, Ana & Ava? Nunquid liberaverunt Samariam de manu mea?* dixit etiam Rabſaces, quaſi nullum diſcrimen Numinum & Numinis, nec diſtinctio in adæquatione collationis. Quænam hæ provinciæ & urbes, videſis apud Tremellium hic, & Adrichom.in *Nephtali*, n.45. & 2. *Manaſſes*, n.97.

*Quinam maximè?*

Ioſeph. *Argumentum Caligulæ.*

*Inſolentia & inſania.*

Sueton. *Templum ſibi erexit, & inſtruxit.*

Dio. Senec.

V.34.

4 Venit ergo Sennacherib in Iudeam, poſtquàm pater eius Salmanaſar decem tribus ex queis conſtabat regnum Iſraël, tranſtulit in Aſsyriam ; ut poſſet opus perficere patris, alijs duabus tribubus proprijs ſedibus evulſis, quod quidem facile, captis Hieroſolymis. Aſtu profectò & potentiâ uſus eſt. Aſtu, dum miſſus ab illo Rabſaces procax, pervicax legatus, finxit, à Domino in urbis deditionem, quòd eſſet miſſus. *Nunquid* (ait) *ſine Domini voluntate aſcendi ad locum iſtum, ut demolirer eum? Dominus dixit mihi : Aſcende ad terram hanc, & demolire eam.* Inconſequenter igitur proceſsit, dum à domino ſe miſſum dicit; quem pòſt blaſphemus nihili habet. Si nullius momenti Deus, ſicut Dij nullius momenti ; quid quòd miſerit vel non miſerit, ut Rex civitatem traderet ? Iurè dicitur, quòd inſanierit: *cap.*19.28. Inſidiæ valdè efficaces ſub ſpecie Religionis. Hinc ita deſponderunt animæ, qui propugnabant Ieruſalem tempore Titi: igitur *primùm quidem motum, quendamque ſtrepitum ſenſerunt* (inquit Ioſeph. 7. de *Bell.* cap. 12.) *poſteà verò ſubitam vocem audiere, quæ diceret: Migremus hinc.* Iam porta Orientalis ænea & graviſsima, viſa fuit noctis hora ſexta patefacta, & ſpontè : cogitantibus cunctis, infit, *hoſtium donum eſſe, portas aperiri, ſolitudinemque illo oſtento ſignari.* Egimus, *Tom.*3. *T.*12. *D.*4. *n.*3. Artificiosè à Rabſace deaurabantur technæ : quandoquidem ſi à Domino inimici vocantur, portæ ſpontè ingreſſuris aperientur. Non ſolùm dolo, ſed potentiâ blaſphemus adorſus eſt cives: igitur eius Princeps florebat copioſo & inſtructiſsimo exercitu : quo poſtquàm ſubiugavit munitas urbes Iuda, obſidere decrevit Ieruſalem : verùm revocatus à propoſito propter hoſtium advenientium falſam vel veram vagantem famam; expeditionem in Ægyptum direxit & Æthiopiam, in quarum ſubiugatione duos plenè conſumpſit annos,& tertio in Ieruſalem triumpho gaudibundus redijt ; ut deditam haberet, vel viribus debellaret.

*Feliciores doli ſub religionis ſpecie.*

V.25.

Ioſeph. *Porta Orientalis templi miraculosè aperta.*

5 Ioseph.10. *Antiq.* cap.1. asserit fugisse ex Ægypto, quia in auxilium Pelusij, ab Assyrijs oppugnati, venit Tarsices (quem Scriptura vocat Tharacam) per desertum copias ducens, ut ex improviso adoriretur Assyrios. Mendacium mendacio Herodoti astruit: siquidem ideo exarmatum Sennacherib removit à Pelusio exercitum; quia in una nocte corroserit quicquid ex corio in armis, alius exercitus murium. *Cùm Sennacherib* (ait Herodotus *lib.2. cap.46.*) *Arabum, Assyriorumque Rex cum magnis copijs invasisset Ægyptum; tunc memorant, Sacerdotem consilij inopem in cœnaculum se contulisse, ibique apud Simulacrum comploràsse, quanta pati periclitaretur: eique inter lamenta obrepsisse somnum, & inter quietem visum astare Deum exhortantem, nihil ipsum molestiæ passurum, si copijs Arabum obviam iret: Se enim auxiliarios ei missurum. His insomnijs fretum Sacerdotem, sumptis Ægyptiorum his, qui sequi vellent, castra in Pelusio posuisse, quod expugnabat exercitus Sennacherib ::. Noctú effusam ipsis hostibus vim agrestium murium, qui illorum tùm pharetras, tùm arcus, tùm scutorum habenas obederunt; ita ut posterà die hostes, armis exuti fugam fecerint multis amissis: eóque Rex in templo Vulcani lapideus stat, manu murem tenens, atque hæc per literas dicens: In me quis intuens pius esto.* Eadem Chartar. in *Minerv.* fol. 260. & Strabo lib. 13. Dictus hic Sacerdos, simulque Ægypti Rex, Seton: pòst Appollo Smynthæus, cuius imago premens murem obijcitur, ut observant Gyrald. *Syntagm.* 7. cap. 23. Alexand. ab Alexandr. *lib.4. cap.* 12. & Ælian. *6.* de *Histor. Animal.* cap. 41. qui *lib.* 12. cap. 5. infit: *Mures adorant: unde Appollinem qui apud eos maximà religione est, Smynthium appellant in cuius æde cicures aluntur mures, eisque victus publicè præbetur, at infra altare ubi habitent mures albi, latibula habent. Apud etiam tripodem Appollinis, muris est effigies.* Aberrat à proposito La-Zerda in *6. Æneid. Virgil.* v.620. n.13. ubi astruit, imaginem tenentem in manu murem esse Sennacherib. Tota fabula ex argumento veritatis ficta, & sanè corrupta historia ex plaga immissa Philistæis à Domino propter Arcæ captivitatem, & ex donis oblatis, cùm reducerent. Herodotus præut occurrit, tanquam prodigium Numinum historiæ aptavit.

*Mures agrestes in Sennacheribi copias.* Herodot. *Appollinis Smynthæi imago.* Ælian.

6 Contrarium constat ex Scriptura: etenim ab insolente Sennacherib subiugandam Ægyptum & Æthiopiam prædixit Isaias, *cap.*20.3. Brietius in *Chronolog.* Ann. Mund. 3323. conciliare contendit, astruens Sennacherib partem exercitus misisse in Pelusium, interimque, cùm ipse esset in Iudæa, minareturque Ezechiæ captivitatem & urbis devastationem, & audisset adventum Regis Æthiopum in Pelusij suppetias; ne sui opprimerentur, relictis Iudæis, occurrisse discrimini suorum, in conflictuque Tharacam prostrasse, simulque Regem Ægypti, victoremque de duplici Rege redijsse in Iudæam adversus Ezechiam; ut gloriosè, faustèque qui utrumque vicit, sub potentiori manu ignominiosè caderet, uti videbimus. Pingitur articulus fastus à Prudentio, in *Psychomach.* à 274.

*Ordo expeditionis Sennacherib.*

*Non pudet, ò miseri plebeio milite claros*
*Attentare duces, ferroque lacessere gentem*
*Insignem titulis, veteres cui bellica virtus*
*Divitias peperit; lætos & gramine colles*
*Imperio calcare dedit? Unde advena nudus*
*Nititur antiquos (Si fas est) pellere Reges?*
*Sed cadit in foveam præceps, quam callida fortè*
*Fraus interciso suffoderat æquore furtim.*
*Desine grande loqui, frangit Deus omne superbum?*
*Magna cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur.*

Prudent.

7 Priusquàm aggrediamur Tautologiæ expositionem; operæ erit, sententiarum conciliare contrarietatem. Per triennium Regis, Assyriorum perstitit bellum: ita ut quanvis in Ægyptum abiret, & abesset; nihilominùs milites reliquerit in civitatum præsidijs, & cum Rabsace copias in frequentes excursiones. *Profectus ipse* (infit Ioseph. loc. cit. *cum copijs contra Ægyptios & Æthiopes; Rabsacem ducem cum duobus alijs ad continuandum Ierosolymitanum bellum, reliquit.* Ab his ergo fruges conculcatæ, arbores succisæ: ita ut sicut Ezechias obturavit capita fontium, ut hostes siti perirent, vel recederent (2. *Paralip.* 32. 3.) similiter hostes arva cum messe, herbaque proculcantes diripiebant; ut fame oppressi cives Ierosolymam traderent. Monitus itaque à Rege Isaias tam de vastitate agrorum, quàm de convicijs in Deum; libertatem à Deo sine arcu & gladio promisit, insuperque habituros sufficienter cibos, quantunvis à grassatoribus agrorum proculcarentur proventus: hocque pro signo libertatis civitatis, & fuga inimici Regis. Rabb. Sa-

Ioseph.

Salomon asserit, contritis segetibus, & excisis arboribus, per miraculum factum, quòd nec segetes essent sine spicis, neque arbores sine pomis. Vide Lyran. hìc *n.* 19. & Sanctium, n. 32. Qui enim mirabiliter alebat tantam multitudinem, profectò fugaturus Assyriorum Regem. Hinc sacer dicit Vates: *Tibi autem Ezechia hoc erit signum: Comede hoc anno quod repereris: in secundo autem anno, quæ sponte nascuntur: porrò, in tertio seminate & metite, &c.* Tunc næ manus Domini exaltata, factaque proculdubiò de insolentibus vindicta. Quomodò intelligendum hoccine testimonium, innuit Versio Hebræa legens ita: *Comede hoc anno cadiva, & in anno secundo cadentia ex cadivis.* Non est difficile captu. Cadiva sunt, quæ remanent ex frugibus proculcatis, quæ quidem non possunt verè meti, sed colligi. Ex cadivis nascentia, sunt segetes, quæ ex granis conculcatis, à terra receptis germinarunt, ac in fructus provenerunt. Unde sufficienter curâ Dei habuerunt per biennium cibaria, sine semente novâ, neque telluris culturâ. Consulesis alia apud Maluend. & Sanctium tam hìc, quàm in *Isai.* 37.

4. Reg. 19. 29.

*Quæ dicantur cadiva, & ex cadivis nascentia?*

8 Sit ergo, verùm ab omnibus prætermittitur obvia insignis Antilogia, quæ à Scripturæ interprete nequaquàm prætermittenda. Describitur hìc ad anni secundi cibum à Vate commendatum, quod in libro eius commendatur ad primum. Ita ergo testimonium: *Comede in secundo anno, quæ sponte nascuntur.* Apud Isaiam, loc. cit. v. 30. *Comede hoc anno, quæ sponte nascuntur: in anno secundo pomis vescere.* Mandatum unum, cæterùm tempus discretum. Doctiss. Sanctius hìc *n.* 27. conciliationem promittit; sed nescio qua dormitatione non exhibet. Alapide intendit in expositionem testimonij, verùm non curat de tempore. Septuagint. *Comede hoc anno, quod non seminasti, & anno secundo reliquias.* Pagnin. *Primo anno vesceris eo quod ex radice pullulat; secundo, eo quod ex granis ortum est.* Iuxta hasce lectiones Alapide subdit: *Comede quæ sponte nascuntur, scilicèt, vel ex arbore, vel ex granis deciduis; non autem ex semente, vel ex germine recisò, aut repellulante, ut dictum est anno primo.* Cur autem sic intelligendum in anno primo, & non in anno secundo; profectò voluntarium; ubi nec Scripturæ nec rationis fulcrum. Minimè, quantum auguror, conciliabuntur iuxta præfinitum tempus pugnantia loca: ni Expositores idem astruant esse pro primo anno *quæ casu reperta*, & *sponté nata*: similiterque pro secundo idem esse, *pomis vesci*, & *quæ nascuntur sponte*. Hoc opus & labor. Mihi divinandum est.

Isai. 37. 30.

Septuag. Pagnin. Alapid.

9 Attamen audeo, in re non pervia nec trita dicere, *Sponte nasci* sumi debere propriè & impropriè, catachresicè. Patet ex ipsis testimonijs; equidem cùm quæ sponte nascuntur sint offendentis, quærentis, vel explorantis; de natis sponte, propriè dicitur, *Quæ repereris.* Impropriè autem sumitur *sponte natum*, quando natum in similitudinem eorum quæ sponte nascuntur. Unde dum dicitur, *Pomis viscere*; haud sensus est, quod pomis alatur, sed ex fructibus, qui adinstar pomorum in terra nascuntur. Sicut enim poma quotannis non seminantur, nec coluntur, sed nascuntur ex antiqua radice; ita vel quæ nata, nata dicuntur sponte, pro civium cibo in secundo debellationis anno. In primo edendum quæ repererit populus, ex his quæ relicta ex frugibus seminatis, proculcatis ab infestis inimicis: quæ utique dicuntur sponte nata; non quia nata sponte; sed quia casu inventa. Hac enim de causa derelicta ab inimica depopulatione, dicuntur *Cadiva.* Anno secundo in cibum sumenda sponte nata, haud, ut in primo, casu inventa, vel oscitanter ab hostilibus derelicta, sed quæ sine labore aut ulla cultura nata: quæ sanè dicuntur *Poma*, non quia poma, sed quia pomorum instar, sine studio culturæ nata, aut recadiva fuerunt ex antiqua radice. Iam emersi, verùm in ampliorem expositionis claritatem, hìc subintelligenda, ut sæpe alibi, nota comparationis. Isai. 50. 2. *Desertum faciam mare: ponam flumina in siccum.* Zachar. 10. 10. *Reducam eos de terra Ægypti, & de Assyrijs congregabo eos: & transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, & confundentur omnia profunda fluminis, & humiliabitur superbia Assur, &c.* Cuncta intelliguntur facilè, cum comparationis indice. Populus captivus erat non in Ægypto, sed in solo Babylonico: & dum dicitur, *Reducam de terra Ægypti & de Assyrijs*; intelligendum, Ita congregabo eos de Assyrijs, sicut reduxi de terra Ægypti: quandoquidem si aliquod objicitur impedimentum vel fluminis vel maris; exsiccabo, uti feci, mare Rubrum, & Iordanem, ut ingrederentur in terram promissionis. 2. Reg. 21. 19. *Adeòdatus percussit Goliath Gethæum*: ideſt, similem Goliath. Quod quidem claret 1. *Paralip.* 20. 5. ubi *Percussit Adeòdatus fratrem Goliath Gethæi*: hoc est, similem, uti latè videbimus, *Tom. seq. T.* 1. & egimus, *Tom.* 3. *T.* 13. *n.* 10. Claudian. 2. de *Rapt. Proserp.* à v. 28. in acceptionem succinit:

*Catachræsis*

*Quid licatur ex terra natum sponte*

*Comparatio sine nota comparationis.*

*Frater pro simili.*

Spe-

Claud. *——— Species & vultus in ore*
*Frater erat, Phœbique genas & lumina Phœbi*
*Esse putes, solusque dabat discrimina sexus:*

Apud Virgilium Achilles dicitur vir fortis, quasi Achilli similis. *Eclog.* 4. v. 36. *Ad Troiam magnus mittetur Achilles*: lib. 6. *Æneid.* v. 89. *Latio iam partus Achilles*: & *lib.* 9. v. 741.

Virgil. *Incipe, siqua animo virtus, & consere dextram:*
*Hìc etiam inventum Priamo narrabis Achillem.*

Hìc similitudo intelligenda, non propietas, quo fax ut concilietur præfata auctoritas; in qua vesci pomis, non sit proprietatis, sed verbum similitudinis; quatenùs idem metaphoricè pomis vesci, ac natis sponte propriè: igitur percepta absque ulla in laborem solicitudine.

10 Adhuc alia præmittenda. Cùm Rabsaces accessisset ad mœnia Ierusalem, Ezechiæ colloquium indixit, ut fretus Assyriorum potentiâ ignominiosè tractaret. Hunc Rabbini signant Regis Ezechiæ cognatum, & Isaiæ filium; qui desciverat à lege & patria, propter temporalia commoda, & propter dexteritatem ac sanguinem regium, maximi habebatur apud Sennacheribum. Vide delirium apud Hieronym. in *Isai.* 37. v. 3. Augustin. 2. de *Mirabil. sacr. Scriptur.* cap. 27. Rabann. in 4. *Reg.* 18. & Briet. loc. cit. Rabbini, dum cupiunt se demonstrasse in Scriptura ingeniosos, ostendunt curiosè vel imperitos vel fatuos. En radix illarum ineptiarum. Præcepit Dominus Isaiæ, ut cum filio Sehar-Iasub occurreret Achaz extra mœnia Ierusalem, illique prædiceret (& si Regi placeret, miraculo confirmaret) à tanto duorum Regum fumoso apparatu balli, quantunvis indignum, liberatum iri. Ita ergo vertit Vulgatus: *Egredere in occursum Achaz tu & qui derelictus est Iasub filius tuus, &c.* Mysterium agnoscunt in tò *Derelictus filius tuus.* Iste solus derelictus, quippe alter ex duobus transfugerat ad Regem Assyriorum: qui quidem procax fronte perfrictâ, rogatus loqui Syriace, ne verbis inverecundis commoverentur audientes; noluit supplicibus viris auctoratis acquiescere, imò ut conturbaret cives, locutus Hebraicè. Dissimulant in huiusmodi anilia, filium Isaiæ vocari *Sehar-Iasub*, signantque duntaxàt *Iasub*, omittuntque uti proprium *Sehar*, quod significat *Derelictum*, ut astruant vigilis vacui cerebri somnium. Frequenter in Vulgato invenitur, ubi occurrit aliqua vox Hebræa constans ex duabus; unam in Latinam linguam traduci, & aliam relinqui in originali idiomate: *Salem* enim vertit pro *Ierusalem*, & *Duma* pro *Idumæa*, *Lemites* pro *Bethlehemites*, Filius *Iemini* pro filius *Beniamin*, *Ram* pro *Abraham*, *Xerxes* pro *Artaxerxes*, *Chonias* pro *Iechonias*, *Iachim* pro *Heliachim*, vel *Heliacim*: ut clariùs pateat, Ezech. 47. 16. dicitur *Domus Tichon*, pro *Casser tichon*: v. 17. *Atrium Enon*, pro *Casser-Enon.* Idem, cap. 48. 1. *Atrium Enan*, quippe *Casser*, seu *Chasser* significat domum vel atrium. Ubi ut vides, à Vulgato prior pars nominis relinquitur, posteriorque tantùm tanquàm nomen signatur, uti in præsenti *Sehar-Iasub.* Hæc figura dicitur *Aphæresis*, vel *Ellipsis*, ut *Ruo* pro *Eruo*; *Pone metum*, pro *Depone.* In primis exemplis potiùs, quàm huiusmodi schema, locum habet *Syncope*; ut *Sæclum*, *Vincla*, *Amarunt*, *Audierunt.*

*Quis fuerit Rabsaces?*

Isai. 7. 3.

*Syncope.*

*Aphæresis. Ellipsis. In nominibus proprijs Biblicis solet prior pars omitti.*

11 Fabulam Fabulæ attexuerunt Rabbini: equidem cùm pro Rege descenderent ad Rabsacem Eliacin filius Helciæ præpositus Domus (ideſt, templi) & Sobna Scriba (quem dicunt Templi thesaurarium) simulque Ioäbe à commentarijs, seu secretarius Regis (de quorum primis agit Isaias etiam *cap.* 22.) finxerunt in Sobna execrabilem perfidiam. *Tradunt Hebræi* (inſit Hieronym. d.) *Rabsacis comminatione perterritum Sobnam tradidisse manus Assyrijs, & inferiorem partem Hierusalem adversarijs prodidisse: exceptaque arce Sion & Templo, nihil aliud remansisse quod non tenuerint Assyrij.* Falsum omninò. Primò, quia ut subdit Doctor Maximus, *Errant qui Sobnam qui nunc cum EliaKim & Ioäbe ad Rabsacem egreditur, eundem putant quem & suprà. Ibi enim Sobna præpositus templi ponitur, qui ab Assyrijs dicitur esse capiendus: hìc autem Sobna Scriba.* Deinde, quia Dominus dixit de Rege Assyriorum: *Non ingredietur urbem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circundabit eam munitio: per viam qua venit revertetur, & civitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus.* cap. 19. à v. 32. & *Isai.* 37. 33. Retorqueatur Profanus, lib. 1. *Od.* 34. à v. 1.

Hieronym. *Nulla pars urbis subSennacheribi potestate.*

Idem.

Horat. *Parcus Deorum cultor, & infrequens*
*Insanientis dum sapientiæ*
*Consultus erat: nunc retrorsum*

Ve-

*Vela dare, atque iterare cursus,*
*Cogitur. Valet ima summis*
*Mutare, & insignem attenuat Deus.*

12 Coram his nuncijs Ezechiæ, venena pectoris impius evomuit Rabsaces; tantò acrior, quantò illi expugnatio civitatis videbatur difficilior, cupiens complacere Regi, cui gratior singulari improbitate: equidem propter inverecundiam eius demeruerat gratiam. Fatetur in similem furia infernalis, atque tenebrosa, flammivoma Erinnys. *Quantum virus fovebat Rabsacis pectus!*

*Ipsa quidem fateor vinci, rabidoque magistram*
*Prævenit ingenio: nec plus sermone morabor.*
*Solus habet scelerum quicquid possedimus omnes.*
*Hunc ego si vestræ res est accomoda turbæ,* Claudian.
*Regalem ad summi perducam Principis Aulam.*
*Sit licèt ille Numá gravior, sit denique Minos,*
*Cedet; & insidijs nostri flectetur alumni.*

Ita ex Claudiano, 1. in *Rufin.* à v. 110. Probavit eventus, dum patuit viscerum virus: igitur libertimè, parrhasicè ac inverecundè tetigit extrema exlegis & effrenioris dementiæ. *Quis est* (dicax effutivit) *ut eruat Dominus Ierusalem de manu mea?* Isai. 36. 20.

*Audis*
*Iupiter hæc, nec labra moves, cùm mittere vocem* Iuvenal.
*Debueras vel marmoreus, vel æneus?*

Nec galeam quassas, nec terram fulmine pulsas? Blasphemiâ auditâ interlocutores præfati *Siluerunt, & non responderunt ei verbum*: quinimò estò dolore perculsus, *Tacuit populus, & non respondit ei quicquam.* Causam huius silentij tribuitur præcepto Ezechiæ. *Acceperant* (subditur) *ut non responderent ei.* Quàm cautè! quàm prudenter! *Imperitis enim sermonibus, & fastui Barbarico, & gloastagiæ* (impudentiæ, scilicèt) *linguæque contra Deum petulantiæ, illachrymari potius* (inquit Cyrill. Alexand. hìc) *quàm reclamare oportuit.* In ampliores durioresque blasphemias prosiliret, si quis audaciam zelo ductus oppugnaret: præberet utique in convitia & execrationes detestabiles ansam, quisquis inconsideratè vellet compescere linguam. Docuit Michaël. *Cùm Archangelus cum diabolo disputans altercarentur de Moysi corpore; non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit: Imperet tibi Dominus.* Si conaretur diaboli frangere audaciam, hic proculdubiò erumperet in maligniorem blasphemiam: ceditque prudenter improbo; quia rem in præcipitis articulo, satius committere Deo. Ipse enim sinit linguaces tolli, sine formidine in altum, ut lapsu maiori ruant in immane præcipitium. Isai. 36. 21. 4. Reg. 18. 36. Cyril. Alex. Iudæ, v. 9. *Irato procaci, & præcipiti cedendum.*

13 Modò quia pervium iter in expositionem Tautologiæ, videbimus quid indicent geminationes silentij. Iuxta huius vocis acceptiones, delicabitur tam principalis pleonasmus, quàm affines: equidem ex horum intelligentia elucebunt plura sacra & profana testimonia. Vox nil aliud est, quàm pulsatio quædam ab aëre per aures, cerebrumque & sanguinem ad animam penetrans. Ita Nicol. Nancel. lib. 3. *Analog. Microc. ad Macrocosm.* cap. 2. Parum distat à Platonica diffinitione, apud Plutarch. 4. de *Placit. Philosoph.* cap. 19. & lib. 8. *Sympos.* cap. 3. quem sequitur Læl. Bisciola, Tom. 1. *Horar. Subsec.* lib. 10. cap. 22. Non sumitur vox præut comprehendit omne sonum à loquentibus, à sonantibus, à strepentibus: impropriè his duobus ultimis modis dicitur vox, qui propriè appellandus sonor. Sonus ergo est ictus aëris ex collisione solidorum. Unde Aristotel. 2. de *Anima*, cap. 8. *Sonus* (inquit) *est alicuius semper, & ad aliquid, & in aliquo*: scilicèt in aëre: equidem uno duntaxàt solido (uti cùm lana percutitur) sonus non fit. An edat sonum corpus solidum verberans, vel verberatum, remittimus in otium Philosophorum. Dividitur sonor in vocem, murmur vel susurrum. Murmur est quasi indistinguibilis sonor, rumor mutus penè vocis, quasi aquę silentiosè fluentis. Vox est sonus, qui ab animato procedit: inanima enim vocem propriè non habent, sed tantùm abusivè, seu metaphoricè. Ita Plato tam in *Sophista*, quàm in *Theætet.* quo liquet sensus Pauli dicentis, 1. Cor. 14. 7. *Quæ sine anima sunt, vocem dantia, sive tibia, sive cithara*: igitur horum instrumentorum quæ dicitur vox, est solummodò sonor iuxta minurizationem, reflexionem, laxationem, extensionem, brevitatem, compressionem, differentiam, & concentum, ad imitationem vocis humanæ, quæ eadem facit, & conficit, industriùsque sine artificio perficit. Vide Nancel. d. *cap.* 9. Quare etsi vox sonus sit, sonus autem non est vox; quippe vox *Quid vox?* *Quid sonor?* Aristot.

eſt ictus aëris reſpiratione attracti, cum aliqua animalis imaginatione; quâ quidem exclusâ, ſonus tantummodò eſt, quæ poterat eſſe vox; ut patet in tuſsiente & ſternutante. Vox ut vox eſt ſonus ſignificativus: datur enim animali (etſi ad alia quoque homini) ut explicet utilitatem aut damnum; commodumque vel incommodum. Legeſis Ariſtotel. lib. 3. *Hiſtor. Animal.* cap. 9, & Sect. 11. *Problem.* 58. & 60.

*Vox articulata. & ſtridula.*

14 Vox igitur ut ſpecies ſoni dividitur in articulatam, & in muram ſeu dearticulatam; quam informem dicere poſſumus: igitur huiuſmodi in vocibus idem nonnunquam ſonus; ut audimus in mugitu, rugitu, balatu, latratu, &c. ſingularum ſpecierum, videndis apud Ovid. *Eleg.* de *Philomela*. Hoc enim ſenſu muti dicuntur homines, quanvis vocem meditatò edant, modò ad omnia eadem vox, idemque ſonus. Ità muti ſerpentes, & muta animalia vel vocem habentia, ut infrà videbimus. *Uſurpatur etiam abuſivè in brutis animantibus* (ſubdit Plutarch. in loc. cit. *cap.* 19.) *& in inanimis vox ceu tinnitus &*

Plutarch. *crepitus. Propriè verò vox dicitur articulata, quæ eſt Græcè Phone, quaſi mente concepta illuminans.* Vox articulata dicitur *Dialectus*, ſeu ſermo, ut ait Philoſophus, quo dadùm, & lib. 4. *Hiſtor.* cit. cap. 9. dicitur etiam *Logos*, ſeu verbum; ratio aut locutio;

Ariſtot. quia per voces notio conceptorum à ratione, ſive mente formatrice, quod proprium hominis. Unde idem ibid. *Sermonem ſolus homo habet ex omnibus animantibus.* Senſum enim ſolus habet, quo efformat ſonos, interpretes mentis, vel animi, linguâ in uſum aptâ, adiuncta & adiuta palato, offenſione dentium, ac laxatione, vel compreſſione labiorum. Iccircò vox formatur in ore, impulſa à pectore, & dictata à capite; ipsâ linguâ aërem immoderatè profuſum determinante, atque in conatus expreſsionem fingente, diſtinctis flexionibus, ad ſonos diſtinctos, in diſtinctos mentis, animique conceptus. Quapropter homo non ſolùm ut cætera animalia habet vocem, indicantem commodum vel incommodum, ſed etiam iuſtum & iniuſtum, quo non gaudent cætera animalia, vocem dearticulatam habentia. Hinc vox hominis vocalis dicitur, ut apud

*Quid vox vocalis?* Mantuan. *Eclog.* 3. v. 37. *Vocali voce fatigat* (de quo ſuo loc. *Tom. ſeq.* T. 3. ad illud Pſalm. 3. 5. *Voce mea ad Dominum clamavi*: ubi reliqua de Voce) quia qui loquitur, quæ loquitur intelligit, exprimens rationem; & qui audit, ut ratione reſpondeat, loquentis percipit mentem.

15 Si inanima, vel animata aliquando locuta fuere, non ideo locutio propriè: equidem ſine intelligentia dicere non poſſunt etſi loquantur: quippe voces non intelligunt, ut patet in avibus garrulis. In inanimis totum ab agente extrinſeco, medio aëre, abſque ulla vitalitate: igitur in illud eloquium, vitale nec inſtrumentum. Imò nec vitalis actio extrinſecè moventis, quia ſine vita nulla ſpecies vitalitatis. Non ſecùs in vocum efformationem aſſumuntur elementa, arbor vel lapis, inepta ad voces: iuxta illa enim, vel intra

*Quomodò inanima loquuntur?* illa fit vox ab Angelo bono, vel malo in locutionem, ſecundum intelligentiam verba illo medio proferentis, & perceptionem locutionem auſcultantis. Siccine locutus eſt Angelus de medio rubi, apparens in flamma ignis. *Exod.* 3. quo dici quibat rubum locutum, ſicut quercus Dodonea (de qua Lucian. in *Micyllo*) fatidica claruit: tabula Argus navis, ut canit Orpheus, in *Argonaut.* Ulmus Gymnoſophiſtarum Apollonium ſalutans: Philoſtrat. in *Vit.* eius, lib. 2. cap. 3. Cauſus fluvius à quo auditum, *Salve Pythagora.* Ælian. lib. 4.

*Quæ inanima locuta.* *Var. hiſtor.* cap. 17. Expulſis Regibus arbores locutas, ſicut muros Babylonicos, *Firmiter ſtabimus quouſquè mula pariat*; prodidit Epidius *lib.* 17. *cap.* 15. & Raviſ. Textor. lib. 7. cap. 53. *Officin.* De arboribus Solis & Lunæ Indicè, Græcèque loquentibus, ait Alexand.

Alex. Mag. Magn. *Arbor enim Solis primo iubare Solis orientis Indicé mihi dixit: Invicte bellis Alexander, unus eris terrarum orbis dominus; ſed vivus in patriam non reverteris: ita enim fata de tuo capite ſtatuerunt. Ab arbore Lunæ, oriente Lunâ noctú, audivi: Alexander plenum iam ætatis finem non habes; ſed ſequenti anno menſe Maio in Babylone morieris. A quo minús ſperas, decipieris. Ad annum & menſes octo morieris, non ferro ut ſuſpicaris, ſed veneno.* Hactenus in *Epiſt.* ad Præceptor. ſuum de Itinere, ſituque Indiæ.

16 Mira ſanè refert Euſebius Nieremberg. de *Miracul. Europ.* cap. 2. & lib. 3. *Hiſtor. natur.* cap. 20. Apud Occidentales Indios in Regno Motezumæ iuſſum (ait) immane ſaxum aſportari ad ſacra Idolorum peragenda: immobile cùm ſtetiſſet, nec cùm ab infinitorum rudentibus urgeretur, quicquàm moveri potuiſſet, aut ulla vi ſedem mutare; fruſtrà tandem conantibus intonuit vox: *Nullo*, ſcilicèt, *pacto poſſe moveri, quandoquidem naturæ Domino barbarorum ſacrificia diſplicere.* Palàm ita locutus & faſſus eſt lapis. Nunciatur Regi prodigium, ibique ſacrificia peragi iubet; & in hanc vocem iterùm prorupit lapis: *Nonne iam dixi, diſplicere iſta Creatori? In huius fidem permittam tantiſper me*

Nieremb. *Lapidis mirabilis vox.*

*por-*

*portari: & iterùm ſtabo fixus, ut d movere me non valeatis.* Idem intelligendum de locutionibus idolorum & ſtatuarum, ut de ſimulacro Iovis Antiochiæ arte Theotecni Magi loquente refert Euſeb. lib. 5. *Eccleſiaſt. hiſtor.* cap.5. *Olympiæ ſimulacrum Iovis, quod diſſoloi transferrique Romam placuerat* ( ait Sueton. in *Caligul.* cap. 57. ) *tantum cachinnum repentè edidit; ut machinis labefactis opifices diffugerint.* Plura refert lib. 3. *Contr. Iulian.* Cyrill. Alexandrin. Obſequens de *Prodig.* Valer. Maxim. *lib.* 1. ſub eodem titulo, noſque uſquequaquè in *Ephem r.* & aliqua mira, *Tom.* 3. *T.* 4. *n.* 17-4. *T.* 6. *D.* 5. *n.* 10. & *T.* 10. *n.* 23. Hinc ut oracula plauſa huiuſmodi diaboli embolia, & ut Numina culta lucorum ligna, uti aſtruximus *Tautolog.* 1. *n.* 54. & Plin. *lib.* 12. cap. 1. *Deos putant* ( inſit Q. Curt. in *Hiſtor. Alex.* de Indis, lib. 8. cap. 9. & Alex. ab Alex. *lib.* 6. cap. 26.) *quicquid colere cœperunt, arbores maximè; quas violare capitale eſt.* Idem refert Dempſter. ad Roſin. de *Antiq. Rom.* lib. 1. cap. 13. inter miraque narrandum, quod ſignat Plin. *lib.* 17. *cap.* 25. & Textor. loc. cit. Arbores ſedem mutaſſe Neronis principatu. Scitur modò cur dicitur à Propheta: *Væ qui dicit ligno, Experg'ſcere; Surge, lapidi tacenti.* Ex voce cenſebant Ethnici arbores vigiles, quaſi dormirent tacentes: ſimulque in lapidibus motum, dum aliquod ab illis audirent verbum: de quo etiam infr. *n.* 38. *Vaticinatur Delphica rupes*: ait Sophocl. in *Oedip. Tyrann.* v. 980. *Vocalem Phœbi petram*: Nonn. 8. *Dionyſ.* v. 301. *Natura dederat vocem ſaxis, reſpondentem homini, imò vero & obloquentem. Quid lapidis rigore pigrius? Ecce ſenſus manuſque tribuit illi.* Ita ſtolidè Plin. *lib.* 36. *cap.* 16. referente *cap.* 15. fugitivum lapidem, quo uſi Argonautæ pro anchora: fixum plumbo, ne fugeret. Oh! quanta cæcitas, & dæmonis pervicacitas!

Sueton. — *Simulachorum & ruinium.* — Q. Curt. — Habac. 2. 19 — Plin.

17 Huc pertinet, quicquid circa cadavera doloſus excogitavit, ut magis deciperet. Trallianus de *Mirabilib.* fol. 104. ait: *Quo tempore Acilius Glabrio Conſul vicit Antiochum Regem Aſiæ, deterritos Romanos oraculis, & Publij Ducis Romanorum caput relictum à lupo, qui corpus devoraverat* ( *ut ipſe prædixit furore divino percitus* ) *ceciniſſe longo ſermone adventuram cladem Romanis.* Simile refert Plin. *lib.* 7. *cap.* 52. *Bello Siculo* (inſit) *Gabienus Cæſaris claſſiarius fortiſſimus, à Sexto Pompeio, iuſſu eius inciſâ cervice, & vix cohærente, iacuit in littore totâ die. Deinde cùm adveſperaviſſet, cum gemitu precibuſque congregatâ multitudine, petijt, uti Pompeius ad ſe veniret, aut aliquem ex charis mitteret: ſe enim ab inferis remiſſum, habere quæ nunciaret. Miſit plures Pompeius ex amicis, quibus Gabienus: Inferis Dijs placere Pompeij cauſas & partes pias: proinde eventum futurum, quem optaret. Hoc ſe nunciare iuſſum: argumentum fore veritatis, quod peractis mandatis, protinùs expiraturus eſſet. Idque ita evenit.* De capitis præciſi voce, occiſorem indicante; referunt multa Ariſtotel. 3. de *partib. animal.* cap. 10. Cœl. Rhodigin. *lib.* 3. *cap.* 23. Nancel. d. *lib.* 3. *cap.* 9. & Leopard. *lib.* 9. *cap.* 2. qui ſubdit: *Eris Armenij filius, natione Pamphylius, multis acceptis vulneribus, inter mortuos ad decimum uſque diem relictus, deinde duodecimo ad ſepulturam ſublatus in rogo revixit, ac mira quædam ſibi viſa, dum exanimis iaceret narravit.* Orphei caput Cyro prædixiſſe mortem & à fœmina; aſſerit Philoſtrat. in *Imaginib.* Quod quàm frequens inter Ethnicos aſtruitur, ex illo Homeri, 20. *Iliad.* v. 500.

Tralliani — Plin. *Capita cadaverum loquentia.* — Leopard.

*Ipſeque dum loquitur, miſcetur pulvere vertex.* — Homer.

18 Etiam voces rationales arte boni & mali Genij audiuntur efformatæ ex inſtrumentis ac linguis in ſermonem ineptis, ut in Aſina Balaäm, quæ quidem locuta, ut dicitur Numer. 22. 28. *Aperuit Dominus os aſinæ, & locuta eſt.* Ab Angelo in ore aſinæ formata ſunt verba, & articulatæ voces, quas Balaäm intelligeret audiens, ſicut in dæmone quoad Evam in ore ſerpentis, organizando concavum oris, ne per rictum ſine colliſione egrederetur aër; & aptando linguam, ſublevatione ponderis, ingenitæ pigritiæ, & moroſæ gravitatis, in humanam loquelam. Inſtrumento enim linguæ motorum animalium in articulatas voces uſus eſt & Lucifer, & Archangelus Michaël, ut cogitat Theodoret. hic *quæſt.* 42. Ideo iſtiuſcemodi locutio mirabilis, quippe gaudebant ſermone naturaliter muti. *Mutos ſerpentes* Ægyptij colebant, & *beſtias ſupervacuas*, ut loquerentur; plauderentque mirabilia, dum voces intelligentiæ proferrent *muta animalia.* Ethnicos his artibus, qui gaudet mille nocendi, uſque in cachinum ludificatus eſt. In Epidauro locutum fuiſſe ſerpentem, qui Æſculapij adorabatur ut Numen: refert Valer. Maxim. *lib.* 1. cap. 8. Canem locutum & ſerpentem latraſſe in Regifugio; Plin. *lib.* 8. *cap.* 41. Columbas Dodones, Sophocl. in *Trachin.* à v. 30. & Eraſm. *Chiliad.* 1. *Centur.* 1. n. 7. Aſinum in Cayro, Bellonius in *Obſervat.* fol. 117. Bovem locutam, in Sicilia, Tit. Livius, *lib.* 24. ſect. 31. Aliam ſimiliter ſecundo bello Punico, dicentem: *Cave tibi Roma*, Obſequens de *Prodig.* & Textor loc. cit.

Et animantia muta. — Num. 22. 28 — Geneſ. 3. 1. — Sap. 11. 16. — Iudæ. v. 10

cit. qui addit: *Ante paulò quàm Augustus Imperator factus esset, bos in suburbano Romæ arantem locutus est, frustrà se urgeri: non enim frumenta, sed homines brevi defecturos.* Gallum gallinaceum humanè locutum, Plin. *lib.* 10. *cap.* 21. Virgil. 1. *Georg.* v. 478. Ravis. Text. Lucan. Tibull. *Pecudesque locutæ.* Lucanus, 1. *Pharsal.* v. 561. & Tibull. 2. *Eleg.* 5. v. 78.

*Tum pecudum faciles humana ad murmura linguæ.*
*Fataque vocales præcinuisse boves.*

Leonem dixisse Appollonio Tyranæo esse animam Amasidis, olim Ægypti Regis: latè prodidit Philostrat. in eius *Vit.* lib. 5. & Nos in *Ephemer.* Isagog. Iul. n. 8. Hinc stupor Gentilium: etenim ut dicit Euripid. in *Troädib.* v. 666. de Equa:

Eurip. *Hæc bestia est & muta, rationis usu caret, & naturà inferior.*

Sæpe ut Balaäm correptionem habebant suæ vesaniæ subiugale mutum animal, lapidem vel statuam, hominis voce loquentia; sed illi ut ait Petrus 2. Epist. 2. 12. peribant in corruptione sua, *velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem & in perniciem, in his quæ* ignorabant, *blasphemantes.*

19 Alia etiam ineptitudo in instrumento linguæ est præ teneritudine carnis, ac non usu mentis in articulatas voces, ut videtur in infantibus, maiorque obex adhuc in utero remanentibus, & propter imbecillitatem virium, & etiam propter aëris eliciendi defectum: ita observant Petr. Garcia, de *Locis affectis*, disputat. 71. & Laurent. Scoltz. 8. *Anatom.* quæst. 26. Horum plura exempla compilavit Andr. Libavius tom. 2. *Singular.* Livius quo supr. *Infantem* (inquit) *in utero matris in Marrucinis, Io triumphe, clamasse.* De Izate Rege Adiabenorum (posteà cum matre Helena, legis Mosaicæ proselyto) ait Ioseph. 20. *Antiq.* cap. 2. in vulva matris locutum. *Monobazus sororis amore captus, in uxorem ductam gravidam reddidit. Accidit deinde, ut unà cubans, & manum reclinatam habens in uxoris uterum, vocem quandam sibi videretur audire, iubentem, ut manum à ventre tolleret, néve premeret fœtum, qui ut non sine divina providentia inchoatus sit, ita finem habiturus esset fortunatissimum. Hac voce territus, uxori indicavit, &c.* Sæpe auditum huiusmodi portentum apud Romanos, refert Augustin. 3. de *Civ.* cap. 31. Omitto plura prodigia facta à Deo, qui mirificat Sanctos suos, ut vel ab utero, aut ab ubere genitricum commendet ut virtutum singularium; videnda apud Bagattam duplici Tom. de *Admirand. Orb. Christian.* Nancel. ubi supr. cap. 9. Reyes Franc. in *Camp. Elys.* quæst. 55. n. 7. Delr. *Disquisit. Magic.* lib. 2. quæst. 19. & *quæst.* 26. sect. 5. & Ioann. Rodolph. Camerar. *Centur.* 11.

Tit. Liv. Ioseph. *Fœtus loquentes, & infantes.*

20 Etiam plura & insignia referuntur de infantibus recens natis, extra & ultra naturæ seriem locutis. Iul. Obsequens, d. asserit, Amiterni infantem cum nasceretur, matri dixisse: *Ave.* Serva enim erat, indicavitque per suam nativitatem, exuturam servitutem. De Crœsi filio infit Plin. *lib.* 11. *cap.* 51. *Primus sermo anniculo est. Semestris locutus est Crœsi filius in crepundijs: quo prodigio totum id concidit Regnum.* Fallitur, ut videbimus, *num. seq. Mirum prodigium est* (inquit Rhodig. *lib.* 29. *cap.* 14. & paulò aliter Reyes-Franco, *n.* 8.) *quod Hali Abaregel commemorat, in Regia se vidisse natum infantem, qui vix dum vigintiquatuor horis vitæ perfectis, loqui cœpit, & manu signa facere, qua in re Rege vehementiùs conterrito, maius miraculum accessisse: nam Rege astante, & me quoque cum multis alijs, exclamavit infans: Sum infeliciter natus ad prodendam regni amissionem & gentis perniciem ad desolationem: quibus enunciatis, ille concidit exanimis.* Haud minoris novitatis, quod refert Phlegon Trallian. loc. cit. *n.* 17. *Polycritus* (infit) *post Locridem uxorem ductam, tertio die vitâ functus, eam reliquit gravidam, quæ monstrum ex duplici sexu peperit: quod cùm in mediam concionem populi ductum fuisset ad consulendum, quid id præsagiret, quidve de eo faciendum esset; comparuit in medio populi spectrum: Polycritus scilicèt, qui futuram Ætolis & Locrensibus cladem prædixit: & impotenti ad resistendum populo, filium suum monstrosum, dempto capite devoravit & evanuit: mox & caput eandem cladem elocutum est.* Videnda rara ac insolita apud cit. Libavium, Licetum & SchenK de *monstris.* Cur habitum ut prodigium, sumendum ex Plinio, qui *lib.* 11. *cap.* 37. de hominis cerebro ait: *Non corroboratur ante primum sermonis exordium.* Debilior planè in utero matris propter præfata *num. antec.* Unde intelligitur miraculum insigne Dei, in populi Israëlitici gratiarum actione pro transitu maris Rubri (de quo egimus, hìc *Tautolog.* 4. *n.* 30. & *Tom.* 5. *T.* 4. *D.* 2. *án.* 13.) scilicèt: *Sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.* Mutos signat & infantes. *Mutos*, quia extra naturæ ordinem recenter nati impulsi, ut voces proferrent: *Infantes*, quoniam eorum confortatum cerebrum, ne balbutirent. Hi dicuntur à natura silentes, sic & sic diversis causis.

Infans nascens matrem salutat. Plin. Cœl. Rhod. *Mira alia.* Trallian. *Caput discerpti locutum.* Plin. Sapient. 10. 21.

Ali-

21 Aliter silentium non ex instrumento inepto, sed accidentaliter impedito; ut patet in his qui laborant epilepsiâ aut paralysi: audiunt enim, sed non loquuntur, nec possunt; quippe in usum vocis instrumentum ligatum; infantes verò non loquuntur, quoniam debile instrumentum. Tunc enim vocem emittunt vitalem, haud articulatam in conceptorum signum; igitur sine directiva facultate, quod principium locutionum. Unde muti sunt negativè, non privativè. Sunt muti actu, non potentiâ, qui possunt dici *Taciti*, non *Taciturni*. Vid. *n.*23. Muti à nativitate, propriè muti, equidem non valent verba proferre, qui non habent; cùm species ad verba per auditum nunquàm suppetiverint. *Cætera sentire naturam suam* (infit Plin. in *Proœm. lib.* 7.) *hominem scire nihil sine doctrina*: *nec fari*. Qui audiunt & non loquuntur propter linguæ aut oris impedimenta, aliasve indispositiones & obstacula (ut Astomi, idest, sine ore, de quibus Hermann. Schedel, & Munster. de *Monstr. Afric.* ex Plin. *lib.*7.*cap.*2. qui *lib.*5.*cap.*8. præmittit: *Troglodytis stridor, non vox*: *adeo sermonis comercio carent.*) elingues sunt, idest, privativè muti: quandoquidem loquerentur & expeditè, modò ad usum solverentur ab obice. Claret in Crœsi filio, de quo Gell. *lib.*5.*cap.*9. (ex Herodot. in *Calliope*, seu *lib.*1.) ait: *Filius Crœsi Regis, cum iam per ætatem fari posset, infans erat*: *& cum iam multùm adolevisset, item nihil fari quibat, Mutus autem & elinguis diú habitus est. Quùm verò in patrem eius bello magno victum, & urbe, in qua erat, captâ, hostis gladio educto, Regem esse ignorans, invaderet*; *diduxit adolescens os, clamare nitens, eoque nixu atque impetu spiritus, vitium nodumque linguæ rupit, planèque & articulatè elocutus est, clamans in hostem, ne Rex Crœsus occideretur.* Idem astruunt Rhodigin. *lib.*20. *cap.* 15. & Dalecamp. in *Plin.* 11.*cap.*51. l. C. qui iurè addit: *Si vera sunt, iam non semestris, sed adultus fuit.* Haud mutus erat, nisi privaticè, ad vocem valente obice. Si negativè, vel à nativitate, nil audiisset: & mutum siccine non fuisse patet; quia *Heus homo, ne occide Crœsum*, dicere non poterat, ni priùs audierat. Indignatione, fervoreque iræ, præ amore erga patrem, vincens obicem, dirupit linguæ vincula, atque locutus; qui mutus videbatur; voce in mentis expresionem articulata. Non secùs accidit Anglæ Samio, ut infit Aul. Gell. ibid. *Anteà non loquens*: *at cùm in sacro certamine sortitio inter ipsos & adversarios non bonâ fide fieret, & sortem nominis falsam animadvertisset*; *repentè in eum qui id faciebat, sese videre quid faceret, magnum inclamavit*: *atque is oris vinculis solutus, per omne inde vitæ tempus non turbidè neque adhæsè locutus est.*

*Qui taciti, & qui taciturni?*

Plin.

*Qui propriè muti?*

Idem.

Aul. Gell.

Dalecamp.

*Unde muti loquentes?*

Gell.

22 Propriè ergo vox, articulata dicitur, estque locutio. Huius partes sunt, uti mentis expresivæ, nomina & verba copulata, & ex quibus constant, syllabæ, seu in articulationem elementa, ut efformentur in vocibus & ex vocibus signa, queis exprimantur rationalia sensa. Non enim nudæ syllabæ, nec verbum sine nomine, nec contrà, animum cumulatè & plenè possunt exprimere; ut ait Plato in *Theætet.* & Diogenes Babylonicus, seu Stoicus; igitur à ratione & voce pendet oratio. *Unde* (inquit) *emittitur vox, inde etiam articulata vox. Si articulata, etiam significans*: *significans verò vox nihil aliud, quàm oratio est*: *oratio igitur inde quoque emittitur unde & vox. Oratio enim est vox significans profecta à mente & ratione.* Fusè tractant Nancel. loc. cit. Biscola, *Tom.* 1. *lib.*10. *cap.*22. & Cœl. Rhodigin. *lib.* 29. *cap.* 14. Ex queis liquet silentium propriè ac strictè haud posse esse nisi in potente loqui: quod quidem donum naturale homini est, uti rationali. Iccircò Chald. in illud Genes. 2. 7. *Factus est homo in animam viventem*; apposite legit: *In animam loquentem*: igitur expresio articulatæ vocis, signum profectò rationalitatis. Sic autem arcana mentis designare, vel sic; ad placitum namque est. In hoc etiam sedere debet admiratio: *Immensum æstimatione tot gentium sermones, tot linguæ, tanta loquendi varietas*: ait Plin. *lib.*7. *cap.*1. Summum utique, sed ut infit *lib.* 11. *cap.* 51. *Ante omnia, explanatio animi, quæ nos distinxit à feris*: *inter ipsos quoque homines discrimen alterum æquè grande, quàm a belluis, fecit.* Si scire vis discrimen, audi vel in eodem idiomate hominem & hominem. Quid si barbarum? *Atlantes degeneres sunt humani ritus, si credimus*: *nam neque nominum ullorum inter eos appellatio est.* Ritus probant: *Solem orientem & occidentem dirâ imprecatione contuentur.* Idem *lib.* 5. *cap.* 8.

*Nomina & verba vocem constituunt articulatam*

Diog. Stoic.

*Loqui proprium hominis.*

Plin.

Idem.

*Sol invisus quibus gentibus?*

23 De silentio & taciturnitate multa dixere, maximè Grammatici, quippe minimè fugiunt ostendere alogam amentiam, modò novam effutiant etymologiam, ac inter voces synonomas aliqualem quadantenùs differentiam. Voluntariè Donatus in *Eunuch. Terentij*, Act. 5. scen. 1. v. 4. & in *Heautont.* Act. 1. scen. 1. v. 33. subdit: *Reticemus dolores, obticemus pudenda, tacemus consilia, secreta.* Servius in Virgil. 6. *Æneid.* v. 390.

*Discrimen inter Silere & Tacere.*

Donat.

Serv.

Si-

*Silet* (ait) *qui loqui non cœpit: Tacet, qui iam cœpit.* Cornel.Fronto econtrà verberat: *Tacet* (inſit) *qui loqui non cœpit: ſilet, cuius loquela reprimitur.* Totum arbitror voluntarium, ut unuſquiſque proprium demonſtret ingenium. Cuncta aſtrui quibant pluribus teſtimonijs, ut conſtabit proximè dicendis.

*Silere pro pati.* Ierem.48.2

24 In Scriptura, ſicut etiam apud Ethnicos, variæ ſunt horum verborum ſignificationes. Sumuntur interdùm pro pati. Iſai. 15. 1. *Moäb conticuit, quia nocte vaſtata eſt,* &c. Ierem.48. 2. de eadem gente: *Silens contiteſces ſequeturque te gladius.* Thren. 2. 10. *Conticuerunt ſenes filiæ Sion.* Hinc apud Profanos habitatio Manium, Plutonis regnum, infernus, ſeu Barathrum, locus dicebatur Silentum, ideſt in Tartara damnatorum. Seneca in *Hercul.furent.* à v.704. & in *Medea*, v.740.

Senec.

*——Cuncta mœrore horrida,*
*Ipſaque morte peior eſt mortis locus.*
*Eſt in receſſu Tartari obſcuro locus,*
*Quem gravibus umbris ſpiſſa caligo alligat:*
*Tacente ſacram devehens fluvio Stygà.*
*Vos precor vulgus Silentum, voſque ferales Deos,*
*Et Chaös cæcum, atque opacam Ditis umbroſi domum:*
*Tartari ripis ligatos ſqualliдæ mortis ſpecus.*

Lucanus lib.6. *Pharſal.* à v.729. Ovid. 5. *Faſtor.* à v. 457. & Virgil. 6. *Æneid.* à verſ. 264.

Lucan. Ovid. Virgil.

*Manibus illatrat, regnique ſilentia rumpit.*
*Umbra cruenta Remi viſa eſt aſſiſtere lecto,*
*Atque hæc exiguo murmure verba loqui.*
*Dij, quibus imperium eſt animarum, Umbræque Silentes;*
*Et Chaös & Phlegethon, loca nocte ſilentia latè.*

Ferè ſic Ethnici Vates.

*Quid dicebatur Umbræ?*

25 Undè dictæ *Umbræ*, & terriculamenta (Hiſpan. *Traſgos*) quippe ſæpè viſa in locis ſilentioſis & ſolitarijs. Fingebant nocte vagari, luce autem exortà in abdita recludi. *Deus iſte Mercurius* (inquit Apuleius in 1. p. *Apolog.*) *Superum & Inferùm commeator, utrorumque Deorum malam gratiam, & ſemper obvias ſpecies mortuorum, quicquid umbrarum eſt unquàm, quicquid Lemurum, quicquid Manium, quicquid Larvarum oculis tuis ingerat, omnia noctium occurſacula, omnium buſtorum formidamina, omnia ſepulchrorum terriculamenta.* Vid. Delr. d. *quæſt.*27. *ſect.*2. *Silent latè loca*, ait Virgil. cit. *lib.* 9. v.190. In Ethnicorum Theologia animæ non deſcendebant in infernum, ſed tantùm umbræ. In quolibet fato functo ſignabant Corpus, Simulacrum, & Imaginem, quam vocabant Umbram. Corpus iacebat in ſepulchro, Simulacrum ſupra ſepulchrum ad formam & effigiem corporis (de quo Lucret. 1. de *Rer.natur.* v.123.

*Quid corpus ſimulacrum & imago.*

Lucret.

*Quó neque permanent animæ, neque corpora noſtra,*
*Sed quædam ſimulacra modis pallentia miris.*)

Imago ſive Umbra deſcendebat deorsùm, quæ aliquando in vivos apparens invehebatur, vel nunciabat ignota viventibus. Virgil.4. *Æneid.* v.653.

Virgil.

*Vixi, & quem dederat curſum fortuna, peregi:*
*Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.*

Diximus *Tom.*4. *T.*5.n.61. ibique indicavimus AA. in præſens argumentum, quos videris. Expreſsè Virgil.d.2. à v.772. & *lib.*5. à v.81.

Idem.

*Infelix ſimulacrum, atque ipſius umbra Creüſæ*
*Viſa mihi ante oculos, & notà maior imago.*
*Obſtupui, ſteteruntque comæ & vox faucibus hæſit:*
*Nequicquam cineres, animæque umbræque paternæ.*

Ita ergo apud illos diſtributio corporis, ſimulacri & imaginis; quippe anima corporis humani forma, vel migrabat fato in corpora alia, vel tendebat in æthera. Conſule Auguſtin. de *Tempor.* ſerm. 139. & 143. ac 9. de *Civit.* cap.11-10. à cap. 32. & denique 12. *cap.*20.

*Cur Manes dicti Silentes?*

26 Has Umbras Ethnici vocabant Manes, & Silentes, quia ſi aliquando locuti, non verbis loquebantur, ſed murmure aut ſtridore, ſilentio ſtudentes, atque voces averſantes.

Ovid.

*Nunc elapſa rogi flammis & inanis imago,*
*Lubrica prenſantes effugit umbra manus;*

Mox

*Mox etiam Lemures animas dixere silentum:*
*Hic verbi sensus, vis ea vocis erat.*

Succinit Ovid. d. *Fastor.* à v.463. Unde in illorum assultus & infestationes nullum aliud invenerunt auxilium, nisi resonantem vehementiorem strepitum,& æris clamosiorem tinnitum. Idem ibid. & Nos in *Ephemer.* die 9. Maij. Ita Profani, at arbitrarer, infernum dici regnum Silentum & umbrarum, quia sine luce; & cum tempora noctis silentio dedicentur, Silentes, & Umbræ dicuntur, ubi totum nox, nulla vox, nulla lux, umbra mortis & sempiternus horror inhabitat, utpotè quæ terra tenebrosa & operta mortis caligine, terra miseriæ & tenebrarum: hoc enim signo dignoscitur illa terra. Luc. 22. 53. *Potestas tenebrarum.* Rom.13.12. *Opera tenebrarum.* Idem, *Ephes.*5.11.& Iudæ,v.13. *Quibus procella tenebrarum servata est in æternum.* *Quare infernus dictus terra Silentum?*

*Umbrarum hic locus est, Somni, Noctisque soporæ.*

Accinit Virgil.*6. Æneid.* v.390. Vox enim & lux rebus datur, ubi ad libertatem afflictionis aliquis cogitatur recursus: ubi verò nec rimula apparet, silentium designatur & tenebræ. Frequens in Sacris acceptio. *Populus qui habitabat in tenebris vidit lucem magnam,* Isai.9.2. *Exortum est in tenebris lumen.* Psalm.111.4. *Nox præcessit, dies autem appropinquavit: abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* Rom.13.12. Quo constat lux pro spe in subsidium ac libertatem laborum. Etiam apud Ethnicos. *Sum tibi lux.* Plaut. in Curcul. Act.1.scen.3.v.11.& in *Captiv.* Act.4.scen.2.v.84. *Sum tibi salus, fortuna, lux, lætitia, gaudium.* Propert. *lib.*2. *Eleg.*14.v.29.& 28,v.59. *Mea lux demissa periclo.* Idem Cicer.5. *Accusation.* & *Epist.* 14. Quare cum in inferno nulla spes insit redeundi; in vexationibus & cruciatibus signantur silentia & tenebræ. Hinc intelligitur illud Annæ: *Impij in tenebris conticescent.* Ideſt, detrahentur in infernum. Quo intuitu David, Psalm.30. à 18. inquit: *Erubescant impij, & deducantur in infernum: muta fiant labia dolosa.* Facilis descensus in Avernum; sed impossibile, revocare gradum. Patientes iaceant, & sine recursu in tenebris conticescant. Virgil. *Vox & lux pro spe.* Plaut. 1. Reg.2.9.

27 Hoccine in sensu interpretari possumus testimonium Tautologicum. *Siluerunt & non responderunt ei verbum.* Nulla spes erat coërcendi linguam audacis, nec viribus proprijs excutiendi iugum oppressionis, fulminatum diris durisque minis. Unde cùm ultimum remedium sit silentium, ad id quod necessariò ferendum est, nulla vel in oppressione illorum auditur vox: equidem minora incommoda in silentiosa patientia. Homer. 1. *Iliad.* v.33. de Chryse, malè habito à Ducibus exercitus Danaum, cùm non posset repellere, iniuriam, dixit: Isai. 36.21. *Expositprima.*

*Timuit, & obedivit mandato: ibat autem tacitus.*

*Tacitus*, hoc est, patienter iniuriam ferens, nec hiscens: quo stylo Plaut. in *Rudent.* Act. 4. scen.3. v.88. *Tu abi tacitus tuam viam.* Deteriora pateretur, ni taceret etiam affectus iniurijs. *Erit lucro lingua retenta.* Ovid. 2. de *Remed.* v.246. & lib.5. *Trist.* Eleg. 1. à v.49. Prudentia, Homer. *Silentium pro patientia.*

*At poteras, inquit, melius mala ferre silendo,*
*Et tacitus casus dissimulare tuos.*
*Exigit, ut nulli gemitus tormenta sequantur:*
*Acceptoque gravi vulnere flere vetat.*

Ansam sumeret Rabsaces ex quibuslibet obiectis, ut diriùs sicut cogitabat, ageret, & superbiùs insolesceret: quapropter patienter ferens delirantis plenissimà mente opprobrium, fulminatum convitium,bilem incensam,& furoris flammam; *tacuit populus, & non respondit ei quicquam.* Frequens tyrannidi modus, horrere afflictorum fletus: inferre ad prolubium incessanter iniuriam; & nolle ad aures pervenire querimoniam. *Quid enim est indignius* (exclamat Senec. de *Ira*, cap.16.) *quàm florere quosdam, & eos indulgentià fortunæ abuti, quibus nulla potest satis mala inveniri fortuna?* Haud Potentibus iniuriæ videntur iniuriæ; sed iure inflictæ, estò graves, levissimæ pœnæ: impediunt enim vel solatium lachrymarum, ubi nullum aliud; ut vel ipsum subsidium sit cruciamentum,& cum labore suspirium. Siccine in malignitate complacentia quibus inveniri non potest fortuna mala. Diximus plura, *Tom.*2.*T.*7.*n.*26: dignos enim amplioribus censent tormentis, deaurantes verbis excusationem tyrannidis; & in oppressos iniustè quasi severitate iustitiæ, nec dignos in miseria iudicant miseratione. Ovid. in *Ibim*, v.117. 4. Reg. 18. 36. Senec. *Tyranni dira, quam offendit afflictorum querimonia.*

*Sisque miser semper, nec sis miserabilis ulli:*
*Gaudeat adversis fœmina virque tuis.*
*Accedat lachrymis odium, dignusque puteris,* Ovid.

Qui

*Qui mala cùm tuleris plurima, plura feras.*

28 Hinc alia Silentij acceptio, pro iniuriarum scilicèt dissimulatione, ut commotio intima cordis nequaquàm explicetur verbis vel signis; quippe illotunc importunum, irritumque totius animi propositum. Plura exhibui atteſtantia teſtimonia, *Tom.3.T.7. n.* 18. alia in præsentiarum obvia. *Vir prudens tacebit*: Proverb.11.12. *Dives iniustè egit & fremit: pauper autem læsus tacebit*: Eccli. 13.4. Idest, dissimulabit. *Soror tace*: dixit Absalom Thamar ploranti. 2. Reg.13.20. Etsi iustè moveris, non commovearis. Verbis enim declaratur infamia, & evanescit explicatione vindicta. *Tace*, dissimula, aut simula.

*Silere pro dissimulare.*

*Parce queri: melius sic te ulciscere tacendo:*
*Et malim taceas, quàm te desisse loquaris.*

Ovid.

Ut monet Ovid. 2. de *Remed.*à v.249. *Sede tacita*, Homer. 1. *Iliad.* v. 565. quod iterat, v.569. *Tace, parce voci*: Plaut. in *Persa*, Act.4. scen.5. v.10. *Tace*, quasi nihil accidisset. *Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis*: Ierem. 31. 16. igitur etiam lachrymæ doloris sunt indices. *Mutus ore*: dicitur, Eccli.20.31. quippe qui verbis parcit, non semper silet: exprimit vultu, gestu quod sedet pectori, multoties qui mutus ore. Tacentes multa dicunt nutu & manu. *Tacita loquebatur*: ait de Magdalena Augustin. *Homil.*23. inter 50. Homil. De Assella, Hieronym. Epist.15. *Habebat silentium loquens.* Quare *Tace Soror*: nec silentio cordolium urens dicendum. *Quæ tacet, taceat tacita*: inquit Passerat. in *Propert.Eleg.*12.*lib.*4.& Plaut.in *Epidic.*Act.1.scen.1.v.44. *Tacitus taceas tu tecum.* Ovid. 10.*Metam.*Fab.9. *Muta silet virgo.* In propositum taciti voti, compescendæ sunt lachrymæ, ut de Venere canit Claudian.de *Bell.Gyldon.* v.130. *Obticuit lachrymis mater Cytherea*: & de Iunone, Nonn.8.*Nonn.Dionys.*v.205. *Lachrymas facilè tergens de fronte.* Quare ubi aliquid quod tacetur, non cognoscitur, dicuntur *Silentia taciturna*: Ovid.2.de *Art.*v. 505. *Silentia muta*: Pontan. in *Uran.*lib.3. Idem Lucret. d. *lib.*4.v.505. Dum cor tabescit, & *ardet irà tacità*, ut ait Sophocl. in *Electr.* v.600. & Homer. 1. Iliad. v.554. dicuntur *Rabiosa silentia*: Auson. *Edyl.* 27. *Furiosa*: Stat. 10. *Thebaid.* v. 894. equidem cùm tempus advenerit, vel occasio occurrerit, evomit tumidum pectus, quicquid in illum repressérat vulnus. Hac metaphorà Deus anthropopathicè dicit: *Tacui, silui, patiens fui: sicut parturiens loquar.* Isai.42.14.& Numen apud Virgil.10. *Æneid.*v.63.

Ecclì.20.31 *Quid & quo modò silentiù loquens?*

*Quid silentia muta, & quid furiosa?*

*Anthropopathos.* Isai. 42.14. Virgil.

——— *Quid me alta silentia cogis*
*Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?*

Ex huiusmodi silentij acceptione, fax arripitur pro nostri explanatione Pleonasmi. Haud facile erat, inimicum ita potentem, quanvis insultantem, reprimere; neque prudens, irritare: quare legati Ezechiæ vidissent estò insolentiam; tacuerunt, & non respondérunt quicquam. Geminatio ostendit sensus dissimulationem, & in illa prudentissimam artem: etenim quantunvis perculsi, haud indicarunt intimè perculsos esse; sed tacuerunt prementes cordolium & arrogantiam, quousque Dei ope prævalerent in vindictam. Haud aliter nisi Tautologicè apud Profanos indicitur alta dissimulatio. *Tacitus tace*: Plaut.in *Pœnul.* Act.4. scen.2. v.84. Alia infrà, *num.*34.

*Secunda expos.*

29 Alia occurrit usurpatio Silentij, nimirùm, pro consternatione animi. De Alexandro Magno dicitur: *Siluit terra à facie eius.* 1. Mach. 1. 3. Tantà potentia & fortunà percitus totus Oriens, ut nemo auderet mutire. Sic Isai. 52. 15. *Super ipsum continebunt Reges os suum.* Iob.29.9. *Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo: vocem suam cohibebant Duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebat.* Ierem. 49. 26. *Omnes viri prælij conticescent in die illa.* His & alijs sacris testimonijs, patet in subditis, aut debellatis cor pavens, & terror cordis; ita ut metu perturbati vel ad deliria eius nec auderent hiscere. *Neque per metum muffari*, ut ait Plaut. in *Aulul.* Act. 2. scen. 1. v. 12. Unde cum in eos, quos propter maiestatem veneramur, observetur huiusmodi cultus ac circumspectionis modus; tacere accipitur interdùm pro revereri ac colere, maximè erga Deum: quò quidem intelligitur crebra phrasis Scripturæ, scilicèt: *Sileat à facie eius omnis terra.* Habac. 2. 20. *Sophon.* 1. 7. & *Zachar.*2.13. *Taceant ad me insulæ*: Isai. 41. 1. Sic alia: quare dum Psalm. 64. 2. dicitur: *Te decet hymnus Deus in Sion*; Maluenda & alij legunt: *Te decet silentium.* Hoc est veneratio silentio expressa, sicut gratitudo per hymnos & cantica. Hac etiam acceptione, coram Alexandro *terra siluit*, potest intelligi pro *Terra coluit*: vel ita obstupuit, ut ei nemo resistere auderet. Confregit potentias, arcum, scutum, gladium & bellum, auferens spiritum Principum, terribilis apud Reges terræ. Haud aliter silentij intelligentia pro nostra Tautologia. Non solùm silent

*Silentium pro consternatione.*

Plaut.

*Pro reverentia.*

*Tertia expos.*

nun-

nuncij Ezechiæ, ſed geminatur eius ſilentium, in ſignum conſternationis cordium. Subiugaverat valido exercitu civitates Iuda Rex impius Sennacherib: & vel auditis à Rabſace Regis internuntio, blaſphemijs, faſtus audacijs, preſſerunt eloquium, nec dixerunt verbum; haud quia illum vel Regem venerati, ſed quia perculſi timore, ſtupentes ad exercitus potentiam, non valebant reſiſtere, vel confringere inſolentis arrogantiam. Ita Virgil. de Sibylla, 6. *Æneid.* v.155. *Preſſoque obmutuit ore*: & Lucan. de Phœbade, lib. 5. *Pharſal.* v.198. *Cætera ſuppreſſit, fauceſque obſtruxit.*

30 Affinis hinc ſurgit alia ſilentij acceptio, ut magis eluceat præfata auctoritatis expoſitio: quaſi ſilere ſit effectus ſtuporis, ſumpto metonymicè effectu pro cauſa. Ex auditis ab improbo Rabſace audientium nunciorum & civium inopinus ſpaſmus, convulſione totius corporis, qua depravato muſculorum ordine & motu, ratiocinia evaneſcunt ſine facultatum uſu. A cerebro, ſede mentis, nervorum origo, ex quibus motus in expreſsionem conceptorum à mente. Unde ſtupore perculſus homo defectu ad loquendum facultatis, quaſi mutus ſit elinguis. *Noverant* (ait Cicero in *Piſon.*) *ſtuporem, tarditatemque linguæ* Plaut. in *Aulul.* Act. 2. ſcen. 1. v. 19. *Dicta mihi miſero cerebrum excutiunt.* Sic Virgil. ubi ſupr. *n.*25. & 3. *Æneid.* v.74.

*Tum verò ancipiti mentem formidine preſſus*
*Obſtupui, ſteteruntque comæ, & vox faucibus hæſit.*

De Aſtyage, cognoſcente nepotem Cyrum vivere, Herodotus lib. 1. inſit: *His perculſus, aliquando ſine voce manſit.* Saluſt. *Hiſtor.* 1. *Sic verò* (ait) *quaſi formidine attonitus, neque animo, neque auribus aut linguæ competere, &c.* Philo lib. de *Ioſeph.* aſtruit etiam hunccine ſtuporis effectum. *Hæſerunt* (inquit) *ſtupefactis verba, ut ſolent inopinati caſus vocem adimere.* Plaut. in *Bacchid.* Act. 1. ſcen. 1. v. 28. *Quid amabo obticuiſti?* quo loco Taubmann. *Obſtipuiſti, Obſtupuiſti*: quaſi origo ſilentij à mentis claro ſtupore.

*Metonymia*

*Silentium pro ſtupore*

Virgil.

Herodot.

Phil.

*A mentis ſtupore ſuſpenſio linguæ.*

Ritther.

——— ——— *Vix fauces in verba ſolutæ*
*Vocis iter præſtare valent.*

31 Liquet ſuſpenſio linguæ, vinculáque verborum ex aliquo inopinato eventu, ſeu non expectato; maximè dum ultra hominum cogitationem, & ſpeciem: etenim elanguet cerebro commoto facultas ad verba, quippe tota mens ſubitò rapta; quaſi homo extra ſe, ut ſecum admiratione non ſit. *Turbatus ſum & non ſum locutus.* Aſtruit Hippocrates lib. 7. *Aphoriſm.* 58. *Quibus cerebrum aliqua ex cauſa* (inquit) *concuſſum fuerit; neceſſe eſt, ſtatim mutos fieri.* Stupor, qui ſemper à concuſſo cerebro vel verbo, vel ictu, eſt admirationis ſpecies: admiratio ex ſingularitate novitatis: quæ quidem ſi nimis rara, percellit mentem, & intercipit verborum facultatem: equidem ſi verba conceptuum intellectualium ſunt ſigna; nequeunt ſubſiſtere ſine intelligentia, nec uſus intelligentiæ intercepta præ ſtupore dirigente ratione. Ita vulnerati, qui Rabſacis verba inverecunda auſcultarunt: pavidi præ Ducis impudentia ſtupuerunt: ita ut attoniti tacuerint, nec verbum proferre poſſent: nec populus; qui etiam tacuit, nec quicquam audaci reſpondit. *Siluerunt & non reſponderunt verbum.* Hic ſumitur actus ſecundus pro primo. *Non reſponderunt*: ideſt, non potuerunt reſpondere. Egimus de huiuſmodi ſchemate alibi, hicque *Tautolog.* 1. *n.* 11. & 6. *n.*27. Tacuerunt & præ ira, novitate, immodeſtia, pervicacia perfrictæ Rabſacis frontis, nec ullum verbum efformare valuerunt, ratione perculſa, & præ audacia tanta, quaſi attonitâ, aut ſuſpenſâ. Homerus 13. *Odyſſ.* v.1.

Pſal.76.5. Hippocr.

*Quarta expoſit.*

*Actus ſecundus pro primo.*

*Sic dixit: hi autem omnes taciti facti ſunt ſilentio.*

Homer.

Obſtupuerunt, auditis inauditis, quin poſſent loqui percuſsi fulmine temeritatis. Ita David tacuit, & originem tautologiæ expreſsit. *Poſui ori meo cuſtodiam, dum conſiſteret peccator adverſum me. Obmutui & humiliatus ſum & ſilui à bonis, & dolor meus renovatus eſt. Opprobrium inſipienti dediſti me. Obmutui & non aperui os meum.* Nec hiſcere potui præ quæ attonitus audivi.

Pſal.38.3. V.10.

*Tum queſtus tenuere ſuos, magnuſque per omnes*
*Erravit ſine voce dolor.*

Lucan.

Sic ſilere ſumitur præ & pro admiratione. Gymnoſophiſtæ diſcipulis & peregrinis indigitantes Solem, dicebant: *Vide & tace.* Athen. *lib.* 1. *cap.*13. ideſt, Mirare: quo interpretari poſſumus illud Iſaiæ ad Achaz, *Vide, ut ſileas*: cap.7.4. Vide, vel audi ſtupendum, ſingulare miraculum, & ſilentio celebres aut plaudas portentum; quippe *Virgo-Mater* à ſæculo non auditum.

*Silere præ & pro admiratione.*

32 Appoſitiùs ſy *Ut ſileas* ſumitur pro Quieſcas, non conturberis, ceſſa, nihil agas. Exod. 14. 14. *Dominus pugnabit pro vobis & vos tacebitis*; nimirùm, nihil operabimini.

*Pro quiete & ob operæ ceſſationem.*

Eodem sensu, 2. Machab. 14. 4. *Ipsa quidem die siluit*: hoc est, nihil egit. Luc. 23. 56. de mulieribus Christi asseclis, quia inibat festum, dicitur: *Revertentes paraverunt aromata & unguenta*: *& Sabbatho quidem siluerunt*. 2. Esdr. 8. 11. *Tacete, quia dies sanctus est*. Ierem. 8. 14. *Ingrediamur civitatem munitam, & sileamus ibi*: hoc est, etsi labant vel labuntur continuò nostra; spectemus quasi nostra non sint. Vernaculè: *No nos metamos en nada*. Plerunque motus in negotio metaphoricè dicitur vox, quasi ex operatione stridor sit. Unde Homer. 12. *Odiss.* v. 395. dixit: *Carnes verubus immugiebant, qualis fiebat vox*. Similiter cessatio ab opere, sive otium vocatur silentium. Thren. 2. 18. *Non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui*. Ierem. 14. 17. *Deducant oculi mei lachrymam per noctem & diem, & non taceant*: puta, non cessent. Isai. 62. à v. 6. *Tota die & totà nocte in perpetuum non tacebunt. Ne taceatis & ne detis silentium ei*. Ezech. 24. 27. *Loqueris & non silebis ultrà*: denique Tob. 5. 28. *Ad hanc vocem cessavit flere, & tacuit*. Nervosè Apuleius ad *Asclep.* infit: *Nec cœlum astrorum cursibus, nec siderum cursus constabit in cœlo. Omnis vox divina necessariá taciturnitate mutescet*. & Virgil. 3. *Æneid.* v. ultim.

*Vox pro motu. silentium pro nihil agere.*

Apulei.

Virgil.

*Conticuit tandem, factoque hìc fine quievit.*

Quia noctù ferè nihil fit, nox dicitur silens. Sapient. 18. 14. *Cùm quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet*. Hac metaphorà dicitur ab Ovidio de *Consolat. ad Liviam*, v. 185.

Ovid.

*Iura silent mutæque tacent sine vindice leges.*

*Lex mutè loquitur.* Cicer. *Magistratus leges loquentes.*

Igitur cùm iustis positæ non sint, sed flagitiosis refractarijs ac improbis, quoties criminosi sine ulla pœna, tacent leges, silent iura. *Ut Magistratibus leges* (ait Cicer. 3. de *Legib.*) *ita populo præsunt Magistratus*: *verèque dici potest, Magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum Magistratum*. Mutus sanè magistratus legum, ubi nihil agitur ex quæ loquuntur. Euripid. in *Andromach.* v. 670. in *Hercul. furent.* v. 931. & in *Bacch.* v. 814. *Tacitè sedens*: scilicèt, nihil agens. Hinc exponere aliter possumus Tautologiam. Missi sunt uti internuncij ab Ezechia viri sapientiores urbis, ut in congressu proposita inspicerent temerarij Rabsacis. Illicò ille excanduit & civitati succensuit, bileque ex malignitate commotà, erupit impiè in blasphema. Verba sunt comercia mentium: pro rebus urbis Seniores Ierusalem egressi sunt in colloquium: & cùm viderent Rabsacem non loqui, sed blasphemare; tacentes unde venerant, regressi. Cùm ex conventu comperirent ad rem nihil, nec propositum; *siluerunt, & non responderunt ei verbum*. Ideò, perpendentes Rabsacis insani inauditum furorem; re infectà redierunt, silentio in urbem.

*Magistratus leges loquentes.*

*Quinta expos.*

*Catachresis.*

33 Modò in alia. Per catachresim, sive abusivè silere sumitur pro cessatione aut quiete à perturbatione, dum inanima in sphæra propriá quasi furunt in rabiem extra aut ultra connaturalem seriem aut tenorem. Quo intelligitur illud de Christo: *Dixi mari, Tace, obmutesce*. In geminatione præsenti nihil plus indicatur, quàm cessatio à tempestate. Unde subditur: *Cessavit ventus, & facta est tranquillitas magna*. Idem *Matth.* 14. 32. & *Luc.* 8. 24. *In sermone eius siluit ventus, & cogitatione sua placavit abyssum*: Eccli. 43. 25. Vox dicitur strepitus ex alteratione, quippe fragore & stridore mare commotum quasi mugit & fremit. *Elevaverunt flumina vocem*, &c. ideò, *Elevaverunt flumina fluctus suos á voce aquarum multarum. Mirabiles elationes maris*. Psalm. 92. 3. 4 sicut econtrà Psalm. 106. à v. 29. *Statuit procellam eius in auram, & siluerunt fluctus eius: & lætati sunt, quia siluerunt*. Acceptio identidem apud Profanos. Virgilius, 1. *Æn.* v. 168. *Æquora tuta silent*: & *lib.* 5. v. 802.

Marc. 4. 39.

*Quid vox silentiúque aquarum?*

Virgil.

*——— Sæpe furores*
*Compressi, & rabiem tantam cœlique marisque.*

Idem Horat. 1. *Carm.* Od. 31. v. 8. & Senec. in *Hercul. furent.* v. 535. Eurip. in *Bacch.* v. 1081. *Emisit fulgorem sacri ignis*: *tacuit autem æther*. Passim enim in Scriptura tonitrum vox dicitur Dei. *Vox Domini super aquas*: *Deus maiestatis intonuit*. Psalm. 28. 3. Non secus 1. Reg. 12. 18. & lib. 2. cap. 22. 14. *Tonabit de cœlo Dominus & Excelsus dabit vocem suam*. Contendebant enim fluctus, quos crispabat incitans ventus: & Assertoris N. conditorisque voce, siluerunt ordine servato naturæ. Quapropter sicut silentium, pro tranquillitate, ita vox & motus in inanimis pro commotione: sub hoc enim tropo Plinius, *lib.* 4. *cap.* 5. infit: *Tot maria allatrant*: Ita ergo quia in bello & conflictu semper commotio; dicitur commota terra (per Metonymiam aut Metalepsin, ut illud Matth. 2. 3. *Turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo*: ubi intelligendi cives, non saxa & parietes) Psalm. 96. 4. *Vidit & commota est terra*: quod delicatur, Psalm. 47. 6. *Ipsi videntes sic admi-*

Plin.

*Metonymia & Metalepsis.*

*mirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt.* In huiusmodi usum, Psalm. 59.4. *Commovisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est.* Claret 1.Mach.9.13. *Commota est terra à voce exercituum, & commissum est prælium.* Virgil. 12. *Æneid.* v.444. *Quid dicatur terræ commotio?*

*Tunc cæco pulvere campus*
*Miscetur, pulsuque pedum tremit excita tellus.* Virgil.

Imitatus est phrasem Ennod. in *Panegyr. Theodoric.* inquiens: *Tellus excita tremuit concussione cornipedum.* Hac quoque metaphorâ, cùm res in contentionem non possunt præ inæqualitate venire; dicuntur tacere. Martial. *Spectacul.* Epigram. 1. Ennod.

*Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis.* Martial.

34 Plures Tautologias silentij in sacra, profanaque eruditione retuli: modòque quo intuitu dicam usos AA. geminatione. Duplex verbum, aut nomen, vel nomen significans idem quod verbum, expromitur sæpe Hellenismo, aut Hebraismo, pro adverbio (ut diximus, *Tautolog. præced. n.* 32. uti illud Isai.38.1. *Morieris tu & non vives*: ideſt, certiùs morieris. Similiter, *Confessus est & non negavit*: *Virgo pulcherrima, & incognita viro*: *Porta hæc clausa erit non aperietur*, & cætera testimonia) vel pro superlativo: quasi *Tacere & silere, Nihil dicere, aut Verbum non loqui*, significent summum arcanum: in eloquium, quasi non esset dictum: etenim, cùm sit eloquens silentium, uti diximus, n. 28. nec nutu, nec gestu, nec vultu, nec signaculo indicatum, quod sub arcano per aures pectori creditum. Siccine palàm quod de tribus discipulis commendato sacramento transfigurationis, dicitur: *Ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt.* Quàm arctè sepultum in pectore arcanum, cognoscitur per tò additum: *Nemini dixerunt quicquam.* Non solùm custodierunt secretum, sed etiàm nimis: equidem nec quicquam apparuit in nutu aut labijs, quo alij cognoscerent aliquid arcani fidei silentij creditum, nec esse unquam creditum quod servaretur arcanum. Usuvenit usquequaquè in Scriptura, palilogià & tautologià ostendi silentium summum. *Tacui, silui.* Isai. 42. 14. *Obmutescet & non aperiet os suum.* Idem, *Psalm.*38.10. *Silens conticesces.* Alia expansa, *num.*28.& 33.frugesque insignis apud Profanos. Stylus obvius in Homero, indicans magnoperè & studiosè secreta servata: *Conticuerunt cum silentio*: 3. *Iliad.* 95-7.v.92-9.v.29-10. v.313-23.v.676-11. *Odyss.*v.332.& 16.v.393. Euripid. in *Supplic.*v.298. *Silentium tacitum.* Terent. in *Eunuch.* Act.3.scen. 5.n.13. *Quæ vera audivi taceo, contineoque.* Ovid.4. *Metamorph.* fab.13. *Per multa silentia.* Virgil.10. *Æneid.*v.63. *Alta silentia.* Plaut. in *Curcul.* Act.1.scen.1.v.20.in *Casin.* 2.1.v.5. & in *Pœnul.* 2.3. v. 32. *St, tace.* Apud Priscos *St* nota profundi silentij. Unde Ovven. *lib.*8. *Epigram.*99. Epizeuxis. Isai. 53.7. Psal. 38.10. Ierem. 48.2. Luc. 9.36. *Geminatio silentij pro observantia rei arcanæ.* Ovven.

*Quid sibi vult Romanum S.T? Sileto, Taceto:*
*S. monet, ut sileat: T. iubet, ut taceas.*

35 Constat argumentum in ultimam expositionem Tautologiæ principalis. *Siluerunt, & non responderunt* blasphemo *verbum.* Sepelierunt audita in pectore, ut nec voci rimula videretur in ore. Oportebat tacere intimè summam audaciam, ut cives haud cognoscerent possibilem insolentiam; quousque scissis vestibus in signum mœstitudinis, Regi expectanti vulnera aperirent cordis. Sic Tautologia diluitur per adverbium & superlativum: quasi silentes altissimè, valdèque consultò audita servarunt ut arcana: & nec verbum respondentes nimis taciti, ac arctè recesserunt in propria. Alia in huiusmodi stylum proferemus exempla. Homer.4. *Iliad.* v.22. *Minerva tacita erat, neque quicquam dixit.* Idem de eadem, 8. *Odyss.* v.459. Euripid. in *Orest.* v.184. *Tacitè, tacité cavens ab ore*: in *Hyppolit.* v.660. *Tacitè continebimus os.* Plaut. quò dudùm in *Curcul.* subdit: *Taciturnissimum nunquàm ullum verbum mutit.* Et in *Pœnul.* Act.4.scen.2.v.68. *Hoc tu tecum tacitum.* Virgil.7. *Æneid.* v.102. *Sexta expositio.* *Iteratio sententiæ pro adverbio & superlativo.*

*Hæc responsa patris Fauni, monitusque silenti*
*Nocte datos, non ipse suo promit ore Latinus.* Virgil.

Arctè, abditè, adytèque servavit, ita ut non solùm tacuerit, sed scire dissimularêt. Tacuit silenter & populus, & qui Rabsacem digladiantem audierunt; quasi nescirent quæ in pectus alis aurium advolarunt. Pectori tenaciter hærent, quasi non audissent. Hac arte erat opus in ministerium. Ad unguem Terent. in *Andria*, Act.1.scen.1.à v.5.

*Nihil istac opus est arte ad hanc rem,*
*Sed his fide, & taciturnitate.* Terent.

Donatus hìc luculenter: *Fides, commendatorum fida executio, & observantia. Taciturnitas verò, observantiæ genus, in silentio constituta, & in celando secreta. Fidem, ad complenda: taciturnitatem ad celanda.* Donat.

36 Hinc silentium sacrum dicitur summum, quasi totale & omnimodò silentium. Sacrificuli enim dicebant adstantibus: *Silendum*: *Tacendum*, Brisson. 1. *de Formul.* cap. 10. *Quoties mentio sacra litterarum intervenerit, favete linguis. Hoc verbum, non ut plerique existimant, à favore trahitur; sed imperatur silentium, ut ritè peragi possit sacrum, nulla voce malâ obstrepente*: inquit Seneca, de *Vita beat.* cap. 26. Vide Rhodigin. *lib.* 13. *cap.* 5. StucK de *Sacrific. Gentil.* cap. 224. & Politian. lib. 3. *Miscell.* cap. 8. *Hinc fida silentia sacris*: accinit Virgil. 3. *Æneid.* v. 112. & *lib.* 11. v. 241. *Tunc facta silentia linguis*: quo intelligitur illud Plinij (sumptum à Cicerone, de *Divinat.* lib. 2.) *Ne quid verborum prætereatur, aut præposterum dicatur* (infit *lib.* 28. *cap.* 2.) *de scripto præire aliquem, rursúmque alium custodem dari, qui attendat: alium verò præponi, qui favere linguis iubeat.* Euripid. in *Hecub.* v. 530. *Silentium: tacete, tacitus sit populus. Sile, tace.* Plaut. Prolog. *Pœnul.* v. 3. *Sileteque & tacete.* Altissimum commendatur silentium: propterea Novarin. de *Umbra Virgin.* Excurs. 166. n. 1643. inquit: *Mysteria taciturna, tacenda silentio.* Aul. Gell. lib. 1. cap. 23. *Tacendum esse, neque id dici.* Et Ausonius. *Epist.* 24. v. 4.

*In sacris altum silentium.* Senec. *Quid est, favere linguis?* Plin. Novar. Auson.

*Sed tu iuratis velut alta silentia sacris*
*Devotus taceas, perstas in lege tacendi.*

37 Commendabatur olim tam in sacris, quàm in spectaculis silentium; tùm propter cultum & functionis maiestatem attentissimà curà, quo intuitu sacrificulo dicebatur: *Quod agis, id agas*: *Age quod agis*; ut videri licet apud StucK, d. & Plaut. *Mostel.* Act. 5. scen. 1. v. 51. Tùm propter garrulitatem fœminarum. Unde Nonnus, 8. *Dionys.* v. 213. *Pereat* (inquit) *pernitiosum os mulierum.* Locutuleiæ sunt, & ut dicebat Cicero in *Pisone* astipulantibus Rhodigin. *lib.* 13. *cap.* 5. & Aul. Gell. *lib.* 1. *cap.* 15. *Cùm loqui nesciant, tacere non possunt.*

*Fœminæ tacere non possunt.* Antiphan.

*Cùm latere voles aliquod negotium, mulieri*
*Ipsum aperies? At quid interest, sive mulieri,*
*Sive omnibus in foro præconibus narrare?*

Ita Antiphanes apud Delr. Tom. 1. *Adag.* 8096. & Stob. Eclog. de *Silentio*. Festivè Plaut. in Prolog. *Pœnul.* cit. à v. 8. Plaut.

*Nutrices pueros infantes minutulos*
*Domi ut procurent, neu quæ spectatum afferant;*
*Ne & ipsæ sitiant, & pueri pereant fame:*
*Nevé esurientes hìc quasi hœdi obvagiant.*
*Matronæ tacitæ spectant, tacitæ rideant:*
*Canora hìc sua voce tinnire temperent.*

*Quare?* Nunquàm tacent, quas morbus tenet loquendi. Retorqueri quibat in illas modò pro sacris concionibus: igitur conventum turbant parvulis, loquacitate & salutationibus. Visum vati uti impossibile, illas tacere posse, dicitque ut tacitæ videant, & tacitæ rideant: idest, plaudant spectacula voce submissà. Hoc est loqui silentio. Ioann. 11. 28. *Vocavit sororem suam silentio, dicens*: & Eccli. 21. 23. *Fatuus in risu exaltat vocem suam: vir autem sapiens vix tacitè ridebit.* Ideo Paulus 1. Cor. 14. 34. ait: *Mulieres in Ecclesijs taceant: non enim permittitur eis loqui; sed subditas esse, sicut & lex dicit.* Idem 1. *Tim.* 2. à v. 11. *Quid sit loqui & ridere silentio?*

38 Cunctas silentij acceptiones in sacra pagina, roboratas testimonijs Ethnicorum studui delicare, occasione Tautologiæ; ut simul sint in unum locum collectæ, quarum auctoritates sacris libris sunt sparsæ. At restat aliquid investigandum erga huiusmodi argumenti meditatum stylum Tautologicum. Dum propriè vox vel sermo, silentium vel taciturnitas; solet exprimi in Biblijs & suppositum necessarium, & sermonis instrumentum. Suppositum, uti cum dicitur: *Surge, lapidi tacenti.* Cuius sensus est, *Loqui ad statuam*, vel *Verba facere mortuo*, *Narrare fabulam surdo*; ut Plaut. in *Casin.* Act. 3. scen. 3. v. 12. & Terent. in *Phorm.* Act. 5. scen. 8. v. 26. Illustravi ex professo testimonium, *Tom.* 4. *T.* 2. *à n.* 20. ubi reliqua videris. Instrumentum, dum dicitur: *Qui loquitur linguâ: Os meum loquatur ad vos*: & alia, de quibus fusè, *Tom.* 3. *T.* 3. *& Tom.* 5. *T.* 6. *Loquens locutus sum.* Sicut his & alijs testimonijs indicatur cum epitasi eloquium; ita Zachariæ indicitur à Gabriele taciturnum silentium: *Eris tacens & non poteris loqui.* Per Bebæosim, q. d. Non solùm eris tacens, sicut alij tacent, loqui nolens: imò nec poteris loqui, quanvis velis. Ex nunc loquendi instrumentum non erit tibi, præut libuerit, ad nutum. Eris tacens, ligatà lingua, instrumento sermonis: & ita os taciturnum; ut nequeas obice, ullum efformare ver-

*Expressio suppositi necessarij.* Habac. 2. 19. *Et etiam instrumenti ret cum re.* Luc. 1. 20. *Bebæosis.*

verbum. Subscribit cogitationi Ioann. Mello de Sousa lib.5. de *Incarnat.* à v.115.

*Quòd malè credideris, solità iam voce carebit*
*Officio suspensa suo tibi lingua tacenti:*
*Nec poteris fari, donec verissima noris*
*Quæ tibi detulerim.* Sousa.

39 Etsi ex dictis *num.*21.23. facilè oculis objicitur expositio auctoritatis, ex contractione materiæ veritas elucebit expositionis. Aliud est esse taciturnum & aliud tacitum. Non qui tacens aut tacitus, est taciturnus; quia tacitus, cùm placuerit, utetur linguâ, ut mentis menti audientis per aures promat concepta. Taciturnus autem mutus est necessariò; quippe efformare haud valet ullum verbum articulatum, cùm in vocem deficiat instrumentum. Si ad loquelam, linguæ habilitas; non valebit in vocem, ubi captiva libertas. Hæc est differentia inter mutum & tacitum: inter non usum linguæ & suspensionem usus; sive inter voluntariè & necessariò tacentem, ideſt potentem, aut impotentem ad vocem. Voluntariè silemus, dum silere volumus. Silemus, sed loqui possumus. Voluntariè ergo silet, qui præ pudore vel timore tacet; uti qui in plagio comprehensus, tametsi verba habeat, nulla profectò, quibus honestè respondeat: intercipiuntur enim verba, ut supra diximus, *n.* 30. & 31. tuncque silentium fatetur confusionem vel formidinem. *Appono manum meam super os meum, & ero tacens.* Philo Bibl. de *Antiq.* fol.203. Dialecto nostrà: *Digo, que no tengo que decir.* Tunc enim tacens est tacitus, non taciturnus; nec mutus est, sed sicut mutus non aperiens os suum. Euripid. in *Cyclop.* v. 621. *Tacitè continentes articulos oris.* Hi taciti non sunt negativè, vel privativè, sed voluntariè accidentali affectione. Inter illos qui silentiosi, sunt infantes; ut vidimus, & muti à nativitate: hi voce articulatâ carentes propter vocum defectum non auditarum; ut dicit Baruc.6.40. *Mutum non posse loqui*: & Habac. quo supr. *Surge lapidi tacenti.* Similiter Plaut. in *Trucul.* Act.4.scen.3.v.55. *In mutum culpam confers, quod nequit loqui*: in *Trinum.* Act. 4. scen.2. v.163. *Mutum est, tacet.* Infantes verò, propter defectum virium & mentis in rationalem formationem vocis; ut diximus ex *Sapientia* num.20.& Sophocl.in *Oedip. in Colon.* v.126. *Mutè, sine sermone.* Cuncta hæc in his negativè sumenda: in infantibus pro tempore, radicaliter verò mutis à nativitate.

*Quid inter tacitum & taciturnum*

Phil.Bibl. *Sermonis carentia & privatio.*

Baruc.6,40 Habac. 2. 19.

40 Aliter in articulo patris Baptistæ, inflictà pœnâ à Gabriele. *Eris tacens, & non poteris loqui.* Zachariæ silentium sine alogia, fuit privativa: priùs loquebatur rectè: pòstque vinculis linguæ, signa mentis non per vocem, sed per nutus valuit designare. *Non poterat loqui ad illos, & ipse erat innuens illis, & permansit mutus.* Non erat mutus, ut muti à nativitate. Audiebat & erat elinguis, sicut qui muti accessione infirmitatis. Non negativè illa impotentia loquendi, nec defectu specierum, cùm audiret; sed privativè: igitur iuxta audita & concepta, ligatâ lingua, nequibat loqui. Paulin.Carm. de *Baptist.* à v.95.

V. 22.

*Quale Zachariæ silentium?*

*Infidum facit ipsa fides, dum credere dignum*
*Se non vult, pœnas incredulitate meretur.*
*Protinùs adstricta est dubitanti lingua palato,*
*Et motus oblita sui, molitaque vocis*
*Articulare sonum, pigro torpore cohæsit:*
*Dumque cupit narrare suæ miracula plebi,*
*Conatus frustrà, defixo obmutuit ore.* Paulin.

Ut huiusmodi taciturnitas explicetur, tacens & non mutus dicitur: equidem si propriè mutus, non diceret Gabriel *Tacens*; quod pertinet ad linguam, non ad aurem: ex quo signum, quòd audiret; estò voces, quia loqui non poterat, articulare non posset. *Mutus ore*, signatur à Siracide, & propriè; ut modum huius indicaret silentij: etenim non mutus sed elinguis, suspensione oris, non auris. Euripid. in *Tauric.* v.951. *Silentem fecit me, omnis sermonis expertem*: & in *Iòn.*v.675. *Os mutescit, & non habet loquendi facultatem*: denique Ovid.11. *Metam.* fab.8. inquit:

*Quid sit, mutus ore?* Eccli.20.31

*Lingua iacet, nec vox, tentataque verba sequuntur:*
*Conantemque loqui, cum sanguine vita reliquit.* Ovid.

Zacharias ergo, etsi, non fans, non erat infans; sed propriè elinguis, sine usu vocis: sanè verba audiebat, sed efformare nequibat. Quapropter Hieronym.in *Mich.* 3. 11. inquit: *Frenum habens in ore.* Ita ergo exponitur textus, & silentij huiusce modus. Iuvencus, 1.de *Evangel.hist.* v.66. succinit: Hieronym.

*Quare promissis manet irrevocabile donum;*
*Sed tibi claudetur rapidæ vox nuncia mentis,* Iuvenc.

Com-

41 Complacerēt expositio tot testimonijs firmata, ni contrarium indicarēt Scriptura: scilicèt, incredulitatis pœnam, ligatas fuisse à Gabriele aurem & linguam. Ita ergo cùm nomen imponendum esset filio, cognati non verbis interrogabant; sed *innuebant, quem vellet vocari eum.* Si ergo audiret, non loquerentur illi signis, sed verbis. *Nutu interrogatur* (ait hìc Ambrosius) *quia incredulitas ei affatum eripuerat & auditum. Quod voce non poterat, manu & literis est locutus.* Hinc subdit Lucas, v.22. *Permansit mutus. Mutus*, non *Tacens*: igitur *Tacens*, erat non loqui; *Mutus* autem, non valere. Similiter Ezech. 3. 26. dicitur: *Linguam tam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus*: & Ovid. 2. *Fast.* v.613.

Luc.1.62.

Ambros. *Quid interfacentem & mutum?*

Ovid.

*Vultu pro verbis illa precatur,*
*Et frustrà muto nititur ore loqui.*

Non solùm obstaculum erat in lingua vincta, sed in aure præclusa & obturata: hoccineque intuitu additur: *Et non poteris loqui*: quandoquidem linguæ sufficeret obex, ut esset tacens, uti videtur in epilepsicis & paralyticis: Gabriele igitur dicente: *Eris tacens, & non poteris loqui*; non intelligendum pleonasmicè. Aliquid addit in secunda, quod non dixerat in priore sententia: nihilque amplius, quàm adimere vocem & occludere aurem. Ideo *Innuebant*, quippe auris etiam percussa: & ut canit Ovid. 5. *Trist.* Eleg.11. v.36.

Idem.

*Per gestum res est significanda.*

42 Emersi è Tautologiæ pelago: restat verò pro complemento Tautologiæ postrema scena tragœdiæ: nimirùm supplicium Sennacherib, in cuius lenocinium Rabsaces blasphemavit Sanctum Israel. Furibundus, ut ait Herodotus, ubi supr. *num.*5. pervenit in Iudæam, irritâ in ulteriores provincias expeditione; quod quidem claret falsum, quia subiugavit Æthiopiæ & Ægypti regnum; ac pervenit in Ierusalem victricibus copijs, ut in illum detonaret æther diris procellis. Inimici Domini mox ut honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodùm fumus. In hoc articulo propriè. *Subtus gloriam eius subcensa ardebit, quasi combustio ignis*: Isai. 10. 16. Occulto mirabili igni arserunt corpora centum octogintaquinque millia, ex quibus constabat exercitus Sennacherib (ibid. *cap.*37.36-4.*Reg.*19.35. & 1.*Machab.*7.41.) quin ignis læsisset vestes hostium nec arma, ut opimis spolijs fruerentur Ierosolymitani territi cives. *Spolia mortuorum tollentes, excusserunt ex eis pulverem tantùm: nam ignis Domini latenter eorum cadavera incineraverat*: inquit Petr. Comest. hìc, cap. 29. quod sumpsit ex Hieronym. in 10. *Isai.* v. 16. Abulens. in 4. *Reg.* 19. quæst. 25. & D. Thom. in 9. *Isai.* 4. intelligunt de clade Sennacherib: *Superasti sicut in die Madian*, Duce Gedeöne, miraculo simili, uti vidimus, *Tom.*4. *T.*11.*n.*4. Apellæ recutiti nonnunquàm profitentur mendacium: fingunt enim miracula, ubi non sunt; & inficiantur maligni, quantunvis sint. Ioseph. 10. *Antiquit.* cap.2. haud impugnat Berosum, asserentem, non exercitum Sennacherib, sed Rabsacis, quem Rex in Iudæa reliquerat, sublatum fuisse peste: *qua clade territus, & de reliquis copijs solicitus, maximis itineribus in regnum suum contendit, ad Regiam quæ Ninus dicitur.* Claret, Regem ignominiosè in Ninivem fugisse, 2. *Paral.* 32. 21. & non peste deletum exercitum; sed per Angelum, illumque esse copias Sennacheribi, non Rabsacis inverecundi & blasphemi.

Isai. 10.16. *Conditio ignis in exercitum Sennacherib.*

Comest.

Berosus.

43 Alij asserunt, cum decem militibus in Niniven evasisse, apud Comest. ubi dudùm. Alij solum, & confusione plenum: igitur in ignominiam (quæ apud Orientales gravissima, ut constat, 2.*Reg.*10.4. & 5.) dum Angelus milites suffocavit, vel usit: Regi barbam caputque rasit (Vernaculè: *pusole como un galeote*) quia Dominus dixerat pro haccine mirabili victoria, Isai. 7. 20. *In die illa radet Dominus in novacula conducta in Rege Assyriorum caput & pilos pedum & barbam universam.* Io! Quàm longè à sensu literali, vidimus, *Tom.* 4. T. 1. Liquet ex his & alijs, Rabbinos tacere vera, & affirmare falsa & commentitia. Stragem totius exercitus contigisse in Topheth, seu Valle Iosaphat, ubi idolum Moloch, priùsquàm applicaret Sennacherib legiones in Ierusalem; asserit Sanctius in *Isai.*30. à n.76. Ibi cultum Moloch, affirmat etiam Adrichom. in *Topograph.Ierusalem*, n.186. Hæc necessaria in dicenda. Fugit ergo Sennacherib in Regiam Ninives, qui iuxta Ierusalem, uti servi, haud passus ustionem, ut suorum videret cladem, nunciusque fieret vastationis floris Regni, quem absumpserat in furenti expeditione. A suis igitur audiebat malè, quorum ut placaret animos in se concitatos & aversos (propter stragem exercitus, ex quo nec remansit præter Regem unus; quod quidem plausibilius signum triumphantium armorum, uti dixi hìc *Tautolog.* 4. n.30. & Iustin. *lib.* 1. de

2.Paral.32. 21. *Ignominia, cæsa tras um & barba.*

Ta-

Tamyride, *Cyrum ad anguſtias uſque perduxit ; ibi compoſitis in montibus inſidijs, ducenta millia Perſarum cum ipſo Rege trucidavit , in qua victoria illud memorabile fuit, quòd nec nuncius quidem tantæ cladis ſuperfuit* ) decrevit filios Deo ſuo cædere in ſacrificium ; ſed præventus cecidit ſub manu pugionibuſque filiorum : *Cúmque adoraret in templo Neſroch Deum ſuum ; filij eius percuſſerunt eum gladio.* Plaudite audaces. Iuſtin. 4. Reg. 19. 37.

44 Hoccine teſtimonium æquivocum eſt, quatenús haud percipitur, an *Neſroch* eſſet Deus ſuus, cuius in templo adorabat ; an Deum ſuum adoraret in templo , cuius titulus *Neſroch* ? Doctiſs. Sanct. *Paraph. in Iſai.* 37. 38. legit: *Cùm in templo Aſyriorum, Deum Neſroch ſupplex adoraret* : quo profectò claret Deum Sennacherib fuiſſe *Neſroch.* Maluenda legit : *In domo Niſroch Deorum ſuorum* : quaſi *Niſroch* nomen generale Deorum, ſicut apud Hebræos *Baälim* & *Aſtaroth.* Ut ergo è dubio emergamus, iudicium accipiendum à Rabbinnis, ſive caſu attrectent verum , ſive erumpant in delirium. Rabb. Salomon, & David Kimhi hìc legunt: *Sennacherib adorabat Deum ſuum Neſroch, idolum, videlicèt ex tabula, ſeu aſſere arcæ Noë, quem viri Aſſur veluti Deum ſuum venerabantur, efformatum.* Idem Paraphraſ. Chald. Rab. Iarrhi: *Adoravit domum Niſroch Dei ſui, hoc eſt, Arcam Noë.* Niſroch, ſeu Neſroch idem eſt ac *Tabula tua*, ut videris in libell. *Interpret. Nom. Hebraic.* Sanct. Rab. Salom. & Kimh. *Quis Deus Niſroch?* Iarrh.

45 Arcam Noë in ſumma veneratione fuiſſe apud Priſcos , maximè in Armenia & Aſyria , docent tam Rabbini , quàm Profani. Diximus *Ephemer.* Iſagog. *Sept.* n. 12. partem tabulæ ſtrenuo cultu collocatam Byzantij a Magno Conſtantino. Partem etiam fuiſſe in Cæron ultra Euphratem in Adiabena regione, refert Ioſeph. 20. *Antiq.* cap. 2. *In ea ſervantur* (ait) *Arcæ reliquæ qua Noë fertur evaſiſſe diluvium ; oſtenditurque ibi hodie quoque videre volentibus.* Particulam huiuſce Arcæ traditam ab Angelo S. Siriano tradunt Annales Armeniæ, & Haython Cilix in *Armen. Hiſtor.* ſubdit : *Altior mons eſt , quàm ſit in toto orbe terrarum , qui Ararath vulgò appellatur : in cacumine illius montis Arca Noë primò poſt diluvium ſedit , & licèt ob abundantiam nivium nemo valeat aſcendere , tamen apparet in eius cacumine quiddam nigrum , quod Arcam Noë eſſe dicunt.* Ab Heraclio Imperatore , victo Rege Perſiæ , ſuperatam montis aclivitatem , refert Elmacinus Arabs *lib. 1. cap. 1.* ſubditque: *Deſcendente illo de monte venit ad Temanin civitatem , quam Noë cum filijs ſuis ædificaſſe fertur.* Appoſitùs inſtituto in *Itinerar.* Beniamin: *Inde* (inſit) *iter biduanum ad Inſulam Aben Omar , quæ ſita eſt in medio fluminis Tigris iuxta pedes montium Ararat, itinere quatuor milliarium diſtans á loco, ubi requieverat Arca Noë. Orman, filius Alchetabi tulit eam de vertice montis duplicis, atque extruxit inde fanum pro Iſmaëlitis , in uſum videlicét Religionis ipſorum : prope quod Synagoga quoque Æſdræ Scribæ, ubi feſtis diebus orandi cauſa conveniunt Iudæi.* *Arca Noë in veneratione habita.* Ioſeph. Hayth. Beniamin. *Quis transportavit à vertice Araratè*

46 Ex his claret (dum dicitur, Sennacherib adoraſſe *Neſroch* Deum ſuum) Arcam habuiſſe pro Deo ; qua de cauſa Hebræis in *Faſcicul. Helech.* de *Idololatria Aſſur*, & Rabb. Iarrhi, ut vidimus, *num.* 45. dicunt: *Arcam Noë, idolum ſuum.* Vel dum ſignatur, *in templo Neſroch* adoraſſe *Deum ſuum*; templum illud eſſe , ubi erat *Neſroch*, ideſt, Arca Noë, commune templum Aſyrijs , ibique adoraviſſe Noëmum , qui nomine Saturni & Beli apud illos colebatur, ut aſtruit Beroſus , *lib.* 2. quo quidem elucet , quàm ad unguem lectio præfata Maluendæ, & Sanctij. Hæc ſcripſeram, priuſquàm eandem cogitationem inveniſſem apud Kircherum; qui uti curioſus & eruditus in *Oedip. Copt.* 1. Tom. ſyntagm. 4. cap. 21. ſubdit : *Niſroch Sennocherib , nil aliud , quàm vel idolum , vel arculam , ſeu naviculam ex reliquijs Arcæ Noë confectam, ſub quo Aſſirij ſeu Babylonij vicini Saturnum, Ianum quem ſuâ linguâ Niſroch vocabant , coluerint ; non ſecus ac Ægyptij arcam illam, in quam Oſiridem à Typhone coniectum fabulantur.* ( de qua Apuleius , *Metam.* lib. 11. & nos in *Ephemer.* ſæpe, ſicut de Argo navi, loc. ſuperius cit.) *Aſyrios Arcam conſtruxiſſe, in qua ſicut Hebræi Tabulas legis , Manna , Virgam Aäronis , ſimiliaque ſacra lipſana ad beneficia Dei, fœderiſque pacti conditiones recolendas reponebant; ſic & Aſyrios, qui multa de Noë eiuſque Arca traditione acceperant , atque reliquias præſentes ſemper in vicino monte coràm ſpectabant; valdè probabile eſt , ſimile quid ex compactis tabulis Arcæ Noëmicæ fruſtis attentaſſe, quod Neſroch, hoc eſt, Numen Arcæ appellatum velut Deum coluerint. Neſra, vel Neſer Chaldaicè nihil aliud ſignificat, quàm tabulam de Arca Noë.* *Neſroch, Noë.* *Vel eius arca.* Kircher. *Cur in Arca, Neſroch cultus?*

47 In hoc templo Sennacherib à filijs interfectus fuit , in quo adorabatur Saturnus, quod Hebræa lingua Moloch: apud Samaritanos *Nergal*, ſeu *Nergel* ex Cuthæis , uti dicitur, 4. *Reg.* 17. 30. & nos alibi. De idolo Moloch , ſeu Rempham egimus , *Tom.* 3. *Neſroch idem qui Moloch.*

*T.4.n.49.* fusissimèque in *Ephemer.* die 19. *Decembr.* ubi singularia videnda. In propositum ergo nostrum, Sennacherib interficitur à filijs in templo Moloch, cui Numini illos sacrificare cogitaverat; quippequàm victima Idolo Moloch, duntaxàt filij à parentibus oblati, ut inter illius brachia adurerentur: quem ritum imitati sunt Hebræi sacrificantes filios & filias Dæmonijs, quorum voces ne exaudirentur ab astantibus, obstrepebant tubis & tympanis: qua de causa locus dictus *Thophet*, ideſt, tympanum; ut ait Adrichom. ubi sup. Hunc idolum magnoperè adamabat Sennacherib, & iuxta eius arcam, propter omen faustum, castrametari fecit exercitum, quem totum invenit die sequenti nihil & nihil.

Paulin

*Delabitur ales*
*Angelus, halantem qua labitur aëra ducens,*
*Armatus verbi gladio ferit impia castra,*
*Et sopitorum taciturnâ strage triumphans*
*Centum octoginta dedit uni millia letho,*
*Et nox una fuit tam magni conscia belli.*
*Manè Rex surgit adhuc, & mox miser armis,*
*Milite deleto vacuis fugit.*

Accinuit Paulin. *Natal.* 8. à v. 184. Vacuus fugit, sed non in vacuum: igitur post dies quadraginta quinque in templo idoli interemptus, cui volebat amens immolare filios.

48 Alia cogito. Utinàm collimem! Idolum isthoc *Nesroch* à Hieronym. de *Nominib. Hebr.* 4.Reg.Comestore, ibid. *cap.*29. dicitur *Nesrach.* à Berosо & Iosepho, de *Arac.* Vox hæccine significat & sonat *Fugam*, ut ait Hieronym. ibid. Quapropter sensus auctoritatis erit: Interfectum fuisse Sennacherib in templo Tabulæ Noë, cùm adoraret *Fugam* Deum suum. Ne videamur extra chorum saltare, fulcrum huius cogitationis expendendum est. Apud Ethnicos usitatum, non solùm ad actiones singulas humanas signare Numina, ut observat Augustin. 4. *Civit.* cap. 8. sed etiam in fortuita hominibus & accidentia; ut Febri, Tempestati, &c. de quibus egimus latè in *Ephemer.* Hac etiam insaniâ, aras, ædes & templa Romani superstitiosissimi erexerunt *Fortunæ reduci*: per quam in aliquam expeditionem euntes, arbitrabantur in domum redire incolumes; periculorum expertes. Unde illi ara erecta & ludi instituti, quia Augustus sospes in urbem redit ex peregrinatione Græciæ & Siciliæ: Dio *lib.*54. Apud Græcos Helena prima erexit ei imaginem pulcrham, quia post tanta dissidia redux in patriam, ut ex Herodot. refert Anton. Constant. in 2. *Fastor.* Ovid. v.55. Prætermitto plura videnda loc. cit. die 12. *Octobr.* Quid mirum erit, si inter Assyrios *Fuga* Dea coleretur, ad cuius imaginem oraret Sennacherib, maximè cùm solus evasisset fugâ sospes, cùm totius exercitus videretur coràm clades? Quid mirùm quòd Deæ *Fugæ* grates redderet pectus, quando ex universali strage fugit, seu effugit solus? Sic ergo cecidit in templo Nesroch, adorando Nesrach: *In hoc nequior populo extincto Sennacherib ostensus, quòd parricidio filiorum est reservatus.* Ita quò dudùm Comest. in *Histor. Scholastic.* Hæccine tantùm cogitatio: meliora à doctis expecto.

*Fortuna Redux quare sic culta?*

*Fuga Dea.*

Comest.

*Varietas lectionum.*

49 In varietate lectionum Tautologiæ principalis, nulla discordia invenitur, aut dissonantia; quoniam ex silentij acceptionibus elucet conformis litera. *Tacuit populus, & non respondit quicquam.* Isai. 36.21. *Siluerunt & non responderunt verbum.* Maluend. *Cessaverunt loqui.* Septuagint. *Siluerunt & mutierunt.* Syr. *Cum quiete tacentes quieverunt.* Modò expositâ literâ Tautologiæ, per eloquia Didascaliarum studendum est, tacere.

## ADINATON EXEGETICUM.

1. *Tacuit populus, & non respondit quicquam.* Rex ita imperaverat, sicut legatis missis; ut Rabsacem audirent, & nequicquam responderent. Ipsi tacuerunt, & non responderunt ad conversationem exeuntes; in quo norma datur Monachis, ut observetur Religionis forma, exeuntibus ex præcepto extra Monasterij septa: igitur extra claustra, ut decet Monachum; cum sęcularibus citra & ultra ministerium neque verbum.

2. *Tacuit populus, & non respondit*; quia sic prudentia Regis præcepit, ut Dei servaretur honor, ac sine fomite insani cerebri coërceretur furor: equidem si aliquid diceret furentem & blasphemum in audaciora irritaret.

3. *Tacuit populus, & non respondit quicquam.* Quid, Nec quicquam respondit, si omninò tacuit? Virtutis periculum indicatur, quùm silentium post silentium proponitur: igitur ita delicatula virtutis

con

conditio ; quòd dicatur, ni lateät ; etiam silentio.

4. *Siluerunt & non responderunt verbum. Mutierunt cessantes loqui.* Si tunc muti facti, aliquid pridem locuti. Quomodò siluerunt, & audità blasphemia, qua vulnerata iustitià? Speculum patent iudicum, vociferantium in fractionem legum, pòstque studiosè ex muneribus mutorum: equidem cùm loquendi adimant libertatem, & in leges constituant diversam legem; quantunvis scelera moveänt animum, ad crimina neque verbum.

5. *Siluerunt, & non responderunt verbum;* Quorsùm ergo in responso nullum verbum, si tacuisse pridem dictum ? Virtus silentij exprimitur contra garrulitatem, hominum virulentissimam pestem : quæ quidem ita procax, ita pervicax; ut labijs perversissimè dolosis, loquax ac loquax inveniatur sine verbis.

6. *Siluerunt, & non responderunt verbum;* Aliquod profectò responsum in silentio. Utitur in gratijs mater-virgo: quæ quidem favens hominibus silet, verum favore respondet.

## DIDASCALIA PRIMA.

### *Monachi cœlum cella, atque libertas sine libertatis clausura.*

¶ DE C. Bibulo sub tempus civilis belli, lib. 2. *Epist.* 19. & 20. ad *Attic.* dicebat Cicero: *Bibulus in cœlo est : nec quare scio, sed ita laudatur. In cœlo hominum admiratione & benevolentià.* Cicero illa, in tempestate, cur in cœlo sit, nescit. *Inclusum domi se continet:* ait Georg. Grævius hìc : igitur si in cœlum summa quies, quod nulla tela procellarum petunt ; in cœlo sanè, quem in domum ipsi recessus custodiunt : igitur dum undique ictus, non alia tutior custodia, nisi recessus. Sub tecto sanè quiescit, quandiù lapidibus pluit ; & cernit è portu, dum rari apparent nantes in gurgite vasto. Symbolum quietis exponitur Andromede. Aptiùs intra septa Monasterij Sponsæ Christi, mortem expectantis, pro cœlo ad cœlum lachrymantis & gementis. Audiendus Manil. 5. *Astronom.* à v. 557.

Cicer.

Græv. *Cella cœlum.*

*Cur Andromede Monialis insigne?*

*Virginis & vivæ rapitur sine funere funus.*
*At simul infecti ventum est ad littora Ponti,*
*Mollia per duras panduntur brachia cautes,*
*Adstrinxere pedes scopulis iniectaque vincla,*
*Et cruce virgineà moritura puella pependit.*
*Servatur tamen in pœna pudorque, decorque,*
*Hic dedit Andromadæ cœlum, stellasque sacravit,*
*Mercedem tanti.*

Manil.

Hæc est merces : habere scilicèt secum cœlum quod exoptat, ut sine periculo vivat, pudor maneat, decor floreat, in mundo & extrà, licèt cruce virgineà, quippe in custodia, ubi flagrat cordis rogus, sitque pro cœlo sine funere funus. Ita enim cœlum desideratum habetur, & habitum alias infeliciter amittitur.

*Quæ debet viva sepeliri ne possit mori.*

2 Volitant vagæ, virulentæ illecebris cogitationes, titillantes otiosa pectora pruritu curiositatis ; quarum effectus in Religiosis cordibus vel lachrymæ pœnitudinis, vel cervix obdurationis. Oritur huiusmodi prurigo, ex fragilitatis affectata ignorantia, ac fatuà in virtute confidentià, corde suapte naturà instabili, inquieto, needùm affectu in sæculum satis domito, tædio interioris ariditatis, quo solatia quæruntur in externis, quasi in cella & intra claustra non essent solatia vera. Ibi dum se animus in aliena profunditur, caligine obtenebratur, in tenebris ambulando usque in limum demergitur, viscusque patet alis, quod duntaxàt pridem videbatur pulvis, quin deprehendat sibi & Religioni noxia, unde primævi vocationis spiritus corruptela : parvisque initijs congeritur ingens moles, qua obruitur usque in inane tota fabrica virtutis. *Sicut enim humores noxij affluunt, ubi fuerit in corpore læsio, nisi cautè removeantur, ne fiat ibi tumor vel ulcus ; ita & negotia crescunt ad extinctionem spiritus, qui se sæcularibus acquieverit occupari.* Ita Bonaventura de *Sex alis*, cap. 7. Appositè quidem. Haud accederent sæculi humores delitiosè pravi, sine cordis tumore, pectoris ulcere. Morbus sanè. Pro melancholiæ effectu, Plater. lib. 1. *Observat.* & Reyes Franco, in *Camp. Elys.* quæst. 79. n. 3. signant irregula-

*Ex vagatione quæ incommoda?*

Bonavent.

*Morbus, qui videtur bilaritas.*

Felix Plater.

re tripudium, in quo ita affecti sine defatigatione subsultant, saltibus & motu totius corporis membra agitant, continuò vagantes, nullibi quiescentes, nec verberibus ab insania remoti, cor sanguine in lætitiam tarantulæ mordicante. Quod alijs labor, illis virulenta voluptas: quod gravamen, phantasiæ errantis alacritas, falsa gaudia, vera pœna: igitur præ iucunditate videtur gaudere pectus, sed ridentibus est morbus. Patet in huiusmodi corporis affectione, quæ animam gravat sæculi cupiditate, qua corda religiosa miserrimè diffluunt; dum ut malè agerent, laborarunt, læta dum gloriantur in malefactis cupitis, quin tripudiantes lassentur in via vagabundæ iniquitatis. Malum, si in Monachis quilibet sæculi morbus: cæterùm huiusce tripudij infirmitas subdolè pessima: quippe totum malum à spiritus melancholia.

*Et spiritûs frigiditas.*

3 In Auroræ fabula exprimitur tenacitas morbi, ut clareat quantus viscus amor sæculi. Auroræ indulsit Iupiter pro luctu filij in terram descendere; verùm nisi fulminibus in cœlum haud potuit omnipotens revocare. Refert Quint. Smyrn. lib. 2. à v. 639.

*Aurora nec ultrà animo ortus Solis curam agebat,*
*Sed exosus ei erat magnus Olympus. Iupiter detonabat*
Q. Calab. *Iratus: tunc Aurora in cœlum properavit: & Horæ*
*Invitam ipsam in Iovis perduxerunt solium.*

*Qui libenter in sæculum egreditur, difficile revocatur*

Sicut Aurora nonnunquàm sequentis luminaris radiata luce; ita intra sepia Monasterij anima Monachi. Emittitur è cella, sicut illa de cœlo in perfidum sæculum vel specie charitatis, vel intuitu rationalis consolationis. Morsus à dulci sensibus aspide, paulatim allicitur, & acriùs morâ mordetur: de recessu spiritus tepiditate causatur: plus iusto in munere detinetur: ut revocetur vocatur, ex quo spiritus melancholia, acediosa tristitia; quia iam exosus Olympus, & oblitus Solis ortus, lux interna animo tranquillo, quo quiescebat in claustro tanquàm in cœlo. Modò ariditate spiritus tædet, quod pridem maximoperè placuit. Iam trahit memoria, sibique dicit:

Virgil. *Eclog.* 2. v. 60. Horat. 1. *ep.* 14. v. 8. *Quem fugis ah demens? Habitarunt Dij quoque silvas.*
*Insolabiliter tamen istuc mens animusque*
*Fert, & amat spatijs obstantia rumpere claustra.*
*Rure ergo viventem, tu dicis in urbe beatum.*

At quid ex pugna, dum secum contendit anima? Quod ille alius dicebat apud Plaut. in *Mercat.* Act. 3. scen. 4. v. 1.

*Homo sum miser, qui nusquàm*
*Bené queò quiescere. Si domi sum, foris est* Plaut.
*Animus. Si foris, animus domi. Ita mihi*
*In pectore atque corde amor facit incendium.*

Iam incidit in amentiam, capitisque vertiginem, à qua non renovandus nec per cruciamen; quia sensim amor cœlestis elanguit, atque sæculi percrebuit, quousque flammam vocationis extinxit, quin ingrate ferretur exilium, quantunvis dimissum in amissionem cœlum; ut constet virtus mundani philtri, cui placet decipi; igitur cor ita traxit, retinuit; atque constrixit dulcis furoris vehementia, ut tantùm possint revocare in cœlum vibrata trisulca fulmina. Quid titulo laxationis, ubi tot plorandi errores sub velamine pietatis?

*Nec verberibus, nec fulminibus.*

4 Cavet Assertor N. atque animi languorum archiater, qui maluit morbos præcavere, quàm curare. *Alius* (inquit Matth.) *de discipulis eius ait illi: Domine permitte me primùm ire & sepelire patrem meum. Iesus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* In schola Salvatoris discipulus & pius ab illo sepulturæ patris facultatem petijt; cæterùm non impetravit. Cur igitur qui pronus in charitatem, filio erga genitorem extremum obsequium inhibet; qui honorare patrem præcipit, cui vel extraneorum honor ex humatione perplacet? *Experientia didici* (hìc infit Alapid.) *eos qui vocantur ad sequelam Christi in Religione, si testamentis sese implicent; ad plures annos retardari, fierique sæculares, & ita perdere vocationem, ut nunquàm vitam religiosam capessant.* Respuit Christus laudabilem pietatem, ut discipulum efformet obedientem; quin abundet proprio sensu, voluntatis Superioris percepto iussu, nec hiscat, etsi virtutem suspensam agnoscat; quippe ad illum spectat obedire, ad Prælatum providere: igitur pluris in virtutis summa, virtutis obedientiâ operationem suspendi; quàm sine obedientia illustrissima adoriri. Ita Deus simul dedit & velle & perficere: manuque Abraham consummavit obsequium; dum audit: *Ne extendas manum.* Qui vult operari, & à cœlo suspenditur; obsequiosiùs operatur. Maneat non quomodò vult, dum placet cœlo obsequium manendi sic. In rem. Christus discipulo facultatem negat, sed urbanè; exhibitâ causâ latitantis periculi in perditionem, per charitatis speciem. *Dimitte* (ait) *mortuos sepelire mortuos suos.* Mortui mortuis, moribundi moribundis. Religiosi religiosis, atque mortui sæcularibus pe-

Matth. 8. à 21.

*Cor manet extrà.*

Alapid.

*Per obedientiam suspensio virtuosæ actionis, summa virtutis.*

Genes. 22. 12.

*Titulo charitatis latet decipula perditionis.*

pestilentes sæculares : renuitque Christus, quòd qui religionem sequitur, in sæculum revertatur ; quippe qui vivit, numerabitur cum mortuis, & titulo pulchro sepulturæ parentis, & rutilo obsequio officiolæ charitatis.

5 Mortuos sæculares dicit, ne qui discipulus, appareät sæcularis, veneno serpente, virulentiæ suavitate : igitur ita fallax, ut dum cognitus iam vorax. *Ante ignem consistens, etiam si ferreus sis, aliquando dissolveris. Proximus periculo, diu tutus non erit: sæpe familiaritas implicavit, sæpe occasionem peccandi convictus dedit : sæpe quod voluntas non potuit, assiduitas superavit.* Isidor. 2. *Soliloquior.* Ita incautè Monachus capitur, & quanvis regrediatur, non revertitur: equidem vafrè mundus propinavit pestem ; ut non cognoscat in auro exhausisse mortem. Egressus enim est Monachus, sed regressus dissolutus & perversus. Adinstar corali egreditur & regreditur. Molle ac docile in mari inclusum

Isidor.

*Cur ita Monachus instar corali?*

——*Super æquora saxum.*

Ovid.

Ut canit Ovid. 4. *Metam.* fab. 18. Plinius-que *lib.* 32. *cap.* 2. *Baccæ eius candidæ sub aqua ac molles: exemptæ, confestim durantur & rubescunt. Aiunt, tactu protinùs lapidescere si vivat.* Cor ergo molle sub maris amaritudine ; quoniam docile magis mortificatione: & ad aliud non exijt, nisi ut candorem amitteret. Non sensim, sed protinùs induratur : lapidescit, si tangitur dum vivit. Ita dum surgit in auras, vanitate sæculi non mutatio, sed perversitas : quandoquidem qui egressus docilitate atque candore cordis; ad claustra atque disciplinam revertitur tanquàm lapis.

Plin.

6 In navigatione Senecæ, videbitur huius laxationis, & tergiversationis mentis clarum speculum, & utile testimonium. *Cùm iam eò processissem* (inquit *Epist.* 53.) *ut mea nihil interesset, utrum irem, an redirem ; primùm æqualitas illa, quæ me corruperat, perijt. Nondùm erat tempestas, sed iam inclinatio maris, ac subinde crebrior fluctus. Cœpi guvernatorem rogare, ut me in aliquo littore exponeret. Aiebat ille, nec quicquam se æquè in tempestate timere, quàm terram. Nauseä & sine exitu torquebat. Quæ putas me passum, dum per aspera erepo, dum vitam quæro, dum facio? Intellexi, non immeritó nautis terram timeri. Incredibilia sunt quæ tulerim, cum me ferre non possem.* En tempestatis exitus, quem Monachus habet, ubi sese ferre nequit. Constitutus est ad iter in navi, ut pergeret quiete, cernens terram de longè. Quærit fatuè pro levamine exitum, & solicitat ad terram navem reducere pusillum ; quin contempletur propter bilem commotam, in tempestate timendam duntaxàt terram : igitur si egreditur; incredibilia passurus, quin voto potiatur pectus. Profectò summergetur allisa navi, antequàm egrediatur; vel reptabit per abrupta scopulorum, si egreditur. Quorsum huiusmodi cogitamina? Si in navi naufragium, in terra urgentius periculum. Utrobique prolubium pectoris impatientis; quippe intùs in perditionem corrupti mores. Terra Monacho! Patria! Quo propolito? Ut devïet ab instituto? In navi Christus quiete sedet : in patriam vadit ; parùmquum abfuit ut periret: igitur dum reducere intendit frugi corda reproborum, ductus est in præcipitium.

Seneca.

*Qualis tempestas in mari cordis gyrovagi?*

Luc. 4. 29. & 5. 3.

*Cui placet alterius, sua nimirùm est odio, sors.*

*Stultus uterque locum immeritum causatur iniquè.*

Horat. ubi supr. v. 11.

*In culpa est animus, qui se non effugit unquàm.*

Instat Seneca, & instruit. *Fatigatis velocior domum gradus est* (inquit de *Tranquill.* à cap. 1.) *placet intra parietes suos vitam coërcere. Nemo ullum auferat diem nihil dignum tanto impendio redditurus. Sibi ipse animus redeat, se colat, nihil alieni agat, nihil quod ad iudicem spectet. Ametur tranquillitas:: Hoc se quisque modo semper fugit : sed quid prodest, si non effugit? Sequitur seipsum, & urget gravissimus comes.* Non huiusmodi Monachus vacillationes haberet ; si se, dum mundum, effugeret: sese quærit, nec manet, quò manet ; manendo exit, ut pietatis fuco pereät, neque surrecturus, cadat. Vid. *Tom.* 4. *T.* 5. *D.* 6. *à n.* 10.

*Prodit è claustro in naufragium, vel in præcipitium.*

Seneca.

7 De civitate Luza (condita iuxta Bethel, à Chananæo iecto à Luza filiorum Ephraim ; de quo *Iudic.* 1. 26. & Adrichom. in *Ephraim*, n. 65.) singularia referunt Rabbini in tract. *Sutath*, cap. 9. ex quibus Serar. loc. cit. *Iudic.* in fin. *Civitas insignis posteà fuit, & ita ut in ea qui hyacinthum colorarent ac tingerent cives forent : eamque posteà neque adveniens Sennacherib, neque Nabuchodonosor deleverit : imò neque in eam quidem ingredi auderet Angelus mortis ; sed qui in ea erant senes, cùm moriendi tempus sibi esse putarent, extra urbis huius mœnia egredi oportere, ut mori possent.* In quæ non extenditur Rabbinorum audacia ? Comprehendit fastu etiam impossibilia. Deserviat ædificationi fabula, quia eiusmodi civitas intra Monasterij septa. Ibi inveniuntur Hyacinthi colores, quippe venientes nigras è sæculo pravas cogitationes faciunt cœlestes. Ibi tu-

Iudic. 1.

Serar. *Clima insigne ac singulare urbis Luzæ.*

tuti ab hostium incursibus, quippe legum murus validus. Adinstar Civitatum Refugij, vita, etsi reorum, summa cum protectione; quandiù manserint in Civitate: equidem offendent statim mortem, si casu extraxerint pedem. Non salvus qui effugiens fugerit, sed qui permanserit: equidem cùm a muro sit vitalitatis protectio; conatur sanequàm mori, qui vult egredi. O Monache!

*Cur Monasterium Civitas in refugium?*

Num. 35. 26. Pers. 1. v. 21

——— *Nec te quæsieris extrà*

Quia periclitatur vita.

8 Ducere in altum rete, Petrum iubet cœlestis Præceptor; ut hominum illo in iactu mirificus evadat stupore piscator. *Laxate retia vestra in capturam: & cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam: rumpebatur autem rete eorum. Sed non labitur piscis* (subdit Beda) *& rumpitur rete.* Captura insignis, sed insignius miraculum piscibus captis. Mare mundus est, retè Religio. Concluśit vocante Deo piscium multitudinem; & tunc exhibuit Christus clausuræ Monasticæ speciem, cùm futuri homines sicut pisces maris. Rete rumpitur, cæterùm piscis non labitur: in captura profecto miraculum, sed maius ex clausura piscium: equidem mirum quòd in fugam esset exitus, ac ex tanta multitudine nec effugeret unus. Est in rete libertas vel captivitas? Voluntaria captivitas quæ libertas, virtute expressa, dum clausura rupta: quandoquidem ita adicti instituto, recluśi claustro; ut abiret in sæculum, etiam habens libertatem, nec unus quidem. Videntur homines quasi pisces intra claustra retis, ex quibus exire nolunt, ne à belluis in occursu, devorentur: equidem devorationi & diræ exponuntur Monachi, hinc & inde vagabundi in mare sæculi. Rumpitur rete & non labitur piscis, ut vita Monastica pateat, quandiu clausurà subsistat: quandoquidem illorum deficiet infeliciter vita, sicut piscium in decursu modò extractorum ab aqua. Carcer enim caveä videtur aviculæ, cæterùm vita servatur à carcere. Unde libertatis amissæ nec levis pœna; quippequàm quod oppressio, vitæ custodia. Miror facilitatem Superiorum ex interventione iuvenum, in quam invehuntur PP. Ascetica & iurè. Vide Pachonium, *Regul.* artic. 30. Cassian. *lib. 4. cap. 16.* Iul. Nigronium in *Ascetic.* Tract. 16. cap. 4. §. 32. & quæ diximus, *Tom. 5. T. 2. D. 1. n. 14.* In Regula N. nihil invenitur cautum à Glorioso Benedicto. Sanè. Impossibilis illi visa cogitatio, & cavere noluit quod indicavit impossibile in Monacho. Oratio fit pro absentibus, quasi in tentatione positis, ex sensuum illecebris. *Prostrati solo ab omnibus petant orationem* (dicit, *cap. 67.*)

Luc. 5. 6.

Bed.

*Monasterij clausura, vitæ custodia.*

S. Bened.

*propter excessus: ne quid fortè subripuerit in via visus, aut auditus malæ rei, aut otiosi sermonis.* Si hæccine in necessarijs, nec incomitatis Monachis, in viam directis, ac ætate maturis, facultas iuveni, solique cogitanda possibilis?

9 *Ego servus tuus vadam & pugnabo adversus Philistæum*: dixit Regi audacter David. Cui Saul: *Non vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare adversus eum, quia puer es.* Scandalum erat castris Israël blasphemus gigas, cuius intolerabilis audacissima procacitas. Victoriæ fatagebat, qui regebat agmina, dum à puero seu iuvene spondetur victoria; modò obedientià ductus obtineat benedictionem in singulare certamen: meritòque egrediendi negatur facultas, virtute ac zelo exponendi cordis flammas; quippe prudenti regimine haudquaquàm fas, quòd iuvenis periret zeli specie, sub larva servitij Dei. *Puer es.* Utinàm etiam in recessu sis securus! Forsitàn animo non favebit exitus: pluriśque debet esse, servare civem, quàm prosternere hostem. Siste gradum, quia non vales, duntaxàt adiutus à virtute iuventutis; & in exitum iuveni concedere facultatem, erit virtuti discrimen. *Puer es.* Periculum egredi: iustumque in regimine providentiæ decretum, iuvenes collocare citra periculum. Ambigua sors in rebus tanti momenti, credendis iuveni: *non vales resistere*; nec egredieris, si resistere vales: exituśque denegandus, dum non est exitus. *Non vales resistere.* Quid tametsi resistere valeas, ni in certamine vincas? Quid, quòd restiteris, si pereas? Minimi est, quod valeas, si non prævaleas: imprudens facultas exitus, ut iaceäs victus. Egredi non potest, qui regredi non valet, ut persistat exercitus honor & militis decertantis utilis labor. Quod plus, in Davide quibat esse virtus iuvenis, zelo æstuantis: & etiam visà flamma, abnuitur iurè licentia; igitur ius, quòd nequeat in certamen exire, qui securè non possit victor in castra revetti. *Puer es*, & nudus. Qualis per exitum exitus? Vis exire, & vis intercipi: igitur pueri est, quod ab illo cogitetur fugitiva victoria, dum alij recedunt estò in procinctu intra castra. Pueri utique, nec præstabile quod pueri: igitur spiritus iuvenem in victoriam inconsideratò movent; ubi veterani experti in certamina non audent. Quod emeriti fugiunt, iuvenis appetit. Negandus exitus: ex tractu claret, quòd appetit iuvenis, ut in conflictu ambiguo amittat virtutem, dum in exitu quærit perditionis occasionem. Vernaculè: *Quando huye porque no puede, aun estando en su vi-*

1. Reg. 17. à 32.

*Iuvenibus denegetur licentia exeundi, maximè si egressuri sine comite.*

gor

*gor la virtud ; quiere vencer un rapaz , y buscando en la salida para perderse la mas facil ocasion* ? Quid ergo dicemus ad hæc? Quod egressus est David : & vicit , atque triumphum de insolente reportavit. Profectò Post facultatem negatam , ac repulsam , virtutis ille demonstravit experientiam. *Nam & leonem & ursum interfeci.* Ita ? Utique. *Vade & Dominus tecum sit* : respondit Rex. Modò ius est. Potest in certamen egredi, qui ductus à Deo & probata virtute. Aliter, ut ait Statius, 1. *Achill.* v. 286. vel titulo religionis , aut specie sanctitatis , boni melioris, & perfectioris virtutis;

V. 36. & 37. *Annuatur Deo ductore & probata virtute*

Stat. *Luce sacra patrijs, quæ rara licentia, muris Exierant. Decus omnibus idem.*

10 Imminet nonnunquàm periculum, dum in exitu ; ut compescatur , accipitur malum. Ut reprimerent blasphemias Rabsacis , egressi extra muros Ierusalem , facultate regià , viri prudentes , cùm populus contineretur in muris. Cuncti perciti zelo Dei , dum blaterabat inimicus ; verùm non omnibus datur exitus. Ordo insignis imitandus à Monachis : igitur cùm tantùm debeant exire , qui exitu possint prodesse ; qui perire possunt , manent : manent, salvi duntaxàt , si intra muros perstiterint. *Tacuit populus , qui erat supra murum , & non respondit.* Tacent etiam , qui ad colloquium extra muros exierunt. *Siluerunt & non responderunt ei verbum.* Norma præfigitur virtutis Monachorum, dum eadem nitet manentium ac exeuntium. Extrà inveniebant improbum , blasphemum , sub peccato venundatum , invitantem, atque minis urgentem in idola , ut declinarent à religione patria. Relaxari quibant , qui malitiam superare non valebant; verùm in symbolum perfecti Monachi , observarunt in silentio quod observabant recluſi : igitur dum illis indultus exitus, revertuntur ad claustra, quasi non exissent muros. Egrediuntur, cæterùm quasi non egrederentur. Concessa est à Regente facultas exeundi; ut audirent, & nequaquàm ut responderent Rabsaci. Datur reclusis exitus , qui tacent vel in colloquio ; ut observetur egressionis intuitus : igitur extra claustra Monasterij , ut decet Monachum ; cum sæcularibus citra & ultra ministerium, neque verbum. Non debet cum egrediente egredi animus , sed corpus ; ut perseveret ex clausura parta virtus: igitur tunc perfecti in Monasteria egredientes revertuntur , dum manent intra clausuram , quasi non egrederentur.

4. Reg. 18. 26. 36. Isai. 36. 21.

*Religiosus exitus, dum egreditur corpus, sed non animus.*

*Ad ministerium, & non amplius.*

11 Forma huius exitus & mansionis mirabilis, exhibetur in Apostolis. Postquàm comitati fuere Salvatorem ; & viderunt ex monte in cœlum & ad Patrem ascendentem; *ascenderunt ubi manebant Petrus & Ioannes*, & cæteri Apostoli cum Maria matre Iesu & fratribus eius. Grave insurgit argumentum, cùm videatur implicare testimonium. Si Petrus & Apostoli reliqui interfuerunt Salvatoris ascensioni ; quomodò manebant in cœnaculo unde exierunt , vel quo pacto ubi manent, revertuntur ? Exierunt & non exierunt. Exivit corpus , non animus : & egredientes , unde exierunt manent ; quippe reversi quasi non exissent. Cœnaculum illis erat claustrum , quò in oratione perseverabant , donec mandata in obedientiam urgebant : & exeuntes è claustro , manent igitur ibi ; quippe mansio & egressio pendet ab animo, non à corpore. Exit, qui tantùm exit ut exeat , quæ mundi hauriat , & innocentiam partam in clausura amittat : haudquaquàm qui in ministerium ab obedientia mittitur , ut adimpleat ministerium in salutem proximorum : Apostolique è cœnaculo exeuntes , in ipso egressu dicuntur ibi manentes ; quoniam non egressi exeuntes extra cœnaculum , qui reversi ubi manebant post exactum ministerium. Forma datur Monachis intra & extra claustra, ut observetur religiositatis forma. Non in exitu est exitus, neque in recessu ad recessum locus. Locus mansionis vel non mansionis est pectus. Unde obedientià ducti , vel exeuntes manent in clausura Monachi ; modò egrediantur tantùm ad quod egressi. Alia dicam alibi *Tom. seqq.* ubi de interiori ac exteriori clausura , à qua pendet tota perfectionis fabrica.

Act. 1. 13.

*Qui ita egrediuntur, non exeunt.*

12 *Pyrigoni volucres* ( ait Ælian. 2. de *Animal. histor.* cap. 2. quos Pyraustas vocat Aristoteles , uti videbimus , *Tautolog.* 9. n. 13. ) *in igne vivere & ali , hucque & illuc volare. Illud item admirationem excitat, cùm extra ignem nutricium egrediuntur , & frigidum cœlum attingunt , statim exeunt é vita.* Hæc nostra sunt , & ex conditione nostra interest. Unde Legislator N. disciplinæ subijcit , d. eum , *qui præsumpserit claustra Monasterij egredi.* Quid septa , si claustra? Nihil interest , quòd cogitetur cœlum, si cœlum frigidum. Igne vocationis vivimus, alimur , ac volamus per ignem , clausurà præbente fomitem. Si ab igne removemur, statim morimur : equidem friget in volatum vocatio , & languet deficiens vita recedens ab elemento. Quò magis distant sphæræ seu orbes inferiores à Mobili primo , magis ei resistunt in proprio motu. Adi Christoph. Clavium in cap. 1. *Sphær. S. B.* fol. 42. Lentè

*Conditio Pyraustæ. Ælian.*

S. Bened.

*In sæculo Monachi fri get vocatio.*

tè contra nituntur, quò magis à primo Mobili in gyro recedunt; ut intendamus velocius in primum vocationis mobile, neque fugiendo in sæculum, fortiùs resistamus gratiæ: quandoquidem velocitati cursus fortior ac vehementior resistentia, quò à Monasterio fuerit maior distantia. Si necessarius per obedientiam in sæculum exitus; ne claustra fugiat ut expers mansionis animus, sed progrediatur, ut in sæculo demonstret, quid sub clausura didicerit. *Qualis haberi vis, talis esto: professionem tuam* (ait Isidor. quò supr. *n.* 5.) *& habitu & incessu demonstra: in motu puritas, in gestu gravitas, in ingressu simplicitas, in incessu honestas, nil dedecoris, nihil lasciviæ; nihil petulantiæ, nihil insolentiæ, nihil levitatis appareat: gestus corporis signum est mentis.* Haud surrepat animus à professione alienus: igitur si claustra declinamus, & sæculum quærimus;

*Nos patriam fugimus:*
*Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arva.*

*Qualis tunc circumspectio?*

Isidor.

Virgil. Eclog. 1. v. 3.

## DIDASCALIA II.

### *In correctionem valet modus, sed prævalet tempus.*

NOnnunquàm necessaria in Regente correctore prudentia, verùm maximè dum compescitur audacia: igitur ita delicatulæ complexiones errantium, & amor cæcus errorum: ut medicamine ingravescat infirmitas,

*Si modò festines, si modò lentus eäs.*

Ovid. 1. de *Art.* v. 500.

Difficile est attingere medium; quod sit in remedium, opportunum: quandoquidem vel quod reverà inferenti videtur suave, patienti videtur & imprudens & crudele. Difficile prorsùm, vigili ratione, affectu prævalente, in correctione est; si semper prudentis in imprudentem error, fiat correctio sic vel sic. Quomodò sese geret, qui procedit lentè, & etiam errare dicitur, si festinè? Festinando lentè? Nec sic effugium. Eget moderamen moderatione; nec sic corrector placebit, neque scopum collimabit: equidem cùm à pravis illegibus desideretur impunitas, & in flagitia libertas; semper errabit apud quos neutrum licèt: in Dei enim tribunali audiet remissus, qui propter leviorem bilem insignitur truculentus. *Crudelem vocabant patrem filij Heli, adversantes ei*: ait Philo Biblicus in *Antiquit.* At quid Scriptura? *Non audierunt vocem patris sui.* Quid Hieronymus? *Corripuit, & punitus est; qui non corripere debuit, sed abijcere. Quid faciet qui gaudet ad vitia? Qui emendare non audet? qui conscientiam suam non metuit? & quod cunctus populus clamitat, nescire se simulat?* Ita lib. 1. *Adversus Pelagian.* En regiminis anfractus inter leges rationis & affectus: igitur adiudicatur divino iudicio, quæ crudelis miseratio. *Expectabo* (inquit Senec. de *Vit. beat.* cap. 18.) *ut quicquam malevolentiæ inviolatum sit, cui sacer nec Rutilius fuit, nec Cato? O virum acerrimum & contra omnia naturæ desideria pugnantem!* Patet iustitiæ protectio ex humano variabili iudicio: qui enim uti iustus, in legum custodiam vigilabat impavidus, pugnax indigitatur & accerrimus. Aptè Alciatus, *Emblem.* 117.

Phil. Bib. 1. Reg. 2. 25.

Hieron.

*Semper carpitur.*

Senec.

*Ut varia est natura coloribus in gignendis,*
*Sic alijs aliud: sed sua cuique placent.*

Alciat.

Sic enim excessuum correptio dicitur virtus, sicque furor; quoniam propter affectus color & color.

2 Non dubium, quod prudentiæ apex, *Ne quid nimis*; quod quidem proverbium celebre apud Profanos & sacros. Monet ita Gloriosus Benedict. *Regul. Sanct.* cap. 64. Nimietas est in correctione plus æquo, vel minus æquo: inestque prudentiæ scopus, *Nec plus, nec minus.* Cuncta describit Gregor. Magnus. *Qui præest, ea se circa subditos mensurà moderetur, quatenùs & arridens timeri deeàt, & iratus amari; ut cum nec nimia facilitas vilem reddat, nec immoderata severitas odiosum. Sæpe enim subiectos frangimus, dum plus iusto vigorem iustitiæ tenemus: qui profectò vigor tam iustitiæ non erit, si se sub iusto moderamine non custodit.* Ita lib. 20. in *Iob*, cap. 3. Regerit *lib. 9. Epist.* 8. & 2. *Pastoral.* cap. 6. ubi inter plura aurea, infit: *Sit itaque amor, sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans: sit zelus, sed non immoderatè sæviens: sit pietas, sed non plus quàm expediat, parcens; ut corda subditorum & terrendo demulceat, & tamen terroris reverentiam demulcendo constringat.* Baculo quidem sustentetur, quisquis virgà percutitur; ut dum patitur dolorem, baculus simul & virga sint in solamen: ita enim subditi rigoris ac benignitatis fœdere, nec indulgentiâ in corruptelam solvuntur, nec acerbitate in iras exulcerantur. *Modus certa mensura est* (ait Senec. *Epist.* 66.) *Nihil rectius recto, non magis quàm verius vero. Omnis in modo est virtus.* Inter hæccine urgentia discrimina, opus & labor, attingere in quo sit modus. *Fortè* (inquit Bernard. de

Greg. Mag.

*Qualis & quando debet esse modus?*

Senec.

*Difficilis modus in correctione?*

*Con-*

Bernard. *Conversion. ad Cleric.* cap. 11. n. 22.) *invenietur rebellis & obstinata voluntas, & nec impatiens solùm, sed & monitis peior, & nimis durior, & adhibitis acerbior blandimentis.* Quid faciemus viri fratres? Non illi durum, sed volupe, contrà stimulos calcitrare. Eritne spes revocationis à proposito effronti? Utique in recessu prudenti, quin vel levissimum verbum sit fomes æstuantis iræ.

Lucan. *Temporibus servire decet.*

Ut ait Lucan. ad *Pison.* v. 155. Tempore quiescet furor, & cognoscetur error; quippe rationis fulminibus non est tempus, dum animus est furiosus: igitur quò magis impudens audacia compesci intenditur; eò magis propter phrenesim in bilem præcipitatur.

3 Fretus gratiâ simulque potentiâ Assyriorum Regis, quæ in Ezechiam & Deum non despumavit execranda Rabsaces? Vidimus in *Liter.* Extra muros, dum in illis esset populus, Regem venire iussit, vel ut deciperet, vel ut probrijs dehonoraret. Non acquievit Ezechias; ut apud subditos esset inviolata maiestas, quippe vel verbis læditur regalis auctoritas. Quare populo tacere præcepit, & optimates primos in colloquium misit: qui quidem illum debacchantem audierunt, & furiosum; sed *siluerunt & non responderunt ei verbum.* Singulares in conventu synedri apparent. *Præceptum Regis acceperant, ut non responderent.* Quare si in colloquium mittit, dum hostis advocat, innuit, quòd nemo quicquam respondeat? Non alia decebant statum rerum, ne inter audientes augeretur scandalum. Non tantùm Regem cavillis pupugit, coram subditis impudenter despexit, auctoritatem maiestatis proculcavit; sed etiam os in cœlum audacissimè posuit, blasphemus, inverecundus, procax & effrons; & prudentissimè Rex primates emittens in blasphemi colloquium, commendat nec loqui verbum; quippe si quid ratio in insolentiam opponeret, furentem atque vesanum usque in execrationem irritaret. Amens blasphemabat, Divos lacessebat, divino honori, ac dignitati, potestatique derogans, quantum sibi stolidissimè arrogans: & quanvis zelus Dei zelotem Regem pungeret, coram effreni insolente studiò tacet; siquidem si vel verbo comprimere vellet furias, maiores denuò excandescens erumperet in blasphemias.

4. Reg. 18. 36.

Isai. 36. 21. Ubi supr.

*Effrons & inverecundus non arguendus.*

4 Objcitur voluntas perversa, ac in prava prona cum insolenti audacia, quin possit reddi frugi; quia correptus sine mente non potest ferre remedia, nec zelus crimina. Si ex ratione in pœnitudinem motus, non corrigetur insanus. Tempus phrenesis non tempus; nec rationis medicamen, fovens furorem. *In primis cavendum* (ait Plin. *lib.* 17. *cap.* 27.) *ne ex remedijs fiant vitia; quod evenit nimiâ & intempestivâ medicinâ.* Unde Virgil. 12. *Æneid.* v. 45. succinit: Plin.

*Remedia ne nocent.*

——*Haudquaquám dictis violentia Turni* Virgil.
*Flectitur: exuperat magis, ægrescitque medendo.*

Aptius Gregor. quo suprà lib. 20. *cap.* 17. *Sancti* (inquit) *plerumque altâ considerationè resistentium corda conspiciunt, & dum ea derelicta divinitùs vident; afflicti gementesque conticescunt. Qua in re sciendum est, quod nonnunquám cùm redarguntur pravi, deteriores existunt. Ipsis ergo & non nobis parcimus; si ab eorum redargutione pro eorum amore cessamus: unde necesse est, ut aliquando toleremus tacendo.* Medicina dicitur *scientia muta.* Biscioli. in *Hor. subsec.* Tom. 1. lib. 13. cap. 10. & La Zerd. in 12. *Æneid.* v. 397. *Mutas artes*, n. 18. In moralia propriùs Muta medicina: vel quia silentium immittitur ut supplicium, vel quia furioso remedium non cordata contentio, sed tantùm erroris dissimulatio; ut constet præstabilis medicina, dum cognita phrenitidis indulgentia: aliàs, ut canit Florentius, *Emblemat.* 40. Gr. Magn. *Cur Medicina dicitur Muta scientia?*

*Cedito morosis: nam quò magè concutis* Florent.
*ignem,*
*Hòc magis attollit mota favilla iubar.*

Equidem cùm furor non habeat exitum, projicit impotens post situlam lorum. Hinc Præsidis pretiosus charitatis amor, dum subditi protritâ reverentia debachatur furor. Modò sit in excandentem prudentiæ regimen, malè sibi conscius respiscet tandem tandem. Exponet ratio audaciam: ille sine bilis flammâ cognoscet amentiam, & quem correctorem protrivit inconsideratò Præsidem, in se reversus suscipiet vel fulminantem.

5 Corruerunt primiparentes, seu generis peremptores, gustato pomo, inhibito Dei præcepto. Qui nimia felicitate cognoverant bonum, miserrimâ sorte cognoverunt etiam malum. Oculi illorum ad malum clausi, quia mundi: & specie deliciarum, ictu serpentis, *aperti sunt oculi amborum.* Ad auram post meridiem venit in iudicium Deus; ut post contractam transgressione culpam, iudex discuteret causam, auditis reis, ut clareret supremi sententia iudicis. Illicò ut pomum gustarunt pœnam mortis contraxerunt; igitur effrontes Dei præceptum proculcarunt. Summa Dei maximè in fragiles pietas, continentis vel in ira misericordias

Genes. 3. 7.

suas.

suas. Cur igitur si propter crimen contraxerunt mortem, venit crimen obijcere post meridiem: Erat tunc culpa in fervore, incognita pœnitudine, flammato pectore. Dum furor in cursu est, sanè cedendum furori. Dum recipitur animus, tunc obiurgationis tempus: tunc crimen cognoscitur, corque pungitur tendens in dolorem, quoniam cognitio pungens suscitavit mentem. Unde cùm Deus vellet inobedientiam à rebellibus cognosci; cedit studiosè tempori; quippe tunc opportunum asperitati tempus, cùm transgressores aperuissent oculos. Floridè Seneca, 3. de *Ira*; cap. 49. *Videamus* (inquit) *quomodò alienam iram leniamus: nec enim sani esse tantùm volumus, sed sanare. Primam iram non audebimus oratione mulcere: surda est, & amens. Dabimus illi spatium: remedia in remissionibus prosunt: nec oculos tumentes tentabimus, vim rigentem movendo incitaturi; nec cætera vitia, dum fervent. Initia morborum quies curat. Indignor, & non invenio dolendi modum. Tempus expectandum est: dabit pœnas. Castigare verò irascentem, & ultrò obviam ire ei; incitare est*: subdit cap. 40. Unde Plaut. in *Amphitr.* Act. 2. Scen. 2. à v. 71.

*Tunc obiurgationis tempus, cum recipitur, animus.*

Senec.

*Irratus non irritandus.*

Plaut.

*Irritabis crabrones. Bacchæ bacchanti*
*Si velis adversari, ex insana insaniorem facies.*
*Feriet sæpiùs: si obsequare, unà resolvas.*

Tempus enim Deus accipit, ubi iustitias iudicare decernit; ut post languidum culpæ fervorem, pectora introrsùs perculsa procedant in pœnitudinem: potitusque est voto, expectationis articulo, acceptà inobedientiæ pœnitentià, sine ulla in iudicem repugnantia: igitur cùm reis in mentem dedisset tempus; cognoverunt sese esse ad excusationem nudos.

*Tempus indulgendum in cognitionem erroris.*

6 Contemplemur quanti momenti expectatio, non solùm in criminis resipiscentiam, sed in iudicis corrigentis observantiam.

V. 8. Sese absconderunt, *Cùm audissent vocem Domini.* Fracti sunt ausus, ac commotum voce pectus. Graphicè Ethnicus, in quo claret Enthusiasmus.

Stat. 2. *Theb.* v. 232 ——— *Primævaque modestia culpæ*
*Confundit vultus: tunc ora rigantur honestis*
*Imbribus, & teneros lachrymæ iuvere pavores.*

Ibid. Quare cùm tempore dato, viscera intimè audaciæ pupugisset pœnitudo; etiam plectendi apparuerunt humiles, qui audacter in legem fuere rebelles: igitur qui fregerunt procaciter legem, præ pudore confusi tremunt ad vocem. *Abscondit se Adam & uxor eius à facie Domini.* Effectus liquet pœnitudinis, dum portatur in facie rubor insignè doloris ob maiestatem despectam, & legem fractam: quod quidem forsitàn non contingeret, si transgressionem actutum obiurgaret. Tempus expectandum est, ut error compungat cor:

*Et licitum sciat & vetitum quæ pœna sequatur.* Manil. 4. *Astr.* cap. 1. v. 211.

Morbos curat quies, qua qui rebelles vel in pœnam dociles, confusi, commoti & perturbati à conscientia, actione prorsùm ingratâ: siquidem qui fastosi proterve perciti in crimen; non ausi præ verecundia offensi videre faciem. O tribunal divinum, iudicum nobile exemplum! *Vocavit Dominus Deus* V. 9. *Adam.* Solicitabat in correctione correctionem: non supplicium, sed errati pœnitudinem: reumque & proprio nomine vocat; ut iudicem severum simul benignum in causis instruat, minoratà culpæ audaciâ, accedente pœnitentiâ: quandoquidem cordi accedit pœnitudo, modò transgressor vocetur & à superiore offenso. Huiusmodi æstimabilis benignitas utriusque convertit animas. *Ubi es?* Surripuit sententiam ex hoc loco Profanus, in *Aves*, Act. 9. v. 5.

*Sic corâis commotio & conversio.*

*Ubi ubi est? Ubi ubi est Princeps?* Aristoph.

Siccine Iudex reum vocavit, & hic illicò respondit: *Vocem tuam audivi, & timui.* V. 10. Temporibus medicina valet; si non opportuna, nocet: Deusque vocat opportunè; quippe sine dato tempore nec vocem audiens audiret, neque iudicem, legem transgressus timeret. Deus vocavit, Adamus extemplo respondit; eò quod Iudex Divinus discussione transgressionis, indulsit tempus pro cognitione criminis. Unde cum ex acerbitate, cordium oriatur in criminibus protervitas; opportunitate temporis, vel in supplicium humilitas; iudicio Dei prævaricatori accedente pro cognitione opportunè, statim vocem audivit, & respondit vocationi.

*Et pœnitentiæ submissio.*

7 Instar Auroræ debet esset corrector de qua dicitur: *Illuminat & eliminat.* Vide quæ diximus latè *Tom.* 5. *T.* 11. à n. 22. & Picinell. *Mund. Symbol.* lib. 1. n. 52. Hoccine propositum debet esse in correctione ad acquisitionem errantis animæ, ne contemnat præcipitium, cùm in profundum venerit peccatorum. Ut peccati sit aversio, debet ingeri pristinæ aversionis cognitio: correctorque confertur meritò Auroræ, adversans commisso crimini; quoniam ut in rectitudinem convertatur cordis pravitas, ius est expellere & illuminare tenebras. Eliminare, ut cognoscatur malitiæ seu fragilitatis error: illuminare, ut compunctionis exoriatur fulgor: etenim quandiu in mente affectionis in erro-

*Cur corripiens Auroræ confertur?*

rem

rem extiterint umbræ; in correctionem non oritur lux Solis intelligentiæ. Nonnulli imprudentes, quasi impetu possint curari vulnera læsæ superioritatis, acerbitate verborum & verborum frangere insolescentem satagunt animum. Crimen & inflationem non eliminant, quippe moderatione non illuminant; sed bilem provocant, & vespas irritant. Non quidem alia de causa (ni fallor, utinàm fallar!) nisi quia quærunt in supplicium, sine charitate, ac citra iustitiam, novum crimen, non anteacti emendationem: equidem eorum demulcetur sanguinolentia; modò ad pœnam & pœnam sint crimina plura & plura. Hi nati sunt in popas: mœrent, ni habeant in truculentiam victimas. *Immoderatus rigor disciplinæ, quos corripit, non corrigit; sed in laqueum diaboli præcipitanter impellit*: ait Ivo Carnotens. *Epist.* 82. & Augustin. in cap. 6. ad *Galat. Quicquid enim lacerato* (infit) *animo dixeris; punientis est impetus, non charitas corrigentis.* Quorsùm amarulentus vultus, aspectus torvus, & subacidum pectus? Ut quid frons caperata, insigne rusticitatis, superscriptio amaritudinis? Quid in verbis exibit, nisi ustiones è corde, fornace iracundiæ flammà æstuante? In his satagentibus malorum, non tantùm abest misericordia, sed & iudicium. *Videàs multos syncerà licèt intentione* (inquit Bernard. serm. 2. in *Resurrect.* n. 8.) *leviter dicere, quod graviter audiatur. Volat irrevocabile verbum, & quod sanare debuerat, quia mordacius fortè videtur, exasperat & exulcerat magis: quando negligentiæ additur impudentia, etiam & impatientia cumulatur; ut qui in sordidus erat sordescat adhuc, declinans in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis: ac more phrenetici non solum repellens; sed & mordere tentans medici manum.* Labor cassus: quandoquidem impossibile; quod compos mentis, phreneticus: & dum ratio fit obviam, amentia statim exardescit in iram.

*Errorem elimînet, tenebras illuminet.*

Ivo Carn. Augustin.

*Præsidis corripientis acerbitas & rusticitas.*

Bernard.

8 *Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit*: inquit Salomon. Maluend. *Disciplinans illusorem: hominem desperatæ salutis.* Hebr. *Ignominiam, vilipendium, sibi maculam generat.* En pœna sine effectu, nisi in infligente; quasi à phrenetico proculcatà auctoritate: igitur nihil in medicamen viribus conficit, ubi disciplinatus verbera ridet. Auctoritas Præsidi restituenda ratione, nequaquàm sanguine: unde cum supplicijs erigere velit, quam irrisor phreneticè proculcavit; dum honor sine iudicio fastosè erigitur, non solùm ridetur, sed irridetur. Maculam in subdito eluere cupit, & dum punit phreneticum sibi contrahit: equidem cum sit iracundià phreneticus, & desipiat derisoris animus; ignominiosè etiam furens Præses audit, quicquid in buccham derisoris venerit. Verùm quare hìc instat iurisdictione protervus, & derisor inobedientià obstinatus? Ille arbitratur despici, susque deque fieri, ac æstimari pro nihilo: subditus non à iustitia plecti, sed Præsidis odio, alienatione animi & cordis perturbatione; quin delinquens vel cognoscens relinquat errorem, quia superiorem in pœna cogitat etiam errantem; quo æstimatio nominis ex severo imperio decidit, fama ex malignitate languet, culpa deaurata quasi innocentia, ut dispalescat corrigentis infamia: equidem etsi falsa opinio, & adstructa subditi procacis, incorrigibilis; pravi futili testimonio, quia sine patrono nulla crimina, non deletur de Prælato semel opinio concepta. Unde dum certatim uterque pugnat, alius alium aggravat. Præses in auctoritate nititur, quæ à subdito plenè ridetur. Fit incus, dum ille malleus, in certamen firmat pectus, totius rumpens repagula iuris; fretus opinione sparsæ utcunque aversionis. Ad flagra nec colorem mutat, ad minas cachinnat, effrons depudere nescit, verecundari dedicit: & ita scintillans agitatione corporis exardescit (cum sit criminis pro salute levamen, nullam sperare salutem) ut nec profutura videat, sed impossibilia appetat, ut vivat effrenis, utpotè formido, terriculum Superioris. Ad rem Ioann. Serasberiens. de *Nugis Curial.* succinit:

Prov. 9. 7.

*Correctio frustratur, ubi corrector ridetur.*

*Quid de subdito & Prælato, si intempestiva correptio?*

*Forsitán unde tibi datur hæc audacia? Quæro.*

*Dices: nil metuens, omnia tutus agit.*

*Omnia tutus agit, quem nec spes nec timor angit:*

*Cui mala cuncta placent, omnia tutus agit.*

Saresber.

Quis, ni sit amens, velit corrigere siccine amentem? Hoc non corrigere, sed proprium videtur deturpare nomen: irrisoriisque vetat Siracides exprobrare culpam, ne obiurgans conciliet sibi vilipendium, famæ maculam, ignominià opinionis, ac dedecore imprudentis: quandoquidem, quia ex abrupto, estò faciat flammà zeli; astruet correptus in vulgus factum ex malignitate.

9 Peiùs utique: verè ex patentibus astruet; igitur hoccine in tractu improvido, serio dicet: duntaxat pectus malignum, posse velle continere phreneticum. *Delinquentem qui superbo animo corrigit* (inquit Isidor. de *summ. bon.* lib. 3. cap. 3.) *non emendat, sed percutit. Quicquid enim protervus vel in-*

Isidor. *Notatur intuntio Præsidis, ut pœna evanescat criminis*

*dignans animus protulerit, furor est obiurgantis, non dilectio corrigentis.* Quoties subditus iustè aut iniustè Superioris notat intentionem; haud facile reddi in frugem. Tunc recedat Prælatus, donec sit tempus. *Miscens temporibus tempora*: ait Gloriosus Benedictus, *Regul.* d. cap. 2. Aliàs, uti dicebat Periander, apud Herodot. *lib. 3. cap. 19. Malum medicatur malo.* In quæque ruit, qui undique obsitus. Ponit modò in pulvere os suum, si fortè sit spes. Modò expellens formidinem, quærit per vulnera mortem. Agitatur desperatus, à quo afflictionis tantum cogitatur exitus. Tunc hærere Præsidi debet alta consideratio:

S. Bened.

Herodot.

*Tunc subditus abijciendus.*

Ovid. 1. *Trist.* 1. v. 101. *Tantùm nè noceas, dum vis prodesse, videto.*

Satius sanè, indulgere, vel nocentis dissimulare crimen; quam correctione importunà prolabi in desperationem.

10 Propter parricidium David estò pater persequi Absalomum decrevit: ille fugit, atque persequi cessavit. Respublica sanè salva, ubi obtinetur improborum fuga. Quæ pessimus indole pravâ non faceret, qui pro gratia quam per amicum optabat, eius segetem combusit? Veniam à patre, Ioäbo intercessore extorsit mulier Thecuites, ne filius caderet animo acerbitate patris: cui dixit: *Nec vult Deus perire animam, sed retractat cogitans, ne penitùs pereat qui abiectus est.* Cùm David persequeretur crimen in filio, illi objicitur persecuti, estò iuste, desperatio: igitur si à veniæ spe cogitatione decidit, timendus qui nil timet: quandoquidem nihil formidat, qui nihil sperat. Hispan. *Quien no tiene que perder, ó no tiene que adquirir.* Gratiam quærebat in offenso, ita ut criminis inesset oblivio; ne periret fugâ abiectus, qui indultum tempore ac tempore desperatus: & dum instantiam patris in persecutionem videt, Thecuites fœmina à persecutione removet; quippe denegatâ venia fugiens iudicis patris vexamen, exagitatus ab animo procedet in perditionem. Pœna debet inferri in criminis supplicium, dum supplicio repellitur crimen; haud ubi animum reddit vexatio audaciorem, præ nimia pervicacia, spirituum insolentiâ: etenim quod docilem placat, procacem irritat. Unde cùm pater persequi decerneret filium ob gravissimum crimen, fœmina suggerit, quòd secùs retractet cogitationem; quoniam si pater non fecerit, iudex in acerbiora ac duriora flagitia præcipitabit. *Alium quidem blandimentis* (subdit SS. Doctor Benedictus, d.) *alium verò increpationibus: secundùm uniuscuiusque qualitatem vel intelligentiam se omnibus Præ-*

2. Reg. 14. 14.

*Timendus, qui nihil timet.*

*Præses aptetur genio errantium in correptione errorum.*

S. Bened.

ses *conformet & aptet.* Non increpandus subditus, dum furit; igitur vehementiùs exardescet. Blandimentis tunc fovendus, ut despumet stomachus: igitur requiescens cognitione errati promptissimè faciet, ad quod æstuantem flagrum, nec fulmen movebit.

11 Quisnam protervior Saulo? Nihilominùs tamen ferrei cordis nacta lumine conversio. Conflagrabat fornax cordis; erat enim spirans minarum & cædis: & ne posset devenire in veritatis optabilem cognitionem; ipsum errorem reputabat veritatem, ductus in legis fractiones, suo iudicio zelo legis. *Circumfulsit eum lux de cœlo*, cuius audivit vocem, ut vidit lumen, respondit que loquenti: *Domine, quid me vis facere?* Adinstar Bellerophontis, cœlum petentis, à Deo præceps in terram deturbatus & cæcus: de quo Natal. Com. 9. *Mythol.* cap. 4. Dicam ex Virgil. 3. *Æneid.* v. 88. & 8. v. 121. *Obstupuit tanto perculsus nomine Paulus. Quem sequimur? Quòve ire iubes? Ubi ponere sedes?*

Act. 9. 3.

v. 5.

Virgil.

Iam voluntas prompta, quæ dudùm pertinaciter aversa, aure & cervice durissima? Cœlum haud vibravit fulmen, sed pro fulmine splendorem; quo cæcus, cordis aspiceret cęcitatem. Eliminavit tenebras in mentis lumen: illuminavit mentem in erroris cognitionem. Unde cùm vel saxei cordis fiat conversio, ubi expulsis umbris, viget rationis cognitio, eliminatis tenebris erroris, face illuminatâ mentis; qui pugnabat resistens Superiori, tanquàm hosti, subditus iugo respondet: *Domine, quid me vis facere?* Siccine vel effrenis protervè, corrigitur, quippe correctione illuminatur; dum supplicio non illuminatus cervicosus, quoquò ut exeat, delirat, an hàc sit exitus.

*Errans estò protervus, si illuminatur convertitur.*

12 Haud hoc intuitu Præses peccata delinquentium dissimulet, uti ubi supr. Benedictus vigilantissimè cavet. Unde Gregor. Magn. d. *lib.* 20. *cap.* 17. ait: *Si ab increpatione iccircò reticemus, quia contra nos insurgere derisoris odia formidamus; non iam lucra Dei, sed nostra quærimus.* Commendatur munus dissimulationis, pro dono opportunitatis; ne dum occurrit capitonis articulus, Præses, *sit turbulentus & anxius*: Ita Benedictus monet, d. *cap.* 64. *Ne dum nimis cupit eradere æruginem, frangatur vas.* Qui turbulentus nihil præ auctoritate considerat: anxius nihil, nisi se uti Superiorem cogitat: & dum purgantur errata, sine anxietate fit & sine turbulentia; igitur correptio in fracti cordis dirigitur consoliditatem, & nequaquàm in fractionem. *Morbus est somnus & vigilia modum excedentia*: inquit Hip-

Greg. Mag.

S. Bened.

*Præses ne sit turbulentus, & anxius.*

Hippocr. Hippocrat. lib. 7. *Aphorism.* 71. Non dicimus, quod Præses ad correctionem dormiat; sed ne pro correctione vigil supra modum existat: equidem si non servatur modus, apparebit turbulentus. Modus vividè objicitur in igne sacro tempore captivitatis in aquam conversò; & post optatam populi libertatem, ipsâ aquâ conversâ in ignem. Dum subditus rebellis; captivatur ratio, nec est præcipitationis cæcæ ulla cognitio. Zelus Præsidis ignis est, quo solicitat effrontis deliri emollescí cor: verùm debet esse solicitus; ne zelo imprudenti sit opere turbulentus: igitur in aquam convertendus est ignis, quandiù captivitas perseveret rationis; ut pro correctione post adeptam cognitionis libertatem, lenitas aquæ convertatur in ustionem. *Nec medicina morbos insanabiles vincit* (ait Senec. *Epist.* 94.) *tamen adhibetur.* In animis non est morbus insanabilis: pendet medicina à voluntate languentis. Anima crebris excessibus quasi insanabilis infirmatur; sed medicina adhibetur, primò in levamen languoris, post in remedium proficuum revalescentis, denuò voluntate sanitatis avidâ, acerbitas pharmacorum est efficax medicina: equidem cùm hominis remolleſcat durus animus,

2. Mach. 1. 20. 22.

*Potestas ejus servetur in tempus.*

Senec.

Manil. 3. *Astron.* 6. v. 42.

*Mutatur tempore tempus.*

## DIDASCALIA III.

### *Virtus tunc fulget, si latet.*

DE virtute ait Plutarch. in *Aristid.* tanquàm de re pretiosiore: *Nihil pulchrius, nihil honestius, nihil divinius; cui in cunctis majestas.* Se solâ contenta est. Unde Plautus in *Amphitruone.* Act. 2. scen. 2. à v. 17. accinit:

Plutarch. *Virtus sibi præmium.*

Plaut. *Virtus sibi præmium optimum.*
*Omnia in se habet, omnia adsunt bona,*
*Quem penes est virtus.*

Senec. Astipulatur Seneca, *Epist.* 114. *Non est, quod spectes* (inquit) *quod sit justæ rei præmium majus, quàm justum esse.* Sic sanè: at quæ tam pretiosè fulget, visâ pretiositate, evanescit: apparetque cogitationis vanitas, judicata virtutis summa pretiositas. *Nihil ad rem pertinet, quàm multi æquitatem tuam noverint* (subdit Stoicus) *qui virtutem suam publicari vult; non virtuti laborat, sed gloriæ. Non vis esse justus sine gloria? At mehercules sæpe justus esse debebis cum infamia.* Deprædari ergo desiderat, qui thesaurum publicè portat: equidem sicut in gaza Ulyssis ex dono Numinis, quod censebatur thesaurus, in procellam vectorum ventus; & ventus Ulysses ut placidè veniret in patriam, dona abscondit; ambitus sociorum, ut submergerentur in pelago, discoöperuit. *Ovid.* 14. *Metam.* fab. 6.

Ideus. *Qui studet virtutis famæ, non studet virtuti.*

——— *Memorabile munus.*
*Invidiâ socios, prædæque cupidine victos,*
*Esse ratos aurum, dempsisse ligamina ventis.*

Ovid.

Hinc Tautologia: *Tacuit populus, & non respondit quicquam.* Apud Isaiam: *Siluerunt, & non responderunt verbum.* Hæc est regula virtutis, ut sistat in medio cordis: igitur eius entitas ita delicatule constat, ut vel verbo statim diffluat. Siluerunt. Ita virtutem servarunt. Folium est, quod vento rapitur, si à verbo attingitur: verbumque ventum juvat in raptum; quippe ipsa virtus tunc convertitur in ventum. *Siluerunt & non responderunt verbum. Non quicquam.* Cur præmissa taciturnitate, additur etiam silentium sententiæ geminatione? Cautio in virtute indicatur, ubi silentium in silentio regeritur: igitur virtus ita periculo obnoxia, ut nec silentio sit tuta; quippequam ut evanescat eius nimia pulchritudo, etiam dicitur silentio.

4. Reg. 18. 36. Isai. 36. 21.

*Qualiter virtus eloquio, ubi violatur silentio.*

2 Accidit velo coöpertam portanti imaginem (Vide Plutarch. de *Curiositat.* & *Mensam Philosophic.* lib. cap. 7.) ut interrogaretur à curioso, quid portaret? *Ideo velo occultum porto, ne scias. Si vellem cognosci, haud studerem velare.* Retunditur ex articulo curiositas, & etiam apparet quantis periculis virtutis addicta fragilitas: etenim ita insidijs impetitur, ut occulta in perniciem cognoscatur. Hinc à Menandro dicitur in *Helen.*

Mens. Philosoph.

*Infausta virtus.*

Infelix profsùm, quàm sequitur vel obviat, in perditionem periculum: equidem modò in cognitionem videatur, quæ cognita non videtur. Si huius periculi aliquod hieroglyphicum exponerem, Dominum in Emaus euntem cèu speculum eligerem. Duo ex discipulis eius, loquentes de eius passione & virtute, pergebant eodem itinere; illis ignotus apparuit, seque pergentibus in colloquium tanquàm peregrinus iunxit. En virtutis habitus in commendationem eius speciositatis: virtus scilicèt sine habitu virtutis, ut possit inter homines existere, quorum oculos perstringit mirabili venustate: equidem si videtur, quia videtur, fascinatur. Peregrinus, apud quos peregrinus est, quis sit, latet: ita virtus illibata inter homines procedit; quippequàm non cognoscitur, si cognita, & incognita pulcherrima: ingeniosèque, altoque molimine, cœlestique intuitu

Menandr.

*Non videtur, si videtur.*

virtus excellens videtur, sed habitu peregrino; quippe tunc inter homines existit, & optabilis cum æstimatione pretiositateque floret, si virtus videtur, & ut virtus non agnoscitur. Oculi discipulorum tenebantur ne eam agnoscerent, quamvis illam avidissimè cernerent. Peregrino habitu apparuit latens, quasi non esset præsens; præsentià nactà, quia ignota: fugitque ingeniosa perditionis periculum, quoniam virtus cùm esset, non habuit virtutis habitum: etenim coram, oculis periret, si habitum proprium teneret. Notat articulus ruinam virtutis, cum virtutis ornamentis. Christus ergo invitatus accubuit, ac panem fregit. Casualis ergo in virtute atque connaturalis in articulo operatio; sed per speciem in virtutis notitiam corda pulsavit cognitio, impellens virtutis comites, ut eius clarè videretur species, per lucis vibratæ radium; verùm *evanuit ab oculis eorum*. Oculus illuminatus in fugam virtutis validissimus impulsus; ut constet eius periculum, quæ infeliciter evanuit ex ictu levi oculorum: equidem ad nihil est redacta, quæ occulta à non cognoscentibus tanquàm virtus peregrina. Vide dicta; *Tom. 2. T. 4. D. 8. n. 2.* Constat dum virtus erat, & non constabat; dum non videbat, qui videbat: igitur ita delicatulæ entitatis, ut evanescat vel lumine cognitionis, non visa, visa; neque cognita, cognita; cùm virtus virtutis in eo quòd viderent, & videntes non agnoscerent: vaporavitque in ventum, simulac aperti sunt oculi eorum; siquidem quę peregrina habitu larvato splendidissimè fulsit, neque ad speciem apparuit.

*Virtus si videtur, fascinatur.*

Luc. 24. 31. *Quando colitur.*

3 Cuncta bona inclusa in Pandoræ pyxide finxit Antiquitas, quæ hominibus concesit Iovis ingenita generositas; sed conditione, ut laterent, aliàs actutùm avolarent. Ita accidit in nocumentum hominum; ubi aurei vasculi remotum operculum.

Martial. *Gaudia non remeant, sed fugitiva volant.* Accinit Martial. 1. *Epigr.* 16. Adi Hæsiod. in *Theogon.* Horat. 1. *Carm.* Od. 15. Lil. Gyrald. *Syntagm.* 13. n. 51. Natal. Comit. 4. *Mythолog.* cap. 6. & Nos latè in *Ephemerid.* varijs in loc. Quasi exemplar conditionis, & periculi virtutis objicitur pyxis Pandoræ, exule curiositate: equidem quæ latens uti pretiosa servatur, cognita non invenitur; quippe dum aër leviter tangit, tanquàm vapor evanescit, volatque, ne regrediatur, quæ ne videatur videtur. Iridi aptè confertur. *Imago arcus* (inquit Seneca 1. *Natur. qq.* cap. 5.) *ex longinquo clara est: interit, dum in vicino est.* Arbori mœstitudinis quod in tristitiam, cedit in virtutis gloriam. De illa dicitur (ut videbimus *Tautolog. 9. D. 2. n. 11.*) nocte florere, ac ortu Solis cunctis floribus nudari. Maior pulchritudo, quò non videtur: altius encomium, quò non plauditur: amplior claritas in obscuro, in tenebris illuminatio; quippe virtus florum exornatur venustate per amica silentia Lunæ. Sequitur conditionem flos apud Nostrates dictus *Maravilla.* Tunc formosior, si lucis fugit splendor, indicans ostentatione defloratam virtutem, & eius pulchritudinis languorem: equidem dum absconditur; à videntibus latentem designatur ut miraculum. Hic flos ornat puerorum ac virginum funera, tanquàm virtutis patulæ vigilantissima nota: igitur si patet oculis, signat funera virtutis. Olympus enim sua culmina celat, altitudinem occultat: pretiosaque Silenorum non in facie, sed in pectore. Ita virtus nitet.

*Cur confertur Pandoræ pyxidi?*

Senec. *Iridi, arbori tristitiæ & miraculo floriæ*

*Olympo & Silenis?*

*Pectore summa tegit.* Carducc.

4 Haud fugit acumen Ethnicorum ingenia: igitur illis etiam virtus peregrina. *Virtutem alatam effinxerunt* (infit Chartar. in *Minerv.* pag. 246. & seqq.) *quare non inepte eam quidam peregrino habitu induerunt.* Bonum enim tanquam ex arcula Pandoræ, exivit volans è pectore. Alata est, nil mirum, si avolet, & relinquat, qui repellit; ægrè ferens regredi, ne iterùm cogatur ipsa ostentatione exire. Manifestatio est virtutis proditio: pennataque sumit alas, ne à proditore denuò experiatur insidias. Delicię eius esse cum filijs hominum: peregrinoque habitu induitur; quia non mansionem, sed tantùm habet hospitium: equidem cùm difficilè servetur, quia pretiosum demonstratur; ut tantùm in illorum pectore, sit hospitio, ipsa ostentatio expellit è domo. In alia ergo migrat, & habitu incognito sese celat: equidem nec haberet hospitium, si habitum sumeret proprium. Tenerrima est. Ubi apparet, evanescit. Fugiat cognitionem, quisquis susceperit ingredientem virtutem; igitur ita habenda (ut habeatur) à susciente; quòd habentis habitæ nec cognitio in cognitione. Cognoscet, ut servet, non ut avolet. Cognoscet quasi non cognosceret, & habiturus quasi non haberet. Verecunda est, fugit ad cor. Si è pectore exit, languet, quia refrixit. Vernaculè: *La dà un refriado.* Siccine itaque patet; quia patet, fœtidum vulnus; quæ rutilabat æstimabilis virtus. In manu Moysis, qua facturus signa, corruptæ virtutis præ se fertur nota. Signa virtutis sunt nulla virtutis signa, ut virtus constet; quippe statim fascinatur, si etiam per signa cognoscitur. Manum extrà habebat Moyses, qua portenta patraturus singu-

Chartar.

*Virtus cur alata, & peregrina fiola?*

*Quando friget, & frigore languet*

gularia in terra Cham ; tuncque Deus, *Mitte manum tuam in sinum tuum.* Absconde in manu virtutem, ne contrahat ostentatione languorem ; etenim siccine, ut elangueät, lucet, quippe uti nuda aëre ambiente re-
Exod. 4. 6. frigescit. *Mite manum in sinum*, ne patiatur nocumentum. Misit, sed illicò protulit. At quomodò ? Proculdubiò leprosa, virtus nuda. *Protulit manum leprosam instar nivis.* Quam in sinum misit, languit : quid si protulit ? Idem fuit, virtutem ostendere, & sanitatem fugere ; igitur in manu haud obiecit virtutem, sed fastidiosam putredinem. Contrahit enim in operationibus lepram, qui quærit famam ; igitur laborat gloriæ, sed non virtuti, calcans quod strenuè laboravit ; siquidem virtutem ob virtutem non quæsivit. Manum protulit, sed *protulit leprosam instar nivis.* Multos fallit huiusmodi pulchra species : etenim quæ videtur fama, non candor morum, sed lepra. *Leprosam instar nivis.* Elucet effectus ostentationis ; ut servet pectus quicquid in perfectionem vitæ congerit virtus ; aliàs minùs cauta à statu decidet perfectionis : in eiusque signum casus exponitur lepra & nivis ; igitur nive friget, leprà languet. Hinc actutum ut manum protulit, Deus in sinum illam retrahere præcepit. *Retrahe, ait manum*
V. 7. *tuam in sinum tuum.* Affectionem ostensionis aspexit, & continuò in manus retractione remedium medicè exhibuit. Contraxit
*Virtus nuda friget.* virtus nuda luminum morbum ? Retrahe quantocyùs in sinum manum : quippequàm infirma virtus, ni foveät pectus. Rara profectò virtutis conditio ! Refrigescit, & languet, si nudatur : ornata perit, quoniam habitu cognoscitur. Quid inter huiusmodi
Matth. 5. 16 anfractus operabitur cor ? *Videant* (ait Christus) *opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.* Dicemus, *Tautolog. seq. Didasc. 2. n. 7.* An quia opus in publico, & in abditis intentio ? Siccine manus ad nutum Dei retrahitur & profertur : etenim si servatur in sinum abscondita, & retracta sanatur contractà lepra ; sine ullo periculo cognoscitur, plauditur, ubi ad gloriam Dei ostenditur.

5 In pulcherrima allegoria exponetur virtutis simulque Numinis gloria. *Om-*
1. Cor. 11. à 3. *nis viri caput Christus est* (ait Paulus) *caput autem mulieris vir. Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum.*
V. 7. *Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum.* Causam subdit. *Vir quidem non debet velare caput suum ; quoniam imago & gloria Dei est : mulier autem gloria viri est.* Elucet quomodò dirigenda in ostensione, sine eius ostentatione pretiosa virtus ; ut eius glorià sine gloria in terris ac in cœlis glorificetur Deus. Velanda ergo fœmina, non vir velandus in oratione, sive prophetia, virtute glorioса : equidem si gloria hominis fœmina, homoque Dei exponitur gloria ; ut virtus eluceat, virtus clarescat & lateat : lateät gloria hominis, & clarescat gloria Numinis. Sic enim effulget *lucerna sub modio.* Lucet, dum latet ; quippequàm gloria hominis sepelitur, dum Dei gloria revelatur. Procedit de claritate in claritatem, quia virtus clarior, dum proprium derelinquit splendorem. Latet in lucerna pectoris, & rutilat umbris : igitur cùm intendat duntaxat Dominum glorificari, de tenebris mirificè iubet lucem splendescere : maiorque gloria hac arte virtuti fit, quippe solummodò intenditur gloria Dei. Penetrale cordis cum huiusmodi proposito, pellucido confertur electro, ubi virtus occulitur & simul manifestatur.

*In virtute lateat gloria hominis, ut splendeat gloria Numinis.* Luc. 11. 33.

*Dignum tantorum pretium tulit illa laborum.* Martial. 4. *Epigr.* 32.

*Et latet & lucet Phaëthontide conditâ guttâ.*

Hæc virtutis gloria, ne frigescat & langueat : siquidem utriusque periculum, ubi non est latenti virtuti secretum.

6 Diximus *Tom. 1. T. 5. D. 14. n. 11.* virtutem signari igne sacro, à Ieremia per sacerdotes tempore Babylonicæ captivitatis occulto. Ibi luxit, & toto decursu captivitatis ; ne renuat anima à Deo insigne beneficium tribulationis : igitur ignis amoris magis accenditur, quia in infirmitate virtus ad summa perficitur. Haud tædeat laboris, cuius studium in perfectionem virtutis : etenim amoris pignus cœleste sub ictu tunsionem pati. Placuit Rabbinis malleum quo efformata vasa pretiosa Sanctuarij, esse illis loco sigilli : equidem cavam habebat figuram cordis in venustatem ; ut eius imprimeret in quolibet ictu effigiem. Ita Rabb. Ionath. in illud *Exod.* 25. 18. *Duos Cherubim aureos & productiles* : de quo aliàs in Gertrudis excellentiam, atque Cherubicam formam. Iam ergo minimè tribulationis renuendus ictus, quippe amoris vulnus : quandoquidem si anima malleo continuò tunditur, signum amoris cordis imagine imprimitur ; ac in silice pectoris, ut accendatur, elicitur ignis. Ille qui à sacerdotibus absconditus, erat cœlestis. *Levit. 6. 12. & 13.* fuitque perpetuus, quandiù cunctis locus, in quo lucebat, ignotus. *Ignis spiritus* dicitur hìc ab Oleastro. Perpetuus debet ardere in cordis altari : & cùm plausus, imò visus extinguat, quem

2. Mach. 1. 20. *Virtus tribulatione splendet.*

Rab. Ion. Exod. 25. 18.

*Eius ictus, amoris vulnus.*

Oleast.

clau-

*Si eius flamma ostenditur extinguitur.*

clausura in custodiam vehementer inflammat, solicitè ignis spiritus à ministris absconditur, ne cognitus aëre ambiente in perpetuum extinguatur. Patet periculum in Antiquorum lucernis monumento cadaverum collocatis, de quibus egi fusè, *Tom. 3. T. 4. à n. 22. Erutam est sepulchrum* (ait Ludov. Vives in 21. *Civ.* cap. 6.) *in quo ardebat lucerna condita ibi::. eaque tota extemplò ut contrectari cœpta est, inter admotas manus frixta, in tenuissimum abiit pulverem.* Ruptà etiam fuit phiala in qua lucerna dicata Tulliolæ, filiæ Ciceronis, *quæ admisso aëre extincta est*: ait Licetus de *Lucern.* lib. 1. cap. 2. En symbolum periculi virtutis, in propatulo lucentis: equidem cùm absconditam non tangat plausus, ardet incognita virtus: quæ quidem ita delicatulæ conditionis extra monumenta pectoris, ut totus splendor evanescat, modò foris vel levis ventus occurrat. Vanitas inimica virtuti, quæ significatur aëre: hoc incuriosè tacta lucerna & extincta, efflatà flammà, ut studiosus fugiens vanitatem, absondat coruscantem in secreto virtutem: etenim extinguitur cum splendore inflammata introrsùm virtus, dum in lucem exeuntem tangit, ut accendat, ventus. Necessarius, ut sit virtus in homine, recessus in pectore, quo lucens uti ignis ardet: lucet sanè, si non lucet, vel lucere non videtur, quia in extinctionem sufflatur: igitur tacta, quia visa, usque in pulverem reducitur. Evanescit ita quæ dulcis amœnitas oculorum; ut ignis spiritus neque fumus, neque signum. Non videtur, si videtur: quandoquidem nec lucida eius splendida flamma, si vento exposita extra pectus flamma frigida. Dialecto vulgari: *La llama de la virtud se pierde, si entre aplausos del mundo la toca el aire: ballandose al descubrirse elada de frio, la que brillaba escondida volcán de fuego.*

Vives.

Licet.

*Unde lucernę perpetuæ Antiquorum flammâ fopitæ?*

7 Signum objicitur in Servatoris transfiguratione. Quod tot annis præ amore hominum abdidit, aliquibus ex discipulis ostendit. Omnia omnibus patere non debent, maximè si fulgent: equidem pereunt, dum patent. Gloria enim animæ exivit foràs, ut occulta rutilaret divina maiestas: & *resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.* Sedulius, 3. *Carm.* à v. 280.

Matth. 17. 2

*Solis in æthereäm versus splendore figuram,*
*Vicerat ore diem: vestemque tuentibus ipsam*
*Candida forma nivis Domini de tegmine fulsit.*

Sedul.

Quorsùm ergo frigus & Solis radius? Quorsùm Solis splendor & nivis rigor; ut ex oppositis eluceat celatæ illudusque ostentatio virtutis? Aliquid (dùm nonnunquàm amicitur lumine sicut vestimento) in huiusmodi glorioso theatro latet in documentum, cùm apparatus gloriæ struitur meditatò ex nexu contradictionum. Profectò, ut in virtutis manifestatione vigil apponatur cautio. Illotunc palàm gloriam connaturalem exhibuit, quam ex quo conceptus nube corporis abscondit: & dum fulsit instar Solis, frigus exponitur nivis; ut clareat unde virtutis periculum, atque dolus insidiarum: equidem cùm frigeat & langueat, ut evanescat, modò ut videatur appareat; nix in gelu ad languorem erat prompta, ubi virtus interna manifesta. Si oculus in stuporem versus uti pulcherrimam fascinat, ventus ex encomio frigiditate violat: nixque ac Sol propter conversionem in opposita uniuntur; ut virtutes animi nequaquàm manifestentur: igitur eärum flamma tota frigus, quæ in perfectionem cœlestem exardescit intra pectus.

*Virtus extra pectoris penetralia, flamma frigida.*

*Paullum sepultæ distat inertiæ*
*Celata virtus.*

Horat.

Inquit Horatius, 4. *Carm.* od. 9. v. 29. Fallitur, quippe animus satagere debet virtutis, nequaquàm ostentationis: aliàs, flamma quæ ardebat ut Sol, frigida invenitur in publico tanquàm nix.

8 Quærit ergo Christus *bonas margaritas.* Unde malæ, ita ut earum evanescat pretiositas? *Plenæ sunt & perfectæ modò post conceptionem non oscitent, nec se aperiant* (ait Guillielm. Rondeletius de *Testac.* p. 2. cap. 52.) *Evanescunt, emarcescunt & ad nihil rediguntur.* Si virtus margarita est; patet unde vilis vel pretiosa virtus: etenim decoram habet pretiositatem ac plenam; modò quod accepit roris continuerit intra concham. Maiorem societatem habent cum cœlo, ex quo illis conceptus; quàm cum mari, in quo pretiosus editur partus: verùm ex decore, aut inanitate unionis cognoscitur custodia pignoris, vel ostensio abstrusæ pretiositatis; quàm imitatur qui virtutem servat, vel custodiam demonstrat: equidem cum illius decori sit nocumento, quasi in conchis post roris conceptionem oscitatio; apparet ad æstimationem inanitas, quæ quibat esse, ni ostenderetur pretiositas. Conceptus concharum margaritæ sunt. Cordium virtus, quæ quidem uti margarita ex conchæ oscitatione vento inflatur, & marcescens uti inflata ad nihilum vanitate redigitur: equidem sese aperiendo corrupit, quicquid è cœlo concepit. In agro cordis ut thesaurus invenitur; verùm inventus absconditur. Quid thesaurus invisus? In virtute & ex virtute pretiosissimus thesaurus, *Absconditur ut servetur:* ait

Matth. 13. 45.

Rondel.

*Quare margaritæ similis?*

V. 44. Gr. Magn.

ait Gregor. Magn. Homil. 11. in *Evangel.* igitur virtus in thesaurum non servatur, ni à luminibus servetur: nunquàm enim ut pretiosa manifesta, modò non sit sub silentio custodita. *Tribus malignissimis & validissimis ventis expositi sumus, Carni, Diabolo & Mundo* (infit Bernard. serm. 3. *Vigil. Nativit.* n. 5.) *qui conscientiam illuminatam moliuntur extinguere, insufflantes in cordibus nostris desideria mala, motus illicitos, & ita repentè turbantes, ut vix præ-noscere valeas, unde venias, aut quò vadas: ex quibus etsi duo sæpiùs intermittunt, à tertio autem nemo unquàm sufflandi inducias extorsit. Ideo anima tegenda, ne forté quæ iam illuminata extinguatur. Eligamus potiùs ardere, quàm cedere.* Hinc quia virgines invenientes non absconderunt thesaurum, dicunt miserè: *Lampades nostræ extinguuntur.* Aqua odorifera exhalatur, ni servetur. *Secut Libanus* (species aromatica) *non incisus vaporavit habitationem meam.* Cætera aromata incisa præbent odorem, Libanus (virtutis typus) sequitur integritatem; ne, dum interius incisione ostenditur; ex quo bonus odor, ostentatione frangatur: fert enim ventus, quicquid non servatur intùs: siquidem virtus sine odora integritate, evaporatur vapore. Ita incedens pedem figat, ut motum incedentis qui observaverit nec sentiat: quandoquidem si videtur in publico, levis exponitur vento: rumpitur namque virtutis corona, si interiora manifesta.

Bernard.

Matth. 25. 8

Eccli. 24. 21 *Aquæ odoræ & thuri.*

9 Symbolum virtutis exponitur malum Punicum, quia etsi illo cum diademate exteriora fulgent, nobiliora utique latent. Hinc Piccinell. *9. Mund. Symbol.* n. 254. & 275. succinit.

*Quot grana ostentat, tot sidera punica malus,*
*Sidera sub granis nobiliora latent.*

Piccinell.

Hoc sanè intuitu in columnis Salomonici templi erant retiacula & mala Punica: etenim tunc maior gloria in excellentiorem gratiam; ubi virtutis fructus intra custodiam Pier. Valerian. *lib.* 54. cap. 30. per huiusce mali exteriorem speciositatem, signat versipellem proditorem. Discors videtur penitùs hieroglyphicum, cùm virtus ac perfidia nunquàm conveniant in nexum; sed corda humana consociant sæpe divortia: etenim nociora multoties molimina proditionis sub rutila, decora pulchritudine virtutis. Ergo in propositum subdit: *Purpureo scilicèt, rubicundo lepidoque cortice spectantibus adblandiendo; mox interiora aperientibus plerunque situm putorem marcoremque patefaciendo, se probantibus imponat.* Unde Horat. 1. *Epist.* 16. v. 45.

4. Reg. 25. 17. *Magna ei gloria, si custodita?*

*Perfidia sub velamine virtutis.*

Pier. Valer.

*Introrsùm turpem, speciosum pelle decorâ.*

Horat.

Pulchra sanequàm virtus, quàm servat pectus: at si aperitur, quod nitidè latet, fœtet. Amœnat, afficitque visum, uti malogranatum, dum grana (prunarum vegetabilium provincia, aut pyroporum rubicundorum scintillantium copia) sunt in carcere; sed perit ostentatione: igitur malè vel mirantibus olet; quippe ventus vanitatis pulchritudinem corrumpit. Maior malo punico gratia, eò quòd solùm illustretur corona. Siccine virtus regina servat gratiam maiestatis, quandiù retinet grana purpurea in corticis vinculis. Paulatim interna aperit, atque diadema in ostensione destruit; ut qui virtutis gaudet studio, perdiscat capite alieno: siquidem cadit disrupta corona capitis; dum virtus exit è clausura pectoris. *Secretum meum mihi*: dicebat Seraphicus Franciscus; uti notatur in *Opuscul.* eiusd. Haud amittit coronam, qui ita celat sine corruptione gratiam: igitur custodià charismatum, paradisus fit anima & malorum punicorum.

*Virtutis corona rumpitur, ubi ostenditur.*

S. Francisc.

10 In Aäronis ornatu erant mala punica & tintinnabula. *Tintinnabulum sit aureum & malum punicum: rursumque tintinnabulum & malum punicum.* Vox erat, quæ virtutem in malogranatis inclusam indicaret, cùm grana inclusa quodlibet ad speciem haberet: tuncque magis virtus relata sonuit; igitur quodlibet motu virtus resonabat plausu. Æquivocè vividiùs vulgari sermone: *Huyendo del elogio, lograba escondida un clarin á cada passo.* De herba *Agnus* plura dicunt AA. penes illos sit fides. *Membrorum figura huius nominis animal imitari, & animantis vitam referre*: ait Surius, *Ann.* 1504. Hæc herba à Dioscoride *lib.* 2. *cap.* 7. dicitur *Vitex* & *Agnus castus*, quoniam castimoniam influit; qua de causa in Thesmophorijs Cereris (de quibus in *Ephemerid.* Octobr. à die 11.) ob pudicitiam sibi fœminæ substernebant. Maiolus Tom. 1. *Dier. canicul.* colloq. 20. fol. 257. *Herbam vivam* appellat: de qua subdit: *Illi siquis accedat propiùs, sese sponté colligit, velut metuens, aut pudefiens. Quod si is qui accesserit, rursùm longiùs ab illa abeàt, libera metu pudorève, iam se denuó dilatat: item, si fuste contingatur, claudit sese ac colligit, dimissa rursus se pandit, quasi quæ sentiat hominum animantiumve præsentiam simul & absentiam.* Referunt etiam Acosta & Tamaius lib. 3. in *Hexämer.* n. 120. Sit, vel non eiusmodi herba, de quo dubito: videbimus custodiam virtutis in verissimo Agno casto.

Exod. 28. 34.

Surius. Dioscor.

*Herba Agnus castus, cuiusnam conditionis.*

Maiol.

Item

11 Iterùm post baptismum cùm ad ripam Iordanis accessisset Salvator, duobus discipulis præsentibus ita signavit Præcursor: *Ecce Agnus Dei*, quod quidem audientes duo, qui cum illo erant, *secuti sunt Iesum*. Ergo Iesus post vocem vel fugerat, vel discesserat: quandoquidem non ad illum accesserunt, sed secuti sunt Iesum: quapropter conversus Dominus sequentes videns, interrogavit: *Quid quæritis*? Cur ergo cùm encomiasten Ioannem Dominus audivit, ab illo loco discesit? Erat Agnus castus, sese ad hominum præsentiam colligens, ut de laude pudefiens. Erat virtus Dei in illorum illuminationem; docuitque illos servare virtutem, quæ in hominibus perire potest, dum patet, maximè si laudetur: fugitque simulatque vox auditur, sese exhibens modestiæ exemplum, & signans virtutis hominis in articulo periculum: etenim virtus sublimior evanida, quandiù fuerit manifesta. Illudusque latuit, ac sine pudore; quippe mundus non cognovit, in illo corporaliter habitare plenitudinem Divinitatis, quousque virtutem designavit digitus Præcursoris. Assertor vocem audivit, & extemplo ad vocem aufugit, indicans virtutis fragilitatem: equidem periclitatur, si virtus habuerit vocem. Ecce Agnus divinus. Audit, & secedit: Ecce Agnus castus, ac virtutis typus, ut servetur latens, quanvis sit præsens: igitur virtuti præceps incognita ruina, si cognoscitur præsentia.

Ioann. 1. 36 V. 37.

V. 38.

*Gloria ex virtute fugienda.*

12 Coronam Præcursoris decerpere inhiabant, qui ad illum titulo honoris ab Ierosolymis venerant. Insidiosè accedunt, quippe eminentem in virtute cognoscunt, & dolo supplantare moliuntur excellentiam, ut maiorem è culmine patiatur ruinam. Citò igitur in præceps; si virtus patens. Venerunt ergo, ut interrogarent eum: *Tu quis es*? Filij huius sæculi prudentiores filijs lucis sunt in generatione ista; verùm multoties evanescit tutela. Ita machina doli: cæterùm mentita est iniquitas sibi. Nesciet Ioannes servare sub silentio virtutem, scientibus perfidis sub pectore simulare iniquitatem? Cognitus à Ioanne dolus, ut suffocaretur virtus; fruerenturque voto, si nudaret pectus. *Tu quis es*? Nihil esset, si diceret ille. Magnus utique, sed quid? Quicquid esset ex virtute, evanescet; modò diceret: igitur si virtus extra penetralia cordis, dedecoratur pulchritudo virtutis. *Quid dicis de te ipso*, dum nihil dicis de te, nisi duntaxàt, *Non sum*? Erat quod tacuit; & futile, ni taceret. Patet ex contextu. *Quis es* (dicunt) *ut responsum demus his qui miserunt nos*? *Quid dicis de te ipso*? *Tu quis es*? Ioannes autem ad hæc quid? *Ego vox*: respondit. Hæc Præcursoris dignitas, quam Verbi sequebatur maiestas; at quid inveniat manifestæ virtuti, Ioannes declarat in voce. *Ego vox. Quid enim vox* (infit Seneca 2. *Natur. qq.* cap. 6.) *nisi intensio aëris, ut audiatur, linguæ formata percussu*? Si vox aër est, & dignitas eius vox; exponit manifestationem virtutis, atque periculum manifestationis: equidem quicquid latens fulgurabat uti magnum, admirantibus cunctis desijt in ventum. Alius color obijcitur, ut elucëat quomodo virtus servatur, quia multis contigit benè agere, & fructum boni operis non habere. *Ego vox*. Protulit muneris excellentiam, dum altissimè dedit vocem suam. Prompsit inter callidos hostes dignitatem virtutis, & virtutem dignitatis. *Ego vox*. Quid plus? Dixi quid studio curioso vestro, sine virtutis periculo. Dedit voci suæ vocem virtutis, ut virtus servaretur cognita ac lactens in entitate vocis: igitur virtus adinstar vocis auditur, sed non videtur.

V. 22.

V. 23.

Senec. *Tuncque virtutis lux tantum vox*

13 *Spiritus est qui vivificat* (dixit assessis Servator) *verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt*. Quid per Spiritum intelligendum, omninò ambiguum. Arab. explicat animam per vocem *Spiritus* præut illi oppositum corpus. Alij intelligunt aërem corpus vivificantem, iuxta illud: *Spiritus ubi vult spirat*, & Baruch. 6, 60. *Spiritus in omni regione spirat*. Per Spiritum virtutem intelligi, diximus, *Tautolog. 4. D. 5. n. 2.* Aptè quidem: ventus est vita, ac sine spiritu quasi corpus inanime, vita mortua. Virtus spiritus est quæ vivificat, ac virtutis persistentiam declarat: igitur aëre vivitur, sed non videtur. Virtus aëris conditionem æmulari debet, ut animam illustratione vivificet: igitur ita latere congruit, ne evanescat, quod hominem singulariter decorat; ut nil virtutis videätur, etsi per illam vita spiritus ministretur. Ventus spiritus est, sed sine anima, estò ab anima per ventum carni conferatur vita. Per ventum simul ruina virtutis signatur, & decora permanentia: permanentia, cùm adinstar aëris, virtus vivificans adsit, sed invisibilis. Ruina, dum virtus videtur, quæ invisibilis servatur: equidem per serpentem vanitatem, futilem ostentationem, dummodò videatur virtus, ex tanta pretiositate nil nisi ventus & ventus. Hinc verba, quæ loquebatur, erant spiritus & vita: idest, verba vitalia, virtutis conditionem exprimentia: quandoquidem vitalis virtus, & spiritalis animus; ubi adinstar verbo-

Ioann. 6. 64

Ibid. cap. 3. 8.

*Vera, si auditur & non videtur.*

*Aliter vera tus.*

Ioann. 1. 19

*Nil gloriæ suam virtutem prædicanti.*

borum auditur, & non videtur. Verba spiritus & vita sunt: *Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt*: subdit Dominus. Cedit vanitati, quicquid negatur fidei: tuncque periculum credent, qui ostentationi student; cùm viderint per solam ostentationem, inopinatò evanuisse virtutem.

V.65.

14 In oscitantia, seu incuria Ezechiæ patet offendiculum virtutis ex duritie vanitatis. Factum est miraculum insigne, ita ut ducti novitate ad illum venirent exteri, pleni stupore. Fecit illi Dominus magna, qui potens est, & advenientibus Babylonicis legatis subijt Ezechiam venticula cogitatio; ut illi scirent, quantum dignatus a Deo. Ductus ergo huiusmodi vanitate, cupiditatis legatorum fomite; *ostendit eis cellam aromatum & argenti & auri ::. & omnes apothecas supellectilis suæ, & universa quæ inventa sunt in thesauris suis.* Siccine Paridi Menelaus, ut signat Ovid. *Epist.* 15. v. 127.

Isai. 39. 2.

*Ille quidem ostendit quicquid Lacedæmone totâ*
*Ostendi dignum, conspicuumque fuit.*

Ovid.

Advenit quasi casu, sed meditanter Isaias, cui Rex retulit ostentas legatis gazas: tuncque Vates: *Non relinquetur quicquam, dicit Dominus.* Quare igitur evanescent tot pretiosa recondita in Regia? Quia manifestavit in thesauris recondita: etenim necessarium visis opibus in thesauris, quòd anxie appeterent hostes. Hæc calamitas quasi umbra corpus, sequitur virtutem, in thesauris animæ, ne expendatur, studiosè latentem; quippe debet esse sub silentio, quicquid illi conceditur liberaliter à Domino. Est anima virtutibus dives, quas sigillare oportet in thesauro occulto cordis: nec quicquam relinquitur, ubi cœlestis thesaurus manifestatur; igitur furantur hostes ostensa pretiosa dona, quoniam ostensa. Utquid perditio hæc, ubi cuncta intacta, si cuncta servasset cor? *Non velle dici sanctum* (legislator N. monet Monachum, *Regul. Sanct.* cap. 4. Instr. 61.) *antequàm sit; sed priùs esse, quò verius dicatur.* Amittit ostentatione, quòd diceretur: etenim expendit vanitate non tantùm quod habet, sed quod poterat habere.

V.6.

*Nec vestigium remanet virtutis cum litura ostentationis*

S. Bened.

15 Difficile videtur, sed in contextu explanatur. *Ostendit eis* Ezechias *domum aromatum, & aurum & argentum* &c. *& omnia quæ habere poterat in thesauris suis.* Quæ habere poterat innumera erant; nec ostendere quibat, quæ habere poterat. Solùm quæ habebat in thesauris, valebat objcere (ut averent) legatorum oculis: quomodò ergo ostendebat, quæ in gazis habere poterat? Huiusmodi sententia signat virtutis pericula, & quid vana charismatum ostentatione amittat anima. Multa Deus ei concederet, si concessa servaret. A donis cessat, quia vanitate deturpat: & ostensis thesauris, adinstar Ezechiæ, uti amissæ notantur futuræ divites opes; quippequàm ventibunda non solùm habita amittit, sed etiam quæ habere poterat, si celasset. Rupta fuerunt in templo morte Salvatoris velamina, & illicò expiravit Synagoga. Arcana summæ virtutis patefecit, & ostentatione elanguit; *ut nihil iam esset discretionis, ubi nihil reconderat sanctitatis*: ait Leo Pap. serm. 8. de *Passion.* Lateat, ut fulgens sub velamine existat. Non secùs pectus, ut persistat virtus.

*Ex præsenti gloria perdit etiam acquirenda.*

Leo Pap.

*Conditur hoc animo pietas, hoc pectore virtus:*
*Hæc sunt interiùs quæ meliora latent.*

Picinell. d. 9. n. 383.

## DIDASCALIA IV.

### *Munus Præsidis commendabile sine munere.*

1 BOnum commune commendatio regentis, & auctoratæ ex officio dignitatis: adimplet enim ex expectatione officium, si quod tantùm Reipublicæ, proprium arbitratur commodum. *Sint hi Reges* (ait Seneca, 4. *Benef.* cap. 32.) *quia non Rempublicam sibi, sed se Reipublicæ dedicaverunt.* Reipublicæ studium Cæsarum ornamentum.

Seneca.

——— *Privati nil habet illa domus.*

Ovid.

Canit Ovid. 2. de *Pont.* Eleg. 1. v. 18. Hinc divites, eò quod subditi non pauperes: igitur nequaquàm dotati, quoniam cæteri nudi. Hac de causa malè audivit Marc. Crassus, ut diximus, *Tautolog.* 4. *Did.* 2. *n.* 10. Benèque Paulus Æmilius, de quo Plutarch. in eo. *Liberalis extitit, urbes* CCL. *deditione cepit: provinciaque pacatâ, Romam redijt, nec uno quidem denario ditior factus.* Iccircò in muneribus glorioſus: quandoquidem regenti dedecus, si pingueſcit in munere ex muneris paupertate. Occurrit ingenioſus apologus ex Horatio *lib.* 1. *Epist.* 7. v. 29.

*Scopus Præsidum bonum publicum.*

Plutarch.

*Forté per angustam tenuis vulpecula rimam*
*Repserat in cumeram frumenti, pastaque rursùs*
*Ire foràs pleno tendebat corpore frustrà.*
*Cui mustela procul, Si vis, ait, effugere istinc,*
*Macra cavum repetes arctum, quem macra subisti.*

Horat.

2 In Præsidum documentum habet

fabula ficta locũ. Queruntur homines difficilis exitus, cùm ingressi & graciles & famelici in munus. Nullum sine motu reliquerunt lapidem, ut licèt per foramen reptantes pervenirent in honorem. Ibi glisciunt incrassati, impinguati, dilatati; sed in exitum (sicut erat ad ingressum) foramen breve, quà nequeunt commodè exire, igitur dilatatione munerum ampliorem occupant locum, & quantunvis comprimantur, & fugillentur; haud valent progredi, tametsi relicta pelle: urgent enim obijcienda crimina, accusatrice conscientiâ. Magna prorsum difficultas, ac cordis perculsi anxietas; quoniam si exire negatur, in repetundis tanquam in plagio comprehenditur. Est ne aliqua in effugium cogitatio? Utique, fieri in fine, sicut erat in principio. Ditior non esse nec uno quidem denario. Si nudus ingressus; egrediatur nudus: equidem per opum ex officio dilatationem, exitum minimè nanciscetur felicem. Vigilantissimè Hispanismo: *Quien no sale como entrò, nunca puede salir bien.* Necesse prorsùm, ut disrumpat rimulam; quà obtentus introitus, ut liber detur egressus; ne comprehensus propter crimen, amittat simul pinguedine libertatem. *Væ pastoribus Israël* (dicitur à Domino per Ezechielem) *qui pascebant semetipsos.* Sat in infelicitatem, non pascere sed devorare gregem, & crescit malum, quia prodit quasi ex adipe iniquitas eorum. Rimulam quærunt & furtivam ambitiosi in regimen, qui intendunt munere nutrire famem; ut officium serviat stomacho, quin serviant officio: etenim duntaxat utilitas est dignitatis auctoritas. Beneficio fortunæ (si à fortuna beneficium, quoniam iuxta Marc. Senec. *Controv. 6. Beneficium quod iudicio datur, non quod furore aut morbo.*) Beneficio, inquam, fortunæ: ac intervenientium improbitate, ingrediuntur famelici, unde illorum scopus, pascere semetipsos. Exire volunt & malè exeunt, quia benè non exit, qui semetipsum ex munere pascit. Arcta est via, angusta porta, necessarium exire, impediuntur pinguedine ex hausto pecudum sanguine: væque illis dicitur dum nolunt exire sicut ingressi; quia amittunt comprehensi in exitu vitam & animam, propter sanguinis sucti ructantem copiam: igitur in officio, absque ullo exitus respectu, officium ingredientium in honorem, bibere tantùm subditorum sanguinem.

*Angor ambitiosi.*

*Quid si glisciit ex munere?*

Ezech. 34. 2

*Pravis quod tantùm utilitas, est dignitatis auctoritas.*

Marc. Sen.

*Grassatur avaritia.*

3 Quod regentibus commodum, subditorum est impendium: quapropter huiusmodi fures sub prætextu regiminis, expellere minatur Dominus ab officio vexationis: ceterùm singulariſsimà phrase, ut eluceàt glisscere pecudum expoliatione: *Cessare faciam eos, ut ultrà non pascant gregem, & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit eis ultrà in escam.* Quid quòd illi degant sine dignitate, ut grex liberetur a devorantium ore? Subditi, quia illi moderabantur, sine modo triti dentibus, ac sine succo, quippe sine pellibus, imò sine carnibus, extractà pelle, & evacuatò sanguine: & cùm horum auctoritati (sine lege latronum) fulminat remotionem, gregi à dentibus illorum spondet Dominus libertatem; quia illorum in officio officium, devorare facultates subditorum. Gregem ab ore evellit, & illos à dignitate removere dicit. Idem profectò in illorum officio: quandoquidem idem ad illos quemlibet accedere gregis, ac redire illorum ingluvie exangues. Cùm famelici intrent ac macri, student ventris ac marsupij abdomini; vellus primò tondent, post radices evellere gaudent, deinde pellem deglubunt, post carnes esuriunt, queis mirè in officio pingueſcunt, & exire perperàm possunt; tùm quia exire nolint, tùm quia exire non valent, quanvis velint: pinguedo obest in motum: quid in exitum? ab hisque seiungitur latrocinandi sine punitione officium, ut grex sit immunis diritate vexationis: equidem solummodò munus occupant, ut à cunctis totum sanguinem exugant.

V. 10.

*Et insatiabilis.*

4 *Iudices lupi*; ait Sophonias in reipublicæ Israëliticæ corruptione, quo ducti in servitutem duriore captivitate. Proh dolor! Circisne gustarunt vasculum? Peius virulentum poculum: igitur per flagitiorum inolitam consuetudinem, luporum rapacium secuti sunt conditionem. De lupo dicit Ovid. *Metam.* fab. 6.

Soph. 3. 3.

*Sanguine gaudet.* Ovid.

Dum nimis famelici lupi pecudes vorant: si saturi, ob voluptatem ut bibant sanguinem, iugulant. Iudices pro veritate ac commodo gregis, proprium sanguinem debent effundere; minimè litigantium fugere sanguinem; iudicesque dicuntur voraciſsimi lupi, iugulato ob voluptatem commisso grege: quoniam bibendo quolibet iudicio sanguinem, luporum factorum cibo imitantur conditionem. Sanguis nutrit nimis: in rabiem percellit latratus famis; ut pingueſcant iudices, & iugulentur usque ad satietatem pauperes: exanguique pauperum grege, iudices signantur bipedes lupi; igitur scientes sanguinem nutrire pinguedinem; inhiant usquequaquè in sanguinem. *Noverit se* (dicit de Pastore Archimandrita Monachorum, *Regul. Sanct.* cap. 27.) *infirmorum*

*Non sunt Præsides, sed regimine lupi.*

S. Bened.

*rum curam suscepisse animarum ; non super sanas tyrannidem.* Textor *Epigram. 6.*

*Nil mirum, si nulla salus sit ovilibus ægris:*
*Custodes etenim cernimus esse lupos.*

Rav. Text.

Sanguis hominum dicuntur facultates ( Vid. Sanctium hic ) quas appetunt famelici iudices ; siquidem in tribunali ad arbitrium iudicant, ut domi macri pinguescant; præstantque insigniter rapacissimè lupi, dum videntur Radamanthi in tribunali ; quippequàm avidè propendent in alienas facultates, sicut lupi grassantur invadentes in pecudes. Eadem feritatis imago sub venerando prætextu. Canit qui supra d. *lib. 14. fab. 5.* dicitque votum.

*O si quis referat mihi*
*Viscera cuius edam, cuius viventia dextrà*
*Membra meà laniem, cuius mihi sanguis inundet*
*Guttur, & elisi trepident sub dentibus artus!*
*Viscera que & carnes : cumque albis ossa medullis,*
*Semianimisque artus avidam condebat in alvum.*

Ovid.

5 Hinc à iustitiæ fulmine fuga, & corda pavida ; equidem per continuam vexationem, à iudice atque ministris sententiæ colore fulmen. *Non est, qui invocet iustitiam, neque qui iudicet verè ; sed confidunt in nihilo & loquuntur vanitates.* Si ita subditi vexati usque in inopiam, non est qui invocet iustitiam? Utique, & prudenter: igitur quilibet mavult aliquid perdere cum collitigatore, quàm cuncta, invocando iustitiam, coram lupo iudice. Meliusculè namque evadet cum adversario, quàm cum iudice propitio, ob cuius titulo deauratum scelus, scissi trepident sub dentibus artus : quandoquidem satius offensum cedere ; quam iniuriè iudicem usque ad sanguinem pati. Dicit Propheta : *Nec est qui iudicet verè.* Verè non iudicat, qui ad iudicium sedet in tribunali? Judicat verè, qui iudicat iure: iuraque repellens in iudicio non iudicat; quia iudicat iuxta quæ recepit, vel recipere cogitat. Iudicat verè, qui vera iudicat ad decisionem causarum, sed non iuxta leges munerum: iustitiaque nequaquàm invocatur, quantunvis innocens ab adversario vexetur ; quippe longè iure, duntaxàt iuxta munera, à iudice lupo fulminatur sententia. Dicunt esse leges ad quarum amussim, habuit causa expeditionem: at loquuntur (in nihilo confidentes) insipidas vanitates ; quoniam sententia lata substantiâ munerum, & apparentia legum: nihilque totum ex maligna decisione; igitur in legibus de huiusmodi causa nihil. Quare

Isai. 59. 4.

*Cur fugit à iustitia, cui iusta causa?*

*Iuxta munera iudicium totum perversum.*

nihil? An vacuitate cerebri, & marsupij plenitudine? *Ex fucata religione* ( subdit Doctiss. Sanctius hic in *Paraphr.*) *quæ apud Deum obtinet instar nihili ; & quæ de seipsis arroganter loquuntur, meræ nugæ sunt, & mera vanitas.* Apparentia iudicij dictat à voto, quippe sine legibus fucata religio, & vanitas decisionis ; etenim religionis non videtur nisi species : deauratur ambitus, in munera tendit pectus, ubi iustitiæ invocatur auctoritas : cunctumque iudicium iudicum dicitur vanitas ; igitur velamine iuris sententia cedit in luporum rapacium sustentationem, vel in fastus vanitatem. Ita cuncta, dum iudicant dona, iudicum cauteriata conscientia : igitur fucata religione ita pacificè sedent, quasi nihil nisi sanctum in decisione fecissent.

Sanct.

*Sæpe colore legum fucatum.*

6 Evangelicus Vates subnectit crimen. *Festinant* ( inquit) *ut effundant sanguinem innocentem.* Non sat, quòd effundant sanguinem, per litigantium nimiam evacuationem? Non sat, quippe lupi sunt. Invocatur iustitia, ut à iudicibus protegatur innocentia: verùm cum inhient sanguini insatiabiles lupi ; nihili ducunt, quòd sanguis sit innocentis, modò sit sanguis: non enim lupi ovibus satiantur, nisi ad sanguinis deliquium. Sedere fecit Cambyses filium iudicis sordidi, ambitus convicti, in patris sede, quam contexerat pelle eius, qui ob solicitationem excoriatus ; uti refert Herodot. *lib. 2. n. 112.* observantque Orozz. *lib. 2. Embl. 23.* & Solorzan. *Embl. 70.* Sanguinem furtivum vitâ luit, quippe ovium est vita in sanguine: excoriatusque expirat, qui causam muneribus iudicaverat, iustitia ad æqualitatem vindicatâ, pelle iudicis detractâ, ac amissâ vita: igitur factum lupis iudicibus, quicquid fecerant cum ovibus.

V. 7.

*Haud immunis innocentia.*

*Supplicium de iudice corrupto.*

*Oves excoriant.*

*Rupere fœdus impius lucri furor,*
*Et ira præceps, quæque succensas agit*
*Libido mentes. Cruenta præda maiori minor*
*Pro iure vires sunt.*

Senec.

Canit Senec. in *Hippol.* à v. 538. Furor iure dicitur, ubi vires sunt pro iure : igitur luporum rabies impellitur furenter in pecus; quantunvis sciant sine pietate excoriandos.

7 Si vires non valent, inest ars, ut valeant vires. Innuit idem ibid. a v. 547.

*——Tela facit dolor:*
*Invenit artes bellicus Mavors novas,*
*Et mille formas mortis : hinc erras cruor*
*Infecit omnes fusus. Tunc scelera per cunctas*
*domus*
*Fere: nullum caruit exemplo nefas.*

Idem.

Mira sanè horum luporum aviditas, quorum theatrum exponit Michæas ; ut constet quò

venerint iudicum artes, ut valeant subdolæ vires. *Audite duces Domus Israël, qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum.* Mich.3.2. Hi sunt Duces, vel lupi rapaces? Fames luporum auctoramine Ducum. *Pelles eorum desuper excoriaverunt.* Hoc est officium, quippe officium in commodum: igitur ni excoriarent gregem, nullam in munere habere viderentur auctoritatem Hę pro iure vires, sed restant viribus artes. *Illorum officium commodum estò subditis damnum.* *Mordent dentibus suis* (inquit, de quo egimus, *Tom.3.T.3. à n.21.*) *& prædicant pacem: & siquis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium.* V.5. Cur ergo ex donis donum pacis, ac ex retractione subdolæ circumventiones? Habent officium in ingluviem, ut sic vel sic subditorum sugant sanguinem; quippequàm per quæstum mensuratur officium. Præstant oves, vel non præstant? Quomodolibet pastores discerpentes vorant: igitur si offerunt, pelles detrahunt: & insuper carnes, si non offerunt; quoniam imposturis faciunt expendere, plus quàm possent ad pacem offerre iudici. Hoc est prælium ex retractione xeniorum, legibus deauratum, immissis delatoribus, excogitatum denunciantibus scelus. Unde cùm corrupti testes astruant entitatem criminis, ex tenore iurium, sanctificant super eum prelium: equidem ut vorent, non solùm evellunt pellem, sed prætextu legis carnem, surripientes innocenti facultates, & titulo religionis. *Horum artes in rapinam.* *Heliogabalus* (ut ait Ælius Lampridius in eo) *serpentes collegisse fertur; eosque subitò ante lucem, ut solet populus ad ludos celebres convenire, effudisse, multosque afflictos morsu & fugâ.* Lamprid. Haud aliter ars luporum sanguini inhiantium, ex veneno serpentium; innocentibus offerentibus sanguinem, quia noluerunt dare pellem: etenim cùm fugere haud valeant, quin virulenti astu noceânt, velint nolint, ambiunt facultatibus iudicem, ut prece & pretio redimant vexationem.

8 Aliter improbis, si quippiam offertur; equidem propter munera iniquitas prætermittitur: paxque dicitur peccatoribus, atque bellum innocentibus; quoniam sine muneribus in sanguinem iugulantur virtutes, & cum muneribus florent pacificè iniquitates. Dicit Propheta: *Abominamini iudicium, & omnia recta pervertitis.* V.9. V.11. Unde sine iudicio rectissima pervertebant? *Muneribus iudicabant.* *Muneribus florent impij, & cadunt iusti.* Rectum est damnare legum transgressores: rectum, salvare ab invidis innocentes: verùm cum iudicia faciant dona; donis pervertunt quæ recta, iudicio sine iudicio: igitur in iudicio abominatio, quærere leges in libertatem nocentium, & exterminium virtutum. Elucet sine muneribus innocentia: iudex avidus insidiatur quasi leo in spelunca sua. In laqueo suo humiliavit innocentem, quippe insidiatur duntaxat ut rapiat pauperem: quare cùm videâtur circumventus sine effugio, prematque colore legis vexatio; constringitur arte iudicis facultatum exhibere cruorem, ut possit habere pacem: igitur satius, amittere quippiam, quàm diripi per ministros totam substantiam.

*His ubi non meritos, affecit cladibus, arte*
*Immanitatem celat implacabilem.* Crucius hìc

Grassantur iniqui, viventes sine lege; & dona pro gratia cogitant, ut possint vivere. *Manus peccatoris non moveat me* (Optat qui iudex David) *ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem.* Psal.35.12. Quænam manus peccatoris? Impulsus muneris: equidem è throno in ruinam præcipitabitur; si muneribus latronum aliquomodò movetur. Intendunt, quod indulgeât, quicquid lex dicat: quòd salva sint scelera per dona, quæ constituunt alia iura: ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, foventes legibus crimen: igitur ita rectum animum supplantant, ita iudices mulcimine obcæcant; ut ad scelera visa contra leges lege munerum, pro iustitia neque verbum. *Per munera prætermittuntur scelera.*

9 Blasphemante Rabsace, ministri Ezechiæ *siluerunt, & non responderunt verbum.* 4. Reg. 18. 36. & Isai. 36.21. Alij, ut vidimus in *Liter.expos.* n.49. *Cessarunt loqui: Mutierunt.* Si tunc muti facti, aliquid pridem locuti. Quomodò ergo siluerunt, & auditâ in Deum blasphemiâ, quæ à zelo cordi religioso vulnera? Speculum est iudicum, vociferantium ad fractionem legum umbrà munerum, tanquàm Hyænæ studiosè mutorum: equidem cùm loquendi adimant libertatem, & in leges constituant diversam legem; quantunvis scelera moveant animum, ad crimina neque verbum. Hi dicuntur à Vate Evangelico *Canes muti, non valentes latrare, speculatores cæci.* Isai. 56.10. Conditio canum est latratus maximè in latrones; quomodò canes Præsides sine proprietate conditionis? *Canes impudentissimi nescientes saturitatem, si in altero se canum officio exuant, in altero se canes exhibeant; latrare non valentes, & non desinentes lacerare*: inquit Gillebert. in *Cantic.* serm. 23. Gilleb. Sunt canes in laceratione, ob quam concupierunt regimen; sed latrare nesciunt, si quippiam in ore accipiunt, latrantes nonnunquàm, si non quippiam. Non valent latrare huiusmodi canes ex munusculis acceptis; quibus oppilatur os, atque vulneratur lex; conniventes ad crimina, quasi voce præ nimio sanguine raucâ, canum proprietatem sequentes; unde meritò in iudicio designantur *Præsides cur muti canes?*

uti

uti canes; siquidem canis haud valet excitare latratum, dum habet in ore cibum. Famem patiuntur ut canes, & cibum insatiabiles cupiunt. Si non fuerint saturati murmurabunt. Latratu implebunt omnia: ex farcinatione resultat angina: dicunturque & muti & cæci, si saturi; quoniam facti crimina vident, quasi non viderent, non valentes latrare etiam videntes flagitium: igitur canis non latrat; modò os habuerit ad mandibulas plenum. *Canes rabidi non latrant*, ait Epiphan. *Hæres.* 78. Ita qui cæci speculatores. Ex silentio patet rabies (Vernacule: *Rabian por los regalos, y por los regalos rabian*) igitur ni concitati rabie munerum buccas implerent, ad flagitia saltem os aperirent.

Epiphan.

Iuvenc. 7. v. 62. *Satur est, cùm dicit Horatius Hevohe.* Magis satur, si nil dixerit.

10 Cùm Demosthenes causam patrocinanti Aristodio, interrogasset, quantum mercedis accepisset, & respondisset: *Talentum*; subrisit dicens: *Ergo plus accepi ut tacerem.* Ita refert Theobald. Anguilbert. *Mens. Philosoph.* Tract. 2. cap. 17. Ravii. Textor. 2. *Offic.* cap. 51. articulum indicat. *Demosthenes* (init) à *Milesijs corruptus, cùm postridie á concione flagitaretur, ut in eos orationem haberet, excusavit synanchem* (Latinè Anginam, qua fauces præcluduntur & occupantur) *unus autem è turba suspicatus id quod erat; exclamavit: Non Synanchen eum pati, sed Argyranchen.* Idest, argentum fecit, ne posset hiscere. Alludit Martialis lib. 1. *Epigram. 96.* succinens:

Theobal.

Rav. Text.

Martial. *Quòd clamas semper, quòd agentibus obstrepis Heli,*
*Non facis hoc gratis, accipis, ut taceás.*

Percipitur modò sensus plurium Tautologiarium, de quibus in *Liter. expos.* nimirùm: *Surge*, dicit, *lapidi tacenti. Eris tacens & non poteris loqui. Mutum non posse loqui*; & sic alia. Contra huiusmodi conditiones ad iudicia vertitur scena, & pervertuntur iudicia. Munera versant, ac iudices mutant. Unde si clamant leges, mutescunt iudices? Plus accipiunt, ut taceant, quàm ut hiscant: & de tacente dicitur, non posse loqui; quoniam Præsides, dum munera urgent, possunt loqui, verùm tacent. Afficiuntur anginà, seu argentanginà, collo adstricta ad speciem fascià, ut indicentur fauces præclusę, quę donis duntaxàt sunt prę occupatę: & cum loqui possint, silent, quin auriangina nec verbulum loqui possint; quippequàm interventione muneris, silent tacentes ad crimina tanquam lapides. Inconcussum utique, mutum non posse loqui. Siccine Præsides possunt loqui, & facti muti. Loquuntur dona, quicquid verbis potest promere iustitia. Illorum strepitu hæc privatur vocis sono. Nil mirum: silent leges inter arma: quid inter munera? Qui non possunt audire, non possunt loqui. Qui munera aspiciunt, cæci munera vident; sed nihil audiunt. Si vident connivent. Semper mihi suspectum silentium Præsidis, subodoratis muneribus præ flagitijs. Xenia vehementer occludunt fauces: tacentque potentes loqui malignà in ius taciturnitate; quippe dum munerum audiuntur (peius, exaudiuntur) voces, tacent iudices & leges. Illi cuncta silentio rabidè radunt; sed vel dignati

Habac. 2. 19. Lac. 1. 20. & Baruch. 6. 40.

*Muneribus connivent criminibus.*

*Murmura cùm secum & rabiosa silentia rodunt.* Pers. 3. v. 81.

Sic profectò: verùm quid ubi silentij expensis tacentes frustrantur voto? Quicquid siluerunt, loquuntur. Iam non canes muti, sed canes, qui prædà penduli, allectique eius umbræ colore, percelluntur

*Strepitu, ludoque iocanti*
*Taciturna silentia rumpi.* Lucret. 4. v. 584.

11 In cæcitatem huiusmodi Præsidum fieret propter scandala, his artibus, ut legibus germinantia atque glisscentia, asperrima prorsùm invectiva; sed *Tom. seqq.* servata: tunc quæ videtur maiestatis auctoritas, patebit oculata cæcitas, & flagitiorum impunitas. *Qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, salvus erit*: dicebat ex usu iudicum, seu abusu Alexander Severus, ut in eo refert Ælius Lamprid. Quid ab improbis immotum, ubi Lamprid.

*Omni ex crimine lucrum quæsitum?* Iuvenal. 13. v. 24.

Altissimo enim intuitu inter Ægyptios Iustitia significata per oculum, ne iudices Nemesis reposceret in supplicium. *Hæc nos in iustitiæ ministris inesse debere intelligamus licet: hos enim mentis acie ad veritatem abstrusissimam penetrare oportet: ijdem eà puritate debent esse præditi, qua castæ virgines solent esse* (ait Vinc. Chartar. in *Fortun. imagin.* fol. 309.) *ita ut neque donis, neque blanditijs, neque alio quovis se corrumpi unquàm sinant. Opus est, ut seipsos improbis formidabiles, innocentibus benignos ostendant.* Aliter icti lapide canes, de quibus optimè Alciatus *Embl.* 174. ex Platone 5. de *Republ.*

Chartar. *Cur iustitia signata per oculum?*

*Sic plerique sinunt veros elabier hostes,*
*Et quos nulla gravat noxia, dente petunt.* Alciat.

Ergo iustitia signata per organum lucis, ut perdiscant iudicantes. Non novum in Scriptura. *Super lapidem unum septem oculi. Septem isti oculi sunt Domini, qui discurrunt in universam terram.* Corpus Rotarum totum Zachar. 3. 9. 4. 10.

tum oculis plenum: *Ezech.* 1. Animalia plena oculis antè & retrò: & intùs plena sunt oculis. *Apocal.* 4. 6. 8. Cur igitur purissimi iudices toties conferuntur oculis? Ut clareant egregiè iudices. Oculi nihil recipiunt, nec captant: si aliquid casu intromittitur, plorant; ænigmaque iudicum, in acie exprimitur oculorum: ut discant in causis removere fumum muneris: equidem ita iustitia conditionis delicatulæ: ut si aliquid recipiatur, quantumvis leve, dolendum, & præ dolore plorandum. Si aliquid intrat, obcæcat, lachrymaturque oculus, quousque removeat. Remedium peritus quærit, dum oculos illicò claudit: igitur in cæcitatem imminentem ex acceptis muneribus, incogitanter iudicibus, haud promptiora remedia; nisi ad ingressum arcendum claudere ostia.

*Et etiam iudices?*

Exod. 23. 8. 12 Hinc elucet, quomodò *munera excæcant*: siquidem oculi nil vident, si quid recipiant: perperamque iudicabit, qui uti cæcus ad leges causam non videt. Iccircò qui superiùs dicebantur *Canes muti*, etiam signantur *speculatores cæci*. Nemo ad speculam cæcos statuit; quippe his vigilibus muros hostis habebit. Specula causarum, sunt oculi iudicum, qui ut iudicent iuxta leges, removere debent obicem cæcitatis; quæ quidem impetè in nocumentum contrahitur, ubi in lumina quidquam uti alienum introducitur, ni palpebræ claudantur, dum munera ad iudicij errorem introducuntur: accipientesque munera Reipublicæ oculi dicuntur cæci; quippequam per dona accepta decreverunt cæcutire. Creperum nonnunquàm in cæcis de causarum coloribus iudicium, ni iustitia abstergat lachrymam ab oculis eorum. Oportet (dicitur à Iustiniano *Novell.* 25.) *purè sumentem administrationem, præ omnibus alijs mundas servare manus Deo nobisque & legibus & nullum contingere lucrum neque maius, neque minus.* Deo, quia inhibet; nobis, ne videatur munus datum præ muneribus: legibus, ut subsistant; quippe evanescent iura, modò prævaluerint dona. *Non licet iudici vendere iustum iudicium* (quid, si pravum?) *Etsi liceat advocato vendere iustum patrocinium, & iurisconsulto rectum consilium.* Can. 71. *Non licet.* 11. quæst. 3. & *Non sanè.* 14. q. 6. Longè à consilio in munuscula inclinatio: equidem quem vexat affectio, minime videbis in tribunali iudicem, sed ineptissimè vultu,

*Unde cæci?*

Novell.

Decret.

*Donisque furentem.*

Virgil. 1. Æneid. v. 663. 13 Haud damnanda in muneribus mutuis amicitia; sed iudiciorum commercia titulo gratitudinis, qui stimulus pravitatis, atque facilè cognoscitur, si amicitia non inseritur: igitur nec iudex faceret contra legem, ni munera recepisset; nec munificus sine huiusmodi intuitu xenia independens offerret. Pende dona à Domino accepta & repulsa. Obtulit Abel, obtulit & Cain: *& respexit Dominus ad Abel & ad munera eius: ad Cain autem & ad munera eius non respexit.* Abel erat amicus, Cain inimicus: & illius munera respicit, huius nec conspicit; quia sicut iustum, haud contristari amicum, ita repellere munificum adversarium: qui quidem nullo modo dona offerret, nisi dependentiam ambitiosè cogitasset. Dona nonnunquàm suspecta, quò non intervenit amicitia: Cainique noluit respicere dona; ut iudex videat, quomodò sese gerat: etenim ubi finis inurbanus sordidæ dependentiæ; neque offerentem neque munera respicere: indignum enim erat, quòd eius muneribus placaretur, cuius mores uti pravos averfabatur. *Respexit ad Abel, & ad munera eius.* Amicitia demonstratur & splendidè sic: primò respexit Abel, contra humanæ aviditatis consuetudinem; qua avaritia amicitiæ pervertit ordinem: igitur respexit ac suscepit Deus munera propter Abelem, non Abelem propter munera. Homines respiciunt, quid offertur, non à quo quia illorum tantum æstimationi quid. Non est amicitia sed quæstus. Respicitur munus propter munus. Deus primum respicit personam, intendens per gratiam in amicitiam: homines autem in munera oblata, cognoscentes tantùm munera: equidem modò dentur; sine delectu accipiuntur, à quocunque etiam per errorem offerantur. Obiter nota, quantus in comitijs ambitus, dum meretur honorem sordidè quæstus. Debet eligi qui dignus munere dotibus, minimè cuius dotes à muneribus: at cùm commodum quæratur, per munera eligendus cognoscitur: siquidem haud respicitur quid ad honorem dotium habet; sed quid muneribus dedit. Nonnunquàm electiones suspicioſæ, ubi comitia nundinæ. Honorabilia; si dotes eliguntur & non dona: igitur turpitudinis signa, quibus fæces Reipublicæ florent, si intenditur electione, quid daturi, vel quid dederint.

Gen. 4. 4. 5.

*Quando & quomodò accipienda munera?*

*Eligatus qui dignus munere dotibus, haud cuius dotes à muneribus.*

14 In nostrum ergo institutum. Aliquibus videtur non benè convenire maiestatem & amorem; quasi non decerent ab amico signa benevolentiæ sedentem in maiestate: maximè quia dare, donisque favere tessera Principum; quia qui maiores sunt benefici vocantur. Profectò falluntur. Natum inquirebant ab Oriente Reges Regem cu-

cuius supremam amantes venerati maiestatem. *Ubi est, qui natus est Rex?* Inquirentes *invenerunt puerum, & procidentes adoraverunt eum: & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera.* Intende: primùm cernui venerantur, deinde munera libenter offerunt. Non se, sed illum solicitè quærunt: igitur si se quærerent, adorarent muneribus maiestatem, & illum quærentium munera protestabantur amorem; quin signa dilectionis splendor expelleret maiestatis. Etsi amicus sit in honoris gloria, dignitate nequaquàm dirimitur amicitia. Verùm cùm suspecta dona sint, ubi amicus in sublimioribus est; ut cuncta prudenter agant puerum Regem adorant, & puerum muneranr: equidem haud dissonum, quod quilibet adoretur ut Prælatus, & donis honoretur ut amicus. Nostrates: *Que regale al Superior, mas como persona particular.* Honorare cupiunt, sed offerentes munera respectus prudentissimè discernunt: igitur Regem inquirentes, & muneribus demonstrantes amorem; puerum dicunt & non Regem. Ætas indicat pueri in hominibus, quòd necdum in puero rationis usus. Rex adoratur, puerque dicitur dum munus offertur; quippe tantùm pro crepundijs puer in maiestatis gloria, quibat accipere munera. Siccine videntur quàm periculosa ad iudicium, cum discretione imprudenti personarum: equidem iustitia cæca pulchriorem possidet formam, ubi in iudicibus videt oculos ad causam. Aliter videns cæcutit, quippe non causam, sed munera videt. Taxat Ravisius Text. *Epigramm.* 7.

Marth. 2. 2. 12.

*Cur accipienda munera ex amicitia?*

Textor.

*Iustitia extiterat quondam sine lumine, sed nunc*
*Iustitiæ visum munera restituunt.*

## DIDASCALIA V.

### *Mala progenies otiositas, curiositas & garrulitas.*

¶ SIlentium virtus eximia; utpotè animæ custodia. *Taciturnitas* (ait Smaragdus in cap. 6. *Regul. Sanct. Benedict.*) *est virtus humilitatis, indicium gravitatis, nutrix virtutum, custos animarum.* Sanè mentis custos, atque religionis decus; quippe religio vana regimine, sine linguæ religione, vasa inania tinnitu sese prodentia, in quibus nec mentis gutta: quandoquidem quicquid stolidus audit, totum per rimulas effluit. Concipit aure, brevique fœtum efformat; unde cruciatur ut pariat. Angor illi quies, arcanis datur scabies, pusque vomit, quoniam in pectore prurit. A seipso decipitur:

Smaragd.

*Silentium animæ custodia.*

*Quis minor est autem, quám tacuisse, labor?* Ovid. 2. *Amor* Eleg. 2. v. 28.

Sed garrulo summus; quippe ubi præ curiositate centum lumina, in voces & voces totidem ora sonant. Garrulitas adinstar famæ pro veste, potiùs pro corpore, habet oculos, aures, linguas, ut sæpe diximus ex eodem Vate, lib. 12. *Metam.* fab. 2. & Virgil. 4. *Æneid.* v. 181.

——*Cui quot sunt corpore plumæ,* Virgil.
*Tot vigiles oculi subter.*
*Tot linguæ, tot subrigit aures.*

2 Eadem vestis seu corpus silentij, verùm sine ornatu linguæ; etenim semper ad visa & audita tacet. *Sigalion* (idest, *Silentium*, ait Martian. Capella lib. 1. *Philolog.*) *ad os compresso digito salutari pingebatur: facie sed indistinctâ ac informi, caput pileò contectum habebat, lupina pelle indutus, quæ oculis atque auribus plurimis erat distincta.* Idem videsis apud Chartarium in *Minerv.* fol. 250. Habitus indicatur adversus garrulitatem, quę linguis innumeris aptat simile ornamentum in perniciem, curiositate genitrice, auribus, oculis, linguis datis pro dote. Facies silentij non deformis, sed informis ostenditur, quippequàm non silentium, si cognoscitur. Astruit Senec. *Epist.* 68. *Multi aperta transeunt* (inquit) *condita & obtrusa rimantur. Furem signata solicitant: vile videtur quicquid patet: aperta effractarius præterit. Hos mores habet populus, hos imperitissimus quisque: in secreta irrumpere cupit. Optimum itaque est, non iactare otium: iactandi autem genus est, nimis latere.* Apprimè: haud silentioſè obtervat arcanum, si dicit silentium. Hinc apud Lucret. 4. de *Rer. natur.* v. 585. *Taciturna silentia*: & Mantuan. *Eclog.* 6. v. 70. *Arcana silentia*: igitur nimium sæpe silentium dicit silendum arcanum. In propositum plures Tautologiæ. *Obmutui & non aperui os meum. Tacui semper, silui.* Isai. 42. 14. & Ier. 48. 2. *Tace, obmutesce.* Marc. 4. 39. *Tacuerunt, & nemini dixerunt.* Luc. 9. 36. sic alia, de quibus in *Liter.* & *Paratitl.* Geminatio sensus sententiarum, quia eiusdem, videtur quasi una periodus, sed patet distinctus sensus: etenim sæpe dicitur, quod affectatè siletur, quoniam à silentio dicitur. Elucet in Martha, quæ silentio vocavit sororem. Si-

*Imago silentij.*

Martianus.

*Ne pateat arcanum etiam silendum silentium.*

Senec.

Psal. 38. 10. Isai. 53. 7.

lentium non est; si cognoscitur silentium.

Ioan. 11.28 Eccli. 41.25 Erubescendum, dicit Siracides, a *salutantibus de silentio*: patùm enim in arcanum interest, parcere verbis, si dicitur oculis. Hæ sunt conditiones irreligiosi, moribus apostatæ, viri inutilis: *Graditur* (ait Salomon) *ore perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur.* Arab. *Cuncta indicat nutibus.* Hinc maior virulentia in cordis perversitate; quia cuncta dicit & non loquitur ore. Plus significat, quàm dicit huiusmodi silentiosa loquacitas, qua palàm fit cordis & oris perversitas;

Prov. 6.13. *Nutus in pravo loquaces.*

Stat. 2. *Thebaid.* v. 357. ——— *Ut saxa abrupta quibus mons*
*Subtrahitur, clivoque latus pendente recedit.*

3 Lupinà veste induitur silentium, quam respuit curiositas in fastidium. *De lupo dicitur* (ait Chartar. d.) *eum quem prior ipse viderit, mutum reddere.* Propria silentij vestis, ut visa signentur labijs, ori posità custodia, quasi non visa: igitur ita à silentio sigillandum est verbum, quasi si vidisset lupum. Altiùs dicam in vitam per silentium religiosam: vestis lupina ornatur oculis & auribus, ut silentij clareat virtus. Haud magnum tacere; si non est, de quo lingua potest dicere. Magnum, esse Argum, leporem & piscem. Sine linguis, verùm veste lupinà, auribus & oculis silentij ornatur stola; ut virtutis silentij promineat summa: etenim in huiusmodi virtutis summum, ex tot visis & auditis in lingua nec ullum verbum. Inter Ethnicos frequens usus sacrificij linguarum: de quo Pier. Valer. *lib.* 33. *cap.* 40. Natal. Com. 1. *Mythol.* cap. 10. & 5. cap. 5. latèque Stuck. de *Sacrific. Gentil.* n. 224. Unde Apollon. 1. v. 70. succinit:

Chartar.

*In quo maximè virtus silentij?*

Apollon. *Intereà accensis fundunt libamina linguis.*

Hìc signatur vita religiosa, ac in illa acceptior Numini victima: etenim nullum maius religiosum obsequium, quàm silentij sacrificium. Mercurio maximè dicabantur linguæ, qui quidem Numen sapientiæ: tùm quia scit loqui, qui noverit tacere; tùm quia plenè adipiscitur sapientiam, quicunque Deo per silentium scit consecrare linguam. *Vitta coccinea labia tua* (Ricard. à Sancto Victore hìc: *Silentium tuum*) *& eloquium tuum dulce.* Quomodò eloquium & silentium? E silentio planè dulcius eloquium: igitur ostendit Sponsæ dulciter vocem audire, quæ scit visis & auditis linguam Deo per silentium consecrare. *Loqui veraciter novit* (infit Gregor. Homil. 2. in *Ezechiel.*) *qui priùs benè tacere didicerit.* Hinc eloquium & silentium: hinc è silentio dulcedo, & virtutis magnitudo: igitur ita tacet labium in auditis ac in visis; quasi non haberet voces. Hoc intuitu

Pretiositas.

Cant. 4. 3. *Quodnam in silentio eloquium?*

Greg. Mag.

per linguam apud Ægyptios silentium significatum: subdit ibid. Pierius, cap. 43. Elucet religiosum sacrificium: quandoquidem in silentio quod magis insigne, in lingua habere voces, sed sepultas intra silentium habere. Ponitur ori custodia, à taciturnitate præparata; ne labatur religiosa lingua: igitur dum verba conantur egredi è pectore, compescuntur à custode, ne quid possint in præcipitium exprimere.

*Insigne silentij sacrificium.*

4 Modò percipitur principalis Tautologia. *Tacuit, & non respondit quicquam. Siluerunt, & non responderunt verbum.* Quorsùm ergo in responso nullum verbum, si tacuisse dictum? Virtus silentij exprimitur contra garrulitatem, hominum virulentissimam pestem: quæ quidem ita procax, ita pervicax; ut labijs perversissimè dolosis, loquax & loquax inveniatur sine verbis. Priusquàm veritas sacris astruatur, Plutarch. libell. de *Curiosit.* audiatur. Mali corvi malum ovum. Quid nisi venenum genimina viperarum? Garrulitas oritur à curiositate; curiositas ab otiositate genitrice: si virulenta harum furiarum proprietas, mala progenies otiositas, curiositas, & garrulitas. *Curiositas* (inquit) *quæ studium est aliena mala noscendi; videtur non intactus invidentiâ morbus, neque ab improbitate deesse. Quid alienum cernis oculis lynceis, ad propria cæcutis? Quid interest scire,*
*Isthmus aquas quot habet, vel folia quercus?*
*Nunc ut in Lamiæ fabula perhibent, carere domi luminibus, ac in cista habere: & foràs dum prodit, assumere. Cum magnà impudentiâ aliorum origines excurrimus, vicini Syrum avum fuisse, aviam Thrassam, tria illum talenta habere æris alieni, neque usuram dissolvisse. Exquirimus etiam, unde huius reversa sit uxor, quid ille & ille seòrsum locuti sunt in angulo. Scatet omnis generis vitijs animus, horrensque & timens interna, exilit foràs, & circa extranea pascens, & saginans improbitatem suam vagatur. Curiosi mens simul in locupletum cellis, in casis pauperum, in aulis Regum, in novarum conclavibus nuptarum; siquidem curiositas est libido sciscitandi arcanorum reconditorum, & malevolentia: utraque ex vitio indomito & belluino prognata est pravitatis. Hæc enim nunc anxiè odorans scelestus obambulans, ac in Rostra, in forum, in portum volat: Nihil ne novi? Itaque rectè Locrorum Magistratus, si quis rogasset, Nunquid novi, multam ei dicebant. Rerum investigationi garrulitas ferè est comes: quæ enim libenter audiunt, hæc effutiunt libenter*

4. Reg. 18. 36. Isai. 36.21.

*Garrulitas sine verbis.*

*Descriptio curiositatis.*

Plutarch.

*Et Garrulitatis.*

*ter: & quæ enixè colligunt ab alijs, ea apud alios latè effundunt. Adeo est cum dulcedine quadam amara curiositatis titillatio, & instar ulceris, quando pungitur, semetipsa cruentat: siquidem calumniatorum natio ex curiosorum curia & domo est. Ibi namque reperies ruinas virorum, feritatem morum, stupra fœminarum, insidias servorum, amicorum calumnias, venenorum instructiones, invidias, obtrectationes, naufragia familiarum, ejectiones Principum. His exple te ac oblecta maligne.*

*Talibus at gaudet dictis, atque admovet aures.*

*Nugatur garrulus usquequaquè, in foro, in theatro, in ambulatione, interdiù, noctú, medicus morbo gravior. Omnem facti gratia verborum importunitas vitiat. Garruli dum diligi volunt, odio sunt: dum inservire studeant, obstrepunt: dum esse putant se in admiratione, deridentur: dum lucrantur, nihil capiunt. Lædunt amicos, inimicis prosunt:* addit *libell.* de *Garrulit.* Hactenùs Plutarchus, cuius quia aurea, contra morem protracta sententia. Breviùs Horat. 1. *Epist.* 18. à v. 68.

*Quid de quoque viro, & cui dicas, sæpe videto.*

Orat.

*Percunctatorem fugito, nam garrulus idem est*

*Nec retinent patulæ commissa fideliter aures;*

*Et semel emissum volat irrevocabile verbum.*

5 Contra curiosorum garrulorum morem Monachorum Pater vibrat fulmen: etenim Athenienses, si uti superstitiosi ad nihilum aliud vacabant, nisi aut dicere aut audire aliquid novi; quia in aliud vacandum in Monasterio, cap. 67. *Regul. Sanct.* inquit; *Nec præsumat quisquam alijs referre quæcumque foris Monasterium viderit, aut audierit, quia plurima destructio est.* Bugnotius hìc.

S. Bened.

*Neu sit fas quæcunque foris audita referre:*

*Hæc quem culpa notat, pœna severa domet.*

Bugnot.

Nil aliud ex huiusmodi garrulitate in ludicram curiositatem; quàm servare relicto sæculo fidem; & studere fabulis hinc inde advectis, ut vacuis impleant sermonibus aures, passim commenta vagentur, mistaque veris puerilia vana fingantur, millia rumorum confusa verba volutent, facta atque infecta otiosissimè demonstrent; & ubi inutilis claustris rumoris error, auditis aliquid novus superponat auctor; ita ut notitiam auditam ignoret, qui studio finxit, vel ut veram primò peperit. Estne quid ineptius? Dicit Plaut. in *Milit.* Act. 3. scen. 3. v. 5.

*Quàm noxij in Monasterijs garruli?*

*Stultitia atque insipientia insulsa & maxima.* Plaut.

Dicit Sirachus: *Stultus à fenestra respiciet in domum: Stultitia hominis auscultare per ostium.* Fenestra est in cubiculi lumen, & stultus facit curiositatis fomitem; ut novi quid dicat, dum otiositatem lactat: equidem cùm non consideret odio haberi, quà intendit diligi, simulque derideri, dum admiratione putat in cœlum extolli, nequeàtque sine insidiante à tergo pœnà præterire clausuram; currit sedulò in fenestram, ut inde verbosè enarret quæ viderit vel non viderit. Ut limina habeant lumina, claudunt cellulà; sed curiosus quærit ruinam, ascendente morte per fenestram: igitur ex segete huius curiositatis, haud alius fructus præter virulentas inanes cogitationes. *Non est tibi necessarium* (præmittit, *cap.* 3. à 23.) *ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis. In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non tris curiosus:* igitur quæ videtur oculorum curiositas, in animo sedet pravitas.

Eccli. 21. à 26.

*Monachus curiosus abominandus.*

Eccli.

6 Iccircò addit: *Stultitia hominis auscultare per ostium.* Hugo: *per rimulas, per foramina subtiliter.* Si stultus qui per rimulas respicit, quid ad rimandum, si facit? Aliquid quærit, quod non videt, & videre cupiens satagit: igitur ni improbitas cor urgeret; per tecta & ostia quid agitur non inquireret; per curiositatem stultus cognitus etiamque malignus; comprobans innocentiam per pravitatem curiosam: quandoquidem nec signum criminis invenitur, dum ille subtiliter per foramina rimatur. Malevolentia patet, dum crimen quærit. Dicit qui suprà Plaut. in *Stich.* Act. 2. scen. 1. v. 55.

Hugo.

*Curiosus, dum in alijs quærit maculam, astruit propriam stultitiam, & alijorum innocentiam.*

Plaut.

*Curiosus nemo est, quin sit malevolus.*

Animus pravus in notam livore punctus, elucet investigatione stolidus: igitur dum quærit alterius per foramina delictum, foribus patulis suum exponit animum virulentum: non enim studeret proximi criminationi, ni virus inesset pectori. Haud de infamia erubescit, modò livorem satiet: siquidem ni fœterent viscera putrida; defectus proximorum non quaret laboriosè per foramina. Quid insidiaris ex abscondito, Vafer, quasi leo in spelunca sua? Ut interficias innocentem? Quæretur peccatum illius, & non invenietur, quantunvis quæratur, estò investiget malignitas, ut spargat in plateas.

7 Inspiciamus in umbra silentij virtutem & malignantium nocuam garrulitatem. Per manus Apostolorum fiebant signa & pro-

digia multa in plebe; *ita ut in plateàs ejicerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, ut veniente Petro saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis.* Act. 5. 15. Intra domum erant iacentes, quos gravabant in quæstum infirmitates; sed minimè quærebatur pharmaco sanitas, quin infaustè dispalesceret infirmitas, mœstitudine languentium; igitur nulli gratum, quod domi abscondita, corporis molesta infirmitas, à ministris non expelleretur, sed ejiceretur foràs. Vernaculè: *Ninguno agradece que sus defectos se los echen en la calle.* Habet enim ex cognitione aliorum erubescentiam, sed non habet ad languorem, de quo pudor, medicinam. Quid faceret, qui rimulis fovens curiositatem, quemquam vidisset languentem? Haud expers garrulitatis animus, cùm ministri cum lectulis languens deportarent corpus: equidem cùm non vidisset ut sanaret ægrotum, sed duntaxàt ut indicaret infirmum; quæ domi latebat infirmitas, seminiverbius projiceret in plateas. Hæc sunt officia otiosorum magistrà curiositate, ubi ab illius totius domus tactæ rimulæ: igitur ita vigent studio malignitatis; ut exponant quos non viderint, vel viderint domi sepultos languores. Remedium gravius est morbo, huiusmodi medicatio: quandoquidem languor manet sine ulla in subsidium medicina, etiam vulneratà famà. *Animæ peccati causa latens* (infit Gloriosus Benedictus, d. cap. 46.) *tantùm Abbati, aut spiritualibus senioribus patefiat, qui sciant curare sua, & aliena vulnera; non detegere aut publicare.* S. Bened. Fatuitas ægroti, ei qui nequit apponere medicamen, exponere corporis ægritudinem: ad nihil aliud dicitur, nisi ut imprudenter evulgetur: committiturque salutis optatæ diligentia scientibus abscondere vulnera; quippequàm faciliùs etiam putrida curantur, dum vel remedia absconduntur. At quid ad vulnera sananda: *Qui sciant curare sua, & aliena vulnera?* In garrulos invehitur, à quo vulnerum medicamen optatur; ut saltem per infamiam labijs apponant custodiam. Vulnus sanè contrahit, quia vulnus alienum scit, & scire dicit: & ubi languorum latentium prompta solicitatur medicina, dicitur curari propria & aliena; quoniam quilibet per garrulam ostensionem suam cum ægritudine aliena ostendit malignitatem.

*Non curatur languor, si scitur ut evulgetur.*

*Etiam ad sanitatem ne cognoscantur vulnera, medicina silenda.*

8 In ægrorum sanitatem intendit Petrus, quippe aliter à ministris in medicamina modus. *Ut veniente Petro saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum & sanarentur.* Ibid. Accinit Arator hìc à v. 135.

——*Ad signa salutis*
*E cunctis properare locis, & pestibus ægros*
*In lectis deferre suis, quos urbis in illa*
*Parte locant, qua sacra tenet vestigia Petrus.* Arator.

Petri umbra est languorum medicina? & valida ad consequendam salutem, contra curiosorum otiosam garrulitatem, defectus proximi effutientes in fora, quo exulcerantur vulnera & læditur fama: unde umbrà Petri transeunte, desperati in lectulis restituuntur sanitati; quoniam eodem pharmaco quo ægritudines sanabat, in salutem abscondebat. Fama levis est, debilior honor, quem etiam verbi devenustat vapor. Obumbrabat Petrus, & cuiuscunque sanabatur vulnus. Miraculum sanè insigne: non ita magnum si accideret domi: equidem cùm ibi infirmitate secretà esset integra fama, medica quibat accedere umbr. verùm maius miraculum in miraculo per umbram sanari à Petro cum languores iacentium iam essent publici in foro. Idem concinnè à v. 467. *Occultatio vulnerum, nobilius medici pharmacum.*

——*Dubiaque à morte remoti*
*Erexere caput, sed non deprehendere visu*
*Autorem potuere boni, quibus ardua virtus*
*Occultat quam præstat opem. Dat medicina latens.* Idem.

Pende: *Umbrà obumbraret.* De Tautologia agemus suo loco: *Tom. 8. T. 4.* Umbrà obumbrare, hoc est, umbrà tangere, ut salutis concederet mirabilem medicinam, per lucis absentiam. Ergo aliter ægrotos solebat sanare Petrus: utique, ut citiùs possent apparere sani, relictà viscerum peste. Cur igitur modò dicitur in commendationem prodigij miraculum singulare ex umbra umbræ? Ut cognoscatur ad præsentiorem salutem dexteritas medici. Quidam languores sanantur silentio, quippe medicina, nulla languoris cognitio; siquidem ulcus, maximè sauciatæ famæ, non coit, sed retrum in peius it, modò vulnus videat Sol. Nil videndum, ut sit prodigiosum pharmacum, & pateàt hominem languorem non habere, sed nec habuisse: umbraque salutaris Principis Apostolorum obumbratur, ubi ægritudinum pestis à languentibus expellitur; quippe si umbra medicina, etiam medicina in salutem abscondenda. Optima infirmitatis curatio, dum indicatur non egusse remedio. Lux quippe sanitatis & salutis in umbra prodigiosa medicaminis. *Quare?*

*Morborum cecidere greges; & fluxit ad omnes*
*Improvisa salus, quam corpore fusa sereno*
*Luminis umbra creat.* Id. v. 465.

9 Iurè damnatur Iscariotes; qui noluit sa-

sanari teste duntaxàt conscientià vulneris: igitur ita appositum ab Archiatro in sanitatem pharmacum; ut ex tot præsentibus *nemo sciret discumbentium*. Occurrit argumentum
Ioan. 13.28 à v.25. grave, Ioannes interrogavit: *Domine quis est?* & Dominus signo dixit. *Ille est*. Quomodò nullus scivit discumbentium, dum à Ioanne cognitum? Quippe cognitum à Ioanne, qui quidem vulnus non sciebat, ut carperet palàmque proferret; sed ut silenter viscera virulenta curaret, si posset, & saucius vellet: & quod secreto cognovit, prudens nescivit; quippequàm quasi nescitur, quod per secretum cognoscitur. Patet: totum latuit sub sigillo, quantumvis solicitatus à Petro; ut per vulnera inferenda, cordis perfidi dispalescerent vulnera. Econtra otiosus quod nescit scit, & garrulus profert: equidem cùm maligni concipiant ut entitatem, languoris cogitationem; secundum pravitatis cordis abominabilem formam, cogitaverunt & locuti sunt nequitiam. Vide dicta *Tom. 5. T. 6. D. 3.* Qualis unusquisque est, talis finis ipsi videtur; quia ex abundantia cordis os loquitur, ac ex corde exeunt cogitationes pravæ; curiosis per foramina respicientibus, an effectum sortiantur cogitationes, aut verba quæ hauserunt avidissimè aures; quoniam non credunt quæ vident, sed quæ videre vellent: & cùm nullo modo videant; ut effutire possint, videre cogitant. Considera ex conscientia phantasiâ ludentem. Cainus occidit fratrem, objicitur
Genes. 4.14 à iudice crimen, dicitque: *Omnis qui invenerit me, occidet me*. Unde huiusmodi cogitatio? A perpetrato homicidio. Præsumit, quod ipse faceret, eliciens è corde cogitationem, atque sociam pravitatem: etenim teterrimus cogitat, quod necdum ulli in mentem venire quibat. Sunt enim verba præcipitationis, ex malitia innata pectoris.

*De fama proximi quod probat scit, nescit: improbat etiam quod, ignorat profert.*

Psal. 51.4. 10 *Tota die* (in malignum dicit, qui indigna passus David) *iniustitiam cogitavit lingua tua*. Unde ergo iniustitia, & die totâ? An quia totâ die garrulus, dicit quod concepit pectus? Usquequaquè, in foro, in theatro, in ambulatione, interdiù noctùque per phantasticam cogitationem, pascens saginat cordis improbitatem. Disperdat Dominus universa labia dolosa, quippe crimina universa. Sed unde crimen? *Dilexisti* (infit) *malitiam super benignitatem: iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem*. Crimen est
V.5. non solùm in ficto, sed in facto. Quælibet res duas ansas habet ad illum qui actionem videt: prævaletque in curioso detractore malitia, viperea lingua dolosa, cogitante iniustitiam, unde inferte valet gloriam: remotâ benignitate, & appositâ malitia in actione indifferenti: malevolus, malitiosus, iniustusque dicitur, dum malignè de proximo sine cognitione loquitur; quoniam cùm possit accipi operatio in quid illustre, nonnunquam præcipiti iudicio dirigit mentem in deteriorem partem. Benignum iudicium est; in decus proximi operationis iudicium; quod fugit in iniusto rationis sensum, ut amplexetur crimen, eligens malitiam super benignitatem: seseque malignum profert, dum terminatè quòd indifferens dicit; igitur indicat in corde malitiæ copiam, eligere ut garriat malitiam propter malitiam. Magna fecit Dominus, educens quendam de potestate dæmonis, quo cognosci quibat cuius potentia virtutis. *Admiratæ sunt turbæ*. Ex ad-
Luc. 11.14. miratione encomium iurè compactum. Cæterùm quodnam Pharisæorum de miraculo iudicium? Dilexerunt malitiam super benignitatem. Ex gloria insigni confixere crimen. *In Beëlzebub principe dæmoniorum eijcit dæ-*
V.15. *monia*. Effulgurat cordium malitia ex actione illustrissimè gloriosa: igitur ita mancipati livori & odio, pravo corde atque iudicio; ut ne cederet miraculum in gloriam Christi etiam miraculum attribuerunt satanæ. Iudicium sanè perversum, verùm pravorum iudicium: equidem plaudunt miraculum uti crimen, factum uti par erat, in orbis admirationem. Araneæ sunt: fugunt in mortem & virus viscerum, quod apes in vitam & alimentum. Iuxta conditiones pectoris sunt utiles ac inutiles cogitationes: Pharisæi cavillatores sunt: cor eorum & pravum & vanum est: quandoquidem dum alij celebrant novitatem miraculi, pessimi cogitaverunt iniquitates in corde.

*Curiosus & garrulus ma lignus & malevolus.*

*Cuncta interpretatur & exponit sinistrè.*

11 Concepto scelere à Iuda, in eiusque corde iam sedente satana: illi dixit Dominus: *Quod facis, fac citiùs*. Contra conferentem dona, moliris mala. Fac quod libuerit, nil timeo. *Fac quod facis, & citiùs*. Quid? Pessundo. Sane proditorem pu-
Ioan. 13.27 pugit, & perfidiam à se cognitam ostendit: sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. *Hoc nemo scivit discumbentium: quidam enim putabant, quòd dixisset ei: Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis ut aliquid daret*. Elegerunt benignitatem super malitiam, quanvis subodorarentur indolem pessimam. Pharisæi auctorem
A v.28. miraculi cogitarunt dæmonium, etiam stupentes ad miraculum. Actio Christi profectò sanctissima: cogitatio verò Iudæ omninò prava: quare ergo in sanctitate cogitatur pravitas, & in pravitate benignitas? Quia

*Iuxta cordis qualitates produntur cogitationes.*

alij pravi, & alij iusti, cogitantes iudicium iuxta qualitates cordium. Unde dæmonem iusti cogitant operaturum virtutem, & dæmones Pharisæi Christum abominantur uti dæmonem; quia hi dilexerunt malitiam supra benignitatem: illi verò propter virtutis formam benignitatem supra perfidam malitiam. Iuxta cordis dispositionem in virtutes & vitia, proferuntur a cogitatione verba: quare cùm ex diametro aversa Pharisæorum & Christi assectarum corda; qui boni malum existimarunt ut bonum, & iustum improbi cogitarunt diabolum. Quid mirum, si cogitant? Ipsi ex patre diabolo erant.

12 Exposito à Christo per Eucharistiam miraculorum maximo; dixerunt quidam: *Durus est hic sermo.* Ad huiusmodi audita non est patientia. Unde multi discipulorum eius abierunt retrò. Tunc ad duodecim dixit apertè. *Numquid & vos vultis abire?* Perculsus Petrus respondit: *Domine ad quem abimus? Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognovimus.* Singulares prorsùm hominum opiniones! Eadem verba & eodem modo à cunctis audita; sed cùm diversæ essent in illis inclinationes, iuxta fastidium vel affectionem pectoris: alij dicunt loqui grandia & cœlestia, alij verò nugacissima & fatua. Vividiùs Nostrates: *Unos dicen, que dice divinidades; otros sandeze.* Variant sententiæ hominum à tædio vel favore tumentes iudicium; quin cognoscant sensus depravati errorem, quiqui reliquerunt fidem, tenaciter adhærentes semel concepto proposito, atque corrupto iudicio: equidem Christus dum cœlestia illis declarat; dicunt inverecundè procaciter, quòd delirat. *Sciens Iesus, quia murmurarent de hoc discipuli; dixit eis: Hoc vos scandalizat?* Proh dolor, ac hominum furor! Quod cunctis, etiam cœlo, prodigium, vel discipulis scandalum? Ita miraculum perculsit mentem, quod erumperet in admirationem. Mirum in stuporem movet, ac detractionem expellit. Iuxta iudicium suggesta cogitatio, iuxta inclinationem cogitationis locutio. Ne in murmurationem exeat, quod Angelicas intelligentias in stuporem invitat: etenim ex miraculo scandalum, indicat pravitatem inclinationis cordium. Hoc insignis fidei amor.

*Ille beatus erit, quem non deceperit error.*

13 Studium garrulorum loquacium in his iudicijs exponitur; ut constet quibus illis scandala oriuntur. Cognoscitur improbitas, in quam illos trahit curiositatis malignitas: pravum utique pectus, cui scandalum ex virtutibus: etenim otiositatis cum garrulitate molimen nonnunquam præceps in inanium iudiciorum temeritatem. *Eò autem magis te terreo ab isto morbo; quod non potest tibi contingere aliter* (inquit Senec. *Epist.* 40.) *quàm si te pudere desierit. Summa summarum hæc erit: tardiloquum te esse iubeo.* Lautè quidem: fratres germani multiloquium & peccatum. Apud Thraces *otiosum esse, habetur pro honestissimo*: ait Herodot. *lib.* 5. n. 2. & Ravis. Textor. 7. *Offic.* cap. 48. Econtra Draco prior Solone Legislator Athenensium, statuit; *quod morte etiam multarentur, quicunque otij damnati essent*: ait Plutarch. in *Solon.* Visum crudele decretum, sed habet à prudentibus suffragium. Si mors infertur per gravissimum vitium, quippini per genitricem vitiorum? Qualibet ab otio arrepta notitia, garruli tendunt in linguarum otia, negotia dæmonum, vulnera honorum, auctoritatis exauctoramen, venerationis nigredinem, nævum pulchritudinis, lituram dignitatis, tela ignea diaboli, virus basilisci, quibus malis scabiosus prurit animus, nec est qui se abscondat à calore eius: igitur qui inter illos malignior, plauditur ut ingeniosior. *Plenus est sermonibus* (ait Bernard. de *Gradib. Superb.* cap. 10. & 13.) *inventâ occasione loquendi, vetera proferuntur & nova. Volant sententiæ, verba resonant ampullosa. Qua necessitate? Qua utilitate? An solâ curiositate? Cùm autem pulsato signo necesse est interrumpi colloquium, quærit licentiam* (si quærit) *ut ad fabulas revertatur post horam, non ut quemquam ædificet, sed ut scientiam iactet. Dicas, si audias, rivum vanitatis, fluvium scurrilitatis; ita ut severos quoque & graves animos in levitatem concitet risus.* Nescio, sed odoror, an hoccine intuitu Seraphicus Franciscus otioso dixerit: *Frater musca.* Musca intra fila araneārum, dum libertatem intentat, magis se implicat, & intricat. Haud periret, ni volaret: haud in tot retia caderet otiositas, ni haberet alas. Garruli adinstar muscarum molesti sunt, pernitiosi sunt: *Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti.* Quæque tangunt coinquinant, pretiosiora maculant, ita malignitate præditi, ac curiosâ otiositate corrupti, ut dum ut proscindant, fugiunt fila, magis implicentur intra retia, exprimentes verbis pravitatem cordis: etenim hinc inde volantes & advolantes adhærent araneæ filis. Pingit suis coloribus Tacitus 1. *Histor.* cap. 85. & 2. cap. 52. *Maligna cura in omnes, quos nobilitas, aut opes, aut aliqua insignis claritudo in omnibus*

Ibid. cap. 6. 61.

Av. 68.

*Malè à corde accepta, irritentur vel miracula.*

V. 62.

Iuven. 2. v. 532.

*Malitia præceps in temeritatem.*

Senec.

Herod. *Item loquacitas & iniquitas.*

Plutarch. *Cur morti addictus, qui vagatur otiosus?*

Bernard. *Fere loquax*

Pisis lib. 1. *Cur musca adinstar.*

Eccl. 10. 1.

Tacit.

*Officium otiositatis curiositatis & loquacitatis*

*bus obiecerat. Unde plena omnia suspicionum, & vix secreta domuum sine formidine. Custodire sermones, vultum habitumque trahere in deterius: convitijs postremò ac probris causam vel initium cædis quærebant.* En otiositatis, filiæ & neptis officia: cunctorum ibi iugulatur fama, suffocatur auctoritas, blasphematur dignitas,

Ovid. 1. Met. fab. 4.

*Victa iacet pietas.*

14 Quid ergo dicendum de huiusmodi maledicis? Quod ægroti? quod deliri? Qui morbo laborant aörasiæ in paleis serpentes vident, rectè arbitrantes videre, quin cognoscant errorem ex cæcitate. Qui in orbe Lunæ (desipientia Priscorum fuit) habitant, oculos habent præter communem modum, portatiles ad nutum. Lucian. lib. 1. *Histor.* obliquè intuentur, rectè nil vident. Sequitur conditionem, qui malignè æmulatur curiositatem. Delirus est, dum contrarium ipsis visis spectat: orbem Lunæ in terris habitat: igitur si ab illo non videtur quod videtur; *lunaticus est & malè patitur.* Sua ignorat & propriam cæcitatem adinstar Heli (de quo alibi) in visione declarat; siquidem tantum videt iuxta quæ cogitat, vel iuxta quæ casus voce vel rumore advectat. Singulare oraculum erat in Achaia (de quo nobis in *Ephemerid.* 18. *Iun.*) ad statuam Mercurij, loquentis sine voce. *Consulturi accedebant* (inquit Maiolus, Tom. 2. Colloq. 1. pag. 361.) *& accensis lucernis, & patrio numismate depositio in dextera simulachri, quod requirebant in aurem statuæ insusurrabant: moxque auribus suis utrisque obturatis, à foro domum properabant, cuius egressi limites, quamcumque vocem subitò, recludis auribus primò excepissent, tanquàm à simulachro emissam amplectebantur.* Vividè in huiusmodi insania exponitur detrahentium linguatium locutuleia, ac pruritus in otiositate effutiendi quodcunque occurrerit, & casus in fidem dederit: quandoquidem in susurratis volitis, sine lucernis accensis, cogitationis cum dæmone scabie consultà, ac à veritate aure penitus obturata; patent aures ad vagas futiles voces, sine connexione ulla nisi ad ostentationem loquacitatis, sed patente vacua mente ex ridicula atque risibili fide: etenim quodlibet vagè volatile verbum, quod rationalitatis debet haberi ludibrium; ab insanis & otiosis celebratur uti oraculum. Audiatur Seneca. *Nil tamen æquè proderit* (ait *Epist.* 105.) *quàm quiescere, & minimum cum alijs loqui, plurimum secum. Est quædam dulcedo sermonis, quæ irrepit & blanditur, & non aliter quàm ebrietas aut amor secrata producit. Nemo quod audierit, tacebit. Qui rem non tacuerit, non tacebit auctorem. Habet unusquisque aliquem, cui tantum credit, quantum ipsi creditum est, ut garrulitatem suam custodiat, & contentus sit unius auribus. Sic quod modò secretum erat, rumor est. Nocens habuit aliquando latendi fortunam, nunquàm fiduciam.* Discat prudens & imprudens, quæ sint vitiorum & calamitatum genitrices, & abortus otiositatis, curiositatis, ac garrulitatis: etenim ut ait Theögnis in *Paræn.* v. 70. & Auson. *Lud. Sapient. in Pittac.*

*Sunt cæci & deliri his defecti. bus affecti.* Matth. 17. 15.

*Oraculum ridiculum.* Maiol.

*Quodcunque vanum mendax cogitat tanquàm oraculum.*

Senec. *Conversatio nis periculum.*

*Loqui ignorabit, qui tacere nescit.* Auson.
*Tutius tacere, quàm loqui.* Theögn.

## DIDASCALIA VI.

### *Virgo Maria singularis spes nostra.*

1 O Virginum Virgo! Quibus tè laudibus efferam, nescio. Cœli terræque fulges honos. O facies oculos nata tenere meos! *Gaude sacrum Christi delubrum, pulchritudinis diadema, virga Aäron, radix Iesse, sceptrum David, regium indumentum, sanctimoniæ solium, manifestandorum rationale, typus virginitatis & gratiarum corona.* Ita plaudit German. Constant. *Orat.* in Nativit. Virgin. Meritò corona gratiarum in humani generis dulcissimum commodum: igitur illi summus splendor diadematis ex gratijs homini ambitiosè collatis. *Thesaurus* (dicitur Maria à Richard. à S. Laurent. lib. 4. de *Laudib. Virgin.*) *quia in ea uti gazophylacio reposuit Dominus omnia dona gratiarum.*

*Elegia Virginis.* German.

*Cur gratiarum corona?*

*Tibi enim Superum data Virgo facultas.* Richard. Val. Flac. 3. v. 16.

Imò contra Superos, iurè in homines iratos propter criminum provocationem, ut ex altis vibrent in vindictam fulmen: equidem cùm propendeat in genus, & internis visceribus faveat animus; claret in superos eius insignis potentia, quia vindicum ingeniosè confringit arma. *Novum creavit* (pro faciet, vel decrevit facere) *Dominus super terram*: dicitur per Ieremiam: hoc est, *Fœmina circundabit virum.* Hebr. *Circundabit virum bellatorem*, Maluend. *Creavit rem novam in terra: Fœmina circumgyrabit prævalidum.* Prævalidus est, qui semper valuit: quomodò ergo modò fœminæ cedit? Dicit causam contextus. *Usquequò delicijs dissolveris filia vaga?* Galatin. lib. 7. *Arcan.* cap. 14. *Quousque insanies filia apostatrix?* Genus hominum hic signatur criminibus dissolutum,

*Præteritum pro futuro, & verbo mentali.*

Ierem. 31. 22.

tum, ob quæ divina iustitia educit gladium: apostata enim eò devenit insaniæ, ut deficeret à fide; quapropter ut prævaleret cruciatu transgressorum spreta lex, legisque præscriptum; indutus est Dominus fortitudinem & præcinxit se. Quis ergo irato resistet? Fœmina quæ illum undique circumgyravit. Validum utique verbum, ad exprimendum Virginis patrocinium. Qui undecunquè vallatus, estò fortis, in votum non habet exitum; naturàque humanà, dissolutione morum irritante Deitatem, Virgo circundat transgressionum vindicem; ut fugiant à facie arcus, quiqui prolapsi in scelus: igitur ita iudex circumvallatus à Virgine; ut in criminum ultionem non possit egredi. Novum quippe est vinci à fœmina viri virtutem; sed maius quòd virtus in illa collocet novitatem, qua de causa nova dicitur fœmina, ab illa de vindice partà viribus victoriâ: siquidem ita circumgyrans prævalidum vicit, ut ad supplicium nullo modo prævaleret. Pende. *Delictis filia vaga, insana, prævaricatrix.* Huiusmodi naturæ rebellis audacia exposcebat, ut saltem compesceretur, supplicia; sed Virgo circundans vindicem intervenit: quæ quidem amplexum ita in veniam inclinavit; ut naturam degenerem, prævaricatricem pessimam, qui iustè in illam commotus, respiceret tanquàm filiam.

*Virgo placat vindicem, ne possit gradi in ultionem.*

*. nines reconciliat.*

2 Aliò ductus describit articulum Valer. d. *lib.* 8. à v. 353.

——— *Fluctu puppis labefacta reverso*
*Solvitur, effunditque viros, ipsumque minantem.*
*Ibat & arma ferens, & strictum naufragus ensem*
*Puppibus: ast inter tantos succurrere fluctus*
*Nulla potest, aut ulla velit: quotiesque propinquat,*
*Tunc aliud rursus dirimit mare: iam tamen errat,*
*Iamque abit, fundoque iterùm violentus ab imo*
*Erigitur: sed fluctus adest, magnoque sub altis*
*Turbine fixit aquis, & tandem virgini cessit.*
*Abscessit tandem, vanàque recedit ab ira &*
*tanta de clade ratis.*

al. Flac.

Gladium stringit iustitia divina propter hominum scelera, navigantium in hoc mundi mari magno & spatioso, ubi reptilia quorum non est numerus, hiantia in prædam quam obtulerit casus. Navis vitæ per aquas tribulationum amaras vehitur, & etiam trahitur, exposita naufragio sine lege gubernaculi, quo vagatur sine lege, verberata fluctibus cupiditatis, inflata prosperitatis deceptricis velis turgidis, impulsa in scopulos ut frangatur, vel hærens sabulo, ut sine motu quassetur; pereatque vitæ navicula sine ulla spe dehiscentium tabularum, ut navigantes submergantur in profundum. Urget cum noxa iustitia. *Ibat & arma ferens: quotiesque propinquat*, desperata ex periculo salute; *tunc aliud rursus dirimit mare.* Micat in libertatem stella divinà premente iustitia? *Ast inter tantos succurrere fluctus, nulla potest, aut ulla velit. Iam tamen* navis *errat: iamque abit, fundoque iterùm violentus ab imo erigitur: sed fluctus adest, magnoque sub altis turbine fixit aquis.* Iam penè submersa, quia vindex scelerum prævalidè opprimit. Erit naufragium? Neutiquàm. Naufragantes Virgo respicit. Crimen illos in exterminium commovet, iudex urget; *sed tandem Virgini cessit*, frustrato discrimine, naufragos Virgine-Matre ita in extremis iuvante; ut ubi submergendi transgressores fractæ legis, fracta naufragaretur excandescens ira iudicis.

*Stella & tabula in naufragio.*

3 De Myrtili scuto, illum protegente & salo & solo, quia vulnera pugnans clypeò elusit, & naufragus super illum evasit, dicitur ab Alciato *Emblem.* 161. *Auxilium nunquam deficiens*: & à Leonida *Epigram. Græc.* lib. 1.

*Effugi geminum clypeo discrimen in uno*
*Myrtilus, & pugnans fortiter atque natans.*

Leonid.

Munus scuti plus refulget in Maria: mille clypei pendent ex ea. *Clypeus est aureus* (ait Richard. d. lib. 10.) *in quem refulsit Sol divinitatis, protegens fideles.* Vulnera hostes infligunt iaculis igneis, ut in certamine exurantur homines. Haud cessant, estò pugnam corda fugiant; quippe in terris si pericula vulnerum, in mari patet naufragium, quo perit vita, ni in portum occurrat tabula. Auxilium in Virginis nunquàm deficit scuto, sit in solo, sit in salo; ut eludantur ex certamine vulnera, ac in naufragium procella: igitur gratia singularis Virginis semper rebus desperatis. Adoravit Græcia Deam, *quam Paregoron, ideſt Consolatricem, nuncupabant*: ait Pausan. *cap.* 41. Hanc adinstar Minervæ cum scuto pingebant. Adi Stuck de *Sacrific. Gentil.* n. 47. Elucet in Maria, quicquid Græcia mendax audet in historia. *Consolatrix mœstorum, desolatorum, desperatorum, dolentium*: plauditur ab Hippol. Marrac. in *Marian. Polyanth.* lit. C. Gravant molestiæ catenatæque ærumnæ humana corda? Adest Paregoros Dea. Mœsti, desolati, desperati, do-

Richard.

*Auxilium Virginis rebus desperatis.*

Pausan.

Marrac. *Spes desperantium.*

dolentes in Virgine nanciscentur solatium, quippequàm habet in cunctas afflictiones scutum. *Omnibus omnia facta est* (ait Bernard. serm. de 12. *Stell.* n. 2.) *sapientibus & insipientibus copiosissimá charitate debitricem se fecit: omnibus misericordiæ sinum aperit, ut de plenitudine eius accipiant universi: captivus redemptionem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, Angelus lætitiam.* Invenit enim coram Domino gratiam, & omnibus distribuit uti mater quod invenit. *Talibus enim decebat Virginem oppignorari muneribus ut esset gratiá plena* (ait Hieronym. seu potiùs Sophron. in *Assumpt. Virgin.*) *quæ dedit cœlis gloriam terris Dominum, pacemque fidem Gentibus, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus disciplinam.* Metricè Mellius Sousa de *Virgin. concept.* à 71.

Bernard.

*Quæ dona per illam?*

Sophron.

*Stella mari; lux clara polo, regina beatis*
*Cœlitibus, tu chara Deo, tu sponsa parentis,*
*Virgo parens Christi, nostræ spes alma salutis.*
*Prodigijs miseræ solvens ergastula plebis.*

Sous.

4 Spes nostra iurè in nostram salutem plaudetur, & plauditur; quia salutem homo per illam consequitur. Maiora latent in Virginis patrocinio & nostro commodo; quippe per illam *singulariter in spe* constituitur nostrum cor. De Domino, cùm filij Israël essent sub tyrannide Ægyptiorum; dicitur: *Eduxit eos in spe, & non timuerunt.* Impossibile videtur: spem nonnumquam comitatur timor; aliàs gaudium plenum esset, quod spem prorsùm excludit. Quomodò ergo non formidant, dum libertatem è captivitate expectant? Quia spes erat singularis, in mari suffocatis omnibus inimicis. Timor spem comitatur, quando frustrari timetur; & cùm Deus stabilis in donis, nec immutetur in gratijs, in quas ingenitus ducit amor; sociantur spes & timor: igitur ita populus afflictus in Numinis patrocinio concepit securitatem; ut in gratiarum spe socium spei eliminaret timorem. Spes sæpe timore plena, quippequàm irrita confunditur per contraria; quia potest esse & abesse, quod optatur à corde: timorque in huiusmodi spe de libertate repellitur; igitur spes singularis non confunditur: quippe cum firma promissio, quæ substituitur pro gaudio; in expectatione habetur, quod cordiùs expectatur. Libertas concepta, ubi timor expulsus, quem ingerebat diritate tyrannus: spe exierunt, & nequaquàm in timore formidarunt: etenim ut in spe nihil inesset formidinis; viderunt aquis suffocatos hostes. Patet è sententia votum. *Eduxit eos in spe, & non timuerunt:* spes erat singularis sine timore; quia collocati in spe, spe iam erant educti. *Non timuerunt.* Cum huiusmodi spe, sine timore erat tribulatum cor, estò in illos Ægyptiorum grassaretur furor: trepidarent timore, ubi non erat timor; timorque foras mittitur, ubi à Numine libertas spectatur; quippequàm dum sperabant, iam libertatem habebant. *Miseris promptam spes bona præstat opem.*

Psalm. 4. 10

Psalm. 77. 53.

*Quæ spes singularis?*

Alcia. Emb. 44.

5 Spes nostra meritò plauditur Virgo, sed singularis spes. *Spes desperantium, qui spem abiecerunt. Spes firma, in patrocinijs immota. Spes inclyta*: inquit Damascen. in *Parall. Virgin.* Ephren. *Thren. Mar.* & Martin. de Magistris in *Salve Regina* Quomodò spes stabilis, cuius columna quatitur ab impulsu timoris?

*Unde Virgo spes nostra singularis?*

*Pallidulo semper te præit ore timor.*

Claud. Minos, ibid.

Sanè per timorem spes communis est mobilis: in Virgineque spes dicitur stabilis; quia ubi per illam gratia avidissimè expectatur, ut concessa possidetur. Nunquàm confusus vultus Virginis, accedentis ad thronum Deitatis. Commune spei, non habere quod expectat: spes inclyta conditionem mutat, quippe expellit timorem ob gratiarum certitudinem: Virgoque non solùm colitur ut spes nostra, sed ut spes singulariter inclyta; quoniam quod per alios spes afflictorum cordium, contra spem spes est gaudium. Sunt in Virgine singulares, quæ cum alijs virtutes designantur ut communes. Profectò, quippe implicatorium, donum insigne, spem spem proculcare. Impossibile pignus, esse in spe qui desperatus: & cùm in hoccine tribulationum anfractu spes tantúm mater Virgo: fulget ubique patrocinijs inclyta, gratiá ultra spem conferenda: etenim in spe gaudium plenum, summum bonum, quòd sit spes desperantium. In articulo præfato claruit Virginis protectio: pende. Desponderunt animum filij Israël arctati & mari & hoste. Non erat exitus nisi in mortem; estò ultima cogitaretur salus, nullam sperare salutem. *Vias omnes obsederant* (inquit Ioseph. 2. *Antiq.* cap. 6.) *quibus effugium Hebræis patere poterat inter rupes & mare conclusis; atque ita, nec fugæ quidem spe relictâ, Hebræos mare inter & montem obsidione præmebant; oppositis armis; quâ exitus.* Quid tunc pro desperatis Moyses? Orabat, quin ulla audiretur vox. *Dixit Dominus; Quid clamas ad me? Dic filijs Israël ut proficiscantur.* Quà Domine, vel quò? Non est exitus. Vel iugulandi, vel summergendi. Neutrum. *Eleva virgam, ut gradiantur in medio mari per siccum.* Quid in ancipiti periculo virgæ elevatio? In virga Virginis figurabatur assum-

*In ea spes gaudium.*

Ioseph.

Exod. 14. 15. V. 16.

*Assumptio eius in cœlum.*

*lum, nobis periculorum effugium.*

assumptio: & ubi Virgo elevatur in cœlum, neutiquàm est in periculis periculum. Desperata sanè cuncta, sed inclyta spes in virga: siquidem ubi Virginis typus, vel in angiportu ad salutem erit exitus. Desperantium est spes, qua in respirationem pressum allevatur cor, nanciscens quod quibat optari, sed non consequi: & ubi per tot discrimina rerum desperata salus, felix obtinetur exitus; igitur ita potens, ita in pericula valens, ut iter inveniretur ubi naufragium, & via plana, ubi non erat effugium. Ubi Virginis imago, securitas ex periculo, salus ex inimicis, exitus ubi non exitus; quoniam pervium ex obicibus. Ita, cognitis periculis, Ægyptiorum premebat tyrannis; ut nec spem relinqueret persecutis Hebræis. Inter malleum & incudem quatiebantur; quousque virga elevaretur: virga est versus cœlum elevata, & patuit conclusis sine expectatione via: siquidem ut desperati timuerunt è tyranno servitutem, inclyta spe adepti sunt libertatem; pergentes in medio mari per siccum, quod sepulchrum persequentium.

V. 10.

6 Perscrutanda antilogia. Videntes insuperabilia impedimenta ad libertatem, qui exituri; *timuerunt valdè.* Quomodò consonum, *Eduxit eos in spe, & non timuerunt?* Quia exitus non solùm in spe fuit sed in singulari spe. Spes est excutiendi periculum, ubi aliquod exploratur subterfugium. Spes singularis, ubi evanescit spes; quippe insignis singularitas, in discrimine securitas: & ubi valdè timentes exitus, formidarunt, in timore non timuerunt; quia visa elevata virga (Virginis umbra) in pericula imminentia: etenim sine illa meritò formidandum, ubi in effugium nec habebant exitum. Non timuerunt timentes, per umbram Virginis. Debebant timere discrimen indeclinabile; sed non timuerunt ingruente periculo timendo, ubi Virginis imago: equidem cùm spes singularis sit, ubi non datur spes; ex sola expressa in protectionem imagine, spes cordium facta claruit in ipsa desperatione. Est timor spei, & timor periculi.

*Ubi illius præsens amor, expellitur timor.*

——— *Spes incerta fatigat.*

Mart. Cap.

Ubi singularis; nec timor eius timendus, quippe periculi occasus: & ubi spes in Virgine, non est timor in timore; igitur profert ex periculo exitum, ubi alij atque alij tantùm offendunt periculum. Hoc timendum sine Virgine:

Mantuan.

*Spes quoque semper inops, semper sitibunda futuri.*

7 Alia cogito in spei Virginis singularitatem, potentis in protectionem conclusorum à periculis, ex obvijs undique malis. Unde quidam apud Ravis. Textor. *Epigram.* 1. accinit:

*Virgo tuum generis nostri est defendere causam,*
*Ne miserum satanas devoret ore pecus.*
*Seducit dæmon, stimulat caro, mundus adurit:*
*Solus ego nequeo belligerare tribus,*

Ravis.

Hinc arbitror dixisse Sponsum: *Averte oculos tuos à me, quia ipsi me avolare fecerunt.* Maluend. *Circumgyra oculos tuos á præsentia mea.* Si ex aspectu Virginis complacentia luminis: quomodò optatum gaudium ex aversione oculorum? Habet sanè ex matris aspectu gloriam; sed indicat quantam apud eum invenerit gratiam. *Averte oculos tuos á me ad fratres meos* (interpretatur Novar. in *Umbr. virgin.* cap. 53. n. 1713.) *ne claudas illos, sed averte à me: transfer maternam pietatem à me in meos.* Non tuæ pietatis, videre miseros, & avertere oculos. Ne claudas: quippe illos non respiciam, ni respicias: non possum respicere, quod non potest à te respici: etenim duntaxàt per tuum respectum relegabitur supplicium; comitabiturque gratia, ubi converteris lumina. Averte à me, & ad illos converte: igitur si videris, amplectar fratres, quo persequor tanquam hostes. Fave, & illos respice: vadam ad illos; quippe actutùm præsens, ubi converteris oculos. Favor in oculis sedet. Quod gratum, cor nimis videre gaudet. Homines ob flagitia oculis Domini ingrati. Virgo gratissima Numini: oculosque Virginem iubet dirigere in homines; ut possit favere sine obice ingratitudinis; etenim cùm Numen, quò velit, ducant lumina Virginis; nequit gratijs non favere, quos ingratos gratè dignatur Virgo respicere. Ducitur ab oculis Virginis, ubi sunt homines provocantes in vindictam, atque demerentes gratiam: illos intendit gratijs ab iniquitate revocare, modò dignetur Virgo in acceptionem respicere: igitur convertit Dominus oculos in gratissa dona, si Virgo ad illos grata converterit lumina. Eia ergo advocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Ut nos videat Numen, vide: siquidem si absentem oculis trahis; Deus adveniet continuò in pectora, si respexeris.

Cant. 6. 4. Maluend.

Novar.

*Virginis aspectus uberi benedictionibus.*

*Tu facis hoc, oculique tui, quibus igneà cedunt*
*Sidera, quæ flammæ causa fuere meæ.*

Ovid. Epist. 19. v. 57.

8 Hoccine stylo signatur (ut observat Sanctius hìc n. 10.) vi amoris in aliud vehementer rapi. Super sedere cœptis, propter amorem ad optata trahentem, Iustitia

Dei

Dei vehebatur in crimen, quo ab hominibus sæpe irritata in ultionem. Sedebat Deus iudicans terram, intendens in maiestatis vindictam: & cùm Virginis rapiatur oculis, in peccatores benignissimè intentis; ut hosce respexit Virgo, ductus amore avolavit à negotio: equidem ita attracta à Virginis Numinis lumina, ut oculos levaret ab ultione cogitata. *Avolare me fecerunt oculi, qui potentiores sunt me* (subdit Aben Ezra) *mihi robur & dominationem adimunt*: liquet, etenim tametsi coram habeat hominum iniquitatem, nil aliud videt quam Virginem. Extorquet Virgo dulcissimo aspectu, contra quæ decernit, maiestate dominatio: potestatemque adimit, dum peccatores respicit; quoniam per eius oculorum gratiam, gladius iustitiæ convertitur in vaginam. *Averte oculos tuos á me*, ut audacia hominum sine supplicio non sit: igitur si respexeris, manus potentes ligabis; quoniam nil video in hominibus plectendum, luminis copiâ coruscatione luminum. Acumen est Genebrardi hic in *Exposit. metric.*

*Tuos ocellos paululùm*
*Hinc in latus convertito:*
*Nam me retrorsum transveunt*
*Horum micantes flammulæ.*

Alij legunt: *Ipsi me superbire fecerunt, gloriosum exultare præ amore & gaudio.* Nil mirum: magnificat anima Virginis Dominum: datur enim ab illa insignis gloria etiam in gloria summa: equidem maxima Numini gloria, quòd fecerit ita perfectam & gratijs ornatam Virginem; ut propter illam prætereat totum orbem & errantem. Proposito primario respondeämus. Oculos (dicit Sponsus) à me averte, & homines vide. Per te ad me venient, quos hostes animæ & decipiunt & decipient. Respice illos, ut me respiciant, & per te recipiant gratiam: etenim in conversionem cordis, cùm spes non sit ex illis; spes remanet si respicis; ut grata sint corda, quorum in ultionem satagit actis iustitia: quippequàm cùm per te iam sit spes, per te profectò qui erraverunt & convertentur ad cor. Per Virginem? Eius siccine declarat Numen excellentem potestatem. Clausa est iam pietatis ianua, quia desperati homines corruunt in crimina. Non est spes reversionis, ni ad illos convertantur lumina Virginis: & ut parcere valeat, dicit quòd Virgo lumen ad illos convertat; ut cognoscant per promptum latum auxilium, quòd Virgo mater fulget spes desperantium.

*Lucidum cœli decus huc ades votis.*
*Vultu sidereò discute nubila,*
*Huc adverte favens virgineum caput.*

*Perillam Deus peccatoribus parcit.* Aben-Ezra.

Genebr.

*Ex eius existentia maxima Domino gloria.*

*Errantes in viam ducit.*

*Desperatos erigit.*

Senec. Oedip. v. 405

9 Elucent in genus gratiarum dona Numinis intercessione Virginis; sed promere restat, Quid sit spes singularis. Haud plenè dictum, quid sit. Arbitror, propter spem in Virgine, esse omninò sine spe. Unde siccine spes nobis, si nulla nobis spes? Erimus dum eius uberius auxilia nitent, sicut & cæteri qui spem non habent. Nullo modo, sine spe sumus, ubi nobis spes Virgo. Ita in illa spem habemus, ut non habeamus spem; igitur ne spem habeamus, spem habemus. Prompta ac velox per illam gratia, nescit nostris vocibus molimina: & cùm per Virginem perniciter faveat Dominus; in illa & per illam speramus, ne speremus. Quisquis illius patrocinium expetivit, mire *contra spem in spem credidit.* In spem, quia per Virginem in gratiæ obtentum erigitur: contra spem, quippe gratiam statim sperando consequitur: & spes in spe non datur, si quod modò expectabatur, sine expectatione habetur. Dicit Paulus: *Spes autem quæ videtur, non est spes: nam quod videt quis, quid sperat?* datur que in spem spes per Virginem, contra spectationis ingenitam conditionem; quippe ubi spes eius interventu concipitur, de gratia optabili consequenda; apparet gratia, qua gaudet in dono cor, & evanescit spes. Spes est, qua quis ad id quod credit se perventurum præsumit. Perperàm spes, si sperando in Virgine, iam pervenit: igitur illicò consecuitur præsumptam gratiam, ubi ad consequtionem in illa collocavit sine timore fiduciam. Hinc spes contra spem creditur, quia apparet quod expectatur: & non expectatur Virgine intercedente, quod expectandum concipitur corde; quia rerum sperandarum elucet Virgo mater argumentum apparentium. Habes enim in patrocinio Virginis, quo

*Spatio brevi*
*Spem longam reseces.*

Horat. 1. Carm. 11. v. 6.

Glorioſa enim spes in eius gloriam, indicans Mariæ excellentiam, nostramque fiduciam: per illam enim gratiam expectamus, ne expectemus.

10 Aptè verba Doctoris Gentium. *Pié vivamus in hoc sæculo expectantes beatam spem.* Spes & beata, difficile prorsùm, quia spes non ingreditur in beatitudinis regnum. Si beata, spes non est, si expectamus, spes adest: quomodò ergo dum cor avidè expectationi studet, erit spes & non erit? Literaliter, *Tom. 7. T. 5.* ad illud 2. *Machab. 15. 7. Confidebat cum omni spe*; quippe ubi gratia sperata comes aviditatis, est spes, verùm non omnis. Huiusmodi conditio spei duntaxàt invenitur in terra, patrocinante Dei-

*Quomodo in illa spes est sed sine spe?*

Rom. 4. 18.

Cap. 8. 24.

Tit. 2. 13.

*Spes beata?*

para. Hinc spes beata: in beatitudine non est timor amittendi felicitatem: & in Virgine spes, beatitudinis sequitur conditionem; quoniam si ad Dominum dirigitur oratio, ac intervenit Virgo, donum obtinebitur gratiæ, sine timore repulsæ. Spes profectò beata, quæ effecta apparet gloriosa. Gratiæ utique decus, dum spem expectantes non expectamus: equidem cùm sit gloriosa, & comite gratiâ; quod expectamus habemus, *Gloriam spei firmam*, vocat Paulus. Ex firmitate gratiæ, est gloria protectionem elargienti.

Hebr. 3. 6.

Stat. 1. *Theb.* v. 322 *Gloriosa & cœlestis.*

——*Spes anxia mentem*
*Extrahit, & longo consumit gaudia voto.*

Auxilium Virginis non consumit, sed fruitionem auget: equidem cùm sit glorioſum, expectatum sine expectatione patrocinium; habet spes gloriæ in gratiam firmitatem, quippe nacta (ne sit spes) Virginis intercessionem. Implicationem terminorum dissolvit in nostrum propositum Doctor Gentium. *Gratias agimus Deo, propter spem, quæ reposita est vobis in cœlis.* A cœlis spes arcetur; ni de Virgine, quæ Dei cœlum, exponatur; ut plaudunt Ioan. Geometr. *Hymn.* 2. Anselm. *Hymn.* 1. & Damascen. de *Dormit. Virgin.* orat. 2. In cœlo ergo Virginis, ubi thronus gratiarum, spes reponitur hominum: dicitur que spes collocata in cœlo, quam suscipit Mater-Virgo: propter infallibilem concessionem, charismatum promptitudinem: etenim quisquis egenus spem in illa reponit, vota statim obtinebit; quippequàm tanquam in cœlo, ibi gratia non deficiet. O ter quaterque beati, Domina, qui à te protecti! Nemo siccine affligitur, quoniam spes non differtur. Lætentur omnes qui sperant in te. Sperent ergo in te, qui noverunt nomen tuum, quoniam non derelinquis quærentes te. Ultra procedis: etiam non quærentes inquiris, & invenis. *In te ergo speret, qui desperat* (ait Anselmus Mantuan. super *Salve Regina*, n. 2.) *qui deficit, ad te currat.*

Coloss. 1 5.

Anselm. Mantuan.

*Heimihi! Cur timui? Quæ sunt manifesta requiro?*
*Cur labat ambiguo spes mea mista metu?*

Ovid. 4. *Trist.* 3. v. 9.

*Inque meam nitidos Dominam convertite vultus:*
*Sitque memor nostri, necne referte mihi.*

In alia, scilicèt, quomodò prævenit vota, & ultra spem gratias instat (de quo alibi) devotio iurè duceretur prona; sed protrahitur nimis Didascalia. Respondet ergo proposito Tautologia. *Siluerunt & non responderunt verbum*: dicitur de aulicis Ezechiæ, ex congressu cum Rabsace. Aliquod responsum esse valet in silentio. Utitur in gratijs conferendis Mater-Virgo: quæ quidem favens hominibus silet, verùm favore respondet. Diffusa est gratia in labijs tuis. Dicam cum Hesio, lib. 2. *Emblem.* 22.

Isai. 36. 21. *Voci tristis respondet gratijs.*

Guil. Hes.

*Si quis erit, qui plus etiam nunc scire laboret,*
*A desiderio plus roget ille suo.*



TAU-

# TAUTOLOGIA OCTAVA.

*Epistola scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.* 1. Esdr. 4. v. 7.

## EXPOSITIO LITERÆ.



Aptivà tribu Iuda, & Beniamin, Sacerdotibus & Levitis, sub tyrranide Assyriorum in Bobylonia; impletus est septuagesimus servitutis annus, extra cuius terminum cum exterminio Regis & Regni, promiserat Dominus, excutiendum grave iugum. *Ierem.* 25. 12. & *Daniel.* 9. à v. 2. Capta est ergo civitas, derivato Euphrate in foveam priscam Nitocris: quo presso & depresso, sicco alveo invasit, expugnavitque Babyloniam Persarum exercitus, sub Cyro & Dario Medo, Cyri avunculo. Ita ex Herodoto & Diodoro Siculo. Ioann. Freinshemius in lib. 5. cap. 1. Curt. de *Histor. Alex.* Illa ergo nocte, qua *Saca* celebrabantur inter Babylonios (de hoc festo diximus in *Ephemerid.*) vel sacra Belo, Deorum inter illos maximo (cùm indulgerent genio convivijs, ludis & spectaculis) scito per Cyrum luxu, ut ait Xenophon. 7. *Cyropæd.* vel miraculosè sicco flumine, ut placet Doctori Angelico, de *Regim. Princip.* lib. 3. cap. 7. vel utroque, iuxta illud Isaiæ, 21. à v. 2. *Obside Mede. Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum. Pone mensam, contemplare in specula: comedentes & bibentes surgite Principes arripite clypeum. Cecidit, cecidit Babylon*: irupit in urbem, à Baltasare cogitatam inexpugnabilem, etsi illa ipsà nocte interpretatione scripturæ manus scribentis, monitus à Daniele imminentis, indeclinabilis cladis: *Illà ergo nocte interfectus est Baltasar, & Darius Medus successit in Regnum.*

*Quomodò capta à Cyro Babylonia.*

Daniel. 5. 30.

2 His ergo Principibus expugnatus terror orbis, redactumque inclytum Imperium in momenta vana pulveris. Vid. dicta *Tautolog.* 6. à n. 35. Recesit igitur Cyri avunculus in Mediam, cedens Cyro Babyloniam. Tunc temporis monitus fuit à Iudæis, in Assyriorum exterminium à vero Deo retrò sæculis designari & proprio nomine. Legit Evangelicum Vatem, & ita invenit prædictum & iuxta rerum eventum. *Dominus Redemptor tuus, qui dico Ierusalem, Habitaberis: & civitatibus Iudæ: Ædificamini. Qui dico profundo, Desolare, & flumina tua arefaciam. Qui dico Cyro: Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ierusalem, Ædificaberis: & templo, Fundaberis. Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dextram, ut subijciam ante faciem eius gentes, & dorsa Regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur, &c. ut scias quia Ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israël. Propter servum meum Iacob, & Israël electum meum, & vocavi te nomine tuo: assimilavi te, & non cognovisti me.* Nimirùm antequàm esses; quia antequàm natus, à me nomine Cyri insignitus; ut cognosceres, cùm esses, quòd Deus ego futura infalibiliter annuncians, ventura sine ambiguitate declarans, & nomine signans, in quo elucet & cognitio & gratuita dilectio. Haud aliter explicitus amor à Moyse, Exod. 33. 12. *Præsertim cum dixeris: Novi te ex nomine.* Septuag. *Novi te præter omnes, & invenisti gratiam coram me.* Alapid. *Præ omnibus te elegi & diligo, mihique places.* Liquet ibid. 31. 1. *Ecce vocavi ex nomine Beseleël.* Intuitus, Isai. 43. 1. *Noli timere: vocavi te nomine tuo: meus es tu.* Signum est benevolentiæ, familiaritatis, necessitudinis, & singularis amoris: quapropter bonus pastor, ut demonstret amorem; *proprias oves vocat nominatim.* Ioann. 10. 3. Plaut. in *Asinar.* Act. 4. Scen. 1. v. 35. *Te, ne dicat: Nomen nominet.* Taubmann. hìc: In signum amoris, *Ne dicat*

Isai. 44. à 26. & 45. à 1.

*Quid sit è nomine noscì?* Septuag. Alapid.

*Te, nullo certo nomine edito; sed nominatim te nominet.* Semper inclyti, insigneſqùe fuere, quorum ante nativitatem prædictum nomen. Ismaël, *Geneſ.* 16. 11. Isaäc, cap. 17. 19. Iosias, 3. *Reg.* 13. 2. Ioannes Baptista, *Luc.* 1. 13. Ieſuſque Dominus N. ibid. v. 31. Hoccine insigne habuit Cyrus, à Deo, priusquàm esset, nominatus, ut vidimus: unde cùm huiusmodi gratiam comitentur singulares dotes: notitia prophetiæ Cyri stimulavit affectum in demonstrationem gratitudinis.

*Quinam ante nativitatem habuerunt nomen?*

3 Decretum ab illo sanctum explicat cuncta: *Traduxit vocem in omni regno suo etiam per scripturam dicens; Hæc dicit Cyrus Rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, & ipse præcepit mihi, ut ædificarem ei domum in Ierusalem.* 1. Esdr. 1. 2. Dedit ergo facultatem captivis remigrandi in patrium solum, instaurandi templum, commeàtum in subsidium itineris eis concessit; insuperque vasa sacra, quæ Nabuchus sustulerat, regià liberalitate restituit. Eleganter Iosephus, 11. *Antiq.* cap. 1. *Excitato ad id Cyri animo, Deus effecit, ut ille in hunc modum per universam Asiam scriberet: Hæc dicit Cyrus Rex: Quoniam me Deus Maximus orbis Regem constituit; hunc illum esse credo, quem Israëlitarum adorat populus. Is enim meum nomen per suos Prophetas prædixit, & quod templum eius ædificaturus sim Hierosolymis in terra Iudæa. Hoc autem Cyrus cognovit ex lectione libri, qui Isaiæ prophetias continet, ducentis & decem annis ante ipsius ætatem conscriptas. Hic enim secretum hoc Deum sibi indicasse, dixit, quòd vellet Cyrum, quem multarum ac magnarum gentium Regem declamaturus esset, remittere populum suum in terram Iudæam, & templum suum ædificare denuò. Hæc Isaias prædixit centum quadraginta annis, antequàm templum devastatum est. Quibus lectis Rex admiratus Vatis divinitatem, correptus est cupidine exequendi quæ scripta legerat: convocatisque clarioribus apud Babylonem Iudæis, ait, se illis permittere, ut proficiscantur in patriam, urbemque Hierosolymam & Dei templum ædificent denuò: nam & ipse inquit, Deum futurum illis auxilio, & se scripturum vicinis Iudeæ Ducibus ac Satrapis, ut conferant eis aurum & argentum ad templi fabricam & victimas ad sacrificia.* Hactenùs Iosephus, idemque Petrus Comest. in *Daniel.* cap. 17.

*Decretum Cyri de libertate populi & ædificatione templi.*

*Ioseph.*

4 Dimissi igitur Iudæi, adiuvantibus Satrapis, quibus commendaverat Cyrus erexerunt altare in eodem loco in quo priùs fuerat, sicut etiam præceperat Cyrus, apud Iosephum. d. *Zachar.* 12. 6. sequentique anno iacta sunt fundamenta templi, quod erexerunt usque ad appodiationem, iuxta Comestor. d. *cap.* 19. & 1. Esdr. 3. Appodiatio (Hispanicè *Balcanada*) ordo pergularum: mortuo ergo Cyro in Massagetico bello, insidijs Thomiridis, ut diximus, *Tautolog. præc.* n. 17. & 47. interceptum est opus. Cyrus fuit ex filia nepos Astyagis Regis Persarum, vel ut alijs placet, Medorum: quem exponere iussit; quia cùm somniasset ex vulva filiæ vitem enatam, cuius palmitibus tota obumbrabatur Asia: respondérentque harioli consulti, non solùm puerum Orientis futurum Regem, sed si viveret avum amissurum regnum; terrore perculsus, nefandum commisit facinus. Favit cœlum infanti, qui in insignia nascebatur, & à cane expositus mirabiliter nutritur, pòst à coniuge pastoris referentis, infantis nutricem canem; qua de causa *Spacum* vocavit puerulum, quia canem sic Persæ vocant. Industria Harpagi aperto Marte vicit Astyagem, quem præposuit Hyrcanis, etsi reum mortis, sibique iunxit Darium consobrinum in bellum Babylonicum, ut diximus. Hæc excerpta ex Herodot. *lib.* 1. & Iustin. *histor.* etiam *lib.* 1. in quibus inveniuntur plura commentitia, sacrisque Biblijs opposita.

*Quis Cyrus, & quomodò puerilis & in regnum evectus?*

5 Successit Cyro Cambyses in cuius regno Cuthæi, seu Samaritani, primò astu agrediuntur Principes Iuda & Sacerdotes, ut socij admitterentur in erectionem templi; à quibus malignitate propositi cognità, urbanè, estò fastidij digni, sunt depulsi. Dixerunt ergo, cummune est nobis & vobis Dominum colere; sed nequaquam commune, templum ædificare. 1. Esdr. 4. 3. Videntes Cuthæi cogitationes irritas, texuerunt aulicas technas, corruptis Consiliarijs, seu Præsidibus, quos præfecerat Cambyses filius Cyri tam in Syria, quàm in Iudæa. Hi muneribus, donisque deliniti, notam fecerunt per epistolas Cambysi antiquam in Reges Assyriorum perfidiam, seditionum ac rebellionum frequentiam. Unde si Persici Principes perficere fabricam cœptam indulgerent; corvos nutrirent, pectoréque serpentes incautè in mortem foverent: equidem Iudæi habentes inexpunabile templum, tanquàm præsidium; negotium profectò facessent Persis, qui amicos & fautos acerrimos tempore, uti pridem, experirentur hostes. Credidit volubilis genij ex facili impostoris Cambyses, opusque cœptum suspendi præcepit: sicque industria inimicorum interceptum est opus per totum tempus Cambysis & Magorum, usque in annum secundum Darij Hystaspis: scilicèt, novem annis, ut ait Iosephus, ubi supr. *cap.* 3. *Hic* (subdit *cap.*

*Artes Samaritanorum, ne templum extrueretur.*

4.)

4.) *adhuc privatus voverat Deo, si regnum adipiſceretur, quicquid ſacrorum vaſorum apud Babylonem eſſet, remiſſurum ſe in templum Hyeroſolyma.* Interventu Zerobabelis factum huiuſmodi votum, refert Hiſtoria Scholaſt. in *Iudith.* cap. 2. *Cum interdixiſſet Cambyſes reædificationem templi, aſcendit ad eum Zorobabel, & per huius Darij interventum, tentavit animum Regis mutare; ſed non potuit: & tunc perſuaſit Dario ſecretiùs, ut voveret votum Deo Iſraël, quòd ſi eum Regem faceret, reſtauraret eius templum; & univerſa vaſa Domini, quæ adhuc erant penes Regem Perſarum, remitteret in Hieruſalem.* Ioſeph. Comeſt.

6 Qua arte & ingenio erectum Darium in thronum, varifariàm à Profanis AA. narratur. A Cambyſe, opera Prexaſpis, quia ſomniavit regnaturum, frater eius minor puer nobiliſsimæ indolis, Smerdes nomine, vel Mergos, aut Mergis occiditur in adytis templi Bel, ibique humatur. Tunc temporis inter Magos, ſeu Principes ſeptem Perſarum (quos in Provinciarum moderamen Cambyſes ſuffecerat, bellum Ægyptijs & Paleſtinæ illaturus) Patazites qui fratrem iuniorem habebat ſimillimum Mergidi, etiam nomine Smerdem, collocat in ſolio Cyri (cui quidem Smerdi Cyrus pridem amputare auriculas iuſſerat) præconizatque per omnes provincias Smerdem, quem tunc vocavit *Artoxerxem*; pro Cambyſe regnare, quem amentia ex ebrietate iure expulerat è ſolio: cui impoſturæ favit & decora ſpecies, ſimilitudine lineaminum corporis, & receſſus frequens apud Perſas Regis, ſub ſpecie maieſtatis. Eò pervenit audacia, ut magis lateret dolus; quòd ad ipſum Cambyſem Patazites caduceatorem miſerit, qui denuntiaret fratrem ſuum Mergidem; ſub nomine Artaxerxis, Monarchiam Perſicam moderari, illumque electum è throno patris, quippe impos mentis. Hæc ſuſpicio; fratre à ſe interfecto, Cambyſem iam inſanum perturbatis actionibus, in furorem egit, ut mortem ſibi conciſceret; quia deteriore manu quàm ſuà, nequibat occumbere. Extrà cogitationem accidit mors: equidem cùm accepiſſet ab Oraculo Ecbatanis moriturum, deluſus ambiguitate, cecidit Ecbatanis Syriæ, non Perſiæ. Vide Maiolum, *Tom.* 2. *colloq.* 2. & Herodot. *lib.* 3. *Magus proclamatus Perſarum Rex.* *Cambyſes deluſus oraculo.*

7 Illo demortuo potentia ac induſtriâ fratris Patazitis, ſeptem menſibus regnavit Pſeudo-Smerdes. Intruſum ergo cùm ſuſpicaretur Oſtanes Perſarum nobiliſsimus, qui filiam Phædimam (qua ſuppoſitius Smerdes utebatur uxore) habebat in aula; monuit, ut certior impoſturæ fieret, filiam nunciaret, an Rex auritus eſſet, vel non; quod illi ſoli facile. Illa patri Regem mutilum renunciavit: ille optimatibus Perſiæ, confirmatis teſtimonio Prexaſpis, in turrim à Magis fratribus incluſi, è qua poſt dicta ſeſe præcipitem dedit. Sex igitur Principibus ſacramento obligatis, ſupervenit Darius filius Hyſtaſpis; qui Pſeudo Smerdem, Artaxerxem, amplexum à ſocio (eſtò in obſcuro conclavi, hoc illæſo) gladio tranſverberavit; unde apud Perſas feſtum *Magophonia*, de quo in *Ephemer.* die 10. Octobr. Quinto poſtridie de eligendo Rege ſeptem Principes convenerunt, hac conditione propoſitâ, ut cuius equus ad ortum Solis (apud illos Maximum Numen) primus hinniſſet, Rex ab alijs ſalutaretur & eſſet. Equiſonis operâ, ad Darium in huiuſmodi electione advolavit Fortuna: equidem cùm pridie ſuppoſuiſſet equam, Darij equus primus adhinnit, ſimulque fulmen emicuit cœlo ſereno. Alij tunc viſo ſigno, confeſtim equis deſiliunt, Regemque ſalutant. Si alia deſiderantur, adi Herodot. d. & Iuſtin. Hiſtor. Scholaſtic. Torniell. in 6. *Mund. ætat.* ab ann. 85. Turſellin. & Briet. *Ann. Mund.* 3534. denique Petavium, *Rationar. tempor.* lib. 3. cap. 1. Darius ergo examinato Cyri decreto, ut habetur, 1. *Eſdr.* 6. & voto obſtrictus, cùm perveniſſet in ſolium, reddijt Domino vota ſua, omniaque vaſa ſacra Iudæis reſtituit, amplam concedens facultatem eis ædificandi templum, quod à prædeceſſoribus fuerat diris minis interdictum; iuxta malignum propoſitum Cutheorum. *Magophonia.* *Qua conditione & induſtria Dario obvenit Perſarum regnum?*

8 Priuſquàm Tautologiæ expoſitionem aggrediamur, delicanda quædam obvia & difficilia; ne in æquivoco laboremus. Primum eſt, quod *v.* 5. legimus, ſcilicèt, Samaritanos (ut impedire vel retardare poſſent templi fabricam, fruſtratis reliquis cogitationibus) in meditatum propoſitum Principes ſolicitaſſe vel corrupiſſe confinium. *Conduxerunt adverſus eos Conſiliatores, ut deſtruerent conſilium eorum, omnibus diebus Cyri Regis Perſarum.* Nemo ſanæ mentis cogitabit, conceſſam magnificè, uti vidimus, in templi & urbis ædificationem gratiam; ab ipſo Rege Cyro ſine ulla cauſa fuiſſe ſuſpenſam. Si ille animitùs volente corde erectionem decrevit, opes reſtituit, quomodò revocavit? In res Iudaicas ille ſummè propenſus, à quo ergo in diebus eius templi decreti diſturbatum eſt opus? Meditanter, non ab illo, ſed in diebus eius, dicitur. *Cambyſes adhuc vivente patre, duodecim annis tenuit regnum Aſſyriorum: unde eo mortuo Monarchiam ſeptem annis* 1. Eſdr. 4. 5. *Quomodò opus templi ſuſpenſum in diebus Cyri opus imperantis?* Comeſt.

*nis tenuit.* Ita Scoliastes Comestor. *Addition.* ad cap.20. *Daniel.* In bella externa cùm intenderet Cyrus, ne aliquid Babyloni machinarentur in absentem Regem, pro se suffecit Cambysem: qui cùm caperatæ frontis esset, & levissimi cordis, credens Satrapis, à Samaritanis corruptis, nihilque quæstibus Hebræorum respondens, quasi nesciret decreta patris; spe decipiebat, expectatione lactabat: interimque opus sacrum omninò mutilum, quippe ulterius non promotum; quousque mortuo patre adeptus vastam tot Provinciarum Monarchiam, demonstravit palam voluntatem aversam. Qua patet etiam in diebus Cyri à Cambyse inhibitam templi continuationem; quando Iudæis haud facile, Cyrum adire patrem.

9 Secundum, difficilius extricatione videtur: propter nominum Regum complicationem. Suspensum est Iudæorum studium, & templi sacri incrementum, Cuthæorum artificio, ac Cambysis odio, *Omnibus diebus Cyri Regis Persarum, usque ad regnum Darij. In regno autem Assueri in principio regni eius scripserunt* (qui supra) *accusationem adversus habitatores Iudæ & Ierusalem: & in diebus Artaxerxis scripsit Beselam Mithridates, & Thabeël, & reliqui qui erant in consilio eorum, ad Artaxerxem Regem Persarum.* Inter Cyrum & Darium duntaxat fuere Cambyses, & Pseudo Smerdes: quinam enim, sunt hi Assuerus & Artaxerxes? Cambysem his nominibus vocari, astruit Sanct. hic n.11. Alapid. Caietan. & Maluenda. *Trinomius fuit*; ait Histor. Scholast. *addition.* 2. ad cap. 1. *Iudith*: imò tetra vel pentanomius: quandoquidem si sub tempore eius historia Iudith (ut placet Augustin. 18. *Civit.* cap.26. Bedæ, de *Sex mund. ætatib.* Euseb. *Chronic.* ann. 4674. Dionys. Chartus. Hugoni, Lyran. in *Iudith.* Riber. in 2. *Nahum*, Ioann. Driedo de *Scripturis & dogmatib.* p.2. lib.1. cap.2. & p.3. lib.3. cap.5.) erit Merodac & Nabuchodonosor. Iuxta diversas nationes uni Principi dicantur diversa nomina. Apud Græcos dicitur *Artaxerxes*, idest, bellator insignis: *Xerxes*, miles Martius, pugnax, vel bellicosus: *Assuerus*, Hebraicè, nimirùm, Princeps, vel Cephas: multotiesque iunguntur divisa nomina, ut *Artaxerxes-Assuerus*, apud Metasthenem in *Annal. Persar.* prop. fin. quo quidem titulo honoratur Cambyses, ibid. quia qui caput Persarum & Princeps, erat bellator strenuus.

ibid. v.6. & 7.

*An Assuerus & Artaxerxes sint unus?*

10 Cogitatio roboranda. Præter nomina propria, olim habuerunt Reges illustria & varia nomina appellativa, vel à casu, vel à fortuna, vel à primo regni Monarcha, vel ab honore dignitatis, vel à muneris officijs, ut apud Athenienses, Archontes: apud Lacones, Ephori: apud Achæos, Amphyctiones; & sic de alijs, uti dixi, *Tom.5. T.1. n.14.* Unde Hieronym. in 29. *Ezech.* v. 2. inquit: *Sicut apud Romanos, Cæsares & Augusti, reges eorum appellantur à primo, C. Cæsare; & secundo, adoptivo eius Octaviano, qui postea Augustus est nominatus: & apud Cyros. Anthiochi: apud Persas, Arsacidæ: apud Philistbim, Abimelech: & post Alexandrum in Ægypto Ptolomæi usque ad Cleopatram.* Sic apud Persas nomen Cyri inolevit tam ex illustri Monarcha, quam ex nominis gloria; quippe Cyrus significat inter Medos Fulgoris hæredem, sive Solem: apud Ægyptios, *Helios*, apud Hebreos, *Samson*: hoc enim nomine summa designabatur regiæ dignitatis, celsitas muneris, subditorum cultus, ac regiminis modus: igitur sicut Sol solus in cœlo; ita Monarcha in terra Cyrus, Sol & solus, excellens cuncta, sicut luce Sol excellit astra, quantumvis in sphæra superiora: magis apud subditos æstimabilis, quò gestis respondet splendori muneris. Hinc apud Persas insigne Regis Solis imago, vel quia Monarchæ specimen, vel quia uti luminare maius, colebatur tanquàm Numen. *Super tabernaculum, unde ab omnibus conspici posset, imago Solis crystallo inclusa fulgebat*, inquit Q. Curt. d. *lib.3. cap.3.* Intuitus ritus huius delicatur hìc à Freinshemio: *Crystallo* (infit) *veluti sacello clausum, ut oriente vero Sole, & in crystallum, aurumque incidente accenderetur, & ex repercussu Solis per anaclasim incensus, alter Sol videretur, oculosque intuentium perstringeret.* Eadem Blancard. hic. Nomina magna spe ambita Regibus & à Regibus. Nihil mirum, quod Cambyses non solùm plauderetur Nabuchodonosor, sed etiam vocaretur Assuerus-Artaxerxes, ut per nominum, cognominumque magnitudinem, cunctis, quod ardebat, Regibus se exhiberet saltem quoad speciem, superiorem. Cyro patri invidit, quem æmulari non valuit. *Cyro videri me aliquantò præstantiorem* (inquit apud Rhodigin. *lib.16. cap.20.*) *cui adessent illius omnia, prætereàque imperio adiecissem Ægyptum & mare.* Habent enim AA. præfati, quo astruere possint filium Cyri Cambysem, fuisse (ut textus indicare videtur) Assuerum & Artaxerxem.

*Nomina Regum gloriosa.*

Q. Curt.

Freinsh.

*Insigne Regum Persarum imago Solis.*

Cœl. Rhod.

*Arrogantia Cambysis.*

11 At priusquam meam cogitationem in medium statuam, Cambysis referam brevì vitam, seu potiùs amentiam. *Ab ipsis natalibus gravi admodum laborasse morbo ferunt:*

*runt : proindeque multa sæpe feciſſe , quæ vel infirmæ fortunæ virum dedecerent , nedùm tantum Principem : nam cuius corpus adeò infeſtaretur , eius ne mens quidem magnoperè conſtabat.* Rhodigin. ibid. Addidit amentiæ ebrietatem , ut carpit Senec. 3. de *Ira* , cap. 14. Inſuper crudelitatem ſummam. *Totius populi nares recidit in Syria* (ibid. *cap.* 20.) *inde Rhinocolura loci nomen eſt* (iuxta Torrentem Ægypti , ut notat Adrichom. *Theatr.* in *Simeon.* n. 4. & 64.) *Peperciſſe illum iudicas , quòd non tot capita præcidit ? Novo genere pœnæ delectatus eſt. Tale aliquid paſsi ſorent Æthiopes , qui ob longiſsimæ vitæ ſpatium Macrobij appellantur : in hos enim quia non ſupinis manibus exceperant ſervitutem , miſſiſque legatis libera reſponſa dederant ( quæ contumelioſa Reges vocant ) fremebat : & non proviſis commeatibus , non exploratis itineribus , per invia , per arentia trahebat exercitum , cui intra primum iter deerant neceſſaria , nec quicquam ſubminiſtrabat ſterilis & inculta , humanoque incognita veſtigio regio ::: Agebat adhuc ira Regem præcipitem , cùm partem exercitus amiſiſſet , partem comediſſet , donec timuit , ne & ipſe vocaretur ad ſortem.* Poſt cladem Ægypto illatam , de qua infra ; idem infit. lib. 2. *Natural. qq.* cap. 30. *Aliquando Cambyſſes miſit exercitum ad Ammonem ; quem arena Auſtro mota , & more nivis incidens , texit , deinde obruit.* In Ægypti ſtrage ſeſe inſania & crudelitate exceſſit : igitur poſt Memphim , expugnatâ Saim urbe inſigni , ubi cadaver Amaſis conditum erat ; *Ad defatigationem ſuorum uſque , cædi verberibus imperavit ; & ſtimulis fodicari , donec ferrum hebeſceret , maiore verberantis , quam vapulantis dedecore : ſed quid mirum , humanas ab eo eſſe violatas leges , qui omnia divina iura corruperat?* Ita Briet. *Ann.* 3529. & Raviſ. Text. *Officin.* lib. 2. cap. 102.

*Inſania, ebrietas & crudelitas.* Rhodigin. Senec. Adrichom. Senec. *Vel in cadavera.* Briet.

12 Cauſa averſionis in Ægyptios , apud quos peſsimè audivit , traditur fuiſſe impoſtura Amaſis Regis , à quo poſtulaverat filiam in uxorem : Amaſiſque edoctus de Cambyſis inſania , pro filia aliam virginem ſuſtituit. Polyenus *lib.* 8. & Petav. 1. p. *Rationar.* lib. 3. cap. 1. ſcribunt huiuſmodi dolum ab Amaſi factum Cyro , tradita Niteti pro filia : quæ quidem ubi plures è Cyro liberos ſuſcepit ; inque his Cambyſem , Cyro fraudem confeſſa , eum perpulit , ut quoniam Amaſis obierat , in filium eius Pſammeticum iniuriam vindicaret : at in apparatu mortuo Cyro , Cambyſſes hortatu matris Ægypti regnum ſibi & poſteris invaſit. In hac expeditione non hominibus tantùm ſed Dijs , Religionique bellum indixiſſe videbatur ( ait Kircher. *Tom.* 1. *Oedip.* ſyntagm. 1. cap. 10. *Dynaſt.* 27. ) *aras enim invertit , ſtatuas comminuit , ſuperbas Pyramidum & Obeliſcorum moles , aliaſque fabricas ferro ignique conſumpſit.* Tantùm pepercit Obeliſco Thebano , *admiratione operis* , ait Plin. *lib.* 36. *cap.* 9. cætera eſtò ſacra riſit, irriſit, femurque ſuo gladio percuſsit Bovis Numinis Apis: qua de cauſa iuſta Dei, ut aiebant vindictâ; in equum furiosè dum conſcenderet ſibi gladium defixit in femore, atque in eo loco quo vulneraverat bonum Deum Apim. Vid. Iuſtin. Rhodigin. loc. cit. Hiccine gladius in exemplum ſervabatur Athenis, unde Pauſanias, cap. 27. inquit: *Pulcherrimum verò & ad Athenienſium gloriam maximè inſigne monimentum , Cambyſæ acinaces præbuit.* Furentis enim hominis indicia ſunt manifeſta, quippe levi de cauſa atrociſsima cuncta. Fratrem de medio tulit , quia in ſolio ſuo conſedentem ſomniavit , & vertice tangere cœlum. Briet. Petavius, Plutarch. de *Pietate erga fratr.* & Textor. *Officin.* lib. 5. cap. 40. Sororem quam etiam uxorem duxerat , quia plorabat Smerdem , iracundus interfecit. Ibid. Duodecim Perſarum primores nullâ cauſâ vivos defodit. Ibid. *cap.* 33. A Crœſo, ut in meliorem mentem veniret , laudatus , audivit : *Nihil quidem ò Rex , hoc uno ſaltem Cyro patre inferior videris , quod necdùm tibi eiuſmodi ſit filius , qualem te is & genuit & educavit.* Rhodigin. *lib.* 16. *cap.* 9. ſed cum amice quæ officij erat , admoneret duci in necem iuſsit. Perſæ clàm ſubduxerunt: quo cognito , Crœſsi conſervatoribus affectis capitali iudicio , ſummè gaviſus eſt. Petav. quò ſupr. *Erat enim difficilis ut parceret ſuis , imò difficile , qui cum contempta Religionis , graſſatus etiam apud Deos fuerat. Interim ipſe gladio ſuo ſponte evaginato , in femore graviter vulneratus occubuit : pœnaſque luit , ſeu imperati parricidij , ſeu ſacrilegij perpetrati.* Ita Iuſtin. d. & Ioan. Textor. d. *lib.* 2. *cap.* 51. 60. 101. 102. Videris Herodot. *lib.* 7. & 9.

*Eius gladius in Athenienſium templo?* Pauſan. *Truculentia* Iuſtin. *Mors.*

13 Aliqui dixerunt Cambyſem fuiſſe Seſoſtrim , ſeu Seſac , de quo 3. *Reg.* 11. 4-14. 25-2. *Paral.* 12. 2. etenim cùm Ægyptum ſubiugaſſet, ſeſe ſupra humana extulit: *Nam ſuperior eo nullus fuit* (inquit Comeſtor, *Addit.* 1. *in cap.* 1. *Iudith*) *Voluit enim ſolus adorari pro Deo ; nec cùm ægrotaret volebat in lectica deferri , niſi à cervicalibus Regum , quaſi omnes ſuperaret.* Eadem dicuntur de inſolentia Seſoſtris apud AA. Profanos. Plin. *lib.* 33. *cap.* 3. de Cyri victoria dicit : *Victo Seſoſtri , Ægypti Rege , tam ſuperbo , ut pro-*

*An fuerit Seſoſtris?* Comeſt. *Eius inſolentia.*

*prodatur annis quibusque sorte Reges singulos è subiectis, iungere ad currum solitus, sicque triumphare.* Lucan. lib.10. *Pharsal.* v.276.

Plin. Lucan.

*Venit ad occasum, mundique extrema Sesostris,*
*Et Pharios currus Regum cervicibus egit.*

Videsis Herodot. *lib.*3. quem impugnat Ioseph.8. *Antiq.*cap.4. quasi Sesostris non Ægypti, sed Ninives fuisset Rex: ut astruit ex Hugon. Grotio Screvelius in cit. loc. *Lucani*, & Zetzes, *Chiliad.*3. cap.69. ubi:

Zetz.

*Assyriorum Rex Sesostris ille,*
*Iungens in curru Reges, & ab ipsis tractus,*
*Quemadmodùm ab æquis alij, &c.*

Indiscreta profectò utriusque opera, sed distinctissima tempora; cùm Sesac ex sacra pagina constet regnasse tempore Roboämi, & Cambysem post libertatem captivi populi. Utroque antiquior Sesostris Ægypti Rex, nimirùm, sub ducatu Debboræ & Barach. Unde Sesac de quo Scriptura, vocatur Smende, seu Simandius, ut calculo certo certiore computat Kircher. in *Chronolog.Reg.Ægypt.* Syntagm.1. cap.10. Tom.1. *Oedip. Copt.* Sive sit ille Cambyses, sive non, claret ex dictis inconstantia eius animi & mentis, ac in res Iudaicas malignitas voluntatis: qua quidem allecti Iudæorum adversarij, nacti fuere occasionem rescriptionis imposituræ: tenorque epistolæ sat fuit sagacitate hostium, ut opus templi sacri per novem annos perseveraret abstrumptum.

14 Modò in testimoniorum concordiam iuxta infallibilem literam, quin duos Reges Assyriorum premamur fingere unum. Dixi sup. *n.6.* Patazitem fratrem suum iuniorem Smerdem (Smerdi, seu Mergidi summè simílem, sub titulo seu nomine Artaxerxis) in throno Cyri collocasse, fretum utriusque similitudine, expulso præ vitijs insano Rege Cambyse. Quod absente Cyro, Cambyse regente, pòstque Monarchà, conata est in Iudæos Samaritanorum malitia: summis viribus perficere studuit, dum Magnus, Pseudo-Smerdes, Artaxerxes regnavit. Hinc liquet clara litera textuum. Quater Iudæi pro templi erectione coram Assyriorum Regibus accusati à Cuthæis sunt. Primò, Cyro in bellum Scythicum absenti, & Cambyse pro illo regente, non regnante. Secundò, Cambyse regnante & regente. Tertio, Mago, supposititio Artaxerxe. Postremò elato in thronum Dario, qui scrutatis scrinijs arcarij Babylonis, inventàque facultate, datà à Cyro, Iudæis; non solùm gratiam regiè firmavit; sed universam sacram supellectilem in cultum templi restituit. 1. *Esdr.* 5. à 5. & cap. 6. à v.1. Clareat ergo difficultatis expositio.

*Quisnam Artaxerxes ante Darium Hystaspis.*

1.Esdr.4. à v.5.

*Conduxerunt* (primò) *adversus eos consiliatores, ut destruerent consilium eorum omnibus diebus vitæ Cyri* (ex quo in Massagetas abfuit) *usque ad regnum Darij Regis Persarum*: nimirùm habenas regni pro patre assumente Cambysse, & illicò: ideoque additur: *In regno autem Assueri, in principio regni eius scripserunt accusationem adversus habitatores Iudæ & Ierusalem.* Haud cessarunt ab incœpto, Cambyse mortuo: & (pro *etiam*) *in diebus Artaxerxis* (Pseudo-Smerdis, Magi, accusationem) *scripsit Beselam Mithridates, & Toabel, & reliqui qui erant in consilio eorum.* Quid clarius? Quorsùm univocatio Assueri & Artaxerxis, ut factum dicatur sub unius tempore, quod molitum sub utroque? Quo intuitu in Scripturæ obscuritatem voluntariè vaga cogitatio univocat, quos textus perspicuò uti singulos declarat? Hoc non est Scripturam exponere, sed turbare.

*Et pro etiam.*

15 Verùm dices. Videtur unam fuisse & coram uno accusationem; quia dicitur *Epistola accusationis*, v. 7. non Epistolæ. Levis momenti argumentum, cùm præmittatur, v.6. *Scripserunt*: & v.7. *Scripsit Beselam*, quo non clam est, duas fuisse epistolas, ad duos Reges Assyriorum, seu Persarum, & discretis temporibus: unam scilicèt, in principio Assueri Regis, seu Cambysis; & alteram, in diebus Magi Artaxerxis. Constabit ampliùs ex lectione Hebræa. Pro *Epistola accusationis*, legitur: *Scriptum autographi.* quam lectionem sequitur & exponit Maluenda, subdens: *Significat exemplar ex autographo, seu archetypo sumptum; seu trasumptum ex originali transfusum, quasi dicas, Similem scripturam, scripturam expressam.* Duæ epistolæ sunt scriptæ & directæ in manus duorum Regum. Primæ constat, quia in diebus Assueri *scripserunt* Consiliarij, seu Duces, qui erant in Samaria; sed eius autographum in Bibliotheca Babylonica non est inventum, ut exemplar exhiberetur ex diplomate transcriptum. Constat illos adversus Iudæos scripsisse, sed non quid. Ex secunda epistola, quæ Artaxerxem Magum, constat quid & qui scripserint: igitur in Bibliotheca prædicta erat autographum, unde exemplar expresse & fideliter transcriptum: in cuius testimonium, seu ampliorem notam, autographum,

V.7.

Maluend.

*Duplex in Iudæos epistola accusationis.*

unde

unde sumptum exemplar, seu *Epistola accusationis scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.*

16 En nostra Tautologia. In signum veritatis notum fit, non solúm inibi esse tenorem epistolæ, sed quo idiomate epistolam accusationis fuisse scriptam. Expositio Pleonasmi facilis prorsùm, regulâ Scripturæ, quam sæpe tradidi (& hic *Tautolog.5.n.41-6.n.17.* & 32-7.*n.38.*) nimirùm, apud Orientales esse in usu, vel propter exergasiam, vel propter epitasim, animi vividiorem expressionem; declarare rei propositum, & simul in rem suppositum. Astruitur Tautologijs, de quibus infrà: *Evangelium evangelizare; Seminare semen, Prædicare prædicationem, Docere doctrinâ; Exhortari in exhortando.* In materia Tautologiæ sunt plura attestantia testimonia. *In Licaönia, turbæ levaverunt vocem Licaönicè.* Act.14.6.10.& 4.Reg.18.26. *Precamur ut loquaris nobis servis tuis Syriace: siquidem intelligimus hanc linguam.* Hebr. *Syram linguam.* August.Epist.56. *Græci homines in Græcia & Græca lingua.* Apud Ethnicos ubertimè stylus. Theocrit. *Edyl.* 15. v.93. *Doricè loqui, licèt Dorienses.* Edyl.18. v.47. *Non Phrygiè, sed in Phrygia. Latona det Latona, Venus autem Venus, & Iupiter Iupiter det. Literæ autem in cortice scribentur Doricè, ut præteriens perlegat Doricè: Venerare me, Helenæ planta sum.* Plautus in *Pœnul.* Act.5. scen.1. à v.1. *Pœnus loquitur Punicè*: Idem Gallicèrt. ut videbimus *num.33.* Catull. *Epigram.64. Celtiber in Celtiberia.* Picus Mirandulan. de *Laud. Barbariei*, inquit: *Non est Latinum, non est Romanè dictum.* Martial. in *Epist.* ad lib. 12. *Romam, non Hispanien sem librum mittamus sed Hispanum.* Ubi Domitius Calderin. subdit: *Liber qui Romanâ linguâ in Hispania est compositus, Hispanien sis dicitur: Hispanus, qui in Hispania, linguâ Hispanâ.* Unde Ovid. lib.3. *Trist.* Eleg.1. v.17. ait:

*Epitasis, exergasia, at que suppositi expressio.* August. Theocrit. Martial. Calderin.

*Siqua videbuntur casu non dicta Latinè;*
*In qua scribebat barbara terra fuit.*

Denique Sanctius in *Act.2.6.* n.27. infit: *Ab Hebræo concionatore auditores Hebræi Hebræam sanè linguam audituri.* Vide tot in sententijs suppositum explicari. Haud secùs in nostra Tautologia, explicitis, quo idiomate lecta & scripta in Iudæos accusationis epistola: at in hunc sensum & in alios alia excogitanda.

Ovid. Sanct. *Prima exposit.*

17 Scribere varie sumitur ab AA. Simpliciter pro formatione literarum, ut in pueris, quod dicitur exarare; vel pro elementorum figuris in expressionem conceptionum mentis: at ut verbum commune, iuxta materiam cui iungitur diversis gaudet significationibus. *Scribere leges*, est illas condere ac fulminare: *Scribere hæredem*, testamento nominare; sicut servis scribere libertatem: *Scribere imaginem*, idest, pingere, aut colorare: *Carmina scribere*, pro componere: *Scribere facta*, pro describere: *Grates scribere*, pro gratias agere: *Scribere dicam*, pro litem movere: *Terga scribere*, pro verberare: *Numos scribere*, pro mutuum dare; quia non ex arca domi, sed in foro per scripturam publicam numerabatur pecunia: unde dicebatur *rescribi*, dum solvebatur. Terent. in *Phorm.* Act.5.scen.7.v.28.

*Variæ acceptiones Scripturæ.*

*Transi sodes ad forum, atque illud mihi*
*Argentum rursùm iube rescribi.*

Terent.

Idest, restitui. Videsis hìc Donat. Turneb. 4. *Adversar.* cap.13. & Levin. Torrent. cum Lambino, & Gualter. Chabotio, in illud *Horat.* lib.2. *Satyr.* 3. v.76. *Quod tu nunquàm rescribere possis.* Sic alia, de quibus egimus *Tom.2.T.4. à n.* 14. Unde *Scribere* pro *Dare* apud Priscos, ut notat Servius in 7.*Æn.*v.422. etiam La-Zerd. *n.3.* multisque testimonijs Baptist. Pius in *Armot. poster.* cap. 181. Quo intelligitur illud Lucæ 16. 6. & 7. *Scribe quinquaginta: scribe octoginta.*

18 De generibus chartarum, latè Plin. *lib.* 13. *cap.* 12. & hìc abundè Delecamp. In folijs, potissimè palmæ, idem *cap.* 11. & Virgil. 3. *Æneid.* v. 443. de Sibylla Cumæa:

*Varia materia Chartarum.*

*Fata canit, foliisque notas, & nomina mandat.*

Virgil.

Post in pellibus, quod propriè *Charta*: Maiol. *Tom.1. Colloq.23.*& Alex.ab Alex. *lib.* 2. *cap.30.* Unde vellus aureum dictum, quia in pelle (quæ charta) arietis scripta erant principia Chimiæ, queis metallum quodlibet transformaretur in aurum; ut alibi dixi ex Natal. de Comitib.6. *Mythолog.* cap.8. Linteölis scriptum olim aquâ maceratâ pro colore, sanguine, aut minio, asserit Melch. Geladin. de *Papyro*, fusè: Guidoque Panciroll. *p.2. titul.13.* & Ulpian. *d. l. Librorum* 52. In malvis etiam, ut ait Isidor. 6. *Etymolog.* cap. 12. Post in phyluris papyri, quæ est tunica illa tenuior inter corticem & lignum arboris; vel in iunco, unde nomen libri. Orosius *lib.6. cap.*15. Ptolomeus Philadelphus insignem

*Qui Vellus aureum Argonautarũ.*

ex papyro bibliothecam instituit. Eumenes Pergami Rex post Anthiochum superatum, æmulatione ductus construere conabatur aliam superiorem Alexandrinà : at Ptolomeus id resciscens,ne papyrus è suo regno exportaretur;interdicto prohibuit. Verùm Eumenes alium conficiendi chartam modum invenit ; nimirùm pelles animalium, coria, seu membrana , dicta *Pergamena* ab urbe Pergama , ubi primùm inventa. Plin. *lib.*13. *cap.*11. hic Dalecamp.& Panciroll. loc.cit. Ex membranis continuatis olim formabantur libri;iccircò usitatum verbum , *Evolvere libros* ; ut ait Laurent. Valla, 6.de *Elegant.* cap.43. Hispan. *Rollo*: unde illud *Isai.*34.3. & Apocal.6.14. *Cœlum recessit , sicut liber involutus*: Latinè vocantur *Volumina*, haud alia de causa, nisi quia unica tantùm facies pellis signabatur literis,ut intra aliam vacuam involuta illibatè servaretur. Vel apud Romanos usus ut ait Ovid. 3. *Trist.* Eleg.14. v.19. *Volumina formæ.* Frequentior apud hos materia lignea cerata : aliquando ære , marmore , asseribus eboreis utebantur. *In palmarum foliis primò scriptitatum , deinde quarundam arborum libris : postea publica monumenta plumbeis voluminibus : mox & privata linteis confici cœpta , aut ceris.* Ita Plin. ubi dud. Petr. Victor. *lib.*5. *cap.*16. Vopisc. in *Tacit. vit.* & in *Aurelian.* & Tiraquell.latè in Alex.loc. cit. Leges duodecim Tabularum in ære incisas, docent Dionys. Halicarn.lib.10.*Antiq.* cap.ult. Cicer. 1.in *Catilin.* & Liv. *lib.*2. *Decad.* 1. de illis , 1. Mach.8.21. dicitur : *Rescripserunt in tabulis æreis , & miserunt in Ierusalem , ut esset apud eos ibi memoriale pacis & societatis.* Idem 14. 18. Apud Græcos etiam usitatum , insigniora inscribi saxis,uti de Themistocle , asserit Herodot. *lib.*8. victo Xerxe. De Danis refert Saxo Grammatic. Præfat. in *Histor.* illorum. De Gothis Olaus Magn. lib.1. de *Gentib. Septentrio.* cap. 18. & 20. De Ægyptijs , latè Pier. Valer. & Kircher, in *Obelisc. Pamph.* & in *Ædip. Copt.* In membranis aliquando vel in signum honoris , vel in signum momenti rerum , literis aureis figurabantur literæ, ut de lege sancta Philadelpho remissa ab Eleazaro Summo Sacerdote , tradidit Ioseph. 12. *Antiq.* cap.2. Ita videmus in Regijs privilegijs , quorum capita olim signabantur Rubricà , ut dixi , *Tom.*2. cit.n.23. Hieronym. Prolog. 1. in *Iob*, infit : *Libros in membranis purpureis , auro argentoque descriptos.* Aliter iudicium tulit de Legibus Draconis Demades , dicens ( apud Plutarch. in *Solon.*) non immeritò ; cùm levibus culpis constitueretur pœna capitalis ; *Draconem non attramento , sed sanguine leges scripsisse.*

*Quid charta, liber, & volumen.*

Plin.

*Eorumque materia.*

Hieronym.

Plutarch.

19 Diversimodò etiam mentem scriptis proferebant Veteres , ut mutuò sese sine aliorum intelligentia intelligerent. Hoc argumentum , collectis antiquitatis ruderibus, exornavit Ioannes de Porta lib.de *Liter.furtiv.*N.Thrithem.in *Polygraph.* Guido Panciroll.p.2.*Rer.memorabil.*Titul.14. Petra Sancta, 4. de *Symbol. Heroic.* à cap. 1. Iust. Lipsl. lib.5. de *Milit. Rom.* Dialog. 9. Aul. Gell. *lib.*17. *cap.*9. Isidor. 1. *Etymolog.* à cap. 21. Alijs & alijs characteribus , seu figuris utebantur Prisci in rebus lætis & in annunciatione mœroris. *In epistolis si læta essent scribenda , minutiore & accuratiore literarum genere: sin autem , grandiore* : ait Meursius in locum illum Plauti , *Bacchid.* Act.4. scen.9. v.68.

*Literæ furtivæ.*

Meurs.

Plaut.

*Euge literas minutas ( si videat parùm )*
*Verùm qui satis videat , grandes satis sunt.*

Similiter Ægyptij utebantur in sacris distincto Alphabeto à vulgari , cuilibet intelligibili , de quo infrà, ut efformat, pingitque Kircher.de *Obelisc.Pamphil.*lib.2.cap.6 & Tom. 3.*Oedip. Copt.* Diatrib.2. *Theatr. hieroglyph.* Inversò ordine plures scripsere , distinctissima (varijs literarum transmutationibus,collocationibus, combinationibus) à sententijs efformantes;ut videmus & ridemus in Anagrammatistis. Aliqui plaudunt uti ingeniosissimum , huiusmodi inventum insulsum, adminus ineptè otiosum. Delirium vocat Scaliger *Exercitat* 327. in Cardan. *Vilissimorum mancipiorum ista commenta sunt ; sapientià altiùs sedet* : ait Senec. Epist. 90. Quod quidem ad unguem quadrat in Hebræos sequentes animitùs Masoretas ; de quo *num.*27. Siccine insipidum, quod Hispani vocant: *Gerigonza* , infimæ plebis colloquium : v. g. pro *Herus venit* ( addita aliquà particulà voluntariæ syllabæ,ut *La,le,te,tris,tras*)loquuntur *Hela,rusla,vela,nitla*:vel syllaba ultima dictionis præposita;*Nitve rushe.* Apagete. Aliter per literas & signa solet scribi(Vernaculè: *Romance mudo*)proprièque dum signa tantùm oculis objciuntur,ut in scala Musicæ: *Mi Sol.* Impropriè, dum signis iunguntur elementa; uti *Virtus Ut Sol,Mi-cat.*Adi Kircher, Tom. 2.*Oedip.* Class.1. cap.4. ubi plura curiosa.

Senec.

*Varij harum usus.*

20 De combinationibus multiplicibus literarum,studioque illarum cum mirandis delirijs ac superstitionibus Magiam redolentibus,Arabum,Saracenorum, & Hebræorum, idem ibid. tota *Class.*4. & 5. Titul. *Cabala.* Nomen Dei Sanctum asserunt à Ieremia inven-

ventum per alphabeticam revolutionem ex libro creationis, qui dicitur *Ietsirah*, uti effutit Rabb. Iuda in lib. *Batachon*, sive de Spe. *Cum Ieremias* (infit) *librum Ietsirah multùm & sæpe, nocturna diurnáque manu versaret; dicitur ad eum venisse Bat Kol, filiam vocis (ita appellat verbum in revelationem) quæ tribus annis eum dicto libro insudare iubebat. Quibus elapsis, cùm iam ei literarum placeret coniugatio, ut tractatus ope miranda exequeretur; ecce mox ipsi, eiusque aspectis novus se homo exhibuit, cuius frons hæc verba præ se ferebat: Tetragrammatos Deus vivus. Sentiens autem dictus noviter creatus homo* Rabb. Iuda. *scripturam in fronte; extensà manu primam in voce Emeth, literam delevit, mansitque sensus: Deus mortuus. Quare Ieremias indignatione perculsus, scidit vestimenta sua, dicens: Quare tu deponis Aleph ab Emeth? Respondit, Quoniam defecerunt ubique à fidelitate Creatoris, qui nos creavit ad imaginem & similitudinem suam. Tunc Ieremias, Quomodò igitur apprehendemus eum? Respondit ille: Scribite Alphabeta ad spatium in hunc pulverem, dispersum iuxta intelligentiam cordium vestrorum. Fecerunt ita: & factus est coram eis homo ille novus pulvis & cinis, & disparuit.* O cerebrum terebratum, sinciput putidum! In veritatis theatrum est necessarium combinationis commentum? Iesus novus homo, Tetragrammatos Deus vivus & verus: quia defecerunt cuncti in Adamo à Creatore qui illum ad imaginem & similitudinem suam formaverat, per novum, veterem hominem restaurare decreverat: & qui Deus vivus, apparuit homo Deus mortuus; igitur nisi per Dei mortem reparari nequibat ruina generis contracta per originariam luem. A Domino factum est istud, quod quidem mirabile in oculis nostris. Si scandalum tuis, niteris inficiari figmento, quod perfectum in Calvario? Scrutare Scripturas: Isai. 53. 4. ubi: *Percussum à Deo & humiliatum.* Hebr. *Percussum Deum & humiliatum.* Vid. Leon. à Castro hic. & Maluend. Deuter. 21. 23. de homine appenso in ligno dicitur: *Non permanebit cadaver eius in ligno, quia maledictus à Deo est, qui pendet in ligno.* Hebr. *Contumeliosè Deus suspensus est*: fusè hic cit. Maluend. Unde testimonij sensus est: quisquis moriens in cruce pependerit, illa die deponetur de cruce; quia *Deus contumeliosè suspensus* (pro *Suspendendus*) *est.* Ita Zachar. 12. 10. accepto præterito pro futuro: *Aspicient ad me, quem confixerunt.* Hoc testimonio utitur Ioann. 19. 37. & *Apocal.* 1. 7. Quid clarius testimonio Ieremiæ? *Spiritus oris nostri Christus* (Hebr. *Messias*, *Iehova*, ut apud Maluendam) *Dominus captus est in peccatis nostris.* Thren. 4. 20. Ita ut vidimus *Tautolog.* 1. n. 54. *Dominus regnavit à ligno.* & Psalm. 40. 2. *Beatus qui intelligit Deum egenum & pauperem.* Ibi *El* cum punto Cere sonat *Deum*: & translatum cum puncto Segol, quod significat *Super.* Denique Deuter. 32. 18. dicitur: *Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus est Domini Creatoris tui.* Hebr. apud Porchetum. 1. p. *Victoriæ adversf. Iudæos*, cap. 16. *Deum petram debilitasti, & oblitus es Deum vulneratum tuum, occisum tuum.* Adi Genebrard. in *Psalm.* 77. n. 47. Cano, lib. 2. de *Loc. Hebraic.* cap. 13. & 14. Hermem Lætmatium, de *Instaurand. Religion.* lib. 8. cap. 6. & Galatin. 1. de *Arcan.* cap. 8. In institutum transeamus.

*Non viveret homo, nisi moreretur Deus homo.*

*Præteritum pro futuro.*

*Testimonia Hebræa de Christi divinitate, passione & morte.*

21 Combinatio & revolutio quibat fieri in tota Scriptura ingeniosis sententijs, ut diximus de Veritate, *Tautolog. 6. D. 4. n. 5.* (Sic ille alius interrogatus, *Quot annos in eremo vixisti?* Respondit: *Vixi*, hoc est XVII. commutatione numerorum.) exceptis Tabularum characteribus; equidem iuxta sententiam Rab. Rasi in 34. *Exod.* Tabulæ quas cum lege attulit de monte Moyses, perforatæ erant, & ex utraque parte legi quibant: uti si diceremus *Amor Roma*: & illud ex ingenioso Epigrammate:

*Anagramma insigne*

*Signa te signa: temere me tangis & angis.*

Ubi ut vides, idem dicit à dextra in sinistram, ac præut iacet. Q. d. *Non*, aut *Ama.* Ludicrum omninò Rabbini somnium, ut legenti constat; ni velit dicere, idem hinc & inde in Tabulis legis legi, si contra morem Hebræorum legerentur præcepta à sinistra in dextram: hoc non mirabile, contrarium profectò esset mirabile. Idem cuilibet accidit igitur quod in facie scriptum à dextra in sinistram, idem erit in tergo, lectum à sinistra in dextram. Ita Rabbini commendant legem: nugis, non observatione. Unde cùm videret Rasi *Mem & Samech* non posse subsistere, si perforarentur Tabulæ, ubi insculptæ, quippe non habent, unde ligentur; audacter ibid. fingit, pendulas miraculo, ne caderent, sustineri: alio sensu sensui Rasi suffragarer: scilicet, legem cordibus lapideis; vel literas in hominibus adinstar saxorum; esse profectò miraculum.

*Artificium scripturæ.*

*Quomodò mirabilis scriptura legis?*

22 De scripto Pythagoræ, seu potiùs de Magia in scriptis, quæ in orbe Lunæ possint legi; ait Rhodiginus, *lib. 9. cap. 23. Pythagoram id ridiculum facilitasse, ut quæ colli-*

*Magia Pythagoræ?*

*collibuisset, sanguine perscriberet in speculo : moxque literis ad lunam orbis pleni obversis, stanti à tergo, ut in Lunæ exaratas disco, commonstraret.* Idem Suidas, & Iul. Cæsar Bulenger. de *Ludis Veter.* cap.30. Superstitiosa planè scripta, sicut quæ indice Magnetis signat in duplicato abecedario Famian. Strada lib.2.*Prolus.6.* Academic.2.quod fictum & inane commentum iudicat & iurè Petra Sancta d. *cap.* 5. Scilicèt:

Rhodigin.

Fam.Strad.

*Hinc atque hinc elementa : quibus in verba coactis*
*Quid sit opus sentit, ferroque interprete discit.*
*Quin etiam cùm stare stylum videt, ipse vicissim*
*Si quæ respondenda putet, simili ratione*
*Literulis variè tactis, respondet amico.*

Varia in visibiles & invisibiles literas habet Porta de *Magia natur.* tot.lib.16. Modus ingeniosissimus, ut celentur per scripta, quæ proferri volunt sensa; est secreta intelligentia per puncta : uti si dixeris : *Crudelis, non, pius, &c.* ideſt, crudelis, non pius. *Porta patens esto, nulli claudatur honesto* : vel *Ibis, redibis, non morieris.* Apud me sunt siccine diversa folia volantia, in quibus diversâ punctuatione intolerabilia dicteria, quæ primo aspectu eximia videntur encomia. Marc.16.6.de Christo dicitur: *Surrexit, non est hìc: ecce locus, &c.* Quid si legerit ex Herodianis aliquis: *Surrexit? Non, est hic: ecce locus, ubi posuerunt eum.* Relinquamus fatua, & aliqua dicamus ex Scriptura.

*Sensus sententiarum oppositus, punctuatione diversa.*

23 In illa aliquando invenitur transmutatio literarum, ut *Sesac* pro *Babel*, apud Ierem. 25.26. *Rex Sesac bibet post eos* : 51. 40. *Quomodò capta est Sesac?* Confictum nomen à Propheta, astruunt Rabbini in *Cabala.* Berosus lib. 1. festum & Numen asserit Babyloniorum: at falluntur, quia nomen compactum ex transmutatione literarum. *Quomodó autem Babylon, quæ Hebraicé dicitur Babel.* ( infit Hieronym. hìc ) *intelligatur Sesac ; non magnoperè elaborabit qui Hebræę linguæ parvam saltem habuerit scientiam. Apud Hebræos primum* (Alphabeti elementum) *est Aleph, secundum Beth &c. usque ad vigesimam secundam literam Thau, cui penultima est Sin* ( scilicèt *Sc.* ) *Legimus itaque Aleph Tau, Beth Sin: cùmque venerimus ad Lamed* ( ubi Alphabeti medium ) *literæ occurrit Caph : & ut si rectè legamus, legimus Babel : ita ordine commutato, legimus Sesac. Vocales autem literæ in Beth, Beth & Lamed* ( ideſt, in B.B.& L.) *iuxta Idioma Linguæ Hebræa in hoc nomine non ponuntur. Arbitrorque à sancto Propheta prudenter fuisse celatum, ne apertè eorum contra se insaniam commoveret.* Hæccine arida & fastidiosa videbuntur menti arenti ; sed omninò necessaria, studioso sacri eloquij. Intelligetur modò illud Ezechielis, 10.14.quo cæspitant ignari huiusmodi interdùm in Biblis literarum translocationis. *Quatuor autem facies* (dicitur) *habebat unum. Unum* pro *Quodlibet* more Hebræo. Facies erant, ut constat *cap.*1.10. hominis, leonis, vobis, & aquilę. Modò dicit : *Facies una facies Cherub, facies secunda facies hominis, & in tertio facies leonis, & in quarto facies aquilę.* Difficile sanè videtur, cùm dicat v. 20. *Ipsum est animal quod vidi subter Deum Israël iuxta fluvium Chobar.* Inter animalia ibi visa, nullum habebat faciem Cherub. Quomodò igitur cum facie Cherub bovem modò describit; qui pridem facies singulorum notavit, ac in hac secunda visione regerit? Sine regula præfata, difficilis esset testimonij intelligentia. Hic commutatione literarum *Cherub* supponitur pro *Rechub*, quæ vox Hebræè sonat trahens currum ; cum frequenter à bobus currus trahatur. Unde facies *Cherub*, seu facies *Rechub* ( ex quo anagramma; rhetoricé, *Metathesis*) idem est, ac *facies bovis* quod dixerat primo capite ; & idem animal, quod pridem viderat etiam in bovis figura & forma. Elucet perspicuò v.15. Subditur ergo : *& elevata sunt Cherubim* : ipsum est animal ( pro *Animalia*, per Synthesim ) *quod videram iuxta fluvium Chobar.* Cherubim, ideſt, quatuor animalia, Cherubim dicta, quia currum trahebant. Consule Pagnin.4. *Institut.* cap.12.

*Unum pro Quodlibet.* Ezech. 10. 14.

*Metathesis.*

*Synthesis.*

24 Apud Romanos usitatum profert Suetonius, in *Cæsar.* cap.56. *Siqua* (inquit) *occultiùs perferenda erant per notas scripsit : Ideſt, sic structo literarum ordine, ut nullum verbum effici posset : quæ siquis investigare & persequi vellet, quartam elementorum literam, D. pro A, & perinde reliquas commutet.* Idem asserit de Augusto in eius Vit. cap.88.Isidor.d.*cap.*25.& Dio, *lib.*35. De varijs posituris digitorum in mutam loquelam, consulendi Pier. Valerian. *lib.*37. à *cap.*1. & Isidor. *cap.*26. Tibull. *lib.*1.Eleg.6.à v.19.& Ovid.1.*Amor.* Eleg.4.v.17.

Sueton.

Ziphræ Priscæ. Ovid.

*Me specta nutusque meos, vultumque loquacem:*
*Excipe furtivas, & refer ipsa notas.*

Notis quasi literis hieroglyphicis scripsisse Ægyptios hierophantas pueris cognitum. *Visit*

(ait

(ait de Germanico Tacit. 2. *Annal.* cap. 60.) *veterum Thebarum magna vestigia, & manebant structis molibus literæ Ægyptiacæ, priorem opulentiam complexæ.* & *lib.* 11. *cap.* 14. infit: *Primi per figuras animalium sensus mentis effingebant; & antiquissima monimenta memoriæ humanæ impressa saxis cernuntur.* Lucan. 3. *Pharsal.* a v. 223. & Apuleius *Metamorph.* lib. 11. inquit: *De opertis adyti Sacerdos Isidis profert quosdam libros ignotis literis prænotatos partim figuris huiusmodi animalium, concepti sermonis compendiosa verba suggerentes: partim nodosis in modum rotæ tortuosis, capreolatimque condensis apicibus, à curiositate profanorum lectione munita.* Primò inventum à Phœnicibus, accinit Lucan. d. v. 220.

Tacit. *Notæ Ægyptiorum.* Apulei.

*Phœnices primi, famæ si creditur, ausi*
*Mansuram rudibus vocem signare figuris.*

Lucan.

Idem refert Pompon. Mela. 1. de *Situ Orb.* cap. 12. & hic Isacius Vosius. De Sinis eorumque in scribendo notis, Ioann. Nieuhov. p. ult. de *Legation. Batav. ad Tartar. Cham.* cap. 2. de ipsisque atque Indis occidentalibus plura congerit, & ad vivum exhibet singularissimis characteribus, Kircher. Tom. 3. *Oedip.* in Theatr. hieroglyph. à cap. 2.

25 Ars erat in notis tam quoàd characteres, quàm quoàd abbreviatorem dictionum. *In omnibus artibus* (inquit Fulgentius 3. *Mytholog.* cap. 10.) *sunt primæ artes, sunt secundæ: ut in puerilibus literis prima abecedaria, secunda, nota.* Quo stylo Christus scripserit peccata adulteram accusantium, profectò incognitum; sicut scripsisse, certum. *Divina virtute* (ait Lyran. *n.* 13. ex quo Anton. Ghisland. *Dub.* 16.) *potuit facere, quod in aliqua figura ab eo protracta, quilibet eorum videret sua propria peccata.* Qui apud Hebræos dicebantur Scribæ, apud Ethnicos Notarij: *Qui comprehendebant signis, quod literis non tenebant*: ait Sidon. Appollinar. *lib.* 9. *Epist.* 9. De Notis Iudicialibus & Senatus-consultorum, Isidor. d. *cap.* 23. Valer. Prob. loc. cit. Hubert. Goltz. in *Augusti.* post fin. histor. & 3. p. *Topograph. Romæ*, à fol. 20. Quoàd abbreviationem dictionum, mira in AA. inveniuntur. Unde Seneca, *Epist.* 90 inquit: *Quid loquar? Quid verborum notas, quibus quamvis citata, excipitur oratio, & celeritatem linguæ manus sequitur?* Orationem Catonis in Cæsarem, dum ambiguo vafro consilio favebat Catilinæ partibus (Cicerone Consule velocissimos scriptores adhibente, qui biberent per notas quasdam, multarum literarum vim habentes) in senatu collectam; refert Philip. Beroald. ex Plutarch. in *Caton. Uticens.* Idem Asconius Pedan. dicit de Oratione Ciceronis pro Milone, apud Lips. *Epist. ad Belgas*, Centur. 1. *Epist.* 27. Summum ingenium industriamque manum, notis recipiendi velocissimè dicta; laudat Sueton. in *Tito*, cap. 3. & de Augusto, *cap.* 64. *Nepotes & literas & natare* (Lips. d. *Notar.*) *aliaque rudimenta per se plerumque docuit.* Unde Pindar. in *Olymp.* Od. 4. v. 40. ait: *Manus & cor est res par.* Nullus in descriptione ingeniosior Ausonio, qui *Epigram.* 137. succinit:

Senec. *Celeritas summa in scriptura per notas.*

*Puer notarum præpetum*
*Solers minister advola,*
*Cui multa fandi copia:*
*Punctis peracta singulis,*
*Ut una vox absolvitur.*
*Quàm præpetis dextræ fuga!*
*Tu me loquentem prævenis.*
*Quis quæso, quis me prodidit?*
*Quis ista iam dixit tibi,*
*Quæ cogitabam dicere?*
*Quæ furta corde in intimo*
*Exercet ales dextera?*
*Quis ordo rerum tam novus,*
*Veniat in aures ut tuas,*
*Quod lingua nondum absolverit?*

Auson.

Astuit variâ eruditione hìc usum Elias Vinetus. Huiusmodi dexteritatem attribuit Manilius natis sub Virginis Signo.

*At quibus Erigone dicit nascentibus ævum,*
*Ore magisterio, nodosque coërcita Virgo*
*Ad studium ducit mores, & pectora doctis*
*Artibus instituit: nec tam compendia sensus,*
*Quàm causas viresque dabit perquirere rerum,*

Manil.

*Ille decus linguæ faciet, regnumque loquendi,*
*Atque oculos mentis, qua poſsit cernere multa,*
*Quamvis occultis naturæ condita cauſis.*
*Hic & ſcriptor erit felix, cui litera verbum eſt,*
*Quique notis linguam ſuperet, curſumque loquentis;*
*Excipiet longas nova per compendia voces,*
*Et Palamedeis certantem viribus ortum:*
*Qui primus numeros rebus, qui munera ſummis*
*Impoſuit, certumque modum, propriaſque figuras.*

Ita lib. 4. *Aſtron.* à v. 189. Refert Martial. *lib.* 14. *Epigram.* 208. hicque Rader. & Calderin. *Non enim* ( ait Ammian. Marcellin. *Hiſtor.* lib. 16. ) *ut nunc literarum numerus præſtiturus, & facilis exprimit quicquid humana mens concipere poteſt; ita Priſci quoque ſcriptitarunt Ægyptij; ſed ſingulæ literæ ſingulis nominibus ſerviebant, & verbis nonnunquàm ſignificabant integros ſenſus.*

Amm. Marcell.

1. Eſdr. 7. 6. 26 Hoc intuitu de Eſdra dicitur *Scriba velox in lege* : 1. cap. 7. 6. Ideſt, expeditus, promptus, doctiſsimus, ac habilis in velocitate ſcribendi per notas, virgulas, faſciolas, ſeu lineölas, figuras pulchriores elementis effingens, ſignaque aliqua, ut difficillimis ambiguis locis poſsint diſtingui vocalia in verum Scripturæ ſenſum: quapropter ex forma Alphabeti rutila, dicitur character eius character floridus, ſeu Eſdræus: de quo Kircher tam in *Prodrom. Copt.* quàm in *Oedip.* Tom. 2. p. 1. Claſſ. 2. cap. 2. Hoc Scribarum inter Hebræos erat officium; innuitque Pſalmographus dicens: *Lingua mea calamus Scribæ, velociter ſcribentis*: Pſalm. 44. 2. Maluend. *Stylus numerantis, feſtini, prompti, celeris*: equidem Scribæ ſùb una litera verbum, & ſub uno verbo ſententiam ingeniosè claudebant notis: ſimiliterque per huiuſmodi notulas interpretabantur Scripturas. Iccircò iuxta Marc. 12. 28. *Unus ex Scribis* : iuxta Luc. 10. 26. *Legis peritus* interrogans de tramite per legem in vitam æternam; audivit à Chriſto; *In lege quid ſcriptum eſt? Quomodò legis?* Ni ad Scribas ſpectaret huiuſcemodi munus, Aſſertor non interrogaret de modo legentis, ſed de tenore legis, præut iacebat. Officium deſcribitur ab Iſaia 33. 18. ex quo Paulus, 1. Cor. 1. 20. *Ubi eſt literatus? Ubi legis verba ponderans? Ubi doctor parvulorum? Ubi Scriba? Ubi ſapiens?* Imbuebantur à pueritia in hoccine modo ſcribendi, in quo aliqui peritiſsimi. Unde Prudent. in *Periſtephan.* à v. 2105. accinit de S. Caſsian.

*Notæ in ſcriptis munus Scribarum.*

Maluend.

*Præfuerat ſtudijs puerilibus, & grege multo*
*Septus magiſter literarum ſederat.*
*Verba notis brevibus comprehendere cuncta peritus;*
*Raptimque punctis dicta præpetibus ſequi.*
*Reddimus ecce tibi iam millia multa notarum:*
*Flexas catenis impedire virgulas.*

Prudent.

His enim virgulis diſtinguebant Scribæ legis verba, quod infinitis teſtimonijs conſtat, ut fusè aſtruit Leo à Caſtro in *Apologetic.* Sufficiat illud Geneſ. 49. 10. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & Dux de femore*, &c. legerunt & ante Maſoretas: *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & Scriba de* &c.

27 Maſoretæ non invenerunt modum in cogitatione voluntaria punctorum ad diſtinctionem vocalium & conſonantium; ut Scripturæ intelligeretur litera, ſed ut illa intelligentia confunderetur. Quapropter claret, quod Ieremias prædixerat. 8. 8. *Quomodò dicitis: Sapientes nos ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt? Verè mendacium operatus eſt ſtylus mendax Scribarum.* Maſora nihil aliud eſt, quàm tractatio de Scripturæ punctis, accentibus, literis maiuſculis, literis inverſis, ſectionibus, diſtinctionibus, lectionum varietatibus, & punctorum figurationibus. Hoc inventum anno à Chriſti nativit. 190. ut alijs placet, 230. alijſque, ann. 476. quaſi Eſdras cum viris Synagogæ Magnæ non diviſiſſet verſus Bibliorum, ſed tantùm inveniſſet puncta vocalium; ex quo principium Maſoræ, ut canit rhithmicè Rab. Elias Levita.

Quid Maſora?

*Sacerdos, Doctor, Scribarum pater,*
*Mater Bibliorum & Maſoræ.*

Rabb. Elias.

Hunc tractatum dicunt fontem veritatis & intelligentiæ, in arcanę perceptionem Scripturæ. *Non diſtingunt* ( ait Genebrard. Epiſt. ad Lector. in *Pſalm.* Commentar. ) *Inter Hebræam veritatem & Maſoretas. Hebræi ſunt ſancti, ſunt Theologi: ſine punctis & motionibus ſcripſerunt, ſua puris & ſimplicibus literis expreſſerunt. Maſoratæ ſunt eorum profani interpretes, puri grammatici, diſtinctionibus, accentibus, motionibus, punctis illos*

*los partim illustrarunt, partim obscurarunt; ut solent interpretes, suis imaginationibus & sensis addictiores, vel gloriæ cupidiores, ut aliquid non dictum dicere, & veterum sugillatione sibi famam comparare videantur. Masoreth enim nihil aliud est, quàm traditio grammatica, de punctis, accentibus, syllabis, vocabulis & similibus minutijs: ac in eo differt à Cabala, quo hæc quidem traditio sit, verùm Theologica* (loquitur de recta & vera, de qua diximus, *Toutologia* 1.*n.*19.) *deque rerum & verborum secretiore enunciatione. Hoc tamen uno maximè laudandi sunt, quòd literas sane intactas nobis reliquerunt*, &c. Profectò huiusmodi quisquilas haud cogitarunt in literæ explanationem; sed animo impugnandi Catholica m veritatem, igitur pro lubito, signant hanc velillam vocalem; quod frequenter faciunt in Priscos Latinos, qui gloriam ambiunt criticorum: quos quidem ridet Lipsius in *Fabul. Menipæa*, Daniel Bartoli p.2.*Charact.hom.liter.* §.*Furtum.*& vernaculà linguà Didac. à Saavedra in *Republ. literar.* Haud aliter Masoretæ, qui sibi cœlum videntur attingere, dum per Paranomasiam, distinctissimam vocem efforment, uti videri differentia potest in verbo *Notare*: ubi summè situm *Natare*, *Nectare*, *Nictare*, *Nutare*. In nomine *Latum* etiam, quo syllaba mutata tot diversa valet significare quot vocales mutentur: uti *Lætum*, *Litum*, *Lotum*, *Lutum*. Idiomate Hispano plura exempla exhibet Leo Castrens.in Disputat.de *Translat.S.Script.*cap.20.quasi fraudem sententiarum demostrans ex literæ permutatione. v. g. *Canto*, pro *Tanto*: *Lumbre* pro *Cumbre*: *Laguna*: pro *Alguna*: *Color*, pro *Calor*. Ita comprehendit Rabbinos in superbia sua, ut ex collectis auctoritatibus Iosephi ex libris *Antiq.*studiosè manifestat; ut ostendat cum Genebrardo, *Epist.* præfat. Hebraicam veritatem eruendam ex literis, non ex punctis. Non se aptabant literis sacris, sed sacras literas suæ detorquebant intelligentiæ, seu cogitationi fatuissimæ: quandoquidem non considerantes, quantus error emanaturus ex deviatione infalibilis veritatis; Rab. Iohanam, priusque Rab. Simeon, ausus est dicere: *Bonum est, ut evellas literam unam de lege, & sanctificetur nomen Dei in publico* Vid. Systum Senens. *Biblioth.* lib.8. hæres. 2. & 13. Obiter prænotata arbitratus sum in scripturæ intelligentiam necessariissima.

Genebr.

*Crisis de Masoretis.*

*Quæ clavis scientiæ in Scribis fatuis?*

28 Aliter etiam scribebatur, ut sub una litera intelligeretur verbum. Ita apud Daniel.5.25. *Mane, Tecel, Phares.* Sententiæ scriptæ per compendium: ita ut prima litera signaret Regnum Baltasaris numeratum: secunda appensum: tertia divisum: quas quidem literas, estò scriptas Chaldaicè, nequibant Chaldæi intelligere; quia ignorabant notas. I:m dicitur de maledictione pessima seu dolorosa, qua Semei pupugit Davidem, filium fugientem, de qua hìc *Tautolog.* 1. *num.* 1. Hieronymusque in *Hebr. tradit.* infit: *Pessima Hebraicè Nimrezeth dicitur, quod quinque literis enunciatur* (exceptis vocalibus) *Nun, Mem, Res, Zade, Thau. In Nun, Neöph, ideſt, Adulter: Mem, Moäbita: Rex, Rasa; ideſt Impius: Zade, Zara; ideſt, Leprosus: Thau, Thoäba; ideſt, abominatus.* Haud aliter nomen Machabæorum, de quo ex Rab. Isaäc Benschola, Systus Senensis d. *lib.*1. *Iudas* (inquit) *Mathathiæ filius, dum adversus Anthiochum Iudæorum hostem, esset prælium inturus, dedit militibus suis ceu belli tesseram, sententiam illam Moysis, Exod.* 15. *Mi chamoca baëlim Iehova: hoc est, Quis sicut tu in fortibus Domine? iussitque eam in singulis ordinum vexillis, tanquàm certæ victoriæ omen, inscribi per quatuor has literas M, C, B, I, quæ initiales sunt quatuor harum dictionum, & earum sensum ex integro significant; sed cùm vulgus militum quatuor has literas brevitatis gratiâ pronunciare cœpisset; non iuxta integram quàm referebant sententiam, sed secundum unicam duntaxat dictionem, quæ primùm ex earum combinatione resultat* (*videlicèt Machabæi*) *palatim, militaris consuetudo obtinuit, ut huius tesseræ auctor Iudas, & eorum posteri, Machabæi cognomine appellarentur.*

*Sententiæ per literas initiales.*

Hieronym.

*Unde Machabæi?*

Syst.Senens.

29 Apud Romanos hiccine modus usquequaquè invenitur: ut illud, *Sabinis populis quis resistet?* cui respondernnt eisdem elementis, S. P. Q. R. Senatus Populusque Romanus. Plura videris apud Læl. Biscioli. 1. *Horar.succes.* lib. 11.cap. 17. Kircher.ubi supr. Class. 1. cap. 3. & 4.& Petram-Sanct. *lib.6.cap.*5. Non aliter posset Ilias Homeri describi. *Cicero tradit*, 4. *Academ. Iliadem Homeri ita subtiliter in membranis descriptam, ut testâ nucis clauderetur*: ait Solin.cap.6. & Plin.*lib.*7.*cap.*21. *In sesamo* (Nostrates, *Grano de harpiste*) *distichon elegeium literis aureis inscripserunt*: inquit Ælian. de *Var. histor.* lib.1. cap.17. Sine notis pro verbis impossibile videtur: at Adrian. Iun. *lib.*1.*cap.* 7.& Dalecamp.in Plin.cit.loc. addunt: *Franciscum Alumnum, in denariolo fine notis perscripsisse Symbolum Apostolorum, & principium Evangelij Divi Ioannis.* Fides penes AA.sit. Nos scimus signari titulum Crucis per literas initiales *INRI*, de quarum frequentia apud Veteres, consule AA. *num.*25.

Solin.

*Scripturæ minutissimæ.*

Acce-

30 Accedamus tandem in explanationem Tautologiæ. *Epistola accusationis scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.* Ideſt, Syriacè ſcripta & Syriacè lecta, & ita legebatur ut erat ſcripta. Non erat tranſcripta in aliam linguam ut legeretur à Perſio Rege, eiuſque Magiſtratibus: nec Perſicè lecta; ſed in Perſia, aut Babylonia Syriacè legebatur & vulgabatur, ſicut erat ſcripta Syriacè. *Narratur* (inſit Caietanus, hìc) *quod epiſtola erat ſcripta characteribus Syris, & quòd etiam ſermo ſcriptus erat Syrus: ita quod tam ſermo quàm character epiſtolæ erat Syrus.* Legebantur eius vulgata exempla Syrè Suſis, quippe etiam ibi Syra lingua vulgaris. *Scripta Syrè & expoſita Syrè*: ait Maluend. ideſt, apographum erat ſicut autographum. *Scriptum autographi Aramithicè* (ideſt, Aſsyriè) *& expoſitum, declaratum, interpretatum, explicatum Aramithicè*: ſubdit Maluend. Qui in Samaria Cuthæi, non ſcripſerunt Samaritanicè, aut Cuthæè; ſed Aſsyriè: vel quia Præſides hinc in Samariam devenerant, quapropter dicunt, v. 14. *Nos autem memores ſalis, quod in palatio comedimus*: vel quia ſciebant, in Curia Principis etiam Perſici, linguam Aſsyriam non novam. *Aliquando contigit* (inquit hic Lyran. *n.* 5. *quod Epiſtola ſcripta literis unius idiomatis, legitur ſermonibus alterius linguæ: ſicut cùm aliquis ſententiam Hebraicæ ſcripturæ pronuntiat in Latino.* Senſus ergo eſt, Epiſtolam ſcriptam fuiſſe idiomate communi, ad cuius intelligentiam Rex haud egeret interprete. Hoc eſt, ſcripta ſermone vel in Babylone intelligibili; qui vocatur Iſai. 8. 1. *Stylus hominis*: nimirùm, facilis captu. *Publicá ac vulgari formà*: ut ait Sanct. hic, *num.* 1. & Virgil. 4. *Georg.* v. 444. *Hominis tandem ore locutus.* Cicer. 1. *Epiſt.* 13. ad Attic. *Purè loquuntur*: ſine involucris. *Scribas planè & probè*; ut ait Plaut, in *Aſinar.* Act. 4. ſcen. 1. v. 10. Vel ſcripta erat Syriacè (etſi alio idiomate uterentur Samaritani) propter maieſtatem, vel uſum aulæ: quaſi dedecus eſſet loqui Regem idiomate peregrino, ita ut egeret interprete; quod pòſt apud Romanos inolevit. *Inter cætera obtinendæ gravitatis indicia* (inquit Valer. Maxim. *lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 2. *illud quoque magnà cum perſeverantia cuſtodiebant, ne Græcis unquàm niſi latinè reſponſa darent.*

1. Eſdr. 4. 7. — Caietan. — Maluend. — Secunda expoſit. Lyran. — Iſai. 8. 1. — Geminatio pro adverbio.

31 Intelligitur modò illud, 1. *Machab.* pacto fœdere cum Romanis, *& hoc reſcriptum eſt, quòd reſcripſerunt* (Romani) *tabulis æreis.* Pende. *Reſcriptum reſcripſerunt.* Hoc dicitur, haud quia reſcribi quibat ſine reſcripto; ſed quia exemplum reſcripti erat ſic: nimirùm: *Benè ſit*, &c. v. 23. Ly *Reſcriptum* idem eſt ac epiſtolæ exemplum; ut dicitur de eodem argumento, ibid. cap. 14. 19. *& hoc exemplum Epiſtolarum.* Vel exemplum, aut ſcriptum, reſcriptumve pro tenore ſcripti aut reſcripti, ut videtur de reſcripto Cambyſis ad accuſatores Iudæorum, v. 11. *Hoc eſt exemplar Epiſtolæ*: & v. 17. *Verbum miſit Rex.* Pariformiter dum epiſtola dicitur ſcripta & lecta Syriacè. Ideſt legebatur Syrè, præut erat ſcripta. Tò & pro *Sic* vel *Ita*; ut in pluribus Scripturæ teſtimonijs: non exergaſicè, ſed pro identitate materiali ex ſermonis tenore. Luc. ubi ſupr. *n.* 26. *Quomodò legis? Ille reſpondens dixit* (q. d. Sic) *Diliges Dominum.* Quo ſcitur frequens Hebraiſmus in verbo *Dicere*, & æquippollentibus. Matth. 1. 22. *Hoc totum factum eſt, ut adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam, dicentem* (pro *Sic*) *Ecce virgo.* Cap. 2. 15. *Dictum per Prophetam, dicentem* (pro *Ita*) *ex Ægypto vocavi.* Idem v. 18. *Dictum per dicentem Vox in Ramà.* Hoc enim ſenſu illud Chriſti: *Dixit dicens.* Luc. 14. 2. Sicut his in locis verbum accipitur pro adverbio identitatis, ita particula copulativa & : ut ſenſus ſit: Epiſtola ut ſcripta Syrè, ſic, ita & non alio idiomate legebatur, niſi Syriaco. Unde in reſcripto dicit Cambyſes: *Accuſatio, quam miſiſtis ad nos manifeſtè lecta eſt coram me*: quod quidem non manifeſtè; modò alio, quàm quo erat ſcripta, legeretur ſermone. Vide dicta hic, *Tautolog.* 5. n. 34.

1. Machab. 8. 22. — Scriptum & reſcriptum pro ſcripti exemplari. Et pro Ita. Tertia expoſit. — Dicere pro adverbio Sic vel Ita. — V. 18. Quarta expoſit.

32 Pro ampliore explanatione pendendum eſt, quod aſſerit Hieronym. in 17. *Geneſ. Tradit. Hebr.* de nomine Abraham. *Nec mirandum eſt* (inquit) *quare cùm apud Græcos & Nos A, litera videatur addita: nos H, literam Hebræam additam dixerimus: idioma enim linguæ illius eſt, per H quidem ſcribere & per A legere.* Econtrà in alijs linguis: quapropter Sueton. in *Auguſt.* cap. 88. *Videtur eorum ſequi potiùs opinionem, qui perinde ſcribendum, ac loquantur exiſtiment.* Etſi alio intuitu, dicebat Paulus, 2. Cor. 1. 13. *Non enim alia ſcribimus vobis, quàm quæ legiſtis, & cognoviſtis.* Si non cognoſcerent quæ legerint, vel non legerint, quæ Paulus aut alius ſcriberet; eſſent ſicut verba libri ſignati, vel quaſi literæ neſcienti literas. Epiſtolæ accuſationis non erant liber ſignatus, nec neſcientibus literas. Haud ſcripta hæc erat aliter, quam legi poterat. Erat Syrè ſcripta & ſine gryphis, involucris, ſine literarum revolutione, ſine permutatione characterum, ſine ſteganographia; non erat ſcripta notis, figuris, abbreviatione, aut pro verbis

Hieronym. — Sueton. — Aliquando diſtinctum ſcriptum & eloquium. Quinta expoſit.

bis initialibus literis, neque mutis sententijs, sed sicut erat scriptâ Sirè, ita in aula & in Regia legebatur. Huiusmodi labium Persis, subiecto Assyrio principatu, valdè gratum & acceptum: & epistola scripta charactere, & Assyrio sermone; quippe dulciùs ab unoquoque suscipitur, quod patrio sermone narratur. Sermo enim Assyrius Babylone frequentior. *Epistola* (ait Lyra) *eodem idiomate scribebatur & legebatur; quia illi quibus mittebatur, erant de lingua illa; similiter Iudæi contra quos mittebatur, sciebant linguam illam, quia diu fuerunt in Regno Babyloniæ.* *Quinta expos.* Lyran.

33 Fugerunt igitur, ut perspicuo intelligerentur, pessimi Cuthæi sermonem ingenitum Samaritanum, sequentes Assyrium; ne ex tenore epistolæ aliquid parùm significativum hæreret interpretationi, vel mutaretur. Notavit Galleottus Martius, de *Doctrina promiscua*, cap.6. *Hac in re etiam Latinitas miranda est* (inquit) *quæ & avibus magnis & animantibus quoque peregrinis parva interdùm nomina, & sua quidem dederit* (Hoc schema dicitur *Liptote*) *nam struthiones dixit Passeres; Gryphes, Picos; Elephantes, Boves Lucas; Camelo pardalim, avem feram nuncupat ::. Tartessium Romani* (*á Pœnis Gaddir*) *vocant: diversæ enim linguæ non modò vitiant propria; sed aliquando alio nomine appellant. Pœni Eparchum dicunt Abracim; & quem nos Artaxerxem, historia Sacra Assuerum: quem nos Bocorum, ipsa Pharaönem nominat: & Phison ibi est, quem nos Gangem dicimus. Linguarum diversitas propria variat; ut Germani Ioannem, Hansem vocant* (Patet Hispanicè in eodem nomine multiplex diversitas: unde Iacobus dicitur *Iacobe, Diago, Diego, Iayme*) *Diabolus Græcè, latinè criminator, insidiator, Princeps huius mundi, Satan, Leviathan, Princeps dæmoniorum; & á Poëtis Proserpina. Etiam Plautus in Pœnul. Pœnum Punicè loquentem introducit. Quod nos Antemurale, Hebr. Vachel, Hispanicè Barba cana, Punicè Barboca.* Idem cap.28. Consule Forerium in *Isaiam*,26.1.& Delr.1. *Adag.*743. Quælibet lingua dialectis peculiaribus gaudet, cuius diversitas patet etiam in cunctorum idiomate respectu alicuius provinciæ. Constat in Ephraimitis, non valentibus pronunciare *Schibboleth*, pro quo *Sibboleth*, distinctæ significationis, quippe hoc *onus*, illud *spicam* sonat. *Iudic.* 12. 6. Doctiss. Sanctius in illud Act.2.6. *Audiebat unusquisque linguâ suâ illos loquentes*, num.27. infit: *In una eademque simplicissima lingua multarum tamen provinciarum proprietates reperiri, planè admirabile: quemadmodùm, si in latina lingua Hispanus, Italus & Gallus* (*nam in his nationibus aliter ac aliter corrupta est*) *& vernaculum sonum, & terminationes varias, & literarum mutationes longè dissimiles deprehenderent.* Hinc dictum Petro, Matth. 26.73. *Ex illis es, nam & loquela tua manifestum te facit.* Quod vel propria nomina cum lingua varientur, non latet lectorem mediocriter literis instructum. *In diversa lingua eiusdem diversa nomina.* Gall. Mart. *Quælibet provincia in eadem lingua proprias habet dialectos.* Sanct.

34 Cyrus, Hebr. dicitur *Chores*, *Balthasar* Græcè, Babylonicè *Belsasar*; à Ieremia 50.2. Chaldaicèque, *Merodach.* A Iosepho, 10. *Antiq.*12. *Noboandel*, ab Herodot.lib.1. *Nabodinus*, *Labinitus.* Iosue vocatur Oseë, Hoscë Ausen, Iesus, Iesua, Iescua, Iehoscua. Pro filio Nun, auditur filius Nave: vid. *Numer.*13.17. Iob dicitur Iobab, *Genes.*36.33. & 1.*Paral.*1.44. Salmanasar, hìc *cap.*4.v.2. dicitur Asoraddan,& v.10. Asenaphar: Hebr. Asnaphar. Causam signat in *Abd.* Hieronym. v.20. *Consuetudinis Prophetarum est* (ait) *quando loquuntur contra Babylonem, Ammonitas, Moäbitas, Philistbijm & cæteras nationes; multis sermonibus linguæ eorum abuti, & servare idiomata Provinciarum.* Elucent plura ex versionibus, quæ videsis apud Haye in Bibl.Maxim.Vatabl.Pagnin.& Maluend. Per otium, aut negotium requirenda, quæ quidem meditanter prætermitto, quia ut dicebat de vocibus iliacis Ovid. *Epist.*13.v.54. Hieronym.

*Nomina sunt ipso penè timenda sono.* Ovid.

Patet intuitus malignorum Cuthæorum: qui quidem accusationem haud scripserunt lingua propria, sed Assyriâ, ne in translatione epistolæ alicui permutationi daretur occasio. *Sermo Chaldaicus* (infit Hieronym. Prolog. in *Daniel.*) *quibusdam proprietatibus á nostro eloquio discrepat.* Ita igitur Syriacè in intermissionem templi, epistola scripta fuit, ne in illa propter præfata interponeretur quid pro quo. Aptè etsi aliò Sueton. in *August.* cap.86. *An Asiaticorum Oratorum inanibus sententijs, verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda?* Hieronym. *Sexta expos.* Sueton.

35 Postremò in Pleonasmi perspicuam delicationem apponam; quod multoties usuvenit: nimirùm epistolam scribi charactere & simul sermone cognito: cognito sermone; & incognito charactere; & etiam incognitis charactere & sermone. Potest enim scribi linguâ vulgari, sed characteribus seu figuris Græcis, Hebraicis, &c. unde qui sermo intelligi quibat propriâ elementorum forma; inintelligibilis, quippe sub incognita figura

Plin. Unde Plin. *lib.6. cap.29.* inquit: *Stelæ* (ideſt, columnæ) *lapideæ literis incognitis.* Haud ita accuſationis epiſtola: ſermone erat Syro & charactere Syro: non charactere Syro & ſermone Cuthæo, nec econtrà: legebatur enim ut erat ſcripta Syrè. *Sciendum eſt* (ſubdit Hieronym. d.) *Danielem maximè & Eſdram Hebraicis quidem literis, ſed Chaldæo ſermone conſcriptos.* Quo patet, aliter ſcribi & aliud legi. Longè aliter in accuſationis epiſtola: fuit lecta ut erat ſcripta: Syrè ſcripta & Syrè lecta, quin diſcreparet Syri tenor termonis, & figura characteris; ſicut illam Syriacam ex utroque, nos habemus charactere & ſermone latino, & apud Hebræos tempore Chriſti Syro-Chaldaico. Audiendi ſunt Rabbini, quippe ſuffragantur cogitationi. Rab. Samuel Iaphe in *Talmud Hieroſolym.* tract. *Meghilla*, ſect.1. fol.194. infit: *Puto quòd temporibus Danielis Scriptura mutata fuit ex Scriptura Hebraica, in qua lex data fuit, in Scripturam Aſsyriam: & Scripta fuit lex Aſsyriacè in diebus Eſdræ: Ideo non videtur quod mutatio facta ſit operâ Eſdræ, niſi Scripturæ ſolius: etſi enim Scriptura Angeli fuerit Aramæa, ideſt, Aſsyria, & lingua Aramæa; nihilominùs cùm venit Eſdras ad ſcribendam legem, non mutavit formam legis, ſed tantùm Scripturam, quæ renovata eſt in diebus Danielis.* D. D. Babylonici Zutra & Hqbka, in tract. *Sanhedrim*; ſect.2. inquiunt: *Initio data ex lex Iſraëli in Scriptura Hebræa, & linguâ Sanctâ: reſtituta eſt lex & data eſt ijs in diebus Eſdræ in Scriptura Aſsyria & linguâ Syriacâ, ſive Chaldaicâ: & deinde expurgatâ eâ, elegerunt pro Iſraël Scripturam Aſsyriam & linguam Sanctam; & reliquerunt idiotis Scripturam Hebraicam, & linguam Chaldaicam. Qui ſunt iſti idiotæ? Cuthæi.* Denique (plura alia videnda apud Morinum, Exercitat. in *Pentateuch.* Samaritan.) loc. cit. *Thalmud Hieroſol.* fol.71. ſubditur: *Aſsyria eſt Eſdræ Scriptura, & non lingua. Hebraica eſt ipſi lingua & non Scriptura. Selegerunt ſibi Scripturam Aſsyriam, & linguam Hebræam*: quod quidem etiam auctoritate Rab. Salomon, ſeu Rambam. His teſtimonijs liquidò conſtat, aliquando characteres non correſpondere linguis, neque linguas illarum idiomatum elementis: igitur inter Cuthæos figuræ ad ſcripturam inveniuntur Hebraicæ, & idioma Chaldæum; & inter Hebræos figuræ in ſcripturam Aſsyriacæ, & idioma prorſùm Hebraicum. Modò nullum offendiculum in Tautologiæ expoſitionem, nec in ſenſus claritatem. Cuthæi qui Samaritani, in tempore accuſationis Hebræorum apud Cambyſem, vulgò habebant linguam Chaldaïcam & characteres ſive ſcripturam Hebræam; ſicut Hebræi vulgò linguam Hebræam & ſcripturam Aſsyriam. Principes Cuthæorum cùm ex Aſſyris eſſent, ut diximus, *num.*30. callebant idioma Aſsyrium & illius in ſcripturam characteres: unde dum dicitur quòd *Epiſtola erat ſcripta Syriacè, & legebatur ſermone Syro*; nihil aliud eſt, quàm ſcriptam fuiſſe linguâ & Aſsyrio charactere.

Aliter ſcribitur, & aliter legitur. Hieronym.

Rab. Iaph.

Rab. Zutr.

Quando apud Hebræos mutati idiomatis characteres? Rab. Iaph.

Ultima expoſit.

Ioan.3.2.

36 Totum hoc continetur in Tautologia, quę nihil præter primam periodum continere videbatur. Modò in alias Tautologias, ut ſit virtutis, qui modus habitus in ſcripto accuſationis. Ut Verbum Dei legatur, quomodò ſcribitur, & præit à Domino prænunciatur, enuntietur; dicitur Ionæ: *Surge & vade in Niniven civitatem magnam, & prædica in ea prædicationem, quam ego loquor* (pro *locutus ſum*) *ad te.* Hic loquendi modus, uti alibi ſæpe, eſt Hebraicus Idiotiſmus, de quo egimus in *Prolog. Galeat. §.* 4. à n. 8. Sumitur actio pro materia actionis, ſive obiecto (quære exempla hic *Tautolog.*4. n.33. & 5. n. 41.) unde *Prædicare* hic eſt annunciare, & *Prædicationem* verbum revelatum: quaſi d. *Prædica verbum quod ego loquor ad te.* Notum per te Ninive fiat, quod tibi notum feci. Septuag. *Prædica iuxta prædicationem priorem, quam ego locutus.* Verbum prædicandum erat; *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur.* Quia noluit, Dei repugnans voluntati à ceto deglutitur. Quare ænigmaticè cecinit neſcio quis:

Præſens pro præterito.

Actio pro materia actionis.

Ænigma de Iona.

*Sum, necdùm dirâ confectus morte, ſepultus:*
*Haud urna, haud ſaxum, non humus ulla tegit.*
*Et loquor & ſapio & vitalibus abditor auris,*
*Meque capit vivus, meque vehit tumulus.*

A cete deglutitur & vivus evomitur; ut Deo gratias agat, in Ieruſalem revertitur, tantoque patrato prodigio, arbitratus eſt Numen ceſſaſſe à præcepto. Haud iuxta cogitationem accidit; igitur ſecundò Deus eundem ad eoſdem, quos declinaverat miſit, & cum eodem mandato ut illis prædicaret ex propoſito. Ingeniosè Novarin. in *Luc.*10.n.457. *Neminem per viam ſalutaveritis. Qui ſalutat in via* (infit) *per occaſionem ſalutat, ſed non ad eum ibat; quem ſalutat. Aliud agebat, aliud occurrit. Quid eſt per occaſionem ſalutare? Per occaſionem ſalutem annunciare. Si ergo prædices, hoc age per dilectionem, non per occaſionem.* Haud prædicaturus Ninivitis Ionas, ſi occurrerit occaſio, ſed ex præcepto & propoſito: nec

dul-

dulcia, sed amarissima. Ideo Hebr. *Instillare in Niniven* (de proprietate instillationis in prædicatione, diximus, *Tom.5.T.10.n.49.*) ideſt, clama contra eam. Chald. *Vaticinare in eam prophetiam.* Clama, ne cesses. Si dixeris: Quid clamabo? Clama: *Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur.*

37 Huic sententiæ lectio Septuag. Interp. contrariatur. *Adhuc tres dies* (dicunt) *& Ninive subvertetur.* Aliqui dicunt, quotidie unum minuisse Prophetam de numero dierum: hancque minacem sententiam fulminasse triduo quàm numerus quadraginta dierum impleretur. Ludicra cogitatio, dignaque risu. Consule in alias Hieronymum, Theödoret. Riber. & Alapid. qui tribuunt dissonantiam errori, aut oscitantiæ transcribentium. Augustinus allegoricè nectit dissita testimonia, 18. *Civ.* cap. 44. Literæ igitur respondendum. Sanctius hic, *num.1. In hac iterata legatione reor* (inquit) *aliquid de dierum numero recisum: nam cùm dies esset definitus à Deo civitatis excidio, neque tempus illud videatur fuisse mutatum; ex eo numero deducendi fuerunt tot dies quot in naufragio ac fuga Prophetæ consumpsit.* Hic hæret eruditissimus Interpres facer, nec conclusionem in sententiam deducit: cuius mens, ni fallor, est, quadraginta dies numerari ab indicta legatione prima. Unde cùm in fuga Prophetæ, naufragio, in templum reditu, ac in Niniven itu, absumpti fuerint septem supra triginta, usque in dies quadraginta duntaxat restabant tres, sub quorum termino, iuxta lectionem Septuaginta, Ninive peccatrix subvertenda. Assentirer acumini tanti Doctoris, ni contrarium clareret è sacro textu. *Cœpit Ionas introire civitatem, & clamavit & dixit: Adhuc quadraginta dies & Ninive subvertetur.* Numerus quadraginta dierum minimè cœpit ab iuncto prædicationis munere, sed à muneris executione; quin Deus decrevisset civitatis exterminium, nisi post impœnitentiam quadraginta dierum. V.4. *Quomodò tres tantùm dies in prædicatione Ionæ?*

38 Audiamus Augustin. d. *lib.21. cap.24. Quis negabit* (ait) *quod Dominus prædixit, in eis fuisse completum; nisi parùm advertat, quemadmodùm peccatores Deus, non solùm iratus, sed etiam miseratus evertat. Evertuntur enim peccatores duobus modis: aut sicut Sodomitæ, ut pro peccatis suis ipsi homines puniantur; aut sicut Ninivitæ, ut ipsa hominum peccata pœnitendo destruantur*, &c. Est enim & subversio civitatis, & subversio civium, qui constituunt civitatem habitationis; ut deficiant peccatores à terra, & iniqui ita ut iniqui, qui exleges erant, non sint. *Stantibus enim mœnibus atque domibus, eversa est civitas in perditis moribus.* Hoc enim sensu mea prodit sententia, ac in concordiam cogitatio; igitur ut alibi sæpe in minis divinis subintelligenda conditio: q. d. Si perstiterit in suis peccatis & abominationibus: *Adhuc* (pro *Post*) *quadraginta dies & Ninive subvertetur*: sin autem, post tres dies cives, ex quibus civitas, subvertentur in bonum: & cùm trium dierum spatio tota civitas toto corde converteretur in Deum; subversione civium per vulnera contritionis, subversio actutùm abolita civitatis. Convertitur Deus ad hominis conversionem: Unde per Ieremiam dicit: *Si pœnitentiam egerit gens illa, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi ut facerem ei.* 18.8. Rescindam ergo decretum subversionis ob civitatis crimina; modò à civibus rescindantur peccata: quo intuitu & ipsi dixerunt: *Quis scit, si convertatur & ignoscat Deus?* Pœnitentiam egerunt, & in indulgentiam conversus est Dominus. *Vidit Deus opera eorum, quia* (pro *Eo quòd*) *conversi sunt de via sua mala, & misertus est super malitia* (pro pœna, aut supplicio) *quam locutus fuerat ut faceret eis & non fecit.* Quare cùm permanentia aut subversio civitatis penderet à duritia vel conversione civium; horum intra triduum conversione, post tres dies subversa penitùs Ninive. *Eversa est ergo Ninive quæ mala erat, stantibus mœnibus & domibus*: uti subdit Augustinus. Stetit Ninive post dies quadraginta, quia triduò fracta Ninivitarum corda. Breviantur in supplicium dies per cordis duritiam, & suspenditur supplicium temporis brevitate per pœnitentiam. Augustin. *Quomodò Ninive subversa dum indulta?* Idem. *Adhuc pro Post.* *Peccatorum mala à criminum noxa.* V.9. *Quia pro Eo quod.* V.10. Augustin.

39 Scitum è sacra pagina, spatium centum & viginti annorum ante diluvium hominibus in pœnitentiam concessum. *Genes.6.3.* Hoc à Domino dictum, cùm Noë esset quingentorum annorum, *cap.* 5.2. Capite verò septimo subditur: *Anno sexcentesimo vitæ Noë, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cœli apertæ sunt.* Quomodò diluvium factum ante tempus præfinitum? Prævaluit præ viginti annis scelus, atque dies breviati sunt propter pertinaces impios. Nesciunt enim peccatores, propter impœnitentiam breviari vitam. Davidi peccanti per Gad dictum, quòd eligeret è tribus cladibus unam in criminis audacissimi pœnam. Elegit (quippe estò iratus, Dominus ingenitè pius) in populum florentem pestilentiam tribus diebus. Haccine suppositâ ele- Genes.7.11 *Peccatoris impœnitentiâ brevia tur vita.*

2. Reg. 24. 13. 15. ctione, *Immisit Dominus pestilentiam in Israël à mane usque ad tempus constitutum* : v. 15. Hoc est, à mane usque ad meridiem, sive usque ad prandium, ubi statio diei seu Solis; uti cogitat Maluend. Vel usque in tempus sacrificij vespertini, uti Hieronym. in *Tradition.* Hoccine tempus trium dierum? *Negligentibus & contemptoribus illa confirmanda* (inquit Origenes Homil. 16. in *Numer.*) *hæc á perfectioribus secretiùs advertenda.* Peccatum David cognovit, pœnituit, percussum fatetur pectus, sed magis animus; & quod perficiendum per spatium trium dierum, breviatur in sex horarum spatium, quoniam dum plorantur peccata, in Deo clementi maximè percurrit indulgentia. Hoc in speculo clarè videtur concordia discordantium auctoritatum. *Adhuc tres dies, vel adhuc quadraginta dies* (ubi dudùm, ait Origenes) *& Ninive destruetur.* Utrumque verùm. Post tres dies apparebit misericordia, vel post quadraginta iustitia. Iustitia per tenacitatem peccatorum; misericordia propter contritionem pectorum. *Tertio vel quadragesimo die*: inquit Ribera hic *num.* 13. Elucet in particula distinctio, decretique Dei conditio. *Quadragesimo*, si in crimine Ninivitæ perseverantes; *tertio*, si peccati pœnitentes. Singulariter, Dialog. *Contr. Tryphon.* Iustinus legit: *Adhuc post quadraginta tres dies & Ninive subvertetur.* Accipiendum cum distributione accommoda. Tres in subversionem cordium, si convertantur: quadraginta in subversionem urbis, si cives non convertuntur.

Origen. *Ubi peccati lachrymæ, percurrit misericordia.* Idem. Iustin.

40 In literam ergo. *Prædica prædicationem.* Verbum quod tibi revelavi, Ninivitis revela, ut pœnitentiam agant, siccineque vivant. *Prædica*, & cum minis, in illarum sine pœnitentia infallibilem eventum: tuum etiam prædica naufragium, ac in balenæ receptaculo periculum, & mirabile effugium. Theophilacto hic placuit, ex huiusmodi historia dimanasse apud Ethnicos à ceto devoratum Herculem, & pilorum duntaxàt iacturà evasisse incolomen. Idem Sext. Empyricus *Contr. Mathemat.* cap. 16. Delr. 3. Commentar. in *Hercul. Oetæum* Senec. v. 363. Nos *Tom.* 4. *T.* 1. *D.* 6. *n.* 31-*T.* 13. *n.* 12-5. *T.* 7. *D.* 2. *n.* 1. ac *Ephemer.* Isagog. Maij, n. 16. Non solùm verbum Dei prædicandum, sed ut præcipitur & quod præcipitur à Deo. *Prædica prædicationem, quam ego loquor ad te.* Prædicare hìc usurpatur pro prædicare clamando. Prædica & prædic, ita ut ad aures cunctorum civium, de civitate perveniat, prædictio ex prædicatione. Annuncia, manifesta, notum fac Ninivitis decretum meum; sensu quo *Tom.* 2. T. 1. n. 30. exposuimus illud Petri: *His qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicavit.* Prædica, non quod volueris, sed quod ego per te loquar, quin aliquid permutaveris. Quare Paulus, quia accepit à Deo, dicit: *Notum vobis facio Evangelium, quod evangelizatum est á me; quia non est secundùm hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici; sed per revelationem Iesu Christi.* Non feci, Evangelium duntaxàt annunciavi, & ut accepi. Nomine & verbo idem indicat, ut sæpe vidimus, demonstrans argumenti excellentiam. *Evangelium* bonum nuncium sonat: unde Ioseph. 11. *Antiq.* cap. 4. de Zorobabele impetrante à Dario continuationem fabricæ templi, ait: *Lætum popularibus suis evangelium afferens: quo audito primùm gratias egerunt Deo pro reddita sibi patria, natalitiam festivitatem denuó celebrantes.* Hoc cœleste nuncium Gentes acceperunt per Paulum. Non enunciavit Evangelium suum, sed Dei; quia quod Deus illi in cœlo dictaverat, universo orbi notum faciebat. *Evangelium Dei evangelizavi vobis.* Hæc est ut illuminentur corda, quæ àDeo per Prophetam prædicatio prædicanda.

*Quid, Prædicare prædicationem?* *Prædicare pro manifestare.* 1. Petr. 3. 19. Galat. 1. 11. *Geminatio pro superlativo.* Ioseph. 2. Cor. 11. 7.

41 Evangelium, seu verbum Dei, quod è cœlo nuncium, à Servatore N. dicitur semen. Venit verbum salutis (dicam appositiùs, quàm Virgil. 7. *Æneid.* v. 281.) *Semine ab ætherio.* Semen est verbum Dei. *Qui seminat, verbum seminat.* Marc. 4. 14. igitur qui verbum, aut Evangelium annuntiat; similis seminanti; de quo Augustin. *Epist.* 3. *Quàm multa usitata calcantur, quæ considerata stupentur! Sicut ipsa vis seminum quos numeros habet, & quàm vivaces, quàm efficaces, quàm latenter potentes, quàm in parvo magna molientes; quis adeàt animo, quis promat eloquio?* Varijs geminationibus actionum & suppositorum à Christo munus exprimitur. Matth. 13. *Exijt, qui seminat, seminare: & dum seminat.* Marc. 4. *Exijt seminans ad seminandum: & dum seminat.* Luc. 8. *Exijt qui seminat seminare semen suum: & dum seminat*, &c. Periphrasis insignis & altissima est. Nec mirum est, quod infinitivo explicetur gerundium, adverbium vel nomen, ut videri potest in versionibus Maluend. & Vatabl. & nos alibi: sicut *Magnificavit Dominus facere*: Psalm. 125. 3. & *Abundare facere in vobis.* 2. Cor. 9. 8. Apud Profanos obvia testimonia. Aristophan. in Avib. Act. 11. v. 53. *Usque ad admirari*: pro usque in admirationem. Virgil. 3. *Eclog.* v. 78. *Nam me discedere flevit.* 1. *Georg.* 261. *Maturare datur*, pro Maturè, tempestivè. Consule Macrob. lib. *Saturnal.* cap. 8. & Aul. Gell. *lib.* 10. cap. 11. Claud. *Epi-*

Virgil. August. Matth. 13. 3. 4. Marc. 4. 3. 4 Luc. 8. 5. *Infinitivum pro adverbio, nomine & gerundio*

*gram-*

*gram.* 3. v. 81. *Non ſine conſilio currere* ( pro Currit ) *certa fides.* Philo Biblius, *Antiq. Hebr.* fol. 242. *Captivare* ( pro captivum ) *te faciam.* Helleniſmus ſanè à Latinis uſurpatus. Unde legimus in *Regul. Sanct.* cap. 55. *Propter lavare ipſas.* Siccine etiam deſcribitur varijs modis officium Agricolæ, ſeu *Seminatoris*, ut legit Perſic. ideſt, cui incumbit ſatio, & intendit officio; fungitur eo, munuſque conatur perficere & miniſterium implere. Totum objicitur, dum proponitur: *Qui ſeminat, dum ſeminat, ſeminans, ad ſeminandum.* Huiuſmodi ſtylus aliquid intendens ( eiuſdem rei geminatà variatione vel per modos & modos, vel per caſus & caſus ) ſæpe à nobis varijs teſtimonijs illuſtratus, uti diximus hìc, *Tautol.* 3. n. 35. In rem Plaut. *Trucul.* Act. 1. ſcen. 2. v. 46. S. Bened.

*Volo habere aratiunculam pro copia. Non arvus*
*Sed ager, ſi arationes habituris, qui arari ſolent.* Plaut.

42 Percurramus ſingula. Dum Chriſtus dicit: *Exijt*, ſeſe oſtendit ſatorem, qui exivit à Patre & venit in mundum; ut audirent homines à novo homine cœleſtem novam doctrinam: ſuumque ſemen ſeminavit, quia ille ſolus Verbum Dei. Paulus ſeminat, Petrus ſeminat, non utique ſemen ſuum, ſed quod uterque in ſementem accepit. Chriſtus ergo ſeminans ſemen, ſuum ſemen ſeminat.

*Ecce ſator proprio commendat ſemina ruri.* Iuvenc.

Ait Iuvenc. lib. 2. *Hiſtor. Evangel.* v. 745. Auguſtin. hìc, ex quo Ghislandis, *Dub.* 10. *Cum audieris, Exit, qui ſeminat, ut ſeminet, non æſtimes eſſe identitatem ſermonis.. Egreditur enim multoties qui ſeminat & ad aliam rem; vel ut incidat terram, vel ut ſpinas evellat, vel ut aliam quandam diligentiam exhibeat. Hic autem ad ſeminandum exivit.* Unde officio fungens poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum; ſicut qui ſeminat expoſitus in ſumptum & commodum: ſeminata namque dum terra concipit, vel non concipit, depravat vel adoptat, vel pereunt, vel fructum afferunt. Semen ubique ſpargitur, quod quidem in terra vel ſpem fovit, vel ſpem fallit. Seminator enim ſeminat, ſuum ſemen ſeminat, & dum ſeminat ſemen, aliud hìc, aliud illic caſu cadit: quod non oritur, vel oritur pravè, dum oritur; quoniam ad modum recipientis recipitur. Semen dicitur non utcunque granum ( quanvis ſemen in ſemetipſo ſit ) ſed granum deſtinatum in ſationem: diciturque de ſeminante ſuum ſemen, dum ſeminat ſeminare; ut per vim iteratæ geminationis, exprimatur munus & continuatio muneris. Ideo ſuprà dicitur: *Evangelium evangelizatum*, quod *evangelizavi*: & Ierem. 25. 3. *Locutus ſum ad vos de nocte conſurgens, & loquens.* Non dicit, *Loquens locutus ſum*, de quo fusè, *Tom.* 5. *T.* 6. ſed *Locutus ſum loquens*, ut geminatione verbi oſtenderet perſiſtentiam in prædicatione. Paulo dicitur: *Loquere, ne taceas*: Actor. 18. 9. ſiquidem ſemper ſeminandum eſt ſemen. Auguſtin. *Geminatio rei pro contìnuatione.* Ierem. 25. 3

43 Ab Iſaia dicitur: *Nunquid totà die arans arabit* ? Quoad literam præiactis Tautologijs expoſuimus: q. d. Qui debet arare ( ſumpto actu ſecundo pro primo ) non totà die arat. Verum latet in textu ſpiculum acre in Aquilonem. Gentes enim eius ſunt arantes, & arant tota die, ut propoſito ſerant; ſed nunquàm ſerunt quantunvis arantes arant. Cognoſcere volunt Religionem, ut eligant; quaſi catholicum inſtitutum deberet eſſe iuxta voluntatem eorum. Habent ſemen verum, ſed vocant in examen, An verum ſemen, quaſi fallere in fructum poſſet, quod de cœlo deſcendit. Semper arant, nunquàm ſeminant: quare cùm nullus fructus ſine ſatione, terræ cordis malitia occupant concava inferni. His dicit Iſaias: *Nunquid totà die arabit arans ut ſerat* ? Teritur tempus, & amittitur fructus. Ideo per Salomonem dicitur: *Manè ſemina ſemen tuum.* Ideſt, maturè, opportunè, tempeſtivè ( Hiſpanicè: *De antemano, con tiempo*: quo intelliges plura Scripturæ teſtimonia ) igitur ni maturè, perperàm vel arata ſeminantur in morte. In litteram ergo. *Manè ſemina ſemen tuum, & veſperè ne ceſſet manus tua.* Sub metaphorà ſementis objicitur munus activæ & paſsivæ verbi Dei prædicationis: at hìc non fit ſermo de ſeminante, ſed de opere in fructum ex ſparſa in aures prædicatione. Toto enim vitæ tempore operandum in vitam æternam: manè exeat homo ad opus ſuum & ad operationem ſuam uſque ad mortis veſperam; ut obtineat in horreum gloriæ & temporaneum & ſerotinum terræ. Huiuſmodi adverbia *Manè* & *veſperè* uſurpat Auguſtin. de Sanct. ſerm. 14. pro *Priùs* & *poſteà*. Citò ergo ſerenda corda, ac uſque in mortem colenda, ut poſteà ſit in fructum, quod priùs ſtudiosè ſeminatum. Priùs, quippe melius in bona, dum iugum legis portatur ab adoleſcentia; igitur dum vita extra hoccine iugum, ludicrè optatur, *Moriatur anima mea morte iuſtorum.* Poſteà, ut fructum afferant: quandoquidem fatuum, cupere metere quæ non ſeminant. Eodem ſtylo Ariſtoph. *d. Act.* 3. v. 19. Iſai. 28. 24. *Actus ſecundus pro primo.* *Qui procraſtinant ad fidem converti, non convertuntur.* Eccle. 11. 6. *Manè pro maturè.* Auguſtin. *Pro Priùs.* Num. 23. 10

Se-

*Seminatur enim non illic semen?*
*Parum enim quærens ex agro capiet.*

Aristoph.

44 Suum semen seminat è cœlo Christus Sator & Redemptor : hoc est *semen verum*, ut prædixit Ierem.2.21. *sanctum*, Isai.6.13. Legitimum nempè, ut diximus, *Tom. 5. T.11. n.37.* Plerunque pervertunt (qui sua quærunt, non quæ Iesu-Christi) hoccine semen; fitque *semen mendax*, ut ait Isai.57.4. igitur suum semen seminant ; & nequaquàm debent sibi, aut suum semen seminare. *Speciosa & aliquo iustitiæ colore tincta* (infit Pelusiota, *Epist.* 149.) *non tamen reverà iusta. Quapropter si Platoni credis dicenti: Summum malitiæ & improbitatis gradum esse, eum qui iustus non sit, iustum tamen videri velle; noli sectari illa, quæ iusta videntur, sed quæ reverà iusta sunt.* Hæc sunt quæ dicuntur Doctrinæ hominum, spretis mandatis Dei, de quibus D. N. Iesus : *Sine causa colunt me docentes doctrinas & mandata hominum.* Matth. 15.9. & Marc. 7.7. Semen enim verum apparet eorum satione corruptum, degener, illegitimum, depravatum, seminantibus suum semen ad seminandum ; sed non in fructum : non in ædificationem, sed in destructionem, propter seminis boni vafram speciem : etenim fructum sementis gravida ferret, modò à vero semine, ut ius erat, dimanaret. Pudeat inquisitores sæculi sanctitatis speciosè larvatæ, sine fructu æternitatis, cui debebant incumbere. *Nulla sine Deo mens bona est. Semina* (infit Seneca, *Epist.*73.) *in corporibus humanis divina dispersa sunt : quæ si bonus cultor excipit, similia origini proderunt, & paria his ex quibus orta sunt, surgunt : si malus, non aliter quàm humus sterilis ac palustris, necat; ac deinde creat purgamenta pro frugibus.* Theatrum huius audaciæ & supplicium, videris apud Ezech.3 à *n.*18.

Pelusiot.

*Quæ dicuntur doctrinæ hominum?*

*Hypocritæ fraudes specie virtutis.*

Senec.

45 Etiam *Suum* aliter exponi valet, dum in fructum feritur nobile semen. *Suum* singuli fatores possunt dicere, quanvis sit Dei, quia unicuique datur gratia sic & sic. Conceduntur gratiæ in Ecclesiæ ædificationem, & pulchritudinem, tanquàm membra humano corpori. *Singuli sumus membra alter alterius* (ait Anselm.in *Epist.ad Rom.*12.)*non uno quidem modo ; sed habentes diversas donationes spiritualium munerum differentes ab invicem, secundum gratiam, quæ data est nobis á Deo : quia secundum quod unicuique Deus dedit gratis, habet iste hoc donum, & ille aliud.* At si in solidam literam dirigatur sensus; *Qui seminat semen suum*, perspicuo Hebraismo, est, *exit qui seminat, seminare semen suum*: hoc est, hoc vel illud: grana scilicèt seminis, quæ elegit vel decrevit seminare. Unde parabola est de regno Cœlorum, scilicèt Ecclesia, in qua Prædicator, similis est seminanti, & semen iuxta materiam electam ad Ecclesiæ ædificationem. Gratias gratis datas enumerat Doctor Gentium, dicitque: *Sive ministerium in ministrando* (de quo egimus *Tautol.5. n.37.*) *sive qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando.* Caietanus in geminationibus his priorem vocem accipit de dono, posteriorem autem de doni usu, exhibitione aut exercitio. Minimè extra propositum literæ, ne gratiæ ad utilitatem cœlitùs concessæ, sint otiosæ. Ego autem in haccine duplici periodo arbitrarer duplex cœleste donum designari: nimirùm Consilij & Scientiæ, de quibus DD. Scholastici cum D.Thom.1.2.*quæst.*68. Donum Scientiæ, tò *Qui docet in doctrina*: Consilij verò, tò *Qui exhortatur in exhortando.* Ab uno diversa sunt, in singulisque meditanter sigillatur materia: equidem si qui docere propter scientiæ donum debet ex munere, exhortatur; qui exhortari propter consilij donum, docet, vel interpretatur Scripturas ; proculdubiò singulorum opus erit otiosum : nulla enim gratia in alienum opus, ut patet in exterioribus sensibus. Ita gratia micat. Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ipsa permaneat. Dum dicitur *Qui docet*, vel *qui exhortatur*, quantum auguror, non de usu aut practica doctrinæ & exhortationis accipiendum est ; sed de potentia : ita ut in secunda voce signetur gratiæ materia ; in primo verò sumatur actus secundus pro primo. Q. d. Qui potest docere, Qui potest exhortari, doceat & exhortetur; quatenùs doctrina & exhortatio signet usum in potentibus docere & exhortari.

Anselm.

Rom. 12.7. 8.

*Quid sit, docere doctrinà?*

*Nihil agatur extra ministerium.*

*Actus secundus pro primo.*

46 Pro *Exhortari* Alapide intelligit *Consolari* : & tam in consolatione aut exhortatione, & doctrina tunc intelligenda aliqua singularis excellentia, pro superlativo geginatione sumptà : hoc est, in summa doctrina, eximia exhortatione, consolatione singulari, quo Hellenismo usus est Paulus (usurpatà actione pro materia actionis, subiecto, aut obiecto, ut dixi, *num.*36.) dicens : *Consolatione, qua consolatus est in vobis.* Hoc est, magnà & optatissimà consolatione. Aut per Hendiadym : velut cùm dicit, 1. Cor. 14. 3. *Exhortationem & consolationem* : idest, consolationem hortatricem, vel consolatricem exhortationem. Denique delicari possunt per æquivalentiam adverbiorum; sensusque sit, Qui eximie docet, & singulariter suadet. De huiusmodi phrasibus sæpe alibi diximus, & profanis, sacrisque auctoritatibus roboravimus. Patriarcha SS. Benedictus d. *cap.2.* infit : *Ergo cùm aliquis suscipit nomen Abbatis, duplici debet doctrina suis præesse discipulis.* Idest, exemplo & eloquio ; quasi hoc sit docere ; aliter, non docere, sed dicere

*Geminatio pro superlativo.*

2.Cor. 7.7.

*Hendiadys.*

*Geminatio pro adverbio.*

S. Bened.

cere verba & verba; quia non docet in doctrina. Hoccine tropologicum, de quo Isai. 24. 15. *In doctrinis glorificate Dominum.* Doctrina duplex eximia doctrina: quo intelligitur illud Marci de Christo: *Docebat, & dicebat illis in doctrina sua.* Tunc verè dicebat, quia duplici doctrinâ docebat: doctrinaque propriè dicitur Christi, quippe Iesus cœpit facere & docere. *In doctrina sua.* Docenda docebat. Pharisæi, ut vidimus, docebant doctrinas hominum, sed non in doctrina: etenim suo commodo docebant quæ non docenda.

Marc. 4. 2. *Quæ in docente doctrina duplex?*

47 Versiones Tautologiæ principalis profectò breves. *Epistola accusationis scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.* Lyran. *Literis Syriacis.* Arab. *scripta Aramicè & linguâ Aramicâ.* Cajetan. *Scripta sermone & characteribus Syris.* Maluend. *Scripta Syrè & exposita Syrè. Autographum Aramithicè & exemplar Aramithicè.* Idem Hebr. Scribamus ergo aliquid in mores, ut in bonum convertantur, atque persistant legentes.

*Varietas lect.*

## ADINATON EXEGETICUM.

1. *Epistola scripta erat Syriacè; & legebatur sermone Syro.* In lite non mirùm, quòd aliter legeretur; dum affectio instrumenta interpretatur: etenim Causidici avaritiâ allecti, minimè iuxta sensum exponunt leges, sed iuxta affectus aut non affectus lectiones.

*Epilog. Excurs.*

2. *Epistola accusationis scripta erat Syriacè,* &c. Epistola accusationis vitiorum est doctrina prædicantium: diciturque lecta ut erat scripta: ut excitentur in pœnitudinem corda: igitur scripturam aliter legi, quàm scribi; non est vitia accusare, sed mulcere.

3. *Epistola accusationis,* &c. Syrè scribitur & Syrè legitur accusatio, ut proficua sit confessio: siquidem ore debent legi à pœnitente peccata, præut scripta cognoscuntur in conscientia.

4. *Epistola erat scripta Syriacè, & legebatur sermone Syro.* Nobilitatis signum est scriptum privilegium, quo legitur genus inclytum. Lectio pendet à fuga criminum, inscriptio à splendida virtute prædecessorum. Unde nobilitas summè dedecoratur, si in actionibus nobilitas non legitur, ut scribitur.

5. *Epistola scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.* Aliter in perfidia, ubi videtur animorum concordia: igitur per proditionis insidiosæ crimen, eximia necessitudo venit in accusationem; quoniam quæ videtur, amicitia in ore legitur, verùm aliter scribitur, ut non videatur.

6. *Epistola scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.* Nolunt accipere huiusmodi documenta, qui ad mortem fallunt in vita; quasi aliter in iudicio esset legendum, quam in vita esset scriptum.

## DIDASCALIA PRIMA.

### *In iure rabularum glossemata, legum pernicioſa vulnera.*

1 ADversus Rabulas, seu bipedes canes, quaruncunque causarum latratores (plusquàm in Ægypto Anubis) dirigitur Didascalia; ne protegantur, sed arceantur crimina: equidem nequaquàm specie legum diremptores litium, sed insignes seminatores zyzaniorum. *Num alio genere furiarum declamatores inquietantur qui clamant?* Interrogat Petronius, *Satyric.* in princip. Assertio est interrogatio. Furiarum eiusdem generis & alterius; igitur quod habent furiæ duntaxat quoad speciem, tabularum demonstrat serpentinam conditionem. Tres foventur in exlegum Causidicorum pectore, centuplicato in astum vaferrimo corde. Prima concipit embolium: secunda vocibus disponit partum: tertia nutrit & protegit iurgium; per somniata figmenta, ebulientis insaniæ nugidicibula simulacra. *Nunc* exclamat Aul. Gellius *lib. 2. cap. 12.*) *plerique partis utriusque amici, quasi probè faciant, duos litigantes destituunt, deduntque eos advocatis malevolis aut avaris, qui lites animasque eorum inflamment, aut odij studio, aut lucri. Est levius ægrotare* (inſit Barclaius, *Euphor. p. 1.*) *quam*

Petron.

*In illorum pectore Furiæ.*

Aul. Gell.

*quam sanare. Iudicia, dico, & crudelissimos advocatorum æstus: quod si litigare persistis, intelliges, nihil minus quàm prædones sævire, nisi quod lentiùs cædunt. Ecce enim tibi omnibus modis pugnaturo crimen est: etiam sponte pecuniam refusurus, quam nulla tibi iudicum sententia dari imperet.* Hinc felix, ut ait Senec. in *Thyest.* v. 397.

Barcl. *Illorum conditio.*

Senec.

*Ætas per tacitum fluit*
*Nullo cum strepitu.*

2 Potiùs sine lite iacere, quàm iactari. Audiendus, quo dudùm Petronius. *Hæc ipsa tolerabilia essent* (inquit) *si ad eloquentiam ituris viam facerent, nunc & rerum tumore, & sententiarum strepitu vanissimo, hoc tantùm proficiunt; ut cùm in forum venerint, putent se in alium terrarum orbem delatos. Ideo ego adolescentulos existimo in scholis stultissimos fieri; quia nihil ex his quæ in usu habemus aut audiunt, aut vident, sed pyratas cum catenis in littore stantes, & tyrannos edicta scribentes, quibus imperent filijs ut capita patrum suorum præcidant: sed responsa in pestilentia data, ut virgines tres, aut plures immolentur, sed mellitos verborum globulos, & omnia dicta factaque quasi papavere & sesamo sparsa. Qui inter hæc nutriuntur, non magis sapere possunt; quam benè olere, qui in culina habitant. Pace vestrâ liceat dixisse. Primi omnium eloquentiam perdidistis: levibus enim, atque inanibus sonis ludibria quædam excitando, effecistis, ut corpus orationis enervaretur & caderet.* Aſt unde huiusmodi corruptela, quam tolerant, nescio quo intuitu, senacula? Dicit Apuleius, 1. *Apolog.* prop. fin. *Mercenaria loquacitate effutierunt, quæ etsi possunt ab his futiliter blatterata ob mercedem & authoramenta impudentiæ, deprehendi; iam concesso quodam more Rabulis id genus, quo ferinæ solent linguæ suæ virus alieno dolori locari.* Altissimè Tertull. de *Pallio*, cap. 5. *Si pergam* (ait) *ad acuta tecum; plus togæ læsere Rempubl. quàm loricæ. Nullis vitijs adulor, nullis veternis parco, nulli impetigini: adigo cauterem.* Suffragor: plerique huius furfuris querentur: illis loquor qui queruntur.

Petron.

*Mores.*

Apulei.

*Plura damna ex illorum existentia.*

Flor. Tertull.

*Vultur prædæ inhians est captatoris imago:*
*Heu quàm plena etiam sunt fora vulturibus!*

Camer.

Succinit Ioach. Camerar. *Centur.* 3. Embl. 36. *Forensibus rabulis* (inquit Henric. Salmuth, in 2. p. *Panciroll.* titul. 10.) *silentium & vox æquè venalis est. Hoc unicè agunt, ut linguæ lenocinio litem ex lite nectentes, & iurgia protelantes, locupletentur* Senec. 6. de *Benef.* cap. 38. sententiæ suffragatur. *Eloquentiæ exoptat pretium* (dicit) *litium numerus: omnium tamen istorum tam nota sunt vota, quàm impunita.* Haud ita Germani tulerunt. *Post cladem Varianam in nullum genus hominum Germani insolentiùs insultarunt, quàm in causidicos rabulasque forenses* (observat Goltz. in *Augustin.* 7.) *é quibus* Goltz. *pleriſque oculos eruerunt, nonnullis manus præsecuêrunt. Traditur & uni os consutum, recisâ priùs linguâ; quàm Germanus quidam manu tenens: Tandem, inquit, vipera sibilare desiste.*

Salmuth.

Senec.

3 Profectò non est patientia, dum eorum ita in summum glisci audacia, ut in lucrum ludant legibus; uti legum valent ludere voluminibus, maximè titillant quæstu, vel potentium voto, iuris ficti regulis, panurgiæ mendacijs, vulneratâ veritate in ipsa declaratione. Iurè sine iure, de hisce sciolis, decibulis rabulis dicitur apud Barclaium, d. *Dum veritas consulitur, veritas corrumpebatur.* Uti virgo nitet speciosa: ingens ad causas rabularum lascivia, dicentium dicisgratiâ ex iactantia nugivendula, venerari integerrimam virginem; cùm nihil avidiùs appetant, quàm glosis & glosis corruptam aspicere veritatem: igitur impregnatur vulva crumenæ, ex furtiva veritatis corruptione. *Veritati adulatio officit*: ait Tacit. 6. *Annal.* cap. 38. A pluribus instruuntur insidiæ. Rapax petacitas arietat veritatem etiam cum adulatione: miserâ tunc præ cunctis veritate ex ineptis fucis iuris; igitur impugnatur à causidicis velamine veritatis. Ita per rabulas leges & iura excruciata, distorta; ubi volant textu ac textu verborum crembala, debacchantium sistra, fanaticorum crotala, pompa vocum folicata sine medulla, quæ aurium sensatorum verbera, etiam surdis crepitacula, sciolis fomites amplissimæ vanæ gloriæ; de quibus, si frons esset, consentaneum erubescere. Docti, peritique facultatis etiam de illis queruntur, cæterùm bambaliones tolerantur; quippe fiunt impudentiores, si iaculo vulnerantur veritatis. Siccine frons fricatur, modò ambitiosus satietur. *Patientiam libertatis alienæ ostentans* (uti subdit Tacitus) *& contemptor suæ infamiæ.* Sed unde infamia? Ab insatiabili prorsùs avaritia.

Barcl.

*Corrumpunt veritatem.*

Tacit.

*Vocibus & vocibus.*

Tacit.

*Sine me vocari pessimum, ut dives vocer.*
*Quid habere turpe sit nobis, quæris? Nihil.*

Senec.

Ait de his Senec. *Epist.* 115. & alia quæ videsis, *Tautolog.* 3. à n. 20. Ab huiusmodi Lerna oriuntur cætera mala: igitur à rabulis etiam cognita, iugulatur iustitia, franguntur iuris repagula, & per fas & nefas glossarum ingerentes vafriciem, evadunt glo-

rio-

rioſe vani mendaces adverſus veritatem. Quid tunc fatui, dæmonis ſervi, atque Furijs mancipati? Prodigium factus ſum multis. At Iudex? Adiutor fortis: ſiquidem ludicris ſophiſmatibus auditum avertit à veritate, ex qua iudicij venuſtas, & converſus eſt ad fabulas, quoniam in articuli iuris diſcutiendi formam, ſicut aſinus ad lyram.

*Non cogitant de conſcientia nec de fama.*

2. Theſſ. 2. 9 *Secundum operationem ſatanæ* (ut ait Paulus) *in omni virtute & ſignis, & prodigijs mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis, eò quòd charitatem veritatis non receperunt.* Mendax virtus, mendacia ſigna, prodigia mendacia. Sed quid? In veritate mendacia, non ſunt prodigia; ſed iaculis verborum legum virulenta vulnera.

*Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ*
*Torrentem & plenis moderantem frena theätri.*

Iuvenal. Satyr. 10. v. 8. & 127. *Dij faciles: nocitura toga, nocitura petuntur*
*Militia. Torrens dicendi copia multis,*
*Et ſua mortifera eſt facundia.*

4 Quia dicimus facundiam & eloquentiam; videbitur illis à nobis attolli famam? Falluntur. In illis ſignamus errores & ſtultitiam: igitur ſumma ſtoliditatis, cognitos cunctis cunctorum iure defendere errores; ut exleges ducti lege, impunè poſſint errare. *Pro lege eis eſt deſideriorum voluptas in plumbi natura*: ait S. Benedictus, *Regul. Sanct.* cap. 1. equidem cùm torqueantur ad placitum, quibus ex flexura commodum; pro veritate ſunt leges, pro mendacio legum voces, efformatę à deſiderijs pecuniæ, tanquàm votorum proritante voluptate: igitur ubi pecunia, leges duntaxàt voluptatis deſideria: aliter, quomodò per illos unus & idem,

S. Bened. *Leges ad illorum lubitum.*

Ovid. 3. *Metam.* Fab. 1. *Facto pius & ſceleratus eodem?*

Qua lege in eadem cauſa flagitium & innocentia? Pro rabularum deſiderijs leges in plumbi natura. Sed qua forma? Ad articulos, eſtò pugnantes, occurrentes aptantur; quoniam ad votum adinſtar plumbi flectuntur. Leges vitreæ ſunt, & aptè: fragiles & ſolidæ. Fragiles, quippe à rabulis frangibiles: ſolidæ reſpectu inconcuſſæ rationis: etenim illorum malitià, fronte apertà, circulationibus, fraudibus, ingenioſis embolijs, occultis technis, verbis ambiguis, malignitatis ſtrophis, affectionis argutijs, panurgià pectoris, atque vulnere iuris, leges poſſunt uti vitrum calliditate frangi; ſed uti vitrum nequaquàm poterunt flecti. In ſymbolo claret prudentia virtuſque iudicis reſpectu circumſpectæ integritatis: igitur inter utriuſque periculum molimine rabularum; priùs debet eligere propter iudicij integritatem perire, quàm leges flecti. Semel læſa cauſa; fractà lege,

*Cur leges dicantur ad integritatem vitreæ?*

*Unde iudicis integritas?*

*Nulla reparabilis arte.* Ovid. *Epiſt.* 5. v. 104.

Iccircò fictum leges & iudices Minois, legislatoris Cretenſis, fuiſſe ex ære, infrangibili ſoliditate. Quare Talum per quem eâs fulminaverat, & leges ipſas vocat æneâs Natal. Comes, 3. *Mythol.* cap. 7. fuſiùſque videbimus, *Tautolog. ſeq.* n. 15. Leges haud in phyliris papyri (quippe papyri leges, quæ poſſunt rumpi; vel frangi) ſed in ære. Utiliſsima fictio in iudicum documentum, contra gloſſas rabularum: etenim ex ære formantur leges & iudices; ne poſsint à cauſidicis flecti iudices & leges.

*Cur ex ære leges & iudices?*

5 Qua ergo conſcientia in cauſa procedet, qui cognitione legum, & ſine cognitione in acta & non acta demens ruit: quorum cæcè & avarè fit patronus, idemque faceret, ſi primò acceſſerit adverſarius? Quinam in legibus & unde colores, ut ad fas & nefas inveniantur in Codice leges? Sunt ne ad arbitrium rabularum, vel à ſanctionibus conſultis legislatorum? Lex damnabit aut proteget quodcunque occurrerit? Illis omnes cauſæ protegendæ vel iure, aut iuris colore; ut quem, ſi adverſarius, fugillarent furem, quoniam cliens, extolliat ut innocentem?

*Si felix rerum qui potuit noſcere cauſas*
*Qui noſti cauſas dicere, quantus homo es!*

Textor. *Epigr.* 8.

Hic eſt homo, vel dæmon? *Hi ſunt* (ait Sidon. Apollinar. *Epiſt.* 7. latèque Ioann. Sarisbarienſ. in *Policratic.* abundantiuſque de *Nugis Curial.*) *qui cauſas protendunt adhibiti, impediunt prætermiſſi, faſtidiunt admoniti, obliviſcuntur locupletati. Hi ſunt, qui emunt lites, vendunt interceſſiones, deputant arbitros, iudicanda dictant, dictata convellunt, attrahunt litigaturos, protrahunt audiendos, retrahunt tranſigentes, acuunt litigatores.* Hæc horum vitia & plura alia; ſed peius, quod venalis (adurenda) illorum lingua: igitur prævaricantes hinc inde, hàc & illuc, ultrò citròque (ſine iudicio, verùm avaritiæ ſenſu) ita diſponunt cauſas, inſtruunt impoſturas; ut evaneſcat pudor: & ita legum fit color, quòd ad lucrum neſciat ſenſum, quis litigator, quis vitiligator.

Sid. Apoll.

6 *Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ*: infit Regius Pſaltes, qui functus munere iudicis. Cognoverat ſanè concinnatores litium, & conditionem pravam philodicorum, qui verbis undique affluunt. Prævaricatio in iure, ut vidimus *Tom.* 4. *T.* 7. *n.* 35. nil aliud eſt quàm tranſitus ex ſenſu propriæ cauſæ, in patrocinium adverſæ. Vi-

*In rabulis quare cuncta peccata?*

de ibi plura. Ita rabulæ absque ulla virtute secundum operationem satanæ; impugnantes, quæ priùs protecta legibus, & protegentes quæ prius impugnata iuribus, affirmatione & negatione eiusdem de eodem secundum idem: & licèt peccatores leges transgrediantur fracto iure, sunt prævaricantes rabulæ omnes peccatores terræ; quippe in illis uti centro pravitatis, ex varicatione legum, cunctorum sentina invenitur peccatorum. Numorum aviditas facit claudicare iudicia, ut per contrarium imperium prodeät sententia; igitur quæ modò cum fastidio, aut nauseä conspuunt, posteà in ore suo

Iacob. 1.8. complacebunt. *Vir duplex animo, inconstans est in omnibus vijs.* Ingreditur terram duabus vijs. In corde & corde locutus est. Eodem ex ore calidum pariter & frigidum efflat.

Lucan. 9. v. 719. *Et gravis in geminum versans caput amphisibæna.*

Propterea cum hosce prævaricantes signet David peccatores præ cunctis quæ sunt in terra; dicit Domino: *Ideo dilexi testimonia tua.* Permanent namque in sæculum sæculi, in semetipsis firmiter iustificata; ut iustificatio eluceät ex permanentia: siquidem legum tenor undique & utrobique semper idem sub eodem; dum prævaricator duplex & neuter,

*Unus & item alter.*

Terent. *Eorum vertigo in legibus.* Ut dicit Terentius in *Andria*, Act. 1. Scen. 1. v. 50. Pondus & pondus, mensura & mensura semper abominabilia: sed quid ad illos studiorum infamia? Nonnunquam vota in crumenam: & uti lamentatur Euripides in *Electra*, v. 129.

Eurip. *Mentis sensus commutatur secundum auram.* Totum igitur ex studio legum votum in commodum & in quæstum.

7 Diximus *Tautolog.* 1. D. 6. num. 7. stateram fuisse insigne Censoris Romani: etiam præ se fertur iudicij, iustitiæ & prudentiæ. Adi Chartar. de *Imag.* pag. 310. Cœl. Gregor. 1. *Hierogl.* cap. 52. & Achill. Bocch. *Symb.* 108. Modò exponendus David. *Mendaces* (inquit)

Psal. 61. 10. *filij hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum.* Si ad iustitiam pertinent acta, & leges sunt factorum & simul infectorum statera; erunt profectò in rabulis deceptiones, quippe utraque librantur in diversis stateris. Legis statera unica, quoniam in lege idem ponderatur idem. Non est pondus & pondus, etenim de eodem idem sensus: & dum rabulæ referunt, indeque trahunt, ex veritate eiusdem sunt studiosè mendaces; quia idem non idem stateris libratum & stateris. Hoc est signum Censoris. Quis enim binis stateris non decipit? Ut decipiat quilibet horum captator possidet in fas & nefas, in acceptas iniurias & illatas: mendaxque vaferrimus iurè dicitur, in his quę iure commentitio ponderantur: igitur si in eodem stateræ diversæ; ponderata iustitia non æquà lance. Idem apud illos Argolica calumnia & innocentia. *Mendaces* & deceptores *ipsi de vanitate in idipsum.* Quid *Idipsum*? In vacuum: etenim cùm vacuum nihil sit, leges inclinant ex hoc in hoc: expectantibusque in patrocinium causæ ridiculæ audire leges, proferuntur in munimen cerebri vacuitates. *Vani filij hominum*: & qui vanitatis filij decipiunt filios hominum ad vanitatem de vanitate. Quid hoc? Folium Sibyllæ? Utinàm de vanitate vanitas, & non veritas. Astruam quid sit iuxta dicta *Tautol.* 5. *D.* 6. *n.* 14. Qui in dignitatem ascendunt, ut potestatem ostendant (quam habere haud arbitrantur, ni insaniant) habent conductitios furorum gerulos, iuris garrulos, nugivendulos futipolyloquides, audaces, procaces, impudentes, latrantes, frontibus prostitutis, ut signent & extollant tanquàm iustitiam, dominationis furibundam insolentiam.

*Illorum ad iudicium stateræ fallax.*

*Et iudicium mendax.*

*Et quicquid voluit veluti hoc virtute peractum* Horat.
*Speravit magna laude fore.*

Nullum est exlegum crimen, cui in pharmacum non applicent locutuleij legem; quorum sententia solidantur potestatis effrenatæ deliria, proponunturque successoribus imitanda, aut extendenda: strictior enim videtur clausura iuris, ni extendatur violentia potestatis; eo intuitu ac proposito, ut blatterantium patrocinio (quicquid lex dicat, ratioque sanctiat) cuncta regiminis dirigantur ad nutum arroganter regentis,

*Insolentia Præsidum ex patrocinio errorum*

*Etsi dubitaverit Iupiter ipse,*
*Quod poterat, non posse timens.* Manil. 1. cap. 5. v. 117

Non potest potens quæcunque potest, quoniam moderari debet non lege potestatis, sed potestate legis. Hæ sunt in regimine stateræ; hæc æqua, fallax illa. In una libratur veritas, in alia vanitas; quippe ad vanitatem Præsidis quicquid delirat iuxta stateram rationis: rabulæque grandia ineptissimè tonantes, cognoscuntur mendaces in stateris (queis librant leges, de vanitate procedentes loquaciter in vanitatem) etenim vanitate pestilentium literarum fovent vanitatem ex potestate insolentium.

8 Hi sunt mundi & mundo æra Dodonæa, & Architæ crepitacula. Docuerunt linguas suas loqui grandia; sed quæ protulerunt, futilia: largissimi promissores, in fi-

*Malignitas rabularum.*

dem

dem verba exhibentes. Promissis dives quilibet esse potest. Diversi adversus iustitiam, unus in audaciam: pro falsitate facundi, sed fœcundi iniquitate; sapientes ut faciant malum, & stultissimi ad bonum. Vide quæ diximus ex Bernardo & alijs, *Tom. 5. T. 9. D. 2.* At unde huiusmodi in tribunalibus & iudicibus patientia, rabulis iactantia; ut non solùm cogitentur in legibus cavillationes pro victoria, sed etiam quasi triumphantes spargant in adversarios cavilla? Unde leges adversus leges? Ex pragmaticis opinionis legislatricis, qua ex legibus sumitur litera, verùm non legum sententia. Opinio olim pingebatur iuxta Veritatem imagine fœminæ, *quæ non mala videbatur* (inquit Chartar. in *Minerv.* fol. 246.) *sed audacior aspectu & concitatior. Veritatis verò imago ornata literis Græcis, cuius caput ex Alpha & Omega constabat* (ad iudicium veritatis debet considerari tam principium, quam finis) *collum ex Beëta & Psi, ac cætera deinceps membra ex literis prioribus se sequentibus, & posterioribus præcedentibus per seriem.* Veritas iurè per literas noscitur. Quomodò sine literis cognosci possunt apices iuris? Cognoscunt qui illiterati sine Alphabethi notularum cognitione: & patet; quantum studeant veritati, cùm posteriores prioribus præ opinionibus præcedant literæ. Cognoscunt scioli, mimiambi, gerrones & aretologi sine literis nihil esse auctoritatis: & ut cognoscatur litera; promuntur à veritate literarum elementa. Unde cùm opinioni nullæ literæ, literas ad opinionem furantur à veritate. Verbi gerant, belligerant, si crumenæ crepant. Quid elingue, argento fante? Stridor prurit, ita ut dolore rabulam vellicet. Digladiatur, loquitur, obloquitur, crocitat, cucubat, gloterat proferens quasi oraculum Cumanæ, quid dicunt auctores auctorati de cucumere; nodosis, ineptis quæstionibus articulos implicans, & circumlocutionibus bombalobombax iudicia, ex marsupio glomerans. Quot leges non vomit, quot textus non discutit? at sine textu, nec lege constat nuditas causæ ex ridiculâ phantasticâ literis veritatis opinione. Ex legibus traxit violenter literas iurium, verùm legum latarum omisit sensum.

*Imagines Veritatis & Opinionis.*

*Rabularum studium cortices legum.*

*Inanes hominum opiniones.*

Eurip. Ait Euripid. in *Tauric.* v. 419. Profectò ad causarum discussiones inanes. Ubi legis tenor, quorsùm pro lege opinionum color? Ut sint homines (si homines) mendaces in stateris, ac ridiculi pateant, à latis legibus furatis literis. Ex imagine iustitiæ furantur literas, unde in causa nulla veritas. Si literæ opinionis iuxta imaginem, in causa ius quoad literarum speciem.

*In illis legum species, non leges.*

9 Hinc invisi prudentibus cunctis, quippe in causis balatrones, corruitque æstimatio artis; quippe non in legum nititur, sed pecuniarum studijs. *Bonarum artium principem* (ait Tacit. 11. *Annal.* cap. 6.) *sordidis ministerijs fœdatur: nec fidem quidem integram manere, ubi magnitudo quæstuum spectetur: quod si in nullius mercedem negotia tueantur, pauciora foro: nunc inimicitias, accusationes, odia & iniurias foveri; ut quomodò vis morborum pretia medentibus, sic fori tabes pecuniam advocatis ferat.* Sic rapacissimi per fora volantes, consilia & patrocinia vendentes, causas litium quærunt, ut habeant causas, persistente patrocinio, quo usque exugant totum sanguinem, videantque perire clientem; ita ut protectiones sint patrimoniorum vorago cæca, & verba toties falsa causidicina. Viventibus numis, lites prorsùm immortales; quippe extinctâ pecuniâ, moritur causa. Ad rem Petronius d. *Epigram.* 2 & 33.

Tacit.

*Quid faciant leges, ubi sola pecunia regnat?*

*Nonnunquàm numis vendere verba solent.*
*Iurisconsultus, Paret Non paret habeto:*
*Atque esto quicquid Servius & Labeo.*

Petron.

Causarum diremptio, ac difficultatum excussio elaret pecuniæ iudicio: causidici in illarum patrocinium, legunt, interpretantur & observant crumenæ obscurum vel sole clariorem textum. At quid est, *Paret & Non paret*? Si de crumena esset periodus, quam gravidam aucupator præsumit, aptè *parit vel non parit.* At *Paret, & Non paret*, quid? Cogitationes, ni fallor, rabularum de iudicio crumenæ, sed non causæ. Salas hìc vernaculè vertit: *Si parece, sino parece.* Æquivocum est. Festus: *Si inveniatur, Si non inveniatur.* Delr. in illud *Hercul. Oetæi* Senec. v. 8. *Parui Iove utique dignus.* subdit: *Si apparet, Si liquet.* Huiusmodi lectiones in sanguisugis causidicis nitent; quippequàm numis vendere verba solent, & dum agunt causas, properant ad nundinas. Occurrit ergo horribile flagitium. Sed quid? Marsupium est plenum? Utique: *Iustitia apparet.* Est ne vacuum? Profectò corium. *Iustitia minimè liquet.* Accedit uti merx usurpatum falso iure patrimonium? Parit aureorum vulva? *Paret causa.* Est sterilis? *Non paret iustitia. Ius difficile.* Paupertas vincere nulla potest. Sonant oboli? *Videtur.* Muti sinus? *Non videtur.* Ius liquet: *Non invenitur.* Ius contrà, verùm sunt numuli. *Non invenitur, cæterum invenietur.* Iuxta quæ sunt, vel non sunt in zona; parent, vel non parent iura. In litibus rabulis aurea messis: embolia ingerenda vice falcis; igitur præut ab illis videtur,

*Vertigo iudiciorum rabularum iuxta crumenæ iudicium.*

tur, videtur illis. Si quod visum nihilum aut nihili ; dicunt, prudentum esse, non ingredi in causas cæcè. At si crumena sonat, paret quod non apparebat.

10 Contra ædificatores templi Dei in Ierusalem, ab æmulis (subornatis Persarum ministris) accusatio structa fuit : de qua dicitur : *Epistola accusationis scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.* Quomodò nisi eo idiomate quo scripta, accusatio erat legenda? Usuvenit. Iudicium forense objicitur, quo ingenium rabularum usque in æthera tollitur:

1.Esdr.4.7.

Petron. Carm.1. *Grandiaque indomiti Ciceronis verba minantur.*

Verùm cùm adstent corrupti & halitu pestilenti ; irruentes in vocularum pruriginem; intentant verbis & vocibus literarum corruptionem : etenim accusatio Syriaca, quæ legebatur Syriacè ; præ muneribus periti interpretaturi græcè. Vident in instrumentis literas, ex quarum forma protegunt, seu renuunt causas, discutientes characteres literarum, ut eluceàt quanta potentia ingeniorum : quandoquidem licèt scriptum Syriacè, duntaxàt intelligendum iuxta idioma crumenæ. Haud sumunt à literis sensum ; sed à numis, queis splendor literarum. Si valet præut scriptum, pretij summi. Si non valet ad quæstum, nullius momenti. Unde ad litem accusatio ostenditur, & ad causidicos quomodò legebatur ; quoniam cùm distinctè legat lucrum, vel non commodum, rabulæ non attendunt legibus in accusationis entitatem, sed ad illarum inutilem vel utilem ex patrocinio lectionem. Legebatur prout iacebat : ita de accusatione iudicari quibat : verùm cùm aliter lex iubeàt, & avaritia legat; quod Syriacè, ut par erat legebatur, à causidicis corruptis longè aliter legeretur. Munerum ex legibus expositis, illis sensus, quantunvis patescat dolus.

11 Quid actum uxore Rebecca, procuratrice filij minoris, in maioratum domus splendidæ Isaäc ; quotidiè in tribunalibus fit: igitur frequenter causæ expediuntur haud iuxta tenorem legum, sed iuxta sententiam volatilem uxorum iudicum. Vincit virum fœmina, nequaquàm causa : Nil mirum, quod ad iudicium falleret cæcum, cuius vafrities valet in Argum. Illa diligebat Iacob, & causæ tanti momenti advocatrix fuit, concinnans causidicorum embolia, ubi occurrit in patrocinium iniusta causa. Vel ipso dignando videbatur conatus sine iure, sed tota difficultas vincenda advocatricis astu vel arte. Tota ergo disposita in iudicis circumventionem scena ; & ne pateret, pelliculis hædorum mappa missa. Iudex cordatus, etsi orbus oculis, pervigil lumine mentis, præcavit, ne reperet sensim sine sensu aliqua domestica impostura, in eius præmeditata tot retrò diebus sententia. Iccircò petentem audivit, & dolum voce cognovit ; secum astruens hæreditatem pertinere ad Esau, quanvis vox audiretur pro Iacob. Hic cum munere ingressus ad Iudicem, sequens in dolo fucando advocatricem hortantem : formidabat enim sine iure exitum, & quòd à iudice cognosceretur subornari siparium. Ingressus ergo cum donis, ut caderet iudex (cui cæcitas corporis) in tenebras mentis, ac simul ambiens iudicij perverteret integritatem, ni distingueret qui iudicaturus, vocem. Munus cæcus sensit, ersi non viderit : at antequam degustaret, ne imprudenter laberetur in errorem, personæ fecit examen. *Accede* (inquit) *ut tangam te, & probem, utrùm tu sis filius meus Esau, an non.* Tetigit, verùm dolum non cognovit ; nec cognoscere facile, personam legitimam in lite, qua ab ambiente oblatum xenium, & advocatrice concinnatum embolium. Quid tandem ? *Vox quidem* (proclamat Iudex) *vox Iacob est, sed manus manus sunt Esau.* Perperàm acta litis, ubi in hæreditatem non distinguuntur legitimæ voces. Iudex fecit quod potuit, sed minimè valuit, propter causæ fallacis patrocinium, ut contra iura prevaleret erratum : quo sine ita ius in contrariam legitimam personam niteret; ut vel cæcus iudicaret, cognito ex tanti momenti articulo quanta molimina versutijs cogitata ab advocato, deludente colore iuris, at testibus & textibus illusorijs, sententiam iudicis; intendentis sedulò in examen causæ, ac cognitionem personæ legitimè, in æquitatem sententiæ : quandoquidem apparentia pellium, similitudine manuum, extructis technis, spretà voce iuris contra iura naturæ, legitimi abdicatione, sententia data per munus ; estò palparetur dolus.

Genes.27. 21.

*Iudices fallantur in iudicijs per uxores.*

*Dolus prævalet propter munus, etsi cognoscatur dolus.*

12 De huiusmodi artificijs gloriantur rabulæ intuitu commodi, quasi licitum fingi formam ad scenam, amandantes legum formam ; quam sequentes æmuli, circulatores artis (quoniam ex fraude maiores opes) relinquunt iuris orbitam in causa ; & texunt dolis fallacissima artificia. *Continuus inde* (subdit Tacitus d. *cap.*5.) *accusandi reis Publius Suilius, multique audaciæ eius æmuli, nam cuncta legum & magistratuum munia in se trahens princeps, materiam prædandi patefecerat : nec quicquam publicæ mercis tam venale fuit, quàm advocatorum perfidia.* Nulla causa, qualis qualis, ab ilis re-

Tacit.

*Perfidi & fures.*

repulsa: ex qualibet replentur & evacuantur marsupia dispositа: & modò lucelli sint, etiam post imprægnationem, adhuc locus est. Quod mysterium & prudentiæ commendatio in Moyse (aptiùs intelligitur textus de Davide, ut hìc observant Maluend. & Genebr.)in pravis causidicis est via trita iniquitatis. *In intellectibus manuum suarum deduxit eos.* Phrasis est etiam inter Profanos, ut alibi dixi, & utitur Seneca in *Hippol.* v. 1254. *Docta manus.* iterat in *Troäd.* v.884. & in *Hercul.furent.* v. 1124. Non in intellectu dicit, sed *in intellectibus*; ut harpyiarum in curia ostendantur munus & manus: igitur si numi sunt, & litigatores validi, rabulæ citò ad utrumque. Hispanicè: *Hacen à dos manos.* Ut manus accipiant munus, in textu distinctos etiam habent intellectus. Intellectus est in manibus. Importunus profectò rationi locus. Ratio in capite collocatur pro iudicio in concordiam litigantium iuxta legum amussim: & in manibus collocant præposterè intellectionem; quoniam duntaxàt iuxta quæ manu tentant, causas litigantium iudicant.

Psal.77.72.

*Cur in illorum manibus intellectus?*

Iuvenal.

*Ingenio manus est,*

Dicit de Causidico Iuvenal. *Satyr.*10. v.12. Ibi ingenium non iudicium: & in iudicio utuntur ingenio: siquidem iuxta quæ in manu munera, cedit vel extollitur iusta vel iniusta causa. Excusationem habent: munera quippe in manibus iudicantia, rationis præoccupant in examen iudicia. *In intellectibus manuum.* Intellectus trahit res ad se. Ingeniosa manus fit. Manus rabulæ, dum sibi præstat, & non causæ patrocinium; intellectus surripit ministerium: igitur nihil est, quò vacuam manum imponat, ex quo non trahat propter impostura plenam. Vividè Nostrates: *Sacan el puño lleno, en qualquier cosa en que meten la mano.* Intellectus in causis consilia proponit, manus trahit: & cùm rabulæ consilia intellectus duntaxàt dirigantur ut impleat manus; intellectus in manibus collocatur, ut litigator perpendat quomodò ingreditur: quandoquidem si in manibus nil aspiciunt, intellectus illorum nec habent verbum. *In intellectibus manuum.* Si manus non suscipiunt, nihil intelligunt.

*Ubi non donum, intellectus illorum nec habet verbum.*

Grang.

*Actio sic manibus, sic capiti eloquium.*

Subdit Isaäcus Grangæus in loc. præf. *Iuvenal.* Connectuntur manus & intellectus: etenim si non crumena nec sermo intellectionis in lingua. Intellectus & manus. Hoc sanè mirum in hiante aviditate rabularum, numorum legislatorum sequentium formam usque in insaniam: igitur propter teruntium amittunt sensum (vide Iovian. Pontan. de *Liberalitat.* cap.7.) protritis, deplosisque iure & lege, ob lucellorum formulas,

Iuven.1. v.64.

*Dant veniam corvis, vexant censurá columbas.*

13 De horum avaritia ingenita luditur festivè ex Demosthenis historia. *Miles accusatus, quicquid habebat auri* (ait Plutarch. in eo) *in digitos Demosthenis statuæ reposuit, ubi reversus salvum depositum miles invenit.* Isaäc.Grang.cit.ita canendo pungit in *Satyr.* 13. *Iuvenal.* v.60.

Plutarch. *Cavillum in causidicos.* Grang.

*Reddidit acceptum fidus sine iudice rhetor:*
*Quid mirúm! Non ipse erat, at statua.*

In doctrinis, ut notat Paulus, *Ephes.* 4. 4. sunt sicut parvuli fluctuantes, & circumferuntur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. Unde Seneca in *Ludo Claud.* siccine taxat:

*Venale genus.*

*O Causidici venale genus!*

Senec.

## DIDASCALIA II.

### *In Prædicatoris vita, amica & opera & verba.*

1 IN verbi Dei prædicatores vaniloquos, & apparentia veritatis seductores, docentes, quæ non oportet vel turpis lucri, vel plausus vanidi gratiâ, dirigitur huiusce Didascaliæ sana doctrina. *Qui declamationem parat* (inquit Marc. Senec. Præfat. in lib. 4. *Controvers.*) *scribit non ut vincat, sed ut placeat. Omnia itaque lenocinia ita conquirit: argumentationes, quia molestæ sunt, & minimum habent floris, relinquit: sententijs explicationibusque audientes deliniri contentus. Cupit enim se approbare, non causam. Sequitur autem hoc declamatores vitium; ut necessaria deserant dum speciosa sectantur.* Huiusmodi vitia taxat Tautologia. *Epistola accusationis* (vitiorum scilicèt Ducum Israël) *Scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.* Hic stylus Arameus erat, idest, sacer; quippe erat stylus, quo Hebræis scripta lex; uti ingeniosè astruit Kircher. *Oedip. Copt.* Tom.2. p.1. Class. 2. cap. 2. disquisit. 3. §. 3. & 4. In accusationem vitiorum usus debet esse styli legis, pro compunctione cordis; legique debet præut lex scribit in acta: legebaturque accusatio prout erat scripta; quippe aliter & aliter legere, & aliter scribi, non est vitia accusare, sed fovere. Ad vitam æternam consequendam, *in lege quid scriptum est?* dixit Christus interroganti declamatori: *Quomodò legis.* Sanè discrimen inter lectionem

Marc. Sen. *Unde vanitas concionatorum?*

1.Esdr.4.7

Luc.10.26

*Excutiunt necessaria atque sectantur superflua.*

nem & legem. Interrogat de legis lectione curiosa, ac de legis scriptura; ut operationes hominis cadant ad amussim legis: igitur vita æterna nullo modo possidebitur, si in declamationibus lex legitur, verùm aliter scribitur. Haud secùs Prædicator, qui deserit necessaria, ut sectetur speciosa, cogitando aliam in declamatione formam præter legum scripturam, quæ in vitiorum tendit accusationem, & beatitudinis ex virtutibus finem. Unde si accusatio non legitur præut scribitur, nihil ex declamatione consequetur: siquidem ubi propter flores argumenta mutantur; non increpantur vitia, sed mulcentur.

Horat. ——*Ille profectò*
*Reddere personæ scit convenientia cuique*
*Doctum imitatorem; & vivas hinc deducere voces.*

Ut canit Horat. de *Arte*, à v. 315.

Luc. 8. 5. 2 *Exijt qui seminat seminare semen suum*: dicit Assertor N. parabolicè de Prædicatoribus. Quæstiones de huiusmodi clausula, quære *in Liter. Expos.* à n. 41. Non *exit*, sed *exijt*. Ergo antequàm exiret, exierat: utique, in se priùs, quæ seminaturus, seminaverat semine observantiæ legis, ut vivas posset hinc deducere voces: equidem sine huiusmodi forma verba & verba sunt speciosa cadavera. At hoc infrà. *Qui seminat seminare semen.* Singulare cuiusque verbi misterium: quid ergo & quorsùm nisi semen seminandum? Semen est, quod fœcundum in germen erit, & fructum proferet. Feret ridicula oratio? Non est semen sine fructu, estò magnificetur à prædicante, sed nugæ canoræ: arbitrante flosculis verum seminare semen, effutiendo ventosissimis bulis cerebelli vacuitatem. Tunc exit seminare, sed non seminat; quoniam vanitas fructum seminis evacuat: igitur prædicatione inani, non potest seminare sine semine. *Seminare semen suum.* Quomodò suum, si semen est verbum Dei? Suum, quia in fructum exponit; verbum Dei, ut se non prædicet: suumque in munere prædicationis nominat; quia in verbum Dei, seminando non seminat. Hinc Ionæ dicitur: *Prædica prædicationem, quam ego loquor ad te.* Quæ Deus dignatur loqui, debet declamator prædicare: verbum Dei est prædicandum, ut adimpleat concionator ministerium, haud inanes cogitationes in mulcimina audientis: & ut prædicatione loquatur, commendatur proferre, quod illi Dominus loquitur: quoniam loquens non loquitur quæ Deus spirat, si se prædicando prædicat. Debet attendere in creditum semẽ, vanam sui & à se expellens cogitationem: verbumque Dei dicitur in prædicationem semen suum; quippe debet prædicare ad maiorem gloriam Dei. Ita exit seminare qui seminat: ergo pridem dum exijt seminans non seminabat: semen seminabat sed non verum, quoniam futiliter prædicabat semetipsum. Non fulminabat, ut vitia tolleret, sed ut de vitijs differendo placeret. Delebat ministerij formam, dum se approbabat, non causam: sementisque siccine sine fructu; quippe non prædicanda prædicatio: nec prædicandum ut prædicetur, quod inanis gloria; sed verbum Dei, ut peccatorum compungantur pectora.

*Se priùs prædicator informet.*

*Unde deliret?*

Ioan. 3. 2. *Nil prædicit, qui se prædicat.*

3 *Agrum tuum non seres: diverso semine* (uti lex præscribitur Israëli) *veste quæ ex duobus texta est, non indueris.* Iteratur eodem in sensu, *Deut.* 22. à v. 9. Ager Prædicatoris est *disciplina studij cœlestis*, iuxta Gregor. Magn. Homil. 11. in *Evangel.* Non ergo gloria vana in agro pectoris, in secreto auris miscenda cum gloria; ut prædicatio multum fructum afferat, atque pravo consortio semen non perdat: etenim sine recta intentione, erit profectò studium, sed non cœleste. Hac de causa Dominus per Ieremiam de Prædicatoribus ait: *Furantur verba mea: assumunt linguas suas.* Sermo illorum non Dei verbum, diciturque iurè furtum; quippe linguis suis dolosè agunt: igitur in proprium plausum dirigitur clarè vox, sub speciòso velamine verbi Dei. Non ergo feratur ager altero semine, fructuosà prædicatione: equidem qui videntur flores, in dolorem acerbum tandem pungunt tanquàm vepres. Si vestis intentio est, in prædicatione variegata non sit; ne desinat in confusionem, quod texere quibat beatitudinis vestem: quandoquidem dum ex labore expectatur cœli gloria, operietur sicut diploide confusione sua. *Dum doctrinam legis non ad charitatem habuit, sed ad elationem* (subdit idem *Homil.* 40.) *quasi de acceptis opibus tumuit*: quę quidem non fuerunt opes, sed cymbalum tinniens: etenim cogitans promere thesaurum eruditionum; tumor expulit in aures turbinem procellosum vanitatum. *Cicero* (ait Senec. *Epist.* 111.) *declamatoris sophismata cavillationes vocat, quibus quisque se tradidit, quæstiunculas quidem vafras nectit, cæterùm ad vitam nihil proficit, neque fortior fit, neque temperantior.* Quid tinnitus foliorum in mulcimen aurium? Folia non sunt semina. Quæ non ad fructum; speciosè inania, nihilo proficua, utpotè acumina sine acumine, cogitationes sine mente, sine impulsu satagittæ, fulmina sine igne, iacula sine vigore, & voces sine virtute; disputationes futiles, adinstar fo-

Levit. 19. 19.

Greg. Magn.

*Eius inutilis plausus.*

Ierem. 23. à 31.

Greg. Mag.

Senec.

*Folia non sunt semina.*

foliorum lignum ornantium superfluitates: de quibus idem ibid. *Ludit istis animus non proficit. Nec te prohibuerim aliquando ista agere, sed tunc cùm voles nihil agere. Habent in se pessimum : dulcedinem quandam sui faciunt, & animum specie subtilitatis inductum tenent, ac remorantur, cùm tanta moles rerum vacet.* Filij hominum. Aptiùs, Filij Dei, ut quid, si quæritis fructum, diligitis vanitatem & quæritis mendacium?

Idem. *Orationes futiles.*

Virg. 1. Georg. 226. Ovid. 3. Amor. 6. n. 31. *Expectata seges vanis elusit aristis. Ceres sterilem vanescit in herbam.*

4 Iuxta Iuniperum quievit Elias, cùm pseudoprophetæ tantæ prævaricationis dedissent pœnas. *Obdormivit in umbra iuniperi.* Mirum quòd zelator legis, fervore persecutionis posset tutò dormire, vel à ligno qui fugiens umbram habere. Cur igitur haud in aliam fugit arborem? Ut ad amussim legis in declamationibus exhiberet zelatorem. *Spinas habet pro folijs* : inquit Ravis. Textor, lib. 7. *Officin.* cap. 17. En prædicatoris symbolum, ut voces sortiantur declamationis propositum, expellens è pectore verborum foliorum fastum : equidem si fructus quæritur, dum verbis Dei verbum studiosè fulminatur; tunc prædicatio, uti intenditur, fructuosa, dum folia spinæ, quibus compunguntur pectora. Multoties quia placet ægritudo, estò amara dulcedo, amor proprius in præcordijs vomicam celat, quousque putredinis morsu doleat. Disponitur in prædicatione stimulus vocum in dolorem demulcentium vulnerum : iuniperoque confertur vox prædicantis, quæ spinas habet pro folijs : quippe tunc fructus prædicationis in corda, dum configitur spina. Aliter etiam in scopum Plinius. *Quidam earum duo genera tradunt* (inst *lib. 16. cap. 25.*) *alteram florere, nec ferre : quæ verò non floreat, ferre protinus.* Fructus audientium facilè cognoscitur, ex specie prædicantium. Si oratio duntaxàt floret, profectò sterilis, omninò specioso ornatu futilis : equidem cùm peccatis pectora vulnerentur, spinis, non floribus compunguntur. Fructifera sanè concio, qua interna cognoscitur ægritudo; cui malagma Dei sermo. Hic non constat mulciminis suavitate, penetrabilior omni gladio ancipiti : & ut à floribus respirscant prædicantes, sicut à flagitijs prædicationem audientes, exponitur ferax iuniperus, carens floribus; igitur audientes floribus tantùm verborum, nequaquàm referunt fructum. Folia & folia, verba vana; quippequàm duntaxat verba, cùm debeat ad medicamina cordis

——— *Par lingua potentibus herbis;*

Text. *Declamatio fructuosa, si pectora pungit.*

Plin.

*In floribus nullus fructus.*

*Ipse cruor tutus, nullumque admittere virus.* Lucan. 9. v. 893.

5 Modus prædicationis docetur & in exemplum, ab eo qui non venit pacem mittere sed gladium; ne cor exæstuet intra viscera tabescens, pacem peccatorum videns: *Vos estis lux mundi*, dicit assectis post munus salis, in expulsionem putredinis peccatoris. *Lux est summè simplex; summè mobilis, summè contraria generans, & concilians, summè communicabilis, summè multiplex, summè convertibilis, nihil utilius, nihil pulchrius, nihil velocius, nihil subtilius. Semper enim lux invisibiliter & in tenebris lucet; sed non semper illuminat visibiliter.* Hæc Grannuyse, lib. 8. de *Propriet. rer.* cap. 40. ex N. Berchorio, 5. *Reductor.* cap. 39. Plura alia videsis apud Dionys. Areopag. & *Epist.* 5. & de *Cœlest. Hierarch.* cap. 15. Ita lux. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.* En methodus concionis & prædicantis, ad gloriam eius qui est in cœlis. *Luceat lux vestra*, ut illuminet, non ut cæcet imprudentia verborum, ac vulnere exacerbantium: equidem cùm peccatores excusationem in pœnitudinem quærant, & plus de medicis, quam de vulneribus doleant; præ ira phrenetici obcæcantur luce, irritantur medicamine. Alij sublimitatibus ieiunos relinquunt audientes, quoniam sine verbis illorum sermones; igitur copiâ fortiore luminum ita obcęcantur, ut videntes non videant, & audientes non intelligant. *Oculi vestri vident, quod os meum loquatur ad vos* : dixit fratribus Ioseph. Idest, proprio idiomate, quod potestis percipere sine interprete, quod suo loco diximus : dicitque ad illos ore loqui, dum loquitur illis; quoniam si in sermone non intelligitur vox, ad illos dirigitur, cæterùm illis non est, igitur illis confusè ac ludicrè loquitur, quasi nihil loqueretur. *Locutus est eis multis in parabolis, dicens,* Nihil loquens diceret illis, ni illis loqueretur in parobolis. Ita loquens, loquitur. 1. *Reg.* 2.30. dicitur verbo, *Matth.* 8.8. Loquitur, & non silet, *Ezech.* 24.27. Loquitur, & non tacet. *Actor.* 18. 9. Dicitur dictu, *Luc.* 14. 3. quippe intelligitur, sermo. Quid ad plebem casus Martis, exaltatio Iovis, trinus aspectus Signorum, & oppositio Planetarum? Taxavit irridens Cynicus. *Cuidam* (ait in *Diogen.* Erasmus, *Apophthegm.* 52.) *ad ostentationem ingenij, multa de rebus cœlestibus differenti: Quàm nuper, inquit, de cœlo venisti?* Patet itaque stultissimus, dum sibi videtur de cœlo delapsus.

*Prudentia in prædicatore necessaria.*

Matth. 5. 16

Gen. 45. 12. *Constitiones*

Matth. 13. 3

*Futilitates.*

Eras.

6 *Sic luceat lux vestra coram homi-*

Ubi supr.

*Proprietates lucis.* Grannuys.

*ni-*

*nibus ut videánt opera vestra.* Non lucem, sed operum splendorem. Lux doctrinæ est, quę errantes dirigit: usus doctrinæ per opera in imitationem impellit: & ut luceánt declamantes, non lux proponitur in exemplum, sed opera prædicantium; quippe aptiùs illuminantur vita exemplari, quàm splendore doctrinæ. Non debent in his qui doctrinâ lucent, doctrinæ lucere; ut splendores videantur, sed ut audientes videánt, quomodò doctrinâ splendeánt. In hoc vident exemplum, in illo plausum: minimèque illuminantur in sequelam doctrinæ cœlestis, modò viderint in luce splendorem vanitatis. *Ut videant* qui vitijs cæci, qua nesciunt viâ, opera prædicantis sunt necessaria. Ut luce videant, videántur opera, quę colyrium cęcitatis cordis; prę iniquitate ambulantis in tenebris: equidem cùm doctrinâ illuminentur, & exemplo in dolorem commoveántur; cæci coram luce remanent, quippequàm ni opera videánt, nil vident. *Qui docet in doctrina*: dicit Paulus, de quo in *Liter.* n. 45. Docet in doctrina, cuius iuxta doctrinam videntur opera: etenim cùm exemplo constet prædicationis corpus, est sine virtute virtus; quoniam tunc doctrina ut cœlestis prædicatur, sed non docetur.

*Quomodò docentes nihil docent?*

Rom. 12.8.

*Acta non erant acta.*

Homer. *Cur in illis necessarium exemplum?*

Dicit Homer. 4. *Odyss.* v. 777. Actum in concionatore non actum, si abest exemplum: etenim tota beátitudo docetur, sed nihil agitur. Ratio sub manum. Doctrinæ expositio fit in exilium vitiorum, ut his expulsis cœleste obtineátur regnum; minimèque peccator ab illis removetur, quantumvis periculum damnationis audiatur: quippe sperat etiam flagitijs obtinere cœlum, sicut prædicator iacens in corruptela vitiorum. Nil in actis actum est, quoniam præ vita concionantis totum vox. *Plus viva vox & convictus, quàm oratio proderit*: inquit Senec. *Epist.* 6. Sunt audientes speculum concionantis: objiciunt ad imaginem, duntaxàt quorum acceperunt speciem. Plus docuit Cato exemplo, quàm eloquio. Unde Lucan. 9. *Pharsal.* à v. 587.

Senec.

*Ipse manu suâ pila gerens præcedit anheli*
*Militis ora pedes: monstrat tolerare labores;*
*Non iubet:*

Lucan.

7 Sequamur reliqua. In lucem prædicationis lucere debent opera; quoniam ni videánt in concionantibus doctrinę speciem, adducuntur in tenebras & non in lucem. *Vos estis lux* errantium in via, *ut videant opera vestra, & glorificent Patrem vestrum*; non vos: aliàs evanescet lux, ex qua nullus in directionem radius, quippe fallit & non illuminat oculos. *In Ponto sunt lapides igniti* (ait Textor, d.) *qui vento extinguuntur.* Siccine frivoli prædicatores, ducti vento vanitatis, qui audientes illuminare non possunt; quoniam plausus turbine, vento furenti extinguuntur. Nihil sine luce illuminatur, & si sal evanuerit, in quo salietur? *Ascendit super cherubim & volavit, volavit super pennas ventorum*: David inquit; sed alibi sese exponit; *Ascendit super cherubim & volavit, & lapsus est super pennas venti.* Effectus elucet vanitatis, alienæ prorsùs a munere prædicationis, in quo summus error, ubi micat ad speciem lenocinans fulgor: equidem dum præ eruditione inflato videtur ascendere super Cherubim; in vento plausus invenit subdolè fraudem: vento nititur, & labitur, cum vanâ cogitatione fraudetur: dicturque lapsus, qui cogitatur super Cherubim ascensus; quoniam intendens vanitate volatum, desinit in præcipitium. *Summæ gloriæ, gloriam á se excutere, & Deo tribuere*: ait Novarin. in *Umbr. Virgin.* Excurs. 112. n. 1025. Pennæ ventorum elevant; & elevantur qui pennas ventorum calcant (ubi dirigitur vel in ipso plausu cor ad plausum & gloriam Dei) quoniam ut vera insit gloria, in Deo laudabitur anima: & non in pennis sed super pennas eruditio declamantium plausu collocat ascensum; quippe dum volant, volant super pennas ventorum. Tunc Prædicator vadit per ora virum. *Tunc splendor eius ut lux erit*: etenim cùm ventus extinguat, vel vanitate langueát; ductus inordinatâ vanitate, lux doctrinæ, si lux, lucebit sine splendore. Vide ne lumen quod in te est, tenebræ sint: etenim cùm in tenebris occasio sit offensionis; erit ventoso lapsus, qui præsumitur ascensus. Venant. de *Incertitudin. vitæ*, v. 59.

Lapides Ponti. Textor.

Psal. 17. 11.

2. Reg. 22. 11.

*Ex vanitate lapsus qui cogitatur ascensus.*

Novar.

Habac. 3. 2. *Si lux, lux sine splendore.*

*Nihil est quodcunque videtur;*
*Nam tumor hinc totus.*

Venant.

8 Deus eloquenciæ plausus Mercurius, sed cui nupsit inclyta decora Virtus, de quo consulitur Phœbus. Chartar. de *Deor. imagin.* fol. 55. ex Martian. Capella, 1. *Philolog.* inquit *Mercurium atque Virtutem ad Phœbum proficiscentes facit de matrimonio inter se contrahendo consulturos.* Si Phœbus Sol, signum Solis Iustitiæ, eius consilio statuitur splendor eruditionis Evangelicæ, ne sit inanis prædicatio nostra, sola eruditione vagà: equidem licèt eximia, Mercurialis, nullius momenti, ubi soluta aberrans sine virtute. *Oratores* carpebat Cynicus (ait Erasm. d. n. 16.) *quód studerent iusta dicere, sed eadem facere negligerent.* Dum excludebant virtutem, Mercurij solicitabant li-

Chartar.

*Virtus Mercurij conius.*

Erasm.

bertatem, futilem eruditionem: etenim effrenis, despicabilis, facundissima oratio, sine ullo virtutis iugo. *Ex his autem qui sunt* (subdit Senec. *Epist.* 52.) *eligamus non eos, qui verba magna celeritate præcipitant, & communes locos volvunt, & in privato circulantur: sed eos qui vitâ docent, qui cùm dixerint quid faciendum sit, probant faciendo: qui docent quid vitandum sit, nec unquàm in eo, quod fugiendum dixerint, deprehenduntur. Talis oratio aliquid exhortationis affert ipsis audientibus, & animos adolescentium stimulat. Ad rem commoveantur, non ad verba composita: alioqui nocet illis eloquentia, si non rerum cupiditatem facit, sed sui.* Verborum præcipitium nunquàm potest esse encomium. *Dant quidem inanem voluptatem, sed gloriam referunt inaniorem*: Addit Plutarch. ubi infrà n. 13. Huiusmodi verbifluos instruit, qui in oratoria summus rhetorum excelluit. *Omittendæ sunt omnes voluptates* (ait *Orat.* pro Cœlio) *relinquenda studia delectationis, ludus, iocus, convivia, atque sermo penè familiarium.* Si ita ad profanam eloquentiam, quid in sacram?

Senec. — *Nil concionator, si abest virtutis decor.* — Plutarch. — Cicer.

9 Audiatur in imitationem Doctor Gentium. *Evangelium nostrum* (inquit) *non fuit in sermone tantùm; sed in virtute & in Spiritu-Sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos.* Cuncta delicabimus, ut per cuncta constet perfecta prædicationis forma. *Evangelium nostrum*: ergo in nobis debet esse propositum Evangelium, ut prædicatio ritè fiat, & rectos errantes faciat: igitur Evangelica dogmata non prædicantur, ubi ad fabulas vanas declamantes convertuntur.

1. Thess. 1. 5 — *Principale propositum, Evangelii.*

Textor, Epigr. 4.

*Vana quid insulsi prodest sententia vulgi?*
*Optima dat vitio, deteriora probat.*
*Quid verbosa iuvant indoctæ murmura plebis?*
*Vanus, iners, demens, mobilis, insipidus.*

Planè in concione puerile, ludicrum, Evangelium proponi, & non audire Evangelium. Expectatur ab audientibus, si flores fructus parturiunt; sed in tunsionem pectoris & amorem virtutis, tanquàm splenium auris flores & flores. Hi nequaquàm mittuntur: quomodò prædicabunt, nisi mittantur? Qui mittuntur uti Angeli sunt administratores propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.

3. Reg. 8. 13

10 *Evangelium non fuit in sermone tantùm.* Hinc dicitur à Salomone, quasi pro templo animæ: *Ædificans ædificavi domum in habitaculum* Dei. Sermo solus est in plausum, quasi qui procedit per funiculum, cuius illi per pericula gloria (de quo alibi ex Plinio *lib. 9. Epist. 26.*) dicitur dexteritas, quæ fatuitas: unde si sermo tantùm in huiusmodi ædificio, nulla coalescit ædificatio; quippe verba & verba, quantunvis grandia, duntaxàt rudera & rudera. Dialecto nostrâ: *Un echa cantos.* Sermo medium est, ut audiatur veritas, & exulet fota iniquitas. Perperàm obtinebitur finis, si studium tantùm in medio: nullaque tunc ex tanta mole procedit ædificatio; quoniam licèt verbis magna proferat, quisquis sermone ædificat, non ædificat. Sermo à declamante fit, ut ædificentur muri Ierusalem: sermoque solus à prædicatione repellitur, quia nihil ædificatur. *Non fuit in sermone tantùm, sed in virtute.* Iam datur ædificatio in ipsa ædificatione, dum prædicatur virtus, & præ dolore criminum scinditur pectus, iunctis sermone & virtute prædicantis, ut non consulatur verbis: igitur si prædicatur & ædificium erigitur, non erigitur virtute sermonis, sed sermone virtutis. Ita ædificans ædificat. Ædificat declamator, si ita virtute prædicat; quippe speculum virtutum obijcitur in ædificationem audientium: nequitque ædificare sine virtute, quia nequit ædificari sine ædificatione. Prædicantis vita, audientium profectò forma. Hinc pro *Virtute*, legit Alapide: *Efficacia miraculorum.* Efficacia vocis à virtute prædicantis, qua corda in obsservantiam stimulantur legum, atque prementium detestationem vitiorum: iungunturque miracula ex virtute, efficacitate exempli; quoniam prædicatores morum candore atque integerrimâ vitâ, in conversionem cordium faciunt miracula. Inter Persas ignis collocabatur in lanceæ cuspide, miro splendore flammæ; ex quo efformatum emblema cum lemmate: *Lux publica.* Adi Iacob. Typotium in Tom. 2. *Symbol.* 7. Octavij Strada. Insigne acumen ingenij pro prædicante virtute. Lanceâ in ictum, lux in splendorem coruscantium radiorum: cuspisque ferri unitur meritò luci; in effectum verbi Dei, & splendorem exempli: igitur dum vita declamantis clarè virtutibus fulget, corda audientium sermone quasi fulmine transadigit. Patet *quomodò conversi estis ad Deum: á simulachris servire Deo vivo & vero.* Ita Paulus ædificat, & errantes virtute lucis ad cognitionem revocat. Quid mirum, si mira faciat?

*Quæ in vanis plauditur dexteritas, est fatuitas.*

*Conversio cordis non à virtute sermonis, sed à sermone virtutis.*

Typot. *Et exemplo concionantis.*

Ibid. v. 9. *Ignis in lanceâ apud Persas.* Marull.

*Implebat actu, quicquid sermone docebat.*

11 Etiam Evangelium (quod non in sermone tantùm, sed in virtute, ut potiretur fructu) fulminatum *In Spiritu-Sancto.* Nec in spiritu vanitatis, nec in vanitate spiritus: *Non enim audemus inferere, aut comparare nos quibusdam, qui seipsos com-*

2. Cor. 10. 12.

*mendant.* Spiritum habent, & se commendant, quasi habentes non acceperint. Hi destruunt & ædificant, dum ut prædicentur prædicant: etenim dum se commendant propter prædicationis spiritum, & animarum zelum, est prædicatio sine fulmine virtutis; quippe ex vanitate spiritus transeunt in spiritum vanitatis. Futilis omninò gloria & prædicatio vana: igitur ædificatione non ædificat, nisi quem Deus prædicatione commendat. *In Spiritu-Sancto.* Siccine efficax in motionem concio. Sic in illis Paulus propter illos, non propter se, quanvis fulgeret ut Sol; igitur cùm spiritus detur in utilitatem, & nequaquam in possidentis tumorem; non est spiritus in prædicatione sanctitas, si abest audientium utilitas. Est spiritus, sed non spiritus sanctus; etenim qui datur in auscultantium pulchram ædificationem, convertitur tumidè in propriam utilitatem. At quid ex huiusmodi tumore? Frigora in audientium igne: siquidem haud fervide auscultatur prædicatio, ubi spiritus declamantis sine spiritu. Os habent & non loquentur: aures habent, & non audient: oculos habent, & non videbunt; pedes, sed non ambulabunt. Si spiritus ex virtute virtutis; sine virtute spiritus statuæ meræ, quæ nihil movent sine actione vitali.

*Abfit à prædicatore spiritus vanitatis & vanitas spiritus.*

Alciat. *Embl.* 67. *Statuæ statua, & dictum de marmore marmor.*

12 Denique à Paulo evangelizatur exemplo & virtute prævià, *In plenitudine multa.* Verùm quid hoc? *Non in phantasia* (ait hic Ambrosius) *sed in veritate plenitudinis.* Est ne plenitudo falsa? Utique, dum prædicator dictis operatur opposita, intendens in auditorio conversionem morum, ac pœnitudinem criminum ex vi fulminis verborum: equidem cùm huiusmodi virtus non sit in verbis, sed in actione virtutis; convertere peccatores vitijs rhetorum, undique prorsùs phantasticum. Parùm profectò prodest phalerata facundia, si desistit desciscens à proposito vita: implet verbis auricomis orationem, sed muneris evacuat ut vitiosus plenitudinem: hæcque in officio magna & multa; quippe amica debent esse & verba & opera. Vel fis quod dicis, vel dic quod es, vel non dic: etenim loquendo nihil dicit, sed ipsis verbis mutescit. Quid verba & verba ad verborum substantiam? *Loquentur omnes qui operantur iniustitiam?* Ex vita sine censura constituitur in concionante plenitudinis forma. Unde evacuat, & non adimplet officium, quisquis vitiosus exponitur in exemplum. *Scribæ sacrorum in Ægypto* (infit Kircher. d. in illorum *Polit.* cap. 1. ex Clement. Alexandr. 6. *Stromat.* cap. 2.) *pennas habentes in capite in manibus portabant librum & regulam.* Hinc efficacia sermonum verà plenitudine scientiarum, ut constet pennis studij esse doctum, qui regulam possederit ad munus & librum: etenim in vitam quicquid dixerit nauci & flocci, sine regula vitæ. Veri Prædicatoris officium, quòd ipse in mores sit regula morum: in cuius exemplum Nemesis, ut ait Achil. Bocch. *Symbol.* 67.

Ambros. *Plenitudo sermonis ex vita exemplari prædicantis.* Pfal. 93. 4. *Insigne Scriharum.* Clem. Ale. *Sine regula vitæ nihil in prædicatore*

*Ne fortè vitans incedat*
*Stultè in vitia contraria,*
*Frenum sedenti prorrigit*
*Normamque, calcaria.*

Achill. Bocch. *Imago Nemesis.*

13 Astipulatur Plutarchus. *Lacedæmoniorum quidem Magistratus* (ait de *Audiendo*) *cùm sententiam cuiuspiam, qui fœdam vitam egisset, comprobassent; alterum iusserunt probatæ vitæ & morum, ut eam pronunciaret: rectè sanè atque prudenter populum assuefacientes, ut á moribus potiùs quàm ab oratione duceretur auctorum.* Proposito N. SS. Legislator, de Præside, ut ritè procedant subditi, infit cap. 2. *Regul. Sanct.* divis. 1. & 2. *Iussio eius vel doctrina::. Duplici debet doctrinâ suis præesse discipulis: idest, omnia bona & sancta factis ampliùs quàm verbis ostendere.* Iussio & doctrina dicuntur à Præside facta; quippe est doctrina & doctrina per opera: equidem cum doctrinam signanter explicet verbis, & iussionem tacitè fulminet factis; ubi doctrinæ contraria incircumspectè operatur, nihilum iussu iubetur. Vide plura in *Liter.* à n. 40. Modò intelligitur prudentia in moderatione populi sub Davide. *Sine iniquitate* (inquit) *cucurri & direxi.* Dirigere regimen notat, & se in regimine sine iniquitate signat; quoniam modò haberet aliquam iniquitatem, nullo modo in regimine obtineret directionem. Sequitur bonus subditus prælatum, in quo imitabilem videt candorem morum; quoniam supersedere erubescit, dum ille currit. Quia sine iniquitate David cucurrit, ad votum omnes subditos direxit: etenim ad subditorum rectam moderationem, cum vitijs Superiorum non est regimen. *Cuius vita contemnitur* (dicitur cap. *Infimes*, quæst. 7.) *restat ut prædicatio contemnatur.* Cuius erit pretij, quod sine pretio? Qualis æstimatio lapilli in sterquilinio? Regatur lege, qui cupit regere; atque ratione, procul nævo, cui incumbit alios dirigere. Aptè Venant. in *Nuptijs Sigeberti Regis*, à v. 79.

Plutarch. S. Bened. *Præses & prædicator iubent exemplo.* Pfal. 58. 5. *Minimè regunt cum vitio.* Decret.

*Corrigit ipse prius, quod poscit, ut alter emendet,*
*Qui sibi censura est, reliquis benè lege coërcet.*

Venant.

DI-

## DIDASCALIA III.

### *Ore confessio fit ad salutem.*

1 OPportunè in Didascaliam verba Augustini, quæ habentur de *Pœnitent.* distinct. 1. cap. *Quem pœnitet*, in modum & entitatem confessionis. *Quem pœnitet* (dicitur) *omninò pœniteat, & dolorem lachrymis ostendat. Repræsentet vitam suam Deo per sacerdotes, præveniat iudicium Dei per confessionem. Præcepit enim Dominus mundandis* (Levit. 14. à 2.) *ut ostenderent ora Sacerdotibus, docens corporali præsentiâ confitenda esse peccata: non per nuncium, non per scripta manifestanda. Dixit enim, Ora monstrate, & omnes; non unus pro omnibus, non alium statuatis nuncium, qui pro vobis offerat munus à Moyse statutum; sed qui peccastis per vos, per vos erubescatis.* Hæc est confessionis forma, quam plerunque devenustat erubescentia: equidem delinquentes in malefactis gloriantur, se malos esse cognoscunt; sed cùm ad vulnerum medicinam appropinquant, vulnera ignorant, fugientes scelerum confessionem, etsi noverint, ex ipsa recipere sanitatem. Si venena in vomitum urgent, totum propositum, ut venena deaurent, quin restituantur in salutem, sub linguę cuspide habentes efficax medicamen: equidem vulnerum medicina, nequaquàm venena aurata. Ad rem vel Ethnicus *lib.* 1. *Epist.* 16. à v. 19.

*Modus confessionis.*

Augustin.

*Venena aurata, vulnerum non medicina.*

——*Vereor, ne cui de te plus quàm tibi credas:*
*Neve putes alium sapiente bonoque beatum:*
*Neu si te populus sanum, rectèque valentem*
*Dicitet, occultam febrem sub tempus edendi*
*Dissimules, donec manibus tremor incidat unctis.*

Horat.

*Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.*

Malè habent, malum retinent; & retineri à malo, fatuissimè dictitatur valetudo: equidem cùm promant ad medicinam non omnia, manent incurata medicamine ulcera: peritque salus repentè & à vulnere & à vulneris pudore. *Confessio conscientiæ vox est:* ait Marc. Senec. lib. 8. *Controvers.* 1. Unde illa alia apud Ovid. 8. *Metam.* Fabul. 1. dixit:

Senec.

——*Fateor, merui, & sum digna perire.*

Ovid.

Invenit utique modum, quo liberaretur, quùm peccantem dignam pœnis fatebatur: igitur proferebat peccata, haud aliter præut sederant in conscientia.

*Epistola accusationis scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro*: Tautologiæ nostræ est textus. Syrè scribitur & Syrè legitur accusatio; ut proficua sit peccatorum confessio: siquidem præut scripta cognoscuntur in conscientia, debent ore legi à pœnitente peccata.

1. Esdr. 4. 7. *Debent in confessione dici peccata præut sunt in conscientia.* Guil. Hes.

*Sordibus ex ipsis formosior ardet.*

Accinit Guilielm. Hesius de *Charit.* Embl. 25. pingens bullam è sordibus ad Solem conversam, amænantem oculorum curiositatem ob eximiam inspectatam è lumine pulchritudinem. Ita pro confessione criminum acumen promit:

*Quæ trahit innumeros adverso Sole colores*
*Bulla parum casto surgere iussa luto;*
*Pulchra nimis vel omœna foret, nisi vile fuisset*
*Materiæ in cœnum degenerantis opus.*

Idem.

Quid fœdius crimine, animà in cœnum degenerante? At quid pulchrius istà non adverso, sed propitio Iustitiæ Sole? Unde ex maculis tanta pulchritudinis venustas? Quia fassa maculas. Coram Sole speciositas ex sordibus? Confessió & pulchritudo in conspectu eius. Dum criminum pœnitens confessionem habet,

*Idem in anima peccatorum confessio, atque gratiæ pulchritudo.*

*Pulchrior ex ipsis sordibus esse potest.*

Idem.

3 Ecclesia militans, quia modò per fidem & non per speciem (estò habeät bonorum & improborum discrimen, uti observat Gregor. Magn. Homil. 12. in *Evangel.* & Nos *Tom.* 5. *T.* 1. *n.* 27.) habet per gratiam Deitatis claritatem, quapropter illam Ioannes vidit de cœlis, ut illuc ascenderet, descendentem. Mira sanè Numinis dignitas, & gratiæ hominibus communicatæ claritas! Ita à Ioanne describitur: *Lumen eius simile lapidi pretioso, tanquàm lapidi iaspidis, sicut crystallum.* Crystalli proprietas est claritatis perspicuitas. *Candida crystalla*: dicit Martial. 8. *Epigramm.* 77. Conditio iaspidis, nævi, & umbræ, quæ pulchritudinis maculæ. *Obnubit tempora iaspis*: ait Petrarch. in *Amor. triumph.* Quæ videtur contradictio, propter effectum mirificum est pœnitentis confessio (cùm anima iaceret plena sordibus, & fœteret prę putredine corruptum pectus; & rediret in amissam maculis gratiam, accipiens cœlestem formam) iaspisque maculosa crystallus dicitur, dum crimina anima maculata confitetur; quippequàm per dolorosam ex animo confessionem, deletis maculis habet ut crystallus claritatem. Quæ in iaspide ut maculæ rutilant, crystallum summè dedecorant. Adinstar iaspidis est ani-

Apocal. 21. 11.

*Quæ maculata, speciosa.*

animus deturpatus criminibus. Adinstar pellucidæ speciosæ crystalli, ubi virtute gratiæ liberatur à crimine, novitate eximiâ de cœlo veniente gratiâ, allectâ per criminum confessionem ad animæ pulchritudinem: etenim simulatque virus præ dolore evomit pectus; anima maculis pulsis, effulgurat ut crystallus. Mirificum opus exprimitur, ubi tanta speciositas ex turpi deformitate videtur. Non mirum, si speciositas ex pulcherrima forma: magnum, dum in cœnum labens degeneravit materia: crystalluſque & iaspis conciliantur in expressionem pœnitentis; ut ostententur in anima miracula confessionis; siquidem non tam magnum quod crystallus, sed quòd crystallus ex sordibus.

4 Appropiemus instituto. Non solùm ad excussas animi maculas, crystalli exponitur puritas; sed ad indicandum modum, quo anima sordida effulget tanquàm crystallum. Maculæ iaspidis sunt notæ criminis, quibus deformitas, unde aufugit gratiæ claritas. Ad huiusmodi felicem claritatem, per perviam ac præviam pervenitur confessionem; quippequàm ore confessio fit ad salutem. Ubi non patet quod latet, & eodem modo; inhabilis ad venustatem confessio: efficax sanè, modò proferatur ore, præut est in mente: ob hoc profectò iaspis & crystallus, ut confessionis exerceâtur modus: igitur in crystallo videtur ex maculis pulchritudo; quia maculæ videbantur tanquàm in pura crystallo. Acumini suffragatur prefatus Gregor. Homil. 40. in *Evangel*, inquiens: *In cutis quippe vulnere virus à visceribus trahitur, & foràs erumpit. Quid est ergo peccatorum confessio, nisi quædam vulnerum ruptio? Quia peccati virus salubriter aperitur in confessione, quod pestiferè latebat in mente.* Hinc confessio in sanitatem invitat, quippe patet virus, & patet eodem modo quo latebat. Assertori nostro pro salute occurrerunt dolentes decem viri leprosi. Propriè lepra emblema peccati: originem habet in visceribus, & apparet in cute. Nil minus erumpit in corpus, quàm habetur intùs, indicans medicamina, ut sanentur & citò putrida viscera: etenim proxima medicamini, cordis manifestatione.

*Ubi maculæ videntur, purificantur*

Greg. Mag.

*Cur lepra emblema peccatii*

5 Occurrerunt ergo leprosi, & *levaverunt vocem dicentes: Iesu præceptor miserere nostri.* Promptam igitur invenit misericordiam, qui fatetur in salutem propriam miseriam: *& factum est, dum irent, mundati sunt.* Conditio optatæ sanitatis fuit accessio ad Sacerdotes: & mundati sunt dum irent, & antequàm pervenirent; ut gratiæ promptitudinem cognoscerent: igitur munditiâ donati sunt, priusquàm præsumeret spes. Hinc sanitas & carnis puritas, per quas medicamen exponitur vulneris, & in anima vitijs leprosa, effectus salutaris confessionis.

Luc. 17. 13.

V. 14.

*Quàm prompta in Salvatore gratia!*

*Levaverunt vocem.* En lepræ peccatorum medicamen: equidem si lepra peccatum quod apparebat in cute, ad sanitatem iam videbatur in ore. Quod corporaliter factum cum hisce infirmis, perficitur in anima vi sacramentalis confessionis. Vitium interiùs quasi in visceribus generatur: est salus, si lepram qui in sordibus, confitetur, ob cuius molestiam immundus clamat, ac purificari postulat: illique postquàm clamarunt, mundi virtute apparuerunt; quoniam virtute Christi nunquàm se vidissent sanos, ni clamantes confiterentur leprosos. Retunditur superbia hominis, qui fateri vitia renuit, plenus vitijs; pluribus maculis inquinatum habens pectus, quàm fœdè contaminatus leprosus, pudore sine pudore, in dedecus verecundiæ.

*Accipit confessione sanitatem, qui exponit in medicamen languorem.*

*Cùm nihil refert pudet: ubi pudendum est,*
*Eos deserit pudor: ibi cùm usus est, ut pudeat.*

Plaut.

Ut signat increpans Plaut. in *Epidic.* Act. 2. scen. 1. v. 1. Confiteri se leprosum flagitijs pudet, vel dum maculas cognoscit: exprimens in pudore impudentiam, atque præsumptionem fatuam: quandoquidem maculas celare cupit pudore; cùm videantur & appareant, utpotè leprosi in cute. *Ut* Christus clamantes *vidit* (ideſt, audivit) sanavit. Si per auditum salus, audivit medicus; quia vidit internâ viscerum corruptione leprosos, & se fassi sunt corruptos; quia medicinam non peterent, ni se infirmos cognovissent: clamantesque in pristinam sanitatem restituuntur, ut confessionis cæteri requirant medicamentum: igitur nullam à lepra obtinerent sanitatem, nisi per lepræ peccatorum confessionem.

Ibid.

*Par lingua potentibus herbis.*

Lucan.

Dicit Lucanus de Psyllis, 9. *Pharsal.* v. 893. Herbis inest in virus virtus medicinalis: unde Claudian. 1. de *Rapt.* v. 188. inquit: *Medicas seu disceret herbas.* Astruit etiam Sapiens, *cap.* 16. 12. Potentibus herbis potentior in virus lingua peccatoris: igitur medicina prompta, si cordis venenum apparuerit in lingua.

*Lingua peccatoris quando medicat*

6 Brevi astruendum propositum. Cæcus quidam sedens secus viam iuxta Iericho, transeunte Iesu, sensit lucem, & animitùs cupijt videre Solem. Accedere ut illuminaretur optabat, sed præ cæcitate & turba appropinquare non poterat. Ad vocem ergo re-

recurrit, quoniam in aliud nil valuit: iuxta est Dominus in auxilium, invocantibus eum. Hinc illum audiens, ut exaudiret illum Dominus Iesus; iussit illum adduci ad se. Tunc illi dixit: *Quid tibi vis faciam?* *At ille dixit:* *Domine, ut videam.* Quid ex huiusmodi articulo? Plena & promptissima cæcitatis curatio. *Confestim vidit?* Vidit & confestim qui sine oculis? Eminuit lingua potentior potentibus herbis. Prævaluit virtus linguæ efficacitati chelidoniæ: igitur statim obtinuit illuminationem, quia suam coram medico confessus est cæcitatem. Ille vitium est fassus, nec turbatus nec confusus, quippequàm ægritudinem audiebat medicus; à quo prompta medicina, cæcitate eliminata, ægrorum increpato pudore, qui cæci manent etiam medico audiente: etenim in signum fatuitatis, inficiantur cæcitatem, quæ coram oculis. In institutum restat inquirendum; cur si Dominus cognoscit à cæco optari videndi formam, illi dixit: *Quid tibi vis faciam?* Necessarium utique, quod responderet: *Ut videam.* Quid enim nisi videre cæcus poterat desiderare? Innuere volebat Christus in cæci illuminatione corporis, quid perficiendum in anima ad expulsionem voluntariæ cæcitatis. Cæcitatis criminis confessio, postquàm ostendit cognitio, est omninò necessaria, quanvis cæcitas sit publica: unde etsi medicus scit, quod cæcus vult, interrogat quod scit; quoniam restabat ut reciperet cœlestis gratiæ pretiosissimum lumen; ut ipse exprimeret ore, quæ gravabat, cæcitatem. Hanc cognovit, hanc expressit: & cùm ore fateretur, quo conscientia gravabatur, remissa est in hominis formam deformitatis iniquitas, quia excussa cæcitas.

Luc. 18. 41. V. 43. *Accipit lumen, qui fatetur cæcitatem.*

Cant. 1. 5.

7 *Nigra sum, sed formosa filiæ Ierusalem*, dicebat sponsa in gratiam assumpta, quæ indigna præ nigredine in acceptionem gratiæ. Non ut Andromedæ gloria, quod esset, sed quod fuisset nigra.

Ovid.

——— *Placuit Cepheia Persei*
*Andromede, patriæ fusca colore suæ.*

Ut canit Ovid. *Epist.* 21. v. 35. & de Didyme, 7. *Antilog.* Epigr. 13. *Si nigra, quid hoc? Carbones accensi splendent, ut rosarum calyces.* Nostra ergo Sponsa, ut vertit Mariana, accinit:

Marian.

*Nigra quidem sum, sed simul est mihi forma venusta.*

*Et speciositatem, qui nigredinem.*

Difficile prorsùs iungere venustatem & nigredinem. Facillimè profectò per confessionem: Adest venustatis gratia, dum floret nigra: fatetur esse nigram & venustatis spectabilem formam; quia fatetur esse nigram. Hinc ambienti præpropere filijs superiores dignitates, dixit Dominus, sciens quò tendebat cor, *Quid vis?* Non ignorat. Ambitionis veneno tinctam interrogat, *Ut vulnus detegat* (infit Chrysostom. Homil. 66. in *Matth.*) *& ita medicamentum apponat.* Medicamentum vulneris pendet ab ore peccantis! Profectò: Ore claret vulneris cognitio, frontis confusio, doloris expressio, ac peccati abominatio. Unde cùm ex confessione criminis salus manet; de vulnere scito medicus sanciam inquirit: etenim nequit apponere medicamen, ni exprimat ore ex vulneribus dolorem. Quomodò archiater vulneratum sanabit, si non dicit ægrotans, de quo dolet? Utique peccati medicina divina gratia è suppositione confessionis, qua expressio dolentis ulcere criminis. Ni ulcus detegatur, medicamen non apponitur: inquiritque Christus, qualis in pectore vulnus, ut purget pectus: etenim ni in ore claresçat culpa, nunquàm medicatur gratia. Audiatur Ethnicus, *lib.* 1. *Eleg.* 9. v. 33.

Matth. 22. 21.

Chrysost.

*Ni in ore claresçat culpa, nunquàm medicatur gratiâ.*

*Quære, si pudor est, quăprimùm errata fatere:*
*Dicere quo pereas, sæpe in amore levat.*

Propert.

Aptiùs & perspicuiùs in *Bruto*, Cicero: *Sit errati medicina confessio*, ubi nulla erroris affectata excusatio: quippequàm semper in relapsum crimina; si non in ore, uti iacent in conscientia.

Cicer.

8 Cùm in valetudinem pristinam, ignoto medico, salus fuisset concessa Paralytico; posteà invenit eum Iesus in templo, illique dixit: *Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius, tibi aliquid contingat.* Ergo propter peccatum tot retrò annis gravaverat lectum. A cæco removit actutùm cæcitatem, à Sponsa deformem fuscam nigredinem; nec hanc, nec illum admonet de recidivæ periculo, & paralyticum viribus integris prævenit de relapsu? Demonstrat articulus, quàm pronus in ruinam paralytici status. Iacebat diuturnà gravatus infirmitate, ex animæ vulneratæ languore; cùm medicus cœlestis diceret: *Vis sanus fieri?* Fugeret quidem periculum, si se fateretur ægrum. *Vis sanus fieri?* Facilis exitus ex peccati cognitione. *Vis sanus fieri?* Tanti sumptus aut incommodi dicere, Volo? *Vis?* *Domine hominem non habeo.* Non interrogat medicus de ministro asportationis, sed duntaxàt de voluntate salutis. *Vis?* Cupiebat esse sanus, sed nolebat dici infirmus. Cognoscebat iacere præ crimine, sed renuebat confiteri. Per lectulum ac iacturam crimen fatebatur planè, sed non fatebatur plenè; igitur non erat excusatione ficta peccatum in ore, sicut erat sine excusatione in mente: & dum à medico erigitur, de relapsu

*Errati medicina confessio.*

in

*Dicantur crimina, præut sunt acta.*

in deterius edocetur; quoniam in deterius & ruinæ graviori proximus, qui ore crimina non exprimit, præut in conscientia radicata cognoscit. Debent promi delicta, præut sunt acta, & præut sunt cognita: periclitaturque ex mirabili erectione paralyticus, non Sponsa, neque cæcus; quoniam sine excusatione in optabilem salutem, confessi sunt plene & planè cæcitatem & nigredinem.

Ovid. 2. *Trist.* Eleg. unic. v. 315.

*Nil nisi peccatum, manifestéque culpa fatenda est:*
*Pœnitet ingenij iudicijque mei.*

9 Quodnam ergo erit peccatoris iudicium, dum ingenio nequitiæ solicitat morbum, quo miserrimè iaceat, nec surgere cupiat? Si medicamen habet ad vulnus vel affectionem; quo iudicio proterit medicamen? Ob pudorem?

Plaut.

*Priùs te cavisse, quàm pudere æquum.*

Dicere possumus iurè ex Plauto in *Bacchid.* Act. 4. Scen. 9. v. 94. Pudere debet pudoris (qui quidem habendus in patratione criminis) quoniam quod expui quibat pus vomicæ, in interitum fatuè recluditur pectore, & insanabili vulnere. Fatiscimus monitu: igitur tantà insensibilitate; ut quanvis sanitas saucium invitet ad pharmacum confessionis, cum ulcere, cum pudore, cum cruciatu, tanquàm lapis. Duobus symbolis exprimitur Nabuchi nequitia: in arbore scilicèt & statua. Nescio quo peior, quia in utroque & ex utroque furor. In statua, tumidè insolentis, demonstratur malitia, non solùm quia in cultum exponebat, sed quia studiosè deauravit, de quo pœnitere debuit. In cultum exponebat, subditorum ruinà, ut audaciùs peccaretur: igitur gravior iniquitas, dum peccatum adoratur. Statuam deauravit, ut excusationem haberet: & ampliùs simulatione delinqueret: etenim difficilè peccator effrenis in compunctionem corrigitur, ubi crimen ob blandimen maiestatis deauratur: Quod prę se fertur speculo simulachri undique; turpis, extèditur nequiter in emblemate arboris. Ne cadat statua, basis supponitur: tuncque statua non movetur, ut in illa obijciatur exlegis impœnitudo: etenim si peccat homo, malumque delinquere; peius ominò in malo immobilem esse. Arbor, ut persistat vana ex ornatu pompositas, radices mittit profundas.

Daniel. 3. 1. 47. *Non deauretur, nec colantur.*

*Pessimum animæ, in peccato persistere.*

Virgil. 2. *Georg.* v. 291.

——*Quæ quantùm vertice ad auras*
*Ætherias, tantùm radice in tartara tendit.*

Hinc claret pravitas cordis, sequente exlege conditionem arboris: etenim cùm resipiscere pudeat, & uti lignum nec sentiat; uti arbor radices mittit, ut nequiter quandiù vixerit in flagitijs perseveret. Quod iacet altè, non potest evelli. *Radices eius sub illa erant*: dicit Propheta de Synagoga corrupta. Opportunè illius impœnitentia demonstratur; ubi peccatrix radicibus arboris vigilanter confertur. Radix arboris & deorsùm in firmitatem vergit; & simul, quippe sub terra, oculos fugit. Haud secùs peccatores ductu voluptatis transgressores legis, in vitijs mittunt malitiosè radices; quin possint converti ad cor, quanvis urgeat tota lex: equidem si difficile, quippe radices peccatorum profundæ; impossibile, quia radices in confessionem absconditæ.

Ezech. 17. 6 *Radicitùs hærere, & crimina abscondere.*

10 Liquet in utroque malitia iniqua Nabuchi; verùm amplior ex utroque. Pende ex eius phantasiæ insomnijs, quò devenit improbitas delinquentis. Malum næ in malis perseverare: peius, radices in iniquitate mittere. Est quid ultrà? Sunt ampliora. Utinàm non essent, ut aliquando prævaricantes resipiscere possent! Statua ergo in signum exponitur, arborque simul luminibus exhibetur; ut cautè videatur malum, quo peius nullum: igitur postquàm radices pravè miserunt in culpa; ad crimina confitenda sunt immobilis statua. Cor illorum vanum est, quia in illis emortuum cor: eligentibus potius in mortem tradi, quàm pro fugienda morte, transgressiones confiteri. *Super dolorem vulnerum addiderunt.* Maluend. hìc. *Dolores doloribus, vulnera vulneribus, & plagas plagis addentes*: simul exponentes fatuitatem, per voluntarium dolorem; igitur ne dolerent, dolore per confessionem efficerent. Si ergo dolor dolore deletur, & dolens vulnus, ex quo dolor, non effatur; in maiorem dolorem addit doloris levamen: etenim luit vehementiore cruciatu, dolorem vulnerum quem extinguebat confessio.

*Ad confessionem peccatores, immobiles lapides.*

Psal. 68. 27. Maluend.

*Dolor confessionis dolorem levat.*

*Non ampliùs occultabo, ut pectore & corde*
*Abluto, levior fim. Stillant meæ pupillæ*
*Lachrymis, & anima dolet malis,*
*Insidijs petita.*

Euripid. in *Ion.* à v. 874.

In confessis cor pectusque purificatur: lachrymis & dolore levatur dolor. Unde cùm dolorem ex confessione fugiant, estò vulnera sentiant; qui confessionem pectoris amandarunt, dolorem super dolorem vulnerum addiderunt. Quid ampliùs? Quod pateat vulnus: etenim si peccatum, estò lateat, manifectum.

11 Meminit Ctesias in *Persic.* fontis cuiusdam, *cuius aquam ad modum lactis si quis biberit; quæcunque admiserit, patefacit: eo enim die mente alienatur.* Huiusmodi lac est aqua voluptatis, quæ avidè bibitur à concupiscentijs; & latere cogitatur, quip-

Ctes. *Aqua confessionis.*

quippe intra viscera absconditur: cæterùm qui bibit, fallitur: etenim cùm sine mente ex potu sit, & saliat veneno cor; sat profectò quòd bibatur, ut occultum venenum manifestetur. Licèt abscondita, licèt muta, linguam habent crimina. *Deus, Deus meus* (exclamat David, delictum occulens ferè per annum) *ut quid dereliquisti me? Longè à salute mea verba delictorum meorum.* Verba delictorum, vel delinquentium? Delictorum utique, ne cogitentur abscondi: igitur clamat lingua, modò adsint vel in pectore peccata. Si pectora peccant, totidem ora sonant. In mente namque fatuitas, in corde quæ admissa pravitas. Occulta crimina iudicantur, quia absconduntur. Si confessio necessaria, in perniciem sine mente fallitur intelligentia: igitur verba audiuntur delictorum; ubi precantis pro venia, delictorum, neque verbum. Non est mens, si pravum cor: etenim si peccator novissima provideret; cognosceret sanè per verba confessionis criminum, compesci, ut sileant, verba muta delictorum. Opponuntur criminum dolor & criminum clamor. Cuncta manifestanda sunt vel silentio confessionis, vel per se. Longè à salute huiusmodi mæsta vox: etenim signa perditionis & non salutis; peccata dicere, quæ dicere oportebat peccatores. Siletur, cæterùm vox magis in silentio auditur.

*Fiò muta linguam habent crimina.* Psal. 21. 2.

*Silent confessa.*

12 David ergo deliquit, diu in peccato hæsit: pœnituit, liberatur à morte, & dum crimen obijcitur illi: *Non morieris* (inquit arguens) *veruntamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini propter verbum hoc.* Sat est. Verbum ignobile adulterium, atque fœdius homicidium? Verbum peccatum factum? Quia factum, in facto verbum. Habet linguam in ultionem quodlibet crimen: verbumque peccati dicitur, quod opere perpetratur; quippe ni pectus pœniteät, semel si commissum clamat.

2. Reg. 12. 14.

*Dum peccatum, non occultum.*

*Heu: quàm difficile est, crimen non prodere vultu!*

Ovid. 2. *Metam.* fabul. 6.

*Facies combustæ vultus eorum.* Isai. 13. 8. Hinc *cap.* 59. 12. subdit: *Peccata nostra responderunt nobis.* Minimè responderent sine voce, nec arcanum ita latens cognosceretur in facie. Claret in cogitationibus Esau, qualis & quanta criminis vox. *Oderat enim semper Esau Iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater, dixitque in corde suo: Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Nunciata sunt hæc Rebecæ.* At quomodò nota, si duntaxàt à corde & in corde cogitata? Biberat è lacte Persico, commisso cogitatione parricidio: Rebecæque refertur quod in corde concepérat à concepto nunciatum; quia conceptum peccatum factum est verbum. Cogitationes eius conturbabant eum, ac immutabant vultum. Sanè quæ cogitata, sunt dicta in corde; sed de corde exeunt cogitationes pravæ. Dum exeunt, cognoscuntur: Rebecæque quę sunt cognita enunciatur; quoniam quia crimina & videbantur in facie, & audiebantur in voce.

Genes. 27. à 41.

*Factum fit verbum.*

13 Si peccata vulganda, cur non confessa? Fiat in utilitatem sponte, quod in cruciamen invitè: equidem si in remissionem voces confitentium; profectò in damnationem quæ sunt verba delictorum: in confessione quippe dicuntur ut lateant: in rubore verò occultantur, ut prodeant. Dæmoni, simiæ Dei perplacuit confessio, ut confitentes paterent ludibrio, vel ut haberetur tanquàm Numen, confitentibus iudicrè concedens absolutionem. Vide dicta de Rupe confessionis, *Tom. 3. T. 7. n. 16.* Multos dæmon derisit, sed derisus à multis. Ex Plutarc. in *Laconic.* apud quem non inveni, dicit Anton. in *Meliss.* cap. de *Confess.* Lysandrum à sacerdote coäctum, ut diceret, in vita quid egisset deterrimum. Ille uti cautus interrogavit sacrificulum, utrùm hæc diceret ex præcepto Deorum? Cui annuenti respondit: *Sine ut Numina percontentur.* Alius etiam Lacon in eodem articulo ridens, interrogavit: An sacerdoti vel Dijs dicendum flagitium? Cùm sacerdos diceret: Dijs; ille actutùm: *Tu igitur recede, ne audias, Dijs dicturus.* Mentita est iniquitas sibi, in dedecus confitentium meditata confessione: equidem vulgari cupiebat peccatum, ut cæteri criminum haberent exemplum. Aptè Senec. *Epist.* 123. *Nullam habet spem salutis æger* (inquit) *quem ad intemperantiam medicus hortatur.*

*Cur olim dæmon ethnicos urgebat in confessionem criminum?* Ant. Mell. *Illuditur ab illis semel & iterùm.*

Senec.

14 Aliter accidit confitenti David. *Dominus* (dicitur illi) *transtulit peccatum tuum.* Hebr. *Abscondit peccatum tuum.* Accessit confitenti crimen dolor, & sopitus criminis clamor: equidem cùm pectus dolore punctum aperiat; ut peccatum non appareat, Dominus voces peccati compressit, ut manifestum pœnitudine abscondit. Peccatum ergo transtulit, & ita abscondit; ut audiri vel videri curiositate nequiret. Hinc SS. Benedictus, cùm vulneribus satageret mederi; pharmacum decernit, *Patefacere.* Regul. Sanct. cap. 4. *Instrument.* 50. Sanantur enim & occuluntur vulnera, confessione manifesta, quia prompta in indulgentiam copiosa gratia. Terentius in *Phormion.* Act. 5. Scen. 8. v. 45. luculenter ac propriè:

2. Reg. 12. 13.

*Peccatum qui confessione apperit, opperit.*

S. Bened.

Quan-

Terent. *Quando iam accusando fieri infectum non potest;*
*Ignosce, orat, confitetur, purgat. Quid vis amplius?*

## DIDASCALIA IV.

### *Splendor virtutis nobilitas insignis nobilitatis.*

1 ARbitror ex voce Nobilitatis, quod entitas tota vocis: equidem si eius species ex fundamento virtutis; sine fundamento in re, vanitas vanissima tota vox. Basil. Unde Basilius Imperator *Paraenes. ad filium*, cap. 58. *Iniuriam summam facit corporis nobilitati* (inquit) *qui animi nobilitatem negligit.* Verùm quid nobilitas corporis, ut eluceat corpus nobilitatis? An corpus in his & illis ex alia massa, ut constet in his aurea, in alijs luteâ? Planè insania. *Eadem omnibus principia, eademque origo* (ait Seneca 3. de *Benef.* cap. 28.) *nemo altero nobilior, nisi cui rectius ingenium, & artibus bonis aptius. Unus omnium parens mundus est, sive per splendidos, sive per sordidos gradus ad hunc prima cuiusque origo perducitur.* A sapientiore discendum. *Sum quidem* (inquit Salomon) *& ego mortalis homo, similis omnibus & ex genere terreno illius qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum caro. Quid superbit terra & cinis?* Eccli. 10. 9. An qui terrenus quit esse de cœlo, ut distinguamur in luto? An hic terrenus & alius de cœlo delapsus? Rident vel Ethnici. Lege Plin. *lib.* 7. in *Proem.* Plutarch. de *Pietat. erga fratres.* Anacreön. *Carm.* 24. & Plaut. in *Casin.* Act. 2. Scen. 4. v. 83. de quo Nos latè, *Tom. seq. Tautolog.* 1. Liquet corpus nobilitatis ex nobilitate corporis, quam tibi confitebitur pulvis. Hoc totus & totum,

*Nobilitas corporis insania mentis.* Senec. Sap. 7. *Nobilitas corporis pulvis vel cinis.*

*Quanvis nobilis iactes*
*Et genus & nomen inutile.*

Horat. 1. *Carm. Od.* 14. v. 12. 2 Si ita est, quod nemo inficiabitur fidelium, erit à Iove principium? Est ab Hectore, & Ab Achille: à Cæsare, aut Scipione. Sit ergo, licèt nescias. At illi unde? Ex Lunæ atque Solis coniunctione? Non aliter in multis extremum dementiæ. *Hic est liber generationis Adam*: dicitur in veritatem generationum hominum, ac expulsionem vanitatum. Ab hinc sumenda tanquàm ab origine nobilitas: aliter tendit in vanitates & insanias falsas. *Nemo enim ex Regibus aliud habuit nativitatis initium.* Unde ergo in eadem figulina origo clarissimorum? Nihil aliud legendum præter hunc librum. Attendite ad petram, unde excisi estis, & ad cavernam laci, de qua præcisi estis. Haud alius in corporis nobilitatem character: hic tantùm generationis liber: si alia in tot generationum ficto splendore nobilitas; fanatica sanè vanitas. Insinuat Persius *Satyr.* 6. à 56.

Genes. 5. 1. Sap. 7. 5. *Omnes mundanorum geneälogiæ, fabulæ.* 1. Tim. 1. 4.

——— *Præstò mihi Manius hæres,*
*Progenies terræ: quære ex me quis mihi quartus*
*Sit pater, haud promptè, dicam tamen adde etiam unum,*
*Unum etiam, terræ est iam filius.*

Dicit Apostolus, monens non intendere *fabulis & geneälogijs.* Aptissimè utrumque iungit, ut inflationes ludicras à cerebro fastus exterminet: dicitque fabulas & geneälogias; ut eluceat quid sit & quorum inter homines nobilitas; igitur si præter librum Adami est aliqua geneälogia, in blandimen potentium fabula vana. Hic est liber generationis Adam: masculus & fœmina. Unde ergo familiarum concipiemus ex origine splendorem, dum eandem omnes habent communem originem? Ab alio texitur nobilis generatio: ergo iam non est origo. Ergo huiusmodi geneälogià evanescit etiam phantastica vanitas; cùm non sit ab origine nobilitas. Falsò igitur fulget: igitur

*Finis ab origine pendet.*

Manil. 4. *Astr.* cap. 1. v. 16. 3 Iam ergo à principio splendorem non agnoscunt, qui ad claram nobilitatem originem fugiunt. Si recursus ad nobiles ramos; propudiosior invenietur recursus. Attenditur in excelsum, & non in putridum? Derisus & ineptiæ: fabulæ vanæ. Delectabilia, vel fastidiosa tot nomina, tot coniugia, tot genimina, tot exitus, tot eventus, tot felicitates, & infelicitates dispersæ, atque concisæ divinationis? Vide Tertull. *Contra Valentinianos*, cap. 3. *Omnes* (inquit Senec. *Epist.* 44.) *si ad primam originem revocentur, à Dijs sunt. Omnibus nobis totidem ante nos sunt: nullius non origo ultra memoriam iacet. Omnia ista longa varietas miscuit, & sursùm & deörsum fortuna versavit. A primo mundi exordio usque in hoc tempus, perduxit nos ex splendidis sordidisque alterna series.* Ignoras? Interroga maiores tuos, & dicent tibi. Tacent; & præ pudore suo ac pro tua infatuatione tacerent. Ignoras, & diceris nobilis? Quid alijs tua somniata nobilitas, quam tutemet inflatus ignoras; & ut scire arroges, phantasmate fingis? Scis, & fingis, quia erubescis. Unde ergo nobilis? Quia dicis?

*Splendor generis sursùm & deörsum.* Senec.

*Attamen ut longè repetas, longéque revolvas,*

Iuvenal. *Satyr.* 8. à v. 272.

*Nomen ; ab infami gentem deducis asylo. Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum, Aut pastor fuit , aut illud quod dicere nolo.* Ideſt, Spurius, lupæ filius. Hic ne totius nobilitatis plausus, furtiva Venus ? Io. Gratulare de plausu.

4 Nihil hoccine sermone acerbius vel coram nobilibus aut ignobilibus. Nobilibus, ne pungantur : ignobilibus , quoniam punguntur : neminique tanta patientia cordi, ut placeat pungi. Unde Marius apud Saluſtium de *Bello Iugurth.* quia elata nobilitas Maiorum ab æmulis, sine commendatione virtutis , illis respondit pro Rostris: *Quirites, qui dicuntur nobiles , ubi se omnibus flagitijs dedecoravere turpissimi viri , bonorum præmia ereptum eunt. Comparate nunc me hominem novum cum illorum superbia. Existimate , facta , an dicta pluris sint. Quod si iuré me despiciunt ; idem suis faciant maioribus , quibus uti mihi , ex virtute nobilitas cœpit. Invident honori meo : invideant labori & innocentiæ. Cùm apud vos in Senatu verba faciunt, maiores suos extollunt, eorum fortia facta memorando clariores se putant ; quod contra est : nam quanto vita illorum præclarior , tantò horum socordia flagitiosior. Homines superbissimi procul errant. Maiores eorum omnia quæ licebat , illis reliquere , divitias , imagines , memoriam sui præclaram : virtutem non reliquere , neque poterant ; ea sola neque datur dono , nec accipitur. Non possum fidei causà imagines, neque triumphos aut Consulatus Maiorum meorum ostentare : at si res postulet, hastas, vexilla , phaleras , alia militaria dona, præterea cicatrices adverso corpore. Hæ sunt meæ imagines , hæc mea nobilitas , non hæreditate relicta , ut illa illis , sed quam pluribus laboribus & periculis quæsivi & inveni. Virtus ostendit.* Nervosa ac singularis invectiva ; quippe sola nobilitas nobilitatis infamia. Non sunt nobiles , sed magis noti, plus flagitijs , quàm verbis ; & cùm nihil dignum stemmatibus perficiant , continuò de nobilitate blaterant,

Saluſt. *Pluris nobilitas parta , quàm origine ducta.*

Novarin.

5 Apprimè Novarinus, *Umbr. Virgin.* cap. 32. n. 1200. subdit : *Nobilitas vera, quam virtus nobilitat ; sanguinis nobilitas nimis cruenta est.* Sanguinem frequenter expuere, est expuere sanguinem, vel denotare phthisim, tabificum pectoris languorem; ut quisque obliquè vel verè , audacter vel fastidiosè dicat visà sanie pectoris ; Pus est qui videtur sanguis. *Tabes consequitur ad sanguinis sputum* ( ait Galen. apud Signoretum in *Aphorism. Hippocrat.* 29. lib. 3.) *dummodò ex aliquo pulmonum vitio oriatur.* Contraria dicerem , sputum sanguinis sequi tabem : equidem ni viscera scaterent putredine , sanguis pectoris non videretur in ore. Hippocrates d. lib. 6. *Aphorism.* 25. de sanguine extra venas ait : *Ab exterioribus verti ad interiora, non est bonum : ab interioribus autem ad exteriora, bonum.* Physicè suffragor aphorismo : civiliter autem vel tropologicè omninò dissentior: equidem non sanguinem impellit , sed putorem , qui ad exteriora internum deducit sanguinem. Bonum , bonum est habere , verùm non loqui , quod iudicatur expui : fugiuntque tabem, quiqui in labijs loquentis vident cruorem. Dupliciter isthoc in articulo peccatur: vel cùm sanguis egreditur vel ingreditur. Si ingreditur , quia tendit in inflationem : si egreditur, quia sufflat in vanitatem, in utroque vacuo cerebro,& pectore putrido;quorũ languoribus nulla datur medicina , ni expellatur ab utroque sanguinis dulcis memoria. *Stemmata quid faciunt? Quid prodest (Pontice) longo*
*Sanguine censeri, pictos ostendere vultus*
*Maiorem, si malè vivitur?*

Iactatio de nobilitate , quàm odiosa!

Galen.

Hippocrat.

Iuvenal. d. à v. 1.

6 Nobilitas non nobilitas , ni illam comitetur generositas : etenim si nobilitas , quia à bono genere procedit , non nobilis qui generi non respondet. Usurpatur primum pro his qui ex claro genere, è familia illustri , ex virtute gestisque maiorum, suis actis celebrium & insignium , posterioribus in imitationem se relinquentium : de quo latè Lælius Bisciol. Tom. 2. *Horar. subcesivar.* lib. 7. cap. 10. Hæc est nobilitas vera in natura communi : falsa potest dici vulgaris , quæ divitiæ antiquatæ ; ut videris apud Boëtium , 3. de *Consol. Philosoph.* proſſ. 6. Aristot. fusè , 3. *Politic.* cap. 8-5. cap. 1. & 2. *Rhetor.* cap. 18. & Hieronym. Osor. de *Civil. nobilit.* lib. 2. cap. 1. Nobile igitur fortuna concedit homini genus : quid ergo, ni generosus ? nobilis ignobilis erit , quippe mendax à genere præclaro descivit. Habet talentum, sed sepultum: at si otiosè socorditerque sepultum , est non habere talentum. Sine imitatione nobilitatis , *evanuerunt* nobiles genere *in cogitationibus suis.* Inde vanitas , quippe nulla ex genere generositas: evanescuntque in gloria nobilitatis, igitur ad illam acta , quin valeant cogitationes. *O quàm pulchra est castá generatio ( nobilis,* Græc. ) *cum claritate.* Clari dicuntur , qui aliqua virtute excellunt : nobiles , qui clari genere : hique plauduntur uti pulcherrimi in ipsa nobilitate ; quoniam uti generosi,

*Discrimen nobilitatis.*

Rom. 1. 21.

Sapient. 4. 1

*Virtus genus nobilitat.*

quam nobilitatem generatione acceperunt, virtutis insignijs præclarè nobilitarunt. Utrumque signat Lucan. ad *Pison.* v. 10. & 104.

Lucan. ——— *Perit omnis in illo*
*Gentis honos, cuius laus est in origine sola,*
——— *Ingenitæ stat nobilitatis in illo*
*Pulcher honos, & digna suis natalibus ora.*

7 Quid ex nobili solà nobilitate? Decus prorsùs cum dedecore, atque in sue 3. Reg. 10. 10. margaritæ pretiosæ. *Gemmas pretiosas* (ideſt, lapillos pretiositate insignes, uti latè egimus *Tautolog.* 3. à n. 13.) obtulit Salomoni Regina Saba ex oriente. Quorsùm dicit pretiosas, dum signat gemmas? Ut notetur iuxta genus generosa, vel otiose propudiosa nobilitas. Æstimandus est nobilis, uti pretiosus lapis. Lapis omninò pretiosus, si pretio generis respondet operibus: lapisque pretiosus dicitur virtute cum nobilitate generis; etenim sine generositate ad pretium duntaxàt lapis. Quid sine pretio pretiosum? Lapidi non est momentum. Quid ergo nobilis sic? Iuvenalis ridet & respondet, ubi supr. à v. 46.

Iuvenal. *Aſt ego Cecropides.*

*Nobilis sola qualitas non est nobilitas.* Sit ergo. Quid præter nomen? Vel genus sequere, vel magna fuge. In te nobilitas profectò ignota. Nihil ex ea nisi magni nominis umbra. Quis es tu? Quem te ipsum facis? *Aſt ego Cecropides.* Vivas, & originis huius gaudia longa feras. Sed ubi nobilitas? Nec literis flores, nec armis. Cecropides es: at quid?

*Nil nisi Cecropides.*

Id. v. 53. Vanus, superbus, ridiculus ex gloria nominis, sed ad nomen glorioſum tanquàm lapis.

8 Ex nostra Tautologia constat propositum. *Epistola* (dicitur) *erat scripta Syriacè,* 1. Esdr. 4. 7. *& legebatur sermone Syro.* Nobilitatis signum est scriptum aureum privilegium, quo exponitur genus inclytum. Lectio pendet à fuga scelerum, inscriptio à virtute singulari prædecessorum: nobilitasque summè dedecoratur, si in actionibus non legitur, uti 4. Reg. c. 25 15. scribitur. *Quæ aurea aurea*, exposuimus loc. cit. à v. 36. An ex auro possunt esse non aurea? Utique: ad nobilitatem nullum pretium à materia. Ex pretio virtutum conflatur spectabile pretium: & in illa dicuntur aurea quæ aurea; quippe quæ ex genere aurea, possunt esse incuriâ ferrea: siquidem Isai. 38. 12. nulla nobilitas pretiositate micat, si vitijs à pretio nobilitatis degenerat. *Generatio mea ablata est*: dicit iamiam moriturus Ezechias. Qui tunc illi inficiantur filium, facilè deliquunt textum: qui concedunt Manassen successorem; fatiscunt ob obviam urgentem difficultatem. Quomodò ergo cum prole regia, Regis generatio ablata, vel uti à texente tela præcisa? Habebat filium, sed deterrimum. Nobilissimus pater tam genere, quàm virtute.

*Nulla in nobilitate, qui degener à virtute.*

*Hinc virtus rapit, & miranda per omnes*
*Vita modos: quæ si deëſſet illi fortè creato*
*Nobilitas, eodem pro nobilitate fuisset.* Lucan. d. l. v. 5.

Erat illi gnatus & patre ac nobilitate indignus, in quo continuanda tantæ nobilitatis successio: illoque superstite succisa dicitur nobilis generatio; quippe nullus nobilis, etiam Princeps & a Principe; qui degener à virtute in nobilissimo genere.

9 Audiendus Marc. Senec. *Controv.* M. Senec. *6. Quidam avitas* (inſit) *paternasque flagitijs obruerunt imagines. Quidam ignobiles nati fecere posteris genus: in illis non servasse quod acceperant, maximum dedecus: in his quod nemo dederat, fecisse; laudabile. Hinc sumus æstimandi, cum sumus nostri.* Luculenter, ex nobilitate vera, quia *Est generi dedecus.* nostra ex Maioribus non nostra. Si in deterius, quorsùm origo? nobilis igitur in filio degeneri præciditur generatio; quia non persistit in splendorem nobilitatis filius, sed in turpissimum dedecus. Filius David erat 2. Reg. 13. 1 & signatur Absalom. Chrysostomus inficiatur. Chrysost. *Ille tuus non fuit filius*: dicit patri, Homil. de *Absal.* Quomodò non David filius? Erat eugenes, sed non gennæus. Erat nobilis ex patre, sed degener à virtute: & filius nobilis non dicitur filius, si fuerit natus in nobilitatis dedecus. Plura vidimus, ex quibus erubescimus. *O quàm pulchra est casta* Sap. 4. 1. *generatio cum claritate!* Nobile semen, quod à ramis accipit claritatem. Claritas virtute obtinetur, nobilitas casu datur: & sine claritate, nil nobilis generatio; quippe nobilitas generis servit propudio, modò qui accepit à claritate splendorem, haud addiderit virtute splendori claritatem. *Melius est sterilitas, quàm generatio sine claritate*: legunt plures apud Lorin. & Maluend. hìc. *Et claritatis corruptio.* Hinc nobilitatis fœcunditas & sterilitas. Fœcunditas, si generis actis per successores continuatur gloria. Sterilitas; ubi acta generis ignominia: tuncque sterilitatem Sapiens designat generationem; quippe hæredes non illustrant, sed corrumpunt claritatem. *Pyrrhus nulli inferior* (ait Plutarch. in eo) & Plutarch. Achillis *gloriam per virtutem magis, quàm per genus sibi usurpare studebat.* Gloriam à genere accepit, sed clariorem restituit: equidem magna gloria, nobilitas si fœcunda.

*O qui nominibus cum sis generosus avitis*
*Exuperas morum nobilitate genus!* Ovid. 4. Trist. 4. v. 1.

Quid

16 Quid in inerte nobilitas? Quid nisi speciosa deformitas? Aquæ pluviæ perproprie confertur, ut homines incumbant æstimari cum sint sui. Virtus omnibus patet, & ubique. *Quasi aquæ dilabimur in terram*: dixit mulier Thecuites Davidi. Cur non aquæ sed aquæ pluviæ nobilitatem confert? An quia cadit & deorsùm cadit? An quia à terra, ut quærat principium, & eluceat ab humilitate exordium, & ubi splendor ex elevatione summus, vergat cadens in deterius? Dixit Marc. Senec. d. *Quemcunque volueris revolve nobilem, ad humilitatem pervenies.* Aqua de cœlo cadit, ut terram fœcundet: cui nobilitas assimilatur, ut tristitia patris degeneri germine prænotetur: igitur quod ex eadem aqua expectatur ut lilium, prodit in rhamnum. Virtus nobilitatis genitrix, tanquam aqua descendit de nubibus aëris: hic educit paliurum, vepres, spinas: ibi amœnas flores, pulcherrimas rosas: angiturque pectus, eò quod pro pomis floreſcens occurrat rubus: etenim ni cœlo respondeat ipsa nobilitas fructu; quid quòd origo de cœlo? Semen verum vitis ac legitimum. Quomodo conversa in pravum? Quid quod frondosa sit, ubi fructus adæquatus non est ei? Sicut aqua germine nequam in deterius dilapsa: siquidem expectabatur, quòd ferret uvas palato ac gutturi sapidas; labruscasque tulit amaritudine putridas. Omnis arbor fert fructum iuxta genus suum: at rationalis non sic: etenim cùm pendeat in communi materia à virtutis forma, præut cuique voluntas; sicut aqua labitur improborum nobilitas, intendentium in nobile truncum, quin reputent probrum: quandoquidem in fastum ac vanitatem respiciunt in maioribus virtutis semen; sed non sequuntur virtutem. Ignominia profectò, trunci ramum vinci à trunco: etenim exigua nobilitatis auctoritas, quam præstat, ni floreat ramus, hæreditaria nobilitas. Maximus utique,

*Qui claris nomen virtutibus æquat,*
*Nec sinit ingenium nobilitate premi*

11 Reddit virtus illustrius, quod accipitur genus: igitur ut ait Plin. *lib.* 34. *cap.* 8. *Mirum in hac arte est, quod nobiles viros nobiliores fecit.* Minuitur, ni excedat: deprimitur languens, ni emineat: quid si degenerat? Lucet, sed sine virtute elanguet. *Luce splendida fulgebis*: dicitur de Ierusalem captiva, misere serva, quam depresserunt usque in servitutem vitia. Mirificà virtute in antiquam ampliorem restitueris dignitatem. Magna erit gloria domus istius novissimæ plus quàm primæ: etenim non solùm illuminaberis, sed luce splendida singulariter fulgebis. Quorsùm splendida, quando luce decorata? Literaliter expositum *Tom.* 5. *T.* 11. *n.* 17. & 43. modò in nobilitatis splendorem per coruscantem virtutem. Lux dicitur nobilitatis origo, communis naturæ perfectio, quæ per egregia rutilat acta, pretiositatis momenta, ac stemata pretiosa, virtute ascendente in summum per tot discrimina rerum. *Maiorum gloria posteris quasi lumen est*: inquit Salust. d. Per se igitur à virtute lucet; verùm sine virtute non splendet: *Luceque splendidâ* dicitur, cùm in genere præclaro virtuti virtute ipsâ respondetur; quoniam degener nobilis à Maiorum splendente virtute, habet luminis nobilem claritatem sine splendore. Splendor est nobilitas, quippe inter communia est pretiosa singularitas. Est etiam splendoris generis splendor, quoniam à gestis splendidis virtutis nitor: primum est lumen in posterorum directionem: secundum fulgor accendens generis lumen. Cum otiositate, aut vitiorum corruptione, improbo sensu, tota claritas luminis collocatur sub modio: & splendor lucis præ se fertur, dum lux nobilitatis objicitur; quippe nihil præclarus splendor generis, sine splendore virtutis. *Luce splendidâ fulgebis.* Utquid *Fulgebis*, si patet splendor lucis? Ut constet nequaquam à luce nobilitatis splendor: sed à splendore, nobilitatis fulgor: etenim quantumvis lumen irradiet; sine splendore non lucet. Lux in tenebris lucet, si virtus obscuro genere. Lux haud lucet in genere sine splendore; fulgorque signatur ex luce splendida, ut gloriæ generis respondeat virtutis gloria: quandoquidem deficiente splendore virtutis, totum miserè lumen vanescit nobilitatis. Si non splendet, non lucet. Quid lumen sine splendore? Lux profectò sine luce; quippe lucerna extincta, si nobilitas otiosa: & non solùm fulgor exponitur; sed lux splendida; quoniam degeneribus actis, neque lux videtur generis.

12 *Iustorum semita, quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectum diem.* Maluend. *Quasi lux splendoris ambulans, & lucens.* Lux proponitur lucens, & crescens. Lux, uti diximus, est nobile genus: lucet per virtutis acta. Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera: luxque lucens signatur, ut officium nobilitatis signetur: etenim sine munere nil proderit; quippequam lux sine fulgore non lucet. *Quasi lux splendens*: *Quasi lux splendoris.* Ex splendore nobilitatis nobilis infatuatur in vana, quasi splendor esset per nobilitatis stemmata; & fallitur splendore phan-

2. Reg. 14. 14.

M. Senec.

*Cur nobilitas confertur aquæ pluviali?*

*Gesta nobiliora decorent nobile genus.*

Ovid. 2. de Pont. 3. v. 1.

Plin.

*Nobilitas, quæ lucet,*

*virtutum actis splendet.*

Salust.

*Quando eius lux sine splendore?*

Prov. 4. 18.

phantasiæ, inani cogitatione. Est splendor lucis ex claritate generis : est lux splendoris ex genere claritatis. Genus splendidè sine meritis datur, claritas in claro genere acquiritur : & ex splendore lucis, in lucem proceditur splendoris ; ut decidant qui glorioſi genere à cogitationibus suis, nobilitatem cogitantes per præclara, non insignia per insignia : etenim vel in splendore lucis generis sine propria virtute ; splendentes iacebunt sine splendore. Dicit contextus. *Semita quasi lux splendens.* Retunditur nobilium vanitas, quippe implicant nobilitas & otiosita: quid si iniquitas ? & in splendore lucis generis objicitur semita in lucem optabilem splendoris; igitur generis splendor vel in luce non acquiritur, ubi semita virtutis à nobilibus non teritur. Lux ergo nobilitas, & germen nobilitatis : quare ergo in semita designatur *lux splendens* ? Ubi germina degenera, lux nobilitatis cum umbra. Lumen quod in illis est tenebræ sunt : siquidem cùm splendor à virtute ; volunt fulgere insignijs, absque ulla actione.

*Discrimen inter splendorem generis, & genus splendoris.*

13 Ab hac & non illis æstimationis pondus ; quippe ex virtute generis in ampliora ambulans procedit virtus. Utrunque claudit Profanus, 1. *Æneid.* v. 548.

*Rex erat Æneas nobis, quo iustior alter,*
*Nec pietatis fuit, nec bello maior & armis.*

Virgil.

Commendatur virtute & genere ; ut per generis lumen procedat in virtutis splendorem, tritâ semitâ, qua utriusque gloria. Hinc textu sacro dicitur : *Crescit usque ad perfectum.* Vatabl. *usque ad perfectionem & felicitatem.* Felicitas est lumen de lumine; sed non perfectio, ni aliquid splendidius addatur generi, & crescat semen creditum in spectabilem fructum : igitur non attingit virtutis imitator perfectionem ; ni se præbeat imitabilem : unde cum augmento qui quærit generis felicitatem, propendere debet in nobilitatis perfectionem ; quippe clauda ex virtute nobilitas, ni procedat in virtutem: nimirùm ex luce splendoris radicis, per acta & acta usque ad lucem splendoris. Hic verè perfectus felicis nobilitatis ornatus ; virtus & genus : etenim non est genus, si non est virtus. De Mardochæo dicitur, quod fuerit *filius Iair, filij Semei, filij Cis, de stirpe Iemini.* Ubi splendor tribus Saul, qui Princeps & primus Rex ? Iurè prætermittitur, qui ex genere eximio virtutem non æmulatur. Natus est quasi non natus: in progenie quantunvis Rex quasi nullus : equidem protervus sequens ex honore iniquitatem, regiâ prorsus majestate maculaverat stirpem.

*Non feliciter nobilis à genere, sed qui nobilitat genus.*

Esth. 2. 5.

*Nobilis improbus, nullus.*

*Rectique cultus pectora roborant:*
*Utcunque defecere mores,*
*Dedecorant bene nata culpæ.*

Horat.

Canit Horat. 4. *Carm.* Od. 4. à v. 34.

14 Econtra, ut idem succinit, 1. *Epist.* 20. v. 22. libertino natum patre monet:

*Ut quantum generi demas, virtutibus addas.*

Idem.

Etenim ut homo tendat in nobile genus, genus facit virtus. Prostravit David insolentem Goliath in triumphum totius gratulantis Israël. Mirati sunt omnes : tuncque Rex Abneri : *De qua stirpe descendit hic adolescens* ? Nescivit, & interrogandum iussit. Abner quidem quid in inquisitionem fecit? *Interroga, cuius filius sit : cùmque egressus esset, tulit eum Abner, & introduxit coram Saule, caput Philistæi habentem in manu sua.* Interrogavit ? Utique, dum introduxit: igitur si Rex scire cupiebat genus, respondit virtus. Non sat in illo splendor generis, demonstrat quidem genus singularis splendoris : caputque validè amputatum ab hoste, ostendit Abner pro stirpe ; quippe qui splendor generis, signandus erat ab splendore virtutis. Attendere debuit in trophæum, non ad semen, sed in fructum : victorque introducitur, ut eius genus videatur : equidem quùm Princeps habuit præsentem, cognovit exactè stirpem. Hoc est victoris genus:

*Genus facit virtus.*

1. Reg. 17. 55. v. 56. 57.

*Qua cognoscitur genus.*

*Qualis, non unde satus.*

Claud. 2. Stilic. v. 125

15 Nobilitas in ardua non quærenda, sed nec proculcanda. Hinc probè Otho (ut in eo observat Plutarch.) fratris filium ad se vocans, dixit ; *Id modò extremum tibi præceptum scias ; ne patruum tibi Cæsarem fuisse aut obliviscaris unquàm, aut nimiùm memineris.* Omnimoda memoria vel oblivio nocet. Memoria usquequaquè, qua inflatur superbia : quare Iuvenal. de v. 71.

Plutarch.

*Hæc satis ad iuvenem, quem nobis fama superbum*
*Tradit, & inflatum, plenumque Nerone propinquo.*

Iuvenal.

Oblivio, quia nihil præclarè perficiet, si sui suorumque aliquando non meminit. Plautus in *Mercator.* Act. 5. Scen. 4. v. 8.

*Qui bono sunt genere nati, ingenio malo*
*Suâpte culpa genere capiunt genus.*

Plaut.

Utrumque nocet, si nimis utrumque. Ne quid nimis : unde Senec. 4. *Benef.* cap. 30. subdit : *Non sine ratione, sacra est magnarum virtutum memoria : & esse plures bonos iuvat ; si gratia bonorum non cum ipsis cadat.* Sic tenditur in virtutem & novam progeniem, quæ excellentior, quippe maior, quàm

Senec.

*Nobilitati nec memoria, nec oblivio.*

quàm à progenie fulgor : equidem dum meritum fulget,

Claud. d' *Nunquàm meriti cunabula quærit.*

Haud æstimatur gleba fovens aurum, sed auri ex sterili, turpi gleba momentum; quippe precioſum : nullumque genus magis nobile, quàm illud quod non à genere.

16 Nomen habuit Christus & pretio sanguinis, ut summi esset nobilitas splendoris. Circunciditur, & posteà nomen imponitur : etenim cum meritis, qui nobilior, statueret stirpem; qui sine meritis nominatus utique non habet nomen. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Vocatum ? Cur igitur non impoſitum ? Ut constarent insignia nobilitatis ex meritis, expressis in nota nominis: nomineque vocatur, antequàm imponeretur ; ne à genere acciperet nobili nobilitatem, cùm ante nativitatem illustre acquisisset nomen. *Antequàm in utero conciperetur*, Iesus sine nominis impoſitione vocatur. Si pòst impoſitum, nomine designaret genus inclytum; sed non illustrius ex meritis, quia noſceretur per stemmata sanguinis. Erat nomen insigne, sed non super omne nomen : vocaturque Salvator antequàm conciperetur in carne, ut in carne agnoſceretur nobilitas, quia non ex genere. Ex splendida stirpe in nominis gloriam, descendebat per Mariam. Altiorem oſtendere cupiebat nobilitatem, per virtutis commendabilem progeniem; quoniam generis speciosa claritas exigua prorsùm nobilitas : & antequam conciperetur in carne, illustriore gaudet nomine ; quoniam resplenduit nomine magnus, antequàm cognoſceretur, cuius filius. Nomen, ubi pòst nativitatem, esset à nobili ortu ; quod eius nobilitatis nunquam esset magnitudo. Eius nobilitas in carne non erat originis, sed virtutis : & ante nativitatem claritate gaudet nominis: quoniam si origo nobilitatis à Virgine, & matre ; nobilitas eius non procedit ab origine. Patet quale genus virtus. Omnes ad hanc sumus nobiles. Qui genus iactat suum, aliena laudat, non se. *Siquid boni, stemma non inspicit* : subdit Seneca *Epist.* præcit. & ex persona Herculs, in *Furent.* à v. 337.

Luc. 2. 21. *Nobilius nobilitatis genus, non à genere.*

Senec.

——*Nobiles non sunt mihi*
*Avi, nec altis inclytum titulis genus;*
Idem. *Sed clara virtus*

## DIDASCALIA V.

### *In amicitia nomen inane fides.*

1 AMicitiâ nihil inter homines dulcius, ni dulcorem exacerbet perfidum pectus : equidem tunc magis grave, quoniam procedit amaritudo ex dulcedine.

*Perque dapes mensasque super petulantia corda,* Manil.
*Et sale mordaci dulcis quærentia risus.*

Accinit Manil. 5. *Astron.* v. 144. Amici sunt aulici, amicitiæ colore, quippe rutilat speAmicitia aulica. cie : igitur eius sacra iura in proprium commodum, non fide sed successu ponderantur. Unde nervosè Velleius Paterc. *lib.* 2. de Vell. Pat. proscriptione Triumviratus loquens, subdit: *Summam in proscriptos uxorum fidem extitisse, libertorum mediam, servorum aliquam, filiorum nullam.* Claudian. 2. in *Rufin.* v. 320.

*Delicta fuere nexus amicitiæ.* Claud.

Amicitiæ aulicæ symbolum patet in annulo ficto Gygis ( de quo Nos fusè in *Epheme-rid. 23. Maij.* ) quo præsens coram præsentibus, si ad illos dirigebat, adstabat ; verùm ad se reverso, invisibilis fiebat. Unde Otho Vænius *Embl. Amor.* 28. ait:

*Fallere nolle fidem, Gygis licèt annulus adsit:* Herodot.
*Sic inconcussa dixeris esse fide.*

Qui respicit fortunam ab amico videtur, quippe videt fortunam & non amicum. Ubi tribulatio ingruit, annulum ad se convertit: Annulus Gygis eius symbolum. respicit enim ex respectu amici se, & invisibilis fit. Exponit Seneca *Epist.* 9. & ad unguem : *Qui se expectat* ( inſit ) *& propter hoc ad amicitiam venit malè cogitat. Paravit amicum adversus vincula laturum opem? cùm primùm crepuerit catena, discedet. Ista negotiatio est, non amicitia quæ ad commodum accedit, quæ quid consecutura est spectat.* Senec. Amicus certus in re incerta cernitur: qui aulicus, non invenitur : equidem adinstar hydrargyri quod aurum intimè sociat, in igne probationis actutùm avolat. Amicus secun- Et hydrargyrum. dum tempus prurigine utilitatis, non permanet in die tribulationis : equidem in proprium respiciens quæstum, nequit respicere amicum.

*Quem dat purus amor, sed quem tulit impia* Lucan. ad *Pison.* v. 123 *merces.*

2 Vitium pro natura inolevit: & perfi-

fidia sic prævaluit, ut habeat effugium excusationis, ex eo quod culpa iudicetur naturalis, quasi non esset voluntarium perfidiæ studium. Dicitur frequenter (in rationalitatis opprobrium, & ingenuitatis Evangelicæ irrisum) nescire vivere, quisquis nescíverit simulare: in Machiabelismo aphorismus insignis, ad tutamen proditionis & commoditatis; quippequam qui perfidiùs, vivit commodiùs. Vernaculè: *El que sabe fingir, es el mejor vividor.* Non hæc dicuntur in schola Christi, sed in documentis Cornelij Taciti; ut quilibet quibuslibet evadat vafrè ore tenus placidissimè gratus, & cœlo (interiora & cordis duplicitatem intuenti) meritò invisus. Sat homini ratio, ut huiusmodi molimina fugeret homo. Quantum studium, ne pateſcat animus! quantus labor, ne noteſcat duplex pectus! Interiorem profectò oderunt animæ pacem, cùm relinquenda perfidia, duntaxat propter laborem. Quid turpius, modò homo inveniatur perfidus? Si latet ars prodest in cogitationis seu phantasiæ molimen, verùm affert uti infamis deprehensa machinatori pudorem.

*Perfidia quàm infamis!*

*Tuta, frequensque via est, per amici fallere nomen:*
*Tuta frequensque licèt sit via, crimen habet.*

Ovid. 1. de *Art.* v. 591.

Quanvis lex non esset, auctoritas rationalis propter turpitudinem crimen abigit. Sat in confusionem frontis rugæ præ pudore: verùm duplici pectore, *confusione* perfidię *non sunt confusi.* Ex implicatione textus patet pravitas, & quòd nulla ex auctoritate auctoritas. Hispanicè: *Punto.* Ita ergo dicit Propheta. *Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quin potiùs, confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt.* Confusi & non confusi sunt; confusi, quia in plagio deprehensi: non confusi, simulantes comprehensos non esse in plagio; aliud uti iactabundi cogitantes in effugium, quippe perfidia in melius non mutatur, sed in aliud.

*Perfidi sine fronte.* Ierem. 6. 15

*Optimè latitas, si te latuisse lateret:*
*Marce, sed hoc ipso te latitare patet.*

Ovven.

Usquequaquè spinis, quibus procedunt figuntur. Spinas adinstar echinorum pro pedibus habent: sese priùs lacerant, quàm pedem moveant. Vigilanter Nostrates: *En cada passo se clavan.* Vide dicta *Tom.* 2. *T.* 11. *D.* 5. *n.* 4.

3 Quid purpurati? Peiores. Veritas non semper manifestanda; sed perfidia non fovenda. Iam enim affectatæ profectò maiestatis studio fallere omnes: igitur ubi pectoris falsitas, amplior censetur maiestas, & credentium fatuitas, queis potiuntur meditatis moliminibus, & votis potitis duplex sibi gratulatur pectus. In ratione status qui perfidus, videretur simplex, ni esset animo duplex; quoniam ius est ad auctoritatis formam, in auctoramen profiteri perfidiam: & quod peius flagitium, ubi amicitiæ familiarissimæ obsequium. *In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus:* dicit David de dolosis: *Quod ergo hìc ait Iniquitatem, perfidiam intellige*: subdit Augustin. in *Psalm.* 54. Perfida manus, in qua munus? Utique: si perfidia est simulatio pectoris, in munere absconditur aliud propositum cordis: etenim cùm in munere sit in munus latitans fraus; non munera in manibus, sed iniquitates sunt: dona offerunt in gratitudinis aut benevolentiæ indicem, ut possint ex muneribus in munus ad omnem iniquitatem: siquidem in munere evanescit generositas, & munere patet quæsita insidiosè iniquitas. Fugient textus acumina nescientem æquivoca. Discat, ut cognoscat. Munera vocantur iniquitates. Evigilent iudices: quandoquidem ubi litigator incumbit muneribus, solicitat iudicem studere iniquitatibus: frequenter enim haud iuxta leges, sed iuxta munera fulminatur sententia. At hoc aliàs. *In manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta ex muneribus.* Si munera sunt iniquitates, erunt iniquitates in dextra, ubi sunt dona: quomodò ergo si dextra tantùm repleta muneribus, iniquitates sedent ambabus manibus? An quia vafrè manibus plenis apprehendunt iniquitates? An quia muneribus utuntur dextrè, ut abutantur siniſtrè? Dextra fidei dicata olim notat Pier. Valer. *lib.* 35. *cap.* 25. Unde Poëta, 4. *Æneid.* v. 597.

Psal. 25. 10. Augustin.

*Assus vel in obsequio.*

*Iuxta munera à iudicibus fulminatur sententia.*

*Dextra dicata fidei.*

*En dextra, fidesque.*

Patet cur in manibus inique dona, atque pectoris perfidia: equidem cùm non offerat ut offerat, sed ut muneribus dignatum, nacto munere, destruat (quod nequit facere sine munere) muneribus insidiosè; dolus est perfidiosę iniquitatis, quod censetur oblatum in fidem pectoris. Hinc pectus acriter pungitur, dum specie amicitiæ in mulcimen laceratur: equidem experitur ex muneribus in munere invisam iniquitatem; quam dextrà repletà donis, cordis cogitabat fidem: verùm ibi nulla fides, quippe in manu duntaxat iniquitas proditionis, dextrà datà & falsà dextrà: etenim amicum personà amicitiæ vendet; quem prodere hostibus sine amicitiæ simulatione non posset.

*Dona si hamata perfida.*

4 Deterrimus etiam à pueritia Iudas teste matre, quin unquàm vel in Christi contubernio rediret frugi. Adi Gerson. de *Arti-*

*Quando auferata perfidia.*

*cul.*

Ioann. 6. 71 *Sæpe perfidia ex collata gratia.*

*cul. Fidei.* Illum inter duodecim elegit, & Principem nominavit. *Hic enim erat traditurus eum, cùm esset unus ex duodecim.* Haud facilè traderet, ni Principem constituisset, abusus singularibus gratijs in perfidiam nequàm pectoris: igitur efformata fuit malignantis perfidia ex dignitate collata. Honores demulcent etiam iratum pectus, ut iniuriæ vel conceptæ obliviscatur animus, corque convertatur in gratitudinem, quod arbitrabatur accepisse acerbitatem. Qui se videt honoratum & non offensum; intendit in obsequium, minimè in proditionis studium, propter insitam rationali gratitudinem: Iudasque Christum traditurus, cùm esset unus ex duodecim; quia potior causa malignantis in perfidiam, est accepisse, quam nec expectabat gratiam. Surrexit erecta moles perversitatis è sublimitate honoris, quem cùm haberet & indignè & indignus, meditatus turpe scelus, cogitans perfidè perdere constituentem in honore: & cùm esset unus ex duodecim, gratia muneris concinnavit insidiantem; ut constaret, pectori maligno non

*Unde animus gratior inde perfidior.*

defuisse animum, sed occasionem: quandoquidem concepit, quod nullus nisi dæmon cogitaret; eò quod habebat honorem, quem nec delirans cogitatione concepit. Cùm esset unus ex duodecim, in quibus florebat dignitas, eminuit pectoris pravitas: diciturque benefactorem traditurus inimicis, constituentem in fastigio præclari honoris; quippe in perfido idem est accipere dignitatem, ac concipere in animo proditionem: etenim non accipit ut gratus benefactori respondeat, sed ut gratiâ collata perfidè destruat.

V. 70. 5 Hinc vocatur *diabolus* ab electore: *Unus vestrum diabolus est*: etenim tartareo corde concepit, quod nec dæmon cogitaret, accipiens quasi curvè dignitatem, ut posset subdolè insurgere in electorem. Diabolus profectò. Nonnus hìc, *Nobus diabolus.* Quis esset diabolus, noscebatur: novus Iudas acceptâ dignitate nascetur: igitur cùm honorem ille sumpserit (ut in conditorem rebellaret) visum in homine, quod in dæmonum principe; ab illo enim accipitur cum maiestate dignitatis auctoritas, ut potestate perfidus machinaretur insidias. Quis enim

Nonn.

*Novus dæmon.*

eum in manus peccatorum traditurus? Diabolus; sed non diabolus, sed diabolus novus: *Hic* eum traditurus. *Hic* non alius: igitur qui dignitatem perfidus sumit, ut electorem supplantet, & tradat in ludibrium & opprobrium, malignitate victor superat totum infernum. Quæ causa movit in tantam ac talem perfidiam hominis cor? Amplioris magnitudinis spes. Nactus est citra illam Christi societatem, deinde insperatum honorem. Aliquibus placuit in Christi scholam non ductum esse doctrinâ, sed aviditate perpetrandi miracula; quæ cùm non feciisset, crediti muneris tæduit. In vanitate eius defecerunt dies, quippe perfectionis votum propositum vanitatis: quomodo pessimus pravâ vocationis intentione, quibat sicut elector miracula facere? Non humilis, sed humiliatus pro miraculis processit, an decipere qui elegerat astu posset. Non valuit arte, & incubuit cogitabundus perfidiæ: etenim pectus malignitatis ostendit, dum se cognitum cognovit. Misit post situlam lorum in pravitatis studium: igitur quod secretò non potuit, effrons auctoritate palàm fecit.

6 Cognovit non benè sedere & suam pravitatem; & opera mira Christi. Unde in pectore fota perfidia, ne paterent eius opera. Vita Christi dolum compescebat, in gratiam Principum pectus inhiabat: & cum regentium haud valeret conciliare gratiam, ni conficeret perfidiam, eius ausus est efformare accusationem, quem cognoscens extulerat ut mirabilem. Modò intelligitur Lucas. Christus inter duodecim elegit *Iudam Iscariotem, qui fuit proditor.* Qui fuit? Qui futurus insidiosè. Iam erat præconcepta pravitate. Verùm unde? *Quasi studiosus Salvatori* (subdit Gerson, d.) *exiguis munusculis & edulijs exponebat animum.* Hic est amor? Profectò iam erat proditor. Illi videbatur xenijs posse adipisci dignitatem, sine qua non posset adduci in testem, nec observare in gratiam Principum traditionis occasionem: cogitabat in dignitatem impeditum iri, ni fautorem haberet pro dignitate; & quasi magis officiosus larvatus in obsequio accessit amor: qui futurus perduellis, iam erat proditor: etenim munusculis cogitavit voluntatem demulcere: ut posset tutiùs proditionem perficere. Quomodò homo, qui cordis secreta non novit, cum dæmone homine sese geret; ubi cognitor Christus talia, munere credito, passus? In quo nescientem non adducet pravum insidiosum cor; dum ita expertus, qui sciebat, quisnam esset qui traderet eum? Cum illo edebat perfidus panem, sed super eum magnificavit proditor supplantationem.

Luc. 6. 16.

Gerss.

*Perfidus munusculis mulcet, quem prodere fatagit.*

——*Mirabor, si sciet inter*
*Noscere mendacem, verumque beatus amicum.*

Horat. de Art. v. 225.

7 Opportunè Stoicus. *Sæpe inter fortunam maximam & ultimam nihil interest* (inquit 6. *Benef.* cap. 33.) *nescis quantum sit pretium amicitiæ; si non intelligis multum*

Senec.

Amicitia vera inter homines rara.

*tum te ei daturum, cui dederis amicum, rem non domibus tantùm, sed sæculis raram: quæ non aliubi magis deëst, quàm ubi creditur abundare. Non sunt isti amici qui agmine magno ianuam pulsant; qui in primas ac secundas admissiones digeruntur. Multa sunt ibi ostia, quæ receptos quoque excludunt.* Tunc magis excluditur, dum amicus recipitur: dicitur amicitia sæculis rara, quoniam quæ fortuna maxima semper est ultima.

Ovid. 1. de Pont. Eleg. 7. v. 13.

*Hanc quoque fortunam sensi, quòd amicus abesses,*
*Qui mihi præsidium grande futurus eras.*

Cuncti impulsæ domus timent & præcavent exitum, deficitque amicus tabula post naufragium. Constet unde animorum fallacia in

1. Esdr. 4. 7. Quę magna apparet perfidia.

necessitudinis umbra. *Epistola accusationis* (dicit Tautologia præsens) *scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.* Aliter in perfidia, ubi videtur animorum concordia: igitur per proditionis insidiosæ crimen, eximia necessitudo venit in accusationem; quoniam quæ videtur in amicitia, in ore legitur, verùm aliter scribitur, ut non videatur.

Camer.

*Ex lingua vita, ex lingua haurit purpura mortem:*
*Lingua homini & vitam præbet & interitum.*

Accinit Ioäch. Camerar. *Centur. 4. Emblem. 61.* En summa miseria in civili humana vita, qua perfida corda: igitur ubi summam cogitat felicitatem, offendit incauta acerbissimam mortem.

8 Inter Lacedæmones *templa Timori Risui & Morti dicata sunt*: ait Plutarch. in *Agid. & Cleömen.* ex quo Ravis. Textor; 1. *Officin.* cap. 10. & nos de horum effectuum convinatione egimus, *Tom. 4. T. 13. D. 3. n. 11.* Modò novà luce, ac reflexione. Timori & Morti eadem ara, est cognatorum concordia: vel quia mors iurè timenda, vel quia timor mors in vita. Cæterùm Risui & Morti contrarijs affectibus? Quid cum morte risus? Aptè uterque iungitur, estò à socordibus in hoc misero mundo nequaquàm intelligatur. Risus & Mortis imagines simul existunt, ut caveänt corda quomodo sese gerunt tam in risu, quàm in morte, ex quibus latent insidiæ: equidem improbi mortem habent uti iocum, & simplices risus vultum non arbitrantur interitus. Timor medius erat inter Risum & Mortem, ut in timore haberet parùm prudens vulnerum medicamen: igitur semper obducitur mortis interitus, inter dolos falsi risus.

*Imagines Timoris Risus & Mortis.*

Stat. 2. Silv. 1. v. 47.

*Mistæ risu lachrymæ,*

Risus Mors & Timor. Necessaria in pectore cautio & falsitatis suspicio: equidem cùm lethifer falsus risus, & interficiat quia falsus; debet accedere metus: quamvis non sint tela mortis, risus res plena formidinis. Exponunt enim periculum, videntibus

*Lususque iocosque leonum.*

Martial. 1. 15.

Adorat profectò mortem, quisquis non præcavet vultus hilaritatem. Denique. Risus & Mors cum iaculis picta, ut constet quo iure Timor etiam in ara. Mors tollit halitum, risus erumpit in vultum: ergo addatur his imaginibus timor, ne mortis sensim introducatur dolor: morsque iurè formidatur ex risus dolo, quippequàm mors frequenter ore festivo. Dialecto nostrà: *Matan los engaños de una risa falsa: y es de temer traza tan alevosa, como matar con una cara de risa.*

*In risu perfidi lethales sagittæ.*

*Ludendo capimur, bibimus ridendo venenum:*
*Atque iocos inter vincula miscet Amor.*

Otho Ven. Embl. 44.

Amoris fiducià mori, prorsùm intolerabile. Non dolor tantus quòd à mortis vulnere dolor: verùm acerbissimis vehementior; quod in mortem vulneretur nobile pectus à proditore infami iaculis risus.

9 Ut Dominum hostes possent crucifigere, necessarium erat comprehensione in potestatem habere. *Iudas, unus de duodecim, antecedebat eos, & appropinquavit Iesu, ut deöscularetur eum: Iesus autem dixit illi: Iuda, osculo filium hominis tradis?*

Luc. 22. à 47.

*Tu ne cruente, ferox, audax, insane, rebellis,*
*Perfide, crudelis, fallax, venalis, inique,*
*Traditor, immitis, ferè proditor, impiè latro,*

Sedul. 5. à v. 59.

*Prævius horribiles comitaris signifer enses?*
*Commoves? Ori ora premis, mellique venenum*
*Inseris, & blanda Dominum sub imagine prodis?*
*Quid socium simulas, & amicá fraude salutas?*

Osculo adimplevit homicidium, quippe proditio simulata per osculum. Osculum est signum benevolentiæ, haudquaquàm privationis vitę: homicidiumque completum, dum Christum proditor osculatur; quoniam in amicitia amarissima mors, quæ risu specie amicitiæ fit. Per faciem unusquisque cognoscitur: perfidèque amicus dolo interficitur: igitur invenit sine suspicione gladium, ubi in facie per osculum suscipit amoris signum. De puella pulcherrima, veneno nutrita, diximus, *Tom. 5. T. 4. n. 14.* Per illam apprimè

*Sub signo amoris varietas.*

mè cordis demonstratur perfidia, cui putrida veneno erant præcordia: osculoque perficiebat homicidium; quoniam in osculo portabat lethalem gladium. Qui sub amicorum nomine lædunt, cùm suspecti non sint, caveri non possunt. Sunt aliter, quàm videntur: per osculum corda amica cognoscuntur: verùm cùm perfidis sint viscera virulenta; osculà non sunt oscula sed iacula: quandoquidem vita amittitur; per quod vita amore manifestatur. Pende Christi verbum, cognoscentis in Iuda pectus virulentia putidum. *Iuda, osculo filium hominis tradis?* Amicitia non in labijs dolosis. Non queritur Christus de morte, sed de pectoris vafritie, per signa benevolentiæ. Venit ille cum hostibus mortiRedemptoris inhiantibus: osculis haud celabant pectus. A Iuda & illis solicitabatur mors, verùm de illis nullus questus in Iesu. Illi promebãt fustibus & armis odium: Iudas osculo simulabat venenum: Christusque morti tradendus, queritur de osculo, sensibiliori homicidio; quia inter vulnera & vulnera, vulnera acriora ab osculo risu falso; quàm ab ictu gladiorum vibrato ab odio. Signa amoris patent oscula: posuit Iudas proditioni sua signa signa; ut securè deciperet quasi incautum, quasi in osculo ignoraret inimicum: & non de morte Christus in articulo queritur, sed de osculi proditione; quoniam ille tollebatur sub velamine amicitiæ. Plus magisque periculi est in insidiatore occulto, quàm in hoste manifesto: unde cùm Iudas quæreret proditionem, & in capturam ampliorem securitatem; accesit quasi amicus, ut simularetur pectus: equidem non esset perfidia, ni cordis pravi venenum ingereretur per oscula.

*Puella ba'itu noxia.*

*Oscula, iacula.*

*Ex risu falso.*

10 Sæpe hìc diximus de reprobatione Pelicani, ex varia alitis conditione. Inter reprobas aves exponitur Onocrotali nomine apud Septuag. Plura & insigniora habere videtur imitanda. Maximum quod eo pullos diligat, ut pro eis rostro pectus aperiat, totumque sanguinem constanter effundat. Adi Pier. Valerian. *lib.* 20. *cap.* 7. & 8. Isidor. lib. 12. *Etymol.* cap. 7. & fuse Piccinell. 4. *Mund. Symbol.* cap. 52. Unde Ioachim. Camer. *Centur.* 3. Embl. 37. accinit:

*Magnus amor, per magna fides, quam maxima virtus!*
*Sanguine vivificat Pelicanus pignora.*

Ita respuitur signum magnæ fidei, summæ virtutis, ac eximij amoris? Iurè, quippe duntaxàt amoris species. *Pro sanguine saniem é pectore mittit*: dicitur in *Horto sanitat.* cap. de *Pelican.* Ergo reprobetur, ne ab homine in imitationem etiam à longè

Livit. 11. 18 *Perfidus similis Pelicano.*

Camer.

Hort. sanit. *In specie amoris, solùm amoris species.*

videatur. Dum cruore mulcet, perfidiùs fallit, & ut fallat cautiùs, insidiosè aperit pectus. Videtur sanguis præ fide, præ amore, præ utriusque virtute; cæterùm fallit specie, in mortem effundendo venenum, dum demonstrat è venis præbere sanguinem totum: equidem maior dolus, perfidià aperire pectus, ut vomat lethale virus. *Pelicani forma insidiantem denotat*: ait Ravis. 4. *Offic.* cap. 47. Pectus nudat, & insidiantem indicat? Utique, ut specie dilectionis proditor fallat. Pectus ab eo cavet, qui pectus occulit: fallitur oscitanter ab eo qui pectus ostendit: Pelicanusque in signum insidiator habetur, cuius pectus in signum dilectionis aperitur; quoniam in perfida proditione maioris cordis insidiæ, dum aperitur pectus, ut altè infligatur vulnus. Vestitur plumis candidis, quas tingit sanguine apertione pectoris; in quo perfidia maior, quoniam circumventio occultior, & certitudo vulneris sub specie candoris: igitur ubi specie fidei denudatur animus, in visceribus amor totum virus. Hispan. *La candidèz que mostraba el alma era todo una ponzoña.* Ut perfidus potiatur voto, assimilatur pelicano, cuius in fraudem deauratur intentio; igitur nullum sortiretur effectum, ni venenum deauratum. Ut cor ostendat, pectus vulnere pelicanus nudat. Perpropriè symbolum insidiantis, disruptis visceribus & venis; qui se primùm sauciat, antequàm amico noceãt: at modò noceãt, minimè sua vulnera curat. Nec dolore sapit, ubi fallax dolum instruit, perfidià ostentando fidem; ut virus demonstret sanguinem, ex vulnere illato pectori: tunc-que profundius vulnus amici cordi; quoniam summum perfidiæ in fallaciam intercedit, ubi disrumpit pectus quasi cor vulnere traderet. Hæc molimina perfidiæ, ne fraus videatur in fraude: igitur utitur arte nudationis perduelle pectus, ut sine errore attingatur scopus.

Textor.

*Aperit pectus, ut vomat virus.*

*Se primum sauciat, antequàm noceat.*

11 *Lamiæ nudaverunt mammas, lactaverunt catulos suos.* Lamiæ, uti diximus *Tom.* 4. *T.* 13. *à n.* 2. erant monstra virgineã facie, festivo mulcimine, ostendentes ubera; sed quos cupiebant forma, disrumpebant unguibus, ita ut omninò lacerarentur corpus. Unde Maluenda legit: *Dracones serpentes nudaverunt mammas, lactaverunt, &c.* Quàm multi falluntur in amicitia huiusmodi specie, ex pectoris nuditate! Tunc magis perfidi nocent: nudant enim pectus, ut pectus amici nudent; & dum aperiunt pectus, ingerunt virus. Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labijs eorum: quasi secreta proferunt, ut extorqueatur se-

Thren. 4. 3.

Maluend. *Nudo pectore accedit, ut amicum nudet.*

Psal. 5. 11. cretum. *Linguis suis dolosè agebant.* Risus in ore, atque venenum in pectore. *Suis.* An quia lingua dolosa lingua serpentis? *Suis* dicit respectu linguæ pectoris, quibus loquuntur in corde, ut efformentur insidiæ: igitur locutio dolosè duntaxàt in linguis suis; quoniam alia lingua cordis est lingua dæmonis. Ubi enim linguarum virulenta simultas, cor iam possidet satanas. Hinc appositè Lamiarum imago, cordi specie amicitiæ perfido: igitur tunc in mortem insidiosa vulnera, dum ostendunt præ amore candida pectora. Ducitur cor rationale amoris mutui dulcedine, verùm invenitur captus à decipula perfidiæ: etenim arbitratur in amico, pectore nudo, redamationem invenire virginem, & offendit in vulnus voracissimum draconem. Aspidem fovet in sinu, aspidem nesciens, quæ calore amoris in iras magis excandens, observat occasionem in nocumentum, ubi magis propendet amicitia in obsequiorum studium: lamijsque confertur insidiosus, apertè denudans pectus: quandoquidem dum ibi quærit tanquàm in dignato amorem, occurrit serpens dolo conversus in aspidem. Mammas Lamiæ nudarunt, & catulos dilectores lactaverunt. Dolum siccine efformant, amicos lactant; & magis candore pectoris, ut capiantur strophis: equidem cum in illis pro amicitia, inferni inveniantur monstra; unguibus inveniuntur dicerpti ac sine corde, quippe cor crediderunt cordis perfidiæ. Vide hìc *Tautolog.* 1. *D.* 3. *à n.*14. *& Tautolog.*10. *n.*19.

*Maiora vulnera, dum ostenduntur corda.*

12 Sunt enim tolerabiles doli, sed intolerabiles sub amicitiæ specie. Quod stellio in necem curiosè adspectantem trahat, atque infatuatum ipso lumine perdat; est profectò crudelitas, quàm iuvat aspicientis fatuitas: dolusque excusationem habet, quippe ictus venenum in ipsa luce non videt. Crudelitas est cum excusatione, equidem simulat fallere, exhibens uti stellas pellis splendentis maculas: intùs habet virus, celatque in venenum pectus. Unde Saavedr. in *Idea Princip.* Symbol. 48. dicit, illo exposito curiosis oculis: *Sub luce lues.* Si animum adeunti exponeret, nemini ducto lumine noceret. At credibile, quod maior fingatur dolus, dum ostenditur animus? Vigilanter vernaculè: *Si mostràra el estelion el alma, se conociera el engaño: mas que baya mayor engaño, quando mas se muestra el alma!* O ludibrium rationis! O calliditas pectoris!

*Qui fatuus patiatur ictus.*

Saavedr.

*Quoties necesse est fallere, aut falli à suis,*
*Patiere potiùs ipse, quàm facias scelus.*
*Vereris fratris infesti dolos?*

Senec. in Thebaid. v. 492.

A fratre dolor fortior & sensibilior, cuius viscera ostentat falsus in perniciem amor, peior stellione, vità pereunte sub eius luce: equidem duntaxàt humanum pectus infestum cogitare vafrè quibat huiusmodi stellionatum.

*Unde sensibilior ex homine stellionatus?*

13 *Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palàm*: dicebant illi panurgi Iudæi dolosi; & circundantes, ne posset exire. Videntur studiosi veritatis, & erant insidiatores: etenim semper damnum, si taceret, vel si diceret. Si taceret, quippe veritas latebat ad fidem. Si diceret, quia sumebat Deitatem: & cùm audirent Deum; quasi zelo religionis; dolosi statim sustulerunt lapides. Cogitarunt perplexitatis articulum, in quo nocivum utrumque extremum. Si taceret, reputaretur insanus: si diceret, ut blasphemus: unde cùm non dubitarent, quod urgentes, veritatem ab interrogato audirent; quasi pro audita blasphemia, erant præparata saxa. *Si tu es Christus, dic.* Dicit. Quid malignum astu cor? Lapidare cogitat, & urget, ut dicat? Quia Deum se, cum esset homo, dixit, lapidare voluit? Implicat in verbis & in actione malignitate pectus. Deus & homo unus est Christus: Christusque non fuisset, ni Deus in homine esset: necessariaque de Deitate responsio, si interrogatur de Christo: quare ergo ita exardescunt deliri; ut lapidare cogitent loquentem de Deitate? Struitur embolium, in morte ne possit habere effugium. *Volebant calumniari* (ait hìc *tract.*48. Augustin.) *quod sibi arrogaret regiam potestatem*: Etenim si quia Christus Deus, in mortem non esset causa; erat profectò in potestate regia: à Principibus enim suspenderetur in ligno, ne suspenderentur dominantes principatu. Ergo in rem. Si nos in dubijs liberare vales, quousque ambagibus animam nostram tollis? Quousque suspensos capillis trahis? Dic, patulum habes in pectore sine fraudulentia cor, cuius aviditas, quòd cognoscatur veritas; & tunc latebat insidiosi cordis falsitas: nudabant pectus ut evomerent virus: equidem cùm è pectore Salvatoris nudo, mortis oriretur occasio; quærebant audire, quam aversabantur veritatem, ut perditionis loquentis invenirent occasionem. Præterea: Quùm ab illo animam tolli dicunt, totam animam in illum quasi propensam ostendunt. Quomodò ergo nudo pectore dolus? Quia dolosè nudum pectus. Excogitavit malitia extremum perfidiæ, ut tutò possit Salvatorem perdere: nullumque potuit machinari maius, quàm insidiosè denudare pectus: quandoquidem in perfidia summa pravitas, cordisque malignitas; ut possit animi totum ex-

Ioan. 10. 24

*Pro veritate audienda præparata saxa.*

*Calumniatores non pendunt contrarietatem in verbis.*

V. 30.

Augustin.

*Sed tantum occasionem proditionis.*

*Ibi animi maior dolus, ubi dolosè patefecit animum.*

expuere venenum, explicare totum animum. Molimen totum malitiæ, si duceretur incautè fiduciæ auratæ colore. Necdùm pravitas in dolum excogitaverat summum : & in perfidia summa molita est huiusmodi stellionatum ; igitur maior in pectore cordium sutelata perfidia, dum amoris specie nudabant pectora. Hispanicè : *Quando el corazon descubre sin doblez su ingenuidad ; tiene con traza maligna mas doblez el corazon.*

14 Inter Ægyptios in concordiam oris & pectoris cum fructu pingebatur Perfici folium. *Eó quòd pomum humani cordis figuram, folium verò linguæ præ se ferat : ita ut iuvenes puellæque passim Persica telo transfossa missitent, quæ cordis ita exulcerati iudicia sint* : infit Pier. Valer. *lib.* 54. *cap.* 19. additque cap. 21. signare etiam stragem atque multiplicem cædem. Elucet amoris symbolum, & proditorum ingenium: etenim dum per verba ostendunt corda, concinnatur in pectore nocuior perfidia. Totus perduellis conatus, ut in perniciem absondatur dolus. Effectum scopus habet, dum occultat quando detegit, obumbrante amore, aptiore in technas velamine: signumque cordis obijcitur transfixi telo, ubi in stragem cogitatur proditio ; quoniam potitur voto tota machina perfidiæ, si cor ostenditur vulneratum amore. Hinc queritur amicitia, quippe non invenit fidem, dum fidei exhibet ampliorem demonstrationem. Corde nudo perfidia fallit, de quo amicitia ut vulnerata dolet : sed magis pungit, quòd sine fide callidè præveniat telum, dum amantis pectus invenerit nudum.

Pier. Val.

*In amoris signo perfidia maior.*

15 Lignum dirissimæ crucis dicitur dulce, dulcesque clavi. Canit Venant. Fortunat. v. 53.

Venant.

*O dulce & nobile lignum!*

Lancea dicitur dira ab Ambrosio *Hymn.* 27. Cuncta fuere, disruptâ Salvatoris corporis carne. Cur igitur dolorem ligni clavorumque indicat quasi dulcedinem, & lanceæ ita fugiat diritatem ; ut petat à genitore liberari à teli vulnere, etiam post vitam, *Erue* (dicens) *à frameâ animam meam*? Dolor profectò è ligno crucis : dolor sanequàm ex clavis ; sed respectu lanceæ vel in dolore dulcor, quoniam dolorem summus sopivit dolor. Pectus Christi, an Christus esset, aperire falsi amici cupiebant ; qua de causa illorum vox : *Si tu es Christus, dic nobis palàm.* Dixit : *Cùm exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.* Haud volebant cognoscere, ut illum crederent ; sed ut calumnijs interficere possent. Quærebant amoris specie, ut prævalerent in-

Psal. 21. 21.

Ubi supr. Ioann. 8. 28

fidiæ. In cruce pectus patuit, dum ferrum diritas intulit, & sine fide vulneravit furor: unde sine dolore crevit in amore dolor; quippe inimice pectus ferro percussit, dum amicus præ amore pectus aperuit. Dolorem ingerit vulnus, ampliorem in corde dolus : super dolorem vulnerum talem in dolo addiderunt sine dolore cruciamen ; ut dolorem vulnerum iurè diceret dulcedinem: equidem protritâ fide, & auspice proditione, vafri præparaverunt mucrone subtili telum, ut amici viderunt ad vulnera pectus nudum.

*Perfidus pectus percutit, si amicus aperit.*

16 De Thoma incredulo ait Chrysologus, *Serm.* 84. *Cur vestigia fidei sic requirit? Cur tam piè patientem tam durè discutit resurgentem? Cur ea vulnera quæ manus inflixit impia devotâ dextra resulcat? Cur latus, quod impij militis lanceâ patefecit, refodere manus nititur obsequentis? Cur dolores famulantis curiositas renovat?* Dolores renovat illius dextra, qui glorioſum dubitat? Utique dolor generoso pectori, quòd multa passus præ amore coactus pro fide amici ostendere vulnera, libertatis eius pignora, amoris dona, captivitatis lytra : & quanvis signa glorioſa, exacerbantur ut vulnera ; quippe vulnus amanti, vulnera tanquàm beneficia ostendere. Dum fit gratiarum ostensio, carpitur ingratitudo: longè ab amore huiusmodi stemma, qui fidei tantùm coactus censet ostendere signa; ne gratijs collatis, tanquàm ingratus, erubescat dilectus : ostensioque vulnerum dicitur amoris vulnus ; quia amori maius tormentum in ostentatione vulnerum. Gratiam devenustat, qui dilecto demonstrat, ut cognoscat dilectus, quid amor pro fide passus: Thomasque renovat, quæ patefieri desiderat ; quippequam idem patefacere dona, ac fido amico renovare vulnera. Ergo in Didascaliæ propositum. Vestigia fidei Christus servat in amicum ; dicitque illi : *Mitte manum tuam in latus meum : & noli esse incredulus, sed fidelis.* Qui fidem servat, non vulnerat : qui à fide deficit, icit, & mittit in vulnera manum ; ut viderit pectus nudum. Cur ergo in vulneribus Thomas vestigia fidei requirit, & in latere ostium, quod lancea militis patefecit? Ut indicaret signa deficientis ab amici fide, vulnerato latere: Thomasque renovat vulnera, à milite patefacta; quippe in pectus apertum immittit manum, sicut telum Longinus in pectus nudum. Denique. Ut sis fidelis & non incredulus, in meum ingredere latus. Ibi videbis ex vulneribus vestigia fidei pectoris, & perfidiæ increduli proditoris : fidei, quia pectus nudum

Chrysol.

*Ostensio collatæ gratiæ, vulnus amori.*

Ioan. 20. 27.

*Fidei in amicitia defectus in amico fideli renovat vulnus.*

in ferrum : perfidiæ , quia misit ferrum , ut vidit pectus etiam ad vulnera nudum. Frequenter amicitia fide caret : pœnasque non luit ; vel quia non est pœna in crimen , vel quia ratio non cogitat perfidum hominem.

S.Bened. *Pacem falsam non dare* : monet Gloriosus Benedictus, *Regul.Sanct.* cap.4. instrum.25. Non sunt sumendæ facies peccatorum, quod peccatores vocant altissimæ prudentiæ monimentum , in occurrentium (sint pravi, sint boni) apparentem gratiam ; quia duplici facie , seu multiplici , falsà pace ; est profiteri perfidiam. Latet anguis sub herba , in amicitiæ figura ; & necessaria cautio , ne simplex gemat sub dolo. Arrige aures:

Horat. d.v. 437. *Nunquám te fallant animi sub vulpe latentes.*

## DIDASCALIA VI.

### *Sicut vita , mors est ita.*

¶ ETiam cognoverunt Ethnici , cogitantes de morte , nec disputantes de fine ; nisi de fine mortis , in quo illis falsò videbatur esse finis. Unde Manilius, 4. *Astron.* cap.1. v.16. accinit;

Manil. *Finis ab origine pendet.*

*Mortis forma pendet à vita.* Si finis mors , & origo à vita fit ; mortis bonæ aut malæ forma pendet proculdubiò à vita. *Remove studia totam vitam tractata* (ait Stoicus Cordubens. *Epist.* 26.) *Mors de te pronunciatura est. Ita dico , disputationes & literata colloquia , & ex præceptis*

Senec. *sapientium verba collecta , & eruditus sermo non ostendunt verum robur animi : est enim oratio etiam timidissimis audax. Quid egeris , tunc apparebit , cùm animam ages.* Tunc apparet quod latebat, & mortem tensim formabat , quæ futura vitæ speculum in subsidium vel cruciatum : etenim tunc cadet anima , vel feliciter surget ; quia finis vitæ à vitæ origine pendet. Affabre obumbravit Achil. Bocch. *Symbol.* 142. pingens binas lucernas accensam & extinctam , pendentes ab extremis dioptræ , seu artificialis regulæ (Hispanicè , *Cartabon* aut *Esquadra*) ibi videtur ( quia in extremo halitus vitalis )

*Cur signata in regula lucerna duplici?* quomodo quadrat aut delirat amussis: equidem cùm luceat si vivit extincta , languetque si sopitur accensa ; patet sanequam in morte , qualis à regula vitæ. Qui ad amussim legis vitam dispositione componit, etiam si mortuus fuerit , vivet. Qui deviat , ut errantem mors declarat : etenim mors dicit quod vita mortua ; quippe vita sine regula. *Librandæ hinc normam vitæ , mortisque notari:*

*Optima libra: benè est vitâ beatâ mori.* Acchil. Bocch.
*Namque alius semper de alio , & tamen ille supremus*
*Indicat ipse dies de omnibus haud dubiè.*

*Dies diei eruptat verbum & nox nocti indicat scientiam* , propter vitæ deformitatem vel formam : igitur cùm appareat in extremo quid gestum ; illuminat mors abscondita tenebrarum : nequit enim nox criminum promere in novissimo diem , nec lux virtutum in morte elicere noctem. Psal. 18. 3. *Vita mortis regula.*

*Noxque diem , noctemque dies monet , ut sua magni*
*Numinis æternum veniant ad munera iussu.* Cruc.hìc.

Finis pravis haud dissimilis exit: *lucerna impiorum peribit*: verùm cuius ad legis rectitudinem animus , *non extinguetur in nocte lucerna eius.* Prov. 13.9. 31.18.

2 *Epistola accusationis* ( dicit nostra Tautologia ) *scripta erat Syriacé , & legebatur sermone Syro* : renuunt intelligere huiusmodi documentum , qui ad mortem falluntur in vita , spe futilissimè vana in vitæ ac mortis discordia: igitur illorum in opposita studium ; quàm aliter in iudicio esset legendum , quàm in vita fuit scriptum. *Non habent futurorum spem mali.* Quidum ? A nullo magis quàm ab illis fovetur spes; quoniam vanâ fiduciâ ex Dei clementia speratur gloria : non spes , quippe spes vana: sunt que dum sperant beatitudinem , sicut & cæteri qui spem non habent ; siquidem delirium sine conversione cordium , sperare fatuè cœlum. Non expectant cœlum sed expectationem ; quæ expectantium exprimit fatuitatem : equidem duntaxàt ex phantasia læsa fit , expectare peccantes beatam spem. luxta textum Hebraicum explicat Sapiens causam & effectum. *Non est novissimum malis : non est extremum.* Difficile videtur, si mors sicut reliquos expectat , ut novissimum pateat. Est vitæ novissimum , verùm nequaquàm extremum : equidem si extremum mors , & extremum quod novissimum est ; in vita per vitæ crimen , antequàm adveniret , habebant mortem. Extremum post extremum non datur , nec impijs in vitæ fine quod novissimum ostenditur. Habent quod habebunt , cùm in pravitate vivunt : si vita mortis speculum , illis utique quod extremum , non novissimum: igitur quid vitæ extrema , procul extremo videbatur in vita. Unde ergo spes , quandiù viventes in ipsis flagitijs sunt ? Cogitant epistolam accusationis aliter in iudicio legendam, quàm actibus esse scriptam : at cùm in fine legantur sicut

1.Esdr.4.7. Prov.24.20 Hebr. *Et speculum.*

cut acta iura criminum, traducunt illos ex adverso iniquitates ipsorum, igitur patent in speculo mortis, sicut actores scripserunt viventes.

3 Deus primum hominem in delicijs ac felicitate paradisi munificus collocavit, ut tanquàm in umbra vitæ, iustitia custodità in meliora conscenderet. Ibi *lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignumque scientiæ boni & mali.* Simul sunt ligna diversa, quorum fructus ijdem sub diversa forma: etenim si bonum virtutes, & malum iniquitates; quicquid horum solicitatur in cognitionem, habet in proximo speciem: quandoquidem sat in mortem habetur scientiæ, cùm bonum & malum sciantur per lignum vitæ. Videntur homines quasi arbores, quorum fructus vitales operationes; quin sit scientia, dum ad radicem arboris securis posita, an vitæ lignum cadet ad Aquilonem vel ad Austrum; simulque in paradisi medio collocantur ligna vitæ, scientiæque boni & mali; ut mortis incertæ certissima sit scientia; igitur mortis bonum & malum clarè videntur in vita. Lignum vitæ est lignum mortis scientiæ; ut homo sciat futura, quæ solicitat scire. Scitu facile. Tota solicitudo hominis satagit scientiæ finis; quippe ex morte pendet vita, vel mors secunda. Ibi scientia boni & mali ac sine fine. Inde æternus cruciatus, ac sine termino deliciarum paradisus. Sed nescit homo an odio vel amore dignus sit: advenit mors. Quærit an exitus mali aut boni? Recurrat ad proximum lignum vitæ: igitur per fructus latos in vita, bonæ vel malæ mortis ante ipsam mortem communicatur scientia. *Lignum vitæ, lignum scientiæ boni & mali.* Si malum mors est, quia malorum extremum; huiusmodi extremum scientiâ mirâ comitatur bonum: siquidem inter studia vitæ, summa scientiæ scire mori. Infelix utique iacet, qui mori nescit.

Genes. 2.9.

*Unde mortis incertæ certissima scientia?*

*Summa scientia scire mori.*

*Illi mors gravis incubat,*
*Qui notus nimis omnibus,*
*Ignotus moritur sibi.*

Senec. in *Thyest.* v. 401.

4 Ut vita aptetur legi, proponitur lignum vitæ; igitur homini non est vita sine lege. Quis est homo qui vult vitam? Boni & mali scrutetur scientiam. Mali, ut declinet: boni, ut servet; & mors iuxta vitam sit, ac priùs quàm in illa, qualis prænoscatur mors, per declinationem vitiorum ac proposita virtutum: equidem nequit mori malè, qui benè vixerit; neque expirare benè, qui malè egerit. Ulteriùs. Series lignorum exponitur, ut mors per vitæ fructus sine errore cognoscatur. Ubi enim sciri cupitur, quales futuros hominum exitus dubios; ex fructibus eorum cognoscetis eos. Hinc cum arbore vitæ collocatur lignum scientiæ boni & mali. Quare igitur non dicitur lignum mali & boni, sed lignum utriusque scientiæ? *Lignum* enim præ se fertur *scientiæ boni & mali.* Scientia per lectiones cognoscitur, atque per demonstrationem acquiritur. Arbores libri sunt per quarum fructus legitur vita, vel mors. Ita de ligno scientiæ canit Alcim. Avitus lib. 3. *Geneseos, de sentent. Dei.* v. 12.

*Nequit malè mori, qui vixerit benè; & econtra.*

——*Protinùs Adam*
*Humentem capiens raso de cortice librum.*

Alc. Avitus.

In una arborum, ideſt in ligno vitæ, bonum & malum scribitur: in ligno mortis & malum & bonum legitur: & licèt & bonum ac malum sit pro superventura morte, non signatur lignum mali vel boni: sed scientiæ boni & mali, in perceptionem mortis sapientissime dicitur; quippe tunc malis aut bonis demonstratione cognoscitur, non aliter legi in morte, quam notatur scriptum in ligno vitæ.

*Nil nec aliter in morte lectum, quàm in vita sit scriptum.*

5 Modò in scientiam rectè vivendi ac moriendi, inferenda fabula, cuius meminimus, *Tom.* 2. *T.* 10. *D.* 3 *n.* 13. ex Æliano, quam etiam refert Causinus *lib.* 1. *Parab.* 72. *In Anosto* (ideſt, sine reditu, quo spiritus vadit: *Unde non unquàm remeavit ullus*, ut accinit Senec. in *Oetæo*, v. 48. & plures alij, de quibus suo loco) *duos fluvios labi, alterum voluptatis alterum tristitiæ; & ad utrumque arbores sitas esse. Quæ ad flumen tristitiæ sunt, eiusdem naturæ ac potestatis fructus producere. Siquis his vescatur, eum tantum eijcere lachrymarum, ut per universæ vitæ reliquum tempus, stetibus luctibusque diffluat; & sic vitam finiat. Alteras verò, quæ fluvio voluptatis agnoscuntur, fructum contrarium ferre. Qui enim hunc gustat, ab omnibus pristinis cupiditatibus abducitur, etsi quem amavit, in eius oblivionem venit, paulatimque fit iunior, atque præcedentem ætatem & iam transactam retrò, agit & resumit, abiectâ senectute ad vigorem ætatis revertitur; deinde adolescentiam induit, tunc pueritiam: postremò fit infans, & sic denique expirat.* Hactenùs Ælianus, lib. 3. *Var. histor.* cap. 18. Plurima sanè fingit, quæ mors tanquàm vera refert. Primò in huiusmodi fabula indicantur quæ faciat in peccatoribus criminum pœnitentia & impœnitentia. Laborant peccatores magis ut faciant malum, quàm si perfeciſſent bonum; gravamina sentientes, & simul lassati in via iniquitatis: fructus percipiunt tristitiæ, quandiù lachrymis studeant voluptati; à qua recedere vel doloribus nolunt, quippequàm placet

Senec.

*Arbores mirificæ voluptatis & amaritudinis.*

Ælian.

*Effectus pœnitentiæ & impœnitentiæ.*

cet tormentum: vitaque vel in vita fletu con-
Ps. 106.26. tinuo peribat; quia *anima illorum in malis tabescebat.* Econtrà qui mala cogitant, fugiunt in pœnitentiam ut vivant; obliti voluptatum in resumptionem ætatis ex gaudio accepti doloris, quo in novum hominem vitæ novæ format puritas, atque pœnitentiæ claritas: igitur dum candori vitæ studet
Ibid. 102.5. animus, reiecta vetustate vitiorum, adinstar aquilæ *renovatur iuventus.* Consilium etiam est Ethnici, 4. *Trist.* Eleg. 9. à v. 3.

*Nostraque vincetur lachrymis clementia veris:*
Ovid. *Fac modò te pateât pœnituisse tui.*
*Fac modò te damnes, cupiasque eradere vitæ*
*Tempora.*

At de hoc sæpè egimus: in Didascalię scopum flectatur calamus.

6 Fructus diversi sunt in arboribus rationalibus ad utramque ripam vitæ fluminis, adinstar aquæ labentis. Cuncti moriuntur & qui ad ligna mœstitudinis, & qui ad ligna voluptatis. Præscientiam exitus desiderat animus & viventium in luctu & degentium in gaudio: cùm luctus ex voluptate, atque gaudium ex virtute. Haud colliguntur uvæ de sentibus, neque de tribulis ficus.

Id. 1. de *Art.* v. 753. *Siquis idem sperat laturas poma myricas.*
*A vitæ fructibus risus, vel fletus.* *Speret, & è medio flumine mella petat.*

Fructus declarant, quod homines scire de fine cogitant: siquidem si rident, vel lachrymantur in morte; risus & fletus dependent & fructu vitæ. Non potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere. Declarat igitur mors omne lignum faciens fructum iuxta genus suum. Succiditur arbor in morte, quin ullam ex præcipitio ostendat diversitatem, quandoquidem germen duntaxàt iuxta radicem. Oritur Sol & occidit: moriturque uti nascitur, quippequàm sine lucis ulla mu-
*Mediante morte, non recedit forma vitæ.* tatione moritur. Appositè (cùm defectus sint Lunæ, Solisque in eclipse labores, iustusque splendens instar Solis moriatur, stultusque uti Luna mutetur) utriusque planetæ in rem
Virgil. 11. Æneid. v. 67. eclipsim emblematicè acumen ingenij pinget, cum epigraphe: *Necdùm sua forma recessit.* Homo per mortem vitæ patitur eclipsim, seu iustus, sive peccator, quippe elanguet vitæ fulgor: sed necdùm à quoquam sua forma recesserit, quę quidem post mortem manet: etenim si à vita forma, in utroque forma præsens videtur à forma vitæ.

7 *Nudus egressus sum de utero matris meæ & nudus revertar illuc.* *Illuc?* Quò?
Iob. 1.21. In sepulchrum, dicitur, *Eccle.* 5. 14. & 1. *Tim.* 6. 7. *Excutit redeuntem natura, sicut intrantem: non licet plus efferre, quàm inuleris*: inquit Senec. *Epist.* 102. & Maius in *Supplent. Lucan.* lib. 4. Senec. Maius.

*Nudus eo, æternæque oculos clausere tenebræ?*

Si in sepulchrum tendit nudus, & nudus natus; quomodò illuc, unde natus est nudus, illuc, è vulva genitricis, unde illi usura lucis præsentis: tendit in mortem, qua omninò privatio lucis? quomodò ergo *illuc* dicit mortem, unde ad hunc mundum nactus nativitatem? Mori in vita, vita ad mortem profectò: igitur vitam format in legem, vel reformat finis vitæ meditatio: *illucque* sepulchrum in vita notat, ut se viventem ante sepulchrum sepeliat: quandoquidem ne postea in morte moriatur, ante mortem consideratione moritur. Hoc est ingredi in abundantia sepulchrum; didicit sępe quod semel faciendum, ut in morte obtineatur cogitatione vitalitas; quippe ab illo momento pendet æternitas. Vide dicta *Tom.* 1. *T.* 4. *D.* 13. *à* 5. Unde Tragicus in *Troäd.* v. 868. *Mori in vita, vita in morte.*

*Optanda mors est, sine metu mortis mori.*

Illius sanè non est metus, quam toties animus passus. Relinquamus obvia. *Illuc & reverti* sententia ostendit. Ergo unde exivit. Næ: haud valuit vividiùs demonstrare, quid hominibus, bonis ac malis actis usuveniat in mortem: mortemque meditatò signat prętéritum vitę originem; quippequam mortis ad pręmium vel cruciamen infallibilis forma sine errore conscientiæ sumenda à vita. Mors mala non est, quam bona vita præcesserit, & illam priusquam veniret, in examen introduxit, sicut exlegum improborum frequens delirium, vivere iniustè, & mori velle morte æmulanda iustorum. Plura videsis, *Tom.* 5. *T.* 8. *D.* 2. Senec. *Mortis perfectio vel imperfectio à vitę principio.*

8 *Qui seminant dolores, & metent eos*, dicit Eliphaz de operantibus iniquitatem, quam ararunt ut sementem. Iob. 4. 8.

——— *Scelerum fraudisque magistros*
*Ad nutum perijsse Dei, campisque dolorum*
*Semina qui iactunt, animi virtute relictà,* Sous.
*Nequitiæ qui rura colunt, messemque nefanda*
*Falce metunt.*

Succinit Mell. Sousa hìc. Claret primùm, dum floret iniquitas, illusæ cogitationis vera falsitas; & illecebrarum dolus, quo obcæcatur errabundus intellectus: equidem sunt in cruciamen acerbissimi dolores, quas arbitrantur infatuati voluptates. *Hi in seipsos animadvertunt; quot cupiditatibus, tot crucibus distrahuntur*; Subdit Seneca de *Vi-*
*Voluptates sunt dolores.*

*ta*

*ta beat.* cap. 19. & Iovian. Pontan. 3. *Uran.* canit:

Pontan.

*Deliciæque inficiunt animos: præcepsque cupido*
*Consilium incertum, ac varians sententia, & ipsa*
*Mens nunquàm secura novas parit anxia curas.*

Sub metaphora sementis & messis indicantur tempora vitæ ac mortis. *Ioann.* 4. 35. *Matth.* 13. 30. & *Apocal.* 14. 15. Iuxta quod seminatum, arva utcunquè referunt fructum. Si labores sunt peccata seminata; in fine messis mortis acumine falcis, nil erunt præter labores. Stultitiæ sanè signum, sperare in messe vitæ præter id quod seminatum: vivereque iuxta illecebrarum errantem iniquitatem, & in vitæ fine sperare beatitudinem. Exponit textum Gentium Doctor:

Gal. 6. à 8. *Invenitur in vitæ messe, quod in semine vitæ.*

*Quæ seminaverit homo, hæc & metet: quoniam qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum:* equidem non aliter videbimus fructum in vitæ messe: quàm quod actis perfectum semine vitæ. *Vita* (ait Gregor. Magn. 13. *Moral. in Iob*, cap. 10.) *est mortis imitatio: quam dum iusti solicitè peragunt, culparum laqueos evadunt.* Perperàm itaque in morte libertatem quærit, qui inter laqueos venantium voluptatum infeliciter vixit.

Greg. Mag.

9 *Deformes oblita pedes*: dixit de Pavone fatua Villava, 2. part. *Symbol.* 27. Non foveret uti fatua vanitatem, si se videret deformem. Ita queritur de anima crimine captivà, Prophetà. *Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui: depositа est vehementer, non habens consolatorem.* Arbitrabatur misera, quòd in die depositionis, orbita continuanda apprehensæ felicitatis; ita ut mors obvia mutaret vitæ seriem, quin videret in actibus mutationem; cùm iuxta vitæ anteactæ operationes, accidat in die messis, depositaque est vehementer non habens consolatorem, quæ in vita secuta criminum cupiditatem; quippe in fine nihil virtutis habuit, in quod respicere possit.

Villav.

Thr. 1. 9.

*Nemo mundus, qui manet in sordibus.*

*Exigit hoc meritó lachrymosa oblivia sortis,*
*Quam pro delicijs posthabitura fuit.*

Sanct. hìc.

Unde fiducialiter in consolationem agebat animus? *Sordes eius in pedibus eius.* Pedibus quasi affectibus stat anima: & dum consolationem meditatur fit stolida; quippe si accesserit mors, in quo stat, solummodò sordes sunt. Vixit maculata, quia vitæ finis oblita. *Sordes eius in pedibus eius* (*quia*, ut ait Sanctius, d. n. 51.) *nec recordata est finis sui.* Si recordaretur finis, in vita non essent sordes. Censebat abolendas in morte, quod est fatuitas, contrahens oblivione quotidie maiores maculas. Spes fuit consolationis, deformes oblitæ pedes: & dum accidit aliter, deposita fuit afflictione vehementer, quippe vidit in fine, vitæ novissima hora, illius cumulatas sordes, quas non cognovit in vita.

*Mortis memoriâ compescuntur crimina.*

10 Hinc Doctor Doctorum ac Magister Almificus Legislator N. *Regul. Sanct.* cap. 4. instrument. 47. & 48. *Mortem quotidie ante oculos suspectam habere: actus vitæ suæ omni horâ custodire*, docet. Custodia sui pendet a suspecta morte: nihilque Monachus in actibus pravitatis perficiet, si finem in morte diligenter respexerit. Audet homo aliquando in parùm recta, quia lactat tempore vita; in quæ haud propendendo corrueret, ni à longè mortem insidiantem cogitaret: commendaturque simul mortem suspectam habere, & actus vitæ ad amussim examine custodire; quoniam Monachus nonnunquàm observabit rectitudinem, si ad finem, mortem futuram, conceperit insidiantem. Accidit religiosa corda imperfectionis sordescere pulvere: recordatio finis urget, neque pulvere sordescere: mortisque indicitur ex fine vitæ momentum, in puritatem immaculatam operum; quoniam cum memoria finis, nec in corde, nec in pedibus erunt vel minimæ sordes. Aliter, quantunvis perfectionis exterioris studium, laborantes in vanum laboraverunt. *Malè vivit, quisquis nescit benè mori*: subdit Cordubens. de *Tranquillit. animi*, cap. 11. Nescit, qui finem nescit: equidem dum exeundi urget cum dolore tempus, plenus est sorbibus. *Miser factus suum & curvatus sum usque in finem*: dicit ex persona prævaricantium David. Cor eorum vanum est: equidem in fine cogitatur à misero exitus feliciter rectus, qui usque in finem vixit curvus. Mutetur in cœlestem voluptatum dilectio, ut finis sit rectitudo: igitur spreto fine pro fine ipsa expectatione temporis; in statum nocentiorem corrumpuntur cicatrices. *Veterem amorem novo quodam amore congruit eijcere*: ait Cicero, 4. *Tuscul. qq.* metricèque Lucretius, 4. de *Natur. rer.* à v. 10. 64.

S. Bened.

*In illa insidiæ non habentur, & cogitantur.*

Senec.

Psal. 37. 7.

*In medicamen vulneris, mutetur materia amoris.*

Cicer.

*Et servare sibi curam, certumque dolorem,*
*Ulcus enim virescit, & inveterascit alendo,*
*Inque dies glìscit furor, atque ærumna grave scit;*
*Si non prima novis conturbes vulnera plagis.*

Lucret.

Pœnitentiæ virtutem videtur signare pro crimi-

*Curentur vulnera plagis.*

minum consuetudine: etenim pectus concepti emovit virus, ubi curantur vulnera vulneribus. Qui fugerit dolorem, fovebit iniquitatem, quippe non respicit finem. Quidni pereat, dum in vita per crimina vita labat.

Psal. 77. 33.

11 *Defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione*: dicit Psalmographus de filijs Israël, qui præ peccato prostrati sunt in deserto, quin, ad quam vocati cumulum felicitatis, in terram ingrederentur promissionis: Deus enim populum compescuit errantem, ne introiret in destinatam à Domino requiem. Quomodò si adsunt, adesse festinant tempora, ut vanitate deficeret functa vita? Pro vanitate accipiunt nonnulli voluptatum idola, iuxta illud Psalm. 118. 37. *Averte oculos meos ne videam vanitatem.* Idem *Eccli.* 3. 26. *Isai.* 5. 18. & pluribus alijs in loc. Vitia vitam non continuant, sed minorant. *In ipsis voluptatibus causæ doloris oriuntur*: subdit Seneca, *Epist.* 91. Si aliqua apparens voluptas, omninò vana, quippe cupiditatis futilitas. Unde Lucret. d. v. 191. succinit:

*Vitia vitam non continuant, sed minorant.*

Senec.

Lucret.

*Ex hominis verò facie pulcroque colore,*
*Nil datur in corpus præter simulacra fruendum,*
*Tenuia, quæ vento spes rapit sæpe misella.*

Hæc est figura mundi, quæ præterit, & vitâ vitam consumit: diesque vitæ deficere dicuntur in vita; quippe viventes cupidi illecebrarum adorabant idola. Nil mirum, si in vitæ vanitate deficerent, cùm venena pravis affectibus devorarent. *Per ea quæ coluerunt, dedisti summa tormenta*: tormenta utique & summa, quia tormenta coluerunt tanquam idola.

Sap. 12. 23.

12 Pro *Vanitate*, legit Genebrard. *Celeriter, instar fumi.* Maluend. *Subito terrore.* Chald. *Cogitatione phantasiæ.* Cuncta quadrant pravitati cordium impœnitentium, neque malis neque bonis conversorum. Data illis lege in rectitudinem lux, sed non custodierunt testamentum Dei, nolentes in eius lege ambulare; quippe placebat vivere sine lege. Ut reciperentur frugi, gratia eminebat criminum indulgentiæ; sed rebelles appositerunt adhuc peccare. Ictus iustitiæ, ut provocarentur in pœnitentiam, in silice cordium excitarunt iræ flammam, & progressi in blasphemiam labio iniquo; igitur malè etiam locuti de Deo. Deus vocabat & revocabat amatitudinibus & favoribus; sed illi crimina superponebant criminibus. Unde magis debuerunt gratiæ Conditoris, inde exarserunt sicut ignis in spinis, corde malignitate protervo; quippe in his omnibus peccaverunt adhuc. Haud respiciebant finem, & offensam Deitatem; sed ut transirent in vita, secundùm cordis illicita, virulenta desideria: vanumque illis dicitur vivere, viventibus in continua iniquitate; quippequàm tempus, quod in gratię pretiosam vitalitatem, consumebant nescientes in vitæ infelicis præ peccatis defectionem.

*Conditio pravorum.*

*Quid tam solicitis vitam consumimus annis,*
*Æterniſque senes curis, dum quærimus ævum*
*Perdimus? & nullo votorum fine beati*
*Victuros agimus semper, nec vivimus unquàm.*

Manil. 4. v. 1.

*Vita deficit, dum homo delinquit.*

Nemo vivit, dum moritur: vitaque peccantiũ à vitalitate absumitur; igitur vivunt ad mortem, cùm vivant tantùm ad crimen. Iuxta opera sunt homini mensurabiles dies. Dies longa, si nox brevis. Accedit citiùs nox, ubi dies mali sunt: penetrantur vitæ momenta in breviora, ubi crimina aliquid subtrahunt à mensura: & cùm nox accedat, quando crimen appropinquat; qui in vita perperàm agunt, citiùs ac præcipitanter ad noctem mortis accedunt. Anni improborum deficiunt cum festinatione, quia peccatis minuitur mensura vitæ: & cùm sit in annis mensura brevior, ubi vita flagitijs corruptibilior; vita peccantium in vitalitate evanuit, & festinanter in viventibus defecit; quippequàm si vitam demonstrant opera bona, vita mala non est vita. Caret vitalitate, qui omninò mortuus a corde. Ubi iniqua prorsùm corda

*Vita non vita.*

Sophocl. in *Oedip. in Colon.* v. 1766.

*Peccatoris vita avolat, dum futuram expectat.*

13 Modò in lectiones & propositа Didascaliæ. Illis qui vanè vivunt, vitæ finis videtur omninò iocus: igitur licèt crimen cognoscant, in pœnitudinem arbitrantur fore tempus: deficiuntque celeriter in vanitate dies, defraudati etiam voto expectationis; siquidem vita præsens iniquitatibus avolat, dum peccator nihil sentiens, vitam futuram expectat.

*Ut benè vivitur, diú vivitur.*

Plaut.

Inquit Plautus in *Trinum.* Act. 1. scen. 2. v. 27. Hinc instar fumi dies fugientes corrotrice vanitate. Si fumus ploratum excitat, quasi luminum lachrymis corde vanitate doleat; maior vanitas cogitationis, ubi nulla cogitatio illudentis sine fine vanitatis: igitur fatuè in flagitia cogitat tempus futurum, cùm debeat flere vanitate præteritum. Cogitatio est phantasiæ, quæ vel cognito fine, occurrunt cordi, quasi vitæ exitus, vitæ non responderet operationibus. Cogitat tempus in vanitatum pœnitudinem pravus animus, & dum distans præcogitat, nec

*Delirium, crimine fastum cogitare exitum.*

nec breve tempus. Cogitat finem, simul ex vanitate dolorem, ut vivat ad lubitum & moriatur ad votum; ut possit in morte legis obtinere felicitatem, qui in vita non novit legem, frequenti crimine: huiusmodique cogitatio dicitur cogitatio phantasiæ; igitur summum amentis peccatoris delirium, ex vita prava vitæ felicem expectare exitum.

Sap. 11.16. *Pro cogitationibus insensatis iniquitatis* (Interl. & Hugo, *Iniquitates*) *illorum.* Iniquitates profectò cogitationis iniquitatis, ex vanitate variationis finis; quippe adduntur propemodùm iniquitates, iniquitate huiusce cogitationis. Invariabilis est, quia vitæ respondet mors. Unde sine variatione cordis, mutatio finis, insensatæ prorsùm iniqui cogitationes. Cogitatio est, & cogitatio, ubi nulla in conversione finis, cordis conversio.

*Et malè vivere velle, ac benè mori.* Lætat dolus & dæmon specie vana insensatorum deliria, ut vivant usque in mortem sicut vivunt, ac impetè detrudantur in infernum: dicunturque insensatæ cogitationes huiusce cogitationes vanitatis; quippequam vana cogitatio phantasiæ, malè vivere velle, & benè mori.

14 In haccine cogitatione phantasiæ *subitò* anima procelletur *terrore.* Unde terror, unde tremor & timor? Ex frustratione cogitationis insensatæ, vel monente ulcerum acri dolore. Terror est ex periculi urgentia sine effugio. Urgent dolores inferni,

*Vana eius si lucia plectitur æternâ flammâ.* de quibus nulla ingesta cogitatio; imò eventui contraria, quasi mortem præterita haud constitueret vita. Vita mala in barathrum trahit: contraria pravus animus concepit: subitoque terrore turbatur, dum vita moritur; quippe præter spem ex morte cogitata felicitas insensatum proiecit in vivas Averni flammas. In captivitate Babylonica filiorum Iuda, videtur huiusmodi infelix sors.

Ier. 31.15. & Matth. 2. 18. Cap. 12. 4. *Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.* Erant, igitur ducebantur ab hostibus, & in cruciatibus. Gogitabant aliter, dicentes de imminente plaga, sæpe expertâ Dei clementiâ, *Non videbit nobissima nostra.* Mentita est iniquitas sibi, subito terrore urgente calamitate: etenim cum usque in exitum conversionem sperarent; & in peccatis persisterent; adveniente morte, in spei vanæ ludibrium, in pœnas habuerunt exitum. Noluit consolari, conceptâ à malitia huiusmodi peccantis fiduciâ vana: quandoquidem summa animæ amaritudo, in filiorum salutis desideria; concipere phantasia felicitatem, unde par erat sperare confusionem. *Noluit consolari, quia non sunt.* Sunt & non sunt. Sunt captivi crimine, & criminosi non sunt; quia sunt captivi. Si sunt, captivi non sunt; suisque captivis, quia capti, accipere renuit ullam consolationem; quippe videt in vinculis, qui exire, observatâ lege, valebant in libertatem. Hoc in articulo signatur hora novissima, qua exit anima de corpore terrâ propriâ: & morte adveniente, quatitur timore horribili, vanidâ de exitu concepta cogitatione; igitur dum totâ vitâ in exitum fovit crimen, habuit exitum, verùm in captivitatem. *Confundemini á fructibus vestris*: dicit Dominus per eundem Vatem. Mala messis; ubi ad messem, congregant pro fructibus confusionem. *Seminaverunt triticum, & spinas messuerunt.* Unde spes improborum confusione fructuum? Unde, quando spinas metit, qui triticum suo iudicio seminavit? Unde zyzaniorum confusio, si bonum semen seminatum in agro? Mors subiacet perditionis periculo, ne fidat pectus spinis, fructibus iniquitatis.

*Ut de tristitia ex huiusmodi spe perfida?*

*Fructus peccati patet in morte.* V. 13.

*Mors dolesa.*

*Est curvo anfractu vallis accomoda fraudi,*
*Armorumque dolis: quam densis frondibus atrum*
*Urget utrinque latus, tenuis quà semita ducit,*
*Angustæque fauces, aditusque maligni.*

Virgil. 11. Æneid. v. 522.

Haud facilè disponitur felix exitus, ubi criminum anfractus, & illecebrarum dolus. Vigilet anima, ne in exitu sit captiva: etenim, ut ait Euripides in *Rhesо.* v. 757.

*Duplex est malum, dedecus extremum,*
*Moriendum gloriosè, si omninó moriendum.*

Euripid.



# TAUTOLOGIA NONA.

*In tenebris ſedeo, & lumen cœli non video.* Tob. 5. v. 12.

## EXPOSITIO LITERÆ.



Onnunquàm diſsident Virtus & Fortuna. In cœlum Virtuti Fortuna comes: in mundo, ut in Olympo poſt mortem ſtruatur thronus; ſanequàm infelix virtus: hinc querimonia frequens ſectantium virtutis ſpeciem & non virtutem. Ita M. Brutus iamiam moriturus clamat apud Alciat. *Emblem.* 119.

Alciat.

*Infelix virtus & ſolùm provida verbis!*
*Fortunam in rebus cur ſequeris dominam?*

Refert idem Luc. Florus, 4. *Hiſtor.* cap. 7. & Plutarch. libell. de *Superſtit.* Nil mirum Ethnicos fugiſſe Virtutem, divortium à fortuna profitentem. Ita furiosè accinuit Menander, in *Hercul.*

*Cum virtute non fortuna, ubi non virtus, ſed virtutis ſpecies.* Menand.

*Deſinite mentem habere: nam nihil amplius*
*Humana mens eſt: tota Fortunæ manet.*
*Mortalis autem fumus eſt prudentia,*
*Nugæque: non vos pœnitebit, credite:*
*Quæcunque ſentimus, agimus & dicimus;*
*Fortuna cùm det; nos quidem inſcripti ſumus.*

Neſciebant enim, quare via impiorum proſperatur: quapropter Fortunam pro virtute Deam faciebant, cœloque locabant; quaſi virtutis pulcherrima ſpecies, duntaxàt voces & voces. Intuebantur quidem elatos à virtute in culmina dignitatis, à Fortuna furioſa mitti præcipites; & quos Fortuna evexerat cæco favore, nunquàm à virtute depelli: igitur perperam indignorum poterat diſponere lapſum, quæ nunquàm valuit ſicut Fortuna obtinere faſtigium. Qui humilis virtutem ſequebatur, fortunam tantùm in excelſo ſequitur. Sunt quos à vitijs ſevocat non voluntas, ſed neceſsitas: unde apparet in ſolio cunctis audacior, quo extra ſolium nemo melior.

*Cur diſſident?*

2 Opportuna ſententia Ioſephi de primo Rege Iſraël. *Declaravit* (inquit lib. 6. cap. 14. *Antiq.*) *quàm pravum ſit hominum ingenium. Tantiſper enim dum humiles ſunt atque plebeij, quia non audent, neque liberum eſt naturæ obſequi, æqui ac boni viri eſſe videntur, mirumque quoddam iuſtitiæ ſtudium præ ſe ferunt: quin & pietatem interéà colunt. Deum omnibus actionibus noſtris intereſſe, omneſque cogitationes intueri, perſuaſum habent; ſed ſimul atque ad potentiam & imperium provecti ſunt, exutis priſtinis moribus, & tanquàm in ſcena mutato habitu, novàque perſonâ aſſumptâ, in omnem audaciam & inſolentiam, divinarumque æquè ac humanarum rerum contemptum prolabuntur: & cùm ad ſuperandam invidiam maximè illis opus eſt pietate & iuſtitiâ, cùmque omnes eorum non actiones ſolùm, verùm etiam voluntates in conſpicuo ſint omnibus propoſitæ, tùm maximè tanquàm aut diſſimulante Deo, aut & ipſo poteſtatem eorum formidante, in ſubditos debacchantur. Quicquid aut per inanem metum, aut odium & favorem irrationabilem decernunt; id tum hominibus ratum tùm Deo quoque ipſi probatum eſſe exiſtimant: futurorum verò prorſus nullum vel reſpectum, vel rationem habent. Honoratos per invidiam, per calumniam etiam ſæpe opprimunt, merita non conſiderantes, ſed temerarijs delationibus abſque ulla probatione fidem adhibentes: & ſæpe ſæviunt non in quos oportet, ſed in quos ipſis ſævire facile.* Patet animi vilis cum poteſtate inſolentia, & quantum diſtet non poſſe à nolle peccare. Celſa attonant, culmina fumant, & quos fortuna ludicra, ut deliret, attollit; attonitos nimiâ felicitate conſtituit, ut

Ioſeph.

*Deſcriptio animi vilis inſolentis in culmine dignitatis.*

pec

pède calcènt virtutem, per cuius ſpeciem acceperant dignitatis poteſtatèm.

3 Econtrà petit ardua vera virtus, ut generoſus latitans coruſcet animus. Adverſa læva Fortuna, motus illi turbinis (deiectione ſublimantis) flat ignem in ſplendorem: flammam haud conſumit, ſed accendit. *Vim ex vi* accipit, ut inquit Lucas Contil. *Emblem.* 115. Impulſus tribulationis non gravat; ubi materia, qua fulgeat. Lapis eſt Lydius animi, ad magna geniti, qua homines fiunt mirificè magni: equidem ſicut ictus fulminis intra viſcera montis contentum oſtendit aurum (quia patientia habet opus perfectum) ignis vorax acerrimæ tribulationis, demonſtrat invincibilis pretioſitatem pectoris. Perſtat animus adinſtar ſilicis, flatu ignitabuli flameſcit fluctibus lucis. Virtus haud ceſſat certare periclis. Contil. *Virtus eluceſcit adverſis.*

*Cui ratio & magnæ cœleſtia ſemina mentis*
*Munere ſunt conceſſa Deum: mortalibus alti*
*Quantum cœlicolæ, tantundem animalibus iſti*
*Præcellunt cunctis: tribuit namque ipſa minores*
*Hos terris natura Deos: ſed fœdere certo*
*Degeneres tenebris animas damnavit Avernis.*
*At queis ætherei ſervatur ſeminis ortus,*
*Cœli porta patet.*

Sil. Ital. *Unde ex virtute Deitas in homine?*

Inquit Silius Ital. *lib.* 15. à v. 71. & Seneca de *Providet.* cap. 1. *Inter bonos viros & Deum amicitia eſt, conciliante virtute. Amicitiam dico? Imò etiam neceſſitudo & ſimilitudo; quoniam quidem bonus ipſe tempore tantùm à Deo differt, diſcipulus eius, æmulaturque & vera progenies.* Generoſa corda gaudent in fidei demonſtrationem; ipſis tribulationibus oſtendere poſſe fidem. Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio verò ſpem; ſpes autem non confundit, ſed amorem ex occaſione fideique exceſſum portendit, concilians pugnà voluptuosè victoriam; igitur fructum certaminis affert pectus in patientia. Senec.

4 In theatro Tautologiæ exponitur ut magnus, vir probus cum mala fortuna conpoſitus: nimirùm ſenex Tobias, cuius virtutem comitata calamitas. *Miraris tu* (ſubdit Senec. *cap.* 2.) *ſi Deus ille bonorum amantiſsimus, qui illos quàm optimos eſſe, atque excellentiſsimos vult; fortunam illis, cum qua exerceantur, aſsignat? Ego verò non miror, ſi quando impetum capiunt, ſpectandi magnos viros, colluctantes cum aliqua calamitate.* Vox Numinis apud Prudent. 2. in *Simmach.* v. 148. Idem. *Virtutes exercitia fortium.*

*Atque ævum ſtatui, ſub quo generoſa probarem*
*Pectora; ne torpens & non exercita virtus,*
*Robur enervatum gereret ſine laude paleſtræ.*
*Quæ dum prætereunt, miro oblectamine mentes*
*Implicitas vinctaſque tenent. Vincenda voluptas,*
*Elaqueanda animi conſtantia, ne retinaclis*
*Mollibus ac lentis nexa & captiva prematur.*

Prudent.

Pyrites erat pectus Tobiæ. Habet huiuſmodi gemma ignem introrsùm, quem quidem non emittit, niſi concutiatur; ut obſervat Iacob. Gaffarell. de *Curioſitat. inaudit.* cap. 7. n. 4. Plin. *lib.* 37. *cap.* 11. *Attritu adurit.* Sopita videbatur flamma fortitudinis Tobiæ, latente tanquàm in gemma ſine ulla concuſsione animi pretioſitate. Virtus commotione non commota, ſed accenſa: igitur ex cineribus, queis in pectore ſcintillæ ſervabantur, per concuſsionem egreſſus eſt ignis magnus, ita ut omnes mirarentur. Acceptus erat oculis Numinis illius infrangibilis animus; acceſsitque certamen, ut conſtaret, quàm acceptus. En miraculum celebratum à Plinio *lib.* 34. *cap.* 14. *Hercules* (ſcilicet) *ferreus, laborum Dei patientiâ inductus.* *Conditio gemmæ Pyritis.* Plin. *Tobiæ fortitudo mirabilis.* Plin.

5 Cùm propenderet in opera pia; inſudabat Tobias, ut ſepeliret noctu contribulium cadavera. *Contigit* (dicitur, 2. à v. 10.) *ut quadam die fatigatus à ſepultura, veniens in domum ſuam, iactaſſet ſe iuxta parietem & obdormiſſet: & ex nido hirundinum dormienti illi calida ſtercora inciderent ſuper oculos eius, fieretque cæcus.* Canit aliò Lucret. lib. 3. v. 405. *Variæ cæcitatis cauſæ.*

*Occidit extemplò lumen, tenebræque ſequuntur.*

Lucret.

Varia accidentia in cæcitatem affert Ioann. Iacob. Manget. *Biblioth. Medico-pract.* lib. 13. verb. *Oculor. vitia*: Theophil. Bonet. in *Sepulchret.* lib. 1. ſect. 18. de *Oculor. affectib.* & Raviſ. Text. *Officin.* 2. cap. 58. ubi invenies Homerum excæcatum apum aculeis, quod finxerunt Ovid. in *Ibim*, & Iovian. Pontan. de *Stell.* lib. 5. Plin. *lib.* 7. *cap.* 50. de Publio

Plin. blio Cornel. Rufino refert, *Dormiens oculorum viſum amiſit, cùm id ſibi accidere ſomniaret.* Alia infrà. Ambroſius de *Tobia*, cap. 2. & Verſio Græc. quæ apud Maluend. *In eadem nocte dormivi fœdatus iuxta parietem Aulæ, & facies mea diſcoöperta erat, & non ſciebam, quòd paſſerculi in pariete erant: & oculis meis apertis immiſerunt ſtercus calidum, & factæ ſunt albugines in oculis meis.* Cauſam cæcitatis exprimit Valleſius, *Sacr. Philoſoph.* cap. 42. *Incidens ergo in oculos* (ait) *excuſsit nonnihil extremam membranæ ſuperficiem.* Hinc cæcitas, de qua *num.* 7. & 8.

Maluend. *Unde cæcitas Tobiæ?* Valleſ.

6 Mirus & ſingularis in cæcitatem, huius aviculæ ſtercoris videbitur effectus; quandoquidem iuxta plures medicos longè ab influxu in cæcitatem, cùm acuat luminum lumen. Auguror inuſitatum opus in præſentiam cæcitatis, ut Deus auctor innoteſceret huiuſcemodi laboris. Vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. In ulcus Ezechiæ maſſa ficorum, ſeu caricarum apponitur; quarum virtus ulcera non ſanat, ſed ſummoperè exacerbat. 4. *Reg.* 20. 7. *Iſai.* 38. 21. Chriſtus etiam maſſa luti illuminavit cæcum à nativitate. Ioann. 9. 6.

*Tam cæcitas quàm illuminatio mirifica.*

*Et conſanguinei fotus medicamine limi*
*Pura oculos foviſſet aqua: mox ergo gemellæ*
*Vultibus effugent acies, tandemque merentur*
*Ignotum ſpectare diem.*

Sedul.

Accinuit Sedulius, lib. *Carm.* v. 261. Sicut enim cæcus illuminatus, quo amittitur viſus; ita quo lumen oculorum acuitur, cæcitas obſcuriſsima infertur. Factum ad ægritudinem, quod in curationem; totumque mirabile. Nocet oculis bilis quælibet, maximè piſis: favet excrementum hirundinis: & ut eluceat à quo mirabilia cuncta procedunt; in cæcitate & illuminatione perpetratur miraculum: quandoquidem viſus redditur, quo adimitur; & evaneſcit quo magis accenditur.

*Quia per contraria.*

7 Cauſa externa cæcitas hìc præfertur, quia aliquando cæcitas cunctis nota, ignotâ causâ; uti de Erizelo refert Herodot. *lib.* 6. Cùm pugnaſſet viriliter in Xerxem; nulla corporis parte læsâ, eius repentè obtenebrata lumina. Nox ſubit, atque oculos vaſtæ obduxere tenebræ.

Virgil. *Nox incubat atra.*

Suſpicarer præ inedia defeciſſe ſpiritus opticos in viſionem; quos cùm non reficeret propter conflictus fervorem aliquomodò cibus, inopiâ ſpirituum caligavit oculus. A Theophil. Bonet. *Anatom. practic.* lib. 1. ſect. 18. obſervat. 3. dicitur *Extenuatio nervorum opticorum.* Exemplum habemus in Sacra pagina, in hoſtes certante pro viribus Ionathâ, cuius caligavit viſus, donec guſtato melle, eius illuminati ſunt oculi. 1. *Reg.* 14. 27. Idem cenſendum de ſtupore nervorum manus Eleäzar, de quo egimus, *Tom præced.* T. 1. n. 17. Facultatem viſivam poſſe impediri (ſive viſio fiat per radios fulminatos ab oculis, ſive per ſpecies obiectorum externè emiſſas ad oculos) extrinſicè & intrinſicè, vel cæcus videt. Intrinſicè læſis nervis opticis, uti ex accepto in temporibus vulnere, aſtruit Cœl. Rhodigin. *lib.* 3. *cap.* 28. Ibi nervorum opticorum ſpiracula, ſpiritum in viſionem devehentia: quibus abſciſsis, facultas videndi perit, tanquàm lucerna interextincta. Graphicè Lucan. lib. 3. *Pharſal.* à v. 711.

Bonet. *Cæcitas ab inedia.*

*Ex opilatione nervorum opticorum.*

*Glande petens, ſolido fregit cava tempora plumbo.*
*Sedibus expulſi* (*poſtquàm cruor omnia rupit*
*Vincula*) *procumbunt oculi: ſtat lumine rapto*
*Attonitus, mortiſque illas putat eſſe tenebras.*

Lucan.

*Ex organi læſione.* Extrinſicè perit viſus per aliquod opacum impedimentum, vel egreſſum arcens radiorum, vel introductionem viſibilium imaginum. Haud Tobiæ in viſus uſum niſi extrinſecus obex; licèt ab intrinſeco materiam in obicem cogitet & prudenter Valleſius. Uſtâ membranæ oculorum ſuperficie, *convocata præ dolore fluxio eſt, & genita albugo. Eſt enim albugo cicatrix in ipſa oculi externa membrana. Ita igitur facta in oculis, quæ hominem excæcavit.* Non fuit cæcus læſione organi viſualis, aut exſiccato humore cryſtallino, ſed pituitoſo cerebri, in externam tunicam influente ex alteratione.

Valleſ.

8 De quodam adoleſcente, provocante irritatione & titillatione narium ſternutationem uſque in centies & amplius; refert Manget d. *lib.* 3. Verb. *Cæcitas*, cæcum factum, inflammato cerebro, & humore eius læſis oculis acrimoniâ fluxionis, vel præ abundantia phlegmatis, nervis opticis obſtructis. Pauſanias de Ophianeo, *cap.* 123. aſſerit: *Primo ſtatim ortu cæcus fuerat: oculis uti cœpit mirabilis admodùm caſu: nam cum ingenti capitis dolore laboraſſet; ab ea valetudine, luminis compos fuit.* De talpa inquit Berchorius,

*Dolor excæcat & illuminat.* Pauſan.

Re-

*Reductor.* lib. 10. cap. 96. ex quo Granuyle, de *Propriet. rerum*, lib. 8. cap. 10. *Oculos habet sub corio* (quod priùs obſervavit Ariſtotel. lib. 1. *Hiſtor. Anim.* cap. 9.) *ſi ſcindatur, apparebunt ibi veſtigia oculorum: & ſicut dicunt aliqui, quando moritur, præ anguſtia corium ſcinditur; & ſic aperit oculos, quos clauſos habuit vivendo.* Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. ſuffragatur: *Talpis* (inſit) *viſus non eſt: oculorum effigies ineſt, ſi quis prætentam detrahat membranam.* His patet origo cæcitatis Tobiæ, ex oculorum præſtantium alteratione: equidem ſicut poſt vehementem oculorum dolorem in cæcis illuminatio reſtituta, expulſo obice; ita in oculos inducta cæcitas, præ acrimonia humore ſuperveniente. Occurrit in cogitationis robur cęcitas Pauli, quippe ſenſus á fortioribus ſenſibilibus corrumpuntur, ut patet ex corpore Solis, eiuſque radijs à cryſtallo reflexis, in ferro candente, olim uſitato ad homines excæcandos, ſicut modò ad excæcandos urſos. Circunfulſit Paulum lux de cœlo, *apertiſque oculis nihil videbat.* Act. 9. 8. Ex fulgore vehementiore lucis, lumina Pauli percutientis, humor cerebri in oculos fluxit, & extrinſicè excæcavit. Unde v. 18. *Confeſtim ceciderunt ab oculis eius tanquàm ſquamæ, & viſum recepit.* Idem dicitur de Tobia. *Sumens de felle piſcis linivit oculos patris ſui: & ſuſtinuit quaſi dimidiam ferè horam, & cœpit albugo ex oculis eius quaſi membrana ovi, egredi: quam apprehendens Tobias, traxit ab oculis eius, ſtatimque viſum recepit.* 11. à v. 13. Obiecem viſus medicamine expulit, & ſubitò lumen vidit. Arator in loc. cit. *Actor.* v. 729.

Berchor. *Unde talpæ cæcitas?* Plin.

*Nimius ſplendor obnubilat oculos.* Act. 9. 8.

*Sic viſus reparare ſuos, quod ab orbibus atris*
*Et ſquamæ cecidere graves.*

Arat.

9 Ut exactè argumento Tautologiæ reſpondeamus, operæ profectò pretium erit, exponere præ oculis ex varijs Philoſophis oculorum anatomiam: qui ampliora ambit, conſulat Veſalium de *Fabric. corpor. human.* lib. 7. cap. 14. Valverd. lib. 2. de *Anatom.* tabul. 15. figur. 22. Bonet. in *Medicin. Septentrion.* lib. 1. Section. 22. à cap. 1. Galtruch. *Philoſoph. particul.* tract. 3. diſput. 3. cap. 1. Berchor. d. *lib. 2. cap. 4.* Barth. Anglic. d. *lib. 5.* cap. 5. Nancel. *Analog. Micr. ad Macr.* lib. 3. cap. 1. Ulyſ. Aldrovand. de *Monſtr.* de *Partib. homin.* fol. 223. & Anton. Goudin, Tom. 3. *Philoſoph.* p. 4. q. 3. art. 2. §. 1. Oculi enim ſunt membra complexione nobiliora, ſitu ſublimiora, paſsione teneriora, effectu utiliora, animæque viciniora. Videſis Iſidor. 11. *Etymolog.* cap. 1. Plura dixi *Tom. 3. T. 2.* ſed aliqua ſervavi meditanter in præſentiarum. Oculus ergo eſt organum viſus in ſublimiore culmine corporis collocatum, tanquàm in ſpecula, propter paſsivæ & activæ ſpectationis atque explorationis officia. Diſpoſitus eſt in promptum munus figura ovali, conſtans tribus humoribus & quinque tunicis. In centro collocatur humor *Cryſtallinus*, contentus tunicula, quæ dicitur *Specularis*, ſive *Aranea*; eò quòd in ſplendore ſpeculis, & telis araneæ in ſubtilitate ſimilis. Hunc ſequitur humor *Vitreus*, adinſtar vitri liquidi ſplendens, contentus etiam à tunicula, quæ *Retina* appellatur, eò quòd ad modum retis, veniculis & arterijs contexta fulget. Totum circundat alia tunicula, quæ vocatur *Uvea*, uvæ ſimilis foliculo, aliquo colore quodammodò affecta, unde oculi dicuntur nigri, cæſij, virides, emortui (de quo Rhodigin. *lib. 16. cap. 2.*) etſi cuiuslibet coloris tunica ſit, *Nigrum oculi* reſpectu albuginis deſignatur. *Oculi hominis* (inſit Plinius, quò dudùm) *tantùm diverſo colore, cæteris in ſuo cuique colore ſimiles: & equorum quibuſdam glauci, ſed in homine numeroſiſſimæ varietatis atque differentiæ, grandiores, modici, parvi, prominentes* (*quos hebetiores putant*) *conditi, quos clariſſimè cernere. Prætereá alij contuentur longinqua, alij niſi propè admota non cernunt. Multorum viſus fulgore Solis conſtat, nubilo die non cernentium, nec poſt occaſus. Alij interdiú hebetiores, noctu præter cæteros cernunt.* In meditullio huius tunicæ micat ſingulari ſplendore humor cryſtallinus, qui dicitur *Ocellus*, ſeu pupilla oculi. Sequitur humor *Aqueus*, ſeu *Albugineus*, qui conſtituit globum oculi, duoſque alios continet, humectans pupillam, ne ſiccitate nimia, vacuo officio appareat arida. Aqueum humorem quaſi thorax amplectitur tunicula *Cornea*, quæ dura adinſtar cornu, tametſi tranſpicua & ſplendida: quam mirificè ambit noviſsima tunica *Sclerotica*, quæ etſi lævis, reſpectu interiorum poteſt dici ſclera, rigida, duriuſcula. Vulgò, *Album oculi.*

*Anatomia oculorum.*

*Humores & tunicæ.*

Plin. *Unde oculorum acuitas, vel hebetudo?*

10 En oculorum fabrica mirifica, qui continuantur cerebro per par nervorum opticorum, ab illo deſcendentium ſeparatim. Media via huiuſmodi nervi unum fiunt, rurſuſque dividuntur, ut ſinguli ad ſingulos procedant oculos. Ex opticis naſcuntur præfatæ tunicæ, inter quas affinior *Retina*, quia ex ſubſtantia medullari nervi optici dilata emergit, ducens ſpiritus viſiles per oculum univerſum; cùm *Uvea* ſit duntaxat loco plumbi ad humorem cryſtallinum, ut per modum ſpeculi ſpecies recipere valeat. Nervi optici

*Officium nervorum opticorum.*

duplici munere funguntur: per illos enim ad oculos vehuntur è cerebro ſpiritus animales in viſionem, & ab oculis ſpiritus viſuales in communem ſenſum tanquàm ad iudicem. In motum varium neceſſarium oculis, tanquàm ſpeculatoribus & ſpeculis, etiam illis hærent quinque (non ſex) muſculi: nimirùm *Superbus*, qui oculum attollit; *Humilis*, qui oculum deprimit; *Torvus*, qui ad latera movit; *Bibitorius*, qui ad nares adducit; & denique *Amatorius*, qui benevolentiæ inſervit. Sic igitur fit undique viſio per medium diaphanum, ex cuius diverſa terminatione ſpecies viſuales minuuntur, vel augentur (ut conſtat in lenticulis vitreis ſeu cryſtallinis, per quas deferuntur ſpecies) ſecundum medij rotunditatem vel concavitatem, queis ſpecies dilatantur, vel colliguntur. Conſule Lucret. fusè lib. 3. de *Rer. natur.* & Ioänn. Portam de *Catoptric.* lib. 17. *Natur. Magiæ.* In diaphano participatio lucis, dicitur *Lumen*: quod quidem ſi rectè ad corpus lucidum, vocatur *Radius*, ſi reflexè appellatur *ſplendor*; de quo latè egimus, *Tom.* 5. *T.* 11. *à n.* 16. Unde obiectum viſus eſt color (qui extremitas perſpicui) ut illuminatus; quatenùs ſit conditio neceſſaria ad viſionem coloris illuminatio, non verò vel ipſa illuminatio ſine colore.

*Muſculi oculorum.*

*Unde illis obiecta brevia, aut grandiora? Color viſus obiectum.*

*Rebuſque iam color redit*
*Vultu nitentis ſideris.*

Ambroſ.

Tota huiuſcemodi mirabilis machina ſuſpenditur aliquo impedimento intrinſeco vel extrinſeco, ut vidimus: intrinſeco, in nervis opticis, & humoribus; extrinſecoque in extrema ſclerotica tunicula, quò ſedet ex alteratione cerebri fluxio, & cæcitate oculus privatur officio; uti contigit Tobiæ, cui ex calore, alitis excrementis,

*Eripiunt ſubitò nubes cœlumque, diemque.*

Virgil.

11 Oculus ex ſe an luminoſus, necne? Inter Philoſophos, à Priſcis etiamnum, necdum finitus Oreſtes. Inficiatur Averroes in *Ariſtotel. de Senſu & ſenſibil.* cap. 2. Non enim lumen connaturale oculis, ait: aliàs, ni forinſecùs ingrederetur, videremus in obſcuro, & ſaltem noctu radium ab oculis egredientem. Non enim videt cui oculi, ni priùs fuerint extrinſecè illuminati; qui quidem proprium non habent lumen, ſicut nullum proprium habent colorem. Color qui apparet in oculis, tantùm apparet: quibus humoris copia, quæ tranſpici non ſatis valet, nigricant: quibus humoris parum, cæsè rutilant. In coloribus aquæ maris obijcit ſpeculum Cœl. Rhodigin. *lib.* 16. *cap.* 2. *In mari* (inſit) *cæſia intuemur, quæ tranſpici queunt: aquea quæ minùs: at quæ præ altis opaca gurgitibus ſunt, cœrulea ſentiuntur, aut nigra.* Vide etiam *lib.* 3. *cap.* 28. & 15. à *cap.* 1. Econtrà Ariſtotel. loc. præfat. ex ſe luminoſum oculum ſignat. Si in gemmis ac quorumdam piſcium ſquamis, perperàm negandum oculis. Oculi felis, lupi & hyænæ coruſcant noctù.

*An ex ſe oculis lumen aliquod?*

*Unde illis diverſus color?* Rhodigin.

*Hyænam noctivagam eſſe, & ambulare in tenebris,*
*Quia die claro oculis caliget, noctù verò videat:*
*Sive quia illi nox pro luce, lux pro tenebris eſt.*

Oppian.

Succinit Oppianus, 3. de *Venation.* à v. 300. De Imperatore Tiberio refert Plin. d. *Illi, nec alij genitorum mortalium fuiſſe naturam, ut expergefactus noctù pauliſper, haud alio modo, quàm luce clarâ contueretur omnia, paulatim tenebris ſeſe obducentibus.* Idem de Alexandro Magno narrat Kormanus, de *linea Amor.* cap. 1. & ſine intermiſsione: equidem viſu noctù diſcernebat cuncta, quaſi interdiù. Reyes-Franc. *Camp. Elyſ.* quæſt. 28. n. 26. *Vidi quemdam* (ait Cornel. Gemma lib. 1. *Coſmocrit.* cap. 7.) *qui noctu legeret externo lumine non adhibito.* Cauſam indicat Plato in *Timæo*, quaſi ignis ætherij, non urentis, ſed illuminantis oculi ſint principes; qui quidem per oculos potiſsimè noctù fulgore ſe oſtendit: videmus enim aliquando vel clauſis palpebris in illis illorum lumen, deterſiſque vel compreſsis internum reſultare fulgorem. Quod de Tiberio diximus, *Idipſum & mihi* (inquit Rhodigin. *cap.* 2. *lib.* 15.) *quandoque obtigiſſe, Deo teſte, non mentior.* Vide ibid. de oculis fulgentibus Augeæ, de quibus Apollonij interpres lib. 3. de Auguſti Sueton. in eo, *cap.* 79. *Oculos habuit claros ac nitidos, quibus etiam exiſtimari volebat ineſſe quiddam divini vigoris: gaudebatque, ſiquis ſibi acrius contuenti, quaſi ad fulgorem Solis, vultum ſubmitteret. Ita ut quidam é primoribus Galliarum confeſſus ſit inter ſuos, eo ſe inhibitum ac remollitum, quominùs, ut deſtinaverat, in tranſitu Alpium, per ſimulationem colloquij propriùs admiſſus, in præcipitium propelleret.* Adi Cauſaubon. hìc, Reyes-Franc. d. *n.* 26. & Dalecamp. in *Plin.* 11. 37. Soſigenes confert lumen oculorum cum fulgore lucis, ſicut Stellarum cum fulgore Solis: ait enim Rhodigin. teſte *lib.* 15. *cap.* 5. *Quod autem id maximè noctibus faciant* (ideſt, fulgeant) *rationem eſſe, quia tum maius lumen abſit: alioqui evenire interdiù ut exiguum eorum lumen quaſi exoleſcat & offundatur in*

Plin.

*Noctù videntes.* Gem. Friſ.

Rhodigin. *Radij ex oculis.* Sueton.

ma-

*magno. Noctu ergo cùm refulgent, proximum & circunfusum leviter aërem lustrant; non ita, ut alia item possint videri, sed ut soli se vendicent á tenebris: atque hoc facit exilitas portionis eius, è qua proficiscitur manatque lumen.* Suffragatur Nancelius, d. in *Præfat.* cap.7. quasi ignis cordis in excelsum cerebri locum subvolet, tanquàm in corporis cœlum, *unde & radij emicant oculorum.* Unde Lucretius *lib.*3. cit. v.285. Sosigen. *Cur conferuntur stellis?* Nancel. Lucret.

*Sed calidi plus est illis, quibus acria corda.*

Satis roborata videtur Aristotelis doctrina. Eligat lector, penes quem disceptationis iudicium.

12 In sententiæ fulcrum, & notitiam curiosorum, occurrit celebris quæstio, de qua negotio vel otio, animitùs interrogatus ab amico; igitur facilè constabit connaturale lumen in oculis, modò in corpore nostro sit ignis elementaris. Quare quæsitum nobis: An flammæ vel scintillæ urentes possint prosilire a corpore humano? Ex lectis excerpam selectiora, pro affirmationis sententia. De flammis tantùm lucentibus, seu igne fatuo, diserui, *Tom.*3. *T.*4. à n.14. ubi videris. Mitto meteora, de quibus etiam ibi, videndaque fusiùs apud Plin. ubi miracula æquè ignium, *lib.* 2. *cap.* 25. 37. & 107. hisque loc. Dalecamp. Senec.1. *Natur.qq.* à cap.1. Delr. in illud *Thyest.* Senec. v. 674. *Ardent sine igne.* Plutarch. in *Sylla & Cæsar.* Cornel. Gemm. d. tot. lib.1. Text. *Offic.* lib. 7. cap. 3. Valer. Max. *lib.* 1. *cap.* 6. & *lib.* 4. *cap.* 1. Lucret. *lib.* 6. à v. 638. Virgil. 3. *Æneid.* v. 38. Tibul. *lib.* 2. *Eleg.*5. à v.71. & Lucan. lib. 1. *Pharsal.* à v. 525. & 635. Mittenda etiam quæ narrantur de igne phantastico, vel vero à cacodæmone excitato, dum idolis serviebant Gentes, ut non exolescerent sacrilegæ venerationes; qui quidem singulari incognito artificio in populi stuporem instruebatur ab idolorum sacerdotibus, de quo sæpe in *Ephemerid.* Denique reijcienda sunt quæ à Poëtis finguntur de tauris & equis vomentibus ignem. Ovid.2. *Metam.* fab.1. & lib.7. fab.1. Quint. Calab. lib.1. *Derelict.* Lucret. *lib.*2. v. 709. Ulyss. Aldrovand. lib.1. de *Bisulcis*, cap.1. titul. de *Auspicijs & prodig.* & Maxim. Tyr. *serm.*25. *An scintillæ urentes possint prosilire à corpore humano?*

13 Ignem elementarem formaliter, seu quoad propriam speciem in animali esse, ludicrum arbitrandum. Implicat mistum & elementum. Haud subsistere potest conservatio vitæ, cum forma vel accidente destructivo compositi (nisi miraculosè ut in rubo Horeb, qui ardebat & non comburebatur, uti diximus *Tom.*3. *T.*4. *cit.*) summè activus cuncta destruit, qui nunquàm dicit: *Sufficit.*

*——— Corpus mortale tumultus*
*Non tulit ætherios, donisque iugalibus arsit.* Ovid.

Unde Pyraustas & Salamandram in igne vivere (de quibus Aristotel. lib.5. de *Animal.* cap. 19. Plin. *lib.*11. *cap.*36. Ælian.2. *Histor. animal.* cap.2. & 31. Phile de *Animal. propriet.* cap.16. Nicander. in *Theriac.* Camerar. *Centur.*4. *Emblem.*69. & Erasm.1. *Chil. Centur.*9. Adag.51.) asseruit Senec.5. *Natur.qq.* cap.6. dicens: *Ignis qui omnia consumit, quædam etiam creat: & quod videri non potest simile veri, sed tamen verum est, animalia igne generantur.* Ovid.1. Metam. fab.2. succinit: *Neu regio foret ulla suis animalibus orba.* At sibi respondet.6. *Fastor.* v.284. *Ignis elementaris non est in animali, nec animal vivit in igne* Senec.

*Nataque de flamma corpora nulla vides.* Ovid.

Placetque sanis Philosophis. Animalis vitæ nexus perstat in humido calido, seu calore & humido radicali. Calor non est ignis, etsi ignis in summum calidus; cuius caloris proportione (quæ nequit esse in igne elementari, seu propria specie) viget, vitaque floret: quæ quidem evanesceret, si humidum ignis conditio in animali vinceret. Calor non in summum, sicut est ignis, in vitam necessarius: destrueret misti vitam, si ignis inesset animali secundùm propriam substantiam.

14 Singularia referunt AA. penes quos fides. Mulieri in puerperio accidit (ut inquit Marcel. Donat. ex Gemma Frisio) cum strepitu, quasi è pulvere tormentario, ignem excuti ab utero, quo infantem elicitum in cineres cum secundinis redegit, & manus obstetricis voracitate comvusit. Addit Alexandrin. ex Philaltheo, lib.3. *Cæl.* comment.30. & 31. à coxæ vertebra, affectione coxendicis intentissimè afflicti, ignem exilijsse, & oculos inspectoris usque in cæcitatem inflammasse. Quasi parva hæccine essent, superaddit Thom. Bartholinus, 1. de *Luce Animal.* cap.9. de *Luce homin.* E cadavere fœminę subitò fato functę, cùm originem morbi lethalis anatomicè investigarent Medici; per scissuram, prę-rupisse flammam. Ibi videsis singularissima. Præfata minimè naturalia auguror, sicut quòd puer antequàm ab Annibale destrueretur Saguntus, reversus fuerit in genitricis alvum. Plin. *lib.*7. *cap.*3. ex quo Ravis. Text.7. *Offic.* cap.53. & Causin.3. *Symbol.*1. ni dicatur, in *Ignis partus à fœmina.* *Ex carne exiliens.*

oppu-

oppugnationem ignis, intra uterum contenti providam naturam coäcervasse (quousque foràs expellere posset) summè aquosam frigiditatem per extimas tunicas totius concavitatis; ita ut non læderet continentem ignem, sicuti dicitur de extima Salamandræ cute quæ præ nimis frigido humore, videtur intacta ab igne. Plin. *lib.* 10. *cap.* 67. Ælian. *Hist. Animal.* lib. 2. cap. 31. Brodæus lib. 3. *Miscell.* cap. 3. Gregor. Nazianz. Paræn. ad *Virgin.* v. 580. Haud aliâ causa ducitur Epiphanius, nisi summâ frigiditate, dum lib. 12. de *Gemmis*, infit: *Hyacinthi in primas ardentes ab igne non læduntur: ignem potiùs ipsum extinguunt.* Non secus frigidissimis utuntur circulatores adversus vehementiam ignis. Succo enim semper vivi, taurino felli permisto, quibus arsenici rubri & aluminis pulvis insperssus fuerit; vel simplici succo herbæ *Palmæ Christi*, sibi manus inungunt; cuius beneficio plumbum liquatum, candens ferrum, ipsumque ignem impugnè contrectant quasi ludentes.

*Hyacinthus ignem extinguit.* Epiphan. *Unde circulatores non lædantur ab igne?*

15 Olim fictum Talum (qui extra Cretam inspector constitutus observantiæ legum Minois, discipuli, filijque Iovis) æreum fuisse: Natal. Com. 3. *Mytholog.* cap. 7. & Zenodotus in *Proverb.* Eustach. de illo ita loquitur in *Odyss.* 20. *Antequam Cretam perveniret, in Sardiniam accessisse narrant; ubi non paucos mortales neci dedit, & quando necare aliquem volebat, in ignem desilire solitum fuisse: quandoquidem id sine vitæ periculo præstare poterat, eò quòd æreus esset. Mox autem, ubi ita incaluisset, ut canderet; comprehensum morti adiudicatum, pectori suo admovisse, exussisseque.* Facilè fabula solvitur; fabula est.

*Quis, cuiusque conditionis Talus?* Eustach.

*At tamen amoto quæramus seria ludo.*

Horat. Ut ait Horat. 1. *Satyr.* 1. v. 27. In quod Iobus, 6. 12. *Nec caro mea ænea est.* In vegetabilibus & sensibilibus est ignis, non secundum propriam speciem; sed virtualiter, potentialitervè, sicuti cætera elementa: hæc enim insunt in corporibus mistis, unde alia magis ignea, alia magis terrea, &c. Ignis ergo solet dici calor vehemens, cuius activitatis cor animalis origo in cuius sinistro latere sedem habet. *Omne animal* (inquit Plauto in *Timæo*) *in sanguine & venis calorem, quasi ignem quendam, fontem habet.* Ventriculus ignis, & igneus dicitur ab Aristotel. de *Iuvent. & senect.* cap. 3. & Hippocrat. de *Corde*, cuius tactu digitus Anatomici combustus; ut ait Licetus, 4. de *Lucern. Antiq.* cap. 3. Non igitur ibi invenitur ignis elementaris, sed elementari similis, à virtute valida extrà flammans, scintillans ac coruscans. Quapropter ignis qui actu non est in corpore, potest redigi in actum ultimâ dispositione extra corpus, ex calore corporis per igneas (seu potius, ignibiles) exhalationes, inflammari faciles, acuente (maximè per antiperistasim à frigore ambientis) exhalationum materiam; ut in illa concipiatur, imò excitetur flamma, quæ quidem durabit præut fomes tam in quantitate, quàm in qualitate.

Iob. 6. 12. Plaut. *Unde à corpore scintillæ?*

16 Exempla plurima occurrunt, videnda apud præfat. Bartholin. aliaque ostendenda ex alijs AA. *Theodorici pater* (infit Cœl. Rhodigin. *lib.* 15. *cap.* 5.) *ex toto corpore scintillas dicitur profudisse. Idipsum & de se prodidit Sapiens quidam: ita ut scintillantes flammæ hinc inde prosilirent etiam cum sono.* Astipulatur Eusseb. Nieremberg, Præfat. in *Histor. natur.* §. 5. addens de Anton. Cianfio, & Maxim. Aquilino, levi corporis tactu, seu attritu, ignis scintillas eiaculatas, quasi candens ferrum tunderetur in incude. Idem asserit Fortun. Licet. de Guidone Sardo iurisconsulto; ac de Carolo Gonzaga Duce Mantuæ, Barthol. d. Non secùs Ioann. Faber in *Chimia*, refert se oculis vidisse fœminam, quæ dum capillitium pectebat, excutiebat scintillas in sinum, quasi è cœlo stellæ cadere videntur; sicut de alia narrat Iul. Cæsar Scaliger, *Exercit.* 174. Cardan. lib. 8. de *Rer. variet.* confirmat præfata: dicens, quendam Monachum, quoties capitium demitteret in scapulas, scintillas ignis è capillis excussisse. Sæpe videmus exilire è tergore fricto felis, sed noctù tantùm videntur; sicut è collo equi fricatione sursùm ac deorsùm, flammas discussas, refert Ringelberg. de *Experiment.* & Licet. de *Spontan. viventium ortu*, lib. 1. cap. 126. Quid mirum, videntibus ex collisione corporum solidorum, sine calore naturali, lapidis scilicèt & ferri; aut attritu hederæ & lauri, ignem excitari? Quid novum ad huiusmodi favillas in vivente, potissimè iuvante calore in symbola naturali?

Rhodigin. *Exempla corporum scintillantium.*

17 Ex ira ac ferventiore animalis commotione, maximè cor urgente periculo vitæ, facilius erumpit huiusmodi effectus. *Proditum momentis est* (subdit Rhodigin. d.) *periculo ingenti circumventum in Indis Magnum Alexandrum quodam prælio, concussis armis, visum Barbaris lumen fundere.* Roborat Nancel. loc. cit. *Tullio dormienti in pueritia* (ait Plin. *lib.* 2. *cap.* 107.) *è capite flammam emicuisse. Luc. Marcio in Hispania, interemptis Scipionibus, concionanti, & milites ad ultionem exhortanti arsisse simili modo.*

Rhodigin. *Ex ira.* Plin.

do. Refert etiam Valer. Max. *lib.* 1. *cap.* 6. fusèque Tit. Liv. *lib.* 25. sect. 124. *Verè* (inquit) *gloriæ eius etiam miracula addunt: flammam ei concionanti fusam é capite sine ipsius sensu.* Quid vitæ discrimen ut mirabile perficiat, docet Plutarch. in *Mario*, inquiens: *Principibus atque Senatoribus, non cunctandum, sed statim esse necandum Marium placuit: quòd cùm nemo civium in se reciperet facinus, eques quidam Gallus, sive Cimber, sumpto gladio, ad Marium ingressus est, in cubiculo umbroso, & lucem non admodum claram admittente recumbentem. Fertur ibi ex Marij oculis multas flammas emicare militi visum fuisse, & vocem exauditam in hæc verba: Tunc homo C. Marium necare audes? Itaque Barbarus statim è domo profugit, abiectoque gladio per fores se proripuit.* Calori incenso à corde excitato tribuit Lucret. 3. de *Rer. natur.* a v. 279. quem imitatur Virgil. 12. *Æneid.* v. 101.

Tit. Liv.

Periculo vitæ. Plutarch.

*Est etiam calor ille animo, quem sumit in ira:*
*Cùm ferveſcit, & ex oculis micat acribus ardor;*
*Iracundaque mens facilè efferveſcit in ira:*
*Quo genere in primis vis est violenta leönum.*
*His agitur Furijs, totoque ardentis ab ore*
*Scintillæ abſiliunt, oculis micat acribus ignis.*

Lucret. Virgil.

Subscribit Seneca, 1. de *Ira* cap. 1. *Flagrant* (ait) *& micant oculi, exæstuante ab imis præcordijs sanguine.* Si in furorem corde percito, quid non in vitæ periculo? Ex motu ferventiore ortam ex corpore flammam refert Reyes-Franco, *Camp. Elys.* quæst. 35. *Inventus est puer* (inquit) *à cuius corpore, quùm concitanter movebatur, conspicuæ & rutilantes ignis scintillæ prodibant.* Si extensione caloris in extrema excitatur in animalis exhalationibus flamma; quid si calor efferveſcat ab ira, vel periculo mota, vel in ultionem percita? Propter huiusmodi effectum, obijcitur in iudice, Apocal. 1. 15. & 16. Gladius utràque parte acutus egrediens è labijs, *& oculi eius tanquàm flamma ignis.* Daniel. 10. 6. *Facies eius velut species fulguris, & oculi eius ut lampas ardens.*

Senec. *Nimia agitatione.*

Reyes-Franc.

18 Aliquando contigit non à corpore, sed ex calore corporis imbibito aut hausto à veste, vestem favillare, ut proditum his novissimis diebus de duobus nobilioribus: quod pridem de veste uxoris Medici Anton. Freilas, retulit Ioann. de Viana tract. de *Malagensi peste*, fol. 46. *Ignem* (inquit) *naturaliter per arterias transpiratione emittebat: nam quoties baltheum exuebat* (Vernaculè, *Fustillo*, *Almilla*: apud Roman. *Syntheſim*) *quem prope subuculam indutum gestabat; aëre frigido statim ac tangebatur, incendebatur baltheus, & veluti lucem cum quodam crepitu dare videbatur, velut si multa tormentarij pulveris grana igne tangerentur.* Idem iterat Reyes-Franco, d. n. 7. Libavius alia, de *Origin. rer.* lib. 1. & Bartholin. loc. cit. De veste Herculis concipiente ignem quousquè eius exederet carnem; vide Ovid. 9. *Metam.* fab. 3. & Delr. in illud Senec. *Med.* v. 816.

Viana. *Vestes scintillantes.*

*——Tu nunc vestes*
*Tinge Creusæ, quas cùm primùm*
*Sumpserit, imas urat repens*
*Flamma medullas. Ignis fulvo*
*Clausus in auro latet obscurus;*
*Quem mihi, qui cœli furta luit,*
*Viscere fœto dedit & docuit.*

Senec.

19 Totum igitur argumentum exemplis patet expositum, quod dilucidari oportet exhibitione causarum. Per antiperistasim huiusmodi ignem potentialem in exhalationibus posse reduci ad actum; dixi *num.* 15. nec pœnitet. Ex corporibus animatis continuò per poros, occultus cutis meatus, certo certius halant: qui quidem vapores vi caloris interni (vividiores ex motu, aut cordis commotione) fumidi, igneæque qualitatis, quippe ex partium solidarum substantia: magis terreum & crassum harum exhalationum in pilos, aut feras, aut plumas abit: quod verò subtilius in halitus insensibiles insensibili transpiratione: unde cùm sursùm ascendere, quia sicci & calidi, intendunt; præoccupati ab externa aëris frigiditate, unità virtute adversus frigus densantur, & commoti in adversarium flammescunt. Haud aliter gignuntur in aëre fulgura & fulmina: fulmina ex & in materia in incendium crassiore, ac fulgura ex & in materia dissolubili levi. Vide Senecam 2. *Nat. qq.* cap. 12. Hinc ex halitu nautarum, & collisione fluctuum, maximè in procella exacerbato mari, & navigantium præ periculo vehementiore labore, oritur ignis fatuus in antennis. Exhalationes enim tunc uberius exeuntes, coactę a frigore ambiente, erumpunt in flammas,

*Unde in animalibus origo inflammatarum ex halationum, vel scintillantium.*

ut contrario valeant resistere & conservari, quousque superentur à fortiore. Eadem causa ad relata superiùs de flammis visis in aliquorum vertice; quæ quidem renitentia prosilientes, durarunt, quousque à contrario oppressæ validiùs extinguerentur. Exhalationes quæ præ exiguitate materię nequeunt erumpere in flammas, prosiliunt in scintillas: brevi etenim accenduntur, & brevi à contrario suffocantur: diutiùs sanè permanerent, modò in pugnam, unde vapores orti, agitationes materiam ministrarent: vidi enim è littore in procella ardere superficiem maris, currente flammâ, magnâ cum luce (sicut phænomena in aëre) quantum extendi in illud potest oculorum acies. *In medio mari* (ait Plin. *lib.* 2. *cap.* 106.) *Hiera insula cum ipso mari arsit per aliquot dies.* Hinc idem ibid. *cap.* 103. propter continuas validas calentes exhalationes, ait: *Nives in alto mari non cadere.* De igne elementari in ipso dicemus, *num. qq.*

Plin. *In alto mari haud ningit.*

20 Ex agitatione oriri acriores exhalationes, & ex his ignem urentem (qui quidem duntaxàt esset lucidus, si levis exiguus fomes) inconcussum arbitror, expertus ex scintillis prosilientibus è laxo (icto ferro acuto, seu chalybis cuspide) alias urere accensas manum (quia vel in minutijs grandiusculi corporis) alias verò estò accensas, in cursu, veloci licèt, pervenire in manum frigidas. *Trasymenum lacum arsisse totum* (refert Plin. d. *cap.* 107.) *quin & repentinos ignes existere & in aquis, & in corporibus etiam humanis.* Roborat Bartholin. d. *cap.* 18. quùm ait, duos nobiles è Polonia hausti vini ardentis binis cyathis, flammas evomisse, & his combustos expirasse flammis. Theophrast. lib. de *Igne*, affert; flammam cum crepitu ex puteo prodijsse. Pro omnibus Seneca, 2. *Natur. qq.* cap. 26. *Cùm insula* (inquit) *in Ægeo mari surgeret, spumabat interdiú mare, & fumus ex alto ferebatur: nam demùm prodebat ignem, non continuum, sed ex intervallis emicantem fulminum more; quoties ardor inferiús iacens superum molem evicerat. Novissimé cacumen exusti montis emicuit: postea altitudini adiectum, & saxum illud in magnitudinem insulæ crevit. Quorsùm hæc retuli? Ut appareret, nec extinctum ignem mari superfuso; nec impetum eius gravitate ingentis undæ prohibitum exire. Ducentorum passuum fuisse altitudinem, per quam, diruptis aquis, ignis emersit. Quod si immensa aquarum vis subeuntium ex imo flammarum vim non potuit comprimere; quanto minús in aëre extinguere ignem poterit nubium tenuis humor & roscidus?* Unde Claudian. 1. de *Rapt. Proserp.* v. 178. accinit:

Plin. *Ignis in aquis.*

Senec.

*Seu mare sulphurei ductum per viscera montis*
*Oppressis ignescit aquis.*

Claud.

21 Ex motu irregulari agitatione, continuis exhalationibus excitatis, proveniunt huiusmodi in ignem inflammationes: igitur cùm humor sit cibus seu fomes ignis (intra puteum vaporibus exhalatis, à frigido ambiente detentis, ibique in pugnam ignitis) quo magis intra septa putei, laci, cavitatum molis insulæ; magis (è qua exhalationes ortę) calefacit aquam: quo plus calefacta magis halat, calidaque vaporat. Unde fit, quòd tota laci, & putei aqua evanescat, quia semel igne concepto ab exhalatione, exhalationem continuat: sicut necesse est, deficere semel conceptum ignem, quoniam sine exhalatione, non habet, unde nutriatur, humorem: qua de causa, quia nullæ sunt, vel ficcissimę à Sole, elatæ exhalationes sursùm, interdiù nec transferuntur, nec estò sint inflammantur. *Talem materiam* (præmittit Senec. d. *lib.* 1. *cap.* 1.) *intra nubes congregatam, facilé succendi, & maiores minoréve ignes existere, prout illis fuit plus aut minus virium.* Non aliter accidit in sursùm, quàm deorsùm: quare ubi materia; ex qua exhalationes ignitæ, non movetur; inflammatio quiescit: cæterùm ubi agitatur, flammas urentes diuturno tempore concipit. *Campus Babyloniæ flagrat, quadam veluti piscina, iugeri magnitudine. Exit ignis & ad aquas Scantias:* subdit Plin. d. *cap.* 106. & 107. quo loco Dalecamp. ait: *Eadem flamma micat in uliginosa terra, cùm baculo scalpitur prope Gratianopolim Allobrogum, ad fontem quem Ardentem vocant; ex quo stramen admotum possit accendi.* Lucret. 2. de *Rer. natur.* v. 591.

*Unde ignis ex aqua?*

Senec.

*Terrà cur ardent?*

Plin.

Dalecamp.

——— *Unde ignes oriantur,*
*Nam multis succensa locis ardent sola terræ.*

Lucret.

22 Haud alio principio à multis rebus prosilit ignis, nisi quia humorem habent, ex quo motus in exhalationem: aliàs uti sunt manerent, quin flammas vomerent. Hæc est causa, cur *in Nymphæo exit è petra flamma, quæ pluvijs accenditur.* Similiter ignis montis Chimeræ, qui *ardet aquâ & extinguitur terrâ*: iuxta Plin. ibid. Petra est summè sicca & calida: crepatque pluviâ concipiens ignem, quippe humor in illa impellit exhalationem. Similiter aquâ ignis Chimeræ fovetur: qui quidem terrâ promptissimè extinguitur; quoniam nullam potest excitare exhalationem, siccitate addita ad siccitatem. Patet amplius

*Cur ignis ardescit aquâ & extinguitur terra?*

plius in miraculis ignis ibid. à Plinio prædicatis. *Campus Babyloniæ* ( non urbis , sed regionis ) *flagrat* , ut vidimus : *Item Æthiopum iuxta Hesperium montem , stellarum modo campi noctu nitent. Similiter in Megalopolitanorum agro. Flagrat in Bactris Cophanti noctibus vertex.* Addi possunt ex Senec. cit. cap. 1. *In tempestate multæ transcolant stellæ. Aliquando feruntur ignes , non sedent. Cylippo Syracusas potenti visa est stella super ipsam lanceam constitisse. In Romanorum castris visa sunt ardere pila.* Virgil. 2. *Æneid.* postquàm flagrantem describit Ascanij verticem, v. 682. addit, v. 693.

Plin.

Senec.

*——De cœlo lapsa per umbras*
*Stella facem ducens magna cum luce cucurrit.*

Virgil.

Ita reliqua præfata. Quid plura ? Cuncta perfecta per antiperistasim. Non interdiù , sed noctu coruscant montes & agri ; quia accipientes à nocte exhalationes calidæ , præ nimia telluris siccitate , ambientem frigidum, flagrant, & scintillas in pugna nocturno tempore incessanter excitant , ad eum modum quo superiora coruscant , fiuntque in aëre varia meteora , quæ perstant iuxta exiguam , vel copiosam materiam , in qua concipitur flamma. Dixi suprà , humorem esse fomitem in ignem , siccitatemque non valere in siccitatem; quo elucet , cur baltheus fœminæ , de quo *num.* 18. postquàm depositus , crepabat scintillans. Aptatus corpori à quo accipiebat per exhalationes calorem , non habebat contrarium pugnans ; igitur calor corporis superabat frigus ambientis. Depositus , calorem contentum halabat; quem frigus ambientis coërcebat: & cùm exhalatio careret fonte, seu origine fovente , unità virtute flagrabat , & favillas excutiebat ; donec primùm tepidus, deinde à frigido superatus , cum exhalationum extinctione , deficerent scintillæ. Expulsa à calidissima fœmina , tenuia erant & subtilia : & quodcunque in exhalationibus subtile persistit , iuxta Senec. lib. 2. cit. *cap. 26. Simul sit & cadit.* Quo igitur cognoscitur, unde visæ flammæ, & ex quo concretæ , ut sint citò flabiles vel diurnæ.

*Cur montes noctù coruscant?*

*Cur vestis crepat , & scintillat?*

Senec.

23 Haud ab alia quaque causa , ignis emissus ab ore animalium. *Tiberij equus ore videbatur flammigare* : Rhodigin. *lib.* 15. *cap.* 5. De tauro Cretæ , aut Minotauro , 4. *Antholog.* Epigr. 13. dicitur : *Ignivomus.* De bobus Ætæ, Ovid. 7. *Metam.* Fab. 1.

*Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant*
*Æripides tauri , tactæque vaporibus herbæ*
*Ardent , utque solent pleni resonare camini.*

Ovid.

Iul. Obsequens de *Prodigijs* , narrat : *Ad forum Esij bovem flamma ; ex ipsius ore nata, non læsit.* De Gigante, Sil. Ital. fusè *lib.* 12. refert anhelare igni, flammas eiectare ab ore. Idem de Caco , Virgil. 8. *Æneid.* v. 259. *Incendia vana vomentem* : & Ovid. 1. *Fastor.* v. 572. *Et flammas ore sonante vomit.* Euripid. in *Alcest.* v. 493. de Diomedis equis : *Spirant ignem é naribus.* Videbantur in aëre , per os & nares exhalationibus , flammæ , ac exire Prisci arbitrabantur ab ore , cùm halitus calidus frigore obvio incenderetur concussus, quasi illum ignem eructaret animalium pectus, maximè irà concitatorum, vel agitatione laborantium , tempore nocturno , aut frigido , quo anhelitus exhalatio videtur,& per pugnam inflammatur. Hinc ortæ fabellæ, cum incendium esset per antiperistasim naturale. Idem dicitur de serpente , & quodam animali , irâ percitis in *Hortu sanitat.* lib. 4. cap. 2. Quod quidem cogitandum de fœmina , post puerum parturientem ignem , ut vidimus, *num.* 14. si verum fuit : igitur ex agitatione nixus in difficultate partus inflammatæ calidæ exhalationes à frigore ambientis. Similiter de fonte illo apud Priscos celebrati in templo Iovis Dodonei, incendente facem extinctam, æquèque extinguente áccensam, apud Plin. *lib.* 2. *cap.* 103. & Pompon. Mela, 2. de *Situ Orb.* cap. 3. Super ignem moveri flammam , facemque accensam extingui impetu exhalationum , vidi in puteo exhalatione cadaverum putrium , vel putrescentium. Inflammationis facis extinctæ econtrariò causam signat Lucret. 6. à v. 879.

*Unde & quid ignis à bestijs vomitus?*

*Ab utero fœminæ?*

*Facis accensæ extinctio, & extinctæ inflammatio?*

*Frigidus est etiam fons, supra quem sita sæpe*
*Stupa iacit flammas , concepto protinùs igne:*
*Tædaque consimili ratione accensa per undas,*
*Conlucet , quocunque natans impellitur auris.*
*Nimirùm, quia sunt in aqua permulta vaporis*
*Semina , de terraque necesse est funditùs ipsâ*
*Ignis corpora per totum consurgere fontem,*
*Et simul expirare forás , exireque in auras.*
*Prætereá dispersa forás erumpere cogit*
*Vis per aquam subitò , sursúmque ea conciliari,*

Lucret.

*Sic igitur per eum poſſunt erumpere fontem,*
*Et ſcatere illa foràs in ſtupam ſemina: quo cum*
*Conveniunt, aut cùm tædæ corpori adhærent,*
*Ardeſcunt facilè extempló.*

In cauſa aſsignata eſt petitio principij, unde contraria? Suprà dixi, in exhalationibus eſſe craſsitiem & ſubtilitatem. Ex portionibus ſubtilibus, quaſi ſemine ignis, arida (uti faces & ſtupa, ſtipulæque) accenduntur & inflammantur; ſicut dictum, *num.* 21. Ex portionibus verò terreſtrioribus, præ copia humorum, quæ accenſa extinguuntur; ſicut ardens lucerna, fomitis copià.

24 Si verò proportio ſervetur, craſſa iuvant, ut videtur in montibus perpetuò fumantibus & ardentibus.

Lucret. ——— *Plurimaque huius*
*Montibus in ſummis veſtigia cernimus ignis.*

Ut ibid. ait Lucret. v. 419. Eſt in Campania Veſuvius (de quo tractatum eruditum edidit Salvator Varo) in Sicilia Ætna, in Islandia Hekla, ut ait Blæu in *Atlant.* Aconocauma in Æthiopia, in Lycia Chimera, iuxta Plin. d. cap. 106. & Maiol. Tom. 1. Colloq. 16. Alius in Mexicana regione. Solis in *Hiſtor.* Ortel. in *Theatr.* de Idæo in Phrygia, ita refert Mela, *lib.* 1. cap. 18. *Ex ſummo vertice penè à media nocte ſpargi ignes, paſſimque micare, & ut lux appropinquat, ita coire, ac ſe coniungere videntur, donec magis, magiſque collecti, pauciores ſubinde & unà ad poſtremum flammà ardeant. Ea cum diu clara & incendio ſimilis effulſit, cogit ſe ac rotundat, & fit ingens globus.* Idem Diodor. Sicul. *lib.* 17. cuius cauſam inveſtigare conatur Iſaac. Voſsius in Mel. loc. præf. quem videſis. Nos verò haud aliud aſſerere philoſophicè poſſumus, quàm quod ſuprà *num.* 22. de alijs coruſcis in nocte. In ardorem predictorum montium alij addunt materiam ſulphuream, qua perpetim ignis fovetur, de quo Paracelſus fusè.

*Mötes ignimovi.* Mela.

25 Ex huiuſmodi argumento roborabitur validiùs noſtra de ſcintillis cogitatio. In corporibus animatis iuxta peritiores Medicos invenitur portio ſulphuris volatilis, ſalis & nitri, quæ omnia in ignem concipiendum fomites validi. Aliquando huiuſmodi portiones ſunt butyroſæ, ſeu oleagineæ, & aliquando non; quarum pinguis ſubſtantia plus inflamationi reſiſtit, ſed diutiſsimè conſervat, poſtquàm ignem concipit: ſicut econtra ſulphurea, nitroſa, & ſalita, quippe volatilis, faciliùs ignem concipit, citòque demittit. Vidimus in exemplis adductis eiaculatum ignem, duntaxat lucidum: vidimus ignem urentem exhalationibus fulminatum; demùmque ſcintillas & crepitantes & lucidas & urentes: quod quidem non aliundè procedit in irregularibus hiſce exhalationibus tam à calore naturali, quam à corporis agitatione; niſi ab humoris qualitate, & quantitatis portione. Halat continuò corpus calorem continens, & halitu complexionem retinens. Si è ſulphuris tenuiſsima ſubſtantia elevatur humor, ipſo elevationis motu actutùm inflamatur & prodit in lucem, ut videtur in ſucco mali aurei, in inſtanti accenſo ab igne. Si aliquid ſalis aut nitri, aut utriuſque continet, humor exhalationis cum crepitu igneſcit: cæterùm citò conſumitur concepta flamma, deficiente in ſubſiſtentiam materia; ut patet in vino ardenti, in quo flamma lucida ſubſiſtit, quandiù oleaginoſa portio fomitem præbet: deficitque & quia permanere non poteſt ſine adminiculo pabuli, & quia pabulum futile ob raritatem & tenuitatem materiæ. Vide Benedict. à Caſtro de *Meteöris*, lib. 4. cap. 9. *In calidiſsimis corporibus* (inſit Reyes-Franco, d. *n.* 13.) *illud accidere poſſe, quorum tenuiſsimos, ac ſubtiliſsimos vapores in poris contentos, ibique pinguedinis oleäginoſæ ſubſtantiæque calore liquefactæ aliquid imbibentes, cum à motu magis caleſiant & attenuentur, in exitu aëre frigido contactos, ſubitò velut contrarium refugientes, aliquantulùm magis condenſari, & inter ſe collidi evenit: unde ex motu oleäginoſa & tenuiſsima illa materia, ex qua conſtabant, ſubitó accenditur: quæ ob ingentem raritatem ad primum luminis iactum & conſumitur, & ignea quoque lux evaneſcit.*

*Unde in corporibus ſcintillæ crepitantes lucidæ & non lucidæ?*

Reyes-Franco.

26 Acu rem tangit erga ortum ignem, & eius breviſsimam durationem; ſed non ſignat unde ſcintillarum crepitus, qui procedit ex ſale exhalationis & nitro; nec quare reſplendeat & non urat. Non quia tenuis materia privatur uſtione, ut patet in tormentario pulvere; ſed quia ubi fulgent & non urunt vel permanentes præ ſubſtantia pingui exhalationes, nihil terreum ineſt. Ne clam eſt in igne fatuo (diſtante ab elementari duntaxat uſtione) qui excutitur è corporibus ſepultis, maximè interdiù Soli expoſitis, noctu non ſolum vaporibus fulgentibus, ſed etiam aptatis quoad figuram corporibus, iuxta placitum Cardani, quò ſupr. lib. 16. cap. 93. Dum hæccine videntur, nihil terreum in

*Cur reſplendeant, & non urant?*

hu-

huiusmodi lucem, nec in eius diutissimam per noctes & noctes durationem. Habent enim hæ (ignis fatui, qui fatuorum admiratio) exhalationes sulphur, ut inflammentur; substantiam viscosam, ut conserventur: sanè (si haberent sal vel nitrum, proculdubiò evanescentes creparent) illam, ut luceant: hanc ut fulgores permaneant: quin vel tactæ manum lædant; quippequàm terreus nec humor, cui ingeratur ignis ardor. Consule Delr. 2. *Disq. Magic.* quæst. 10. Nihil aliud est, quod noctu apparens à Nostratibus vocatur *Huestie*, quasi cohors lucernarum, hinc & illinc lucentium & evanescentium, fugacium & videntes sequentium. Accidit maximè in æstatis noctibus, quod *num.* 22. de campo Babylonico, & *num.* 25. de Ida. Plura apud Henric. Kormanum, de *Miracul. mortuor.* p. 7. cap. 68. *Quid dicatur & sit Hisp. Huestes*

27 Ex viribus expositi huiusmodi quæ fatui vocant miracula ignis, indicans causas & effectus illius, cuiuslibet generis cum quidditate, ut magis constet, unde lumen habeant oculi, cur sæpe splendeant, scintillent & coruscent; quin aliquando illorum radij exurant: igitur dum ab illis illuminatur aër, non ignem spirant, sed lucidissimos radios: qui quidem lucidissimi, vel quia spiritus visorius, per somnum coäctus, vehementiùs erumpit apertis palpebris, larga spirituum copiâ paulisper illuminatis tenebris; vel quia compulsatione succedentium igneorum exhalationum inflammati radij luceant, quousque ambiente frigido langueant, deniant & evanescant. Frequenter ergo fit illorum coruscatio extrà á somno excitatione, vel a vino in stomacho fervente, cordis vehemente commotione, vel in iram implacabilem accensa bile. De Hercule furente, in *Ea* canit Seneca, v. 723. *Vultus est illi Iovis, sed fulminantis.* De Hectore ad murum Græcorum, Homer. 12. *Iliad.* v. 466. *Igni ardebant oculi.* Nonnus, 30. *Dionys.* v. 137. *Splendorem ignitum iaculabantur oculi.* De fœmina zelotypa Propert. 4. *Eleg.* 9. v. 27. & Ovid. 1. *Amor.* Eleg. 8. v. 16. *Unde oculorum fulgor, coruscatio & flamma? Senec. Propert. Ovid.*

*Fulminat illa oculis, & quantum fœmina sævit.*
*Fulminat & geminum lumen ab orbe venit.*

Aurel. Victor, in *August.* inquit: *A cuius facie dum quidam miles averteret, & interrogaretur, cur ita faceret? Respondit, quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum.* Adi Aristotel. 8. *Problem.* sect. 33. q. 3. Alex. Aphrodisæum, lib. 1. *Problem.* 69. & Rhodigin. loc. cit. & quæ diximus, *num.* 17. *Aur. Vict.*

28 Præmissis elucet, oculum, non animam corporaliter videre; uti putrida Priscorum Platonicorum prædicabat sententia, quam suscitavit Cartesius, asserens animam duntaxàt habitare in parte cerebri, quæ *Pini* dicitur *Glandula*, movens, cunctaque regens, quasi à gubernatore navis. Egimus, *Tom.* 5. *T.* 9 *n.* 4. Heraclitus & Epicharmus huius delirij antesignani fuere, in quos Tertullian. de *Anima*, cap. 18. Illorum ergo sententia, *Animus videt, animus audit: reliqua surda & cæca sunt.* Pedibus ivit Cicero, 3. de *Natur. Deor.* & 1. *Tusculan. qq.* ubi; *Nos enim* (inquit) *nec nunc quidem cernimus ea, quæ videmus. Neque enim ullus sensus est in corpore: sed ut non solùm Physici docent, verùm etiam Medici, qui ista aperta & patefacta viderunt; viæ quasi sunt ad oculos, ad aures, ad nares, á sede animæ perforatæ.* In istham amentiam dicitur, Prov. 20. *Aurem audientem & oculum videntem, Dominus fecit utrumque.* Ridendi à nobis supercilioši fastu Philosophi, quos vel ridet Lucretius, 3. de *Rer. natur.* à v. 350. *Oculus videt, non anima per oculum.* *Cicer.* *Prov. 20. 12.*

*Dicere porrò, oculos nullam rem cernere posse,*
*Sed per eos animum, ut foribus spectare reclusis;*
*Despere est, contra cùm sensus dicat eorum:*
*Sensus enim trahit, atque acies detrudit ad ipsas,*
*Fulgida præsertim cùm cernere sæpe nequimus,*
*Lumina luminibus quia nobis præpediuntur;*
*Quod foribus non fit: neque enim, quà cernimus ipsi,*
*Ostia suscipiunt ullum reclusa laborem.*
*Præterea si pro foribus sunt lumina nostra,*
*Iam magis exemptis oculis debere videtur*
*Cernere res animus, sublatis postibus ipsis.* *Lucret.*

Evincit: Lux potiùs ingredietur ianuis diremptis, quàm fenestris vitreis aut crystallinis. Per quælibet ergo corporis foramina, ut oris, narium & auris videre animus valeret, si duntaxàt per foramina perspiceret. *Aliud est cernere, aliud videre*; ut diximus, *Tom.* 3. *T.* 2. *n.* 2. Naturà videmus, animo cernimus. Videmus sensu exteriore, interiore cernimus aut discernimus, sive contemplamur. Ni siccine exponatur, delirat, uti cæteri, Plin. *lib.* 11.

Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. dicens: *Animo videmus, animo cernimus. Oculi ceu vasa quædam, visibilem eius partem accipiunt, atque transmittunt. Sic magna cogitatio obcæcat, abducto intùs visu. Sic in morbo Comitiali, aperti nihil cernunt, animo caligante.*

29 In Tobia non animus caligabat, sed squama albuginis sensationem oculorum impediebat. Erat in tenebris interioribus, quæ pendent ab ineptitudine sensus aliquo obice: non autem in tenebris exterioribus, quæ fiunt absentiâ vel privatione externæ lucis; de quibus seriò tractabimus, *T.* 8. *T* 8. ad illud Act. 12. 6. *Custodes ante ostium custodiebant carcerem.* Hoc in statu constituto Tobia, Dominus misertus laboris dignatus est, in eius sanitatem mittere ad terras Archangelum Raphaëlem; qui se dixit *de filijs Israël* æquivocè, ideſt, de videntibus Deum, v. 7. sicut, v. 18. amphibologicè etiam dicitur *Azarias, Ananiæ magni filius*: hoc est, *Gratiæ filius, & Auxilium Dei.* Quòd Raphaël assumpserit corpus cuiusdam Azariæ, Ananię filij iam fato functi, à Tobia alibi cogniti; Rabbinicum commentum est, & despicabile, uti gerræ & gerræ. Cur autem de Raphaële dicat Senex, v. 27. esse Angeli Dei bonum, diximus fusissimè, *Tom.* 4. *T.* 5. *à v.* 28. Angelus bonus assistit semper homini, & alter malus, quos genios vocabant Ethnici. *Agathos dæmones imitandos, & cacos dæmones placandos monent*: ait Augustin. de Ethnicis, 1. de *Consens. Evangelist.* cap. 18. & Orpheus, in *Iovem* hymn. v. 3. in utriusque differentiam.

*Quę tenebrę exteriores & interiores?*

Augusſt.

*O Rex cœli & inferni, marisque & terrę,*
*Quem dæmones horrent, & Deorum cœtus metuit.*

Orph.

30 Tobias ergo, cùm arbitraretur se mori, domique essent res angustę, ne filius etiam paupertate premeretur, maturè monuit de recuperatione decem argenti talentorum, cuius habebat apud se chirographum. Unde necessarium, proficisci in Mediam quò debitor fidus exigebat vitam, ut argento deportato, sine tanta pressura aleretur familia. Quare iussu patris quærenti filio ducem in viam obviam se obtulit Archangelus Raphaël, specie iuvenis splendidi, stantis, præcincti, & quasi in iter parati: qui quidem interrogatus, Tobię iuniori respondit, nosse cuncta itinera in Mediam; hocque nuncio introduxit ad patrem, à Raphaële salutatum urbanè, precante bona pacificè. *Gaudium tibi sit semper*, seni dixit: cui cæcus respondit: *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video?* Q. d. Quale mœrenti gaudium, si nequeo videre cœlum? Sedere ergo pro mœrore sumitur. *Quomodò sedet sola civitas?* Thren. 1. 1. Ideſt, luget. *Sedebit solitarius, & tacebit*: cap. 3. 28. *Sede in pulvere virgo filia Babylon, sede in terra.* Isai. 47. 1. *Sedebam, quoniam comminatione repleſti me.* Ierem. 15. 17. denique, Matth. 27. 61. de Christi discipulabus dicitur: *Erant sedentes contra sepulchrum.* Apud exteros tam Græc. quam Latin. phrasis trita. Homer. 18. *Iliad.* v. 104. de Achille lugente Patroclum, ait: *Apud naves sedet*: & 10. *Odyss.* v. 567. *Sedentes illis gemebant, evellebantque capillos.* Euripid. Iphigen. in *Aulid.* v. 70. *Lachrimabunda, & sola sedeo.* Virgil. 6. *Æneid.* v. 617. *Sedet, æternumque sedebit infelix Theseus.* Lævin. *Lugebit*: lib. 9. v. 4. *Turnus sacrata valle sedebat.* Plin. 34. *cap.* 14. *Filio præcipitato, residentem, pœnitentemque.* Situs lugentium est: quare effigies afflictorum, signumque mœroris. Unde Virtus fingitur sedens super sepulchrum Aiacis, evulsisque præ mœrore capillis.

*Tob.* 5. 12.

*Sedere pro mœrore.*

Homer.

*Dilacerata comas (visus miserabilis, Eheu!)*
*Consideo ad cineres hìc Telamoniadæ,*
*Ita dolore gravi.*

Claud. Min.

*Sedere situs victorum.*

Inquit Claud. Minos in *Epithal.* 48. Alciat. Ita Asia, Africa & Europa coram Romæ imagine sedebant inclinato vultu, declivo lumine, demissoque capite. Goltz. in *Cæsar.* & *Octav.* Idem de Nilo, Ægypto, & Alexandria, apud Hemelar. *Tabul.* 19. ac in fronte *Topograph. Rom.*

*Ante tuos pedes illa ipsa adoperta sedebit:*
*Narravitque sedens longa pericla sua.*

Propert.

Canit Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 28. v. 45. Vid. Pamel. in cap. 16. *Apolog.* Tertullian. n. 241.

31 Tobias sedet, ideſt afflictus iacet, exprimens ex sessione vehementem dolorem animi. Sessio duo significat in expressionem perfectionis ac virtutis Tobiæ; quippe lapis lydius, eiusdem virtuti & perfectioni. Significat, nihil agere, atque supplicem iacere: virtusque eius eximia, tam in patientia, quàm in impatientia sancta: impatientia ex otio nullius actionis, & patientia in dolore calamitatis. Sessio pugnabat ferventissimæ senis

*Sedere pro nihil agere.*

cha-

charitati : urgebat hæc , ut plura in Dei obsequium perficeret : & magis urgebat , cùm vellet plura facere , & præ cæcitate non posset. Iccircò *sedentibus in tenebris* iungitur *umbra mortis*. Psalm. 106. 10. igitur iusto vita præ cæcitate otiosa, non est vita. Otium signatur sessione. *Surgite , postquàm sederitis*. Psalm. 126. 2. & 136. 1. *Illic sedimus & flevimus*. Opportunè ; nil poterat senex sedens facere , nisi flere : flebatque quia quòd ducebat operosa charitas , retrahebat hostiliter otiosa cæcitas. Apud Græcos erat *Lapis* dictus *otiosus*, ubi sedebant qui afflicti in templo Minervæ. Pausan. *cap.* 105. Liv. lib. 4. sect. 13. *Compressis manibus sedeas*. Virgil. 12. *Æneid.* v. 15. *Sedeant, spectentque Latini*. Hinc senis cæci infelicitas: equidem quùm inflammabat viscera activa charitas, in tenebris præ cæcitate sedebat, & spectare nequibat.

*Charitas otiosa tabescit.*

*Quid lapis otiosus?* Tit. Liv.

32 Situs sessionis etiam indicat supplicem animum , quasi non impatienter ferentem à Numine laborem meditanter concessum. *Humiliamini , sedete*. Ierem. 13. 18. Idem *Isai.* 3. 26. 32. 18-2. *Reg.* 12. 16. & 3. *Reg.* 21. 27. *Sedebant ad Aram , quæ est in Arce templi supplices* : ait Thucydides de Athenienſibus, *lib.* 1. & 3. Ita humilitatem Ethnici præ se ferebant : propterea apud illos in templis erat saxum , quod *Sacrum* vocabant. *Lapidem verò eum , qui ante ædem iacet* ( inquit Pausan. *cap.* 74. ) *& Sacer dicitur ; illum esse dicunt, super quo novem viri de Trœzeniorum Civitate Orestem á matris cæde purgarunt.* Subscribunt acceptioni Poëtæ. Virgil. 2. *Æneid.* v. 566. & v. 573.

*Sedere pro humiliari.*

*Quid lapis sacer?* Pausan.

——— *Limina Vestæ*
*Servantem, & tacitam secreta in sede latentem;*
*Tyndarida aspicio: atque Aris invisa sedebat.*

Virgil.

Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 4. v. 33. *Ad vestros sedeam captiva Penates*. Eleg. 5. v. 37. *Supplex ille sedet*. Idem Tibull. 4. *Eleg.* 13. v. 23. Ovid. 2. *Trist.* Eleg. unic. v. 297. *Isidis æde sedens*: Titusque Calphurn. *Eclog.* 1. v. 60. Plutarch. in *Coriolan.* Cicer. in *Catone* , alijque apud Cosvium , in *Apuleium*, fol. 161. qui subdit: *Mœsti ac lugentes sedebant , sic & supplices.* Ita Tobiæ cæci sessio, qua eius ostenditur cùm Numinis voluntate conformatio. *Quale gaudium? Hoc non dixit ex impatientia* ( signat Lyran. hìc *n.* 16. ) *sed continens gaudium præsentis vitæ , & sperans gaudium futuræ.* Qui lugent modò, tanquàm non lugentes ; quippe vel presi malis exultant supplices.

Colv.

Lyran.

33 Senex luget tristis , & cæcus luget. *In tenebris sedeo , & lumen cœli non video*; Brevi exponit humilitatem & laborem , & quid eius cæcitate contracta confundit faciem. Constantius *de Morbis* , lib. 2. (quem sequitur Berchor. *Reductor.* lib. 4. cap. 11. & Grannuyse 7. de *Propriet. rer.* cap. 18. & 19. ) *inter passiones* (inquit) *miserabilior est ipsa cæcitas*. Illa decipitur homo in apprehensione , Syndresi , & electione. Non iudicat de coloribus : ideoque apprehendit nigrum ut album , albumque nigrum , vulnere imaginationis , atque læsione deceptæ phantasmate specierum prævaricatarum mentis. Deliberatio in illarum iudicium , etiam eventu deceptione fraudatur : decernit enim venire huc & vadit illuc. Evanescit quoque contra voluntatem electio recta ; quippe tactu duntaxat ducta , maioris habet plumbum, quàm pretiosum aurum. Sæpe videtur sibi securus, ubi iurè timendum ; timetque similiter , ubi nihil formidandum. Quia nihil videt , arbitratur non videri. Premit pede , ubi necesse cadere : pedem elevat , ullo procul obice. Nihil fiducialiter agit. Unde Episcopo Laödiciæ Dominus dicit: *Tu es miser & miserabilis & pauper & cæcus & nudus*. Apocal. 3. 17. *Carcer est totum corpus* (infit Ambros. 6. *Hexaëm.* cap. 9.) *tenebroso inhorrens situ; nisi oculorum illuminetur aspectu. Quod ergo Sol & Luna in cœlo , hoc sunt oculi in homine. Sol & Luna duo mundi lumina : oculi autem quædam in carne sidera fulgent desuper & inferiora claro illustrant lumine ; nec patiuntur noctis quibusdam nos tenebris implicari. Speculatores quidam nostri die ac nocte excubant: nam & ex sopore membris cæteris citiùs excitantur , & vigilantes circumspectant omnia.* Elucet siccine senis Tobiæ gravissima , gaudij expultrix tribulatio , sine luminum , vel præsenti lumine, oculorum adminiculo.

Constant.

*Cæcitas cur grave malum?*

Ambros.

*Munera oculorum.*

34 Oculus ergo in homine est portio sublimis, cœlestis , quasi divina ; cuius mira claritas , & stupenda subtilitas. *Organum* vocat *lucidum* Rhodigin. *lib.* 3. *cap.* 28. *Solarem radium , divinissimumque membrum*. Hinc carentia lucis usurpatur pro afflictione, etiam in valentibus videre. Quid in impote lucis, ut erat senex, impeditis organis? En pœna maxima. *Cæcitate* , & (pro *Ut*) *in meridie , sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas*. Deuter. 28. 29. *Palpavimus sicut cæci parietem , & quasi absque oculis attrectavimus : impegimus meridie , quasi in tenebris ; & in caliginosis quasi mortui*. Isai. 59. 10. Idem Iob. 5. 14-12. 25. Protectò miserabile, ut sicut tenebræ, ita & lumen. Unde amen-

Rhodigin.

Et *pro* Ut.

amentia summa Dæmocriti, dum sibi oculos eruit, ut nihil inspiceret, vel ut menti apertis ianuis, magis animo videret, iuxta fatuitatem præscriptam, *num.*28. *Democritum Philosophum* (ait Aul. Gell. 10. *Attic. noct.* cap. 17. & Ravis. Text. 2. *Officin.* cap.58.) *virum præter alios venerandum, auctoritateque antiquâ præditum, luminibus oculorum suâ sponte se privasse; quia existimaret cogitationes, commentationesque animi sui, in contemplandis naturæ rationibus, vegetiores & exactiores fore; si eas videndi illecebris & oculorum impedimentis liberasset.* Lucret. estò rideat, *lib.* 3. à v. 362. refert fatuitatem, ibid. v.1043.

Aul. Gell. *Democritus sese exequavit.*

*Denique Dæmocritum, postquám matura vetustas*
*Admonuit memorem motus languescere mentis*
*Sponte suâ letho caput obvius obtulit ipse.*
*Lumine adempto animam moribundo corpore fudit.*

Lucret.

*Qua arte?* Laberius in *Mimis*, refert non sibi eruisse oculos, sed obstupefeciisse, & splendore Solis obcæcasse.

*Dæmocritus Physicus Philosophus clypeum*
*Conticuit contra exortum Hyperionis,*
*Oculos ut possit effodere splendore æreo,*
*Ita ut radijs Solis aciem effodit luminis.*

Laber.

Hæccine sæpè faciunt Arabes visu semel Mahometis sepulcro. *Gregatim summum huic loco honorem deferunt* (inquit Gabriel Sionita in *Republ.*cap.8.) *summâque veneratione eos cancellos* (*cùm nemini pateat aditus ad Urnam*) *amplectuntur ac deosculantur, & felices se, ac beatos prædicant. Hinc factum est, ut multi huius loci desiderio patriam consanguineosque reliquerint: plerique etiam tali insaniâ dementiâque capti fuerint; ut sibi sponte oculos eruerint, nescilicèt quicquam mundanum viderent.* Quia urna in aëre suspensa, ait Dalecamp. in illud Plin. *lib.* 34. cap. 14. *Democrates Architectus Alexandriæ Arsinoës templum concamerare inchoäverat; ut in eo simulacrum eius é ferro, pendere in aëre videretur.* Verùm de huiusmodi artificio iam locuti in *Ephemerid.* die 25. *April.*

*Idem perficiunt Arabes ad sepulchrum Mahometis.* Gabr. Sion.

Plin. *In aëre eius urna.*

35 Æstimabile igitur oculorum lumen, ut cor possit frui, creatisque in visum, gaudere, delectabilibus varietate & pulchritudine. Unde illi qui monoculus, etiam ad collum fune suspenso, in leges Locrensium ausus est loqui, *Eó quód reputaret, vitam in cæcitate degendam, ipsá morte acerbiorem sibi futuram.* Vid. *Respublicar. Græc.* p. 2. §. 18. Appositè morte gravior huiusmodi in homine affectio. Quare Phineo (ut observat Eustach. in 12. *Odyss.* Natal. à Comitib. lib. 7. *Mytholog.* cap. 6. La-Zerd. in 2. *Æneid.* v. 212. n. 3.) data est optio à Iove, aut mori, aut Solem non videre & cæcum vivere. Quale enim erit siccine gaudium obtenebratâ ac obscurâ caligine luce oculorum? Hinc non solùm visus, sed eius præstantia, uti singularis, singulariter plausibilis. Dictum vulgò, quod videtis apud Petr. Galtruch. d. *Disput.* 1. *tract.* 3. *cap.* 1.

*Ubbo Emm.*

*Cæcitati confertur morti.*

*Nos aper auditu, lynx visu, simia gustu,*
*Vultur adoratu, præcedit aranea tactu.*

Galthruch.

Sed mira narrantur ab AA. *Oculorum acies, vel maximè fidem excedentia; invenit exempla*: ait Plin. *lib.*7. *cap.*21. idemque Solin. *cap.*6. *Visu plurimum potuit Strabo nomine, quem perspexisse per C.XXX.M. passuum Varro* (lib. 6. *de Ling. Latin.*) *significat; solitumque à Carthagine exeuntem classem Punicam, numerumque navium manifestissimè è Lilybitana specula denotare.* Astruit etiam Valerio Max. *lib.*4. *cap.* ult. Cicer. *Academ.*4. *At ille nescio quis* (inquit) *mille & octoginta stadia, quod abesset, videbat.* Arbitror dæmonis operà revelata; sicut cùm cæderetur Domitianus à quodam Stephano, Apollonium Thyanæum, cùm Ephesi esset, vidisse in Domitiani cubiculo cædem: dixisseque, *Euge Stephane: percute, percute peccatorem.* Xiphilin. in *Domitian.* Philostrat. *lib.*8. & Gemma Frisius 1. *Cosmocrit.* cap.7. Impossibile enim, ac ultra naturalem virtutem, quæ maximè locis disita, quasi oculis esse obiecta. De minutissimis literis & operibus, aciem & perspicacitatem comprobantibus, diximus *Tautolog.* præced. n. 29. etsi Ælian. 1. de *Var. hist.* cap.17. de huiusmodi subtilitate dicat: *Quid enim hæc aliud sunt, quàm temporis vana perditio?* Visus præstantiam tribuit Rhodigin. *lib.*16. *cap.*2. proportioni ignei & humidi oculorum humori. Unde subdit: *Visus est optimus & primæ notæ, in quo humoris excessus, aut defectus nil deliquerit.* Plin. ut præfixum, *num.*9. oculorum recessui attribuit intra proprias concavitates, queis non solùm conditi, sed reconditi.

Galthruch. Plin. Solin. *Præstantia singularissima visus.* Cicer.

Gem. Fris.

Ælian. *Qui oculi perspicaciores?* Rhodigin.

36 Si excessus perspicuitatis oculatorum felicitas, summa profectò afflictio contra-

cta

ta cæcitas. Propterea olim per oculorum lumen expressa vita, & vita fausta, ut præmissi; *Tom. 3. T. 6.* n. 15. *Educet me in lucem.* Mich. 7. 9. idest; in felicitatem. Isai. 60. 1. *Surge Ierusalem, quia venit lumen.* Clariùs, 61. 1. *Prædicarem clausis apertionem.* Septuaginr. quos sequitur Luc. 4. 18. *Cæcis visum*: quo constat per lucem felicitas & libertas. *Subiacent oculi* (infit Plin. quò dudùm) *pars corporis pretiosissima, & qui lucis usu vitam distinguant à morte.* Apuleius, *Metamorph.* lib. 11. *Iam tibi providentia meâ illuxerit dies salutaris.* Unde Homer. 16. *Iliad.* v. 190. & 18. v. 61.

*Lumen oculorum pro vita & felici.*

Plin.

*Eduxit in lucem & Solis vidit splendorem.*
*Quoad mihi vivit, & videt lumen Solis.*

Homer.

Sicut per lucem vita iucunda, æquè per tenebras signata fuit ærumnosa, imò ipsa mors, uti frequenter apud Poëtas: *Mors, nox occupat artus.* Homer. 4. *Iliad.* v. 461. 503. & 526. *Tenebræ oculos contexerunt*: & 18. v. 11. *Deserturum lucem Solis.* In sacris usque- quaquè. Psalm. 54. 6. *Contexerunt me tenebræ.* Eccli. 21. 11. *Tenebræ & pœnæ*: igitur fine luce vel iucundissima mœsta, cum luce autem vel amara iucunda. Senec. in *Octav.* à v. 223.

*Econtrà cæcitatis tenebræ.*

*Lux alma tenebris, roscidæ nocti dies!*
*Qui sæpe terras fulmine infesto quatit,*
*Mentesque nostras sacris terret ignibus,*
*Novisque monstris; vidimus cœlo iubar.*

Senec.

His constat, quomodò gaudium a corde senis evanuit; igitur cæcitas visionem Archangeli obtenebrando compescuit.

37 Sine gaudio cæcus in tenebris sedet; additque, quòd cœli lumen non videt. *Et* pro *Eò quod*, vel *Quia*, particula rationali. De hac acceptione sæpe egimus: vide *Tom. 1. T. 6. n.* 38. Quare sensus: Sedeo, nihil agens: sedeo telluris inutile pondus; *quia*, vel *eò quod* lumine cœli non fungor, mihique quasi non esset splendor: expositus periculis, causà aberrantis cæcitatis, quasi in tenebris; quin possim casus effugere, nec me, nec alios à periculis defendere. Vividè expressum in Phineo, luminis orbo; cui quia cæcus insultabant Harpyiæ. Ad unguem Appollonius *Argonaut.* lib. 2. v. 267.

Ibid.
*Et pro Quia vel Eò quod.*

——*Cùm gravis inde senectus*
*Invasit, primùm est oculorum lumine captus:*
*Inde frui dapibus vetitum est, quas plurima semper*
*Turba colonorum illius portabat in ædes.*

Apollon.

Adi Virgil. 3. *Æneid.* à v. 225. Valer. Flacc. *lib.* 4. Hesiod. in *Theögon.* & Natal. Comit. 7. *Mytholog.* cap. 6. Aliter exponi potest tò & pro *Ideó*, *Propterea*, aut *Igitur* (de quo loc. cit. & *Tom. 3. T. 12. n. 26.*) tuncque in genuinum sensum, actus secundus sumendus pro primo. *Qui facit mirabilia magna solus.* Psalm. 35. 4. hoc est, potest facere. *Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas*: Matth. 27. 40. Osee, 1. 10. *Arena maris, & non numerabitur*: scilicèt, numerari non potest. Similiter in præsentiarum. Si gaudium videre cœlum; quale gaudium mihi, qui cœli lumen nec possum videre? Eccle. 11. 7. *Dulce lumen; & delectabile est oculis, videre Solem.* Virgil. 3. *Æneid.* v. 600. & lib. 6. v. 363. perpropriè succinit:

*Actus secundus pro primo, seu pro potentia.*

——*Hoc cœli spirabile lumen.*
——*Cœli iucundum lumen, & auras.*

Virgil.

38 Iucundissimum namque frui cœlo in halitum vitalem; cœlique luce, in vitam iucundiorem. *Quid huius cœli spiritu potest esse iucundius? Quid eius luce?* Ita Cicer. 1. in *Catilin.* Splendidè Dracont. in *Oper. sex dier.* à v. 1.

Cicer.
*Lux delectabilis.*

*Initium factis lucem dat lucis origo,*
*Quæ mundo vita præmissa est principe luce;*
*Quæ totum præcessit opus, quod continet orbis,*
*Quæ Solis prævenit iter, Lunamque coruscam,*
*Cuius iussit ope clarescere cuncta creata.*
*Lux datur ante polum, lux claræ causa diei,*
*Lux iubar æthereum, lux noctis limen & umbris*
*Lux facies rebus cunctis, & lux elementis,*
*Lux genitis factisque calor, lux gratia Solis,*
*Lux decus astrorum, lux aurea cornua Lunæ,*
*Lux fulgor cœli, lux & primordia mundi,*
*Lux splendor flammæ, lux magni temporis index;*

Dracont.

*Lux honor agricolis, requies lux omnibus ægris.*

Cœli cor, fonsque lucis Sol plauditur à Macrobio, 1. in *Somn. Scipion.* cap. 20. *Hoc est Sol in æthere, quod in animali cor.* Plin. lib. 2. cap. 6. *Medius* (inquit) *Sol fertur amplissimà magnitudine ac potestate: nec temporum modò, terrarumque, sed siderum etiam ipsorum, cœlique rector. Hic suum lumen cæteris quoque sideribus fœnerat.* Idem Orph. hymn. in *Apollin.* Splendor sanè est orbis, cœli pulchritudo, lucis honor, naturæ gratia, & splendoris venustissimus decor. Cuncta breviore stylo Sirachus: *Vas admirabile, opus Excelsi.* Quod diligitur summè, dicitur lux, ut constet præ cunctis acceptior hæc. *Lux dilectissima*: Sophocl. in *Antigon.* v. 100. additque de Sole: *Apparuisti ó aurei diei palpebra.* Martial. *lib.7.Epigr.13.Lux mea.* Augustus dicebat Horatio: *Ocelle mi.* apud Schild. in *Horat.* Vit. Plautusque in *Curcul.* Act. 1. scen. 1. v. 15. *Ostium oculissimum*: ibique Taubmann. & Turneb. 11. *Adverss.* cap. 7. *Oculissimum vocari charissimum, & gratissimum, quod tanquàm oculus, quo nihil iucundius nobis est, planè censeätur.* Hinc oritur cæci senis querela, quippe ex privatione lucis tota tristitia. Malà pectus hominum urgent, sed vident mala. Nullum cæco gaudium, cui non prodest oculos levare in cœlum: unde afflicti cordis mœror, quem expellere non valet magni luminaris fulgor. *Sol* (inquit Plin. d.) *lucem rebus ministrat, aufertque tenebras. Hic cœli tristitiam discutit, atque etiam humani nubila animi serenat.* Manil. 1. *Astronom.* cap. 3. v. 49.

Macrob. Plin. *Excellentia Solis.* Eccli. 43. 2. Sophocl. Adr. Turn. *Oculus pro re charissima.* Plin. Manil.

*Hinc ubi ad occasus nostros Sol aspicit ortus,*
*Illic orta dies sopitas excitat urbes,*
*Et cum luce refert.*

39 Si vis accipere sententiæ geminationem, summam ex illa explicando cæcitatem; haud absre. *In tenebris sedeo & lumen cœli non video.* Tanta mihi privatio lucis, & tenebræ cæcitatis: igitur non solùm non video lucem, imò nec possum videre splendidissimum Solem. Siccine extrema caligo explicatur à Symposio, *Ænigm.* 21.

*Cæca mihi facies, atris obscura tenebris:*
*Nox est ipsa dies, nec Sol mihi cernitur ullus.*

Sympos.

Ex huiusmodi articulo, materia & modo, summa in Scriptura solet designari afflictio; uti dum querulus Ieremias profert: *Me minavit, & adduxit in tenebras, & non in lucem.* Hoc est, in obscurissimas tenebras, accepta geminatione pro superlativo. In locum carceris obscuriorem, in tenebras tenebrarum, in ergastuli adytum ac penetrale, quò obscurissimæ palpabiles tenebræ. Quasi quid discretum esset absentia lucis, & præsentia tenebrarum, positque esse ullus privationis effectus; signantur carentia positivi, & effectus ex carentia: vel affirmatio & negatio contrarij (quæ figura dicitur *Bebæosis*) in vividiorem significationem, excessum, aut magnitudinem. Sæpe egi, sed accipe alia. Psalm. 102. 16. *Spiritus pertranssibit in illo, & non subsistet.* Proverb. 8. 8. *Iusti sunt omnes sermones: non est in eis pravum quid.* 3. Reg. 10. 3. *Docuit omnia verba, non fuit sermo, qui regem posset latere.* Idem 2. Paral. 9. 2. Apud Profanos stylus obvius. Plutarch. de *Diction. Ei,* subdit: *Alij sunt, nec solus hic,* Plin. *lib.36.*cap.17. *Servandis corporibus, non absumendis.* Atistophan. in *Avib.* Act. 5. v. 68. *Inimicis & non amicis*: & Plaut. in *Mostell.* Act. 1. scen. 3. v. 29. *Doctam, non stultam.* In his omnibus excessus exprimitur per exaggerationem seu epitasim: haccineque phrase Ieremias crudelem monstrat, diramque incarcerationem; quippe non solùm adductus in latumias, ubi sine luce; sed ubi nequibat esse: non solùm in ergastulum obscurum, sed etiam in ergastuli recessum; ubi necessariò comites tenebræ, sine ulla spe neque lucis levamine. Quit esse misera sors; & levari cogitatio, si fortè sit spes. Iubet Deus aliquando de tenebris lucem splendescere. *Noctem* cogitationes *verterunt in diem, & rursùm post tenebras spero lucem*: dicebat Iobus, 18. 12. Tenebræ sine luce, sunt tenebræ sine spe. Solamina ad nihilum devenient, corda premuntur, auxilia, sicut cera quæ fluit, auferuntur: igitur oculi tenebrarum viderunt acerbitatem, verùm non viderunt Solem.

Thr. 3. 2. *Geminatio pro superlativo.* *Bebgosis.* *Epitasis in geminatione sententiæ.* *Quid tenebræ sine luce?*

40 Ita pectora afflictorum in miserijs non subsistent. *Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce.* Vertigine laborant, in luce cespitant, offendicula formidant: equidem non solùm carent lumine, sed ab illo distant longè. *Ambulavit in tenebris & non est lumen ei.* Quid hoc, & quomodò aliter? Facillimè. Sunt in tenebris, & laborant cæcitate. In visionem necessaria oculi & lux. Multi, uti Tobias, sunt in tenebris ratione cæcitatis: nos sumus cœci in tenebris, absentiâ lucis: utrumque igitur nectit Propheta in unum, ut cogitent homines quæ tenebrę tenebrarum: igitur flagitijs cæci, & in obscuris sine lumine gratiæ. Ambulant in tenebris, quibus non est lumen oculis; siquidem oculos habent, &

Iob. 12. 25. Isai. 30. 10.

non

non vident : nihilominùs videre valent, si lumina habuerint. Est molestia, sed non summa(sumpta metaphora à corpore in calamitatem animæ? summà prorsùs, ubi utriusque defectus : igitur habent improbi gravissimam oculorum cæcitatem, atque gratiæ cœlestis nec habent lumen. Aptantur testimonia Ethnica. Homer. 15. *Iliad.* v. 186. *Sortitus est caliginem obscuram.* Graphicè Virgilius, 3. *Æneid.* v. 585. etsi sumpserit ad verbum, sed non modum, ex Homer. 9. *Odyss.* à v. 143. *In excessum affirmatio, & negatio affirmationis.*

*Nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus æthrà*
*Sidereà polus : obscuro sed nubila cœlo*
*Et Lunam in nimbo nox intempesta tenebat.* Virgil.

Claret, quid intenderit Ieremias, dum se adductum dicit *in tenebras & non in lucem.* Depingit obscuritatem hypogæi, quò inclusus & reclusus ; igitur summè uti distans à lumine, carcer caligine tenebrosus : iungitque tenebras & non lucem, quasi simul lux & tenebræ esse possent ; quippequàm specus non solùm lumen non habebat, sed nec recipere quibat. Sil. Ital. 6. de *Bell. Pun.* v. 149. Ubi supr.

*Intùs dira domus ; curvoque immanis in antro*
*Sub terras specus, & tristes sine luce tenebræ.* Sil. Ital.

41 Aliquando in Scriptura post tenebras signatur illarum effectus, seu potiùs suppositum. *Caligo tenebrarum.* 2. Petr. 2. 17. *In tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ obcæcaverunt oculos eius.* 1. Ioan. 2. 11. Unde David: *Misit tenebras & obscuravit.* Testimonium possumus interpretari, accipiendo & pro *Ut* (de quo *Tom.* 1. *T.* 6. *n.* 39. & 3. *T.* 4. *n.* 42.) tuncque sensus: *Misit tenebras, ut obscuraret* Ægyptum. Etiam exponi quit per Hysteron-proteron, ubi posterius, quod prius : q. d. Ægyptum obscuravit, mittendo tenebras. Haud dubium est tenebras sequi remotà luce, à qua claritas, & cuius absentia obscuritas: diciturque meditantèr obscuritas congenita tenebris ; ut signetur horror tenebrosæ caliginis. Ideſt tenebræ ingentes, quæ *Cimmeriæ* vocantur à Profanis, *Cæcæ, Fumosæ, Profundæ.* Exod. 10. 22. *Tenebræ horribiles. Nemo vidit fratrem suum, nec movit se de loco, in quo erat.* Sapient. 17. 2. *Vinculis tenebrarum & longæ noctis compediti, inclusi sub tectis. Solis illis superposita erat gravis nox imago tenebrarum.* V. 2. *Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarum.* 18. 4. etenim Solis ac siderum obscuritate iacebant summà obscurissimà caligine, vaporum constipatione, ducti in stuporem præ articulo novitatis, cùm in meridie Sole rutilo deficeret dies ; uti ait Philo, de *Vit. Mosis.* Senec. *in Hercul. furent.* à v. 936. *Ut quid expressio suppositi necessarij? Ps. 104. 20. & pro Ut. Hysterologia Tenebræ sine luce pro tenebrarum horrore. Cur dicuntur carcer?*

*——Sed quid hoc ? Medium diem*
*Cinxere tenebræ : Phœbus obscuro meat*
*Sine nube vultu. Quid diem retrò fugat,*
*Agitque in ortus? Unde nox atrum caput*
*Ignota profert? Ut tot stellæ polum*
*Implent diurnæ?* Senec.

Alió Sueton. in *Neron.* cap. 19. *Tanta caligo oborta est, ut dispicere non posset.* Sueton.

*Ipse caput medio Titan cùm ferret Olympo,*
*Condidit ardentes atrà caligine currus,*
*Involvitque orbem tenebris, gentesque cogit*
*Desperare diem.* Lucan.

Accinit Lucan. 1. *v.* 540. Signatiùs Virgil. 3. *Æneid.* v. 201. quia tempus etiam definit:

*Ipse diem noctemque negat discernere cœlo;*
*Tres adeo incertos cæcà caligine Soles*
*Erramus.* Virgil.

Ita enim Ægyptij triduò iacuerunt, quo tempore nihil agebant, quippe cuncta præ nimia caligine formidabant. Impiaque æternam timuerunt sæcula noctem. Tibull. *lib.* 3. *Eleg.* 4. v. 9.

*At natum in curas hominum genus, omnia noctis*
*Et pavidas mentes falsa timere iubent.* Tibull.

42 Effectus necessarius, vel expressio suppositi, vel eiusdem geminatio semper exprimunt quid nimis per superlativum, iteratione sententiarum vel verborum. *Posuisti tenebras, & facta est nox.* Paulusque inquit: *Tenebris obscuratum habentes intellectum.* Apuleius, 9. *Metam.* stylum imitatur Græcismi. *Fumosis tenebris* (inquit) *vaporosæ caliginis.* Plin. *lib.* 30. *cap.* 3. ex quo Isidor. 12. *Etymolog.* 3. de Talpis : *Damnatas cæcitate per-* *Ps. 103. 20. Ephes. 4. 18*

*perpetuá, tenebris etiam.* Senec. in *Medea* v.741. *Chaös cæcum vmbroſi Ditis.* & in *Agamemn.* v. 466.

Senec.
*Lux conditur, ſtellæ cadunt, cœlum perit,*
*Nec una nox eſt, denſa tenebras obruit*
*Caligo, & omni luce ſubducta fretum*
*Cœlumque miſcet.*

*Infernus ſignatus per tenebras.*

En ſumma caligo, & tenebrarum ſumma. Quare Ethnici infernum haud aliud putarunt niſi locum tenebroſum (quem ſignat etiam Iobus, 10.22. *Terram miſeriæ, & tenebrarum*) obſcuritatem, tenebras & caliginem; uti obtervat La-Zerd. in 6. *Æneid.* v. 363. n. 1. Vateſque ibid. v.267. inquit;

Virgil.
*——Caligine merſas*
*Ibant obſcuri ſola ſub nocte per vmbras.*

Euripides in *Bacch.* v. 510. *Obſcuras videat tenebras.* Manil. d. v. 43. & Souſa Ethnicorum ſequens cogitationem, lib. 3. de *Conception* v.8.

Manil. Souſ.
*Fugit in infernas caligo puſa tenebras.*
*Ad nigras ſine luce domos, ſine Sole receſſus;*
*Ad Phlegethontæis ardentia ſulphura ripis.*

Ita ergo cùm ſuper cæca caligo, e receſſu inferorum aſcendiſſe dicitur à Lucretio, 6. de *Rer. natur.* à v.249.

Lucret.
*Quód tunc per totum concreſcunt aëra nubes*
*Undique, uti tenebras omnes Acherunta reämur*
*Liquiſſe, & magnas cœli compleſſe cavernas.*

43 Aliter præter dicta cogitandum, ubi lux proponitur ſine tenebris, & tenebræ ſine luce. Primum de Deo dicitur: *Lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt ullæ.* 1. Ioann. 1. 5. Quomodò lux, fuſe expoſuimus, *Tom. antec. T.* 11. *à n.* 28. Vel apud Ethnicos, ut notat Chartar. Præfat. in *Imagin. Deor.* fol. 14. ex Euſebio *ſimulacrum ſummi Dei fiebat ex materia lucenti, qualis eſt cryſtallus.* Cur autem ſi lux, nullæ in illo tenebræ, *Tom.* 3. *T.* 6. *à n.* 11. Si ex lucis acceptionibus eruitur ſenſus, idem eſt, ac Deus ſumma felicitas, ſumma in cunctis ſummitas, perfectio ſine ullo defectu, plenitudo ſine diminutione, magnitudo ſine quantitate, veritas ſine fallacia, & præ cunctis eminentia. Rabb. Schabthe ita, & non ineptè cogitat: *Centrum reſpectu infinitudinis, eò quòd infinitudini reſpectu luminis ſui magnificentiſſimi, nullus eſt finis vel terminus.* Si literalitèr exponitur teſtimonij phraſis; idem eſt, ac dicere *Lux lucidiſſima*, ſumpta Bebæoſi pro ſuperlativo. Dracontius de *Oper. ſex dier.* v. 13.

*Quid in Deo lux ſine tenebris?*

Rab. Schab. *Bebæoſis.*

Dracont.
*Clarus ubique Deus, nunquàm mutabilis, auctor*
*Quem non obſcurant quacunque ex parte tenebræ,*
*Nec celantur ei quæcunque obſcura geruntur.*

Amòs 5.18. Si Deus ita lux eſt, ut tenebræ in eo non ſint ullæ, quare *Deis Domini tenebræ, & non lux?*

44 Huiuſmodi prognoſticum indicat duabus reliquis Tribubus (decem pridem in captivitatem adductis) immutabile divinum etiam de captivitate decretum, ut factum eſt; ſumptâ ſimilitudine iudicij extremi, vel diei generis humani univerſalis iudicij, quo iudex mortuorum conſtitutus ac vivorum cum magnifica gloria, reddet ſingulis ſecundum opera ſua. Ideò à Ioële dicitur, 2. 31. *Dies Domini magnus & horribilis.* A Petro, 2. Act. v. 20. *Magnus & manifeſtus.* Tunc manifeſta erunt abſcondita cordis noſtri; magis nobis horribilia, quia manifeſta. Horribilis profectò, & propter manifeſtationem criminum, & propter ſupplicium indeclinabile & irrevocabile illorum; unde conſtet impijs, quòd tenebræ & nulla lux. Status priſtinus orbis à lapſu primi parentis, umbræ & umbræ, tenebræ & tenebræ, ex abſentia Redemptoris. Apparuit humanitas Salvatoris noſtri Dei, & gratis; habitantibuſque in tenebris, ac umbra mortis, lux orta eſt eis. Unde Paulus aiebat: *Nox præceſſit, dies autem appropinquavit.* Si per lucem gratiæ cœleſtis ſignatur in cœleſtia ex captivitate libertas, ac per tenebras afflictionis ex iniquitate animarum captivitas; adveniente luſtitiæ Sole, nox peccatorum præceſſit, dieſque gratiæ appropinquavit. Aſſertor enim de ſe dicit, quod pridem Propheta: *Spiritus Domini ſuper me. Evangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captivis remiſſionem, & cæcis viſum, dimittere confractos in remiſſionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.* Tempus nimirùm indulgentiæ & tempus etiam extremi iudicij. Altiſsimè quidem, ut hominum deſes cæcutiens animus formidaret, ne

*Iudicium univerſale unde horribile?*

Ioël, 2. 31.

Rom. 13. 12.

Luc. 4. 19. Iſai. 61. 2.

peri-

periret, ex tempore tempus. Sicut ut pœniterent, illis fulsit divina gratia cum cæteris donis, quasi lux sine tenebris; haud aliter in iudicio ad iudicium, quippe pœnitentiæ non erit locus, nec tempus ampliùs; dies ille peccatoribus horribilis: horribilis planè, quippe Domini iustitia in die illa absque ulla misericordia. Tota tenebræ & non lux: nimirum, sine ulla clementiæ spe. *Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem; in quocunque loco ceciderit, ibi erit.* Eccle. 11. 3. *Dies* profectò *tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tubæ & clangoris.* Sophon. 1. 15.

*Horribile onus, in pœnitentiam neglectum ab homine tempus.*

45 Si ante iudicium corda paventia propter tot horrida gravida signa, ut dicant montibus, *Cadite super nos*, quasi in solatium; quale profectò iudicium? *Quis finis eorum? Et si iustus vix salvabitur, impius & peccator ubi parebunt?* Quid peccator dicturus, cùm vix iustus sit securus? Si per tenebras indicatur calamitas, atque per lucem felicitas: *Nunquid* (subdit Propheta) *non tenebræ dies Domini & non lux? Caligo & non splendor in ea.* Nec rimula in levamen & subsidium. Senec. in *Agamemn.* à v. 487.

1. Petr. 4. 18.

V. 20.

*Peccatoribus in iudicio tenebræ sine luce.*

Senec.

*Nec hoc levamen denique ærumnis datum est,*
*Videre saltem & nosse quo pereant malo.*
*Premunt tenebræ lumina, & diræ Stygis*
*Inferna nox est: excidunt ignes tamen,*
*Et nube dirum fulmen elisa micat.*
*Miserisque lucis tanta dulcedo est malæ.*
*Hoc lumen optant!*

Dies alicuius est tempus optatum, atque nactum in meditatum propositum, quasi theatrum in quo ostenditur, quod tacitè servabatur. Unde *dies hominis* dicitur, quo pompa glorioſa ac felicitas ostenditur. Ierem. 17. 16. de quo alibi. D. Thom. *Quodlibe.* 48. cap. 2. diem accipit hominis pro die *nativitatis, conversionis; mortis, vel adventus districti iudicij.* At dies districti iudicij potiùs quàm hominis, dicetur Domini dies: igitur quasi venit in districtionem, quam peccator obliviscebatur diem. Iccircò Dominus illos alloquitur: *Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? Mea est ultio, & ego retribuam in tempore.* Deuter. 32. 34. 35. *Dies enim Domini* (ait Isai. 2. 13.) *super omnem superbum & excelsum, & super omnem arrogantem, humiliabitur.* Ita etiam Augustin. 1. de *Consens. Evang. cap.* 28. Dies hìc sumitur pro tempore congruo, quasi pridem in vindictam non esset tempus. Dies hominis in theatro felicitatis uti lux sine tenebris: dies Domini pro diebus hominis, cui in mundo fausta atque dextera sors; totus tenebræ & non lux. Nulla maior peccatori calamitas, quàm sine infelicitate tota felicitas. Vel Ethnicus Fortunam insidiantem agnovit. Tribus nuncijs felicissimis simul auditis à Philippo Amyntę dixisse fertur: *O Fortuna! Aliquo levi malo memet affice, pro tot tantisque lætissimis bonis.* Erasm. Roterodam. 4. *Apophthegm.* n. 2. Contrarium in diebus Dei & hominis votum. Dies diei eructat verbum: igitur si hominis fulgor sine fortunæ caligine; dies Domini, in dies hominis, sine lumine tenebræ: non solùm non erit gaudium; sed premens præsens æternum tormentum, instante intensissimo cruciamine, absque ulla consolatione. Afflictionis summitas indicatur per cæcas sine luce tenebras. *In iudicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reservavit.* Phrasis communis etiam apud exteros sacri eloquij. Aratus in *Phœnomen.* v. 90. *Stellæ lucis indigæ, & nequaquam splendidæ.* Sophocl. in *Antigon.* v. 808. *Ultimum lumen inspicientem Solis, & nunquám rursùs.* Plaut. in *Pœnul.* Act. 4. scen. 2. v. 13. *In totis ædibus tenebræ, latebræ.* Heu! Dicent impœnitentes, in flagitijs capitones.

*Acceptiones diei.*

D. Thom.

*Nulla maior calamitas, quàm sine infelicitate felicitas.*

Erasm.

Iudæ v. 7.

*Geminatio pro excessu*

*Quò ferimur? Ruit ipse dies, orbemque relictum*
*Ultima perpetuis claudit natura tenebris.*

Albinov.

Accinit Pedo Albinovanus, apud Marc. Senec. *Suasor.* 1. Stoicusque in *Agamemn.* v. 720. & in *Oedip.* v. 590.

*Fugit lux alma & obscurat genas*
*Nox atra, & æther abditus tenebris latet:*
*Tum torva Erinnys sonuit, & cæcus furor,*
*Horrorque, & unà quicquid æternæ creânt*
*Celantque tenebræ. Stupuit exangue vulgus.*

Senec.

S. Benedict. *Tempus præsens confertur in pœnitentiam.*

Fugiamus cum pœnitentia à ventura ira, ne propulsemur à cœlesti patria. *Dominus expectat nos quotidiè* (docet assectas gratiâ Benedictus & nomine. *Prolog. in Regul. Sancti.*) *his suis sanctis monitis factis nos respondere debere. Ideò nobis propter emendationem malo-*

*malorum, huius dies vitæ ad inducias relaxantur.* Felix, qui *iudicat* (ut ait Paulus, Rom. 14. 5.) *diem inter diem*: felicior potiùs, qui *iudicat omnem diem.*

*Variet. lection.* 46 Hoc profectò didaſcalicum: in Litera ergo levis varietas lectionum. *In tenebris ſedeo; & lumen cœli non video.* Tygurin. *Cæcus iaceo, & non video lumen Solis.* Græc. *lucem cœli, & oculi ſub caligine.* Cuncta expoſita: à cœlo in cœlum lux data. Vocati ſumus in admirabile lumen. Si criminum albugine cæci, accedite ad Deum & illuminamini.

## ADINATON EXEGETICUM.

*Epiloq. excurſ.* 1. Querebatur homo in Tobia cæco, interrogatus de gaudio. *Quale gaudium* (dixit) *mihi, qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video?* Quieſcant querelæ, dum apparet Verbum Divinum in carne: igitur ſi patitur cæcitatem, quippe in cœlo cœli lumen; iam in tenebris non ſedet, qui in terra lumen cœli cum gaudio videt, ſuperato à modo, etiam amoris exceſſu.

2. *In tenebris ſedeo, & lumen cœli non video.* Si cœli lumen in terra, unde corda, fugiunt gaudia? Haud pendet carentia à luce, ſed à peccatorum inolità cæcitate: etenim lumen cœli oriens rutile non videt, qui inter criminum tenebras cæcè ſine motu ſedet.

3. *In tenebris ſedeo, & lumen cœli non video.* Si idem omninò, quare regerit, quòd lumen cœli non videat, & quòd in tenebris ſedeat? Optat in luce ſimul ac tenebris, videre nativitatem Salvatoris: quandoquidem ubi in tenebris, cœli luminis claritas; hominis, prorſùs cæci, ſumma felicitas.

4. *In tenebris ſedeo, & lumen cœli non video.* Nil mirum, quod cœli lumine careat, cùm in tenebris infeliciter ſedeat. Quidum de eodem geminatur queſtus? Ut rutilet felicitas, qua donatus Benedictus: etenim ſi in mundo tenebræ vitæ, extra mundum lumen cœli; in tenebris vitæ ſedens, cœli lumen clarè vidit, quippe quàm in mundo extra mundum habitavit.

5. *In tenebris ſedeo, & lumen cœli non video.* En ægritudo ſenis, ſed ridicula affectionis: etenim cùm præ cæcitate in tenebris ſedeat, & in tenebris nil videat; arbitratur in dilecto non tàm videre lumen, quàm cœleſtem ſplendorem.

6. *In tenebris ſedeo, & lumen cœli non video.* Quod idem eſt in oculorum ſenſationis privatione, uſuvenit diverſimodò affectionis cæcitate: igitur ita propendet in dilecta, & averſatur non propria; ut in lumine cœleſtes dotes non videat, & in tenebris lumen, quod non videtur, diſcernat.

## DIDASCALIA PRIMA.

### *In Verbi Incarnatione homini mirabilis fructus, in Virgine modus.*

*Virgo præſtantior cunctis.* 1 FLores iam apparuerunt in terra noſtra de fuga hyemis; equidem fulget Virginis venter acervus tritici vallatus lilijs.

*Tanto virginibus præſtantior omnibus illa*
Ovid. 2. Metamor. fab. 12. *Ibat, eratque decus pompæ, comitumque ſuarum.*
*Obſtupuit formâ Iove natus, & æthere pendens,*
*Vertit iter, cœloque petit diverſa relicto.*

Digna planè, quam reſpiceret Dominus, cuius decorem concupiſceret Rex, cuius odore ſuaviſsimo, ab æterno illo paterni ſinus attraheretur accubitu.

Sil. Ital. 7. v. 173. 7. *Nec pigitum parvoſque Lares, humileſque ſubire.*

*Limina cœlicolam:*

Tempus florum Chriſti videtur reſurgenti ſanè aptiſsimum; & quia refloruit caro & ad immortalitatem ſurrexit homo. At flores & flores; deſcendente in ſinum Virginis? In Verbi mirabili Incarnatione, viſum impaſſibile paſsibile, immortale mortale, terrenum, quod cœleſte; temporale quod æternũ, & quod divinum, corporeũ. In reſurrectione oppoſita mirabilia: etenim tunc feſtivè plauditur paſsibile impaſsibile, humanum immortale; terrenum cœleſte: corruptibile glorioſum, atque temporale æternum, ſine nociva paſsione, ſine ulla impreſsione peregrina, ex his quæ lubens ſuſcepit, fovens amorem, propter nos homines, & propter

*Floreſcira-mus naturę, in Incarnatione Verbi.*

no-

nostram salutem. Est nexus contradictionis in monimentum humanæ felicitatis: iungiturque tempus floridum, dum de cœlo in humana descendit divinum Verbum: quippequàm tota admirabilis gloria, quam vidit felix natura in corpore resurgentis, utpotè in flore refulsit in gremio Virginis Matris.

2 *Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit*: eloquitur Ecclesia, dulcissima Sponsa. Flores. Quinam? De cœlo, nunquàm qui visi in hoc misero mundo. *In terra nostra.* Quinam flores, flores cœli? *Verbum in carne*: infit Ghisler. hìc. Hi flores apparuerunt in eius incarnatione; sed quod sequitur, videtur prorsùs difficile. *Flores apparuerunt in terra nostra: tempus putationis advenit.* Iam fructuum opimorum felicitates, quùm videntur tantùm flores? Fructus profectò nacti, postquàm Redemptor prostratà ac devictà morte, gloriosè adeptus est palmam triumphi: flores fulserunt in mundo, unita sibi incarnando humanà carne: nexusque fit & florum & fructuum, in assertionem felicitatis hominum; equidem dotes immortalis corporis (quas morte mortuà glorioßssimè ostendit) visæ profectò in flore, dum corpus mortale sumpsit. Intuitus in tot demonstrationibus cordis amantis, sanequàm propter nos homines; tendens in nostram utilitatem & propter nostram salutem: nectunturque fructus carnis passibilis, & flores impassibilis carnis; igitur singulari prodigio in genitricis claustro fructus fœcundæ visus est matris, cum floribus miris integerrimæ virginis. Sedul. *lib.* 2. v. 39.

Cant. 2. 12. Ghisler.

*Cur tunc cum floribus fructus?*

——*Stupet innuba tensos*
*Virgo sinus.*

Sedul.

3 In honorem Matris Deorum ab Ethnicis celebrata singulariter sacra, quæ *Hilaria* ab illorum plausu dicta. *Circa Matrem Deùm, catabasi finita, simulationeque luctus peractà, celebrabatur lætitiæ exordium ad octavum Kalend. April. quem diem Hilaria appellant* (ait Macrob. 1. *Saturnal.* cap. 21.) *quo primùm tempore Sol diem longiorem nocte protendit.* Pridem signa exhibebantur luctus, pòstque acclamationes & plausus. Causam Macrobius refert; quia Sol diem longiorem nocte facit. Ovidius, 1. *Metam.* Fab. 6. quia visa in terris divinitas:

Macrob. *Hilaria in honorem Matris Deorum.*

——*Summo delabor Olympo,*
*Et Deus humanâ lustro sub imagine terras.*

Ovid.

Sibylla apud eumdem, 1. *Fastor.* v. 239. & Pier. Valerian. *lib.* 45. *cap.* 5. quia de cœlo Deus emissurus salutem, quasi navem de longè portantem panem.

*At bona posteritas puppem formavit in are,*
*Hospitis adventum testificata Dei.*

Idem.

Præut suscepit Gentilitas à dœmone obscuritatem, in mysteria cœlum contulit mentis illuminationem. Fulsit vel in tenebris scopus. Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. In obsequium Matris Dei, Reginæ cœli Mariæ, Christicolarum celebrant additissima corda, Virginis Hilaria magna; luctu ex catabasi finita (obscuro tenebris cœlo) qui cursum intercepit iucunditatis; propter mortem, ecclipsim lucidi Solis. Micat iam profectò gaudium, atque lætitiæ exordium. Unde ergo? An quia in carne glorioßa per novam lucem, Sol Christus ostendit carnis immortalitatem; ita ut qui in corpore novum mortale habuit ortum, non cognoscat ultra occasum? Gentilitas, quia Sol ascendit plausum ex hilaritate astruit: nos, quippe è cœlo descendit. Illa, quia amplioribus radijs gloriosè lustrabat cœlum: nos, quoniam relicto cœlo, descendens illustrat mundum. Clariùs igitur. Iste Sol, non solum Sol, sed est Verbum divinum; quo inter homines felix hilaritatis exordium; quoniam ut floreret genitricis virginitas, & Deus humana lustraret sub imagine terras. Gaudium & summum, utpotè gaudium plenum; quia cùm impleret Empyrij ambitum, quin in mundo relinqueret divinum parentis sinum; ut homo hospes venit in infima orbis, spectabili navi Virginis matris: ex qua ortus est Iustitiæ Sol, hospitis adventum testificata Dei. Catabasis dicitur inferior Solis descensus. Cessat iam Adami luctus: etenim mors absorpta totius generis, inferiore descensu divini Solis.

*Aptatis in Christi atque matris obsequium.*

4 In signum felicitatis Prisci autumarunt nasci pulcherrimos flores, quoties aliquod Numen videbatur in terris. Dausqueius in illud Sil. Italic. *lib.* 7. v. 176. *Lætus nec sensérat hospes, adveniße Deum.* Cornutus & Theodor. Marcil. in illud Persij, *Satyr.* 2. v. 38. *Quicquid calcaverit hic, rosa fiat*: & Gregor. Nazianz. *Carmin.* 50. v. 412.

*Terra germinat flores ex adventu Deitatis.*

*Terra tuis pedibus proprijs sit pervia, cuncta*
*Sit plana & facilis, floresque educat amœnos.*

Greg. Naz.

Ab Evangelista dicitur signanter flos, quippe Gabriel ad Virginem mittitur in Nazareth; quæ vox Hebraicè sonat civitatem *floridam*, seu *floribus coronatam.* Quorsùm huc, quò nomenclatura *Flos*? Vividè profectò nomen portendit Numen: siquidem locus disponitur in hospitium totus floridus, ut in terris clarescat Numinis felix adventus. Quid si terra floreat adinstar culti industriè viridarij, dum Verbum Dei descendit in inferiores partes terræ, servili formâ & humana, ut minis-

Luc. 1. 26. *Cur ad annuntiationem Virgo habitabat Nazareth?*

sterium complens impleret omnia? Intuitus huius adventus cœlestis, reformatio fuit veteris quassati hominis, in cuius salutem intentâ utilitatem, Angelus Gabriel mittitur *ad Virginem*. Si humani generis reparatio, necessariò interventura Virgo. *Cum ipsa totum faciendum decernitur* (infit Damian. serm. 11. n. 2.) *ut sicut sine illo nihil factum, ita sine illa nihil refectum sit*: etenim si per mulierem & Angelum instructa techna originariæ labis; per mulierem & Angelum exaltatio constituenda veteris hominis; & ad horam, *ut cursibus eisdem, quibus dilapsus fuerat ad mortem, rediret ad vitam*: ait Chrysolog. *Serm.* 142. Ruit lethaliter fragilis homo, ac in erectionem eius intervenit Virgo: quandoquidem huius vigili industriâ, levanda natura humana. Corruit homo semotus à Numine, nudatus felicitate; quin alius nisi Deus posset constituere reconciliationem, omninò difficilem, hominis & Dei aversam nectens gratia voluntatem: causaque agitur coram Maria, Deo summè acceptâ, hominisque patronâ; quia duntaxàt tantæ interventione Virginis conciliari valebant & ima summis. Cum illa reconciliatio, ut erigeretur homo, cùm per illam & in illa Verbum mirè factum caro: igitur illa sola trahere in sinum poterat virginalem, hominem inter homines, Verbum Numen. *In opere duo potissimum occurrunt* (ait Bernard. Serm. 11. in *Cantic.* n. 3.) *modus & fructus. Modus quidem, Dei exinanitio: fructus verò nostri, de illo repletio.* Mirabile prorsùm: sed quomodò fiet istud? Deus homo, & ut homo in hoc misero mundo! Quomodò? Homo lapsus in pristinum statum tantæ felicitatis restitutus! quomodò fiet? Studio Virginis matris, ex qua fructus per quam modus.

V. 27. — Pet. Dam. — Chrysol. *Tota felicitas hominis à consensu & interventione Virginis.* — Bernard.

5 Pastor nascitur, pastoribusque illicò dixit gaudibundus Angelus: *Evangelizo vobis gaudium magnum; quia natus est vobis hodie Salvator.* Promissio tot sæculis optata; gratiâ ac benignitate Dei, apparuit illo in tempore completa. *Videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis*: dixerunt mutuò exultatione corda, præ nuncio felicissimo salientia, ac novitate perculsa. *Verbum factum?* Pende seriò. Quid est hoc? Verbum dicitur, non fit. Cur ergo dicunt factum, signantes Verbum? Quomodò factum Verbum, dum origo Verbi à Patre; cuius divinum esse procedit à *Dicere* intellectus paterni? Est Verbum divinum dictum, est Verbum divinum factum. Dictum solùm à Patre sine genitrice; quippe sic divinâ generatione. Factum à matre sola sine genitore, ut singulariter clareat; quoniam Christi generatio sic erat. Dictum, signabant in sinu Patris: factum, in utero Virginis. Dictum, in sinu Patris, citra commodum hominis; quem in terra non erigeret, nisi de cœlo descenderet. Factum in utero Virginis, in hominis commodum; quia caro factum: à quo quidem pendebat anxiè humana natura, quia videbatur conditione humana: & ubi Salvator hominum avidè desideratur, non *Dictum* sed *Factum* dicitur; quoniam totius generis firmabatur restauratio, si filius Dei habitu inveniretur ut homo. Hæc utique humano generi gratia, ubi in altera Verbum Dei esset natura. Ni fieret, nequibat esse, pro humana felicitate: & dum enunciant Verbum, non dicunt *Dictum*, sed *Factum*; quoniam tunc homo in statum pristinum, si homo appareret, sicut cæteri hominum. Verbum factum quia Salvator, ex quo labilis naturæ splendor. *Verbum* tunc *bonum* plauditur à Propheta, felicitate præcognitâ; igitur formanda hominis reparatio, ubi perfecta redemptio. Quando Verbum dictum, Verbum verum. Quando factum, Verbum bonum: dicitur que ex Virgine bonum, quod à Patre in æternitate dictum; quoniam per assumptam carnem, generis humani sese ostendit Salvatorem. In carne humana Salvator: Verbumque iam factum dicitur; quippe ut surgat homo, est felicitas in facto. *Dies diei eructat Verbum.* Virgo carnem Verbum fecit, quod Pater in generatione dixit: & ubi caro factum est Verbum, inquirunt de Verbo, quod factum est; quia ni Verbum *dictum* fieret, nihil pro salute faceret. Verbum dictum, erat Deus absconditus, cuius absentiâ homo nequaquàm redemptus. Non carnis Salvator, quousque in carne videretur: Salvatorque nunc plausibiliter vocatur; quippe constat Verbum factum, igitur in carne ostensum. Verbum divinum & factum? Nodus planè implicatorius, vel Arianismus. Quomodo fiet? Quomodò factum est hoc? A Domino factum est istud pro libertate generis, quod est mirabile in oculis nostris.

Psal. 44. 2. — Psal. 18. 3. — *Quomodò Verbum verum, fuit in carne Verbum bonum?*

6 Astruit Paulus cuius insignis periodus, *Cùm in forma Dei esset, in similitudinem hominum factus.* Summa prorsùm terminorum implicatio, *Habitu inventus ut homo.* Homo, qui originem habet ab intellectu? Implicat in Patris generatione, Verbum fieri; quippe tantùm dici, est esse. Si Verbum factum fuit, qua ratione *in forma Dei*? Si Dei formâ divinum est verbum, quomodò factum? Ubi forma Deitatis? Ubi speculum originis? Profectò in assumptâ car-

Luc. 2. à 10. — V. 15. — *Et à Patris verbo in carne.* — Phil. 2. à 6.

Gal. 4. 4. carnè, quoniam *factum ex muliere*: infit in nostrum scopum plausibilis Doctor Gentium. Ex Patre Verbum, sed dictum: ex muliere Verbum factum. *Factum ex muliere*, quæ vicit orbe suspenso impossibile. *Natura miratur, reveretur Angelus, veretur homo, stupescit cœlum, extremit terra*; inquit Damian. quo supr. *n.* 1. Miratur etiam cœlum singulare prodigium. Cupientes videre pastores Verbum factum, & à Domino ostensum, ut pateret impossibile superatum per mulierem; *invenerunt Mariam & infantem.* Vicia est cogitata impossibilitas, ut in Virgine matre fulgeret novitas: igitur si necessarium, quod Verbum Patris *dictum* esset factum, ut exul homo rediret faustè in Olympum; ingenio fœminæ & gratiæ dexteritate, ut miraretur natura, obstupescerent cœlestia, revereretur Angelus, coleret mundus; filius Dei, & in forma Dei est factus. O prodigium! Factum Divinum Verbum: factum scilicet caro, qua Deus homo, in miraculum & spectaculum orbis, in thalamo virginali purissime genitricis.

P. Dam.

Luc. 2. 16. *In carne Verbum singulare prodigium.*

Senec. *Mortale cœlo non potest iungit genus.* Dixit iurè Seneca, in *Hercul. furent.* v. 446. Profectò iurè: sed cœlum potest iungi mortali generi: quandoquidem propter summam Numinis dignationem & propter nostram salutem; Verbum divinum *dictum* ineffabiliter à luminum Patre, caro videtur factum ex muliere, matre Virgine.

7 Per hanc singularem Virginem, filium Dei pastores invenerunt infantem. Finxit Antiquitas, Iovem Opt. Maxim. supremum Numen, cùm voluisset descendere in orbem, ut augustè habitaret Capitolium; Mortis offendisse occursum, sub titulo Termini, penitús inflexibilis; siquidem mors terminus mortalitatis. Ovid. 2. *Fastor.* à v. 667. accinit:

*Certamè Iovis & Termini.*

*Quid? Nova cùm fierent Capitolia, nempe Deorum*
*Cuncta Iovi cessit turba, locumque dedit.*
*Terminus (ut memorant Veteres) inventus in æde*
*Restitit, & magno cum Iove templa tenet.*

Ovid.

Fabula, seu verum canitur? Sublimior næ mythologia, quàm à Gentilitate fingitur. Deus solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem: idest, immortalis & glorioſus habitat cœlum. Descendit ergo propter hominem in mundum: & licèt magni habendum, quod descendisset; maioris profectò, quod ita, aut quodammodò descenderit; ut amorem quo flagrabat pectus, antecelleret cogitato studio modus: igitur cùm offendisset mortem per carnem: mortalem carnem assumpsit propter hominis amorem. Sic Deus mundum dilexit, ut in mortem filium suum unigenitum daret. Hæc est eximia charitas, ex qua summa generis felicitas: equidem cùm posset, ut illustraretur mundus, de cœlo descendere immortalis & glorioſus; voluit quòd mundus propter vehementiam amoris, immortalem videret sub iugo mortalitatis.

*Quo filij Dei vehementior erga hominis amor?*

8 Innuit Paulus. In temporis plenitudine (infit) *misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege.* Filium suum misit in mundum, salutem hominum (ut haberet homo novum esse in utero genitricis) cæterùm factum etiam sub iugo legis. At cuius? Si concipitur in similitudinem hominum, & eiusdem conditione carnis; lex proculdubiò erit mortis: quibus contigit nasci, statutum est hominibus, semel mori. Mors? Quanvis homo, filius Dei immortalis Dei filius, utpotè Deus. Prorsùm immortalis; sed excessum voluit ostentare summi amoris. Immortalis, sed decrevit mortalem descendere in mundum, ut in gratia charitatis nimiæ manifestaret obsequium; & opus eximius vinceret veniendi modus: etenim cùm posset glorioſus descendere in exterminium mortis; se dedicit, quoniam voluit, legi passibilitatis. Clareat amoris studium, atque Virginis ingenium. *Factum ex muliere, factum sub lege.* Mortis est lex, mulier mater: diciturque factus in carne, ex muliere, etiam sub lege, quùm descendit in mundum, qui moderabatur cœlum, ut luceret gratia matris in reparatione hominis: igitur si mors eius vita defunctæ humanæ naturæ, quæ surrexit crucis morte; visum immortale mortale, & mortis subiectum legi; quùm Numen de cœlo veniens accederet templo, quod construxit in ventre mater & virgo. Hæc nonne nimia charitas? & in Virgine admirabilis potestas, ut Verbum à Patre dictum, pro cœlo cœlum relinqueret caro factum: siquidem si modus cunctorum negotij sæculorum ad Virginis regebatur arbitrium (qua de causa Angelus ut abiret, eius præstolabatur consensum, quem filij Evæ expectabant etiam avidè) ut gauderet in cœlo spectabili gloriâ, exul humana natura; dum operis tanti consentiens exhibuit modum, exhibuit etiam amoris excessum: in eo stante operis mirabilis magnitudine, non solùm quod Deus veniret, ut homo in viscera matris; sed quòd veniret etiam ut homo passibilis.

Gal. quò sup.

*Formatrix matre.*

9 Querebatur homo in Tobia cæco,

Tob. 5. 12. *Lumen cœli in terra, Deum concipiente Maria.*

interrogatus de gaudio. *Quale gaudium* (dixit) *mihi, qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video?* Quieſcant querelę, dum apparet Verbum Divinum in carne: igitur ſi patitur cæcitatem, quippe in cœlo cœli lumen; iam in tenebris non ſedet, qui in terra lumen cœli cum gaudio videt. In modo deſcenſus luminis fulget eminentia amoris: igitur ſi adventu explicatur dilectio; maior, quia venit ut paſsibilis homo. Propoſuit ergo Chriſtus, quantum in amore, amoris tanti rutilaret modus. *Sic* (ait) *Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret.* Amoris ſanequàm exceſſus eſt; verùm reſtat ſciendum quid eſt *Sic*? Verbum herclè emphaticum, propter charitatis exceſſum; dixit, *Tom. 1. T. 3. D. 4. n. 4.* Dicere *Sic*, dicere eſt ſummum amorem. Verùm in quo conſtruit charitas excellentem magnitudinem? Miſit Deus Filium in mundum, *ut ſalvaretur mundus per ipſum.* Homo non ſalvatur, ni Salvator moreretur. Salvator Deus non ſubiacet legi mortis, quoniam Deus eſt immortalis: poterat venire Verbum Dei factum caro, verus homo, & in veritate carnis, quin eſſet caro paſsibilis: cæterùm ni ex decreto moreretur caro, non ſalvaretur deſcenſu ſalvandus homo: & cùm Filius Dei in mundum mittitur, *ſic* Deum dilexiſſe, meditanter enunciatur; ut dum dicitur modus, clareat amoris exceſſus: quandoquidem ſi mittere exhibitio amoris eſt; maior eſt, mittere ſic. Sic paſsibilis, ſummum erat humanæ felicitatis: ſummumque non feciſſet, modò caro & nocivæ paſsionis capax non eſſet; igitur humani generis adveniſſet illuſtrator, ſed non Redemptor. Venit in carne mortali, quippequam Salvator venit: & dicitur, mitti *ſic*, ut conditio humana eſt; ut gratiæ exhibeatur modus, in demonſtratione adventus: igitur ſi *ſic* veniendo, ſalvatur homo; ſalus promptiſsima eſt, quippequàm mittitur *ſic*. Clariùs: Ex amore planè filij miſsio: verùm non maior, neque plena dilectio. Non ſic, amor, amor prorſùm: ſic, eximium: etenim licèt non ſic, ab amore mittebatur; maius, quòd ſic mitteretur. *O venter* (infit P. Damian. d. n. 3.) *diffuſior cœlis, terris amplior, capacior elementis; qui totum claudit, omnia continentem*? Diſſolvit impoſsibile mater Deum concipiens hominem, & etiam miniſtrando in formam carnem paſsibilem. Impoſsibile victum: cæterùm, quomodò factum? Difficilis modus in collationem gratiæ; ſed modus repertus formæ, in thalamo puro, ac virginali Mariæ.

Ioann. 3. 16.

V. 17.

*Magnum, quòd Salvator veniret; maius, quòd veniret in carne; maximũ, quòd carne paſsibili.*

Damiani.

10 Eminuit modus: ex modo quidem diſpaleſcat fructus. Fructus fuit humana redemptio, & ſtatus felicior conditione in paradiſo. Felicior? Utique: redit homo in vitam, ac vitam gloriæ. Excutit priſtinam ſervitutem; quin formidet amittere libertatem. Verùm hoc quomodò fiet? Cùm in forma Dei eſſet genitus in Patris ſinu; per matrem habitu invenitur ut homo. Ars fuit Virginis, ut ſanaret conceptione ſupplantationem generis: etenim ſi gloria prima, quòd homo fieret ad imaginem Dei; ad maiorem gloriam generis, ſecunda gloria non ſic. In formatione, Dei ſimilitudo in homine: in reformatione, pro vulneris primævi ſanitate; totus Virginis Matris ſcopus, Deus in ſimilitudinem hominum per illam factus.

*Modus in reformatione arte Virginis, diverſus ex diametro à formationis modo.*

11 Si deſcriberem hieroglyphicum tanti myſterij; eligerem aptè quod Apoſtolis contigit cum invalido Lyſtriæ. Ibi homo erat, quin pedem moveret, ex quo corruit: igitur ruina & paralyſis ex ventre matris; *Infirmus pedibus, claudus ex utero matris ſuæ.* Totus verſus terram ob pravam inclinationem; ſed Paulus verbo tantùm erexit in rectitudinem. *Surge ſuper pedes tuos rectus, & exilivit.* Stupuit civitas, viſo prodigio, & cunctorum crebra in plauſum acclamatio: *Dij ſimiles facti hominibus, deſcenderunt ad nos.* Haccine in hiſtoria, propoſiti noſtri clareſcit Allegoria. Deus fecit hominem rectum, quem ſerpens ſupplantatione fœminæ conſtituit curvum, & ita claudum in amiſſam rectitudinem; ut vitio inolito nequiret movere pedem. Vitium pro natura inolevit, ex quo cum genitis ruit; contracta claudicatione originis, etiam ab utero matris. Quia obliqua, quæ fuerat formæ humanæ rectitudo, formæ procurata eſt reformatio: & unico Verbo, qui erat & eſt æterni, immutabilis Patris, veniente in infima orbis; redivit in ſtatum veteris rectitudinis, atque miraculo felix ſtetit in pedes. Hoccine prodigium providentia ſervavit, ut homo rectè procederet; quouſque halitus, ſplendor mentalis Patris divini, candorque lucis æternæ, Verbum Numen caro factum; audiretur & ſimul videretur in hoc mundo. Formatum eſt in uno cunctum humanum genus; quod ſurrexit, quùm homo fuit reformatus. Verbo reformatus eſt, qui formatus fuerat verbo. Indicatur in fructum reformationis, futurus modus miraculo rectitudinis; ut interveniente Mariâ, fieret amplisimè gratia. Nequibat homo in ſe reverti, in pedes ſtare, ac erigi; ni ſibi haberet & ſecum humana natura Deum. Futura felicitas expreſsè ac ſignanter in miraculo hoc, quando Deus eſſet individuum ſpeciei: & dum miraculum fit in homine facto in ſimilitudinem

Act. 14. 7.

V. 9.

V. 10.

*Homo erectus in priſtinam rectitudinem. Dei Verbo aſſumente carnem.*

Dei-

Deitatis, exprimitur Deus in similitudinem hominis; ut hoccine modo constaret & rectitudo, & hominis reformatio: quandoquidem in fructum operis totius generis erectio; cùm inter homines Deus habitu carnis videretur ut homo. Mundus qui vidit rectitudinis humanæ formationem, vidit reformationem in rectitudinem. Quomodò? In Virginis claustro: si ergo in similitudine humanâ spes collocata est tota; ergo feliciter nacta: quandoquidem per matrem virginem, videtur Deus homo & ad hominis imaginem. Modus insignis, ut à formatione differret reformatio, quę facta, atque perfecta diverso modo: igitur ibi imago hominis in similitudinem Deitatis; sed hic in thalamo purissimo Virginis, imago perfecta Patris in adæquatam similitudinem hominis.

*Per Virginem Deo homo, & ad hominis imaginem.*

12 Deum quærebat cæca Gentilitas, graviorque in modo prævalebat cæcitas: igitur cùm non obviaret, vel obvium lignum in Numen elegit. Totus artificis labor, ait Sapiens: *Ut assimilet illud imagini hominis.* Cùm multi commutantes gloriam incorruptibilis Dei, formam finxissent Numinum, in similitudinem animalium, volucrum, quadrupedum & serpentium; quare aliquando vel in ligno formam Numinis sculpere satagebat ad imaginem hominis? Gentilitas sanè cæca, sed salutis ab illa quærebatur sciagraphia: etenim student, modò assimilent; quærere Deum, si fortè attrectent. Excusetur in sensum altiorem cæcitas;

Sap. 13.13.

*Siqua fidem tanto est operi latura vetustas.*

Virgil. 10. Æneid. v. 792.

Sciebant Ethnici (& à PP. ut alibi dixi) mundi fore feliciorem statum, cùm Deus ut homo adveniret in mundum. Nesciebant Numen, cognoscebant hominem: at quærebatur licèt modo pravo, ut in pristinam gloriam mundi fieret restitutio: tunc obtinenda salus, ubi inter homines Deus. Quos fallebat superstitio, perlactabat obumbratio: & cùm ex Numine homine penderet exitus felicitati; inquirentes in umbra signum salutis, formabant Numen ad imaginem hominis. Nos illuminati, mysterij tanti habemus speciem; quippe ambulamus per fidem, capientes fructum, atque venerantes modum: igitur si homo Deus, cùm Deus videretur homo, non tantùm gratia, quia venit, sed etiam quia in carne apparuit in hominis facti imagine, corporis similitudine.

*Factus homo, dum Verbum caro.*

13 Propter matris vanitatem, qua Dijs Cassiope cupiebat videri similem, virum trahens in huiusmodi fatuitatem insolentem; tradita filia virgo Andromeda, vincta ferro diro cauti, miserè devoranda draconi. Ovid.4. *Metam.* fab.18. succinit: Maniliusque. 5. *Astronom.* à v.549.

*Hanc quondam pœnæ dirorum culpa parentum*
*Prodidit, infestus totus cum viribus omnis*
*Incubuit Pontus, timuit naufragia tellus*
*Andromedam teneros ut bellua manderet artus.* Manil.

Vidit Perseus è cœlo sublimi, eximiæ correptus imagine formæ, victus victor in Andromeda, ac super illam commota sunt viscera: unde ultrò se obtulit libertatis vindicem, explorans ac plorans tantæ pulchritudinis stragem: decrevitque descendere promtè de cœlo, ut caderet crepans insatiabilis draco: quo mortuo asserta puellæ libertas; quam fractis vinculis, accepit in nuptias.

*Perseï & Andromedæ allegoria.*

*Bellua punicio mixtos cum sanguine fluctus*
*Ore vomit: maduere graves aspergine pennæ.* Ovid.

*——— Resoluta catenis,*
*Incedit virgo, pretiumque & causa laboris.*
*Solvitque hærentem vinculis de rupe puellam,*
*Desponsam pugnâ, nupturum dote mariti.*
*Hic dedit Andromedæ cœlum, stellasque sacravit*
*Mercedem tanti belli, quod condidit ipse.* Manil.

Claret theatrum umbra futurorum, corpus autem Christi. In fabula elucet tanquàm in speculo, quod protoparentibus contigit in paradiso: quandoquidem propter illorum vanitatem, intendentium cum Deo inordinatam, à Dracone suggestam, similitudinem; eorum filia natura humana, catenis originis temeratæ victa, ipsi draconi traditur devoranda.

*Infelix virgo, quanvis sub vindice tanto!* Idem.

Vidit Verbum divinum è cœlo mancipationem, & doluit miserabilem cladem. Dominus de cœlo prospexit super filios hominum; ac in libertatem decrevit draconis diri exterminium; verùm cùm sine natura humana nollet à vinculis expedire naturam, nec è dracone reportare victoriam; amoris ingenio, mirabili modo, ut charitatis emineret vehementia; duæ naturæ constitutæ in una sola persona. Ex huiusmodi nexu optata libertas, summa charitas, specimen amoris sublimis; quippe iam Deus ad imaginem hominis, ut acquireret sibi in nuptias populum acceptabilem, servatoris, ac bonorum operum sectatorem. Hoccine opus inauditum decrevit, & perfecit quicquid valuit: igitur in mortem serpentis, & reparationem hominis; hominis carnem assumpsit in utero genitricis.

*In Incarnationis mysterio, quid maximum?*

14 Tanquàm ectypum, sive umbra cladis, facta in homine (Dei templo, eius ma-

maiestati in principio dicato ) ex luis primævæ universali incendio ; exponitur à Luca homo sine ullo sensu ceu truncus , utpoté dæmoni traditus : ita & motus impos & mentis ; ut & voces deficerent in expressionem doloris. Verbum Divinum assumens carnem institit in dęmonis expulsionem; ut homo restitueretur fractis catenis in superiorem statum , quin tyrannus quousque fractus intelligeret mysterium. *Erat Iesus eijciens dæmonium , & illud erat mutum.* Ita sub tyranno extitit , quod libertatem etiam turba desperaret , nisi miraculo fieret. Factum est, & perfectà libertate , unde admiratæ sunt turbæ. Tunc adstans fœmina , flagrans amore , recurrit laudibus principio gratiæ , ventri scilicèt Mariæ : *Beatus venter qui te portavit.* Plauditur mater Virgo , ubi liberatur homo ? Quorsùm & unde plausus ? Hoc erat Virginis opus. Acumen est N. Venerab. Bedæ : *Tantá eius incarnationem præ omnibus synceritate cognovit* ( inquit hìc *lib.* 4. cap. 46. ) *tantá fiduciá confitetur.* In huiusmodi articulo , à scopo videtur aberrare laudatio: igitur plaudi debet potestas expulsionis dæmonis , haud unde filius habuit principium carnis. Non extra chorum declaratio originis in libertatem hominis : memoriaque ex proposito incarnationis fit , dum fœmina loquitur de potestate Dei; quippe operatus est pro hominis mirabili libertate , usque ad ultimum potentiæ. Vernaculè : *Diceſe la Encarnacion , quando havia de hablar de todo el poder de Dios ; porque en la Encarnacion echó todo ſu poder.* Astruit Angelic. Doctor , 1. p. q. 25. art. 6. ad 4. *Non potest aliquid fieri melius.* In præfato successu captivus per dæmonem iacet homo : ibi adest filius & mater: incarnatioque filij in illa nominatur, dum homo solvitur, atque dæmon expellitur; quoniam per incarnationem, homo obtinuit, dæmone flammis mancipato, libertatem. Aptiùs ergo in Didascaliæ propositum. Quousque Verbum Dei ( dixi ) videretur caro , haud salvaretur , à dæmone captus homo. In Virgine factum inauditum prodigium : tuncque in Virgine signat Marcella Numinis incarnationem ; quia in illa factum hominis ad imaginem.

Luc. 11. 14.

V. 27.

Ven. Bed.

*Libertas hominis & expulsio dæmonis à filio; sed arte Virginis.*

D. Thom.

15 Hic est fructus quem protulit arbor vitæ , naturæ adhærens humanæ. Videbatur impossibile prorsùm , ramum adoptare ramum. Homo in Deitate ! Deitas in homine! Natura in se reversa, ac in illam antiquam rectitudinem , quasi nullam admisisset curvitatem , in dæmonis dedita mancipationem ! Cadaver iam vitale , ac in gloriam conversa servitute! Quomodò fiet istud? Quomodò factum ? Incarnatione Verbi in Virgine matre , quę è sinu Patris attraxit, & hominibus hominem mater ostendit. Per matris cœleste in amore ingenium, quo Verbum Dei videmus hominem factum. *Traditur epistola Gabrieli* ( infit quò suprà Damiani ) *in qua salutatio Virginis , incarnatio Redemptoris , modus redemptionis , plenitudo gratiæ , magnitudo gloriæ , multitudo lætitiæ continetur.* Plenus gaudio debet esse mundus ; quippe miraculum gaudio replet universum ; ubi exponitur singularis Virginis annunciatio , qua manet mater & virgo , & tanquàm in crystalli purissimæ radijs , incarnatio exhibetur Redemptoris , redemptionis modus , ut tot mirabilium in hominem manet fructus multitudine lætitiæ , plenitudine gratiæ & magnitudine gloriæ. Iurè cœli , hominesque virginem ut matrem plaudunt: filium,

*Quot mira in incarnatione Verbi?*

Damian.

*Auxilium domus, servatoremque fatentur.*

Ovid. ubi supr.

## DIDASCALIA II.

### *Quærentem lucem , nimis oportet prævenire Solem.*

1 APtè in ortum Solis Iustitiæ, quippe iam irradiat cordi: igitur præventus benedictionibus in animarum dulcedinem ; illucet in cordibus nostris & ad illuminationem , qui ita coruscat in Auroræ matris ambitu , fortiores radios emittet in ortu. Ideo de Numine dicitur: *Fabricatus es Auroram & Solem.* Christum, nimirùm , & matrem, quæ nobis peperit, antequàm parturiret , ut Soli venienti cor flagrans pectore exultanter obviaret : ex cuius ortu pretiosissima momenta ; quùm eius fulgor latè nitet in Aurora. Hinc Angelus evangelizat pastoribus gaudium , antequàm viderent Salvatorem exortum : priùs solaris corporis radius , quàm videatur Solis corpus: Angelusque Solis nativitatem Evangelizat, ut homo venturà luce congaudeat , & se ad visionem disponeret ; ne sine præventione, ut non videret , ad visionem accederet. In visionem Solis evangelizando invitat , dum nativitatem Angelus nuntiat : ex nuncio cordium hilaritas , & simul Solis nativitas , vibratis radijs in Aurora pro nuntijs : igitur cùm longiùs dilatentur radij Solis ; priùs cordibus puris ostenditur , quàm nascatur. Dicat pectus Etna amoris pro delicijs:

Psal. 73. 16.

*Sol Christus videtur , priusquàm nascatur.*

Ia-

Claud. 2. in Rufin. v. 305. & 313.

——*Iaculis illinc me figere tenta.*
*Opportuna meis oritur lux crastina votis.*

Appositiùs in amore Solis Iustitiæ ; summi boni , illum animæ quærenti : etenim ubi ardentia cordium vota ; etiam nunc mira lux oritur crastina : pro signo enim mirabili Ioännes describit amictam Sole mulierem, quæ orbi paritura Solem. Vide dicta, *Tom.*5. *T.*11. *D.*6. *à num.*3.

2 Siccine annunciatur gaudium : nihil in tanta notitia mirum ; estò novum. *Christi iuxta carnem nativitas* ( ait Chrysostom. *serm.* penultim. ) *est festum omnium festorum , maximè venerandum , adorandumque : quod siquis appellet omnium festorum metropolim ; haudquaquàm aberret.* Si tantum ex nuncio gaudium , quia gaudium magnum , plenissimum ; quare multos fugit hilaritas , dum pulsat corda festivitas ? Titubant lumine ; & cæci manent , quia volunt esse cæci. *Gaudium tibi sit semper* , dixit Angelus seni Tobiæ : qui respondit : *Quale gaudium mihi erit , qui in tenebris sedeo , & lumen cœli non video* ? Naturalis in homine mœstitudo , si cœli lumen in cœlo ; quippe à negatione cœlestis luminis, origo proveniebat cæcitatis : at si cœli lumen in terra residet, quomodò visione caret? Tenebræ oriuntur ex peccatis , lumen cœleste ex nativitate Solis. Haud pendet carentia à luce , sed à peccatorum inolita cæcitate : cæcusque demonstrat causam , quùm efformat miser de privatione querelam ; igitur Solem Iustitiæ rutile orientem non videt , qui inter criminum tenebras cæcè sine motu sedet. Exoritur in tenebris lumen rectis , non oritur pravis oculis ; ni velint cæcitatem excutere , ut per cordis munditiam mundentur oculi : etenim cùm mundi corde Deum videant, & vel in terra cœli lumina pateänt ; non oritur , in oriente etiam lumine cœli , illi qui sedet in criminum cæcitate. Sedet , & cœcus sedet: lumine sanè non gaudet : igitur persistet sine luminis gaudio , qui ad visionem caret motu. Pastores audientes nuncium , adinvicem dixerunt : *Transeamus usque Bethlehem , & videämus hoc verbum , quod factum est.* Apposite : manerent utique in cæcitate , nec viderent ortum Solem ; ni velint movere pedem.

Chrysost.

Tob. 5. 12.

*Cur radij nascëtis Iustitiæ Solis, non videntur à cunctis?*

Luc. 2. 15.

3 Perpenderis testimonium: *Transeamus , & videamus hoc verbum , quod factum est , quod Dominus ostendit nobis.* Si iam ostendit , quorsùm transitus ? Ut cœli luce vivificetur pectus: etenim si desideria à motu cordis , & expulsio caliginis fulgore luminis; perperàm intenditur Solis visio , absque ullo cordium pulsationis motu. *Videamus quod factum est , quod Dominus ostendit nobis.* Si iam à Domino demonstratum , quid videndum? Iam oculus clarè viderat , quod Domini gratia ostenderat. Quomodò in visionem ostensum ; si ut videant , transeunt ad locum ? Erat ortus Solis , ante nativitatem radijs orientis : & ad visionem ostensum lucis notitiâ ; quia præ fulgore iam videbatur lux crastina. Ulteriùs. Pastores præparantur in transitum , ut videant verbum, quod factum est , & Dominus illis ostendit. Si Dominus ostendit Solis ortus ; quare dicunt , Ut *videamus* ? Quia oportet prævenire Solem, lumen quærentem. Sol iustitiæ non conspicitur, quia ostenditur. Omnibus ostensione nascitur , sed à cunctis non conspicitur. Conspicitur ortus , dum ad visionem præparatur pectus , amore gratiæ , & aversione culpæ : pastoresque in ostenso dicunt meditanter, Ut *videamus*; quippe non omnes vident , quod ostenditur omnibus. *Ostendit nobis.* Nonne cunctis? Nobis duntaxàt ostensus , licèt expositus omnibus. *Nobis.* Claret ostensum , si visum ; non ab ostensione prosperitas , sed à visione felicitas : dicunt , Ut *videamus hoc verbum , quod factum est* ; indicantes , in corde quomodò nascatur Sol: igitur quantunvis ostensum crederent ; sese disposuerunt , ut aspicere possent. Transeunt in Bethlehem ut suscipiant , non ut transeänt : ideo quod illis ostenditur , videtur ab illis; ut pectus satagat ortus in lectulo cordis: quandoquidem parùm refert , quod nascatur , si à pectore non suscipitur.

*Quare qui omnibus ostenditur, non omnibus nascitur?*

4 Ethnicorum lamentabile delirium, qui præ malitia traditi in reprobum sensum. *Phryges* ( ait Plutarch. de *Isid. & Osirid.* ) *Deum arbitrantur hiëme dormire , vigilare æstate. Paphlagones vinctum & adstrictum hyeme , vere moveri & resolvi.* Quod ludicrum & blasphemum in Ethnicis , potiùs Atheis ; moraliter elucet fervidis vel frigidis animis : ait Glossa in *Matth.* 8. 24. Sciunt omnes Christum natum , in cordibus velle renasci ; ut nemo abscondatur ab eius dulci calore. Cor humanum est in hyeme, vel æstate? Iuxta dispositionem pectoris, gratia stringitur vel solvitur : equidem si frigidis nascentis negatur gratia , fervidis corde solvitur in beneficia. Illi qui frigescit , dormit ; quippe negligentes negligit, durissimos corde ; siquidem vel coram Sole , laborant frigiditate. Vide *num.* 10. Motus Solis in ortum ad hominum dirigitur beneficium, verumtamen ad dispositionem hominum : etenim cùm hyëme recedat , & æstate radijs urat ; si frigiditate cor in pectore induratur, dum oritur, nec movetur.

Plutarch.

*Fervidos fovet, negligentes , negligit.*

Utrum.

Ibid.

5 Utrunque videndum. Assertor noster venit in patriam suam ; ut sicut alibi, ibi uti concivibus elargiretur gratiam : at *non poterat ibi virtutem ullam facere.* Non poterat, vel nolebat ? Nolebat quippe non poterat. Venit ut dona conferret, sed cives indignos vidit : iuxta cordium dispositionem virtus divina operatur, & beneficium generosè confertur : ibique non valebat ullam facere virtutem, quippe nec ullam in patria invenit dispositionem. Patet ex articulo. *Duxerunt illum usque ad supercilium montis, ut præcipitarent eum.* En speculum illorum, propter huiusmodi festum, dona cœlestia expectantium; quasi promptissimam gratiam, Salvatore veniente in patriam suam : verùm ibi non potest ullam virtutem facere, videns tantæ gratiæ pravam repulsam in corde : quandoquidem benefactorem fastidiosè proijciunt, & à se furenter in præcipitium repellunt.

Marc. 6. 5. *Sine dispositione cordis, Christi natalis inutilis.*

Luc. 4. 29.

6 Per flammam inter Ægyptios signabatur ortus Solis. *Neque Solem ex loto existimant infantem modò natum oriri ; sed ita Solis exortum scribunt, accensam flammam.* Plutarch. d. Hieroglyphicum profectò nobile, ut in terra signetur miro modo lumen cœli, & quomodò in lumine videtur cœleste lumen, in corde nascente Sole : igitur speculum Solis ortus, lumine flammatum pectus. Ignem venit in terram mittere, ut corda surgerent sursùm; cuius conceptionem votorum promit incendium, siquidem per cordium flammam. Solis ignem vehementem constat advenisse in terram. Dicam ex Propheta : *Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ.* Sol iam natus. Solummodò nunc à cordibus inquiritur, ut in eis per gratiam illuminans renascatur : & de iam orto, dicitur, quod nascetur; quippe nisi Deum timentibus nequaquàm nascitur. Desideratur nativitas, ut vulnerum sanitas, medicamine gratiarum, in subsidium ægritudinum : verùm ubi vulnerum ac medicinæ neglectus, natus est quasi non natus. Romæ ad Soracten, ex Varrone Plinius dicit esse fontem, *ferventi similem, oriente Sole* : lib. 3. *cap.* 2. Nativitas Solis signatur, dum aqua accenditur, cuius conditio frigiditas : patetque ex ortu Solis per gratiam novitas : ubi gratiæ memoria in ignivomum fervorem, convertit pectori innatam frigiditatem. Coruscat enim miraculum & gratitudinis signum ; si Sole oriente mirificâ luce, ex aqua crassa atque frigida, quam pro sacrificio inquirunt ; accensus sit ignis magnus, ita ut omnes mirarentur.

Plutarch. *Nativitas Solis signata per flammam.*

Malach. 4. 2

*Ex cordium inflammatione, elucet natale Christi.*

Plin.

2. Mach. 1. 22.

7 Virgines obviam Sponso exeuntes, pro ornatu acceperunt lampades ; & servi expectantes occurrerunt cum lucernis. Si ut inflammet etiam inimicos per gratiam pulsat : necessarium, quod ante illum ignis pectoris præcedat. *Sanctificamini* ( dixit Iosue cunctis Israëlitis ) *cras faciet Dominus inter vos mirabilia.* Nulla maiora in orbe facta, quam in die nativitatis Christi, ut videris in *Ephemerid.* 25. *Decembris*, & *Didasc.* seq. n. 4. *Gratiam refudit Christi ortus, quam non habuit priùs omnis mundus* : ait Hieronym. *Poster. Epist.* 10. in *Tom.* 4. Cràs Sol orietur : animaque ut lucem videre possit & hodie sanctificatur; quia sine dispositione, sine gratia, Solis exorientis cràs non videbit mirabilia. Mirabilia charismata largiturus advenit, crásque secum collaturum promittit, visione magnà, in terris gloria, cordibus dispositis gratiâ. Hodie, si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra : lavamini, mundi estote ex animi promptitudine, ut copia ingrediatur lucis, quæ nobis propè est in ianuis : igitur summa calamitas, infelicem esse cràs, ubi tanta mirabilia faciet Christus inter nos.

Iosue. 3. 5

*Non videt mirabilia, quorum in disposita corda.*

8 Subit mentem inquisitionis Christi nascentis discrimen, inter Magos & Herodem. *Ubi est, qui natus est Rex Iudæorum?* avidè ab illis inquiritur. Ab Herode autem : *Ubi Christus nasceretur.* Christus iam in lucem editus, quapropter à Regibus vel in urbe requisitus : cur ergo Herodes audiens & signo stellæ, quòd ortus ; inquirit in quo loco nasciturus ? Exprimitur animus longè à lumine Solis ; quem inquirunt Magi lenocinio expectatæ felicitatis. Nolebat in visionem Solis fulgoris disponi, nec mirabilia videre, inquiritque nato Domino, ubi Christus nasceretur; quippequàm ille, estò pius, non inquirenti non oritur. Inquirit de nativitate, sed non inveniet neque lumen in Sole. Haud videt stellam tanti luminis umbram : & quasi non natum meritò tyrannus cogitat, quem pridem natum stella Regibus de cœlo nunciat : quippe sibi non natus; quando virulentum pectus : etenim vel coràm lumen inventu difficile, quia licèt inquireretur, non inquirebatur corde. Econtrà inquirunt Magi, ut sitibundi luminis satientur oculi : equidem præparatione cordis iam natum viderant, quem videndum expectabant.

Matth. 2. 2. V. 4.

*Christus quæsitus invenitur, si corde quæritur.*

9 Antequàm Agnus videretur in throno ( qui mater-virgo, summè oblectata, ut aliò dixit Homer. 19. *Iliad.* v. 18. *In manibus tenens Dei splendida dona.* ) *De throno procedebant fulgura & voces & tonitrua.* Anima his vocibus vocat, ut Agnus in throno appareat. Nihil aliud in adventu audiuntur tanquàm tonitrua, nisi voces & voces Patrum atque nostra vota.

*Maria thronus Dei.* Homer. Apoc. 4. 64

De-

Desideratur desideratus Gentibus : quid amantibus ? vocibusque etiam iunguntur fulgura : ut non solùm præcedant desideria, sed flammantia. Veniet ad voces ? Cor duntaxat dicet testis. *Inclinavit cœlos & descendit.* Ita ? Sane, impulsus ab amore. *Altissimus dedit vocem suam*, qua *commota est, & contremuit terra.* Ecce potissima causa, dum in nos vibrat vocem, in criminum pœnitudinem ; ut retorqueamus tanquàm fulmina voces in Salvatorem, sedentem in cœlo, tanquam in throno, exclamantes quòd de cœlo descendat, & salutem infelicibus conferat : descenditque atque cœlos inclinat, quippequàm iucundè venit in mundum, ubi in terra conspexerit motionem cordium. His vocibus ad nos venit, quem faustè videbimus cras. Curre perniciter nox. His tonitruis, his vocibus, fulguribus, fulminibus pectorum ad nos venit ; quippe præparationem cordis eorum miserator exaudit.

Psalm. 17. 10. V. 8. 14. *Christus oriens advenit, ubi cor pœnitet.*

10 Sermonem reflectit in nos Bernardus. *Ecce enim quàm multi* (inquit serm. 2. in *Cantic.* n. 1.) *in hac eius quæ proximè celebranda est nativitate gaudebunt ; sed utinam de nativitate, non de vanitate ! Illorum enim desiderium flagrans.* Quorumnam ergo ? Dicunt ne : *Recordamur piscium : quis dabit nobis carnes ad vescendum ?* Sedet animo, *Anima nostra nauseat super cibo isto levissimo ?* An quia Rex terræ parvulus est, cupiunt principes eius comedere mane ? An (ut canit Orpheus, *Argonaut.* v. 497.)

Bernard. *Unde ad adventum Christi cor flammeat, & in natali tepescat?* Orph.

*Et pransi expectant tempora cænæ?*

Tantus pro Sole fervor, & orto tepescit calor ! *Quis crederet* (inquit Reyes-Franco, in *Camp. Elys.* quæst. 63. n. 25.) *quod de Demophoönte quodam narratur ; qui cum in Sole stabat, algebat : in umbra verò calescebat ?* Umbra venientis Solis est pro adventu votum pectoris, quo fervet in desiderijs flagrans anima, ut Sol videatur in terra.

Reyes-Franc.

——*Nunquám te crastina fallet*
*Hora, nec insidijs noctis capiere serenæ.*
*Totus & ille dies, & qui nascetur in illo.*

Virgil. 1. *Georg.* à v. 425.

Eris profectò in Sole. Gaudebis de Solis nativitate, vel frigesces coram Sole ? Tepesces flammà, qui ardebas in umbra ? Flagrant astra, & frigent ardore corda ?

——*Flammas totum sæviisse per orbem.*
*Terrarumque rogum cunctas arsisse per urbes,*
*Et cœlum exustum est.*

Manil. 1. *cap.* 10. à v. 109.

Quis ex vobis Sole oriente, quit habitare cum igne devorante ? Frigus ex igne ?

*Extremi revolat per sidera frigida mundi,*
*Et fovet intereà vitalibus omnia flammis.*

Cruc. in *Psal.* 18.

Mitum narrat Cresias in *Indic.* fides sit penes Auctorem. *Sol oriens* (inquit) *in maiori Indiæ parte, alteri diei parti frigus, alteri vehementem calorem affert.* Flamma manè, frigus vesperè ? Contrarietas non à Sole, sed à tellure ; idest, suscipiente, vel non suscipiente pectore : igitur iuxta cordium variam dispositionem, habet vel non habet ignem. Pridem pro Sole solicitus animus, atque Sole præsente frigus & frigus ? Post cordis flammam vehementer ignitam, ignis altaris conversus in aquam crassam ? Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos, ubi illuxit maior lux. Gaudet cor de vanitate, sed non de nativitate. Auster quiescit, & Aquilo surgit. Pudet : ante faciem frigoris eius quis sustinebit ?

Cres.

11 Perstringitur nostra in obsequijs frigiditas, ubi Solis illuminat maior claritas. Tristis refertur in India arbor cognomine *Tristis* : de qua Ioann. Hugonis in *Itiner.* lib. 1. cap. 59. infit : *Nocte sola flores ostendit : Sole enim oriente omnes defluunt.* Pigeret corda Monachorum sic delabi, ut possent exprimi in arbore tristi. Florent in Domini adventu : languebunt in ortu ? Languor florum non tàm exprimit animi laxationem, quàm cordium frigiditatem. Dicunt tædio : *Custos quid de nocte ? Custos quid de nocte ?* Nox est expectatio adventus Solis cœlestis, qua per vota in cordibus nascuntur flores, rigati pijs exercitijs, singularibus foti desiderijs, radice firmissima charitatis, brachiorum ramis extensis, folijs viridi observantiâ nitidis, ubi

*Conditio arboris Tristis.* Ioan. Hug.

Isai. 21. 11.

*Ai, ai flos habet scriptum.*

Ovid. 10. *Metam.* Fab. 5.

Desinet O, quia præsentiâ luminis evanuit *Ai*, sedentibus in tenebris & cæcitatis umbris ? Quia iam Solis lux iuxta lumina in gaudium, refrigescet charitas multorum ? Inquiritur, quid de nocte, apparente qui quæsitus in desiderio animæ ? Triste sanè, quòd decidant flores, postquàm fulgore exortus ; geniti pro Sole in expectatione adventus. Ne decidui flores in arbore cordis sint, Sole illuminatur nox : qua inusitatâ luce spectabile prognosticon, illuminantis omnem hominem, venientem in hunc mundum. Audiatur Ethnicus, ut gratuletur Catholicus. Ita succinit Manil. 5. *Astronom.* à v. 707.

*Flammeus Solis desiderio, exæstuet ortus?*

*Nocte sub extrema permittunt iura diei.*
*Non inimica ferè tali sub tempore natus*
*Ora ferat, placidus terget comercia gentis.*
*Ille manu vastos poterit frenare leones,*
*Et palpare lupos, pantheris ludere captis,*
*Nec fugiet validas cognati sideris ursas.*

Manil.

Prædixerat Vates Evangelicus, *cap.* 11. & 35.

Acce-

12 Accedamus ergo, ut illuminemur; igitur apparuit benignitas & humanitas Salvatoris noſtri Dei, & etiam erudiens nos. Pigeat, Dominum iacere priùs in medio duorum animalium, queis ſignantur ſæculares; quàm viſitari à paſtoribus, vitæ & ſtatus perfectioris. Apparet enim eis, qui fidem habent in illum; fide, amoris flamma, probata, ex qua ad Dilectum incendium. Egimus in *Ephemer.* 24. *Decembr.* de celebri ritu Ægyptiorum hierophantarum. *Feſtum omnium apud ſe celeberrimum, quem vitiorum interitum vocant* (inquit ex Agathia, Iul. Cæſar. Bulenger. 1. de *Magia*, cap. 6.) *quotannis agere ſolent, in quo ſerpentes, aliaſque feras, & ſolitarias animantes interficiunt, & Magis offerunt, quaſi egregium pietatis argumentum.* Si huiuſmodi belluæ peccata ſunt, & Iuſtitiæ naſcitur in terris Sol; ut iucundè ſine oculorum offenſione videatur; quicquid ſerpentinum, virulentum ſuffocetur: igitur egregium erga illum pietatis argumentum, eſt interitus vitiorum.

Bulenger. *Quid apud Ægyptios ex terminium vitiorum?*

*Craſtina lux oritur, linguis animiſque favete:*
*Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.*
*Lite vacent aures, inſanaque protinùs abſint*
*Iurgia, differt opus livida turba tuum.*
*Salve feſta dies, meliorque revertere ſemper,*
*A populo rerum digna potente coli.*

Ovid. 1. *Faſt.* v. 71.

Si corditùs Sol expectatur, orietur. Veniens veniet, qui iam illuxit. *Prædicatione naſcitur: devotione nutritur, amore tenetur:* inquit Bernard. de *Interior. domo*, cap. 10. n. 20. Tene, nutri, ne dimitte, cùm prodierit. Tene, quia propè.

Bernard.

*Proximus hunc ultra brumalis nomine cingens,*
*Ultima deſignat fulgentis lumina Solis.*

Manil. 1. cap. 7. v. 16.

## DIDASC. III.

## *Chriſtus naſcitur mundi ſalus, terræ gaudium, atque lætitia cœlorum.*

1 SUB nomine Oſiridis celebravit Ægyptus ortum Solis, cuius feſtum *ſacrum lætitiæ* dicebant, & cuius lucem ſolemni gratulatione ſalutabant, ut refert Plutarch. de *Iſid. & Oſirid.* qui ibidem ſubdit. *Oſiride nato, vocem auditam, omnium ſcilicet dominum in lucem prodiiſſe, Sunt, qui Pamylæ cuidam ferunt, Thebis adaquanti, ex Iovis fano vocem veniſſe: quæ proclamare ei præcepit, Magnum Regem beneficum natum eſſe Oſirim.* Idem Kircher. *Obeliſc. Pamphil.* lib. 3. cap. 5. & Diodor. Sicul. *lib.* 1. n. 9. Nos fuſè diximus, *Ephemer.* in feſto Pamyliorum. Quid mirum (acceptà fabulà in altius propoſitum) apparente Sole, ſub agni imagine ratione aſſumptæ carnis, in throno Virginis; quod in nuncia audirentur voces & voces? Omnium enim Dominus in lucem prodijt, & Rex regum beneficus e matris thalamo, maieſtate occultà exivit.

*Natalis Solis ritus apud Ægyptios.* Plutarch.

Apoc. 4. 6.

*——Paſtor Apollo*
*Rura peragravit, poſito Deitatis honore:*
*& nova divini partus miracula docti*
*Paſtores, primi natum vidêre Tonantem.*

Mantuan.

Canit Mantuanus, *Eclog.* 7. à v. 33. Eius ergo natalis auditur optata vox, videtur lux & admirabilis gloria; quin audiantur iam per Virginem nec fulgura nec tonitrua. Nonne gaudium?

2 *Quale gaudium mihi erit* (dicebat conditio humana caligine cæca, in ſene Tobia) *qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video?* Si idem eſt, non videre iucunditate fulgorem lucis, ac cæcè ſedere in tenebris; quare regerit, quòd lumen cœli non videat, & quod in tenebris ſedeat? An ut caliginoſiorem tenebris & tenebris exprimat cæcitatem; vel ut videat in tenebris cœli lumen? In hoc profectò optatur impoſsibilitas. Quæ enim participatio luci ad tenebras? Tenebræ ſanè privatio lucis, & evacuatio ſplendoris. Cum luce non erunt tenebræ, neque lux cum privatione. Quid ergo optat ex luce ſimul ac tenebris? Nativitatem quidem Salvatoris. Cùm nox in medio curſu haberet proceſſum, ſcit in terras ſalutem terræ, Verbum Patris, Solem Iuſtitiæ venturum: & in tenebris, caligine ac nocte, videre concupiſcit in hoc mundo lumen cœli; quippequàm ubi in nocte Solis claritas, hominis prorſùs cæci ſumma felicitas.

Tob. 5. 12.

*In mundi illuminationem oritur Chriſtus.*

3 Inſigne mendacium commentus eſt Philo Biblius de Aod. Mago Madianita circulatore filiorum Iſrael (de quo Tom. ſeq. *Tautol.* 8. n. 36.) igitur ut horum raperet in obſequium alba præcordia, finxit angelicà, mirificà arte, Solem feciſſe apparere nocte. *Ille dixit* (nugatur) *nunquid aliquando vidiſtis Solem noctu? & dixerunt: Non. Ille verò: Quando volueritis oſtendam vobis, & tunc arte, præcipiens Angelis, oſtendit populo Solem noctú.* Cedat veritati viſibile embolium. Myſterium Philo in errore deſcribit.

Phil. Bib.

Plu-

Martial. 9. Epigr. 36. *Plurima dum fingit, sed quasi vera refert.*

Sap. 18. à 14. De Verbo Dei incarnato, Christo Domino, dicit Sapiens: *Cùm quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet; omnipotens sermo tuus de cœlo à regalibus sedibus durus debellator, in mediam exterminij terram prosilivit.* Bellator venit in mundum, quippe non venit pacem mittere, sed gladium; ut in pacem iugulentur gladio affectus pravi, ac mulcentes appetitus, quia inimici hominis domestici eius. Prosilivit in exterminij dignissimam terram, sed in hominum gratiam. Apparuit gratia Dei, Salvatoris nostri, adinstar Solis, de Virgine nati: etenim secum hominibus attulit cœlestia dona, in quos ius erat retorquere fulmina. Apparere Solem mediâ nocte erat signum conferendæ gratiæ, terræ salutis, hominis felicitatis: Christusque Sol ex Virgine Aurora apparuit, cùm nox in suo cursu medium iter haberet; quoniam tota plenè felicitas hominis, si lumen cœli videretur in tenebris. Ut corda allicerentur in obsequium, Sole noctù lucente, fictum factum; quod etiam Seneca celebravit ut portentum, in *Hercul. Oetæo*, v. 462.

*Quo ordine, & tempore?*

Seneca. *Nox media Solem vidit.*

Sol in nocte, nunquam visus. Stupet animus. Omnia conando docilis solertia vincit. Aurora Virgo-mater miraculum impetravit: Solem mediâ nocte ostendit. Quid quòd corda alliciat, cùm ita faveat? Si salus hominis ex lumine cœli in tenebris; facta omninò interventione Virginis: per Solis orientis lucem, ipsa sola valuit,

Manil. 1. v. 94. *In lucem vertere noctem.*

4 Nascente filio Iovis, dum hic voluit, cœleste genus videri in fragilitate carnis,

Homer. *Matris repressit dolores partus.*

*Quid partus Solis?* Ait Homerus, 19. *Iliad.* v. 119. Quasi nihil ultrà, huiusmodi privilegium fictè Homerus signat in fœmina; verùm alius Profanus etiam

Manil. procedit ultrà, ubi non ultrà processus, quia *Solis partus*: Manil. 1. *cap.* 2. v. 66. Quid ex partu Solis? Ille nescivit, sed Bernardus studiosè signavit. *Sicut sine sui corruptione*

Bernard. *suum stella emittit radium, sic absque sui læsione Virgo parturivit filium: nec sideri radius suam minuit claritatem, nec Virgini filius suam integritatem.* Homil. 2. *super Missus est*, num. 17. Hæc est ultrà omnem sublimitatem excellentissima magnitudo; quòd ex partu Solis Christi non solum sine dolore, sed esset mater & virgo.

Manil. 4. cap. 1. v. 202. ——*Mirum ex virgine partus.*

Mirum sanè, Mariæ quippequàm insigne, & charisma singulare. *Igitur* (ait Sophronius, *Epist.* 10. poster. Hieronym.) *quod natura non habuit, usus nescivit, ignoravit ratio, mens non capit humana, pavet cœlum, stupet terra, creatura omnis etiam cœlestis miratur, hoc totum est.* Nihil potest excogitari plus, edens nobis Solem in lucem, & etiam per noctem; ut maior utriusque videretur claritas & humanæ conditionis insperata felicitas: etenim maior undique & amplissima, quando in tenebris fulget lux insperata.

*Quæ mirabilia in die nativitatis.* Sophron.

5 Arbitror contigisse in nativitate Solis humanæ quassatæ naturæ, quod Regibus fulgente stellâ in Oriente. Index orti Solis apparuit. Lætati sunt. Venerunt in Regiam Ierusalem, quò stellâ evanuit ab oculis; confectâque parte itineris in inquisitionem Solis; apparuit stella subitò in illa regione, quam videntes, *gavisi sunt gaudio magno valdè.* En articulus generis humani, in nativitate Christi. *Cæcus quippe est genus humanum, quod in parente primo, à paradisi gaudijs expulsum, claritatem supernæ lucis ignorans, damnationis suæ tenebras patitur: sed tamen per Redemptoris sui præsentiam illuminatur, ut æternæ lucis gaudia videat.* Inquit Gregor. Magn. Homil. 2. in *Evangel.* Somnum seu exstasim misit Dominus Adamo, in quo de Verbi Incarnatione fit sermo. Adi Suarium, de *Oper. sex dier.* lib. cap. 18. n. 5. Perer. in *Genes.* lib. 5. disput. 2. quæst. 4. n. 36. & Sherlog. 1. *Antiq. Hebraic.* dissertat. 4. sect. 17. n. 122. Cecidit Adamus, & simul in tenebris iacuit humanum genus, conceptâ lucis spe, si in terris exortus Sol; sed evanuit fulgor stellæ in habitaculo cordium, maximè sub tyrannide principis tenebrarum. Oritur nocte Salvator, & nuncio felici, *gavisi sunt gaudio magno valdè.* Gaudio & magno, & valdè magno? Utique. Expectabant lumen cœli, sed in tenebris sedebant, quò Solem oriturum expectabant: visaque luce, gaudio gaudent magno valdè; quippequàm maiorem cordis excedit iucunditatem, inter tenebras noctis videre Solem. Noctem comprobabant tenebræ, absentia lucis ex primævo crimine. Tenebræ luce fugiunt, umbræ Sole dissipantur. Impossibile Solem adesse, stante umbrarum caligine; quippe erit nox & non erit: & ubi luminis in nocte visio, gaudio exultant perquàm magno; quippe mirum, obvius in tenebris Sol, ubi desperata lux. Denique. Ex luce in prima visione gaudium: ex secunda verò summum. Si eiusdem lucis dignatis benevolentia, ex cuius utilitate cordium lætitia, qua gaudium abundè exoritur; quo iure eadem secundò magnificatur?

Matth. 2. 10.

Cr. Magn.

*Unde ex Christi nativitate tanta festivitas orbi?*

Amiserant primà transgressione lumen, qua perventuri ad Solis orti visionem: maximoperèque gaudent, dum lucem amissam vident; etenim videre in tenebris desperaverant, quia iam amiserant. Claret quid debetur matri-

*Per Virginem tanta gratia.*

virgini; pro hominis reparatione: equidem quod Eva tristis abstulit, Sole germine superabundè restituit: permanente in tenebris luce Solis, in signum felicitatis; quem de cœlo adinstar cursoris traxit, ut hominibus ostenderet.

Manil. 1. cap. 7. v. 7. *Temporis & titulo potitur, metaque volantis Solis, & extremos designat fervidus actus.*

6 Exprimit Paulus, quanta erga homines gratia Virginis, in ortu Divini Solis illum plaudens *adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris N. Iesu Christi.* Sane magna gratia, quòd inhabitet gloria in terra nostra: sed nobis maximopere insignis & singularis, per partum Virginis: equidem si in Patris sinu glorioſus, sed non cognoverat mundus. Gloria erat inenarrabilis, uti à Patre luminum, geniti in splendoribus Sanctorum: partuque Virginis signatur adventus gloriæ; quia vidimus gloriam eius, quasi unigeniti à Patre. Magnus etiam dicitur, dum ostenditur. Hinc Patris vox: *Ego hodie genuit te.* Hodie? Utiquè, in die nativitatis è Virgine. Vid. Sanct. in *Act. Apostol.* 13. n. 49. & D. Thom. ad *Hebr.* 1. lect. 3. Hodie Patri natus, qui ante luciferum genitus? Sanè hodie, quo visa gloria Unigeniti: igitur antequam homo conspiceret, quasi filium non haberet. Deus venit, quod donum magnum, verùm ultra eius extenditur beneficium: quandoquidem per Virginem matrem, Deum habemus, atque simul Salvatorem. Salvator dicitur à salute, cuius opus homini ex veteri infirmitate: & non solùm Deum Virgo in eius gloria adorandum proponit, sed etiam illum hominis Salvatorem ostendit; ut exultaret vulnerum sanitate, in carne adveniente Numine; siquidem tanta iacentis hominis ægritudo, ut indigeret necessariò in salutem medico Deo, Innuit Propheta: *Orietur vobis Sol Iustitiæ & sanitas in pennis eius.* Lucem cæcis, salutem ægrotis; ut dona constarent Virginis-matris: igitur non solùm opus erat quod Deus veniret, sed quòd salutem in vulneratos afferret.

*In & ex eius partu, gloria cœlestis in mundo.*

Psalm. 2. 7.

*Nascitur Christus, homini salus.*

7 In involucris fabularum solet esse mysteriorum hieroglyphicum. De Prometheo fingitur voluisse hominem, non ut Deus constituit, sed ut ipsi placuit, phantasmate ludicro, ut quod orbis miraculum, esse opprobrio. Per ignem signari divinitatem, alibi diximus, hicque agemus *Tautolog.* 11. n. 17. astruit etiam Pier. Valerian. *lib.* 46. *cap.* 38. Quod obtinere non potuit, rapere è cœlo decrevit: &

*Ignem fraude malâ gentibus intulit.*

Horat. 1. *Carm.* Od. 3. v. 28. *Famula Promethei.*

Haud voto potitur, & intentione meditatâ plectitur. *Sic latro est, antequàm manus inquinet: habet spoliandi voluntatem exercetur, & aperitur opere nequitia, non incipit:* ait Senec. 5. de *Benef.* cap. 14. Hinc propter audaciam insolentem, relegatus & religatus in ligno ad Caucasum montem, quò aquila vorax infligebat vulnera, & carpebat viscera.

——*Vinclis ubi membra Prometheus*
*Præduris, ferroque miser iacet ipse ligatus,*
*Sæpius atque aquilam redeuntem tempore pascit.*

Apollon.

Ait Apollon. Rhodius, 2. *Argonaut.* v. 317. & Nonn. 2. *Dionysiac.* v. 576. Ita ut nullo pacto se movere potuisset, neque vocem emittere valeret: ait Lucian. in *Prometh.* & de *Sacrificijs.* Ita enim infelicissimè patiens afflictus iacuit, quousque Summi Iovis filius, Alcides venit; qui vincula solvi, vulnera curavit, atque tortorem in Avernum proiecit. Natal. Com. 4. *Mytholog.* cap. 6. Lil. Gyrald. in *Hercul.* & Nos *Ephemer. Isag. Iul.* n. 29. Dicam ex Tertullian. in *Sodom.* v. 117.

*Hinc habet in falso de vero fabula famam.*

Tertull.

8 Mythologicè à Natali Comite, d. & Tzetze, *Chiliad.* 6. Histor. 87. Prometheus dicitur *Mens.* Quàm vana in Adamo, sub Promethei metaphora dicitur ab Ethnico

*O prima infelix fingenti terra Prometheo!*
*Ille parum cauti pectoris egit opus.*
*Corpora disponens, mentem non vidit in arte:*
*Recta animi primùm debuit esse via.*

Propertii

Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 5. v. 7. Fastidivit hominem ut Deus creaverat, & concupivit uti serpens suggesserat; igne de cœlo rapto, & fraude malâ surrepto, quo posset habere divinitatem, qui tanquàm imago Dei habebat similitudinem. Rapinà arbitratus est esse se æqualem Deo, quem propter ausum Deus eiecit è paradiso, torquente viscera crimine, conscientiæ verme; relig tum ferreis catenis ob culpam, & exulem extra patriam; quin se movere sub tyrannide posset, nec in cœlos clamare præ languore valuisset. Infelix homo! Quis te liberavit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum-Christum.

9 Erat hic eijciens dæmonium, & illud erat mutuum.

——*Cui rapta sonora*

Iuvenc. *Dæmonis incursa fuerat substantia vocis.* Accinit Iuvenc. *Evangel. histor.* 2. v. 422. Venerat studens hominis libertati: *& cùm*

Luc. 11. 14. *eiecisset dæmonium, admiratæ sunt turbæ.* Unde miratæ, si tot eiecerat? Quoniam nunquam talia viderat. Erat spectaculum illud hominis sub tyrannide dæmonis, à tempore illo primævæ supplantationis, sine sensu ac rationali motu, ut vel posset pietati explicare languorem, vel quærere medicamen, iacens saucius inveteratis plagis, æreisque ligatus vinculis; admiranturque turbæ; quippequàm dignum admiratione, filium Dei hominem quærere; cæco conferre visionem, religato libertatem, vulnerato salutem, elingui vocem, surdo præstabilem aurem; ac detrudere in barathrum, cùm eieciisset dæmonium. Aptè & floridè Sedulius, 3. de *Miracul. Christ.* à v. 133.

*Quota, ex adventu Christi homini beneficia?*

——*Producitur æger*
*Multiplici languore miser, qui voce relictus,*
*Auditu vacuus, solo per inania membra*
Sedul. *Dæmone plenus erat: hunc protinùs ordine sacro*
*Curavit versis Deus in contraria causis,*
*Dæmonio vacuans, auditu & voce reformans.*

10 Pende modò sermonem Salvatoris. *Cùm fortis armatus* (inquit) *custodit atrium suum; in pace sunt ea quæ possidet: si autem fortior eo superveniens, vicerit eum; universa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.* Gloriabatur diabolus, suâ fraude deceptum hominem, divinis caruisse muneribus, & immortalitatis dote nudatum, duram mortis subijsse sententiam: seque in malis suis, quoddam de prævaricatoris consortio invenisse solatium, exultans secum videns hominis excidium, tantisque pœnis obnoxium. Ita permaneret, quousque filius Dei veniret. *Deum-hominem signans* (ait Leo Papa, serm. 2. de *Nativit. Domin.*) *qui natus ex Virgine violatorem humanæ propaginis incorruptâ nativitate damnaret.* Venit, cùm diabolus atrium suum custodiret: & cùm in carne fragili, fortior illo venerit; hominem solvit, vulnera curavit, in libertatem restituit, atque dæmonium eiecit, arcum contrivit, arma confregit, igneque scuta combusit.

Ibid. à v. 21.

*Venit in libertatem hominis, & expulsionem dæmonis.*

Leo Pap.

11 Quid mirum, quod siccine esset desideratus Gentibus & expetitus, expectatus à Patribus? *Titus* (ait in eo Sueton. cap. 1. & 2.) *amor ac deliciæ generis humani (tantum illi ad promerendam omnium voluntatem, vel ingenij, vel artis, vel fortunæ superfluit) natus insigni anno Caiana nece* (qui dictus hostis generis humani, ut in *Caio Caligul.* idem ait, cap. 30.) *sordidis ædibus, cubiculo verò perparvo & obscuro: nam manet adhuc & ostenditur.* Possent hæccine dilecti Principis esse encomium, dummodò obsequium fuisset voluntarium, & eligere valeret locum in nativitatem; cuius pauperta:e in pauperes, ut ditaret, exhiberet amorem. Quod necessarium in Principe Romano, pro nobis in cœlorum Rege fuit electio: etenim cum sua essent omnia, infima, ætheria & cœlestia; ut hominibus ostentaret amorem, ac flagrantem pectoris charitatem, dum primogenitum suum, cui deserviunt ambitiose Luna & Sol, peperit mater virgo; reclinavit eum in præsepio. *O Bethleem civitas Dei* summi (ait Damiani *serm.* 61. poster.) *in te visa sunt mirabilia. Deus pendet ab uberibus, ponitur in præsepe, ligatur in cunis, involvitur pannis, & laxatis fasciolis, felices manus & sancta brachiola per cunarum parvitatem expandit, alludit Virgini, arridet matri, & blandientes oculos ad Mariam intorquet. Stat perterrita tantis miraculis Regina cœlorum, confert in corde suo salutationem Archangeli, conceptionem Dei, nativitatem pueri: & miratur, quòd ille, qui aliter potuit ad nos venire, sic voluit subvenire.* Eadem apud Bernard. Tom. 5. *Serm. varior.* de *Nativit. Domin.* serm. 1. n. 2. An non deliciæ humani generis, qui magnus Dominus & laudabilis nimis, parvulus natus sit nobis? An non terrarum, qui voluptas & plenissima cœlorum? Corda hominum non furatur, cum quo in terras gloria cœlorum demittitur? Propter hominem dilectionis obsequio, perparvo, obscuro nascitur loco, equidem ut specimen tanti amoris non deleatur; manet adhuc, & ostenditur. Vid. Adrichom. in *Iuda*, num. 58. Nativitate contulit cœlestia bona, & urgentia expulit in barathrum mala. Iurè gentium, orbisque totius plauditur summæ deliciæ; quia natus nece hostis generis humani.

*Summa amoris demonstrationes.*

P. Dam.

*Et deliciæ generis humani.*

12 Quid si deliciæ mortalium, dum eius nativitas desiderium collium æternorum? Ergo observa. Colles æterni dicuntur Angeli. Adi Lauret. in *Allegor.* v. *Collis.* Quodnam enim Angelorum desiderium pro partu Virginis, si nonnunquàm vident, uti in cœlis faciem Patris? Astruitur desiderium ab Apostolatus vertice. *In quem* (inquit) *desiderant Angeli prospicere.* Quid enim habent, quùm omnia possident? Satiatur horum substantia plenissima interminabili gloriâ, quæ excludit uti plena, desideria. Quid ergo cupiunt videre in bonorum plenitudine? Salvatorem & eius nativitatem. *Christi nativitatem, Bethlehem & præsepe prospi-*

1. Petr. 1. 12.

Sophron.

*Atque gaudium Angelorum.*

*cere deſiderant Angeli*: inſit Sophron. Orat. 1. de *Chriſti natur.* cui aſtipulatur hic Alapide. Quæ enim illis gloria hæccine myſteria, ubi priùs quàm illa, potiebantur gloria? Appoſitè Bernard. in *Circunciſion.* ſerm. 1. n. 2. *Idem quippe & Angeli Salvator & hominis: ſed hominis ab incarnatione, Angeli ab initio creaturæ.* Quid mirum, ſi aveant, quæ necdùm viderant? In eorum gloria plenum profectò gaudium: & in gaudij plenitudine intercedit deſiderium; quippequam in gloria appetunt viſionis gratiam, ut videant in Salvatore, per quem acceperant gloriam. Hinc poſtquàm natus Salvator, paſtoribus nunciatur ab illis; auditurque *Gloria in excelſis, gloria in altiſſimis.* In altiſsimis dicitur; ut conſtaret etiam, quod natus erat Angelorum Salvator: equidem in eius nativitate oriebatur ad Angelos gaudium cœli. Hæ ſunt *poſteriores gloriæ.* Gloria illis priorinæ videre faciem Patris: poſterior ex partu Virginis; illaque gloriâ in terra videre deſiderant, per quem in excelſis faciem Patris & viderant & videbant.

Bernard.

Luc. 2. 14.

V. 11.

Exod. 33. 18.

13 Votum quod Moyſis, videtur in Angelis degentibus in excelſis. *Oſtende mihi gloriam tuam*: dicit ille Domino, hicque concedendo gratiam, generoſè reſpondit: *Videbis poſteriora mea*, pro optata gloria. Ergo erat gloria prior, quando recolebatur poſterior. Quænam ergo poſterior in culmen felicitatis, ſequens ulterius felicitatem prioris? *Viſionem humanitatis Chriſti*: Tertullian. 4. *Contr. Marcion.* cap. 22. Gloria tunc à Moyſe viſa, ſed videnda poſteriora; ut per Chriſti humanitatis viſionem, cognoſceret unde gloriam haberet ſanè præſentem: equidem per merita Chriſti, videbatur Moyſes in tanta felicitate. Fruebatur ergo gloriâ, qua anima ſatura, igitur ad voluptatem optabilem non eſt plus; verùm plus eſt: poſteriorque gloria proponitur, ut illud plus adhuc in gloria deſideretur: igitur gloriæ gloria oſtendebatur ſumma, cognoſcere iam, per quem habebatur illa gloria. In gloria equidem elucet deſiderium, ac de Chriſti nativitate votum Angelorum, expectantium cœli gaudium. Expectantium, & in gloria cœli! Utique, pro Chriſti humanitatis viſione: exponunturque meritò Angelorum deſideria; quoniam adhuc reſtabant gloriæ illorum poſteriora: quandoquidem in felicitate gloriæ Angelorum poſterior claritas, cognoſcere facie ad faciem, unde illis tanta felicitas.

V. 23.

Tertull.

*Cur avidè deſiderabat Angeli natale Chriſti?*

14 Ulteriùs. Revelatâ facie gloriam Domini ſpeculantes, quia Deus illuxit in illuminationem, transformati ſunt Angeli à claritate in claritatem. Perpende: *Oſtende mihi faciem tuam*: *oſtende mihi gloriam tuam.* Quia videtur facies, ſtat gloria beatitudinis. Cur ergo exponitur quaſi diſtinctum, faciei atque gloriæ oſtentum? Reſtabat alia facies, gloriâ gloriæ, in viſione humanitatis Chriſti, in felicitatis plenitudinem: oſtenſionique gloriæ, faciei Chriſti percupiunt oſtenſionem: ut illis conſtaret viſu, & cognitu, unde tantæ gloriæ origo: quandoquidem videntibus faciem Patris, deſiderata facies Salvatoris; per quem in gloriam felices mirabantur faciem Patris. Dicit textus. *Oſtende mihi faciem tuam, gloriam tuam*: reſpondet Dominus: *Oſtendam omne bonum tibi: videbis poſteriora mea.* Ideſt, Verbum in carne, ſeu nativitatem Chriſti; uti vidimus ex Tertulliano, quem ſequuntur Auguſtin. 2. de *Trinit.* cap. 17. Gregor. Nazianz. *Orat.* 2. & Bernard. Serm. 61. in *Cantic.* n. 6. Nihil mirum, quòd gloria in Chriſti facie: quæ enim maior cœlo & terræ, Angelo & homini; quàm videre faciem Chriſti? In ipſo enim inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Si gloriam cupis reſpicere, reſpice: & reſpice in faciem Chriſti tui. Ergo inſtituto. Gloria omne bonum eſt: non videtur bonum omne, cuius plenitudo ſumitur alibi. Quomodò ergo Angelis omne bonum à Chriſti humanitate viſa, ſi erant felices in gloria? Aliquid deſideratur ut ſummum, & ſummum habetur? Etiam, quippe aliquid gloriæ deſideratur ad gloriam. Chriſtus Salvator fuit Angeli, ab initio creaturæ. Diximus ordinem *Tom.* 5. *T.* 3. *à n.* 117. & dum Angelis per gloriam ſumma felicitas, deſideratur Salvatoris humanitas; quia quantumvis gloria Angelis bonum excelſius & ſummum, necdùm viderant, unde illis advenerat & ſummum & omne bonum. Apparuit humanitas Salvatoris, plenaque decantata gloria in excelſis. Elucet iam Chriſti nativitas hominis ſalus, mundi gaudium, atque lætitia cœlorum. Huiuſmodi ſolemnitas tanquàm orbi origo felicitatis, priuſquàm fieret, etiam relevata eſt Ethnicis: diximus plura *Tautol.* 1. *à n.* 57. Videſis. Dicam cum Profano, *lib.* 3. Eleg. 18. v. 16. *Tot bona tam parvo clauſit in orbe dies.*

V. 13. & 18.

V. 19. & 23.

*Per eius natalitium ad Angelos omne bonum.*

Propert.

## DIDASC. IV.

### *Benedicti vita, vita Angelica.*

1 OCcurrit sermo de Doctore dulcissimo, mente illuminato, theodidacto in doctrina cœlestis gratiæ, & gratiâ cœlestis doctrinæ, magistro veritatis, discipulo in lumen divinæ lucis, qui plusquàm Salomon sapientiâ fulsit, dum vixit (uti plaudunt Bed. serm. de eius *Sorore*, Zachar. in eius *Vit.* cap. 8. Greg. Magn. 2. *Dialog.* cap. 35. & S. Bruno, serm. de illo, seu de *Confessor.*) glorioſissimo Patriarcha cunctorum ordinum Benedicto, de quo Baron. ann. 476. infit: *In tam tetræ noctis obscuritate densaque caligione claritudo lucis affulsit; qua universus catholicus orbis illustraretur: tantus enim splendor ex viro Dei Benedicto ad Ecclesiam illustrandam divinitùs emicuit; ut radios suos à Solis ortu usque ad occasum, à Septentrione in Austrum longè latèque diffuderit.*

*Encomia S. Benedicti.*

Baron.

*Hinc Sol novus clarissimo*
*Complevit orbem lumine.*

Hæfton.

Accinit Benedict. Hæften. in eius *Vit.* cap. 1. Si uti vasis admirabilis, operis Excelsi pereximia Solis lux; Benedictus quasi Sol effulsit in templo Dei. Mater eius Abundantia fato fungitur, quùm luci Benedictus feliciter oritur. Patet profectò radijs ac effectu Sol: Sole quippe oriente, subsequitur mors Auroræ. Aurora dum parit, perit. Non ingreditur cum Abundantia sepulchrum, ut copia benedictionum orbi clareret per fœtum; etenim si ex grano per vitalitatem nullum oritur germen; si mortuum fuerit, multum fructum affert.

*Cur plauditur Sol?*

——*Quæ fert lucem mortalibus almam,*
*Cœlicolisque Deis cunctis::: uti pallida surgit*
*Thithoni croceum linquens Aurora cubile.*

Hæsiod. *Theogon.* Virgil. 1. Georg. v. 446. Senec. Luc. 1. 66.

2 A summo enim incepit, uti vidimus *Tom. 2. T. 3. D. 6. à n. 7. Estne aliquid ultra summum? Ultra summum non est locus*: ait Senec. *Epist.* 74. Quid ergo? *Nec implere nos ulla felicitas potest.* Est igitur maior, plena felicitas, unde constet Benedicti claritas: ultra summum adhuc invenit locum: igitur in summum eius inolevit perfectio, fausté incipientis à summo. *Quis putas puer iste erit?* dicebant considerantes mirabilia, Baptistæ nativitate celebrata. Erit miraculum mundi? est igitur, verum quid? *In multis fortuna sine flore est*: ait Plin. *lib.* 16. *cap.* 25. Promptior gratia, quàm fortuna, nescit enim tarda molimina gratiæ: etenim dum Dei opus, adinstar stellæ ductricis Magorum, copiosâ, mirabili luce, est *Eius*, vel in *oriente*. Pessundat modum temporis modus mirabilis perfectionis. A summo incepisse Baptistam; autumat Angelicus Doctor, *Quodlibet.* 5. *art.* 11. *ad* 1. Non est aliquid quod sit; qui summus est: & de summo inquiritur futura claritas, ut eluceat gratiæ summitas: quandoquidem quæ summitas vel in modo, eius qui incepit à summo? *Quis putas puer iste erit?* Quis qui totum? Ubi consummatum bonum, ulteriùs non est iudicium, neque cordis desiderium. *Quæris enim aliquid supra summum? Nihil enim extra totum est, non magis quàm ultra finem*: infit Senec. de *Vita beát.* cap. 9. Si totum Ioannes, quid erit? Non est plus, si plus non est: additurque in summo plus; quoniam supra summum lucet, quod sit modò, quicquid erit; excedit enim perfectionis summitatem, habere modò perfectionis culmen.

*Modus perfectionis modum antevertit temporis.* Plin.

Matth. 2. 22.

*Baptistæ claritas unde?*

Senec.

3 Vestigijs Baptistæ Benedictus inhæsit, ut infit D. Thom. d. & *Opusc.* 17. cap. 7. *Ætatem moribus transijt.* Gregor. d. *cap.* 1. Summam indicat perfectionem, perfectione morum fauste superare ætatem: igitur sine mensura gratia sanctificationis, ubi virtutum exordia à mensura plenitudinis. *Quis putas puer iste erit.* Erit plus? Erit, quod est: igitur summa Benedicti gloria (cum vel à principio summa) quod habeat in mundo modò; ad quod futura quibat extendi pro summitate expectatio.

*Benedictus impedimenta nescivit ætatis.*

——*In terra iacens*
*Cœli pererrabat choros.*

Hæften. supr.

Quid mirum, quòd Benedicti cœlum esset habitatio? Thronus Solis est in cœlo. *Erat vultu placido, moribus decoratus Angelicis; tantaque circa illum claritas excreverat; ut in terris positus, in cœlestibus habitaret.* Non nova Soli claritas est; novum næ, dummodò esset sine claritate Sol. *Cum Solem super terram Deus esset fabricatus, postea in altum sublevatum posuit in firmamento*: inquit Sinaita, lib. 4. *Hexaëmer.* In splendorem constituitur orbis, præ copia lucis, elevatus in sublime: quippe orbem in terra nequibat illuminare. Amplior, mirabiliorque Sole splendor singularis Benedicti: igitur pretiosior illuminatio, stantis in terra & habitantis in cœlo. Luminaria magna, ut lucerent super terram, posuit Deus in firmamento cœli. Insignibora meditatus est Dominus, dum Sol in Occidente constituitur Benedictus: etenim si super terram lucet astra; illu-

Anast. Sinait. *Et lucet ut Sol in terra.*

Genes. 1. 17.

illustrior sanè illuminationis forma, ubi in terra singularis uti Sol rutilat Benedictus, ac in cœlis habitat uti luminare maius. Hi mores, morumque claritas

Manil. 4. cap. 1. v. 158.
*Inveniunt & in astra vias.*

Hæc enim virtutum summa in summa virtute, erit argumentum Didascaliæ, continentis vitam Angelicam, vitam gloriosam, in mundo extra mundum animum, in morte & ex morte triumphum.

*Summa illius virtutum.*

Apoc. 21. 17.

4 Angelorum conditio est vivere sine affectionibus: videtur in Benedicto *mensura hominis, quæ est Angeli.* Arabic. *luxta staturam Angeli.* Mores sequuntur status conditionem, non entitatem: conditioque hominis Benedicti mensuratur ad staturam Angeli; quoniam profectò ad Angelicam perfectiorem staturam, homo qui terreno corpore gerebat vitam Angelicam. *Licèt hæc mensura videretur esse hominis, re verà tamen erat Angeli*: inquit Alapid. Illius est operari, cuius est esse; quo claret ex operibus, quæ claritas Benedicti: igitur mirum, quòd vita Angelica in conditione humana.

Alapid. *Vita Angelica in conditione humana.*

Hanc expertus est Monarcha Monachorum; *quando tantâ carnis tentatione gravatus est, ut penè cederet, penè discederet*: ut ait Bernard. *serm.* de eo, *n.* 5. Hæc ne vita Angelica, vel humana? Angelica. *Vicit peccatum* (ait Gregor. d. *cap.* 2.) *quia mutavit incendium. Ex quo tempore ita in eo tentatio voluptatis edomita; ut tale aliquid in se minimè sentiret.* Ita & homo? Ita: in corpore nescio, sive extra corpus nescio. Extra corpus nescio, quippe homo. In corpore nescio, quippe non caro. Quid ergo? In corpore corpus sine conditione carnis, sed mensurâ Angelicæ virtutis; siquidem in Benedicto Angelicæ conditiones.

Bernard.

Gr. Magn.

5 Aperto libri mystici primo sigillo, en ante Ioannis lumina, *qui habebat arcum, & data est ei corona, & exivit vincens ut vinceret.* Primasius: *Exivit vincens & victor exijt.* Præ se fertur articulus pugnæ & victoriæ Benedicti, urgente Venere. Pugnat, vincit semel: & iam habet coronam? Militia & tentatio est vita hominis super terram: necdùm finitâ vita, datur laurea? Utique. Vicit Benedictus primo in certamine, quicquid à Venere hostile; quippe etsi in corpore vixit, nunquam tale aliquid voluptuosa in carne sensit: coronàque certaminis consummativa donatur; siquidem nihil restabat vincendum, quo vinceretur. Ex textu causa; *Exivit vincens ut vinceret.* Aptiùs videtur, *Ut pro corona certaret*: & victor (quippe in primo conflictu totus labor) non exivit ut pugnaret, sed ut vinceret; igitur primâ ex carne rebelli partâ victoria, in carne non erat pugna. Clariùs & expressius in propositum. *Habebat arcum.* At sagittam? Nullam. *Arcum solùm habere conspicimus*: Haye hìc *Concept.* 20. Per arcum signatur corpus: infit Alcazar. Per sagittas insidiosa Venus: daturque Benedicto ex prima pugna consummativa corona, & exijt vincens, non ut pugnet, sed ut vincat; ut in illo vel in carne vita Angelica plus clareat: equidem in carne arcum habebat corporis, sed sine sagitta Veneris.

Apoc. 6. 2.

*Ex prima de voluptate victoria, sine sensu ad voluptatem.*

Haye & Alcaz.

6 Cruciamen voluntarium, ut tutò posset transire pericula maris, subivit Ulysses; quæ quidem maiora ex fallaci suavitate Sirenum, quam acerbitate fluctuum. Obturavit aures suas voluptati musicæ, alligatus ad malum ne raperetur dulcedine. Expers periculi evasit, victrices vicit, ministras Veneris effugit: illas victoria pupugit, qua se in pelagus dedere præcipites, fractis citharis & alis; quippe posteà nec auditæ; quoniam in saxa conversæ.

*Sunt graviter questæ, ut senserunt fatà*
*Deorum*
*Adventasse sibi: summàque crepidine saxi*
*Præcipites saliere maris spumantis in undas:*
*Protinús in duras vertuntur corpora cautes:*

Orphi

Ex Orpheo Natal. Comes, 7. *Mytholog.* cap. 7. Egregius facinus perfectum à Benedicto, dum præparavit arcum, ut cor sagittaret blandimine caro, crebris quatiens fluctibus voluptatis, navem imaginationis, hinc inde vagam propter furentem procellam. Obturavit aures suas ne audiret malum, ligatus ad Christi liguum.

*Quàm fervens pugna, atque validæ victoriæ!*

*Ille sui vindex, totos immaniter artus*
*Per rigidos vepres perque rubeta rotat.*

Bugnot.

Canit Gabriel Bugnotius in eius *Vit.* cap. 7. Exivit vincens, estò plagatus, ut vinceret, qui post nec Venerem sensit: quandoquidem ex eius præcipitio & naufragio (Benedicti saucij triumpho, primaque victoria) vox Veneris nec audita.

*Sic animæ curat vulnera carne lacer.*

Idem.

Alij exeunt vincentes ut vincant, vel in certamine cadant: igitur pugnat caro, quandiu fuerit homo, & ante obitum nullus in felicitatis templo. Benedicto primâ de carne victoriâ in futurum nulla pugna. Exit victor ut vincat, ut vitam Angelicam in corpore gerat: etenim semel sagittis Veneris fractis

*——Victor viros supereminet omnes.*

Virgil. 6. Æneid. v. 856.

7 Aliæ enim mirificæ operationes astruunt Angelicæ conditionis proprietatem, ut ultra hominem Benedicti veneremur conditionem. Absens Benedictus educit Placidum

dum raptum ab aquis in tutum. Gregor. Magn. d. *cap.* 7. & Alapid. in *Act. Apostol.* 12. 15. Monachis cùm in castro Casinensi esset, in somnis apparuit, & de agendis instruxit. Gregor. ibid. *cap.* 22. De huiusmodi apparitionibus latè disserunt Tyræus de *Spirituum apparit.* lib. 1. cap. 12. & Delrius, 2. *Disquisit. Magic.* quæst. 26. sect. 2. ex Augustin. de *Cura pro mortuis* : attribuunt enim Angelis, quia extra conditionem hominis. At si non per Angelos, sed in spiritu hominis apparentis species, profectò est gradus altioris. *Si enim ipse interfuit somnianti* (inquit Augustin. loc. cit. *cap.* 17.) *mirabili gratiâ utique id potuit, & Dei munere, non propriâ facultate.* Duo occurrunt in Scriptura conclusioni attestantia. Vidit Saulus clausis oculis Ananiam introeuntem, & sibi manus imponentem: *Visione scilicèt imaginariâ*: subdit Lorin. in *Act. Apostol.* 9. 12. Græca Vers. & Syr. *In somnis.* En prodigium, ut in somnis species hominis obijceretur per Angelum. Verùm maius arbitror in Benedicto, ut non tantùm gratiæ, sed gratiæ mirabilis rutilaret commendatio. Eripitur è carcere Petrus vel à Michaele, vel ab Angelo Custode (Adi Alapid. in *Act.* 12. 7.) rectaque venit ubi erant multi congregati & orantes. Pulsata ab illo ianuâ, processit puella, Petri cognovit vocem, qua penè præ gaudio amisit vitalitatem. Tandem tandem Petrum adesse nunciat desperatum; ambiguè accipitur nuncium : dicentibus ad illam : *Insanis.* Quid illa? *Affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant* : *Angelus eius est.* Cur Angelum dicunt esse in illa mirabili apparitione? Aliter vi debatur incredibile : etenim cùm species hominis absentis non per proprium spiritum ministrentur, sed per Angelum; Angelus dicitur, ubi Petrus enunciatur, quin in miraculo viderent nisi commune : quandoquidem in prodigio singulare; quòd esset revera Petrus, qui eius videbatur Angelus.

Augustin.

Lorin.

*Apparet in spiritu dormientibus.*

Act. 12. 15.

8 *Quid mirum* (subdit Gregorius) *si Benedictus Pater obtinuit, quatenùs iret per spiritum, & fratrum quiescientium spiritibus necessaria narraret?* Gregorio non mirum, quod viris Apostolicis ita vel in prodigio videtur novum : ut apparitionem dicant perfectam per Angelum? Sanè. Considerabant in illa gratia regularem ordinem, nequaquam in prodigio gratiam mirabilem. Per Dei gratiam Angelus in somnis præ se fert speciem absentis : mirabili gratiâ ipsius spiritus hominis, non propria facultate, sed Dei virtute : & in articulo quiescentium, Benedicti apparet spiritus & non Angelus; ut eius clareret vita Angelica mirabili Dei gratiâ : quandoquidem insigne pro demonstratione celsitudinis, quòd Angelicæ virtutis, esset spiritus hominis. Altruit Virgo Dei-para apud Birgittam lib. 3. *Revelat.* cap. 20. *Erat Benedictus quasi Angelus, in quo claudebatur ignis.* Insigne Angelorum flamma in splendorem : pro virtute facit Deus *ignem urentem.* Psal. 103. 4.

Gr. Magn.

*Qualis hoc in miraculo gratia?*

Birgitt.

*Flammæque ad iussa ministri.* Cruc.

Ut succinit Crucius hic. Habebit Benedictus vim ignis, ut in virtute conferatur Angelis? Conditionem acta probabunt. Gothus quidam ex Ducibus Totilæ, ut cogitat Bronius, rusticum, qui bona sua commendata Benedicto dixit; fortiter ligatum ad illum perduxit, in cuius præsentia insolenter magnoque clamore; *Surge*, inquit, *& redde quod accepisti. Ad cuius vocem* (inquit Gregor. d. *cap.* 31.) *Vir Dei protinùs oculos levavit à lectione : eumque intuitus, mox etiam rusticum, qui ligatus tenebatur, attendit : ad cuius brachia, cùm oculos deflexisset, miro modo tantâ se celeritate cœperunt illigata brachijs lora devolvere; ut dissolvi tàm concitè nullâ hominum festinatione potuissent.* Hoc miraculum; ut ait Aimoinus 2. de *Gest. Francor.* cap. 22. à sæculo non auditum. Si nulla datur species, videndum profectò in symbolis.

*Rumpit solo aspectu ligati lora.*

Gr. Mag.

9 Descendit Angelus in fornacem, quò iacti tres pueri vinclis constricti sævâ Nabuchi tyrannide. *Ceciderunt in medio camino ignis colligati, & ambulabant in medio flammæ.* An miraculum in igne consumente vincula, & demulcente membra? *Non tetigit eos ignis* : v. 50. Mirum, quod inter ignis flammas, esset corporum integritas. Unde ergo tantum opus? *In fornacem* ardentem *descendit Angelus* : & licèt in igne ceciderint arctè vincti, ambulabant gaudentes in medio flammæ; quoniam ne ligatis flamma fornacis noceret, Angelus Domini aspiciendo dissolvit. Adstricti erant, & in igne coram Angelo exultabant; equidem cùm efficax Angeli aspectus; eius mirifica virtus & vincula simul rupit, atque devinctos libertate donavit. *Visinus, eximiæ opinionis gladiator, omnem telorum aciem ad hebetudinem solo conspectu redigere solebat* : inquit Olaus Magnus *lib.* 3. *cap.* 16. & Causin. 3. *Symbol.* 70. In illo ludicrum, quod in Benedicto celebramus propria virtute uti insigne miraculum : equidem concessa libertas rustico, solo oculorum aspectu. Coram illo ligatus stabat (si præ funium cruciamine stare quibat) cuius acerbitas tacita significativa vox, clamans angore : *Respice in me, & miserere mei*, vel *Da imperium tuum servo*

Daniel 3. à 23.

V. 49.

Olaus Mag.

*Ex potestate parabat miracula.*

Psal. 85. 16

*tuo.*

*tuo*. Cur non *Adiuva*, sed *Respice*? Referebat vocem ad lumina, non ad aurem Benedicti : & cùm premerent funes, dirigit in oculos vocem & non in aures ; quoniam quibat volens vindicari à pœnis rusticum, per oculorum aspectum. In iuvamen tantæ calamitatis, vel à Benedicto respiciendum, vel eius imperium subrogandum. Quale igitur imperium ? Dicit ibid. Gregorius : *Lora qui oculis dissolvit, ipsa miraculi celeritate indicat, quia ex potestate acceperat habere, quod fecit.* Vide modum apud DD. Scholasticos cum D. Thom. 1. *part. q.* 117. *art.* 3. *ad* 1-2. 2. *q.* 178. *art.* 1. *ad* 1. & 3. *p. q.* 184. *art.* 3. ad 4. & Expositores ad illud Iosue, 10. 12. *Sol contra Gabaön ne moveäris.* Act. 3. 6. *Surge & ambula* : & in *cap.* 5. 1-13. 11-14. 9. Imperium imploratur in auxilium, dum adstrictus vinculis, & tortus rusticus loris: igitur claret ad sospitatem imperium, si in aspectu oculorum sedet auxilium.

Gr. Magn.

Bugnot.

*In vinctum agricolam sed dum sua lumina vertit,*
*Vincula sponte viri tum cecidere manu.*

Act. 12. 6.

10 Iacet in carcere Petrus, *vinctus catenis duabus* : sed ubi Angeli inibi effulsit claritas, Petri conspecta libertas. *Ceciderunt catenæ de manibus eius.* Quid mirum, quod caderent catenæ afflicto, præsente Angelo? Mirificùm sanè munus, verùm mirabilior modus. Quomodò factum est istud? Inquiritur à Doctoribus. *Imperio*, ait Lorinus. *Aspectu*, Proclus, apud Bibliothec. PP. *Tom.* 4. Homil. de *Vincul. Petri.* Utrumque arbitror, ut virtutis Angelicæ rutilaret splendor, & simili promptitudinis gratia, in Benedicto glorioscè virtus Angelica : igitur in auxilium ita promptum imperium ; ut frangerentur catenæ ad aspectum oculorum.

V. 7.

Psal. 17. 7. V. 1.

*Clamor meus in conspectu eius* : dicit David. Liberatorem aspiciebat Deum : *Refugium meum & liberator meus* : collocatque clamorem meditanter in oculis, qui suopte spectat ad aures, ut non solùm Dei exprimeret in libertate miraculum, sed mirabiliorem modum : quandoquidem vel in ictu oculi, fraguntur actutùm vel fortissimæ catenæ. Ligatur Samson duobus novis funibus, sed irruente spiritu Domini, *sicut solent ad odorem ignis lina consumi ; ita vincula, quibus ligatus erat, dissipata sunt & soluta.* Iguem in oculis habebat Benedictus, dum coram stetit ruricola dirè ligatus : equidem si virtute Samsonis, fracta vincula levissimo tactu, usta à Benedicto lora levi oculorum aspectu. Summa namque miraculi magnitudo à sæculo non audita ; sed in modo miraculi mirabilior excellentia : igitur captum, sive captivum, reddidit sospitem ; per oculorum directam in funes Angelicam igneam aciem. Succinit Bugnot. cap. 15. à v. 19.

*Modus præ illis mirabilis.*

Iudic. 15. 14.

*Obstupet hìc toto procumbens corpore miles:*
*Lumina scintillant flammis accensa coruscis.*

Bugnot.

Patet igitur quo iure à Virgine virginum vocetur Angelus, & qua flamma æstuabat pectus.

11 Vitam habuit Angelicam, quoniam exegit in mundo vitam glorioscam. *Extra mundum fuit*, inquit Gregor. d. *cap.* 35. Extra mundum sanequam erat ; igitur in cœlestibus habitabat. Dicere possumus, quod de Christophoro Achilles Bocchius, *Symbol.* 39.

*Dum mundi auctorem, mundum gestares & ipsum;*
*Quæso, ubi tunc fuerat, dic mihi Christophorus?*

Ach. Bocch.

In mundo Benedictus & extra mundum! Erat in mundo corpore, & in cœlestibus animo? Altiore suspicor modo.

*Cœlum pro terra, pro pede penna fuit.*

Ovid.

Dixit de Pegaso Ovid. 3. *Fastor.* v. 448. *Hic supra nubes.* Non mirum ; quò magis removebatur à mundo, proximior cœlo : citòque perventurus in astra, cui pro pede in volatum non pes, sed penna. Extra terras in orbem collocata à Poëtis mala Hesperidum. Vide Natal. Comit. 7. *Mytholog.* cap. 7. Gyrald. in *Hercul.* Unde Virgil. 4. *Æneid.* v. 481. accinit:

*Erat in mãdo & in cœlo.*

*——Ubi maximus Atlas*
*Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.*

Virgil.

Ibi Hercules cum malis aureis sistitur ovans. Quo pacto si ambitu terræ inhabitans? Pervenit in fines terræ, quò non plus ultrà : & cùm sit cœlum ubi nulla prorsùs terra ; per dona pretiosa, qui positus in mundo, habitabat in cœlo. *Quod enim in terra pedibus calcatur* (ait Genebr. in *Psalm.* 138. 11.) *ab oculis subducitur.* In terra est Benedictus; sed in terra, quia calcata non videtur. Ubi ergo? Nullibi nisi in Olympo. Necessaria habitatio in Regia cœli, cuius oculi si vident, in ipsa terra cernunt terram de longè. Locus habitationi signandus. Si extra terram, quinam locus? Pervenit in fines terræ, cuncta relinquens : locus ergo erit habitationis gloriæ, ne sit nullibi : etenim cœlum datur pro terra, quando terræ non plus ultrà.

Genebr.

12 Digna notatu Salvatoris sententia pro solanda discipulorum mœstitia. *Non turbetur* (ait) *cor vestrum. Si abiero, iterùm venio, ut ubi sum ego, & vos sitis.* Difficile

Ioann. 14. 1. 3.

cile captu. Vel loquitur de cœlo, vel de mundo. Si de mundo, ubi erat, erant discipuli profectò; quippe omnes cum illo erant in cœnaculo. Si de Empyrio, debet dicere, *Ubi ero*, quoniam tunc erat in mundo. Altè commendat locum habitationis glorioſæ; ut discipuli non ſint, ubi ſunt, ſed ubi debent eſſe. Si diceret, *Ubi ero*, aulam indicans cœli; ſignum utique, quòd non erat ibi: dicitque *Ubi ſum*, quanvis in mundo; ut vivere diſcerent ex eius vivendi modo: quandoquidem tametſi in terris poſitus erat; in cœleſtibus munificè ut glorioſus habitabat. Non de futura gloria loquitur Chriſtus, quam aſſeclis conceſſurus; ſed de vita glorioſa, qua terrà calcatà, habitatur in terra. Non novum, quòd in cœlo ſit vita felix: mirum, quòd huiuſmodi vita ſit in penuria telluris: dicitque Chriſtus de mundo, quaſi de gloria, *Ubi ſum*; quippe in vita mortali felicior ſtatus eſt, eſſe profectò in mundo, verùm habitare in cœlo.

*Quàm magnum habitare in cœlo & eſſe in mundo?*

13 Error inolevit apud Priſcos, maximè Antipodas negantes; eſſe extremum quo cœlum arctè iungebatur terris, de quo Auguſtin. de *Utilitate credendi*, cap. 20. Ovid. lib. 1. *Metamorph.* fab. ultim. ſuffragatur delirio. Sol.

*Unde oritur, terræ domus eſt contermina noſtræ,*
*Si modò fert animus, gradere, & ſcitabere ab ipſo.*

Ovid.

*Emicat extemplò lætus poſt talia matris*
*Dicta ſuæ Phaëthon, & concipit æthera mente.*

Idem aſcenſum fingit per viam lacteam, ibid. *Fab. 6.* & Natal. Comes, 2. *Mythol.* cap. 4. Aſtruunt aliqui ex illo Marci 13. 27. *A ſummo terræ uſque ad ſummum cœli.* Nugæ. In Horizonte cùm æquè appareat terræ cœlique finis, terra videtur cohærere cœlis.

*Quomodò à Benedicto perfectum?*

Quod materialiter fieret, ſi ita fieret (quippequàm neceſſe in cœlo, qui terræ fines tranſiret) eſt in vita glorioſa, ut mirabiliter fulgeat, quoniam calcata terra ſidera donat; ab oculiſque ſubducitur, quicquid calcatur. Unde cùm relictis omnibus, cor habitet in cœleſtibus; etſi in terra Benedictus præſens conditione corporis, ſedet in cœlis gloriosè, levans conditionem carnis.

Epheſ. 2. à 6

14 Quanta gratia in privilegio, conſtat ex Paulo. *Deus* (inquit) *ut oſtenderet in ſæculis ſupervenientibus abundantes divitias gratiæ ſuæ; nos conſedere fecit in cœleſtibus.* Nodus ſanè perplexus. Intelligitur planè, per gratiam in cœleſtibus ſeſſuros ſæculis ſupervenientibus; verùm ante illa tempora in cœleſtibus ſedere, videtur prorsùs difficile: implicat enim, eſſe in mundo & eſſe in cœlo. Pende. Non dicit Paulus, Secundum *divitias gratiæ ſuæ*, ſignans ſtatum communem gratiæ; ſed ſecundum *gratiæ abundantes divitias*, in quarum copia portenditur miraculi ſingularitas. Commune eſt, per gratiam finalem, ſemen gloriæ, homines in cœleſtibus conſedere. In gratia ſpeciale quidem, ſedere in cœlo, atque degere in hoc miſero mundo; quippe corpus quod corrumpitur, aggravat animam, in cœleſtia tendentem, & deprimit ſenſum, multa cogitantem: in cœleſtibuſque dicit Paulus ſedere, terris dum vivit in carne; quia eſt ſtatus privilegium, & vel in gratia prodigium: quandoquidem in vita mortali habere ſedem omninò glorioſam: ſecundum divitem abundantiſsimam gratiam. Ingeniosè Alapide. *Conſedere fecit*: *fecit & faciet*: Patet in utroque gloria, claret gratia; ac in præſenti tempore, divitiæ abundantes gratiæ. *Faciet* ſupervenientibus ſæculis: *fecit* ex gratiæ divitijs, antequàm venirent, ut in cœleſtibus conſedere poſſent. *Faciet* poſt vitam mortalem, *fecit* etiam ante mortem; ut conſtaret extra mundum eſſe, qui in mundo vivebant corpore, gratiâ atque gloria oſtenſis; in gratiæ abundantibus divitijs: igitur totius ſumma æternæ felicitatis; quòd Deus faceret in hac mortali, futili vita, quod in ſæculis futuris elargiturus in gloria.

*Unde in illo oſtenſæ divitiæ gratiæ?*

Alapid.

15 In cœleſtibus habitat Benedictus, dum in terris habet corpus. Quomodò & unde? Aliò intentus reſpondet Sophronius. *Via patefacta eſt cœlorum. Sæculum habere meruit, tenere omninò non potuit.* Serm. de *Aſſumpt. Virgin.* Epiſt. 10. *poſter.* Hieronym. Tom. 4. Habere mundus meruit, quia habebat corpus; at tenere non valuit; quia corpus tantùm habebat.

Sophron.

*Sordent terrena viro.*

Stat. 10. Theb. v. 827.

Calcavit florem: ab ipſo pueritiæ tempore tranſiens ætatem, eum quem quaſi in ingreſſu mundi poſuerat, retraxit pedem. Unde cùm Deus non ſolùm gratiam, ſed gratiæ divitias in Benedicto oſtentare cuperet, adhuc viventem conſedere in cœleſtibus fecit: etenim ſingulare privilegium, quòd in mundo habitaſſet & extra mundum, fruens beatitudine in terra, quam habiturus in gloria.

*Novos cœlo terra datura Deos.*

Ovid. 1. *Faſtor.* v. 510.

Sed unde novos Deos? Erat in mundo, uti vidimus, Benedictus *quaſi Angelus.* Non Angelus, ſed *quaſi*, quia *ad altitudinem Angelicæ gloriæ ſublevatus*: inquit Zachar. Pap. ſerm. de eo, *cap.* 1. Angeli vel in mundo, in miniſterium miſi propter eos, qui hæreditatem

Zachar. *Fuit quaſi Angelus.*

tem capiunt salutis ; semper vident faciem Patris. Illi semper, Benedictus semel : hoc est *quasi*, sublevatus ad altitudinem Angelicæ gloriæ, cum summa gloria in terra : etenim gloria summa, quòd videatur, quod in terra, ni ab Angelo, non videtur. Brevì agam, quippe fusè differui, *Tom.* 2. *T.* 3. *D.* 11.

Tob. 5. 12. 16 Gaudium precatur Angelus seni Tobiæ, qui extemplò respondit : *Quale gaudium mihi, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video?* Nil mirum, quod cœli lumine careat, cùm in tenebris sedeat. Sed cur de eodem diversis periodis geminatur questus? Ut rutilet gaudium, quo donatus Benedictus : si in mundo tenebræ vitæ, extra mundum lumen cœli ; in tenebris vitæ sedens, cœli lumen clarè vidit : siquidem in terris positus, in cœlestibus quasi Angelus habitavit. Dicere quibat cum Iobo : *Ad lumen eius ambulabam in tenebris.* Qui lumen habet, in tenebris non ambulat. Quomodò tenebrarum signat obscuritatem, si ad depellendas tenebras possidet lumen? Ostendit Iobus quæ sit summa felicitas in hac misera vita, lucis ac tenebrarum nectens extrema. Felicitas prorsùm (quippe lumen in lumine) videre in cœlo splendidum lumen cœli. Mundus estò splendeat ad oculum, terra profectò & miseriæ & tenebrarum : iungitque Iobus tenebras & lucem ; ut indicet in mundo ampliorem felicitatem : quandoquidem amplior gloria, in vitæ mortalis tenebris, conspicere facie ad faciem totum lumen Deitatis. In cœlo, cùm tenebræ vitæ non sint, perspicuò videtur lux : in mundo implicat sanè ; quia opponuntur lux & tenebræ, exclusæ à luce: & in culmen maioris felicitatis, lumen signatur habitando in tenebris; ut luceat in vivente amplissima, mira gratia, dum in terra gratis conceditur gloria : igitur miraculi celsitudo, esse in mundo & esse in cœlo.

Iob. 29. 3.

*Gloria in hac vita, summa gloria.*

Luc. 24. 44. *Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cùm adhuc essem vobiscum* : dixit Assertor N. post resurrectionem assectis. *Cùm adhuc essem vobiscum?* Ergo tunc illis præsens, non præsens illis. Erat eum quibus fuerat. Quomodò *Cùm essem*, dicit ; quasi cum quibus fuerat, tunc non esset? Erat cum illis, præsens erat, verùm cœlestia habitabat. Erat in mundo, sed glorioſus erat : & ubi in mundo glorificatio, quasi non esset in mundo. Modus essendi singularis, si in mundo gloria cœlestis : dicitque Christus, glorioſum habens statum, *cùm adhuc essem vobiscum* ; quoniam illis illo in articulo affuit, quasi cum illis non esset. Elucet modus, quo glorioſus Benedictus erat in mundo, & extra mundum erat. Quomodò in terris positus, habitabat in cœlestibus : igitur cùm hominis ageret vitam, vitam gerebat Angelicam.

17 Creatorem vidit Benedictus, dum eius animus Dei lumine dilatatus, qui adaperiens oculis splendorem, posuit coram eis tenebras in lucem ; ut Benedictus ambularet per speciem & non per fidem : etenim quod videbat, non nisi in Dei lumine poterat. Quod post mortem Deum videret, sicuti est ; non mirum : in cœlo non sunt tenebræ, sed lux. In vita sunt corruptibilitatis ac mortalitatis tenebræ, quæ non cohærent cum luminis splendore : Deus apparet, Benedictus vivens videt: & ad lumen eius etiam vivit in tenebris vitæ ; ut emineat celsitudo tantæ gratiæ : siquidem inter gratiæ divitias magna gratia; in mundo misero tenebris, perfrui visione beatifica. *Habitat* Deus *lucem inaccessibilem*, qua anima fruitur per eius speciem. *Non videbit me homo & vivet* : inquit Exod. 33. 20. Benedictus num vivebat mortuus? Fatetur Deipara, apud Birgittam loc. cit. *Mundus erat ei mortuus, & cor eius totum plenum Deo.* Magnum næ, quòd mortuus viveret; sed maius, quòd moreretur, ut lumen videre posset. Magnum, lumen videre : amplius, in tenebris vitæ : etenim si vita obex, ut quis accedat in beatificam visionem ; accessit faustè vel vivens ad lucem inaccessibilem. Non quodlibet miraculum in huiusmodi tractu videndum ; sed miraculum maximum : igitur cum in cœlo esset Dominus, & in terra Benedictus ; ingenio amoris, culmen tetigit optatæ felicitatis : quandoquidem ut illum vel in mundo videre valeret, in terris positus in cœlestibus etiam corpore habitavit. *Cùm sedero in tenebris, Dominus lux mea est.* Non lux, ut expellantur tenebræ ; sed lux in tenebris, ut videatur gratia lucis, cuius singularis claritas, mortalitatis haud eliminans tenebras : igitur & cœli lumen videtur clausis oculis post mortem ; lux in tenebris compendium relucet gratiæ, quia lumen cœli videtur etiam in tenebris vitæ. Patet : gloria est sursùm : cupiens videre, deorsùm. In hoc elucet Benedicti miraculum : igitur maximoperè excelsum ; quòd sedeat in mundo terreo, & existat ad lumen superior mundo.

*Accessit ad inaccessibilem lucem.*

1. Tim. 6. 16

Birgitt.

Mich. 7. 8.

*Nec vacuum Solis fulgentem deserit orbem.*

Manil. 1. c. 5 v. 93.

18 Ex huiusmodi privilegio stans mortuus est, moriente corpore, qui corpore mortuus ; ne vel in morte gloriaretur mundus: equidem vel expirans non decubuit, ut vel in morte calcaret. Vespasianus, qui *inter manus sublevantium extinctus est*, ut ait Sueton. in eo, *cap.* 24. dixisse fertur : *Impera-*

*Vespasianus moritur stans.*

*to-*

*torem stantem mori oportere.* Idem ibid. & Erasm. Roterod. lib. 6. *Apophth.* 17. in eo. Dogma Stoicorum fuit, *in actu mori.* Senec. *Epist.* 8. *Recto tibi, invictoque moriendum*
Senec. *Epist.* 37. & 81. Aptiùs ad *Marciam*, cap. *Turpis est* (inquit) *nivigij rector, cui gubernacula fluctus eripuit, qui fluctuantia vela deseruit; permisitque tempestati ratem: at ille vel in naufragio laudandus, quem obruit mare, clavum tenentem & obnixum.* Archimandrita & Monarcha Monachorum plauditur Almificus Pater: de quo latè Hæften. in eius *Vit.* Prolegom. 17. Quid quod stans haberet obitum, ut inter Patriarchas exprimeret Principatum? Moriens stetit, quippe ut Sol vel in occasu non cadit, imò super occasum ascendit. *Salomon stans mortuus*
Salomon. *est*: ait Iacob. Gaffarel. *Curiositatib. inaudit.* cap. 5. *Ecce plus quàm Salomon hic*: inquit Bruno, Tom. 3. serm. de *Confessor.* Plus & plus, igitur vel moriendo stetit, qui nunquàm corruit. Stantem mortuum fuisse Moysen, asserunt Hebræi; eò quòd dicatur Deuteron. 34. 5. *Mortuus est, iubente Domino,*
Deut. 34. 5. Mossis. vel *in osculo Domini*, ut legit Rabb. Ionath. Quid hoc? Mors pretiosa, non cadente corpore, etiam moriente carne. Mors profectò singularis, eius qui viderat lumen cœli in vitæ tenebris: & cùm spiritus in lumen rapiatur visum, trahens ut flamma corpus sursùm; si cæteri qui in tenebris sedent, cadunt propter mortis ius, qui vidit gloriam, stat. De reliquis triumphat mors decidua carne: Moyses stans triumphat de morte.

Gr. Magn. 19 *Inter discipulorum manus stetit Benedictus, & ultimum spiritum inter verba orationis efflavit:* Greg. *cap.* 37. Stat Benedictus, quò cunctorum casus? Utique: triumphat de morte. Lux quæ interior in mẽte fuit, dum ab illo divina explorata lux; exterioribus
Benedictus. oculis fulsit, & ad superiora rapuit. Unde quàdiù stetit vita, corpus sublevavit flamma. Corpus ferebatur à divini amoris igne, quippe Sol nequit occidere sine calore. Languet amore corpus, quia vehementer flagrat pectus; quod in altum raptum plus erigitur, quando magis infirmatur: Benedictusque firmiter in morte stat; quippequàm perseverabat in oculis illa lux. De Aärone etiam dicitur stantem efflasse animam: inter manus Moysis & Eleäzari simulque præsentiam. Vid. Abulens. in
Aäron etiã. *Numer.* 20. 26. An quia sine ulla ægritudine corpus exuit, cùm ut moreretur, montem validè ascendisset? Rabbini uti diximus *Ephemer.* 1. Iul. asserunt, quod ibi invenerint spelunca, loculum, & lucernam ardentem, quasi locum paratum post Aäronis dormitionem. *Ante sextum sui exitus diem* (ait Gregor. d.) *aperiri sibi sepulturam Benedictus iubet. Sanus ut appareret & incolumis:* subdit hìc Hæften. *n.* 4. Sanus in sepulchrale lectulum, cadaveris loculum? Præ se fert de morte triumphum: & moriendo gloriosè, validè stetit; qui spolia prævidens mortis, haudquaquàm timuit. *Benedictus calcat mortem.*

20 Hinc triumphus. De Moysis in morte stantis, ita loquitur Philo Biblius *Antiq. Hebraic.* seu *Biblicar.* n. 119. *Moyses repletus est sensu, & mutata est effigies eius* Phil. Bib. *in gloria, & mortuus est in gloria secundum os Domini, & præcedebant eum fulgura & lampades & sagittæ, omnes unanimes: & in illa die non est dictus hymnus militum pro recessu Moysi; nec fuit talis dies ex quo fecit Deus hominem super terram, nec erit talis adhuc in sempiternum.* In hoc fallitur intrepidè. Idem accidit in exitu Benedicti. *Strata pallijs* (infit Gregor. quò dudùm) *atque innumeris coruscis lampadibus via, recto Orientis tramite, ab eius cella in cœlum usque tendebatur: cui venerando habitu vir desuper clarus assistens, Cuius esset via, quam cernerent, inquisivit. Quibus ipse: Hæc est via qua dilectus Domino cœlum Benedictus ascendit.* Legislatorum univocus triumphus, à cœloque plausus; ut constaret quàm grati, acceptique cœlo, propter cœlum in vita calcato mundo. *Mirabilia in morte Moysi.*

21 Umbram Benedicti fuisse Moysen, præter præfata aliud habemus specimen. Dux constituitur Moyses duodecim tribuum, Dux etiam Benedictus duodecim monasteriorum: pari gestorum passu, parique merito; unde si labor similes, & gloria fecit æquales. Indicitur illi via in terram promissionis, quam à longè Prisci salutaverant Patres; præscriptà simul agni cœnà, ad quam minimè sedebant, sed stabant. Ita lex: *Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinantes.* Exod. 12. 11. Ideſt, stantes, *tanquàm exituri:* ait Iosephus, 2. *Antiq.* cap. 5. & Philo, libell. de *Cain. & Abel.* Ut procederent faustè in terram felicitatis, apparuit actutùm columna splendida ignis (*Exod.* 13. 21.) *ad ostendendam viam*, per rutilam flammam. Denique strata floribus terra in maris medio, *& campus germinans de profundo nimio. Sapient.* 19. 7. Si transitus ex ergastulo atque tenebris Ægypti in terram promissam, typus est transitus de mundo in æternam goriam; in transitu filiorum Israël & Legislatoris Moysis, præmittitur triumphi Benedicti in cœlum perpulchra species: etenim viam qua (in morte stans, exiturus hinc) cœ-

*Collatio Benedicti & Moysis, in portentis & miraculis.*

lum Benedictus ascendit, ita cœlum ornavit; ut strata pallijs omninò fulgeret & innumeris lampadibus, & cœlestibus luminibus. Mutatur effigies gloriâ, dum felix anima in cœlo;

Virgil. 7. Æneid. v. 90. *Et varias audit voces, fruiturque Deorum Colloquio::: Nomen in astra ferunt*

Mirum profectò, sed aptum: cœlum in morte generosè reddidit, quod pro cœlo in vita Benedictus studiosè dereliquit.

*Benedicto cœlum restituit, quidquid in mundo despexit.*

22 Vidit Ioannes triumphum Agni, eminentis splendidè in medio throni, iuxtà assidentibus & Angelis & senioribus, de victoria gratulantibus. Erant ibi ante thronum lucentes lampades; & de throno, præ iucunditatis nota, procedebant fulgura & voces & tonitrua. Ecce solemnia: *Vidi* (inquit) *in medio throni Agnum stantem, tanquàm occisum.* Alapid. *Stantem, non iacentem.* Fugit acumen; tanquàm occisum & stantem? Stare, non est quasi morientis, sed de vulnere triumphantis: diciturque stare & mori; in signum potentis triumphi: igitur nec mors valuit, quando in morte non succubuit. Haud aliter Benedictus in vitæ mortalis consummatione, potente infirmitatis virtute. Vixit in specu tanquàm occisus, vixit posteà tanquàm mortuus: voluitque in morte cœlum meritò rependere, quicquid subivit strenuè ex mortua vitalitate; equidem firmiter stabat ut moreretur, qui ut viveret moriebatur. Ergo in medio Throni gloriosè stabat Agnus, tanquàm occisus. Claret Agni in throno celsitas, sed aliter Agnum exponit Isaias: *Emitte agnum* (ait) *de petra deserti ad montem; & erit sicut avis fugiens.* Quomodò si in deserto, nunc in throno? Unde si adinstar avis fugit velociter mundi plausum, in eius plausum totum resonat cœlum, accensis lampadibus, & Angelicis vocibus, studens impensiùs illius honori, qui vixit incognitus in petra dura deserti? Inde in morte honor & plausus, quia Agnus vixit tanquàm mortuus. Unde cùm in morte cœlum studiosè restituat, quicquid propter cœlum animus calcat; in throno Empyrij glorioſam obtinet vitam, qui tanquàm mortuus, ut avis fugit in sæculo gloriam. Merces copiosa tanti despectus videtur, dum non in mundo, sed in cœlo mirificè plauditur: etenim collocatur sempiternè superno cœlesti in throno, qui vivebat, si vivebat, moriens in rigido saxo.

*Unde in cœlo thronus erigitur Benedicto?*

Apoc. 5. 6. Alapid.

Isai. 16. 1. 2.

23 Teathrum obijcitur vitæ Benedicti, & eius singularissimæ gloriæ. Moritur, illicòque usque in Dei thronum ab Angelis elevatur, plausu regio, insigni triumpho. Coruscant lumina quasi astra, sternitur pallijs divitibus via, coruscant lampades, audiuntur Angelicæ voces, & ne desideretur gratulatio è senioribus; occurrit venerando habitu vir desuper clarus. Benedictus usque in gloriam recto tramite ascendit. In sæculo sanè fugit. Quia fugit, habet. *Fugiens, deserti loci secessum petijt.* Sicut avis vel se fugit, præ fugæ velocitate; in arctissimum specum se tradidit oblitus sui: ibi quasi mortuum se sepelit, tribusque annis incognitus hominibus mansit. De petra deserti pergit ad montem Casinum, unde translatus in cœlicum thronum. In cœlum ex antro? In thronum ex spelæo? Cœlum, quicquid fugà Benedictus laborans thesaurizavit, ad eius mortem reposuit; ut in præmium redhiberet: morienſque augustè; singularique apparatu collocatur in throno; qui quasi mortuus à corde, sepultus vixit in saxo. Floridè Bugnotius, quò sup. *cap.* 20.

*Qui nunquàm iacuit, nequit atrà morte iacere:*
*Stat moriens citiùs, quo petat astra Pater.*
*Sternitur ecce tibi facibus via clara coruscis,*
*Sternitur auricomis semita læta rosis.* Bugnot.
*Quondàm quod rigido fuerit tibi vita sub antro,*
*Nunc datur plantis astra terenda tuis.*
*Exanimi num iurè rosis instrata paratur*
*Semita, & æthereo lumine iurè micans.*

24 *Secundum magnitudinem gratiæ* SS. Benedictus, *magnitudine gloriæ exaltatus*; ait Bernard. serm. de eo, *num.* 6. Segregatus est vel ex matris utero, ut Christus revelaretur in eo, & Christum revelaret, quem etiam in utero illuminatus cognovit. *Imitans eum* (ait Virgo-mater, quo supr. n. 15. & 17.) *qui nondum natus exultando intra viscera materna, cognovit adventum sui pijssimi Redemptoris.* Vitia non solùm fugit, sed nec cognovit. De Dei honoris erga Moysen causa, varia inter Rabbinos sententia. Philo Bibl. d. subdit: *Valdè amavit eum, sepelivit eum per manus suas super excelsam terram in lumine totius orbis.* Ioseph. 4. *Antiq.* cap. 8. in fin. *In sacris voluminibus scripsit se mortuum, veritus ne propter eius excellentem virtutem à Deo raptum prædicarent. Vir omnium quotquot unquàm fuerunt prudentissimus: in tractando populo, gratiâ & dexteritate incomparabilis: affectus quoque ita semper in potestate habuit; ut omninò illis carere videretur, & nomina tantùm eorum, ex his quæ in alijs hominibus conspiceret, cognita habere. Vates, qualis nemo alius, ut omnia eius verba, vim oraculorum obtinerent.* Breviùs Scriptura.

Bernard.

Birgitt.

Phil. Bib.

Ioseph.

Non

*Non surrexit ultra Propheta* (pro Vate, & miraculorum patratore, uti diximus *Tautolog.* 5. *n.* 16.) *in Israël, sicut Moyses, quem noverat Dominus facie ad faciem, in omnibus*
Deut. 34. à 10. *signis atque portentis: magnique mirabilis.* Charismatibus Legislatoris ornatur Legislator ab eodem Spiritu, dividente singulis prout vult. *Par Moysi Benedictus nascitur almus*: inquit Hæften. Proleg. 15. *Benedictus gratiâ Spiritus Sancti* (infit Hildegardis in *Regul.* eius) *hoc modo perfusus erat, quòd in nullo opere suo, velut in puncto momenti, & ictus oculi virtute Spiritus Sancti carebat.* Patet quoad visionem intellectualem, dum divinæ essentiæ habuit visionem: quoad imaginariam, tàm in somno quàm in vigilia divinam habens præsentiam: quoad miraculorum virtutem, habens ad exhibitionem potestatem. Adi D. Thom. 2.2. *q.*174. *art.* 4. *in corp.* Tanta ac talia fuere Benedicti mirabilia, ut non solùm a Zacharia, quò supr. *cap.*6. appellatur *Thaumaturgus*; sed Aimoinus astruat, necesse fuisse scribi à Gregorio Papa, ut fierent fidelibus credibilia. Hac igitur gaudet in cœlo sublimitate, gratiâ Benedictus & nomine.

Hæften. Hildegar. *Apodosis Moysi, & Benedicti.*

25 *Placuit Deo vocare Benedictum in montem* (infit Virgo Maria, d.) *ut cùm pluribus innotesceret; plures eius exemplo, ad perfectionis vitam incitarentur:*

Birgitt. *Montibus his olim totus promittitur orbis.*

Ovid. 1. *Fastor.* v. 117. Qui de illo nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. Stupore præsentes & futuri

Virgil. 7. *Æneid.* v. 100. *Omnia sub pedibus, quà Sol utrumque recurrens*
*Aspicit oceänum, vertique regique videbunt.*

Attendunt ad cavernam laci, de qua sunt præcisi: alij verò nati sunt quasi non nati. Proh dolor! Virgo apud Birgittam queritur *cap.* 20. & 21. Expavescite Monachi, si obliviscimini tanti Patris instituti. *Nunc* (subdit) *sicut de sacco Beati Benedicti spirabat dulcedo Spiritus Sancti, per quem multa monasteria innovantur, sic de sacco multorum fratrum eius discedit Spiritus Sanctus, quia calor cineris extinctus est, & faces iacent dispersæ, nec dantes ex se calorem, nec splendorem, sed fumum impuritatis & cupiditatis. Nunc multæ faces proiectæ de rogo S. Benedicti, iacent ubique, dispersæ, habentes pro calore frigiditatem, pro luce tenebras: quæ si in igne iacerent conglovatæ, darent ubique ex se flammam & calorem.* Convertamur ergo ad cor, ut rectis corde Benedicti oriätur lux; cuius expendimus pro imitatione virtutis, vitam Angelicam, vitam gloriosam, in mundo extra mundum animum, in morte de morte triumphum, & in Regia cœlesti coruscum thronum.

Birgitt. *In rogo Benedicti accendantur observantiæ lucernæ.*

*Pro quo totus ovat mundus, & astra simul.* Hæften.

## DIDASC. V.

## *Cæcæ affectiones voluntatis lethalia vulnera mentis.*

1 ALtè quidem ulcera suffusa medullis, quippe nonnunquàm prævaricatione cordis; latente festivo dolo, igitur non cognoscitur & legis & iudicij prævaricatio: imò fugientibus habenis rationem, placet iudicium quasi ad legis amussim. *Affectus quidem* (ait Senec. 1. de *Ira*, cap.9.) *tàm mali ministri, quàm duces sunt. Nunquàm ideò assumet ratio in adiutorium improvidos & violentos impetus, apud quos nihil ipsa auctoritatis habeat.*

*Affectus mali ministri, peiores duces.*

*Non est rationis affectus.* Sabin.

Ut ait Sabinus *Epist. Parid.* v. 17. Ubi regnat, ratio labat, & victa, vinctaque frenis, iacet inutilis; sicut propter caliginis obscuritatem, nullum fundere possunt sidera lumen. *O amor præceps* (inquit Bernard. serm. 79. in *Cantic.* n. 1.) *vehemens, flagrans, impetuose, qui præter te aliud cogitare non sinis, fastidis cætera, contemnis omnia, te contentus: confundis ordines, dissimulas usum, modum ignorans, totum quod opportunitatis, quod rationis, quod pudoris, quod consilij, iudicijve videtur, triumphas in temetipso, & redigis in captivitatem.* Ita omnia, & in omnibus ipse, quin pudeät; vel dum, de quo infelix pœniteät, habeat.

Bernard. *Effectus affectionis in proprio amore & iudicio.*

*Non veniunt in idem pudor atque amor.* Ovid.

Modò iuxta placitum, quodlibet licitum: extra legemque pectus constituit, si lex non placet. *Pro lege eis est desideriorum voluptas* (ait Doctor Almificus Benedictus, *Regul. Sanct.* cap. 1.) *cùm quicquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt sanctum; & quod noluerint putant non licere.* Patet iudicium læsum, affectionesque adversus legis iudicium: etenim electiones dirigunt; & eligunt, haud præut iura constituerint; sed præut ipsi phantasticè in voluptatem putaverint.

Ovid. *Epist.* 21. v. 121. S. Bened.

2 *Affectiones sunt* (infit Bernard. lib. 2. de *Amor. Dei*, cap. 6. n. 1.) *quas varias varius rerum & temporum affert eventus. Infirmitas carnis* (& sanguinis) *sæpe offendit,*

Bernard.

*dit, sæpe cadit, sæpe lædit graviter, & læditur, mente interiùs dolente.* Imago affectionis lepidè exponitur ab Adrian. Iun. lib. 1. *Embl.* 7. Oculos in pectore eius collocat, ac in sinistra stateram. Constitutio naturalis oculorum in capite, non in pectore: verùm affectio permutat loca, ut iudicia dirigantur à phantasia: equidem perperàm iudicia à rationis directione: modò procedant à pectore. In pectore cor, *ibique habitat mens*: ait Plin. 11. *cap.* 37. Apte dicit, ubi affectionis iudicium (si iudicium affectioni) altà cæcitate discernit: igitur directiones sine capite, si mens ducitur à corde. Caput est rationis in discretionem thronus: affectionis verò pectus, à quo longè oculi, cognitionis atque iudicij ministri. Non rectis oculis mens in homine videtur, si in pectore collocatur; quandoquidem detrahitur furtim à cognitione, quicquid conceditur fatuè voluntatis cæcitati. Inter monstra describit Plin. 7. *cap.* 2. Munster. *Cosmogr.* lib. 6. cap. 1. & Hertmanu. Schedel, 2. *ætat.* Regist. *Homines oculos in pectore habentes.* Si affectio cæcè construit, quod vigil natura fugit; collocatio oculorum (mentis ac intellectioni speculum) in cæco pectore, erit oppositа planè iudicio & intellectioni: monstraque proponuntur, ubi lumina frontis in pectore collocantur; quoniam qui in iudicium cæci cordis sequitur affectionem, non iudicium ostendet, sed mentis monstrositatem. Offendit, cadit, lædit, & læditur vulnere, interiùs mente dolente, ex eò quod intellectionis facultas clareàt intelligentis præ affectione monstrositas: igitur si in iudicium caput haberet; neutiquàm oculos in pectore collocaret. In cacumine quasi speculatores locantur oculi, quoniam *oculi sapientis in capite*; ut obiecta discernant, providè videant, ad omnia vigiles, & actionum directores. Sic cor residet & augustè in medio pectoris, quò sedent inclinationes. Indicant iudicium per oculos frontis tempora, uti pectus cordis vota: modò oculi removeantur à proprio loco; mentis non erit iudicium, sed voluntatis affectio: quæ quidem rapit penitùs sensus, quoniam in corde tantùm collocat oculos. Vernaculè: *Los affectos al pecho llevan los ojos, robandole los sentidos.* Nec ratio valet, ubi affectus cæcitatem vocat rationem; & impudenter lubitum irrevocabilem legem, quin erroris pœniteàt, neque pigere valeàt: equidem perperam quit habere pudorem aut pœnitudinem, qui ad ruboris examen non habet frontem.

*Imago, cuius oculi in pectore.*

Plin.

Idem.

*Deliria.*

Eccl. 2. 14.

3 Huic etiam monstruo dicatur statera, vel stateræ forma: igitur si per staterам designatur iustitia; sub forma iustitiæ, ubi tantùm species ostenduntur in dolum voluntatis affectiones. Oculi in pectore, & in sinistra statera? Affectionis planè signà: ab illa quasi pondere inauratur, quod sine pondere ostenditur: igitur in cæco affectu statera, aut libra est, sed ut appendat quicquid & quomodò vult. *Statera dolosa non est bona.* Si libramen iuxta rectum iudicium, ubi lumina in pectore non erit iudicium rectum; quippe iudicium à capite, non à corde: dicturque statera dolosa affectionis statera; quoniam quicquid librat summo pondere pectus, est examine mentis dolus & dolus. Elucet causa. Momentum stateræ in iudicium est ratio: statera affectionis sine momento; quo constet & quò vergat, & quo vadat: vadit & vergit quò cupit, & nihil pondere appendit: equidem sine examine ad iudicium & gravi corde; quicquid trutinat pectus, nullius momenti. Est amor pondus, sed nullius ponderis, quia dolus pectoris. Dolus, ubi aliud momenta entitatis, & aliud in pondus meritorum species: pondus leve quod appenditur à corde, fallaci lance: quandoquidem minoris dotes ducuntur, quò magis ad æstimationem ut pretiosæ commendantur. In statera est exemplum; & simul patet, quàm dolosum iudicium: igitur si plus iusto dotes elevantur in statera pectoris; signum planè, quod levissimi ponderis. Vid. dicta, *Tom.* 4. *T.* 6. *D.* 6. *n.* 13. Taxat Gregor. Magn. 24. in *Iob.* cap. 6. inquiens: *Qui affectioni succumbunt, non homines, sed iumenta.* Iumenta inter homines, ut clareat huiusmodi appetitus irratianalis: etenim cùm obscuret mentem, inducens in cæcitatem; ex cordis cæci iudicio, rationalis apparet sine intellectu. Dixit (ut vidimus *n.* 1.) Bernardus, sed expendendum varijs doctrinis iudicium; ut constet quomodò eiusmodi pravus affectus confundat ordines, obnubilet specula veritatis, usum dissimulet, modum ignoret, fugiat importunus opportunitatem, prætermittat inverecundus pudorem, cæcutiat ad lucem, sine tenore consilij, sine iudicij examine, fastidiens cætera contemnens omnia. Unde hominibus tanta plaga? Quia nequaquàm surstùm corda; & per sapientiam mundanam sapiunt duntaxàt quæ super terram.

Prov. 20. 23.

*Statera dolosa in affectionis sinistra.*

Gr. Magn.

*Affectio ac factio sine ullo iudicio.*

4 Dicam & non absre cum Stoico. *Non potest fieri, ut omnes querantur, nisi querendum sit de omnibus. Omnes tantum? Et cupidi omnes & maligni omnes, & timidi omnes; illi in primis qui videntur audaces. Adijce, & ambitiosi omnes sunt, & impij omnes: sed non est quod irascaris. Igno-*

Senec.

*Est mora insaniæ.*

sce

*sce illis. Omnes insaniunt.* Ita Senec. 5. de *Benef.* cap. 17. Suffigeret, quantum auguror, excusatio pro resipiscentia, quùm excusantur insaniâ. Dulcis, dicunt, est amor patriæ. Arbitror in Monachis æquivalere blasphemiæ. Dulcis amor patriæ. Magis dulcis, si fuisset patriæ cœlestis. Cæcum in pectore fovemus amorem, hîc non habentes manentem civitatem. Magnæ utique hîc signum felicitatis, terminos cum Dijs habere communes. *Quid eo beatius dici quit* (infit Basilius, *Constit. Monach.* cap. 19.) *quid hac coniunctione, unitate, ac necessitudine aptiùs excogitari? Quid mutuà inter se morum animorumque contemperatione gratius fingi? Homines ex diversis nationibus profectos, per exactam morum ac disciplinæ similitudinem, adeo in unum veluti coaluisse; ut in pluribus corporibus unus modó animus esse videatur: vicissimque plura corpora mentis unius instrumenta cernantur.* Hic amor ordinem construit, ubi affectio destruit: scit enim modum, quoniam sequitur iudicium. Planta est homo, sed mobilis: modò terræ adhæreat erit stipes: patetque ludibrium rationis, invenire stipem, dum quærit hominem. Iucundior patriæ fumus, quàm ignis alienus? Vide Palladam lib. 1. *Epigram.* 64. Tzetz. 6. *Chiliad.* histor. 77. & Cicer. 5. *Tusculan. qq.* Fumus patriæ nonne fumus? Quoniam patriæ, non illuminat; sed quoniam densior, obcæcat; quin fletum excitante acrimoniâ, interfit ex dolore pœnitentia, cum pluris faciat error lignum, aut titionem fumigantem, quàm ex foro alieno ignis illuminationem. Quid quod hinc vel illinc summa splendoris? Homo egregius ubivis figit radices. Haud in ministerium quæratur unde, sed qualis. Ubilibet sunt homines & boni & mali: verùm non ita nascuntur, sed virtute, aut vitio fiunt; quin vitia aut virtutes oriantur à terra nascentium, sed à terra cordium: igitur Sol modò nascitur in Signo Virginis, & modò in Signo Scorpionis. Unde Ausonius in *Imperator. Epitaph.* Epigram. 21. de Severo accinit:

Basil.

*Amor in patriam quàm cæcus & ridiculus!*

Auson.

*Punica origo illi, sed qui virtute probaret*
*Non obstare locum, quùm valet ingenium.*

5 De regno florum est inter AA. studiosa contentio. Regina plauditur Rosa maiestate venusta, quasi sensibus plus grata. Pier. Valer. *lib.* 55. *cap.* 8. Lilio principatum tribuit Bernardus: *Candidissimo flore pulchrè in coronam dispositio.* Serm. 70. in *Cantic.* n. 5. Unde Picinell. 11. *Mund. Symbol.* n. 153. inquit: *Meruit candore coronam.* Plin. 21. *cap.* 5. candorem concedit, sed principatum etiam ex floris celsitudine abnuit: *Lilium* (inquit) *Rosæ nobilitate proximum est: nec ulli florum celsitas maior: candor eius eximius.* Cur igitur postponitur Rosæ, eminens voluptuosè & candore, & celsitudine? Quia *languido semper collo*, infit: & Carducius, *Carm.* 9.

Bernard.

Plin.

*Dum candidanti flore vernat lilium,*
*Decora cervix pondus.*

Carduc. *Modestia in Superiore pretiosa.*

Unde à dignitate expellitur, inde magis commendatur; siquidem in celsitudine dignitatis non erigitur: construitque lilium augustiorem thronum, excelsioris nihil celsum. Instruit natura hominem; ut discernat inter floridas dotes, cui conferat dignitatem: lilio vernanti decora cervix est pondus, quod ad dignitatis virus: igitur dignitas haud ullam habebit gloriam; si in illa floret, qui semper respicit terram. Nascuntur alij flores; sed sursùm tendunt, unde commendatio pulchritudinis. Lilium, estò comitetur in honorem celsitas, fugit inter flores dignitas; quoniam languido collo, versus terram inclinatio: rutilat profectò floris commendabilis splendor: & à tanto splendore refugit honor; quoniam non dignus, flos quantumvis excelsus, qui nonnunquàm terram circumspicit, ex qua natus. Pollet candore, pollet celsitudine; sed languido collo, ut periculum caveatur sub huiusmodi aspectu, quo plerumque & affectio in pectore fovet anguem, & astutam vapido servat sub pectore vulpem; panurgià incognità, ne cognoscatur decipula: quandoquidem ubi sub candore pectoris, tortæ cervicis dissimulatio (certocertiùs, simulatio) maior in terram propensio. Dialecto nostra: *Mas ciega la pasion y mas engaña, debajo del disimulo de una cabeza torcida.*

*Et abominabilis propensio in patriam.*

6 Floruit miraculo singulari virga Aäronis inter cæteras virgas steriles; cùm iam haberet dignitatem, ut eius regiminis indicaret tenorem. Virga, dignitatis signum, vernat tota viridarium; ut electus in Ecclesiasticum principem, in virga sterili floridà contempletur speciem, affabilitate comite, ne vultu terreântur subditi; qui sæpe vel maiestatem vel circumspectionem appellant affectatam severitatem, quasi difficilis videri, nec dictu affabilis ulli: steriliscque virga floret, quia aliter dedecet: etenim virga in dignitate arida, nimis subditis austera. Nostrates: *Es sensible un Prelado, todo sequedades.* In rem ergo. *Invenit Moyses* (aliorum Principum aridis virgis, seu baculis) *germinasse virgam Aäron, & turgentibus gemmis, eruperant flores.* Miraculum sanè magnum, & pro meritis electi consonum in documentum; igitur si per virgam signatur potestatis

*Præses affabilis.*

Num. 17. 8.

honor, atque per flores splendor; digne prælatus floret dotibus in honore dignitatis, cuius virga vernat pulchrè absque ullo humore telluris. E terra enata virga, sed in Sancto-Sanctorum prorsùs arida; ut constaret, quàm probe collata honoris maiestas, ubi virgæ regentis excellebat ariditas: etenim in Sanctuario dignus munere floret, qui oblitus pro dignitate quicquid à tellure accepit. Haud virga floruit ante electionem, sed postquàm Aäron ad dignitatem electus; ut per opera præ cunctis luceret dignus, inter tot viros dignitatis avidos. Pridem non floruit, estò dignitatem habuit; quia studiosa quibat esse ariditas, ut simulatione nanciscì posset auctoritas: aridaque erumpit in flores, postquàm Aäron in culmine dignitatis; ut eluceret & à Deo electus, & quanta gloria in dignitate functus: igitur si humor à terra; magna ex siccitate gloria, floruisse in honoris culmine, absque telluris mentione.

*In honore nulla fit memoria patriæ.*

V. 10. 7 Ita floruit, & ita in *signum* Dominus servari iussit. In signum sanè reproborum, & etiam dignitati respondentium: igitur si dignus constat honoris, qui obliviscitur telluris; indignus prorsùm sine dotibus exponitur, qui humore terræ in dignitate trahitur. Per flores in virga arida, regiminis prudentis describitur forma, siquidem præclarè agit, qui glebæ nec meminit. Si humore floreret à terra tracto, haudquaquàm mirabilis pulchritudo: equidem floreret, si floreret, per originem, haudquaquàm per dignitatem, in qua florent merita, quando à terra separata: igitur in dignitate non floret, qui flores turpiter ab origine trahit. Floret pro Aärone potestas, & inter cæteras virgas, quia in ipsa virga meritorum claritas, respiciente à quo assumptus, non unde electus. *Quem ex his elegero, germinabit virga eius*: dixit Dominus. Cuncti principes tradiderunt virgas; sed *per cognationes suas*. Longè è cœlo flores, ubi certatim in honorem caro & sanguis. Concipiuntur vota: at quid inde? Dedecus conceperunt desideria: etenim ubi virgæ Moysi traditæ pro patria; ad dignitatem optatam apparuerunt ligna & ligna. Eius in dignitate flores sunt, qui vocatur à Deo tanquàm Aäron: quia non habebat humorem, virga reliquorum aruit: quia humorem non habebat, quæ erat Aäronis mirificè floruit: quandoquidem in honore, virgæ miraculum maximum; ubi terræ relictæ nec ullum signum. *Quem ex his elegero, germinabit virga.* Miraculum ostenditur, ubi virga florens aridè in dignitate proponitur: etenim si ab humore telluris habuit esse, & constat ariditate; ullum haud habere succum, sane miraculum. Vulgò: *Es maravilla una vara, à quien no tira la tierra.*

*Ita florent in dignitate Præsides.*

V. 5.

V. 2.

*Uti mirabiles.*

8 Ægyptijs nunciata sunt per Eleos Olympica certamina, tanquàm cunctorum iustissima. Pertesi sunt gloriationem, & ut inflatam pertunderent vanitatem; interrogarunt Ægyptij: An soli Elides, vel aliarum provinciarum certarent cives? Respondentibus. Commune esse certamen; Ægyptij dixerunt, *Quod ad iustitiam difficile. Nullo enim pacto posse fieri, quin concivi pugnanti cives faverent, facientes iniuriam hospiti.* Herodot. lib. 2. *num.* 102. Dulcis amor patriæ, qui omni potentior ratione, calcans iudicium, dum iuxta affectum suffragium: igitur ita in suos vel succumbentes pondus inclinationis; ut nullum præconizaret vel ex victoria victorem, ni victor esset ex suis. Simia simiam amat, præter philocosmiam nil delectat: equidem cùm similitudo grata, illi videntur quæ fœdissima, pulchra. *In tenebris sedeo, & cœli lumen non video*: dicebat Tobias. En senis ægritudo, sed singularis cæcitatis, qua ridetur affectio; fingens in eo quod diligit, quicquid delectat videre; cùm nil in tenebris videatur, nisi phantasticè: etenim cùm nihil sit, nullaque ex dotibus lux; ita ex propensione fatuè fovet cæcitatem, ut non tam arbitretur videre lumen, quàm cœlestem splendorem. Causam astruximus ex Aristotele & Cœl. Rhodigin. *Tautolog.* 5. n. 31. *Descendente plurimo sanguine ad principium sensivum, simul descendunt formæ in imaginatione conceptæ: atque ita demùm fit, ut quæ non sunt, videantur; quemadmodùm somniantibus contingere, scimus omnes. Inde infatigabilis fraus eludens spectatorum visus.* Ni esset in capite redundantia sanguinis, abfuissent profectò à phantasia species: cogitata essent ut cogitata, vera ut vera: equidem viderentur iuxta dotium entitatem, & nequaquàm iuxta cordis affectionem, quæ nimio sanguine fecit delirare mentem. Huiusmodi iudicium vel est delirium vel somnium: etenim ni iudicarent per sanguinem, per proprium furentem amorem (sed iuxta rationis examina iudicarent) vel viderent phantasticè, quùm nihil vident.

Herodot.

*Non iudicium ubi ex affectu suffragium.*

Tob. 5. 12.

Aristotel.

*Unde videantur quæ non videntur?*

9 In propensione Hebræorum ad idola, Ieremias utitur ingeniosâ metaphorâ. *Onager assuetus in solitudine* (*effrenis*, Maluend. in concupiscentia) *in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui.* Hieronym. *Spiritu perverso.* Sanctius hìc, n. 77. *Furente libidine.* Onagri in huiusmodi amentibus pingitur forma; quoniam qui affectioni succum-

Ierem. 2. 24

*Affectit infertur vanitas, ex quo rationis deformitas.*

cunbunt, convertuntur in iumenta : igitur perverso spiritu pectoris ostentantes inclinationem, uti onagri miram promunt stoliditatem. Ventum trahunt, dum varie honores huic & illi concipiunt, ac laboriosè disponunt; ut pateánt iure collata munera, ex his quæ finxit phantasia, cerebro vacuo, quod coloribus replevit affectio ; quin possint revocari in pœnitudinem, cum uti stulti ex

Prov. 27. 22 delirijs construxerint vanitatem. *Si contuderis stultum in pila, non auferetur ab eo stultitia eius.* Labores quibant reprobi sensus revocare à proposito animum ; cæterùm non habent sensum. Ut iniquè agant, laborant, & vertigine capitis in circuitu semper ambulant ; nec resipiscunt, quantunvis à prudentibus ridentur : equidem cùm sibi complaceánt de delirijs & ineptijs, fomitibus vanitatis, mulcimine proprij amoris ; à propensione stultà non removentur, tametsi pilo tundantur. Sufficere videbatur : *Non auferetur ab eo stultitia.* Quorsùm dicitur *Stultitia eius* ? Ut appareát in phantasia, quàm stultus : siquidem sibi videtur ingentem conciliare auctoritatem honori; de quo erubesceret alius, tanquàm de stoliditate. Non tam error in stultitia, quàm in stultitia eius. Alius ut stultitiam affectionem cognoscit, & ne appareát colorare gestit. Huic gloriatio, & cænodoxia : & non solùm in eo dicitur stultitia, sed eius stultitia; quia ita emotæ mentis, colore imaginationis, ut ipsum phantasiæ errorem, solicitet auctoramen. Morbi Stoicus dicit effectum, & apponit pharmacum. *Eò autem magis* ( inst ; *Epist.* 40. ) *te deterreo ab isto morbo ; quod non potest tibi ista res contingere aliter, quàm si te pudere desierit. Perfrices frontem oportet, & ipse te non audiás.*

*Diligunt phrenesim.*

Senec.

Ovven. 2. Epigr. 82. *Est tibi nam semper maxima cura tui.*

10 Modò morbi origo ex ipso Stoico. *Primùm sibi ipsi conciliatur animal. Voluptatem peto. Cui ? Mihi. Ergo mei curam ago. Pro quo? Pro me: ergo mei curam ago. Si omnia propter curam mei facio, ante omnia est mei cura. Hæc animalibus inest cura cunctis.* Senec. *Epist.* 121. Animalibus, non hominibus : equidem quibus affectus ita pravus, sicut equus & malus, quibus non est intellectus. Onagri sunt effrenes, furente libidine, mentis prævaricatione, nimio in caput descendente sanguine; quo distribuunt ineptis maxima munera, pictis dotibus à læsa phantasia, cui videtur videre quæ non videntur, verùm videri cupiuntur : unde cùm indignis munera sint dedecora, & dignitates infamia; huiusmodi idololotriá ridentur, qui vento honoris distenti de fatuo affectu gloriantur: quandoquidem uti in onagris insigne stoliditatis, quòd ita cæcè propendeant in idola vana cordis. De stellionibus refert Plin. *lib.* 11. *cap.* 25. innocuos duntaxàt esse ijs qui carent sanguine. Plura de illis, *lib.* 29. *cap.* 4. & 30. *cap.* 10. Salomon verò ait : *Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regis.* In Hebræo vox æquivoco, *Schemamith* : igitur significat simiam, vel stellantem, sive fulgentem lacertam. Caveát ergo qui est in honore, ne sanguine laboret in regimine ; ut possint amandari huiusmodi illustres bestiæ : quæ quidem cùm foveant avidissimè ambitionem ; nonnunquàm fugiunt superiorem exanguem. Stellio, Hebraicè *Scamam*, idem est ac admitari, vel obstupescere ; quoniam si hominem videt, nec se præ stupore movet. Audax veneno grassatur in ædibus Regis ; quem imitantur pro viribus ardeliones ; ut captent fulgore Superioris gratiam, & virus vomant per falsam benevolentiam : igitur hærent stupidi dissimulantes artem, si in dignitatis solio viderint hominem. Mutuatur conditio ab stellione, si Præses abundat sanguine ; quippe hæret infatuatus ad præsentiam serpentis, quasi ad splendorem hominis, quin cognoscat per affectum obliquum, in ipso amore adorare venenum. Quia fulget, affectu respicit ; sed non dispicit per cæcam affectionem, cui conferat dignitatem : gaudens de stoliditate, quasi dotium supellectile ; cùm mundus totus quasi perculsus stupeat, quòd reptile virulentum in admirationem rapiat. Vide Aristotel. 9. de *Histor. Animal.* cap. 2. & Saavedr. *Ideæ Princip.* Symbol. 48.

Prov. 30. 28

*Falso splendore infatuántur.*

11 Ferè eadem turpitudo inest alij significationi vocis, ubi Præses ad munera illectus trahitur affectionis illecebris. Dotes in dilecto quærit & videre fingit ; & fulgere somniat, cogitat, æstimat ; cùm præ speculo lævissimo veritatis, sint tantùm cupientis cogitationes. Quæritur anxiè à nescientibus *Quis*, dum summum resonat *Quid* : apparet, & simiá est ; quæ moratur in ædibus cordis, insulis præ affectu onerata coruscis. Qualia merita ? Gesta ridicula, figurá petulcá, sine hominis forma, ducto amore in hominis figuram, quia sic implevit phantasiam. Ita ? Sic : utinàm Non ! Verùm iudicium prævaricatur, dum ad lubitum munus indigno conceditur, prætermissis meritis, vel forte dignis calcatis : igitur tantùm in derisum hominum, eligere in nobile ministerium, animal natum in risum. *Corpora Deorum sine sanguine*, dicebatur ab Ethnicis, de quo Læl. Bisciola Tom. 1. *Horar. subcesivar.* lib. 10. cap. 19. n. 1. Unde Homer. 5. *Iliad.* v. 348.

*Simias ornant in adorationem.*

*Et gloriantur de delirio.*

Homer. *Qualem membra solent magnorum fundere Dioïlm:*
*Atque ideo exangues Dij sunt.*

Qui sunt Numina in honoribus; per exilium affectuum similes debent esse Numinibus: hinc, *Ego dixi: Dij estis, & filij Excelsi omnes.* Psalm. 81. 6. Dedecet enim Deitatem, simiam respicere, ac præterire hominem, nimio sanguine dotes in patricolis fingente, ac ordinem perturbante, quo deturpatur auctoritas, & videtur stoliditas: igitur omninò ludicrum & electoris opprobrium; quòd philocosmæ simiæ hominis tradatur honos, & propter mimos, & festivos gestus.

*Possident affectu thronum, qui nati in risum.*

12 Proh dolor! Sanè tolerabimus istorum defensiones (ait Tacit. 4. *Historiar.* cap. 42.) *qui perdere alios, quàm periclitari ipsi maluerunt? Libidini sanguinis & hiatu præmiorum ignotum adhuc ingenium, & nullis expertum.* Simiam undique vident qui non simiæ, sed Præses renuit cognoscere, ductus libidine sanguinis, pro indignis, dignis conceptis; quippe simul cum exuberante sanguine descendunt formæ imaginatione conceptæ: unde cùm iuxta phantasmata, dotes concipiantur vel in simia; expertum nullis & ignotum ingenium illustrat sanguis auctoritate præmiorum. Hinc de onagro, ducto vento amoris proprij, dicitur: *In desiderio animæ*, uti vidimus, *num.* 9. Simiam circumspectat, verùm non simiam videre desiderat. Hominis dotium instat desiderium, & nequaquam iuxta desiderium exit aliorum iudicium: dicturque in desiderio animæ indigno collacta auctoritas; ut conferentis clariùs cognoscatur stoliditas: siquidem simiam hominem haud faciet, neque coloribus pinget, estò enixè concupiscat; quantunvis viscera vomat. Instat libidine sanguinis, atque pruritu amoris, ut homo appareat, quanvis figura cognoscatur simia, præmiorum rutilà larvà; quia sibi stultè videtur per dignitates efformari dotes: tuncque magis ut onager deridetur, dum molimine affectionis embolium arte constructur: etenim ubi simiæ auctoratæ datur maiestas, demonstrat sine suppositio suppositorum personas. Attollere enim desiderat hominem in dignitatem, & vident cuncti personatum ludionem. Vernaculè: *Matachin, Mamarracho, Cachidiablo, un ridiculo Avechucho.*

Tacit.

Iere. sup.

*Quò magis insulis ornantur, ridiculiores videntur.*

13 Ubi nimis in caput ascendit sanguis, magnoperè nocet oculis; & quibus imminet cæcitas, qua de causa effusè erumpunt in lachrymas: igitur nihil magis lachrymabile existit, quàm si sanguis in caput facilè ascenderit. Ingruit oculos claudere, dum eiusmodi laborant ægritudine. Unde cum cæcus haud efformet iudicium secundum visionem oculorum; in obiectorum discrimina, necesse est, quod recurrat ad phantasma: quandoquidem præ cæcitate non cogitat, prout spectat; sed spectat, præut phantasmatibus cogitat. Species ingeruntur, quarum non habet speciem: siquidem cæco cuncta per cogitationem: vigilque somniat, dum cogitata iudicat; igitur duntaxàt rerum insunt imagines, eodem modo quo res obijciuntur in somnis.

*Quorum dotes à phantasia, delirante confinguntur.*

*Ergo sensus abit, mutatis motibus altè.*
*Principio somnus fit, ubi est distracta per artus.*
*Vis animæ, partimque forás ejecta recessit.*

Lucret.

Ita Lucret. 4. de *Rer. natur.* à v. 916. Claret penes phantasiam sine iudicio iudicium, & sanguinis capiti vigili incommodum, ubi trahitur in affectionis idola, commendabilium dotium cogitatà figura: sibi plaudens quasi vera videret, quod videre concupiscit: verùm nil videt in tot imaginibus, speciebus obiectis; quoniam nihil ab oculis discernitur clausis oculis: omninòque vana & ficta, quæcunque obiecta à phantasia. Erit num medicamen ægritudinis? Et facile: removeatur à capite sanguis, à quo cæcitas, & ex cæcitate capitis stupiditas: quandoquidem cæcitate voluntariâ non laboraret, modò oculos aperiret.

14 Sese describit Paulus miserrimè cæcum, æmulator existens paternarum traditionum. Cum ergo illuminaretur è cœlo, sibi videns procedere sine errore: *Continuò* (dicit) *non acquievi carni & sanguini.* Quid ad eius mentis illuminationem, quòd non respexerit neque carnem, neque sanguinem? Continnò qui eminebat zelotes legis supra multos coætaneos, repulit patrigenas & consanguineos. Vide hìc Alapid. Quo ergo intuitu? Arcana in finum illorum effundere noluit, ne ipsi iudices fierent, de quo nequibant cæcitate dijudicare: igitur si consiliarij constituuntur, nullum sanguinis consilium; cùm præut sua cuiusque interest, probet, improbet, reprobet, suadeat, dissuadeàt: addat, minuat, stimulet, aut reprimat: quæ quidem dicitur à Bernardo de *Vita & morib. Cleric.* cap. 11. n. 35. *Sapientia mundi, terrena, animalis, diabolica, inimica salutis, suffocatrix vitæ & mater tepiditatis. Cave tibi. Utquid enim? Inimici hominis domestici eius.* Hinc Paulus actutùm non acquievit carni & sanguini; quippe cupiebat videre. Quorsùm hæc? dices. In articulo vidébis.

Galat. 1. 16

*Caro & sanguis consiliarij pessimi.*

Bernard.

15 Adinstar fulminis vibrati è nubis visceribus, Damascum procedebat iracundus,

dus, ut lupus satiaretur innocentium sanguine, legis imaginatione, de qua somniavit vera mira, vel præsente veritate; quasi semper umbra fulgeret in mundo, luce adveniente de cœlo. Hac circunfusus qui cæcus corruit, verùm ut surgeret. *Cadens in terram apertis oculis nihil videbat.* Felix utique lapsus, quo corruens aperit oculos: in cœlumque conatur erigi, uti Paulus enuncians: *Domine, quid me vis facere?* Ad rem Ethnicus in *Trinum.* Act. 1. scen. 2. à v. 123.

Act. 9. 8. *Paulus corruit, ut surgeret.*

Plaut.

*Prob Dij immortales! Verbis paucis quàm citó*
*Alium feciſti me! Alius ad te veneram.*
*Sed ut accepiſti, perge porró proloqui.*

Ita ex lapsu humilis loquitur, qui ante ruinam in furorem inflabatur. Dicit etiam alius, sed aliò intentus; in *Antigon.* v. 136.

Sophocl.

*Ex adverso in terram decidit concussus,*
*Ignem ferens, qui tunc furenti cum impetu*
*Furens spirabat ignem.*

Pauli objicitur in conversione theätrum, in quo nostrum effulgurat institutum. *Apertis oculis nihil videbat.* Causa cæcitatis, quia pridem clauserat. Oculis clausis nihil discernit: cur ergo modò luminibus apertis nihil videt? Nimis affectus in legem degebat Paulus (in cuius pectore imprudens uti ignorantis exardebat zelus) de umbra mirabilia cogitans, quippe somnians clausis oculis cogitarat mirabilia. Non videbat, quæ videnda in lege; sed quod videbatur illi. Videbat oculis clausis, ubi non res, sed species: & cùm luce circunfulgente de cœlo, excitaretur à somno; nihil coram oculis invenit, ex his quæ vigil phantasmatibus somniavit.

*Vidit clarè, quia nihil vidit.*

16 Speculum exponitur cæcæ affectionis, & lusus phantasię, varios colores in speciebus fingentis, dum capitis laborat cerebrum, atque superfluus sanguis ascendit in caput. Pingit patricolas dotibus præclaris instructos, instrumentis nobilibus apprimè ornatos, cum illis literas natas, & sine illis morituras. In expeditione rerum, quanta dexteritas! In cognitione difficilium, quanta claritas! In usu qualis prudentia! Sine illis essent suprema munera vacua. Cum copia sanguinis, descenderunt in caput formarum somniantis species; ut videret quæ non visa, læsa phantasia erga immeritò dilectos. Habet profectò somnians oculos clausos: igitur modò sanguinem ut videret, expulerit, apertis oculis, nihil omninò videret. Patet fictum, quicquid oculis obiectum; equidem si nihil modò discernit, si apertis oculis nihil penitùs videt; dum videbat dotibus decoratos ineptos, proculdubiò tanquàm somnians habebat oculos clausos. Sanguis in caput nimius ingerit oculis cæcitatem, quippe in male affectis pravè deducit humorem. Tam physicus, quam civilis morbus, est malè dispositæ cogitationis affectus, quo cogitant videre dum dormiunt, qui clausis oculis videre conantur; lubitò fingentes imagines, pro lenocinio affectionis: simulque exprimentes cæcitatem, dum simulant phantasticum splendorem: igitur si nihil apertis oculis viderant; cùm viderent, cęcutiebant.

*Aperiri oculos rationis, est remedium affectionis cæcitatis.*

17 Non difficilè modò intelligitur, cur Paulus ex hac visione, non acquievit carni & sanguini; imò patriam relinquens terram, profectus est in Arabiam. Suos fugit? suos: propter quos videns, factus oculis orbus: cæterùm illuminatus: igitur apertis oculis nihil videbat, ex his quæ in suis tanquàm illustria somniaverat. Lux de cœlo, illuminat: lux quæ ab affectione, obcæcat; quippe mundana, diabolica, animalis & inimica salutis: etenim dum magis caput elevat, caput aggravat. Pende.

*Multa dominantem vetat amor suorum.*

Igitur quæ apertis oculis cernit ac decernit ratio, clausis oculis amandat suorum affectio. Alius improbat, alius impellit, alius arcet, alius extollit, alius deprimit, alius allevat, alius suffocat, ut existat abundantiùs æmulator traditionum paternarum, exemplo prædecessorum: ut aggravent cæcitatem, dum diversis affectibus hinc inde allidunt rationem: Paulusque ne laboraret morbo, luce de cœlo, carne & sanguine spretis relinquit patriam; quippe affectionis studium est incumbere in amentiam, qua multa videri videntur, cùm nihil horum nisi ad speciem videatur. Cuncta videntur ex somno, si lux de cœlo. Pridem ab Ethnicis fictum; modò aliquantulùm homo videret Numen, incurrere cæcitatem. At quo proposito? Ut clareat, quam cæca affectio. *Cùm divinam sapientiam inspicimus* (ait Natal. à Comitib. 4. *Mytholog.* cap. 5.) *nos cæcos esse, & nihil scire, omninó cognoscimus.* Videre arbitrantur, quorum phantasia lux, qui ambulant in magnis & mirabiliter super se: qui cuncta cæci dispiciunt; ac vertice sidera tangunt; quos oportet videre nihil vidisse, ut possint cum Paulo nihil videndo videre: igitur ut primùm cœlestis luminis coruscum recepit radium, cognovit actutùm in omnibus fuisse cæcum.

Senec. in *Thebaid.* v. 657.

*Caro & sanguis allucinatio mentis.*

Nat. Com.

18 Inter Ægyptios erat abominabile sacrum, cuius nomen splendidum. *Locus erat apud Sain in templo* (infit Herodot. d. n. 103.) *Minervæ dicato. In hoc lacu ima-*

Herodot.

*gines suorum quisque affectuum noctù faciunt ; quæ vocant Ægyptij Mysteria.* Noctù, quippe videri pudebat, quæ videbantur ; & celare curabant, ne viderentur : igitur si modò illa, quæ affectus mysteria, visa ; imagines pulchritudinis ostenderentur ut monstra. Videtur Minervæ, Sapientiæ sacrum, & ignorantes causam, dicunt : *Mysterium.* Si occulitur, rationi non placet : turpe omninò, dum facienti displicet, deàurando velamine sacro mysterij, quod non potest deaurari : igitur quod exponitur ut sapientiæ iudicium in Minerva ; nihil aliud nisi erigere cupiditatis idola, phantasiæ crepundia, cogitationis phantasmata, affectionis studia, simulationis embolia, ut technis & technis ex Superfluitate sanguinis, videàtur in throno crotalis infulatus, simia vel cercopithecus. Lux desideranda è cœlis in expulsionem huiusmodi cæcitatis, ubi caput languet, quia cor affectione dolet. *Abnegare semetipsum sibi ut sequatur Christum* : inquit Glorioſus Patriarcha Benedictus, *Regul. Sanct.* cap. 4. instrum. 10. Non sufficit Præsidi semetipsum abnegare, ni abnegetur etiam sibi. Aliquibus videtur, summam quòd perfectionem attigerint ; modò sibi nihil velint ; sed sibi quærunt omnia ; quia quærunt sua : nimirùm in suos honores & dignitates ; sed sine meritis, per quæ dignitates honorantur, dum indotati expelluntur. Satagunt sibi pro suis splendoris culminis, titulo auctoritatis, sine rimula splendoris ; celebrantes noctu sacra, & erigentes idola, quorum erectio commendatur per mysteria : & non solùm Præses debet sese negare ; sed opus est, quòd abnegetur sibi : etenim si ex copia sanguinis capitis cæcitas, qua ducitur in vanitates & insanias falsas ; Præsidis totum studium, erigere phantasiæ ridiculum simulacrum. Reliqua *Didasc. seqq.* Præses ut pastor se debet gerere, ut inclytus emineat in regimine cunctorum plausu, sine intelligentiæ næviculo : lupusque & non pastor erit.

*Mysteria Ægyptiorum.*

*Imagines affectionis.*

S. Bened.

*Cur illius deliria dicantur mysteria.*

Ovid. 1. *Metam.* fab. 6.

*Si modò sanguine gaudet.*

## DIDASCALIA VI.

### *Affectionis amor, non amor, sed furor.*

1 NOn abs re in Epitom. *Divin. institut.* Lactant. Firm. affectus vocavit infernales Furias : de quibus Dantes in *Infern.* succinit :

*Tortis cinctæ hydris, redimita tempora sævis*
*Anguibus & crines quibus ornavere ceraſtæ.* Dant.

Furor est in mente, virus in corde, serpentesque furiarum affectuum crines ; quippequàm virulentæ vel ipsæ cogitationes. *Si omnem, quà velint, vagandi licentiam tribuimus* (ait Chartar. in *Pluton.* fol. 196.) *affectus omnem mentis tranquillitatem, Furijs immissis perturbant.* Affectus potentium per cuncta vagantur, susque deque faciunt rationis iudicium. *Impotenti sunt animo affectus* (ut ait Terent. in *Andr.* Act. 5. scen. 3. v. 8.) *præter morem atque legem.* Ipsi sibi leges sunt : præter illos nulla lex : ita perciti furore, abutentes potestate ; ita sine lege efrenes, ut non videantur affectus, sed furiæ cordis. De scorpijs albis, ait Nicander in *Theriac.* different. 1. *Albicat, rutilat, notis splendere videbis : calidas flammas cum frigore vomit.* Venenum nepæ, præsentius fucato candore, videmus sedere in corde potentum, ut cuncta fiant ad illorum lubitum ; quod singulare vel in scorpijs venenum : igitur dum in munere fulgent, & throno splendent, ita affectus pravi modificant ; ut alijs calore frigeant ; & alijs eodem veneno frigiditate incalescant.

*Affectus instar Furiarum.*

Chartar.

Terent.

Nicand.

*Et veneni scorpionum.*

——— *Animorum*
*Impulsu, & cæcâ magnàque cupidine ducti.*

Iuven. *Satyr.* 10. v. 350.

Nonne singulare dicemus iurè venenum, Amorem & Odium ? Nonne cordis virus, odium in alienos & amor in suos ? Perperàm dicitur aut odium aut amor : vocetur perpropriè furor : igitur solummodò Furijs prodeuntibus ex inferno, quibat existere serpentina cogitatio ; amandi avidè teterrima, & aversandi pulchriora, frigido corde & æstuante præut inest affectus cordi. Aptè Horat. 1. *Epist.* 6. à v. 9.

——— ——— *Miramur eodem*
*Quo cupiens pacto, pavor sit utrique molestus :*
*Improvisa simul species exterret utrumque,*
*Gaudeàt, an doleàt, cupiat, metuatne, quid ad rem,*

Si

Horat. *Si quicquid vidit melius peiusve sua spe,*
*Dixis oculis, animoque & corpore torpet?*
*Quære fugam morbi.*

2 Hic morbus unde? Ab amore suorum, uti dixi *Didasc. præced.* à ridicula in patriam propensione, qua amenti videtur ostentare splendoris speciem, & tunc exponit phrenitidem vel furorem. Eligitur Ionas in prædicatorem Ninives; sed renuit esse insignis inter Gentes. *Durum putabat Dei imperium, cùm tamen plenum esset dignitatis*: subdit Doctiss. Sanctius in *Ion.* 1. n. 14. Fugit plausum & maiestate plenum, eminentem dignitatem? Fugit. Erat extra propriam gentem: & cùm affectus in suos percellat furore pectus; amplissimè dignitatis generatur fastidium, licet orbis sit imperium. *Dolet se solùm electum, ut mitteretur ad Assyrios.* Infit hic Hieronym. In terra propria aliorum prophetarum detonabant oracula, veneratione plena, queis nota fiebat & Vatis claritas & divina maiestas: renuitque vel de cœlo concessum munus; quippe non munus inter extraneös iudicavit affectus: etenim cùm loco æstimetur dignitas, nequaquam à dignitate; dolet anxiè, quoniam honor sine honore. Ovid. 1. de *Ponto*, Eleg. 1. v. 35. succinit:

Joan. 1. 3. Sanct. *Amor in patriam sine iuditio.*

Hieron.

Ovid. *Nescio, qua natale solum dulcedine cunctos*
*Ducit, & immemores non sinit esse sui.*

Assentior, sed post proferam iudicium. Super duodecim tribus Israël sessuros discipulos, Assertor N. dicit: & tanquàm sedes maiestatis ostendit: *Cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.* Si in iudicium, ut clareat sedes tantæ maiestatis, congregabuntur omnes gentes; quia illi potestas data tàm in cœlo, quàm in terra; quare dum signat maiestatem sedium discipulorum, meminit tribuum, & totius Israël exponit congregationem? Ut discipuli habeant in sedibus maiestatem. Israëlitæ erant. Maioris habetur thronus proprij inter subditos generis, quam inter alios superiores homines; igitur homines ducuntur dulcedine soli, ut in maiestate sedis aliquid, quod certum quid, addant in munere maiestati: equidem supremi muneris (iuxta genium hominis) sedisque maiestatis, Israëlitarum nisi inter Israëlitas, nulla prorsùm in sede æstimaretur maiestas. *Tribus Israël*, ut plena in sedibus gloria sit; quæ non plena: nisi inter suos superexcellat gloria: & pro gloria exponit Christus thronos super Israël, quod magis allicit cor: siquidem vel in gloria throni iudicum non throni, ni sint sedes sub quibus tribubus nati Vernacule: *La maior gloria no les parece gloria, sino son alcaldes de su aldea.*

Matth. 19. 28.

*Ni honor in patria, honori defuit gloria.*

3 Hæc quæ videtur in hominis fragilitate dulcedo, rationis est infatuatio: igitur nullus Propheta acceptus est in patria sua: Abrahamque haud factus fuisset in gentem magnam, ni de propria egrederetur terra. Patria est, ubicunque bene est: patetque patria, ubi abundantia bonorum, cùm Adamus propria in patria triste pateretur exilium; ni dicat insania pravæ in patriæ propensionis, patriam feliciorem paradisi delicijs, extra quem propter culpam Adami, clamamus & gemimus exules filij Evæ. Eruntne Agar dulciores tenebræ Ægypti, domo opulentissimà Abrahæ? Haud patria summum supputatur rectè bonum, si ab originibus vocatur exilium. Hæcne dulcedo? Dicatur potiùs cerebri furentis corruptio. In quamlibet terram oritur Sol; ut sciant gentes, quoniam homines sunt. *Potest ex casa vir magnus exire. Quosdam itaque* (ait Senec. *Epist.* 66.) *videtur mihi in hoc natura tales generare, ut approbet virtutem omni loco nasci.* Iuvenal. *Satyr.* 10. à v. 48.

Luc. 4. 24. Gen. 12. à 1 Ibid. 3. 24. Ibid. 21. 14. *Quæ dicitur dulcedo, est infatuatio, mentisque corruptio.*

Senec.

——*Prudentia monstrat*
*Summos posse viros, & magna exempla daturos*
*Verucum in patria, crassoque sub aëre nasci.*

Iuvenal.

Hinc unde origo claritatis, nascitur de non patrigenis parva fides: & ut inquit Carol. Scribani in *Medic. Religios.* lib. 3. cap. 19. *Si quid dignum laude, extenuatur: si quid reprehensione, in immensum augetur*: pravo iudicio, maximè in electionibus; quippe patriæ affectione ducitur pectus, & quia dulcis ex aspide vellicat morsus. Obiter nota, quomodò describantur, qui assumpti in Apostolatum. Christus *nominavit Petrum*, &c. *& Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem, qui fuit proditor.* Cognomen filiorum olim erat nomen patris inter Orientales, à quibus emanavit in Græciam, ut constat ex Homero, usquequaquè dicente *Aiax Telamonius*: Euripid. in *Rhes.* de Duce Troiano, *Hectorem Priami*: Herodot. lib. 2. *Cambyses Cyri fili.* Ex Scriptura etiam constat: Matth. 16. 17. *Beatus es Simon Bariona.* Idem *Ioann.* 1. 42. & 21. 15. *Simon Ioannis*: in præsenti testimonio, *Iudam Iacobi.* Cur igitur nullius electorum dicitur patria, nisi proditoris Iudæ? Arbitror haud carere proposito; ut reprobi & indigni quasi per specimen demonstraretur electio. Nomina ad electionem dicuntur habere, qui tanquàm digni adscribuntur: per patriam cognoscuntur, qui & electi reprobantur: pro meritisque Iudæ dicitur tantùm quæ terra natalis; ut liqueat, quando indignorum, vel dignorum electiones: igitur nonnunquàm carent uti inepti

Scriban.

Luc. 6. 16.

*Cognomen filiorum ex nomine patris.*

no-

*Mala in munus designatio ex patriæ merito.*

nomine; qui cognoscuntur duntaxàt nomine patriæ. Perpera prorsùm in munera designatio, solummodò ex patriæ merito. Augurari quibat, dum insigne meritorum patriæ titulus, qualis futurus electus. *Iscariotes, qui fuit proditor.* Patet, quod sæpesæpiùs electionibus usuvenit: siquidem per illum solùm quibat operari perfidia, in cuius electione pro nomine cognita patria. Præferebat perfidus, quantus de electione pudor. *Iscariotes, qui fuit proditor*, ut distinguatur à cæteris: igitur qui patriâ eliguntur ad munera, & munus habent pro patria, cunctorum peccatorum facies sumentes; nequiter & pravè cunctis insidiantur proditores.

*Unde cæca affectio?*

4 Hinc ut dicebat Ovidius supr. n. 2. Dulcedo patriæ illos non sinit esse sui. Non sui sunt, quia totum sui, & quorum obliqui oculi, vel rectè vel distortè respicientes; quippe habentes carent oculis. Quod dissitum non discernitur: quod nimis proximum, nequaquàm etiam distinguitur: per coniunctam sensibus proximitatem, impedit sensibile sensationem. Unde factiosus non sui, quia furore percitus, & simul sine usu

Iudic. 7. 16. oculorum insensatus: igitur proxima sensui quoniam proxima non videt; & non proximorum, etsi alta, à longè cognoscit. Variatur visus præut variatur affectus, quo cùm sit in utroque quicquid pravum; hinc inde in propria & aliena prævaricatur iudicium. Vi-

Isai. 5. 20. det in suis lagenas splendore vacuas, & solemnizat ut plenas: videt in alijs splendidas & signat lumine vacuas; demonstrans te-

Daniel. 5. 19. nebras lucem, & lucem tenebras. Unde cùm iuxta læsum iudicium, sit distributio præmiorum; adinstar Nabuchi, *quos volebat, exaltabat: quos volebat, humiliabat.* In cunctis utut volebat; etenim iudicium affectu pravo haud aliam habebat legem, præter prolubij libidinem. De cæcitate lamentatur Tobias, a quo denuò vocibus alijs explicatur cæcitas. *In tenebris sedeo, & lumen cœli non*

Tob. 5. 12. *video.* Quod idem est in oculorum luminis privatione; usuvenit diversimodò affectionis cæcitate: igitur ita propendet in dilecta, & aversatur non propria; ut in lumine cœ-

*Semper intùs videt obliquè.* lestes dotes non videat, & in tenebris lumen, quod non videtur, discernat. Dotes finguntur adinstar facis: in suis quo extinguitur, ardet, & pice maximopere splendet: in non suis, quippe affectus removetur, quo ardet splendore extinguitur; quin ex patria prætermittat indotatos cæcitate: oculi eius cernent terram de longè.

5 Cur autem propter idola cordis, assimilentur statuis, quæ oculos habent, & non vident; dicit Plinius *lib.* 11. cap. 37. *Magna cogitatio obcæcat, abducto intùs visu: sic in morbo comitiali* (Hispanicè, *Mal de corazon*) *aperti nihil cernunt, animo caligante.* Morbus est, & morbus cordis, sine usu visus etiam oculis apertis: etenim si animo videtur, sanè videret, ni animus in obiecta caligaret. Magna cogitatio ocæcat, quia nihil animus cogitat; nisi suos in cacumina elevare, & alienos ut alienatos deprimere. Obcæcat magna cogitatio, sed potentiùs prava affectio, abducto intùs visu. En causa. Non videt, haud quia videre non valet; sed quia intùs aciem oculorum dirigit: intus cor versùs, ubi cordis sedent idola: quæ ita rutilant, & deaurantur adamata; ut potius credat delicanti summo furore affectioni, quàm visæ patenti monstrositati. Plin.

*Ubi regnat affectus cali gat animus.*

6 Frequenter nimia gratia in insolentes facit ingratos. In filijs Israël eductis è servitute Ægypti elucet exemplum: equidem nonnulli ita duræ cervicis vel dum foventur; ut frugi esse non valeant, nisi opprimantur. Libertatem assecuti exleges appetivere omnimodam libertatem: qua propter dixerunt Aäroni, præut desideria cordis concupiverant: *Fac nobis Deos qui nos præcedant.* Exhibentur in textu magna; quæ quidem altà reflexione digna. Pende. *Deos qui nos præcedant*, ut superiores nobis: etenim dura obedientia, ubi fæces Reipublicæ imponuntur super capita: onus quippe grave subditis, ni Superiores videant in dotibus superiores. Quid quod dignitate fulgeant, cùm meritis non præcedant? *Deos qui nos præcedant* in cunctis, ut constet ius Deitatis: quandoquidem duntaxàt iure adipiscitur thronum, qui se exhibet in exemplum. *Qui nos præcedant*, ut impune sit flagitium: prodijt quasi ex adipe iniquitas illorum, solicitantes Deos insignes, criminibus præcedentes. *Ut per turpitudinem splendeat*: uti inquit Senec. de *Tranquill. anim.* cap. 15. etenim tutò crimina exequentur, ubi præcedentibus Numinibus adorantur. *Fac nobis Deos.* Sacrilegium est, & instant: Deum in erectione proclamant, dum magis irritant; sumpto velamine Deitatis, in desideria depravati cordis; etenim tutiùs embolium hypocrisi vafrà fit, dum erectio idoli sumitur & voce & nomine Dei. *Deos* & *nobis* Præsides. Non erunt eis præsidium, sed flagellum: igitur insigne duræ tyrannidis, modò in Numina convertantur Superiores. *Fac Deos qui nos præcedant.* Summa tormenta patiuntur, per ea quæ colunt, arbitrantes in Dijs sequentibus, à se elevatis, spem libertatis amplioris; cùm erigerent truncum, affectionis simulacrum: verum cauti, ne gravarentur magis, Deos quibant

Exod. 32. 1.

*Quæ difficilis obedientia?*

*Exemplum in Superioribus necessarium.*

Senec.

*Hypocrisis in electionibus.*

*Tyrannis.*

bant respicere præcedentes. *Fac nobis Deos.* Deus non est, si modò fit. Est Deus ex suis, erectus cordis suffragijs. Numina iuxta voluntatem, quæ abdicunt crimen, exultantibus eorum assumptione, pro omnimoda libertate: flocci sanè pendent, quid illi faciunt, quia ab illis fiunt.

7 Pergo. Student faciendis nomine Numinibus; verùm exclamant: *Fac nobis. Nobis.* Deus est æqualis. Patet in electione prolubium; igitur sibi solicitant unum, cæteris alium. Hunc *nobis*: at quid cæteris? Iniuriæ, opprobria, gravamina præparantur, quia huiusmodi Numina ab alijs non eriguntur. *Nobis* Deus & thronus: cæteris autem quasi non esset Deus. *Nobis*: aptè, ita propositum electione: hic Deus & *nobis* in libertatem eligitur; quia sine nobis vel in throno nec movetur. Deus qui trahatur ad nutum, nec ullum loquatur verbum. Deus pacatus, quem trahere valeamus, quò velimus: & modò si fastidio, impulsu pedis propulsare de throno. *Hi sunt Dij tui?* Sunt profectò. Sed cunctare, ut dicas ubi. Egressus duntaxàt vitulus: *Formavit opere fusorio, & fecit vitulum conflatilem.* Furiosa sanè affectio, quæ hæret in vitulo. Nostrates: *Raro capricho! Mal gusto, adorar una bestia, inclinandose à un bezerro.* Vitulus unus erat: quare igitur multiplicantur Numina, ut dicant Dij, si unus est? Petierunt affectione Deos, dum apparet tantùm unus: unde cùm minimè ducerentur entitate, sed apprehensione; iudicant non prout oculi demonstrabant, sed præut conceperant: igitur ita cæci in affectione hærent; ut prætereant ut furentes, quod coram oculis habent. Huiusmodi delirium desiderium eorum attulit eis, intùs abducto visu ex magnæ cogitationis serpente morbo: quandoquidem non discernunt idola, præut coram oculis; sed præut locata in sinu & altari pectoris.

8 Obvium iam Didascaliæ institutum, ut Præsidem morbo patriæ demonstremus furiosum. Unus ex suis proponitur, & præponitur. Unde ergo si unus, *Dij tui?* Ex suis est. Non dispicit præut videt, sed præut concepit: quippequàm etsi unum videat, pro multis æstimat. Multis æquivalet; quæ divisa beatos efficiunt, collecta tenet: dicitque in uno, uti unico, multa Numina; quoniam in uno dotium cunctarum præ cunctis clara momenta: etenim expectavit in erectionem monstrosus affectus, donec sterilis cogitatio in uno peperit plurimos. Instar multorum est. *Hi sunt Dij tui.* Aptiùs: Dij tui est hic: cuncta cordis idola: cæteri nausea: etenim etsi unum & instar vituli videat; multos in uno affectivè conceperat. O miser! Affectus (ut canit Lucret. 4. de *Rer. natur.* à v. 1151.)

*Tribuunt ea quæ non sunt his commoda verè.*
*Multimodis igitur pravas turpesque videmus*
*Esse in delicijs, summoque in honore vigere,* Lucret.
*Et placent, quoniam fœdo afflictantur amore:*
*Ne sua respiciunt miseri mala maxima sæpe.*

Ex pravo amore sæpe mala & mala maxima: equidem quæ malè affecto videntur cordis idola, patent rationis ludibria. Sibi erigunt vitulum, iuxta cordis desiderium; quin vitulum vitulum signent, sed Numen nominent. Placet, quia cogitationem mulcet: defectusque deaurant, & quia fecerunt, quasi Numina adorant; cùm alij atque alij concurrentes ad idolum, videant elevatum truncum, electoris simulacrum. Fœdo sanè afflictantur amore, & Evæ adinstar captivantur libidine, suggerente serpente. *Vidit, quod bonum esset lignum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit.* Sanè grave, lignum tollere; sed fertur humeris, lenimine pectoris, si pulchrum oculis. Quasi divinitas in ligno includeretur, ita ergo lignum afficitur: lignum est, sed delectabile, affectum explicante furore: igitur ni insaniret, lignum eius oculos minimè raperet. Affectionis solet esse ventosa vanitas, qua elucet & coram oculis cęcitas: igitur in lignum propensæ pulchrum & gratum: quod vel serpenti videbatur lignum.

9 Erit siccine erga alienos? Caligat animus: & malè affectus, cæcus patet; quia nihil rectum rectè in invisis visis videt. *In Smyrnæ templo speculum fuit, quod egregias quasque species admodùm deformes & aspectu horribiles reddebat*: ita Causin. 12. *Symbol.* 58. De modo fabricæ latè Baptist. Porta, 17. *Magiæ natur.* à cap. 1. n. 5. & Eberard. Uveihe de *Specul. origin.* Meminit Plinius de Smyrnæ speculo, *lib. 33. cap. 9.* ubi: *Excogitantur* (ait) *& monstrifica, ut in templo Smyrnæ dicata. Id evenit figurà materiæ.* Speculum huiusmodi est pectus Prælati, pravè erga non suos studiosè affecti: equidem merita præclara, instrumenta insigniora (imaginem hominis efformantia & informantia) ita meditanter deterit, ita subdolè coloribus pingit; ut quod multis prodigium, in cordis speculo horribile appareat monstrum. In speculo provenit deformatio à figura materię: in pectore á fastidij malignitate: igitur venerantibus hominis, omnibus numeris & dotibus, formam; pectoris speculum risibilem

*Cur exleget ex suis cupiunt Superiores?*

V. 4.

*Affectio non videt quod coràm est, sed quod vult.*

*Magnificat quæ cogitat, quantumvis aliter videat*

*Quæ affectis Numina, prudentibus ludibria.*

Genes. 3. 6.

*Illis vel ligna grata.*

Causin.

Plin.

*Ubi aversio cordis, homines despiciuntur insignes.*

bilem tantùm repræsentat figuram. Quis non propenderet in David in omnibus finibus Israël. Qui pluris debebat ducere, Rex Saul.

1. Reg. 18. 16. 30. *Omnis autem Israël & Iuda diligebat David, & celebre factum est nomen eius nimis.* Quid Rex, cui retinuit regnum, de gigante insigne reportans triumphum? In illum vibrabat lanceas. Ita? Ita. In quem totius regni dirigitur plausus, ita dejectus? Profectò.

V. 9. *Non rectis oculis Saul aspiciebat David.* Ubi aversio cordis, homines despiciuntur insignes: equidem cùm dotes explorentur ad speculum, in expressionem imaginis vel concavum, vel obliquum; non mirum, rectis non oculis nihil inveniri rectum, quùm nihil rectum sine ulla rectitudine oculorum.

10 De Stesichoro Poëta fictum, quòd cùm Helenam suis carminibus infamasset, oculos amisisset: at ubi palinodiam cecinit, visum recuperaverit. Ita Gyrald. de *Poëtar. histor.* Dialog. 9. Ravis. Text. 2. *Officin.* cap. 58. Hieronym. 1. *Adverss. Rufin.* sive *Epist.* 66. Unde Politian. in *Nutricia*, modulatur.

Angel. Polic. ——— *Et damnans Helenam, laudansque vicissim,*
*Amittit, recipitque oculos.*

*Invidiæ symbolum.* Describitur etiam invidiæ cognatus effectus: ne videat pulchrum, claudet vel amittet oculos: igitur invidi oculorum dolor, pulchritudinis dotium clarus splendor. Pro affectione vel tædio datur vel amittitur visus; quippe per oculos indicatur animus: dicturque cæcus Stesichorus pulchritudinem carpens, & commendabilia minuens; quoniam ni animo caligaret, quæ à cunctis videbantur, suapte naturâ videret. Illi profectò ingratum, quod plaudebatur uti deliciæ cunctorum, & dotium excellentiâ & elegantissimâ formâ, oculorum miraculum, cordiumque philtrum; quoniam volebat non esse, quod vel videbatur ipsi, amissis oculis propter displicentiam pectoris: non enim mirum, si cæco dotes exponebantur, quòd dotes non viderentur. Quisnam enim magis cæcus, quàm qui offenditur dotibus? Invidia videt, & fugit lucem: cæcus affectu inficiatur splendorem. Oculos habet, & nubit: gravatur cæcitate, & videt. Cuncta sanè pro affectu vel displicentia: igitur lucem in alijs videt, ut oculos perdat; & cæcitatem fovet, ut quod non videtur, videat. Quodnam igitur erit in præmia iudicium, ubi ratio percellitur furore affectuum?

*Variat visa affectus & displicentia.*

Ioan. 9. 39. 11 *In iudicium ego in hunc mundum veni* (dixit Assertor N.) *ut qui non vident videant: & qui vident, cæci fiant.* Utique per medicamen oppositum, ut sit inter homines verum rectitudine iudicium. Intellectus dicitur, quia videt intùs: prodijtque iudicium, secundum dirigentem intellectum. Est defectus iudicij ex intellectus cæcitate, & cæcitatis visione; quoniam vitium, aliquandò videre, & interdùm non videre: igitur discrimine affectionum videtur, quod non apparet, & non videtur, quod fulget. Fit ab electoribus iudicium, qui videntes esse debent; verùm vident & non vident: vident præ cæcitate, non vident præ obcæcatione; quippe quos volunt exaltant; simul quos nolunt, humiliant; merita in vacuis fingentes, in dotatis conculcantes, præut pectori placent, præut pectori displicent, intùs legentes, atque foris iudicantes: dicitque Christus, ut rectè iudicet electorum intellectus, quòd videntes non videant, & qui non vident oculos in iudicium aperiant; quoniam qui videt, si clauserit, haudquaquàm merita finget: & cæcus si oculos aperit, merita excelsa splendore videbit. Hoc est iudicium, quoniam exulat affectio: aliàs distributio præmiorum sine iudicio.

*Quomodò in affectione visus sed cæcus.*

12 Utilene colyrium? Utile, sed omninò inefficax affectione: igitur ita caligat animus: ut cæcitate clarâ inficientur esse cæcos. Hanc Pharisæis miraculum calumniantibus, exponit Christus; audacterque loquuntur: *Nunquid & nos cæci sumus?* Et nimis: miserabilior cæcitas, apertis oculis.

V. 40. *Non est in medico semper, relevetur ut æger.*

Ovid. 1. de Pont. Eleg. 1. v. 17. Maximè dum ægrotantis animo sedet morbus, & malè torquetur affectus: quandoquidem ampliorem indicat pectoris ægritudinem, non cognoscere intellectus vel errando cæcitatem. His cæcis, tellure ductis, in patriam propensis, congruit, ni fallor, ut expellant affectus; lutum ex sputo imponere super oculos. Vernaculè: *Si se llevan del barro sus affectos; darles á vèr, con el barro en los ojos.* Quæ enim in patria non inverentur immunda? Moventur & commoventur furore: arte ac fallaciâ dissimulant cæcutire. Amor sanè cæcus.

Alciat. *Imago amoris & affectionis.* *Lumina nulla tenet.*
Inquit Alciatus, *Emblem.* 113. At tænia illius apud Priscos celabat oculos, quod ridet idem ibid. subdens:

Idem. *Si cæcus est, vittamque gerit; quid tænia cæco*
*Utilis est? Ideo num minùs ille videt.*

Imago singularis! sed propria amoris. Cui luminum orbitas, fascia sanè est ipsa cæcitas: cur ergo vittæ in oculis ornatus, quasi amor non esset cæcus? Ut videat minùs. Cæcitas

*Affecti pravè non credunt esse cæci.*

citas dissimulatur, dum tænia geritur, quasi si vellet, videre possit: hic maior defectus affectus, in quo vaferrimus dolus: igitur & obruitur cæcitate, & indicat se videre. Sed quid inde artificio? Ludificatio. Iam nec animo discernit; num minus ille videt; dum vagatur cæcus, & apparet ex cæcitate furiosus: igitur cogitare oppressum caligine, amorem cæcum videre, est extremum furoris, & cæcitas cæcitatis. Dum cæcitatem dissimulant, plus & in pluribus explicant; simulque velatis oculis, originem cæcitatis: siquidem tunc objiciuntur cæci, haudquaquàm per defectum oculorum, sed per malignum affectum.

*Colyrium cordi affectu cæco, dilecti vel apprehensa ingratitudo.*

13 Nunc aliquod excogitabitur pharmacum in huiusmodi delirium? Occurrit ad manum. Ingratitudo quæ frequens dilectorum: impingitur tunc pectori validus gravis ictus; & adinstar talparum aperiunt oculos, unde cùm tunc clarè videant; profusè rident, quæ pridem usque in cœlum extollebant. Postquàm Parmenicus Metapontinus in antrum Trophonij descendit (de quo in *Ephemer. 6. Novembr.*) reversus inde nunquàm videre potuit. Venerabatur maximoperè Latonam, ob conceptam formæ speciem elegantissimam. Cùmque ei Delphis diceret Pythia risurum videndo Numen, arbitrabatur fore per admirationem. Plura visebat famosiora templa, sed in votum ex pluribus spes vacua. Despondetur animus, fortèque in Delon appulsus, *cùm Latonæ fanum esset ingressus* (ait Athenæus *lib.* 14. *cap.* 9. ex quo Causin. 2. *Symbol.* 51.) *& matris Apollinis insignem statuam spectaturum concepisset; ligneam & deformem conspicatus, præter opinionem in risum effusus est.* Haud alitet tragœdia ludicra suos flagrantis, dum non concipit ut suos. Illos non solùm sequebatur, sed obsequebatur, pingens elegantiam, præstantissimam formam, imperio dignam, insignes dotes, ornatus singulares, instrumenta mirifica, grandia merita, condecentia thronum, & phantasiæ vellicatu tangentia cœlum. Illudusque? sanè: quicquid concipit, miraculum: quicquid cogitat, portentum; quia oculis clausis phantasiæ cogitationes: igitur profusè ridet, quos pridem cæcus admiratione plausit; etenim quam eximiam respiciebat ad speciem pulchritudinem, invenit apertis oculis horribilem fœditatem. Arbitratus est aurum, & offendit insulis auratum lignum. Obstupescit, seque ridet achriogelè risu soluto: quandoquidem dignum effuso cachinno, imò risu Sardonico; expectare in altari videre Numen, & spectare præ oculis enormem deformitatem. En in quid devenerunt plausus: pendamus ex Isaia originem risus.

Athen.

*Ubi expulsus affectus, cæco restituitur visus.*

14 *Facies combustæ* (dicit) *vultus eorum.* Hebr. *Facies atræ, nigræ, fuligine tactæ.* Latet in comparatione arcanum, ut explodantur à corde omnes colores affectuum. Qui casu aut incuriosè fuligine maculat faciem; commovet circunstantes in irrisionem: quæ quidem maior, quia taciturnior. Sentit aliquatenùs irrisus & procedit circumspectus. Quò magis circumspectus, magis ridiculus: igitur tunc non tam ridetur frontis nota, vultus macula ex adhærente nigredine; quàm confidentia de nulla ad oculos cæcitate. Hispanicè: *La satisfaccion.* Gestus quo plus ad gravitatis tenorem, acriùs in risum titillat lienem.

Isai. 13. 2.

*Quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno.*

Pers. *Satyr.* 1. v. 26.

Nullus signatiùs demonstrat defectum vultus, quàm tacitus risus; qui intimè pungit irrîsi, ignari nævi, viscera, nescientis risus propositum. Cautus recurrit ad speculum. *Inventa sunt specula* (inquit Stoicus. 1. *Natur. qq.* cap. 17.) *ut homo ipse se nosceret: multa ex hoc consecuta, primò sui notitia, deinde & ad quædam consilium.* Recurrit, videt, & qui de risu inflammatus accesit, sese toto corpore præcunctis ridet; quoniam vellicat anxiè insolutionem splenem, ex fœda facie ostentare fuliginem. Liquet modò, cur ratione irrationalium affectuum, sint *facies atræ, fuligine tactæ vultus eorum.* Alapid. hìc: *Contigit ijs, qui in re pudenda ex inopinato deprehenduntur.* Qui laborat amore inordinato suorum, & in suos sui, vultum spargit fuligine. Se non videt, & gloriosè transit, verùm irrisus à cæteris; qui risus in vulnus cordis, quousque in speculum perveniat, & sese noscat. Unde cùm in re pudenda ex inopinato deprehendatur; videt quòd iustè ridetur. Expavescit, pudet, & sese mirans ita ridiculum & fuligine, & in fronte, in derisum auctoratum; non solùm in risum solvitur, sed & disrumpitur. *Ridentibus lachrymis*, de huiusmodi luce ex suorum philanthropia, dixit Ioann. Barclai. *Satyr.* 1. p. Opportune: *Lachrymis*, quippe ita imaginatione illusus: *ridentibus*, præ gaudio dolo cognito: igitur exultat lætabundus, eò quòd cunctorum cachinnis, uti rara figura non sit expositus: cognoscit enim, etsi se rideat,

Senec.

*Cur qui ducitur affectione, tactus dicatur fuligine?*

Alapid. Barcl.

*Affectu cæcus irrisus, sese videt, dum aperit oculos*

deat, monitu speculi, quàm risu dignus, qui phantastice procedebat glorioſus ; cùm omnibus pateret & miſer & miſerabilis, & pauper & cœcus & nudus.

15 Erudimini qui iudicatis terram. Abſtergantur huiuſmodi maculæ ex auctoritatis fuligine, in rationis ſpeculo ; ut Præſes glorioſo poſsit procedere vultu. In regimen Monachorum, qui dirigit greſſum, inclytus legislator Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 2. inquit : *Non ab eo perſona in Monaſterio diſcernatur. Non unus plus ametur quàm alius, niſi quem in bonis actibus invenerit meliorem.* Ita in diſtributionem præmiorum prudentiæ regimen, ad iudicij recti examen. Æqualibus æqualia, melioribus nempe meliora; non computatis meritis ex perſonis (quia perſona in amore frequenter larva) ſed perſonas iuxta merita.

S. Bened.

*Acceptio ſit meritorum, non perſonarum.*

——— *Meritorum unica virtus*
*Nobilitas ſola eſt, unaque digna polo.*

Bugno. hîc.

Si in polum dirigitur tota virtus intentionis, quid Præſidis aborigines? quid terra ? quid patria ? *In alium naturæ ſumimur partum* (ſubdit Senec. *Epiſt.* 102.) *alia origo nos expectat, alius rerum ſtatus. Nondùm cœlum.* Hoc imminet orbi, & adinſtar ſpeculi ; quia ibi tanquàm in exemplari, magiſteria expreſſa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeämus, oſtendunt. Omnes ibi locum (ut canit Iuvenc. 2. de *Evangel. hiſtor.* v. 746.)

Senec.

——*Sortemque locorum*
*Pro virtute ferunt.*

Iuvenc.



TAUTO-

# TAUTOLOGIA DECIMA.

*Tradens tradet illos Deus.* Iudith. 5. v. 24.

## EXPOSITIO LITERÆ.



Istoria illustris Achior, ex filijs Ammon, Ducisque illorum, quos Holofernes, belli Princeps, ex subiugatis Gentibus conduxerant in exercitum poliorceten, maximè,

——— *Pleno quoties impellitur æstu,*
——— *Bellatrixque etiam nunc ira caleret.* Clandian.

Liberè ergo Achior Holoferni tumenti præ potentia, obiecit inexpugnabiles filios Israël, modò Deum haberent inoffensum ac propitium. *Ubicunque ingressi sunt sine arcu & sagitta & absque scuto & gladio Deus eorum pugnavit pro eis, & vicit.* V. 16. Pupugit intimè verbum Holofernem militia victorijsque insolescentem: quia Deum Israël adinstar Deorum. Gentium arbitrabatur, aureum, argenteum, vel ligneum: *Habet in manu gladium & securim, se autem de bello non liberat.* Baruch. 6. 14. Tunc ira percitus tradito priùs Achiore hostibus prorsùs inermi, ut constaret pœnà ac iniuria, quanti potentibus consilia bona; in Bethuliæ expugnationem præcepit moveri castra, totumque ascendere exercitum, in quo *erant pedites bellatorum centum viginti millia, & equites viginti duo millia; præter præparationes virorum illorum, quos occupaverat captivitas, & adducti fuerant de provincijs & urbibus universæ iuventutis.* Iudith. 7. 2. Occurrit antilogia: excessus qui ex agregatione copiarum externarum videbatur, in ipso textu meditanter præcluditur: *Præter præparationes de provincijs. De universis autem urbibus* (præmittitur *cap.* 3. 8.) *assumpsit sibi auxiliarios viros fortes & electos ad bellum.* Numero equitum in præfato testimonio adduntur decem millia: etenim cap. 2. 7. dicitur: *Holofernes vocavit duces & magistratus virtutis Assyriorum, & dinumeravit centum viginti millia peditum pugnatorum, & equites sagittarios duodecim millia.* Si excessus decem millium haud ex copijs auxiliaribus; unde, constante exercitu in obsidione Bethuliæ eodem numero peditum, ac in equitatu excessu decem millium pugnatorum? *Veritas male audit & auditur.* *Apparatus exercitus Holofernis.*

2 Ex textu Græco promptissima conciliatio. E Ninive vel Babylone in Occidentem præmisit Xerxes Holofernem, & cùm pergeret, equitum illi submisit alia decem millia ex copijs, quas sibi ipsi recensuerat; quippe Holofernem decreverat sequi exercitu potentiore, sicut fecerat in expeditione in Græciam.

*Haud aliter Xerxem toto simul orbe secutus*
*Narratur rapuisse vagos exercitus amnes,*
*Et telis umbrasse diem.* Claud.

Ut ait Claudian. 2. in *Rufin.* v. 120. Inter præcepta à Xerxe Holoferni indicta, hæc à Græco exposita: *Exibis in occursum omni terræ ad Occidentem & nunciabis eis, ut præparent mihi terram & aquam; quia exibo in furore meo super eos, & coöperiam omnem faciem terræ in peditibus copiarum mearum, & dabo eos in rapinam ipsis. Tu autem exiens præoccupabis mihi omnem terminum eorum, & dedent tibi se ipsos, & servabis mihi eos in diem redargutionis eorum.* Græc. Ita Alapid. Serariusque hic. *Commentar.* in cap. 7. init: *Initio, cùm itineri se commisit Holofernes, opinor, non fuisse nisi equitum Sagittariorum duodecim millia: expectata tamen adhuc ex gentibus, quæ Assyrio iam tùm imperio parerent, vel ei fœderatæ essent, plura millia, quæ consequi iussa sint; pertineantque ad illos etiam quos expectavit Holofernes: dicitur cap.* 3. 15. *Sedit ibi per triginta dies, in quibus diebus adunari præcepit universum exercitum virtutis suæ.* Unde numerator? Serar. At quorsum hæc,

si diligenter cautum in textu, dicente: *Præter preparationes de Provincijs?* Si plura millia expectata, præter præparationes de provincijs, unde? Quæ millia & plura millia ex provincijs subditis, aut fœderatis, quæ exclusa in numeratis ab Holoferne copijs? Suum exercitum illis diebus dispersum adunavit, qui constabat & gentibus fœderatis vel subditis, & etiam ex illis in Assyria recensitis: ex harumque summa augentur peditum decem millia, de quo quæstio. Tædet sanè cogitationum & cogitationum, sine Scripturæ fulcro; maximè si ut aliquid novi, cogitatio in cogitare. Frustrà quæritur extrà, quod nobiscum habemus.

3 Huiusmodi exercitus apparatus duntaxàt instruebatur in adventum exercitus Regis; ne illi accideret denuò, quam confusionem passus in Attica. Iccircò petere iubet terram & aquam, cuius insolentiam pertæsi Lacedæmones, legatos aquam & terram petentes, proiecerunt in puteum, superiniecta terra, ut abundè haberent quod optaverant: de quo Herod. lib. 7. Liv. lib. 35. & Ubb. Emmius in Lacon. Republ. *Præbere terram & aquam, servire est*: ait Aristotel. 2. *Rhetor.* Laconesque nihil magis dediscerant, quàm non servire. Unde Seneca, *Epist.* 77. infit: *Lacon ille memoriæ traditur impubis adhuc, qui captus clamabat; Non serviam*: & de insolentia Alexandri, *Epist.* 94. *Lacedæmona servire iubet, Athenas tacere.* Malè Regi cessit huiusmodi legatio, quo stylo exorquebatur à non subditis non solùm ditio, sed omnis atque in omnibus ditio, in iurisdictionem; ut notat Brison. lib. 3. *Perficor.* fol. 410. quo vitio frequenter laborarunt Persiæ Monarchæ, uti exprobravit Alexander in orat. habita ad milites pugna ad Arbellam, apud Curt. *lib.* 3. cap. 7. *Darij priùs, deinde Xerxis insolentia, aquam ipsam, terramque postulantium, ut neque fontium haustum, nec solitos cibos relinquerent.* Sæpe memorat Herodotus, *lib.* 5. n. 17. & 18. 6. n. 48. 7. n. 133. Diodorusque Sicul. *lib.* 11. *cap.* 243. de Xerxe subdit: *Præcones in Græciam cum his mandatis dimittit, ut singulas quasque urbes aquam & terram deposcant.* Meminit Petavius, *Rationar.* 1. p. lib. 3. cap. 1. & 2. Constat Iudith. 3. 3. igitur qui priùs Xerxis nuncios sine honore remisserunt vacuos; ut plenissimum faterentur imperium, absque ullaque subditorum proprietate dominium, dediti: *Omnis civitas nostra* (dixerunt) *omnisque possessio, omnes montes & colles & campi, & armenta boùm, gregesque ovium & caprarum, equorumque & camelorum & universæ facultates nostræ, atque familiæ in conspectu tuo sunt. Sint omnia nostra sub lege tua: nos etiam & filij nostri servi tui sumus.* Hoc est omnem servitutem servire, seu aquam & terram præbere. Siccine intelligitur illud Homeri, 7. *Iliad.* v. 99. *Vos quidem omnes aqua & terra fiatis*: dum Achivos certamen detrectantes provocabat Hector, & carpebat Menelaus, quasi imbelles; qui fiebant aqua & terra per formidinem, ut subirent omnimodam subiectionem.

*Lacones libertatis studiosi.* Senec.

*Quid, terram & aquam præbere?*

Q. Curt.

Diod. Sicul.

4 Ergo in Antilogiam, cuius expositio clarebit ex ipso textu. Cùm sint primo ex equitibus duodecim millia, pòstque viginti duo millia recensentur; nulla profectò intercedit contradictio, quippe hìc summa equitatus, usque in viginti duo millia describitur, inter illosque erant duodecim millia ad sagittas. Hac de causa cap. 2. dicitur: *Holofernes dinumeravit viros in expeditionem, equites sagittarios duodecim millia*: quod potest intelligi, & quia ex viginti duobus millibus equitum selegit duodecim millia in sagittarios, vel quia duodecim millia sagittariorum inventi sunt inter viginti dua millia equitum. Non omnes equites erant sagittarij, quippe inter illos cohortes gravis armaturæ, seu equi cataphracti, & equites; sicut velites intermiscebantur, quasi in sagittarum iactus expeditiores, quos Hyppotoxetas Græci vocant, de quibus Hieronym. in *Isai.* 7. Elucet ex Ioseph. 3. de *Bell.* cap. 3. *Sagittarios equites mille præbuerunt; cùm Arabiæ Rex Malcus equites mille misisset, quorum pars maior erant sagittarij.* Ita describit Curtius ubi supr. *cap.* 3. sculpsitque hic Ioann. Freinshem. *Sequebatur equitatus duodecim Gentium, varijs armis & moribus. Proximi ibant, quos Persæ Immortales vocant ad decem millia*: & *cap.* 11. *Equi pariter equitesque Persarum serie laminarum graves, agmen quod celeritate maximè constat, ægrè moliebantur.* Vide Blancard. hìc, Brisson. d. *lib.* 1. fol. 127. Herod. *lib.* 4. n. 23. & Diodor. Sicul. *lib.* 2. *n.* 47. Claudianusque lib. 2. in *Rufin.* v. 353.

Ioseph.

Q. Curt. *Equites sagittarij, & gravis armaturæ.*

Claud.

——— *Equites illinc poscentia cursum*
*Ora reluctantur pressis sedare lupatis,*
*Hinc alij sævuum cristato vertice mutant.*
*Et tremulos humeris gaudent vibrare colores;*
*Quos operit formatque Chalybis: coniuncta per artem*
*Flexilis inductis hamatur lamina membris,*

Par

*Par veſtitus equis, ferrata fronte minantur,*
*Ferratoſque movent ſecuri vulneris armos.*

Non ita equites ſagittarij, quippe levis armaturæ, ut facilè poſſent moveri, & vel fugiendo ſagittas eiaculari; quod quidem proprium Perſarum atque Parthorum; de quibus Valer. Maxim. *lib.* 2. *cap.* 1. Tit. Liv. *lib.* 38. *ſect.* 17. & Ovid. 1. de *Art.* v. 211.

*Tergaque Parthorum, Romanaque pectora dicam,*
*Telaque, ab adverſo quæ iacit hoſtis equo.*
*Quid fugis, ut vincas? quid victos Parthe relinquis?* Ovid.
*Ne poſſint tuti, qua priùs, eſſe fugâ.*

Ita intermiſti collocabantur ad centum viginti millia peditum, equitum viginti duo millia; ex quibus uti ſelecti, numerantur duodecim mille ſagittarij. De computatione cæſorum in prælio, & quomodò concilianda oppoſita loca, dicemus: *Tom.* 8. *Tautolog.* 3.

5 Ne ieiunum ſit argumentum Tautologiæ, operæ erit pretium ſignare tempus hiſtoriæ Iudith. Relictis varijs ſententijs, & ratiocinijs, ſub Xerxe filio Darij Hyſtaſpis contigiſſe arbitror; poſtquàm victus ad Platæas receſsit a Græcia confuſione plenus, ſed non confuſus, tot deſideratis,

——— *Cùm claſsibus iret*
*Per ſcopulos, tectumque pedes contemneret æquor.* Claud.

Calamitate timidus, atque fortunâ tumidus. *Ipſe autem* (ait Iuſtin. *lib.* 2.) *primus in fuga, poſtremus in prælio ſemper viſus eſt. In periculis timidus, ſicubi metus abeſſet, inflatus: denique ante experimentum belli, fiduciâ virium veluti naturæ ipſius dominus & montes in planum deducebat, & convexa vallium æquabat.* Iuſtin. Clauſos montes ut plana reliquit. Diximus, quàm ſtolidus, *Tautolog.* 1. *num.* 7. Poſtquàm a clade Attica reverſus in regnum, voluit deaurare contractum ex fuga opprobrium, tanquam terror Occidentis; maximè poſt ſubiugatum Arphaxad, quem Mediæ præfecerat, quandiù bello Attico incumberet: igitur auditâ clade in Xerxem perfidè revelavit; præut caverat Mardonius, quem in Græcia poſt ſtragem Salaminicam reliquit. *Xerxis indoles fatuitas & inſolentia.* *Hâc clade perculſum* (inſit Iuſtin.) *& dubium conſilij Xerxem Mardonius hortatur ut in regnum abeat; nequid ſeditionis moveat fama adverſi belli, & in maius, ſicut mos eſt, omnia extollens.* Idem. Ita contigit in Media Arphaxad duce, ſicut poſt cladem Bethulicam, in necem eius cum filijs conſpiravit Artabanus, percitus pridem dedecore nationis, deſpectæ ob victorias crebras ab inſultantibus. *Xerxes Rex Perſarum terror anteà gentium, bello in Græcia infelicitèr geſto, etiam ſuis contemptui eſſe cœpit: quippe Artabanus præfectus eius, deficiente quotidié Regis maieſtate, in ſpem regni adductus, cum ſeptem robuſtiſſimis filijs Regiam veſperè ingreditur* (*nam amicitiæ iure ſemper illi patebat*) *trucidatoque Rege, voto ſuo obſiſtentes filios eius, dolo aggreditur.* Idem. *Eius mors.* Hactenùs Iuſtin. *lib.* 3. Alij vocant Megabyzum.

6 Sub Xerxe hiſtoriam Iudith contigiſſe, non ſub Merodacho, Babyloniæ Rege, ac Manaſſe ſub eius poteſtate captivo (etſi pro viribus aſtruant Canus de *Loc.* lib. 11. Belarmin. 1. de *Verb. Dei.* cap. 12. Petav. d. *lib.* 2. *cap.* 2. & 6. Serar. hìc, & Briet. in *Prolegom. Chronolog.* quæſt. 10.) conſtat ex ipſo Iudithis libro: cap. 16. 12. dicitur: *Horruerunt Perſæ conſtantiam eius, & Medi audaciam eius.* Perſæ nec auditi in Scriptura ante Cyrum, quem præceſsit Merodac, & Xerxes qaartus à Cyro. Eliachim ſummus Sacerdos tunc dicitur, 4. 5. qui quidem filius Ieſu filij Ioſedech, ſub quo ſoluta Babylonica captivitas. 2. *Eſdr.* 12. 10. Achior poſtquàm Iſraëlitarum captivitatem retulit, addit: *Nuper autem reverſi ad Dominum Deum ſuum ex diſperſione, qua diſperſi erant, adunati ſunt, & aſcenderunt, & iterùm poſsident Ieruſalem.* 5. 22. Græc. *Captivi adducti ſunt in terram non propriam & templum Dei eorum factum eſt in pavimentum.* Quod quidem nequivit eſſe, nec fuit ante Babylonicam captivitatem. Inſuper poſt illam res publicæ gerebantur per populi Duces, ut dicitur, 6. 11. *In diebus illis erant illic Principes, Ozias, &c.* Denique Bethulia tempore Manaſsis erat deſerta: quippe iam captæ & translatæ à Salmanaſar decem tribus in Aſsyriam. 4. *Reg.* 17. 24. Bethulia erat in Tribu Zabulon, ut obſervat Adrichom. *n.* 19. una ex dirutis civitatibus, & Zabulon una è tribubus captivis. *Iratuſque Dominus vehementer Iſraëli, abſtulit eos à conſpectu ſuo, & non remanſit niſi tribus Iuda tantummodò.* Pridem fecerat cum tota Galilæa, in qua Zabulon, Teglathphalaſar: ibid. 15. 29. Si iterùm Hebræi poſſederant Ieruſalem, proculdubiò quod amiſerant; ad quam non reverſi niſi poſt fractum captivita-

*Quo tempore hiſtoria Iudith?*

tis

tis iugum sub Principibus Persarum. 2. *Paral.* 36. 20. Brevì rem egi, sed doctis abundè.

Iudith. 5. 4. 7 In hos subiugandos populos tota Holofernis machina, quippe intimè illius præcordia vulneravit resistentia. *Quis sit populus iste, aut quæ; quales & quantæ sint civitates eorum, & quare præ omnibus, qui habitabant in Oriente, isti contempserunt nos, & non exierunt obviam nobis.* Respondit præfatus Achior, in populum illum non pugnare hostes, sed iniquitates. Unde si illis nullum delictum, de victoria vel milite orbe desponderet animum: igitur etsi doleat, congnoscet clade, quàm bonus Israël Deus his qui recto sunt corde. In illo cuncta salus, & prope timentes eum salutare ipsius. *Non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui.* Si recesserunt, micat in triumphum spes, *Deus enim illorum odit iniquitatem.* Ad unguem Crucius in *Psalm.* 4.

*Hominum hostes dum taxat iniquitates.*
V. 17.
V. 21.

Cruc.

*Improbitas omnis tibi displicet, exlex*
*Speret nemo tuis habitare penatibus hospes.*
*Ante tuos oculos fontes adstare tremiscunt:*
*Odisti qui fraude nocent, mendacia fingunt,*
*Humanumque feri gaudent haurire cruorem.*
*Felices nimiùm servant qui in pectore nomen*
*Alme tuum: iustos etenim largissimus imples*
*Et bonitate pios; scuti velut orbe, coronas.*

Augustin. V. 18. *Iniquitatum summa, idololatria.* Osee 2. 2. Iniquitatem enim Deus odit. At quid per *Iniquitatem*? *Perfidiam intellige*: ait Augustin. in *Psalm.* 54. v. 10. Græc. Iudith. 5. 16. *Apostasiam. Quotiescunque præter ipsum Deum suum, alterum coluerunt.* Hæc est iniquitas & apostasia, cordiumque perfidia; quia servitus idolorum, proculdubio iniquitatum compendium. Hanc servitutem nominat Scriptura fornicationem. *Auferat fornicationes suas, & adulteria de medio uberum*: idest, idola; in quibus & ex quibus iniquitas & apostasia & perfidia.

8 In monte Sina fœdus cum populo, quem eduxit de Ægypti captivitate, assumens sibi in peculium (*Exod.* 19. à v. 4.) dignatus est Dominus gratiosè paciscì; ita ut illorum esset Deus, & eius populus, desponsatione per fidem, de doteque etiam iuramento in huiusmodi spiritali metaphorico connubio; ut ait Hieronym. in illud Ezech. 16. 8. *Iuravi tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait Dominus Deus; & facta* (pro *desponsa*) *es mihi.* Quapropter cùm Synagoga à fide promissa perfidè defecisset, pertæsus quasi repudians, dicit Dominus, Oseë 2. 2. *Ipsa non uxor mea, & ego non vir eius.* Defecit enim à fidei promisso, cum per fidem immutabilis perseveret desponsatio. *Desponsi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo*: dicebat Paulus, 2. Cor. 11. 2. & Prosper, *Epigram.* 74.

Hieronym. *Fieri alicui, pro desponsari.*

Prosper.

*Carnis virginitas intacto corpore habetur:*
*Virginitas animæ est intemerata fides.*

*Religione fit desponsatio spiritualis.* Alc. Avit. Dominusque uti pius & misericors, qui non vult mortem peccatricis, sed quòd à fornicatione converteretur ad Deum vivum & verum; ut accinit Alcim. Avit. lib. 3. *Genes.* v. 135.

*Expectans si quem vani consortia fœdi*
*Linquentem melior moneat respicere cura;*

De Synagoga proculcatis post Babylonicam captivitatem idolis, dicit: *Sponsabo te mihi in sempiternum: sponsabo te mihi in fide.* Oseë, 2. à 19. & de eius filijs: *Ubi, Non populus meus vos: dicetur: Filij Dei viventis.* 1. 10. & Rom. 9. 26.

9 Servatà igitur matrimonij metaphora; adulterium dicitur, quando religionis fractà fide (uti sponsa deserens virum virginitatis suæ) derelinquit Deum propter cultum idolorum, populus Deo sacratus, cultu perfidè proiecto, quasi deserto ac maculato nuptiali thalamo: siccine igitur in alienum volat animus & amor, digno qui debetur sponso. *Post interdictam alienorum Deorum superstitionem* (ait Tertullian. de *Pudicitia*, cap. 5.) *ipsorumque idolorum fabricationem, præceptum: Non mœchaberis. Post spiritualem enim castitatem sanctitatemque, corporalis sequebatur integritas: & hanc itaque munivit, hostem statim eius prohibendo mœchiam. Quale delictum iam intellige, cuius cohibitionem post idololatriam ordinavit. Nihil secundum longinquat à primo; nihil tam proximum primo, quàm secundum. Quod fit ex primo aliud quodammodò primum est. Itaque mœchia affinis idololatriæ: nam & idololatria mœchiæ nomine & fornicationis sæpe populo exprobrata.* Hinc *idolum zeli* dicitur, hoc est, ad provocandum zelum, seu æmulationem: Ezech. 8. 5. Effectus pro causa metonymicè, quia sicut sponsus iurè

*Cur idololatria dicitur fornicatio?*

Tertul.

Ezech. 8. 5.

provo-

provocatur zelo & irà in maculantem audacter nuptiale thalamum; ita Deus, cui Zelotes nomen & Deus æmulator (*Exod.*34. 54.) viso idolo fractâque fide religionis à Synagoga, excanduit quasi excruciatus & punctus, zelo ardentissimo percitus: violantur enim nuptiæ, & mœchatur anima. Ideo *Irritat Deũ*

*Ille super talis effundit pectore voces.* Virgil.

10 Elucet acceptio in Sacris. *Mœchata est cum lapide & ligno.* Ierem.3. 9. *Fornicati cum Dijs suis.* Exod.34. 15. & Nahum, 3. 4. *Initium fornicationis est exquisitio idolorum*: Sapient. 14. 12. In quæ ita proiectaSynagoga, ut illi diceret Dominus: *Filij Memphëos & Taphnes constupraverunt te usque ad verticem.* Ierem.2. 16. & Ezech.16.26. & 28. *Fornicata es cum filijs Ægypti vicinis tuis: fornicata in filijs Assyriorum, & multiplicasti fornicationem tuam in terra Chanaän cum Chaldæis, & nec sic satiata est.* Retorqueatur Messalinæ luxuria, de qua Sext. Aurel. in *Claud. Cæsar.* Plin. *lib.*10. *cap.* 63. & Iuvenal. *Satyr.*6. à v.125.

*Inde faces ardent, veniunt á dote sagittæ:*
*Mox, lenone suas iam dimittente puellas,*
*Tristis abit, sed quod potuit, tamen ultima cellam*
*Clausit adhuc araens rigidæ tentigine vulvæ,*
*Et lassata viris, necdùm satiata recessit.* Iuvenal.

Hoc intuitu Dominus inquit: *Auferam nomina Baälim de ore eius.* Quid hoc, indicat Sanctius hîc, *num.*67. Baälim ambiguam habet significationem: significat enim idola omnia, quæ à Baäl, Deo videlicet communi & notissimo vicinarum Gentium, nomen acceperunt. Item dominos & maritos. Est autem lusus quidam *elegans in ambiguo: ita enim coluisse dicitur adultera sponsa amatores adulteros; ut ostendat quinam sint amatores illi, qui in obscura metaphora latebant: nempe idola quibus cum metaphorica luxuria libidinata est.* Subscribit cogitationi Pineda, lib.7. de *Reb. Salomon.* cap.8. à n.5. & Kircher. 1.Tom. *Oedip. Copt.* in Pantheon. Hebr. Syntagm. 4. cap. 11. ubi in rem infit: *Cùm Baäl fuerit primum & universalissimum nomen idoli, Baäl autem significat maritum aut dominum, qui rem propriam sibi subijcit, & quasi subiugatam habet; ab eadem radice Bahal, quod est possidere aut subiugare rem aliquam cum quodam potiendi ardore. Quare accipitur plerumque pro Coniugari & Uxoriare, & vertitur ab Interprete, Dormire cum uxore: ergo ex suo nomine Baäl & idola Baälim maritum, dominum & subiugatorem significant. Cultores verò quia illis se devovebant, & addicebant, ut nomine ipso responderent, eleganter dicebantur instar fœminæ mariti dominio subijci, & quasi ab idolis subagitari, vim, & dominatum in suis cultoribus exercentibus.* Patet unde fornicationis metaphoræ, & Synagogæ in idola profusissima luxuria. Semper, ut canit Arator lib. 1. in *Act.* v. 190. Osee,2. 17. *Quid sit Baälim?* Sanct. Kircher. *Baäl cur dicatur maritus?*

*Addita sacrilegæ creverunt vulnera culpæ.* Arator.

11 Variè sumitur fornicatio; propriè quidem quia lupanar sub fornice. Unde Smetius in *Lud. Circens.* inquit: *Carceres fornicati.* De Cæsare, quia summè falax, dicit Sueton. in eo, *cap.*49. appellatum *Fornicem Bythinicum.* Quo loco Philip. Beroäld. *Fornicem* (subdit) *appellamus cellam meretriciam: inde Fornicatio & Fornicari.* Senec. *Controv.* 2. de Sacerdote prostituta, inquit: *Stetisti cum meretricibus, stetisti sic ornata, ut populo placere posses: redoles adhuc fuliginem fornicis.* Horat.lib.1. *Satyr.*2.v.30.& Iuvenal. *Satyr.*3. v.156. *Pueri quocunque in fornice nati.* Pro quolibet peccato etiam usurpatur in Scriptura. *Perdidisti omnes qui fornicantur abs te*: idest *qui elongant se á te, peribunt.* Psalm.72.27.Chald. *Qui aberrant à timore tuo.* Ita accipit Isidor. de *Summo bono*, seu *Sententiar.* lib.2.cap.39. & habetur, Cap. *Non solùm.* q.7.Caus.32.Unde Isai.21.dicitur: *Quomodò facta est meretrix civitas fidelis, plena iudicij? Iustitia habitabit in ea, nunc autem homicidæ.* Sic alia, quippe licèt maneat fides, est per crimen informis. Vivificatur charitate, quæ fugit crimine: propterea Ioann.2.23. dicitur: *Multi crediderunt in nomine eius, ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis.* Defectu charitatis Deus non credit credentes. Cum charitate fides sancta, de qua vel Ethnicus *lib.*10. Epigram.44. *Unde vox fornicationis?* Sueton. Beroäld. *Fornicatio pro quolibet flagitio.*

*Ut potior vitâ sit tibi sancta fides,*
*Teque tuas numeres inter amicitias.* Martial.

12 Vox enim *Meretrix* non semper pro fornicaria accipienda, sed pro hospita, aut fœmina peregrina, uti diximus, *Tom.* 2. *T.* 8. *n.*10. Non aliter accipiendum illud ex 3.Reg.3. 16. *Duæ mulieres meretrices*: idest: ex alienigenis, vel ratione nationis, vel cultus; sicuti dicitur Iosue, 2. 1. & Hebr. 11. 31. *Rahab meretrix*: & Malach. 2. 11. *Filiam Dei* *Meretrix pro fœmina alterius gentis vel religionis.*

*Dei alieni*: hoc est alterius gentis: *Peregrinæ meretrices dicuntur, quasi fœminæ exoticæ*, ait Taubman. in Plaut. *Trucul.* Act. 2. scen. 2. v. 14. Frequenter civium meretrices non ex civibus, unde Deuter. 23. 17. dicitur: *Non erit meretrix de filiabus Israël.* Quo nova lux præter dicta loc. cit. ad illud Salomonis: *Ut eruaris à muliere aliena & ab extranea.* Prov. 2. 16. Hic inhibetur quilibet illegitimus coitus. Mulier aliena dicitur alterius coniux, vel uxor; quia alieni iuris est, nempè alterius viri. Extranea, quæ aliundè venit. Quapropter Iosephus Scaliger dici putat fœminarum *Veneres* (quæ scorta) à *Veniendo*; quoniam nulla inter populares mulier scortari sinebatur: ideſt, quæ esset eius loci civis; sed duntaxàt, siqua, peregrina & advena erat; ut apparet ex veteribus Comædijs. Notat etiam Anonymus cap. 25. *Observat.* in Mytholog. Natal. Comit. Unde dum Salomon dicit *Aliena & Extranea*; notat fornicationem in extranea, adulteriumque in aliena. Ali- *Fornicatio illicita iure naturæ.* quibus olim visum est, quoniam lex dicit: *Non mœchaberis*, Exod. 20. 14. (quod propriè adulterium) licitam fuisse simplicem fornicationem ex iure naturæ. Ita visum Gentilibus, conversis ad prædicationem Apostolorum; quos compescuit illorum concilium, *Actor.* 15. 20. & 29. de quo Scholastici DD. cum D. Thom. 2. 2. *quæst.* 154. *art.* 2. *Ut sciat unusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & Gentes, quæ ignorant Deum.* Vel ipsi Ethnici cognovere esse peccatum iure naturæ. Horat. de *Arte*, v. 398.

Horat. *Concubitu prohibere vago, dare iura maritis.*

13 Aliquando fornicatio usurpatur pro societate commercio aut fœdere, amicitia vel amore, ubi & cum quibus nequaquàm expedit. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ convencio Christi ad Belial, aut quæ pars *Fornicatio pro societate civili & cõmercio.* fideli cum infideli? Qui autem consensus templum Dei cum idolis? *Tollens membra Christi faciam membra meretricis?* Ita Doctor Gentium, 1. Cor. 6. 15. Qua acceptione Augustin. 1. *Confess.* cap. 12. n. 2. Deum siccine alloquitur: *Deus lumen cordis mei, virtus maritans mentem meam, & signum cogitationis meæ, non te amabam; fornicabar abs te, & fornicanti sonabat undique Euge, euge. Amicitia enim huius mundi fornicatio est.* Deus est animarum legitimus sponsus, relicto præ amore mundi, anima ad alienum August. Isidor. transit corde, & *Deus deserit, quos diabolus suscipit*: inquit Isidor. d. cap. 15. de Ierusalem queritur Dominus per Ezechiel. 16. 15. dicens: *Habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo*: ideſt, propter famam & opulentiam tuam cum gentibus fœdus societatem, & amicitiam inijsti quibus acquisisti nomen. Denique ex amore lascivo sumitur metaphora ad verum amorem. 1. Reg. 18. 1. *Anima Ionathæ conglutinata est animæ David*: qua quidem phrase exprimitur stuprum Dinç. *Vi opprimens virginem, conglutinata est anima eius cum ea.* Genes. 34. 2. 3.

*Prõ idololatria.* 14 Haud in his acceptionibus sumitur fornicatio Synagogæ, sed pro idolorum abo- Alapid. minabili servitute. *Idololatriam vocat fornicationem, eò quòd homines divitiarum, voluptatum & licentioris vitæ spe ac libidine cæci, à Deo recedentes, idolis quasi amatoribus se corrumpendos subijcerent, & traderent*: ait Alapid. in *Exod.* 34. 15. Ritus si- Baruch. 6. 29. gnantur. Baruch. 6. 29. *Mulieres apponunt Dijs argenteis & aureis & ligneis*: hocque haud alio intuitu, nisi ob adulteria peregrinorum & Sacerdotum; qui in aliquibus regionibus dictitabant fœminas in fausto alite inituras nuptias; ni Veneri priùs libaretur virginitas. Ita Arnob. 4. lib. 4. *Contr. Gentes.* Anaitis dicebatur (quæ Dea Syria, de qua fu- *Anaitis quæ Dea?* sè in *Ephemer.*) apud Persas & Medos, cum quibus fornicata Synagoga. *Hæc est Venus* Strab. *in Oriente* (inquit Strabo *lib.* 11.) *illustrissimi eius nationis filias suas virgines ei dedicant: ac lex est, ut longo tempore apud Deum constupratæ, deinde nuptum dentur; nemine tale coniugium dedignante. Tale quidpiam etiam Herodotus de Lydijs mulieribus scribit: omnes enim meretrices in templo sunt, & amatores ita blandè tractant, ut & hospicium præbeant, & sæpe plurima munera dent, quàm recipiant; utpotè ex in lauta sumptum suppeditantes.* In part. 7. *Indiæ Oriental.* refertur artificium quo virgines ab idolis, *Ubi honestum meretricari?* seu potiùs in idolis constuprentur. Specie enim religionis inolevit iniquitas, maximè quia his in locis peccatorum impunitas, interdiù variè simulacra procantibus & indecorè, ut noctu perficerent quod turpe & dicere. *Si cui intueri vacet* (inſit Augustin. 6. *Civ.* cap. 10.) *quæ faciunt, quæque patiuntur, inveniet tam indecora honestis, tam indigna liberis, tam dissimilia sanis; ut nemo fuerit dubitaturus, furere eos, si cum paucioribus furerent: nunc sanitatis patrocinium insanientium turba est::. Tolerabile est, semel in anno in-* Augustin. *nire. In capitolio pudebit publicatæ dementiæ, quod sibi vanus furor attribuit officij. Alius Numina Deo subijcit, alius horas Iovi nunciat, alius lictor est, alius unctor, qui*

vano

*vano motu brachiorum imitatur ungentem. Sunt quæ Iunoni ac Minervæ capillos disponant, longé á templo, non tantùm á simulacro stantes, digitos movent ornantium modo. Sunt quæ speculum teneant: sunt qui libellos offerant, & illos causam suam doceant ::. Sedent quædam in Capitolio, quæ se à Iove amari putant.* Hactenus Augustin. ex Seneca lib. de *Superstitionib.* De connubijs Deorum & fœminarum, Dearum & hominum, dicemus suo loco, *Tom.8. T.* 11. ad illud Ioann. 3. 29. *Qui habet sponsam, sponsus est.* *Idololatria dementabat homines.*

15 Ita enim intelligitur testimonium Baruch: *Mulieres apponunt Dijs.* Hac igitur opportunitate sacrificuli & sibi & alijs assumebant & vendebant pulchrarum noctes. Exemplum exhibetur ab Hegesippo, 2. de *Excid. Ierosolymit.* cap.4. *Famosam ludibrium Paulinæ, spectatissimi generis fœminæ, Romæ percelebratum est: quæ cum egregiam castitatis famam apud omnes haberet, esset etiam præstantissimi decoris, & eminentis gratiæ, tentata Decij Mundi equestris militiæ Ducis interpellationibus, ne inflexa, vitio nimiæ superstitionis patuit errori. Mundus namque subornatis Isidis Sacerdotibus, qui velut Anubis ad eam mandata perferrent, quòd eam ad templum invitaret, delectatum eius sedulitate & pudicitiâ; noctem posceret, habere se quod eidem secretò vellet committere: quod illa accipiens læta ad maritum detulit, Deum suis adesse votis, ab eo suam posci præsentiam, & se negare obedientiam non posse. Itaque & ex sua & ex mariti sententia pergit ad templum Isidis, noctem poscit, remotisque procul arbitris, quasi sacri cognitionem mysterij perceptura, sese stratis composuit suis, existimans quod ad eam Deus suus in somnis veniret. Verùm ubi aliquid noctis processit, quo facilius mulier plena somni deciperetur; Mundus, assumpto vultu Anubis habituque, advenit, & in oscula ruit. Illa Deum credidit, felicem se esse asserit. Amplexum petenti non negat: refert tamen, utrùm Deus posset homini commisceri. Ille promit exempla, quod & Iovem summum Deorum Alomena susceperit, Leda & plurimæ aliæ, quæ ediderint Deos partu: de se quoque ex illa Deum esse generandum persuadet, mulieri concubitu misceatur, redit ad maritum lætior, dicens, quòd Deum esset generatura. Fit ingens in stupro mulieris & mariti gaudium.* Eadem Ioseph. 18. *Antiq.* cap. 4. Barth. Marlian. *Topograph. Rom.* cap. 9. lib.6. & Kircher. d. qui ibid. *cap.* 5. ex Rabb. Salomon. refert fraudem, qua allecti filij Israël, per Moabitides coluerunt Beëlphegor. *Cùm mulieres prurigine Veneris stimularentur, accedentibus Israëlitis dicentibus, In concupiscentia tui sum; è sinu producebant simulacrum Phegor, suggerentes: Adora eum.* Numina Ethnicorum nihil aliud nisi luxuria, ob quam Israëlitæ illorum adorabant idola, imitantibus fœminis ritus Gentium in efformatione lascivientium imaginum: quo intelligitur illud Ezechiel. 16. 17. *Fecisti tibi imagines masculinas & fornicata es in eis.* At quid hoc? Imago Phogor, super quam sedebat nova nupta, ut inquit Augustin. quò dudum cap. 9. additque hic Vives ex Lactantio: *In cuius sinu nubentes primò sedeant; ut illarum pudicitiam prior Deus delibasse videatur.* Quid mirum, si ipsi Ethnici riserint? Unde Augustin. 1. de *Consens. Evangel.* cap. 8. *Quæ si adoranda sunt* (inquit) *cur ea rident in theatris? Si autem ridenda sunt; plus ridendum est, cùm adorantur in templis.* *Apud Ethnicos sub religionis larva, summa flagitia.* Hegesipp. Kircher. *Illorum idola luxuriam redolebant.* Lactanct. Augustin.

16 Liquet quod suprà ex Salomone diximus: *Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum, & adinventio illorum corruptio vitæ*: ipsis enim ritibus Veneris sequentes indolem, impellebant in omnigenam obscœnitatem; maximè conantes æmulare idolorum turpitudinem. Cogitatio est Athanasij *Orat.* in Idola: *Instituta est idololatria* (infit) *desiderio eorum, qui stupris & propudijs pleni figmentis repræsentantur. Malitiam præviam fuisse, anteambulonemque idololatriæ, cùm ea sola magnificaret, quæ animo concupisceret, & cum voluptate adspectaret; in corporeis affectibus voluptatem sentiens, rerum divinarum oblita: & propemodùm omnes Civitates omnibus libidinibus scatent ob immanitatem morum, quam in suis Dijs conspiciunt: neque est in hoc genere Deorum, quem castum apelles. Olim certè Phœnissæ mulieres ante idola prostituebantur, dedicantes Numinibus suum quæstum; persuasæ meretricatu eas propitiari, & prosperitatem rerum inde nasci. Viri quoque abdicato sexu, nec se amplius mares esse ferentes, mulierum naturam affectaverunt, tanquàm hoc pacto honorifici gratique Matri Deorum* (locatur seriò Prudentius in *Peristeph.* v.3263. Sapient. 14. 12. Athanas. Sapient. 14. 12. *Et hoc in tanta adorabant.*

*Uterque sexus sanctitati displicet,*
*Medium retentat inter alterutrum genus;*
*Mas esse cessat ille, nec fit fœmina.*
*Felix Deorum mater!)* Prudent.

*Omnes profectò in turpissimis vivunt, & certamen inter se pravitatis suscipere videntur.*

17 Hinc ut exprimatur omnis immunditia, fornicatio signatur idololatriâ: simulque intelligitur illud Pauli: *Mortificate fornicationem, immunditiam, libidinem concupiscentiam malam, & avaritiam, quæ est simulachrorum servitus.* De avaritia pro insatiabili cupiditate opum, diximus, *Tautolog. 3. à n. 25.* Est alia avaritia, quæ insatiabilis cupiditas voluptatum: hæcque dicitur simulachrorum servitus, ac idolorum cultus; quoniam quisquis idololatra (cuius luxuriæ duntaxàt studium) laborabit insatiabili cupiditate Veneris illecebrarum. Quærit avarus opes, lascivus Veneres: hocque signatur in idololatria; quippe servitus idolorum obscœnitatum schola, libidinum avaritia, insatiabilis aviditas, inexplebilis voluptas; cum in illa contineantur quasi in centro, concupiscentia mala, libido, immunditia & fornicatio. Iurè vocat Paulus concupiscentiam malam, igitur concupiscunt etiam in possessione concupiscentiam. *Xerxes* (inquit Cicero, 5. *Tusculan. qq.* & Valer. Max. *lib. 9. cap. 1.*) *refertus omnibus præmijs donisque fortunæ, non equitatu, non pedestribus copijs, non navium multitudine, non infinito pondere auri contentus, præmium proposuit, qui invenisset novam voluptatem, qua ipse inventà non fuit contentus, neque enim unquàm finem inveniret libido.* Hoccine proposito Paulus inquit: *Omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus*; quippe quicquid immundum, ex servitute idolorum. Signat species luxuriæ, & causam ex origine turpis idololatriæ; propter quam traduntur in passiones ignominiæ. *Gentes ambulant* (inquit) *in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati á vita Dei, per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam*: quo claret, *Avaritiam* sumi pro insatiabilitate Venerum, & nullo modo pro cupiditate sitibunda divitiarum. Est proiectio in cuncta carnis vitia: hinc apud Ethnicos ferè nocturna, quæ pro idolis dicebant *Arcana sacra*; de quibus copiosè egimus in *Ephemer.* qui quidem in sensum reprobum traditi; & quorum Veneres, passiones verè ignominiæ præturpissimo obscœnè abominabili amore. Virgilius, 6. *Æneid.* à v. 24. ita originem notans, succinit:

*Hìc crudelis amor tauri, suppostaque furto*
*Pasiphaë, mistumque genus, prolesque biformis*
*Minotaurus inest, Veneris monumenta nefandæ.*

18 Felix esset orbis, si nefandæ Veneris tantummodò esset hoccine monumentum. *Aristonymus Ephesius, qui à mulieribus amore abhorrebat* (ait Aristotel. 2. *Paradoxor.*) *asinam inijt*; & *suo tempore puellam edidit formâ eximia Onosibelim nomine.* Addi Plutarch. in *Paralel.* idem de Fulvio Stello. *A mulieribus aversus* (inquit) *iunxit se equæ, quæ statò tempore puellam decoram genuit, quam appellavit Hipponam.* Plin. *lib. 8. cap. 42. Equum adamatum à Semiramide usque ad coitum*, ait: idem Ioan. Ravis. Textor. 5. *Officin. cap. 65.* & Pier. Valerian. *lib. 22. cap. 8.* Hinc fœtus semiferi, *libidinis portenta*, ut Lucanus inquit, 8. *Pharsal.* v. 414. Claudianusque, 1. in *Eutrop.* v. 1.

*Semiferos partus, metuendaque pignora matri.*

Visus leo cum capite & facie humanà, teste Conrado Lycosthen. de *Prodigijs & ostent.* uti fingebantur Sphinges. Equam similiter cum facie humana, refert Pictorius, lib. 4. *sermon. convival.* cap. 85. Suem, Paræus *lib. 24.* Vitulum, Fincelius, quem ita describit Geörg. SchencK. in *Brutor. monstr. histor.* n. 75. *Pedes habuit quatuor vitulinos, caput humanum virile, atrà barbà, geminis auribus humanis, & modicis capillis, pectus humanum & mammosum.* Alium etiam persimilem signat ibid. n. 81. Agnum etiam cum humano capite, Maiol. Tom. 1. *Colloq.* 7. & Polydor. Virgil. *Anglic. histor.* lib. 11. pluraque alia, quæ videsis apud præfat. SchencK. Licetum, Aldrovand. Tom. 4. de *Monstr.* titul. *Præsagia*, & Delr. 2. *Magic. disq.* q. 14. econtrà ex brutis natos perfectos humanos fœtus in multis AA. legitur. Geminos marem & fœminam appositè formatos, suisque membris distinctos vaccam peperisse Burgis; refert Iacob. Franco, *Relation. histor.* ann. 1597. Filios Simij & fœminæ latè refert Delr. d. De puella formosa, nata ex equa nostris temporibus in Lusitania, ait Reyes Franco in *Camp. Elys.* quæst. 45. n. 31. *Nihil monstri continens in lucem prodit, nutricatui traditur, adolescit, & more aliarum nil ab eis differre videbatur, nisi quòd ab occipite per mediam spinam pili copiosè erumperent: hoc enim maternæ indolis iudicium commonstrabat, quod quoties rideret, cachinnum non omninò humanum; sed equarum inhinnitus satis conspicuè imitaretur.* Olaus

Mag-

Coloss. 3. 5. *Quæ avaritia sit servitus idolorùm?*

*Quare dicantur mala cõcupiscentiæ?* Cicer.

*Insania Xerxis.*

Ephes. 5. 5.

Cap. 4. 19.

Virgil.

Aristotel. *Bestialitas Ethnicorum* Plutarch. *Eorum semiferi partus.* Claud.

SchencK. *Mõstra horrenda.*

ReyesFrãc. *Exempla singularia.*

Magnus, ex fratre Ioan. Magno *lib.* 18. hìcque ex Saxone Grammatic. in *Hiſtor. Daniæ* perhibet ex fœmina & urſo progenitos fuiſſe Suevorum & Danorum Reges. *Ergo duplicis materiæ benigna artifex natura, ut nuptiarum deformitatem ſeminis aptitudine coloraret, generationis monſtrum uſitato partu edidit, ſilveſtremque ſanguinem humani corporis lineamentis excepit: natoque filio paternum nomen imponitur.* Ita Oloaus lib. 18. de *Gentib. Septentrion.* cap. 25. Miſſa facio monſtra dæmoniformia, de quibus apud AA. præfatos, maximè Aldrovand. titul. *Portenta.* Aptè Lucan. d. *lib.* 1. à v. 562. Ol. Magn.

*Monſtroſique hominum partus, numeroque modoque*
*Membrorum, matremque ſuus conterruit infans.* Lucan.

19 Manilius cùm inquireret, cur ita monſtra, diverſaque membra ordinibus certis ſociaret corpus in unum? delirat attribuens fato, ex ſtellarum influxu. Ita rudit lib. 4. *Aſtron.* cap. 1. à v. 98.

*Scilicèt eſt aliud quod nos cogatque, regatque*
*Maius, & in proprias ducat mortalia leges,*
*Attribuatque ſuos ex ſe naſcentibus annos,*
*Fortunæque vices, permiſcet ſæpe ferarum*
*Corpora cum membris hominum, non ſeminis ille*
*Partus erit: quid enim nobis commune feriſque?*
*Quiſve in portenti noxam peccarit adulter?*
*Aſtra novant formas: cœlumque interſerit ora.* Manil.

Hoc frequens apud Ethnicos errorum effugium, uti diximus, *Tom.* 4. *T.* 7. *n.* 23.

*Eſſe malum à Superis affirmant, cùm tamen ipſi*
*Criminibus proprijs homines ſibi damna pararint.* Scalig.

Ex commiſtione ſpeciei diverſæ ſeminum, oritur monſtrum, quod quidem commune eſt maximè in Africa, à qua ſemper aliquid novi; quippe tunc natura ne errore erret, producit, in quod impotens potentiâ valet. Adaquatum ibi è longinquo procedunt belluæ, æſtuantes calore ac ſiti, in Veneremque percitæ coëuntes, varias progenerant animalium ſpecies; uti videmus malum ex equa & aſino, hinnum ſeu burdonem ex aſina & equo; fortiſsimum ex aſina & tauro, ut aſtruit Ioann. Bapt. Porta in *Magia natur.* lib. 2. cap. 9. Muſmum ex capra & ariete, ex Pardo & leæna Leopardum, ex leæna & lupo Thoën, ſeu Lycopantheram, Crocutamve: quæ omnia videnda apud Plinium, Melam, Solin. præfatumque Portam, à cap. 10. Unde Claudian. *Epigram.* 5. *Unde monſtra?* *Ex beſtijs.*

*Obviá fluminei properant ad vulnera Pardi,*
*Semine permiſto geniti, quúm forte leænæ*
*Nobiliorem iterùm viridis corrumpit adulter;*
*Cum maculis patres referunt & tergore matres.* Claud.

Inter quæ, quod mirum magis, fœcundam conſtitui ſpeciem, uti de Mantichora perhibent Solin. *cap.* 55. Ælian. 4. *Hiſtor. Animal.* cap. 21. & Plin. *lib.* 8. *cap.* 21. & 30. niſi purum putum ſit mendacium, ut placet Dalecampio hìc. Egimus *Tom.* 4. *Tautolog.* 13. *num.* 2.

20 Relata certum eſt non aliundè provenire niſi ex hominum cum feris nefando petulanti concubitu. Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. inquit: *Quoſdam cum feris coire, miſtoſque & ſemiferos eſſe partus.* Quod quidem objicit Ulyſsi Gryllus, apud Plutarch. libell. *Quod brutæ animantes ratione utantur. Hircus ille Mendeſius* (inquit, de quo Nos in *Ephemerid.*) *in Ægypto fertur, cùm concluderetur cum multis & decoris fœminis abhorruiſſe ab earum conſuetudine, verùm in capras protinùs exarſiſſe::. Apud vos confeſſum eſt, beſtijs potiùs convenire temperantiam, neque vim eas libidinibus facere naturam. Veſtram verò laſciviam, nec adiutrice lege, intra limites ſuos natura coërcet; ſed ſicut à fluctibus abrepta ſubinde cupiditatibus, mirum, quantam iniuriam, procellas & confuſionem in re Venerea adferat naturæ: quandoquidem & capris tentaverunt viri, & ſcrophis* (ſuibus) *& equis illudere; mulieres quoque in beſtiarum mares inſanierunt. Ex eiuſmodi enim nuptijs, Minotauri vobis, Ægipanes, etiam meo iudicio Sphinges ſubpullulant & Centauri.* Exempla miniſtrat præter exhibita Porta, d. *cap.* 12. Hinc tot hominum ſilveſtrium genera, cogitat, Plin. *lib.* 8. *cap.* 53. refertque *lib.* 7. *cap.* 2. & Hermann. Schedel. in *Orb. hiſtor.* Cauſa ergo inveſtiganda, vel dum in propria humana ſpecie naſcuntur monſtra; ut ex diverſa non miremur diverſa, quæ nequeunt eſſe conformia. Delr. ubi ſupr. q. 14. ſubdit: *Imaginaria vis & corruptio ſeminis, & ſuperfluorum in utero humorum copia, ſuam ſibi ſingula partem poſſunt vindicare.* Idem placet *Ex hominibus & beſtijs.* Plutarch. Delr.

*Ex solis hominibus.*

cet Levino Lemnio, 1. de *Miracul. natur.* qui cap. 8. addit: *Ut enim in opere fusili si materia impura sit, minusque defecata, si vasculum aut receptaculum obliquum, anfractosum, biulcum, angulosum, distortum, rimosum, voluminibus implicatum, dissolutum, malèque*

Lev. Lemn.

*coherens ridiculas imagines, absurdaque simulachra, atque aspectu horrenda produci videmus; ita si loci malé constituti sunt, si uterus in alterum latus inclinet, ineptaque sit ac malá temperatur à materiâ, nunquàm natum decentem exactamque formam exprimet.* Unde qui

*Quid quartâ Lunâ nasci?*

quarta Luna nati, quo tempore defluunt fœminis menstrua, ferè malè constituti; *quòd inauspicata* (subdit) *principia habeant ad vitam, præterque naturæ ordinem, ac modum generationis primordia sint consecuti.* Ideo prohibitus Hebræis hoc in tempore congressus. Levit. 15. 24.

21 Additur his conditionibus intemperantia salacitatis, frequentiaque libidinis, promiscuæ Veneris, superfœtatio ex diversis viris (ad quod conveniebant nocturnis illis

*Causa monstrorum lascivia.*

execrandis sacris Gentiles) nequit enim tunc in formam conformem coalescere semen, nec debitè ex pluribus qualitate oppositâ cum muliebri sanguine uniri: quòd si cohærere contingat, confusam materiam matrix elaborat, & distinctis formis formam sigillandam lascivè conspurcat. Si è feris vel in feris, utriusque parentis deformitatem fœtus contrahit, & monstrum apparet. Si in fœminis eiusdem speciei, vel copia seminis flaccidi & invalidi, vel inopia seminis præ frequentia libidinis, nascuntur fœtus mutili, vel monstrosi. Seges abundantissima exemplorum apud Paræum, Schenck. Licet. & Aldrovand. Canit Lucretius 3. de *Rer. natur.* a v. 833.

*Multaque tum tellus etiam portenta creare*
*Conata est, mira facie, membrisque coörta:*
*Androgynum, neutrum, inter utrumque ab utroque remotum,*
*Orba pedum partim, manuum viduata vicissim:*
*Multa sine ore etiam, sine vultu cæca reperta,*
*Vinctaque membrorum per totum corpus adhæsù,*
*Nec facere ut possent quicquam, nec cedere quoquàm,*
*Nec vitare malum, nec sumere quod foret usus;*
*Cætera de genere hoc, monstra ac portenta creabat.*

Lucret.

En effecta ex petulanti lascivia, concessa ab idololatria, ut hæc quasi lege doceret, vel quæ

Plin.

natura (quid rationalis?) horret. *Equum detracto oculorum opperimento, & cognito cum matre coitu, petijsse prærupta, atque exanimatum. Equæ eadem ex causa laceratum perauri-*

*Quæ barbara Venus?*

*gam invenimus*: subdit Plin. d. *cap.* 42. Vide de Elephante Ælian. d. *lib.* 8. 17. & 11. *cap.* 15. Patent cœtus idololatrarum & eorum propositum, & quare David, cui adhærere Deo, bonum erat, dixerit: *Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus.* Psalm. 15. 4. Quæ de sanguinibus conventicula, describit Lucanus in Regis Parthorum sceleratissima aula, lib. 8. *Pharsal.* à v. 397.

Psal. 15. 4.

*——— Non barbara nobis*
*Est ignota Venus, quæ ritu cæca ferarum*
*Polluit innumeris leges & fœdera tedæ*
*Coniugibus, thalamique patent secreta nefandi*
*Inter mille nurus. Epulis vesana meroque*
*Regia, non ullos exceptos legibus horret*
*Concubitus: tot fœmineis complexibus unum*
*Non laxat nox tota marem: iacuere sorores*
*In Regum thalamis, sacrataque pignora matres.*
*Parthorum dominus quoties sic sanguine misto*
*Nascitur Arsacides? Cui fas implere parentem,*
*Quid rear esse nefas?*

Lucan.

*An Tritones & Nereides ex semine humano.*

22 De Satyris & Tritonibus etiam ambigitur an ex semine humano? Testes oculatos exhibet Alex. ab Alex. *lib. 3. cap.* 8. & Aldrovandus plura exempla tam Tritonum quàm Nereidum, quo supr. in *Satyris marin.* à fol. 27. Meminit Plin. *lib. 9. cap.* 5. Ælian. 13. *Animal. histor.* cap. 21. & *lib.* 16. *cap.* 18. infit: *Alia existunt muliebri facie, eisque pro crinibus spinę dependent.* Iuvenal. Satyr. 14. v. 286. inquit:

*Oceani monstra & iuvenes vidisse marinos.*

Iuvenal.

Alex. ab Alex.

Quo loco Isaäc. Grangæus: *Tritones, Nereides*: de quibus Natal. Com. & historicè & Mythologicè, *lib. 5. cap. 3. & 6. Super omnia in nostro ævo exemplum inter pauca memorabile* (infit Alexand. Neapolit. ubi dudùm) *Tritonem seu marinum hominem è spe-*

*lun-*

*lunca observare solitum, si quando solam ad aquas accedentem, aut per littus ambulantem mulierem videret; ipsum ex undis & spelunca leni gressu, tacitisque vestigijs desilire, compressum mulierem in insidijs adoriri*, &c. *Actis publicis testatum est.* Dicam cum Bouſſueto; de *Natur. aquatil.* Epigram. 21.

*Si tales partus edunt vada cærula Nerei,*
*Non est quód tellus efferat ipsa suos.* Bouſſ.

23 De Satyris (quos Ethnici dicebant *Ægipanes*, quippe Pan figurabatur parte infernà formà captræ) Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. *Pernicissimum* (inquit) *animal: tum quadrupedes tùm rectè currentes humanâ effigie: propter velocitatem, nisi senes aut ægri non capiuntur.* Hos coluit Ethnicismus, quia quod mirum, tanquàm Numen adorabat: mirumque sanè capram videre semihominem, & econtrà. *An Satyri?* Plin.

*Sunt mihi semidei, sunt rustica Numina Fauni,*
*Et Nymphæ, Satyrique, & monticolæ Sylvani.* Ovid.

Ut accinit Ovid. lib. 1. *Metam.* fab. 6. Latè de cunctis Natal. Com. d. à cap. 7. Pausan. *cap.* 21. Solin. *cap.* 34. & Plutarch. in *Silla.* D. Hieronym. in *Vit. Pauli Eremit.* asserit S. Antonium in eremo inveniſſe Hippocentaurum, & Satyrum: huncque profeſſum non solùm cognitionem Deitatis, sed adventum Salvatoris. In *Commentar. Isai.* 13. 21. ubi: *Pilosi saltabunt ibi*, inſit: *Vel incubones, vel Satyros, vel silvestres quosdam homines, quos nonnulli Faunos ficarios vocant, aut dæmonum genera.* Ælian. d. *lib.* 16. *cap.* 21. describit figuram, pugnas & illorum habitationes. Conrad. Gesner. lib. 1. de *Quadrup.* titul. de *Satyro*, inquit: *Pilosus animal est compositum ex homine superiùs, & caprâ inferiùs, cornutum in fronte, simiarum generis, sed valdé monstrosum: aliquoties incedit, & mansuescit. Quamquàm fieri potest, ut dæmones tali quadam specie hominum conspectui aliquando se ingesserint, ut admirationem & superstitionem augerent.* Idem placet Aldrovand. d. etsi uterque captos Satyros, in urbesque invectos astruant ex Alberto Magno: qui quidem hominis non habent nisi figuram, & hanc cornibus, cauda & caprinis pedibus deturpatam. Isai. 13. 21. *Et qui sint?* Gesner.

24 Naturam rationalem & caprinam in uno corpore, impoſsibile prorsùm. Unde si verum, fuisse Satyros, & alias quas retulimus species; minimè asserendi sunt homines, sed ex depravato per dæmones semine (sive in fœminis ex brutis, sive ex hominibus in feris) unicam tantùm naturam ineſse, cum similitudine seu figurà ad utrumque. Vel si ex viro & fœmina, figura fœtus non aliunde, nisi ex imaginatione vehementi, aut seminis vel vasculi depravatione. Vide plura & curioſissima apud Hieronym. Magium, 1. *Miscell.* cap. 20. Bapt. Fulgos. 1. *Memorabil.* cap. 6. Læl. Bisciol. Tom. 2. *Horar. subsec.* lib. 12. cap. 4. Nieremb. 3. *Philosoph. curiosæ*, cap. 8. & *Histor. natural.* lib. 5. à cap. 8. Franc. Florid. Sabin. lib. 2. *Lection.* cap. 6. Guilielm. Parisiens. lib. 2. de *Universo*, p. 3. cap. 8. Reyes-Franc. in *Elys.* q. 45. & Maiol. *Tom.* 1. *Colloq.* 7. qui *Tom.* 2. *colloq.* 1. blasphemiam refert Rabb. Abraham. *Ridiculum, imò impium est* (ait) *quod de Satyris ille nugatur. Is enim asserere ausus est, Faunos, Satyros, Incobos & similes, esse creaturas, sed imperfectas: quòd Deus vesperà Sabbati præventus, illos non perfecerit: & ob hanc causam eos fugere Sabbati sanctitatem, quærentes montes & tenebrarum latibula, in quibus delitescant usque ad finem Sabbati; & tunc revertentes infestantur homines, & nocere conantur.* Hæc est fides Rabbinorum, quorum sæpe in blasphemias pertusum cerebrum. Veritas illos amet, à qua longè. *Unde deformatio in fœtu, etiam ex semine humano.* Rab. Abrah. *Delirium Hebræorum in creatione Satyrorum.*

25 Ex præfata furiosà impotentique Venere in animalibus diversæ speciei, vel in unius individuis, potissimè ex imaginatione habitus idolorum (quæ quidem figurà facieque horribilia, ut icones imagineſque demonstrant, apud Chartar. & Kircher. 1. *Oedip. Copt.* syntagm. 5. in *Simia Ægypt.*) ad quorum similitudinem larvati procedebant & illæ & illi; videbatur in luce discors conformitas, ac difformis horribilitas, fœtus ingenitus effrenatæ libidinis, & indicium voluptuosæ corruptionis, cuius illecebris fidem datam peſſundantes, *cùm cognovissent Deum* (Rom. 1. 21.) *non sicut Deum glorificaverunt; sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum, & serpentium: propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis.* Hoc enim sensu dixit Iehu Ioramo: *Adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ vigent.* 4. Reg. 9. 22. Ad hoc duntaxàt conveniebant in templo Baäl. de quo *num.* 10. De Asa, 3. Reg. 15. 13. dicitur: *Matrem suam amovit, ne esse princeps in sacris Priapi & in luco eius quem consecraverat: sub-* *Stupratores in habitu Deorum.*

*subvertitque specum eius & confregit simulachrum turpissimum.* Quorsùm lucus, specus; & obscœnitas Phogor? Clarius, 4. Reg. 23. 7. propositum designatur; dum Iosias *destruxit ædiculas effœminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci*: de quo ex professo alibi. En fides Synagogæ. En insignis perfida meretrix quæ refractaria, ad luxuriam, addidit effrontis sine pudore impudentiam. Aptè cadit cavillatio Martialis, *lib.* 12. *Epigram.* 101.

*Templa erant luxuriæ, Numinum specie.*

Martial.

*Os atavi, patris nasum, duo lumina patris,*
*Et matris gestus dicis habere tuæ,*
*Cùm referas priscos, nullamque in corpore partem*
*Mentiris, frontem dic mihi cuius habes?*

*Synagoga insignis meretrix.* Ambros.

*Talis est via mulieris adulteræ* (ait Salomon, Proverb. 30. 20.) *quæ comedit, & tergens os suum, dicit: Non sum operata malum.* Ambrosius appositè hic *cap.* 4. *Meretrix ista* (infit) *Ecclesiæ typus est, aliquando in Gentibus constituta, idolorum cultibus vitiata, quam vanæ superstitionis stupra polluerant, quam falsorum Deorum adulteram fecerat multitudo: lasciviosque ac turpes incompositis motibus saltus nemorum & lucorum inculta lustrabat, dedita luxuriæ, pompæ Gentilium mancipata. Ubique enim cultura idolorum, fornicatio nuncupata est.* Ideo docti Profani dicunt, quæ extra legitimum thorum, *Veneris furta.* Tibull. 1. Eleg. 2. v. 25. Ovid. 1. de *Art.* 1. v. 107. & Otho Væn. *Amor.* Emblem. 57. Sanè alienum, ubi furtum; filij Synagogæ abalienati sunt retrorsùm; cùm Deus sponsus genitricem educens è captivitate Ægypti, pronuba lege, dixerit:

Virgil.

*Connubio iungam stabili, propriamque dicabo*

Patet fides, dignatæ tot dotibus, Synagogæ; quam Dominus sponsaverat in fide.

26 Modò semitis prævijs remotione obicum, discapedinata via in Tautologiarum institutum. Sub metaphora uxoris fornicariæ (vel è fornice assumptæ, ex eaque susceptorum filiorum) prætulit Deus in confusionem illius, persistentiam tenacem Synagogæ in idola; cum quibus vel ab infantia nutrita. In Ægypto fornicata est ante coniugium, ut vidimus, describiturque *Ezech.* 16. fusè. A servitute ferrea eductam mirabiliter, per fidem in Sina lege Deus sibi sociavit, expectans ex illa filios, fide nutriendos: verùm generatio perversa & infideles filij. Ex fornicaria fuere filij fornicationum: equidem ex ovo malo fert pens aut corvus. *Filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra à Domino. A Domino* Hebraismus est, quo etiam utuntur Græci & Latini. *A Domino*, idest, de post Dominum. *A* sæpe sumitur pro *De pòst, Præter, Præ*, affinibusque præpositionibus. *Perdidisti omnes qui fornicantur abs te.* Psalm. 72. 27. *A tua fide & cultu deficiunt. Metaphora à coniugibus, fidem matrimonij violantibus*: Genebrard. hìc. *A te* scilicèt *recedendo*: Saà. & Malucnd. *Meretricantem de á te.* Psalm. 39. 9. *Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori.* Ruth. 1. 16. *Ut relinquam te, & abeam.* Hebr. *Ad revertere de post te.* Luc. 18. 14. *Descendit hic iustificatus ab illo*: hoc *præ illo*: *non ille, plusquàm ille.* Eodem Psalm. v. 25. *A te* (præter) *quid volui super terram?* Propert. *lib.* 1. *Eleg.* 16. v. 14. *A longis tristior, excubijs*: scilicet, *De post multas excubias*; sicut, *lib.* 2. *Eleg.* 34. v. 14. *A domina tantùm te modò tolle mea.* Est Eclipsis, igitur ibi aliquid subintelligendum. q. d. *Perdidisti omnes qui fornicantur recedentes à te*: de quo recessu sæpe. Deus queritur in Scriptura, & cum epitasi. *Verterunt ad me tergum & non faciem: Facti sunt retrorsùm & non in ante*; uti diximus *Tom. præced. T.* 5. n. 18. Ita Hebr. Tigur. & Samarit. *Conficis omnem fornicantem à te. Qui te contempto adulterant. Qui á te procùl recedunt.* Similiter intelligendum tò *A Domino*, sumpta metaphora fidei violatæ in coniugio: igitur recedentes a Domino, de post illumque abeuntes, præ illo cui fides promissàque, pluris fornicantes habuerunt idola.

*Osee* 1. 2. *A, pro De post, Præ, Plusquàm.* Genebr.

*Eclipsis & Epitasis.*

27 Ita ergo in geminatione fornicationis, non solùm ostenditur adulteræ fides fracta; sed in flagitio (& sciente sponso) effrontis, duræ cervicis tenaciter persistentia. Huiusce insolentiæ pervicacia sponsum usit, ac in zelotypiam perculit, non solùm quia Synagoga fornicationi se dedidit; sed quia fornicans in fornicatione permansit: à qua filij sequentes adulteram matrem, sine rubore prolapsi in imaginum fornicationem. Q. d. Non solùm sicut mater antehàc fornicati sunt, sed modò fornicantur, in posterum fornicabuntur, nec à fornicatione desistent, quousque moriantur. Hinc subdit Propheta: *Fornicatione fornicati sunt.* Insanierunt de idolis in idola, cubito firmo & stabili curà, insatiabilique concupiscentià, iterantes in renovationem cultum, persistentes procaces in sacrilegio; quin donis aut minis removeri possent à conatu. In textu primo notatur diuturnitas temporis, in posteriore intensio animi in superstitionem adorationis; geminatione præ se ferente vel

*Cap.* 4. 18. *Geminatio pro adverbio.*

su-

ſuperlativum, vel adverbium. Q. d. Vehementer recesſerunt à Dei veri cultu, quo receſſu fornicati ſunt valdè. Unde exceſſus notatur Hebraiſmo (quo rei exprimitur magnitudo) addito genitivo abſtracti propter ſuperlativum concreti; uti *Viri divitiarum*, pro *Ditiſſimi*, Pſalm. 75. 6. *Sponſus ſanguinum*, Exod. 4. 25. *Vir ſanguinum*. 2. Reg. 16. 8 ideſt, truculentus. *Vir dolorum*, nimirùm affictiſſimus, valdèque plagatus. Iſai. 53. 3. Non alio intuitu Synagogam dicit Oſeas, *uxorem fornicationum*; & Hebræos, *filios fornicationum*: v. 2. Ideſt, proiectiſsimæ libidinis ac ſummè eſt meretrix; uti figuravimus *num.* 10. Tàm mater, quàm filij ſunt profectò fornicationum; & quia intensè, magnoperè, propenſiſsimè adhæſerunt idolis, & quia diutiſsimè ac frequenter fuere mancipati ſimulachris, ſine ſpe revocationis propter æſtrum execrandæ inſatiabilis libidinis; quod geminationibus & geminationibus indicatur, uti vidimus, *Tom.* 4. *T.* 7. ad illud Iſaiæ: *Prævaricantes prævaricati ſunt, & prævaricatione tranſgreſſorum prævaricati.* Obſtinato animo nunquàm deſiſtent. Qua de cauſa Hebr. *Fornicari fornicabuntur*: in infinitivo, quaſi ſine numero, ſine caſu, ſine tempore; uti infrà *num.* 30. in textum Ieremiæ: *Capere capieris, Dari dabitur, Tradi tradetur*: Mulend. Diximus hìc. *Tautolog.* 2. *n.* 17. Hic eſt ſenſus genuinus geminationis. *Fornicans fornicabitur á Domino*, impotenter tradita turpidinis ſimulachro, ex Dei & à Deo receſſu. Aſtipulantur Verſiones. Vatabl. *Valdé ſcortata eſt.* Syr. *Averſata eſt à Domino.* Arabic. *Fornicax á tergo Domini.*

*Genitivus abſtracti pro ſuperlativo concreti.*

28 Hinc in Iſraëlitas totus per hos aut illos apparatus bellicus & conflictus, quippe pugnat pro Deo orbis terrarum contra inſenſatos. Aliter, etſi totus irruat æther: quanvis flamma infit & volitet, non nocebit: imbellis prorsùs armatus exercitus. Ita promiſit, qui mentiri nequit. *Si in præceptis meis ambulaveritis, abſque pavore habitabitis in terra veſtra. Perſequentur centum de vobis decem millia: cadent inimici veſtri gladio in conſpectu veſtro. Ego Dominus, qui confregi catenas cervicum veſtrarum, ut incederetis erecti.* Levit. 26. à v. 3. Quibant fide ſervata glorianter dicere: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* At quid alliſa fide, ac irrito fœdere? *Si ſpreveritis* (minatur) *quæ à me conſtituta ſunt, & ad irritum perducatis pactum meum; Ego ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubijciemini his qui oderunt vos: fugietis nemine perſequente; inducamque ſuper vos gladium ultorem fœderis mei.* Res tota in hoc cardine vertitur. Unde Achior Holoferni, conſulens Perſarum Regibus, Duciſque cauſæ, liberè dixit: *Nunc ergo mi Domine, perquire ſi eſt aliqua iniquitas eorum in conſpectu Dei eorum. Aſcendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & ſubiugati erunt ſub iugo potentiæ tuæ. Si verò non eſt offenſio populi huius coram Deo ſuo; non poterimus reſiſtere illis, quoniam Deus eorum defendet illos, & erimus in opprobrium univerſæ terræ.* Clades inflati Sennacherib vel modò noſtris auribus, quæ huius populi cum Deo amicitiam confirmat; ſicut clades illorum offenſo Numine ſub Nabuchodonoſore: Regnum enim Hebræorum & principes eius præcipitavit Dominus, nec pepercit. Facti ſunt hoſtes Urbis in capite, inimici eius locupletati ſunt; quia Dominus locutus eſt ſuper eam, propter multitudinem iniquitatum eius. Ita Regi Babylonis tradens tradidit Hebræos: ſimiliter ſontes tibi tradens tradet Dominus iterùm illos.

*Mala hominum & bona a lege fracta, aut cuſtodita.*

Rom. 8. 31.

Iudith. 5. à 24.

29 Hic modus loquendi frequentiſsimus in Scriptura, ut ſæpe tractavimus: at poſtquàm aliqua prænotemus, dilucidabitur & perſpicuò Pleonaſmus. *Tradens tradet illos Deus* hoc eſt, non auxiliabitur. *Avertit retrorsum dexteram ſuam.* Thren. 2. 3. quare ſine auxilio Dei coram inimicis corruent, quoniam iniquitates non milites, ſed ſervos catenatos efficient: vigilabit enim iugum iniquitatum, quæ convolutæ in manu, etiam imponentur collo. Deo igitur tribuitur, quod poteſt facere; ut diximus hìc, *Tautolog.* 1. *num.* 11. & quod permittit fieri: *Tautolog.* 2. *n.* 44. ad illud: *Ego Dominus decepi prophetam*: & *n.* 41. lateque à 51. ad illud: *Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum.* Quod quidem roborari poteſt ex Ezechiele, 12. 13. ubi de Sedecia dicit Dominus: *Extendam rete meum ſuper eum & capietur in ſagena mea, & adducam eum in Babylonem. Extendam* (ait) Et *adducam*, quod factum per Babyloniæ Monarcham. Idem Ierem. 21. 5. *Debellabo ego vos, &c.*

*Deo tribuitur quod poteſt facere, vel permittit fieri.*

30 *Tradens tradet.* Participium hoccine cum verbo eiuſdem ſignificationis indicat infallibilitatem actionis, actionis etiam effectus, ac propoſiti promptitudinem citra ullam difficultatem: q. d. Illicò tradet, quia potens poterit. Eodem ſenſu per gerundium: *Tradendo tradetur Civitas hæc.* Ideò Maluend. ad illud Ieremiæ: *Comprehenſione capieris*; legit: *Certiſsimè comprehenderis*: *Omninò prehenderis. Tradendo tradetur*: Idem, *Omninò, certiſsimè tradetur.* Sequitur ſtylum Hebraiſmi in illud eiuſdem Prophetæ; *Deſola-*

Ierem. 38. 3 cap 34. 3. Maluend.

*tio-*

Cap. 12. 11. *Geminatio pro eventus promptitudine, & infallibilitate.* Phil. Bibl.

*tione desolata*: legit enim pro sensu præfato, *stupendè desolata*: Adverbia augent qualitatem entitatis tum tempore, tùm eventus certitudine. Quare sensus est, tàm Rex, quàm Civitas tradetur in manus Regis Babylonis, sine tergiversatione; quicquid dixerint in solatium Pseudoprophetæ, somniantes mendacium: *Ierem.* 33. 32. Certò, & certocertiùs Sedecias mancipabitur captivitati, comprehendetur comprehensione, sicut Civitas reapse traditione tradetur. Ita Cenez apud Philon. Biblium in suis *Antiquit.* ait: *Traditus trador morti.* Hoc est, sine effugio trador, proculdubiò ac prorsùs, seu statim, actutum trador. Ita Ionathas per adverbium eventus declaravit articulum, 1. Reg. 14. 43. *Ecce ego morior*: ubi Hebr. *Morte morior.* Hìc objicitur Regis Sedeciæ captivitas profectò futura. *Comprehensione capieris*, & (pro *Ideſt*) *in manu eius traderis*: & *oculi* (& pro *Etiam*) *tui oculos Regis Babylonis videbunt*, & *Babylonem introibis.* Nec quia Ezechiel. 12. 13. dicitur de eodem, *Babylonem non videbit*; contrariantur prophetiæ: igitur captus à Nabucho, & excæcatus, in Babylonem adductus: 4. *Reg.* 25. à v. 6. Describitur ab Ezechiele hieroglyphicum, dum velavit faciem suam, & in humeris portatus, per parietem perfossum est egressus. Quorsùm huiusmodi arcanum, dicitur subinde à v. 12. *Dic, Ego portentum vestrum* (scilicèt signum) *Dux qui est in medio eorum, in humeris portabitur, in caligine egredietur: parietem perfodient, ut educant eum: facies eius operietur & non videbit oculo terram. Adducam eum in Babylonem & ipsam non videbit.*

*Et pro Ideſt, & Etiam.* Ezech. 12. 13.

Isai. 24. 3. 16. *Metonymia.* Hieronym.

31 Non aliter quàm per adverbium & superlativum, intelligendæ affines Tautologiæ. Sic igitur apud Isaiam: *Dissipatione dissipabitur terra: confractione confringetur, contritione conteretur, commotione commovebitur, agitatione agitabitur terra.* Terra hìc metonymicè pro habitatoribus, uti cùm *Ierusalem*, *Ierusalem* dicitur à Christo, Matth. 23. 37. ubi Hieronym. *Ierusalem non saxa & ædificia Civitatis, sed habitatores vocat.* Iustin. *lib.* 2. de interpretatione Oraculi Delphici; dicentis, in muris ligneis quærendam salutem; sententiam dicit Themistoclis: scilicèt, *Patriam muncipes esse, non mœnia: civitatemque non in ædificijs, sed in civibus positam.* Totum vaticinium de Tyro, allegoricè de die orbis extremo. De primo, sensus est, habitatores terræ & Tyrus certissimè dissipabitur; priusque validè commovebitur, agitabitur vehementissimè, postque usque in pulverem conteretur, quod accidit sub Alexandro Macedone; de quo Iustin. *lib.* 11. & Curtius *lib.* 4. *cap.* 3. & 4. De secundo, orbis nimirùm, ante iudicium, agitabitur, commovebitur, confringetur, conteretur; atque demùm dissipabitur. *Gravabit terram iniquitas, & corruet, & non adijciet ut resurgat.* ibid. Quid mirum? *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modò, neque fiet.* Matth. 24. 21. Malum, quia terra commota; peius, quia agitata; ultrà, quia confracta, contrita atque dissipata. *Contritio super contritionem*: Ierem. 4. 20. *Dolor super dolorem.* 8. 18. *Conturbatio super conturbationem*: Ezech. 7. 26. Septuag. *Væ super væ.* Ideo Apocal. 8. 13. *Væ, væ, væ habitatoribus terræ.* Maxima erit tribulatio, sed catenata; quippe quæ extrema, dolorum initia. Supremum mali infimi, erit infimum supremi. Ubi desinet commotio, incipiet agitatio, hinc confractio, hinc contritio, ac denique dissipatio.

Iustin.

*Prævia iudicij extremi signa quàm dolorosa!*

——*Finis alterius mali*
*Gradus est futuri: protinùs reduci novus*
*Paratur hostis: nec ulla requies,*
*Tempus aut ullum datur.*

Senec.

Uti ait Senec. in *Hercul. Furent.* v. 207. ibique Delr. ex Sophocle in *Trachin.* subdit;

*Semper alius ex alio pavor, & illi ut benè*
*Sit, cura me torquet gravis: & labor semper alius*
*Alium excipit.*

Sophocl.

32 Hiccine stylus infelicibus, à mœrore fatigatis, frequentissimus; quoniam nullus acerbitatibus modus: igitur per crebras succedentes persecutiones, omnis consummationis ab illis videtur finis. Tunc non erit tempus à labore vacuum: ex ampliore in ampliorem semper periculum. Plura diximus vel ex Ethnicis, hìc *Tautolog.* 1. *n.* 16. & *Tom.* 1. *T.* 1. *n.* 20. At audiendus Sophocles apud Iustin. lib. de *Monarch.*

*Mundi excidiũ etiam ab Ethnicis cognitum.*

——*Ubi desierint omnia*
*Nusquám erit fluctuum omnis gurges,*
*Eritque terra sedibus deserta, nec ampliùs*
*Volucrum genus portabit: tunc ardebit.*
*Nam ibi duas semitas existimamus,*
*Unam iustorum, alteram iniustorum: erique terminus,*

Idem.

Quia

*Quid igitur poteſt eſſe ſalvi* (inquit Marc. Senec. *Suaſor.* 1.) *ubi ipſum mare perit?* Effectus deſcribit Manilius, 4. *Aſtronom.* v. 266. M. Senec.

*Mille ſub hoc habitant artes, quas temperat unda;*
*Quippe etiam mundi faciem, ſedeſque movebit*
*Sidereas, cœlumque novum verſabit in orbem.* Manil.

*Nec in Ætna tantùm ignis natura ſævit* (infit Plin. *lib.* 2. *cap.* 106.) *exuſtionem terris denuncians.* At priùs, quæ commotio? *Septem illa miracula, & ſiqua his multò mirabiliora ſequentium annorum extruxit ambitio; aliquando ſolo æquata viſentur. Mundo quidem minantur interitum, & hoc univerſum quod omnia humana divinaque complectitur (ſi fas putas credere) dies aliquis diſſipabit, & in confuſionem veterem, tenebraſque demerget.* ait Senec. ad *Polyb.* cap. 20. In *Thyeſt.* à v. 837. etiam accinit: Plin. Senec.

*Non Phœbeis obvia flammis*
*Demet nocti Luna timores.*
*Vincetque ſui fratris habenas*
*Curvo brevius limite currens.*
*Ibit in unum congeſta ſinum* Idem.
*Turba Deorum.*
*Flectens longos Signifer annos;*
*Lapſa videbit ſidera labens.*

Huiuſmodi Ethnicorum in rem veram meditantèr proponuntur enthuſiaſmi, ut contremiſcant meditatione Catholici. Pro coronide Virgil. 1. *Georg.* v. 330. 365. & 4. v. 51.

*Sæpe etiam ſtellas vento impendente videbis*
*Præcipites cœlo labi, noctiſque per umbras*
*Flammarum longos à tergo albeſcere tractus.*
*Et fœdam glomerant tempeſtatem imbribus atris* Virgil.
*Collectæ ex alto nubes. Ruit arduus æther.*
*Terra tremit, fugere feræ & mortalia corda*
*Per gentes humilis ſtravit pavor:::. Sol aureus egit*
*Sub terras, cœlumque æſtivâ luce reclusit.*

33 Quod de omni terra Iſaias, dicit Propheta Ieremias de Ieruſalem & omni terra Iuda. *Poſuerunt eam in diſſipationem: deſolatione deſolata eſt omnis terra.* Hebr. *Afflata afflamine. Afflata fuit terra.* Perpropriè. In pulverem fuit redacta: & ſicut pulvis afflatur, ita illa deducta in pulverem, terram & terram; quinullus vel ſub illa poſsit effugere, quippe cuncta vel abdita ſcrutati ſunt Chaldæi. In terra Iuda & rupibus eius erant cæcæ tortuoſiſque ſinibus ſpeluncæ, in quas indigenæ confugiebant, ubi res in ſumma regula, ut ſaltem eſſet ſine diſcrimine vita; ut patet ex tranſmigratio nibus David, dum illum odio implacabili perſequebatur Saul. Quapropter ut indicetur pavor Iſraëlitarum, ſub adventum Chaldæorum, dicit Iſaias, 2. 10. & 19. *Ingredere in petram, abſcondere in foſſa humo. Introibunt in ſpeluncas petrarum, & in voragines terræ à facie formidinis.* Nec ſic ullus evaſit, quandoquidem vel ipſe Rex Sedecias, qui perforato muro, occulto terræ meatu fugerat uſque in planitiem Iericho; in exitu comprehenſus fuit à Chaldæis, & ductus in Reblatha. 4. *Reg.* 25. 5. & *Ezech.* 12. 12. Cervam tantum ſupra cuniculos fugiendo pergere, quantum ſpatij Rex carpebat per ſubterraneum meatum; figmentum Rabbinorum eſt. Nil illis gratum, niſi commentitium. Unde geminatio actionis & verbi in Tautologia, exponenda eſt per adverbium, factum non tantùm exprimens ſed etiam qualiter factum. Tigurin. *Vehementer crepabit terra: graviter rumpetur.* Syr. *Penitùs conſumpta, radicitùs & planè perijt.* In hoccine ſtyllo accipienda actio pro fine actionis, ut diximus, *Tom.* 4. *T.* 2. *n.* 18. Ita igitur poſt idola Hebræi proiecti (cùm illorum cultus eſſet fomes in Dei iram & faſtidium, faxque vivax in incendium) ut per illatam cladem, conſtaret in quantam Deus percitus irritationem: igitur haud ſedavit cor commotum grave malum, quouſque redegit iratus in ultimum exterminium. Ita Q. Calab. 2. v. 120. *Fuderit atque ſtraverit.* Homer. 20. *Odyſſ.* v. 13. & 116. *Extremó & ultimó: poſtremoque & extremo.* Alij Poëtæ pallilogiâ explicant. Plaut. in *Ciſtellar.* Act. 4. ſcen. 2. v. 36. *Perij, perij.* Euripid. in *Andromach.* v. 1176. *Perijmus, perijmus.* In *Iphig. in Aulid.* v. 1313. *Acerbam, acerbam.* Sophocl. in *Aiac.* v. 618. *Exciderunt, exciderunt.* Quod pallilogicè ab his, à Sacris exponitur pleonaſmicè. Septuag. *Turbatione turbabitur terra.* Ar. Montan. *Nutatione nutabit.* Reg. Compl. *Egeſtate egebit, depauperatione depauperabitur.* Chald. *Deſolatione, & diſſolutione diſſolvetur*: denique Arab. *Stupore ſtupebit tota terra.* Ieremi. 11. 11. Fabula Hebræorum de Sederiæ cerva. Geminatio pro qualitate facti. Actio pro fine actionis. Epizeuxis.

*ra.* Claret in geminatione, pro effectu & actio & affectio.

Isai. 32.19. 34 Etsi de Ieruſalem intelligat Maluenda, de Ninive D. Thomas, illud Isaiæ: *Humilitate humiliabitur Civitas*; nihilominùs tamen aptiùs iuxta contextum exponitur de Babylone, uti obſervat Sanctius hìc *n.*41. Igitur illa caſura, cùm ſurgeret Ieruſalem ſolutà captivitate, ut vidimus *Tautolog. 6. num.* 37. Senſum huius Tautologiæ ſuo loco delicavimus *Tom.*4.*T.*6.*n.*7.q.d. Civitas ſummè humiliabitur: de illa priſca gloria penitùs cadet & per Cyrum capta, & per Darium Hyſtapis demolita. Claret ex Ieremia, qui prædicit: *Murus Babylonis ſuffoſsione ſuffodietur.* Non ſolùm utcunque murus, ſed *murus ille latiſsimus.* Ille per Antonomaſiam, quippequàm inter orbis miracula celeberrimus. Iuſtin. 1. *hiſtor.* de Semiramide inſit: *Muri urbi cocto latere circundedit arenæ vice bitumine interſtrato; quæ materia in illis locis paſsim è terra exæſtuat.* Idem Plin. *lib.*35. *cap.*15. Oroſius *lib.*2. *cap.*7. Ammian. Marcellin. *cap.*23. Q. Curt. *lib.* 5. *cap.* 1. Strab. lib. 16. Diodor. Sicul. *lib.* 2. à *cap.* 68. denique Herodot. lib. 1. n. 178. In opus inſtarunt ter decies centena hominum millia. Unde Martial. *Spectacul.* Epigram. 1. ſuccinit:

Ieremi. 51. 58. *Antonomaſia.* Iuſtin. *Muri Babylonis unum ex orbis miraculis.* Martial.

*Aſsiduus iactet nec Babylona labor.*

Dicitur ergo murus latiſsimus, quia interfluus Euphrates oppidum interſecat, quo duplex murus duplicem unam civitatem efformat. *Oppidum ſitum eſt in planitie ingenti, formà quadratà, & hic quidem murus lorica eſt: alius verò intùs* (ſubdit Herodotus, *n.* 181.) *non multò quàm hic debilior, ſed exilior eſt. Murorum propugnaculo videbatur Babylon inexpugnabilis.* At irrita civium ſpes, quippe murus qui ſtabilis per ſe, curſuque fluminis, ſuffoſione ſuffodietur. *Darius muros eius circuncidit & portas omnes amolitus eſt*: ſubdit Herodotus. Eoſdem ſuffodit priùs Cyrus fluminis divortio, uti diximus hìc loc. cit. *n.* 35. *Cyrus* (inquit Senec. 3. de *Ira*, cap. 21.) *iratus eſt flumini: nam cùm Babylonem pugnaturus feſtinaret ad bellum, cuius maxima momenta in occaſionibus ſunt, Gyndem latè fuſum amnem vado tranſire tentavit ::. Iuravit eò amnem redacturum, ut tranſiri calcarique etiam à fœminis poſſet. Huc deinde tranſtulit omnem belli apparatum, & tandiù aſſedit operi, donec centum octoginta cuniculis diviſum albeum in trecentos & ſexaginta rivos diſpergeret, & ſiccum relinqueret, in diverſum fluentibus aquis.* Referunt etiam Oroſius, d. *cap.* 6. & Xenoph. 7. *Cyropæd.* eadem fecit quæ priùs Semiramis, vel Nitrocis, ut canit Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 11. v.25.

Herodot. *Euphrates à Cyro in rivos diſperſus.* Senec. Propert.

*Duxit & Euphratem medium, quâ condidit arces.*

35 Senſus ac propoſitum Pleönaſmi eſt de ſumma Babylonis ſtrage, atque cladis certitudine. Quod videtur difficile, vel impoſsibile prorsùs, videbitur certocertiùs; & non ſolùm exterminio, ſed & ultimo. *Murus Babylonis latè diruendo faciet ſe diruere.* Maluend. Alij apud ipſum, *Diruendo diruetur, diſsiliet, diſsipabitur.* Quicquid cogitaverunt Reges in Urbis munimen, deſinet in deſtructionem. Opus inſigne murorum, verùm in vanum laboraverunt; ſiquidem *murus Babylonis ille latiſsimus ſuffoſsione ſuffodietur, & portæ eius excelſæ igne comburentur, & labores populorum ad nihilum*: non glorietur, aſsiduus iactet nec Babylona labor. Siccine actione in opus meditatum repetitâ vel expreſsâ, amplificatur deſtructionis effectus, & efficientis conatus. Virgil. 8. *Æneid.* v. 236.

*Geminatio pro effectu, & efficientis conatu.* Virgil.

*Dexter in adverſum nitens concuſsit, & imis*
*Avulſam ſolvit radicibus, inde repentè*
*Impulit, impulſu quo maximus inſonat æther.*

Hinc complacentia Ieruſalem, uti dicemus *Tom.*8. *T.* 2. ad illud Ierem. ibid. v.56. *Reddens retribuet.* Iam victa victrix, quæ captiva capiet, unde ſiccine ex triumpho ampliorem exultationem excipiet: igitur captivam captivitatem videbit: duplex enim illi gloria ex triumphatrice captiva. Plaut. in *Trucul.* Act. 1. ſcen. 2. v. 14. *Gaudij, pugnæ & virtutis eſt, de prædonibus prædam capere*: & in *Trinumm.* Act. 2. ſcen. 2. v. 18. *Servivit*, ſed in ſummam felicitatem, *dum vivit victor victorum eluet*: ideſt, fulgebit. Vidit enim Ieruſalem Babylonem humiliatam vel humilem,

*Gaudium ſacræ urbis ex deſtructione Babylonis.* Manil.

——*Et victam quæ vicerat orbem.*

Manil. *lib.*3. *cap.*1. v. 15. Venerunt ad illam qui detrahebant, atque terram lingentes adorabant. Trophæa priſca Babyloni, uti Herculi, fuerunt damna. Senec. in *Oetæo*, v. 1664.

——*Latuit in ſpolio rogus.*

36 Humilitas apud AA. gaudet multiplici ſenſu. Accipitur pro urbanitate. Unde Ambroſ. de Deipara, 1. *Offic.* cap. 18. ait: *Quanvis eſſe humilis* (ideſt, comes) *præ vere-*

Ambroſ.

*candida tamen non reſalutavit, neque ullum reſponſum retulit.* Aliquando pro re exigua ac deſpicabili. Pſalm. 118. 92. *Niſi quod lex tua meditatio mea eſt, tunc fortè periiſſem in humilitate mea*: & Eccli, 2. 4-11. 13. *Erexit eum ab humilitate ipſius.* Hac acceptione dicit Virgil. 4. *Eclog.* v. 2. *Humileſque myricæ.* Propriè accipitur & pro intuitu propriæ conditionis: ſuique conditoris; & pro veriſsima ſui conditione & cognitione, qua ſibi quiſque vileſcit. Hoc notat interiorem motum & circa interna, quia humiliatio tantùm; vel hypocriſis, ſi circa exteriora ſignà. Vid. D. Thom. 2. 2. *q.* 161. *art.* 1. *ad* 1. Quapropter Ambroſ. lib. 10. in *Luc.* cap. 22. 29. dixit: *Non omnis honorificentiæ ſtudium humilitas definitur*: de quo ex propoſito, *Tom.* 8. *T.* 5. ad illud Ioann. 4. *Veri adoratores adorabunt.* Aliud eſt ſpecimen humilitatis, & aliud humiliationis. *Quiſquis in veritate humiliatur, veracitèr humiliatur, nec niſi fallaciter exaltatur. Quid eſt autem* (infit Bernard. ſerm. 20. de *Diverſ.*) *falsò exaltari, niſi verè non exaltari? Quantos enim videmus humiliatos, ſed non humiles; percuſſos, ſed non dolentes: curatos quidem à Domino, ſed ne ipſâ curatione ſanatos! Hi ſunt, qui ſub ſentibus eſſe delicias computant, diſſimulantes peccata quæ actitant, lubricum in quo titubant; tenebras quibus caligant, laqueos inter quos ambulant, locum afflictionis quem inhabitant, corpus mortis quod geſtant, iugum grave quod tolerant, graviorem conſcientiam quam occultant, graviſsimam ſententiam quam expectant. Talis ille cui Ioannes ſcribere iubebatur: Dicis quia dives ſum, & nullius egeo; & neſcis quia tu es pauper & miſer & miſerabilis & cæcus & nudus.* Veri humiles ſunt humiles verè. *Humiles ſublimitate, ſublimes humilitate*: inquit Tertull. *Apolog.* cap. 20. Humilitas exaltat, & falsò humiles non exaltantur; quia non ſibi, ſed alijs vileſcunt. *Deſcendes & eris inferior.* Si humilitate ſeſe deijceret, eſtò inferior non deſcenderet. Humilitas eſt, dum deſcendit, qui non ſublimior: at ſummus in humilitate gradus, quando deſcendit ſublimitate ſuperior, attingens humilitatis cacumen, quaſi ſe non cognoſcens & dotibus ſuperiorem. Eſt humilitas cordis, & humilitas mentis, de qua Bernard. in *Advent.* ſerm. 4. n. 4. quam vocat *humilitatem cognitionis & affectionis.* Eſt humilis cognitione, non qui ſe cognoſcit humilem, ſed qui ſe humiliter cognoſcit; cùm ex ſe non habeat unde glorietur, unde in humilitatem à mente perpetim ſtimulatur. Eſt humilis corde (vel humile cor) qui ſe humiliat, non quia debet; ſed quia vult. Munus inferioritatis accipit, contra propriam excellentiam, quam cognoſcit: tuncque magnus, imò maximus & optimus humilitate cordis in cacumen celſitudinis; quippequàm captivat intellectum in obſequium inſignis humilitatis. At de huiuſmodi humilitatis ſummitate Tautolog. ſeq. *Didaſc.* 5. à n. 9. agendum.

*Humilitas pro urbanitate, & exiguitate.* *Pro ſui cognitione.* Ambroſ. *Quid bonitas ſine humilitate?* Bernard. *Quomodò veri humiles, qui humiles verè?* Tertull. Deuter. 28. 43. *Summus in humilitate gradus.* Bernard. *Quæ humilitas mentis & humilitas cordis?*

37 In literam iuxta præfata eſt facilis expoſitio pro calamitate, ſeu potiùs humiliatione Babylonis, ubi ſuffoſi muri civitatis: igitur humiliata, & humilitate, iacuit, quoniam iacebat in pulvere. Priùs fortuna favit, & totam expulit.

———*Ruit alto à culmine Troia.* Virgil.

Haud tantùm Babylon conciperet de calamitate dolorem, ni nimiam eſſet experta fortunæ felicitatem. Humiliata eſt humilitate, & *depreſſa depreſsione*, ut ait Maluenda, quia quaſſata ſummè: & ita à fundamentis natione hoſtili deleta; ut pulveris tantæ cladis nec remanerent veſtigia, neque nominis memoria. Fuit commota, fuit confracta, fuit contrita, atque demùm diſsipata. *Inclinando inclinavit ſe*: legit Oleaſter. Syr. *Incurvando incurvavit ſe.* Vernaculè: *Baxó la cerviz.* Stylus eſt Hebraicus: quare (orto mœrore ex triumpho, occurrente filiâ patri victori) ubi Nos habemus: *Heu me, filia mi, decepiſti me, & ipſa decepta es*; legit: *Incurvando incurvaſti me, & humiliando humiliaſti.* Iudic. 11. 35. Alluditur in ludum, qui etiam apud nos frequens, dictum à Priſcis *Cubeſindam*, de quo Pollux *lib.* 9. *cap.* 7. & Bulenger, de *Ludis Veter.* cap. 46. In eo, qui victus ſubmittit cervicem, & humeris portat victorem: vel ſtans curvus caput minimè levat; ut per illum victor curſu tranſiliat. Hiſpan. *Fil-derecho.* Denique curvatio huiuſmodi referri quit in uſum Romanum; igitur victi hoſtes intuitu ignominiæ per iugum traducebantur. Unde cùm recti tranſire non poſſent, neceſſe erat incurvari. *Fixis in terra duabus haſtis, ſuper eas ligabatur & tertia: tunc victi hoſtes diſcingebantur, & ſub illa tranſire cogebantur.* Cicer. 3. *Officior.* & Tit. Liv. uſquequaquè. Claudian. de 6. *Conſul. Honor.* v. 248.

*Virgil.* *Maluend.* *Oleaſt.* *Babylon ignominiosè ſub iugo.* *Quid ludus Cubeſinda?* *Cicer.*

———*Nulla eſt victoria maior,*
*Quàm quæ confeſſos, animo quoque ſubiugat hoſtes.*

*Claudian.*

38 Cunctæ ergo affinium interpretationes aptantur nec violentè Tautologiæ principali. Sine ſcelere volaret victoria ad Iſraëlem, & citra certamen: etenim obvius tantus Holofernis exercitus; ut amplior eſſet ex conſternatione triumphus. Unde heroina, haud

ambigens de victoria, Ducibus Bethuliæ dixit: *Non sumus secuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt Deum suum, & adoraverunt Deos alienos; pro quo scelere dati sunt in gladium, & in rapinam & in confusionem inimicis suis*: cap. 8. 18. Sin autem, quis sicut Deus? Cedent, vel cæsi cadent hostes in trophæum, quippe inter nos non invenitur flagitium. Ex fœdere cum peccato timenda populi afflictio: siquidem Deus offensus, quantumvis armis & virtute validos, *tradens* Holoferni *tradet illos*: hoc est, incurvabit illos; ut qui ex servitute idolorum exultabant glorioſi, mancipentur Holofernis servituti, luentes fidei fractæ à tergo insidiantem pœnam, iugumque transeuntes & discincti in ignominiam. Achior dixit: *Subiugati erunt sub iugo potentiæ tuæ*: v. 24. Syr. *Statim tradentur iugo tuo.* Humilitate humiliabuntur: confusione confundentur confracti & contriti, dum Bethulia oppugnatur; quia murus eius, estò latissimus, *suffossione suffodietur*; ut civitas dissipetur dissipatione, & corruant in ore gladij. Sine dubio certissime corruent, ut verè dicant ex eventu certaminis, *Peccata nostra responderunt nobis.* Isai. 59. 12. Hæccine conficit atque perficit iniquitas, Deusque permittit,

*Homini afflictio ex fœdere cù peccato.*

Virgil. ——*Læsi testatus fœderis aras.*

39 Exposita Tautologià, duntaxàt restat antithesis concilianda. Prædicavit Achior gloriam iustitiamque Dei Israël: visoque capite Holofernis inflictà superbiæ pœnà; eventu percitus astruxit corde, quæ ab illo prædicta. *Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Israël, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circuncidit carnem præputij sui, & appositus est ad populum Israël, & omnis successio generis eius usque in hodiernum diem.* Achior Ammonita erat: Deuteron. 23. dicitur: *Ammonites & Moäbites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum.* Aliqui per Ecclesiam intelligunt atrium Iudæorum: quod quidem Iudicrum: etenim idem dicitur de Hebræo eunucho, v. 1. & ingredi iurè quibat in atrium interius, quod Gentibus prohibitum; ut dicitur, Thren. 1. Aptiùs intelligitur Ecclesia pro magistratu, igitur indecorum, quod non vir viris præëssèt, & alienigena indigenis imperaret. Alapid. hìc asserit, recensionem Achior & filiorum eius in munia publica, factam approbante Deo: *Hanc enim esse Dei mentem* (inſit) *responderunt legisperiti, vel Prophetæ, vel Pontifices consulentes Deum per Urim & Tummim.* Optima cogitatio, sed sine Scripturæ vel auctoritatis fulcro. Bonfrerius, in loc. præf. *Deuter.* asserit, subintelligi in edicto conditionem: *Nisi tam præclara essent* (inquit) *viri alicuius Ammonitæ vel Moäbitæ merita, ut contra rectam rationem videretur, eum à Dei populo repellere.* Non agitur hìc de Religione, ut quisque sit de Dei populo; quia excluſus nemo: qua de causa apprimè D. Thom. 1. 2. *q.* 105. *art.* 3. exponit, homines nullius gentis excludi lege à cultu Dei, & ab his quæ ad animæ salutem attinent; uti dicitur, *Exod.* 12. 48. At quia semper odioſum, alienum civibus principari; vel quia potest reverti in religionis abiuratæ vomitum, vel amore inexperto fideque, impedire bonum publicum; *in temporalibus* (inſit) *quantum ad ea, quæ pertinebant ad communitatem populi, non statim quilibet admittebatur:: Poterat tamen dispensativè aliquis in collegium populi admitti propter aliquem virtutis actum, sicut Achior Dux filiorum Ammon appositus est ad populum Israël & omnis successio generis eius.* Ita ergo Achior appositus ad populum Israël: hoc est, ut ait Caietan. in *Deuter.* loc. *Ad collegium Patrum Conscriptorum, qui præerant in qualibet urbe, gubernando populo.*

*Quid apud Hebræos dicatur Ecclesia?*

Alapid.

Bonfrer.

D. Thom.

Caietan.

40 Versiones in litera fuerunt collocatæ. *Tradens tradet illos Deus.* Græc. *Erunt in cibum, in devorationem omni exercitui tuo.* Maluend. *Exercitui devorandi tradentur.* Alij apud eundem: *Exercitus absorbebit.* Septuagint. Roman. *Debellabimus eos.* Syr. *Statim tradentur iugo tuo.* Quam consonæ, constat ex delicatione literæ. Aliquid modò dicendum in regimem morum, ne tradamur tortoribus traditi in reprobum sensum.

*Variet. lect.*

## ADINATON EXEGETICUM.

1. *Tradens tradet illos.* Deus in iugulum, si fuerit modò peccatum. Luent profectò gladio pœnas, si fuerit iniquitas. Etiam gratia sumit pœnas; igitur offendentium maiora vulnera à gratia.

2. *Tradens tradet illos* in dolorem ex dolore siccine in luxuria latent insidiæ: etenim quos semel impulit, non dolore, sed blandimine in mortis dolorem tradit.

3. *Tradens tradet illos.* Sæpe pœna medicina: & ubi peccatoribus è cœlo infligitur pœna; non traduntur ut tradantur, sed ut curentur.

4. *Tradens tradet illos.* Dolor fugiendus, & doloris periculum: perperam qui quærit fugit, quin iurè possit queri de quo dolet;

let; quoniam ubi cautè non removetur occasio, in dolores dolens traditur à seipso.

5. *Tradens tradet illos.* Amor Christi uti eximius exponitur, dum morti traditur: etenim eximia in amore fides, ubi se tradidit, ne traderentur homines.

6. *Tradens tradet illos.* Tormentum videtur, quod homo patitur. Fallitur homo, quia dulcis amaritudo: & dum traditur pœnæ, traditur nihilominùs ad pœnam; igitur æternum pondus operatur in gloriam.

## DIDASCALIA PRIMA.

### *Gratia in hostile pectus minimè gratia, sed vulnus.*

M. Senec. *In iniurijs quænam sæculi voces?*

NOS *in malis nostris non fortunam, sed causam spectavimus.* *Non potest generosus animus contumeliam pati*: ait ethnicè Marc. Senec. *Controvers.* 24. Priùs plausu theatri & aurium pruritu effutivit fusiùs Publ. Syrus in *Mimis*, à v. III.

Pub. Syr. *Contumeliam non fortis potest, nec ingenuus pati.*

*Ingenuitas non recipit contumeliam.*

*Veterem ferendo iniuriam, invitas novam.*

*Inimicum ulcisci, vitam accipere est alteram.*

Hic videtur ad placitum audientium dicere, serviens sententijs uniuscuiusque voluntati & voluptati: quandoquidem ibidem docet probè:

Idem. *Bonum apud virum citò moritur iracundia.*

Quæ cœli? *Consilio melius vincas, quàm iracundiâ.*

*Iratus facinus consilium putat.*

*Homo extra se servum cùm irascitur.*

Senec. Verum sane: quorsùm contrariæ sententiæ? Aptiùs Stoicus, 3. de *Ira*, cap. 27. *Satius est* (inquit) *sanari iniuriam, quàm ulcisci.* Satius, parcere: igitur stimulo pœnitudinis, indulgentiâ clarescit conversio cordis.

*Amor Christi etiam offensi.* Luc. 22. 61.

2 Petrus amicus & à Domino dignatus magnoperè, defecit à fide. Vulnerata amicitia excandescit vel in viro pacato; quippe vulnus, si fides defecerit in amico. Offensa tanta Salvatoris extulit animum; igitur *conversus Dominus respexit Petrum.* Dum peccavit, respexit: de offensore offensus doluit; & demonstravit amorem respiciendo in delinquentem. *Ut adamantem & silicem dedi faciem tuam*: de Domino allegoricè dicitur per Ezechielem. Adamas infrangibilis: & ita Domini facies; igitur dum summè offenditur, ictibus geminatis nequaquàm frangitur. Silex nisi ictus latentem haud explicat ignem: habet offensam in fomitem: & adinstar silicis effulget Dominus, dum iniuriosus respicitur Petrus; etenim in eius corde summa charitas non esset, nisi dum ictus ignem charitatis demonstraret. *Magna virtus est* (ait Bernard. de *Interior. domo*, cap. 24.) *si non lædas à quo læsus est. Magna gloria est, si cui nocere potuisti, parcas.*

Ezechiel.

Bernard.

*Nobile victæ genus est, ignoscere victo.*

*Gloriosum trophæum ex remissione iniuriarum.*

3 De Philippo vulnerato à Pausaniâ dicit Munster. *Cosmograph.* lib. 4. cap. 45. *Alexander inveniens patrem vulneratum, & adhuc spirantem; iussit Pausaniam adduci, tradiditque gladium in manum patris: quo facto* (gladium proijciens) *iam moriturus ait: Nihil est, quod me contristet: ultus enim auctorem iniuriæ libens morior.* Dedit industu locum nobilissimæ ultioni, posse scilicet ulcisci. In corde etiam magnanimo summum, suspendere ictum, habentem in manu gladium. Cognita proditione (inquit Goltz in *August.*) coniuratos vocavit, & quasi iratus dixit, cunctis incutiens unico verbo formidinem: *Nescitis me imperatorem?* Vicit & vinxit gratiâ, ad quod non valuit potentia.

Munster.

*Ultio maior posse iniuriam ulcisci.*

*Maiora cruciant, fluctibus varijs angor.*

*Flammæ medullas, & cor exurunt meum.*

*Quod ratio nequit, sæpe sanavit mora.*

Senec. *Agamemn.* à 130.

Quod fecit furiosè dolor, sanavit ex facinore pudor. Accidit Calvo Neroni, sive verâ pietate, sive colore. *Quosdam maiestatis reos* (inquit in eo Sueton. *cap.* 11.) *in curiam induxerat; & quum prædixisset experturum se illa die quàm charus senatui esset; facile perfecerat, ut etiam more maiorum puniendi condemnarentur. Deinde attrocitate pœnæ conterritus, ad leniendam invidiam intercessit his verbis: Permittite P. C. à pietate vestra impetrari* (*quod scio me difficultèr impetraturum*) *ut damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis: nam & parcetis oculis vestris, & intelligent me omnes senatui interfuisse.* O vulpes! Auctoramen cogitatum maiestatis, etiam pietatis species. Ex corde fecit Alexander Severus, gratiâ curans altum vulnus. *Cùm Ovinius Camillus, Senator antiquæ familiæ rebellare voluisset* (ait in eo Lamprid.) *statim probatum ad palatium eum rogavit, eique gratias egit, quòd curam Reip. quæ recusantibus bonis im-*

*Ethnicorum indulgentia in inimicos.*

Sueton.

pone-

Lampr. *poneretur, sponte reciperet. Deinde ad senatum processit, & timentem ac tantæ conscientiæ tabe confectum, participem imperij appellavit, in palatium recepit, convivio adhibuit, ornamentis imperialibus & meliori-bus quam ipse utebatur, affecit. Hoc quoque seu timore seu verè respuentem, abdicantem quietiam imperium, & mori paratum, tutum ad villas suas dimisit.* Ethnici hoc faciunt, & Christicolæ fastidiunt?

*Quod prudentis opus? Cùm possit, nolle nocere.*

Ausen. *Lud. Sap.* n. 228. *Quod stulti proprium? Non posse & velle nocere.*

4 In nobilem ergo vindictam, dum gladium ad manum Apostolatus habuit, Dominus usum cohibuit. *Ecce*, dicitur, *duo gladij hìc*: & Dominus: *Satis est.* Offendi, & non habere gladium in ultionem, videbatur in animo sedere formidinem; vel sibi & non hosti parcere, cùm non esset gladius in exercitium vindictæ. Habere gladium & eius ad illatam offensam exercitium; declarabat vindicem inhonoris ex vulnere auctoritatis: iubetque Christus vulnere accepto gladium habere & non uti; in gloriam summam remissionis offensæ: igitur si gladium in manu habet & in ultionem non eximit; signum est posse ulcisci, & virtutem non deficere, sed nolle. Iugulatur falsa opinio pretiosæ auctoritatis, quæ decorè iudicatur fulgere fulcro phantastico ultionis.

Luc. 22. 38.

Gloria posse ulcisci, & nolle.

*Nec præteritis hæc incognita sædis:*
*——Restrinxit sanguine flammas.*

Claudian. *Bell. Getic.* à v. 289.

Gladium habere indicat læsum vindicari posse: sine usu posse & non velle: posseque ac nolle gladium evaginare in vindictam; quia offensi gloria, illustrat eximiè famam. Non intendit Christus huiusmodi documento auctoritatem calcari, sed audaciam reprimi, & offensos sine ultione esse ampliore auctoritate: equidem cùm sine gladio possit deturpari nobilis honor, & cum illo plecti aggressor; præcipit Dominus in huiusmodi articulo habere, & non uti gladio. Habere in audaciæ terrorem, ac dignitatis tutamen. Non uti accepto dedecore, ex mundi falsa opinione: etenim vel hic cognoscit, quòd offensam illatam ulcisci renuit; qui habet hostem sub ictu, & nudo gladio. Dum dicunt discipuli, *Ecce duo gladij hic*; actutùm fulminavit: *Satis est.* Unde habere satis? Ut illo tunc expertes essent discriminis. Quæ indigna illa nocte non passuri? Quæ opprobria in se & magistro devoranda? Ægrè fert vulnerato honore pectus, si habetur in manu gladius. Nostrates: *Usva mal las injurias el enojo con*

Unde nolle constat.

*espada en mano.* At cùm Christus intenderet in honorem iniuriam tolerantis, & qualis esset apud homines vanos ex non ultione cogitatio æstimationis; gladijs demonstratis tunc, dixit promptè, in vindictam sine ultione, satis est: quandoquidem nemo arbitrabitur (procul usu) pusillanimes spiritus; cùm haberent, si vellent, ad manum gladios. Alia videsis in expositionem præfati testimonij, *Tom. 4. T. 9. D. 1. à n. 8.*

Satis in vindictam offensæ posse.

5 Apud Romanos insigne Consulum secures ligatæ fascibus, uti refert Plutarch. in *Paul. Æmil.* Goltz. in *Cæsar.* & Orozzius *Emblem.* 32. Securis videtur titulo iustitiæ dititas: ligata, profectò otiosìtas. Minimè: ex utroque Magistratuum constituitur maiestas. Acies gladij debet esse in iugulationem criminum, sed debet esse prudentia in vindictam delinquentium. Datur ficcine locus iræ, ut iudicio meditato cedat rationi: igitur periculosum in Magistratu iudicium, ad manum habere gladium. Si secures non haberent, audaces risu leges atque iudices calcarent: periculum, essent si promptæ, quia non iustitiæ, sed iræ ministræ: præferuntque lictores secures & ligatas; ut iustitiæ servetur maiestas, & non irrideat uti impunis iniquitas: etenim dum hæc provocat, & in supplicium ipsam iustitiam invitat; causa iusto prævalebit iudicio, si non semper, sed dum opus, iudex dissolverit gladio. Timor compescit illeges & frenat audaces, habentque Consules ligatas secures; ne amittatur honor legum, neque dirum sit supplicium: etenim cognoscent transgressores posse plecti, & illos compescet posse. Crimen commisit execrabile Cain. Nil amplius proponitur à iudice, quàm *Quid feci sti?* Sat, ut ille esset tremens, quòd sciret iudex. Cognovit à iudice cognitum, & timor apprehendit iugulum; igitur sat in supplicium delinquenti, scire iudicem posse plectere, & crimen quasi ignotum præterire. Egimus, *Tom. 1. T. 5. D. 21. n. 12.* Imagini Virtutis Prisci dederunt lanceam; ut refert Chartar. in *Minerv.* fol. 247. Honor eius labilis, quippe dedecoratur à vitiosis: habetque lanceam, an aliquam sibi possit conciliare reverentiam. Alio colore claret, & quid summum in virtute. Est iniuriæ dedecus? Adsit illicò & ficcine armata virtus: equidem magnoperè eminebit insigne charitatis, modò pectus imaginem æmuletur virtutis; quippe acceptà iniurià magnum, habere telum in vindictam, sed non usum. Floridè Sousa lib. 4. de *Deipar.* à v. 233.

In iudice supplicium promptum minimè ostendit iudicis.

Quomodò sociæ iustitia & misericordiæ?

Genes. 4. 10.

Imago Virtutis. Chartar.

Cur armata?

*Omnibus humanis sola est clementia, cunctas*
*Quæ superat virtutis opes. Si vinceris æstu*

Vin-

*Vindicta, non victor eris; sed victus: at iræ*
Mel. Sous. *Parcere si noris, tumidos si ponere motus;*
*Ipse tui tunc victor eris: tunc ipse furoris*
*Iurè triumphati referes insigne trophæum.*

6 Elucet in Agno immaculato offenso ab amico Petro. Negatione, uti dixi, accepit iniurium; sed *conversus Dominus respexit Petrum.* Crimen infidentiæ coram oculis, atque divinæ læsæ maiestatis: sicque lesus Petrum fragilem vidit, ut charitatem in inimicum ostenderet: etenim in crimine Petri, Petrum vidit & non crimen. Respexit Petrum, cùm peccasset. Sapienter in amicitiam & corripuit & correxit. Aliqua namque correptione videntur, alia vero oculorum visione corriguntur. Vernaculè: *Unos excesos remediando, se miran: otros mirandose, se remedian.* Respexit, ut lædentis ruberet vultus, quia sciebat læsus. Respexit, & respiciendo saucium, remedium adhibuit. Videt qui laborem & dolorem considerat, amanterque utrumque levat: igitur ille proprijssè aspiciendo videt; qui infirmo favet, & in salutem fovet. *Conversus Dominus respexit Petrum.* Quid tò *Conversus*? In Scriptura accipitur pro *Iterúm*, pro *Denuó* aut *Rursús*, de quo alibi egi. Pulchra phrasis, ut cognoscamus in salutem quid ex nobis. Sine illo nihil possumus facere: Dominusque ad Petrum conversus dicitur; quia ni clementer converteretur Dominus, Petrus non converteretur. *Conversus Dominus* Petrum respexit. Primò respexit, ut denuò respiceret, dum primò Petrus offendit. Exprimitur animi generositas, ac in lædentem copiosa benignitas; ut non fatiscat lassa patientia, dum geminatur iniuria: siquidem in lædentis conversionem & criminis pœnitudinem, affectu amabili etiam inimicum vidit; qui non semel, sed iterùm turpi negatione offendit.

Ubi sup.

*Christus Petrum vidit & non crimen.*

*Conversus pro Denuò, aut rursùs.*

*Quinam intuitus in remissione iniuriarum?*

*Et sensus rediere Petri: memor ille malorum,*
*Immemoris damnavit opus, gemituque sequente,*
Sedul. 5. à v. 108. *Culpa fugit, cedunt lachrymis delicta profussis,*
*Et dulcem veniam fletus generastis amari.*

Videns Petrus patientem, ploravit crimen, & eius confusio cooperuit faciem, expressa Domini gloria ex iniuria tolerata, quin excandescceret pectus, neque immutaretur vultus: quandoquidem ei conversus contulit gratiam, à quo acceperat offensam.

7 Hinc Domino dicimus: *Gratias agimus tibi, propter magnam gloriam tuam.* Ubi collata dona, ibi debent adesse corda grata. Gloria Numinis haud donum nostrum, nec nobis: quo ergo blandimine de gloria Dei ipsi referimus grates? Propter gratias gratias agere videbatur consentaneum, quoniam gratitudo subsequitur beneficium. Unde ergo ex innata gloria Domino, nostra pro complacentia sufficitur gratitudo? Si in nobis eius coruscaret lumen gloriæ, debebantur iurè gratiæ. Verùm unde si suam designamus & non nostram? Quia habet gloriam, ut communicet nobis: & hæc communicatio dicitur gloria Numinis, cuius insigni dono nostra debet respondere gratitudo; igitur gloriæ Numen habet solium in generosa dispensatione gratiarum. Adeàmus ergo ad Thronum gratiæ studentes gloriæ Domini. Gloria ab illo datur amicis, gratia inimicis; & pro gratia lucent grates: quæ nobis gratia, illius designatur gloria. Licèt independenter gloriam sine nobis habeat, erga nos peccatores gloriam explicat, dum gratiam donat; quoniam eius hic maiorem videmus gloriam, dum admittit benignè nos inimicos in gratiam. Per gratiam fit hostis gratus, & inimicus amicus: & hoc quod in nobis gratia, Domini dicitur gloria; quoniam eius gloriæ stemma insigne, inimicum amicum è corde amplecti. *Nunc Dij beati dicebant Ethnici, velut adgaudentes & adgratulantes* (ait Erasm. in *Chiliad.* Centur. 7. n. 24.) *quoties nocentibus supplicium meritis dignum contigisset: perinde quasi Dijs & iucundum & honestum sit, quòd scelerati dent pœnas.* Loquebantur ut Ethnici studentes vindictæ, verùm non Numinis gloriæ: etenim maiestatis celsitudo, inimici in gratiam reconciliatio: qua fulget gloria, collata gratis ac sine meritis gratiâ; quoniam gloriæ constituit in læso fastigium, inimico condonare peccatum ac recipere uti amicum. Nunc homines indulgentia Numinis sunt beati; sed *in laudem gloriæ gratiæ suæ*: etenim ab illo condonantur peccata, ut inhabitet gloria in terra nostra.

*A Deo iniuria remissa, eius maiestatis gloria.*

Erasm.

Eph. 1. 6

*Hinc operum procedit apex, quia gratia maior*
Arat. 2. v. 9. *Ad delicta venit, culpas huic posse remitti.*

8 Apparuit Salvatoris gloria in Thabore, ut eius charitatis ex articulo appareret insigne. Ibi de cœlo plausus, qui cœli decus, & à Patre ostentâ gloriâ signatus. Unde ergo illotunc ex gloriæ copia resplenduit facies eius sicut Sol? Synedri *dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem.* Inimicus multis retrò annis existebat homo, ubi glorioſé Christus visus in theâtro. Sermo tunc fit, quomodò homo convertendus ad cor; à quo expulit pravitas, inferens inimicitias. Gratia erat, elargiri gratiam

Matt. 17. 2. Luc. 9. 31.

tiam solicitanti in offenso optabilem amicitiam : & per gloriam manifestatur amor, quo nil in gratia superior ; homine in offensa tenace, quin moveretur in preces ex peccati cognitione. Unde dum ageretur de reconciliatione toto pondere causa, quærentis non quærentem dicitur gloria ; quippequàm fulsit eximia, quod à læso inhonorato, dum homo aversus, in reconciliationem quæreretur inimicus. Apex gloriæ huius mirabilis operis, quasi excessus charitatis, describitur ab Stoico. *Etiam si de illis malè speratur, faciemus* (infit 1. *Benef.* cap. 10.) *tribuemusque, non solum si iudicabimus ingratos fore, sed si sciemus fuisse. Dignum, etiam impendio sanguinis mei tuëbor, & in partem discriminis veniam.* Meritò excessus amoris in gratijs Salvatoris dicitur, dum de hominis reconciliatione concilium loquitur. Sciebat, qui gloriosè rutilabat, hominem ingratum fuisse, & ingratum fore : & in gloria mirabilis, quippe sciebat ; & nihilominùs reconciliationem hostis solicitabat. Flagrabat amore pectus, dum afflixit inimicus. Satagebat iniurias condonare, ut aversus, conversus diligeretur ex corde : ex tantaque excessus gratia, iurè hominibus exponitur gloria; etenim summa, quòd hosti ablaturo vitam, cogitaret gloriosus conferre gratiam.

*Charitatis decus, ubi in reconciliationem inquiritur inimicus.*

Senec.

9 Post resurrectionem discipulis Dominus vulnera ostendit. *Ostendit eis manus & latus.* Amoris vulnus denotat latus, manusque duntaxàt vulnus : simulque ut explicet gloriam, ostendit utrumque ; propter excellentiam gratiæ : siquidem recipere intendit in penetralia pectoris, à queis affectus offensione vulneris. Nil magni in gloriam, si non offensus : simulque ostendit & manus & latus ; quippe per vulnera illata, & inimicis indulta, magis ac magis eius declaranda gloria. *Ad sananda infidelium cordium vulnera* (ait Leo Pap. Serm. 1. de *Ascension.* cap. 3.) *clavorum & lanceæ erant servata vestigia.* Vividè. Non vulnera, sed vestigia. Vestigia, ut cognosceret : non vulnera, ut in vindictam servaret. Vestigia vulnerum servat sine vulnerum dolore ; quia licèt cum vulneribus, non studebat vindictæ : imò habebat latus in gratiam inimicorum apertum, vel cum cognitione vulnerum. Suffragatur Ambrosius lib. 10. in *Luc.* ubi ingeniosè in nostrum propositum vulnera ipsa cicatrices vocat. *In corpore* (inquit) *manebant insignia vulnerum, vestigia cicatricum.* Ubi cicatrices sunt, vulnera fuere, non sunt. Iam in carnis integritatem vulnera, ubi cicatricum forma : eleganterque dicit Ambrosius vulnera cicatrices, cùm essent adhuc vulnera in corpore Salvatoris ; quippequàm quoad vindictam cute obducta, vulnera quæ in eius corpore tunc videbantur impressa. Vividè dialecto nostrà : *Aunque estaban abiertas; para vengar las injurias, se havian cerrado las llagas.* Claruit, dum iam glorioſus binis assecis occurrit : igitur loquentibus de vulneribus, quæ carni intulerat crux ; Christus dixit illis, *Quæ?* Ad rem Seneca, 2. de *Ira*, cap. 32. *Marc. Catonem quidam percussit imprudens : posteà satisfacienti Cato : Non memini, inquit, percussum me. Melius putavit non agnoscere, quàm vindicare.* Dixi, *Tom.* 5. *T.* 7. *D.* 1. *n.* 5. Melius Salvator, & glorioſiùs putavit, ut conferret gratiam, vulnus cognoscere & ignorare in vindictam : quandoquidem eius gloria ex vulnerum ignorantia.

Ioan. 20. 20

*A quibus vulnus, aperit gloriosè pectus.* Leo Pap.

Ambros. *Unde summa amoris gloria.*

Luc. 24. 19. Senec.

10 Quæ Ioseph non perpessus, & à fratribus! Ne adorarent vendiderunt, & quoniam vendiderunt, adorarunt. Constituxerunt solium, quod moliti præcipitium. *Insidiæ in insidiatores versæ sunt*, ut ait Iustin. *lib.* 13. Euripid. in *Ion.* v. 1247.

Iustin.

*Volentes afficere aliquo malo alios,*
*Ipsi patiëmur hoc ipsum. Iustitia flagitat.*

Euripid.

Pervenerunt famelici in Ægyptum, & fratrem adorantes, ut fratrem non cognoverunt; sed à læso sunt cogniti, quippe non excidit cognitio à facie inimici. Fovit, favit eis, qui oderant, nec quicquam illi pacificè loqui quibant ; tacetque quis esset. Quare igitur ? Ne confunderet, parcens illorum vitæ, dum incognitus studebat gratiæ. Illum oderant, aversantes in servitutem vendiderant. Iosephus retribuit bona pro malis, dona pro iniurijs : renuitque studiò cognosci à quibus turpiter addictus indecoræ servituti ; ut vivere interdiù possent, cùm dona à læso accepissent : etenim si cognoscerent ab offenso ita dignari ; vel non homines, vel impetè morituri præ pudore. Habebat coràm Iosephus fratres hostes ; hosteſque præterivit, & tantùm cognovit fratres, a queis tunc genuflexo colebatur. Magnanimitas ostendit dignum, quòd adoraretur. Misertus est latens illorum saluti, ut ignorantia permanerent illæsi : faveri ab offenso, est offensoris confusio, amaritudo cordis, punctio lethaliter pectoris, extremumque amaritudinis : tacetque Iosephus, ne confunderentur facie, ac perirent confusione ; quippequàm si offensus gratijs fovens esset cognitus, homini rationali grave vulnus. Renuit vinci à malo, & vicit malum in bono.

Genes. 42. 8

*Confusio inimici collatio gratiæ.*

11 Tunc ergo *avertit se parumpèr, & flevit.* Misericordia est motus, avertitque se, ne hisceret agnito vulnus : effuditque lachry-

V. 24.

mas,

mas, fratrum cogitans miserias; cò quòd per odium devenerint, ut illum adorarent, velint nolint. *Flevit.* Illi fleant, qui sine pietate crimen odiosi commiserant. Plorat pietas charitate Iosephi, quod renuebant fratres dyscoli plorare; vel plorat præ gaudio, ex optabili articulo: siquidem illi blandimen in gloriam, posse conferre diris inimicis gratiam, atque condonare iniuriam: posse ulcisci, & nolle: posse se vincere, atque triumphum reportare: posse iniuriarum reminisci, & non cognoscere: in vulneribus acceptis respicere sanguinem, nec invenire in ultionem cicatricem: denique de favore gaudere, & inimicorum infestorum conversione: equidem cùm per gratias pœnitudinem quæreret; de articulo propter claritatem gaudet, expressâ lachrymis exultatione cordis: igitur nanciscebatur fortuitò opportunitatem, ad inimicorum fratrum reconciliationem. Aliter rimatur Magnus Gregorius. *Sic vir sanctus facinus fratrum & dimisit, & vindicavit*: inquit Homil. 21. in *Ezechiel.* Vindicavit, dum dimisit. Utique ubi beneficum corona fratrum cognovit: siquidem dirior vindicta, si fit inimico gratia. *Acerbissima dilectio est*: ait Tertullian. 4. *Contr. Marcion.* cap. 16. Gratijs namque aversum tenet, ut brachiorum amplexu dulci suffocet: gratijs inimicus dissecatur, & intrinsecùs uritur. Quid gratiæ ingratis nisi ignis, sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs? Vindicavit utique, ubi potens abstinuit ab ultione: gravis prorsùs vindicta, vindicta nulla, verùm summe timenda, si additur gratia. *Ille amando me occidit*: dicit Stoic. 2. *Benef.* cap. 14. Profectò vindicta suavitate crudelior, quandiù pro gladio duntaxat sumitur amor.

*Sed gloria largienti.*

Greg. Mag.

Tertull.

Senec.

12 Singularis consuetudo inter Scythas refertur ab Herodoto. *Cibus à matre vel recens natis datur* (ait *lib.* 4. n. 12.) *sed in cuspide teli vel hastæ viri.* In huiusmodi barbarico more, designatur periculum gulæ, ut cibus sumatur modicè: etenim si aviditate in ingluviem, ut palati regustet voluptatem, sequitur cibum, inveniet in gulam gladium: cogitareque debet quicunque pascitur, ne per cibum insidiosè vulneretur. Aptiùs ritus explicat articulum Iosephi, dum inimici fratres ad illum accesserunt causâ cibi. Offensus ab illis graviter vixit, appropinquantes cognovit, iniuriam dimisit, generosè cibavit; & gratiâ iniurias est ultus, quia sub cibo gratioso latebat gladius. Gladius utique acutus, quo cunctorum transadigeret pectus. Patuit in agnitione: nimio terrore perterriti, nec quibant loqui. Nil mirum, cùm in infestos viderunt ita beneficum: igitur in hominibus frontem habentibus, haud erat sumere cibum, sed specie cibi telum. Haud dissimilis inter Septentrionales modus exprimendi gratiam. *Fidei integritatem in aulis Goltbiæ & Suetiæ nunquam meriti sunt, nisi strictum gladium vel pugionem* (refert Olaus Magn. de *Gentib. Sept.* lib. 8. cap. 7.) *per cuspidem Principis manu & munere suscepissent.* Eadem apud Causin. *lib.* 5. *Symbol.* 39. Alij aliter & de Traiano enarrant, tradente nudum gladium Præfecto Prætorij, dicente simul: *Vel pro me probo, vel in me improbum*: de quo latè Solorzan. *Embl.* 69. ex plurib. AA. In lubricam gratiæ Principum benevolentiam ritum detorquet Causinus, nec abs re intellectus. Nolite confidere in Principibus: equidem dum favent gratijs, non præstant quo decorantur, sed quo fauti vulnerentur. Videntur gratiæ, sed sunt insidiæ.

Herodot.

*Gulæ insidiæ.*

*Ulcrior iniuriæ vindicta nulla.*

Cap. 45. 3.

*Gratia cur signata in cuspide gladij.* Ol. Magn.

*Principum gratia vulnera.*

13 De Domitiano (de quo diximus n. 2.) Sueton. in eo ibid. præmisit: *Non solùm fuit magnæ, sed & callidissimæ inopinatæque sævitiæ. Auctorem summarum* (Hispan. *Mayordomo*) *pridie quam crucifigeret, in cubiculum vocavit, assidere in toro iuxta coëgit, securum hilaremque dimisit, partibus etiam de cœna dignatus est. Aretinum Consularem virum è familiaribus & emissarijs suis, capitis condemnaturus, in eadem vel etiam maiori gratia habuit.* Huiusmodi procellam passus est Aratus à Philippo penultimo Rege Macedoniæ, cui obsequiosè fideliter servierat, verùm veneno Rex egregia gesta proditoriè solverat. *Neque id fefellit Aratum* (ait Plutarch. in eo) *uno de suis familiaribus in cubiculo adstante, cum sanguinem ex veneno Aratus expuisset, videnteeo & admirante; Hæc, ait, præmia sunt amicitiæ Regis.* Intimior familiaritas, maior utilitas.

*Fulgore primo captus, & facili bono*
*Fallacis aulæ, quisquis attonitus stupet;*
*Subitò latenti ecce fortunæ impetu*
*Modò præpotentem cernat eversam domum.*

Ad unguem ergo in lubrica dona, sed non deterius de gratia, facta inimico, accepto ex mucrone gladio: equidem si non accipitur, hostis à dono frustratur: verùm si tangit maximè festinè manus, in gratia accipitur vulnus. Nostrates: *Come se dá por la punta, quando se toma se clava.* Ita Iosephus vindicavit iniuriam, & erexit sibi gloriam; quippe maior hostilitas pro iniurijs conferre gratias.

Suetonius

*Fallax & insidiosa.*

Plutarch.

Senec. in *Octav.* à v. 33.

14 Per quadraginta annos, postquàm ferream servitutem Dominus contrivit; quæ be-

Act. 13. 18. *Ingratus intolerabilis.*

beneficia populo ingrato non fecit ? Adi *Deuter.* 29. à 5. Non solùm aversos portavit, sed subportavit. *Per quadraginta annorum tempus, mores eorum sustinuit in deserto.* Non tantùm exceluit Deus solatij, sed Deus patientiæ : etenim ad toleranda huiusmodi ingrata corda, tota Dei necessaria patientia. *Offensus fui generationi huic* : dicitur à Psalmographo. *Viderunt opera mea quadraginta annis, propter quod infensus fui generationi huic* : dicit Paulus *Hebr.* 3. 10. cuius lectionem sequuntur in *Psalm.* præfat. Clem. Alexandr. in *Protrept.* August. Genebr. & Maluend. *Quadraginta annis proximus fui &c.* legit Roman. Concordant cuncta, signantia Deum beneficum & ingratum cor humanum, quod offensum habuit toto tempore quo Deus eximiè favore studuit: igitur cùm abuterentur beneficijs, etiam despectis singularibus gratijs, eò devenit insania & impudentia, potissimè misericordiæ fiducia; ut Deus quò favori proximus, magis ac magis à dignatis offensus. Proximus, *præsens in signis & virtutibus* : infit Augustin. Frangere debebant rebelles tam miracula facta, quàm virtutes; sed errabant corde, proterva malignitate in passiones ignominiæ : & ubi viscera putrida, despiciuntur vel miracula. Proximus affuit, & offensus non recessit; an ex tantarum iniuriarum tolerantia, pectus lapideum pulsaret resipiscentia : verùm ut lapidea, immota, quò magis proxima gratia : igitur cum error esset cordis in depravatione mentis; plenitudine gratiarum, in offensam auctoris peiores fiunt. Vide dicta *Tom.* 4. *f.* 8. *D.* 3. *à n.* 11. Qui offensus & gratiæ proximus (& ideò magis excelsus ex promptitudine ad gratiam, cùm per annos quadraginta accepisset offensam) *infensus* dicitur generationi huic. Unde igitur hoc ? Infensus est plus quàm hostis. Plus quàm hostis, qui tot annis illorum studuit gratijs ? Plus : gratijs sese vindicavit, ubi offensus illis tot miraculis consuluit; docens homines vindictam per gladium gratiam, per telum beneficentiam : ultorque ac infensus, plus quàm hostis designatur, ac ex prodigijs timetur; siquidem ultio excelsa atque divina, per quadraginta annos tot beneficia collata. Locum habet Tautologia. *Tradens tradet illos* Deus in iugulum, si fuerit peccatum; dicit Achior de Bethuliæ civibus. Luent gladio pœnas si fuerit iniquitas. Etiam gratia sumit pœnas : igitur offendentium graviora vulnera a gratia, quæ etiam inflicta a patientia.

Psal. 94. 10.

*Mala fiducia peccare ex clementiæ confidentia.*

Augustin.

*Quanta in peccatores Dei patientia!*

*Vindicatur vulnus offensæ, largitione beneficij.*

Iudith. 5. 24.

15 Fatigatur patientiâ improbitas; vel saltem disecatur estò non fatigetur. *Mihi vindicta* : dicit Dominus. *Mihi vindictam, ideſt, patientiam mihi* : legit Tertullian. de *Patient.* cap. 10. In patientia quæ vindicta? Summa : vindicta est in dolorem iniuriam inferentis: patientiaque sufficitur loco vindicis; quippequàm maximus dolor iniurioso cordi, de offensionis dolore non dolere. Vulnus iram excitat, ut dolorem alieno dolore sopiat. Fallitur vindex : in tolerantia eximitur ensis. Discipulis, uti vidimus *n.* 4. dixit Assertor N. *Qui non habet, vendat tunicam & emat gladium.* Haud metaphoram Simon intellexit, ac in vindictam gladium protinùs eduxit. Gladius erat patientiæ, quo audacem, procul ictu, poterat iugulare : gladiumque Christus patientiam signat, ubi offensa audacis innocentiam vel auctoritatem sauciat; etenim quisquis ab hoste dedecus sustinet, illum patientia quasi per risum transfodit. Aliquorum ira immortalis est, & vindictâ adhuc nec quiescit. Minimè mens sapit, sed in exterminium desipit. Exemplum est in Samsone. *Moriatur anima mea cum Philisthijm* : dixit, antequàm cum hostibus pateretur acerbitatem mortis, templi concussis columnis. Huiusmodi cogitatio iratum offensa mordet, sed præ dolore vehementiorem non intelligit : etenim ita pro vindicta delirat, ut non cogitet quòd pereat. Fatuitas est, & quod in Samsone mysterium, in protervis ultionis maius periculum. Pende. Non *moriatur*, inquit, *vita*, sed *anima*. Occurrit ultoris præceps cæcitas, & affectionis improbitas, dum pericula non videt, vel cognitione, quantunvis pereat, impetuosè proterit : siquidem vult vindictam de inimicis; cum morte animæ, discrimine damnationis. Tutiùs estò læsus, iniuriæ vindex extitit in nostrum exemplum Christus. Primus in illum Malchus manus iniecit, quem Petrus irâ excandescens percussit, ac dextram auriculam amputavit. Christus statim restituit, ac iniuriam præter patientiam, miraculo vindicavit : igitur si nobilis vindicta, ubi non ulla : meditatus nobiliorem vindictam, pro gladio conferens gratiam.

Tertull.

*Iniuriæ patientia decorosa vindicta.*

Luc. 22. 36.

Iudic. 16. 30.

*Irati insani student ultioni, quantvis cogroscant perire.*

Luc. 22. à 50.

16 Per lanceam signatam dignitatem regiam, diximus *Tautolog.* 3. *D.* 4. *n.* 6. etiam vindictam, dicitur à Chartario in *Iunon.* fol. 120. *Suidas refert* (inquit) *morem Athenis fuisse, ut cum efferretur cadaver, hasta in pompa præferretur, aut ad sepulchri caput affigeretur, hoc ritu interfectore admonito, se inultum non abiturum.* Elucet mortis insigne, vindictam etiam post mortem servare. Nobiliùs castigatur offensa : ulta, si indulta. Donari hasta purâ, de-

*Quæ symbola per lanceam.* Chartar. *Offensa ulta, dum indulta.*

Rom. 12. 19.

cus

cus fuit insignis virtutis olim. Vide Sueton. in *Claud.* cap.28. Servius ad illud Virgil. 6. *Æneid.*v.760.

Virgil. *Ille, vides, purà invenis, qui nititur hastà.*

Serv. Subdit: *Hasta pura, idest, sine ferro: nam hoc fuit præmium apud Maiores eius, qui primum vicisset in prælio.* Quomodò ergo

*Quid hasta pura.* si ferrato pilo in hostes ultio, hasta datur in præmium sine ferro? In hasta vindicta dedecoris indicatur: sine ferro despicitur; & sine ferro cedit in auctoritatem, quæ ferrata dirigebatur in hostem; quippe nobilior atque decora, vindicta sine vindicta. Hinc hasta pura dicitur, ut candor pectoris etiam

*Unde vindicta sine vindictâ?* facta offensa demonstretur: equidem in vindictam adversus inimicum, quasi non haberet ferrum. Lancea ad sepulchrum, quæ videtur præsignare ultionem, vividè cordis indicat puritatem: etenim etsi habeat ferrum ad manum, in vindictam tanquàm mortuum. Ad sepulchri caput affigitur, ut vindicta de inimicis non sumatur: equidem cessat efferveseens ira vindicis ex consideratione futuræ mortis.

17 Inter Ægypcios mos fuit, modò fato functus moreretur obæratus, coram exponere cadaver, nec usque debita fuerint so-

*Cadaver obærati expositū creditoribus.* luta, sepelire. Consule Diodor. Sicul. *lib.* 1. *n.*44. & Herodot. *lib.* 2. *à n.*24. Nullus unquàm insepultus abiectus, estò vel summà

*Cessat memoria iniuriæ mortis consideratione.* ingenti gravatus. In vita premitur, & relictis fortunis absolvitur? Utique: qui exactor vivum suffocavit, dicens: *Redde*; nec hiscit viso cadavere: etenim spontè quilibet debita remittebat, dum mortem considerabat. Mucronem dirum lanceæ, dicit Venantius in *Hymn. de Cruc.* de perforante pectus Salvatoris, pendentis in ligno crucis; cuius diritatem vel ipse Christus refugit, ubi

Psal.21.21. liberari à tanta impietate oravit, dicens: *Erue à framea Deus animam meam.* Unde dirus ictus, dum tot tantisque tormentis exposuit & ultrò corpus? Horruit factum extra

Ioan.19.34. conditionem hominum. *Ad Iesum cùm venissent, ut viderunt eum iam mortuum; unus militum lanceà latus eius aperuit.* In vitam eius Principes conspirarunt, ut potirentur voto, eum in ligno suspenderunt. Viderunt

*Animi implacabilis odium, ultra interitum.* mortuum, nec cessavit furor: impetumque lanceæ renuit, estò ex illo nullus dolor; quippe horruit execrabile crimen, quòd vindicta & ita iniusta persisteret ultra mortem. Amor Christi flagitia ab hominibus removere intendit; ut minus inveniat quod damnet: à lanceâque liberari desiderat, ne homo in facinus execrabile corruat: etenim vel in fervore vindictæ prorsùm execrabile; viso cadavere non recedere à crimine, mortis consideratione. Respice ergo in faciem Christi

*Execrabile crimen.* tui, imo in pectus, dum accepit iniurium; igitur ut haberet in corde, hostibus ostendit ostium. *Nemo ergo se contra acceptas iniurias erigat* (ait Gregor. Magn. in *Evangel.* Homil. 18.) *nemo convitijs convitium reddat. Imitatione enim Dei glorioſius est,* Greg. Mag. *iniuriam tacendo fugere, quàm respondendo superare. Sed contra hoc superbia dicit in corde: Turpe est, quòd accepta iniuriá taceas. Quisquis conspicit, quia contumeliam accipis & taces; non putat, quia patientiam habes, sed crimina agnoscis. Sed unde vox ista in corde nostro contra patientiam nascitur, nisi quia in imis cogitationem fiximus, & dum in terra gloriam quærimus, placere ei qui nos de cœlo conspicit, non curamus?* Quicquid inimicus molitur in dolorem vulneris, indultum cedit in honorem laudis; ut salutem accipiamus ex inimicis.

*Qui verò læsus gaudet, lucroque dolores* Iac. Bibl. *Deputat, huic tribui laus satis ampla nequit.* *Antholog.*

## DIDASCALIA II.

### *Comes voluptatis dolor.*

1 IMò tota acerbitas doloris velamine voluptatis, ne cognoscantur insidiæ; igitur validè caverentur sine velamine. Nocet, si latet anguis sub herba: procediturque cautè, si cognoscitur latere: ruitque in immane præcipitium cupiditatis cæcitas, modò cogitet in delicijs delicias: quandoquidem ex dolore cognoscens dolum, serò mulcimine discet, inesse tantùm voluptatis velum. *Tradens tradet illos* Deus, si Iudith. 5. 24. peccatores, dicit nostra Tautologia de Bethulicis afflictis. Perspicuè tradet in dolorem *Voluptas blandè necat.* ex dolore: aliter accidit in luxuria deceptrice: igitur quos semel titillando quasi serpens virulentè momordit: non dolore sed lenocinio in mortis dolorem callidissimè tradit. Vafra est, ut seducat astu cor: trahitque captum, ut captivum sub catenarum tyrannide, deliciarum colore, & voluptatis specie; ne fugiat circumvallatus illecebras, quem impulerit in cruciamina cupiditas. En imago Cupidinis ex Angelo Politiano apud Chartar. in eo, pag.332.

*Insignis puer est: totam hanc cognosce figuram.* *Descriptio Cupidinis.*
*Corpore non niveus, verùm ignem imitatur: ocelli*
*Acres, flammeöli; mala mens, suavissima verba;*

*Quod loquitur, non sentit idem : vox melleä, sed cum*

Ang. Politian. *Irà inflammatur, tunc mens illi effera : fallax,*

*Fraudator, mendax : procul spicula torquet: Suntque venena labris.*

2 Hinc ab Ezechiele dicuntur *mulieres plangentes Adonidem*. Cupidinem obsequiosè colunt, & in cultu lachrymantur? Hic plausus ; vel funus ? Funus utiquè in turpi deliciarum adoratione , sucto à cupiditate veneno , incognito dolo , ut furenter duceretur voluntas , in insidiosas illecebras , quæ uti fallaces , vafricie impellerent in dolores: plangereque dicuntur , quæ in gaudio repræsentantur ; quoniam cæcæ, non habent , dum Adonidem adorant , quo cupiditates gaudeant, sed quo fleant. Ægyptij expressere hieroglyphicè propositum. *Flectere genua , hieroglyphicum ad terram declinantium* (ait Pier. *lib. 35. cap. 60. ) hoc est , ad vitia , & humanæ cedentium fragilitati , impurisque affectibus inservientium.* Genua flectere , nota lasciviæ ? Cultus videtur & amoris expressio; siquidem huiusmodi ritu demonstratur adoratio. In signum præcipitij mentis præ effreni cupiditate , præfigitur genua flectere , ut pateat profunda cæcitas impetè prolabentis in delicias : equidem si fragilitas excusabilis, sequi; profectò cæcitas, proiectissimè adorare. Sequi, vulnus est, sed medicina prompta; quippe ratio libera , maximè dolore monente , ut intellectus restituatur vexatione. Genua flectere , est præ cultu captivitas dira rationis sub tyrannide truculenta cupiditatis : planguntque mulieres adorantes Adonidem, ut demonstrent furentem cæcitatem : equidem furorem explicant , dum non sequuntur sed voluptates adorant. Miserum profectò , & genuflexo quoque colere, quod debet à ratione calcari ; quæ quidem minimè valida , quippe & oppressa & captiva , ut possit illuminare aliquomodò errantes exiguo ex dolore radio : unde non tantùm plorantes explicabant cæcitatem , sed flexis genibus miseram obcæcationem ; quippe dolorem ex illecebris sentiebant , & nihilominùs cupiditates , ex queis dolor , adorabant. Voluptatem sequi , appetitui profectò connaturale. Cæterùm dum cognoscitur ex cupitis error , ne notetur uti furor; ipsa concupiscentia à dolore removetur , quoniam nequit appetere , quod non est concupiscibile : minimèque est concupiscibile cruciamen, in apparentia inventum cupitorum per errorem. Quapropter in mulieribus , á queis adoratus amor , videbatur phreneticus furor, & mens penitùs præ cupiditate vacua: quippe adhuc præ dolore lachrymantes , flectebant genua ; adhuc tolerando dolorem , cum dolore adorationis adorabant voluptatem. *Non malum maximum , in delicias ingredi , sed non posse egredi.* Inquiebat Aristippus apud Erasm. in Eius *apophth.* lib. 3. n. 12. exponitur discrimen inter fragilitatem , & obcæcationem : ex hacque & non ex illa, Adonidem adorantium , mulierum procacium præ se fertur insania ; quippe dolorem ex voluptate fallaci , ac mendaci sentiunt , & adhuc lachrymis à cultu vano removeri non possunt.

Ezech. 8. 14

*Quod gaudium fletus.*

Pier. Val.

*Summa cæcitas adorare delitias.*

*Et obcæcatio.*

Erasm.

3 Variæ apud Romanos sententiæ de Marco Curtio , quem insignem erga patriam pietate plaudunt Valer. Maxim. *lib. 5. cap. 6. n. 2.* Orosius, *lib. 3. cap. 1.* Augustin. 4. *Civ.* cap. 20. Vives hìc ex Livio & alijs : igitur cùm terra in media parte fori repentino hiatu subsidisset , ut iterùm continuäretur , pretiosius quod Romæ esset , ibi inijciendum, oraculum respondisset ; Curtius cogitans nihil pretiosius homine , sese præcipitavit , ut sorberetur voragine. Eadem Sebastian. Munster. 2. *Cosmograph.* cap. 14. sed Fortun. Licet. 4. de *Lucern. Antiq.* cap. 1. delirat, ut dicat aliquid novi , hostemque fingit, ut feriat; cùm apud Munsterum neque verbum extra communem sententiam legatur. *Cùm in medio Urbis foro* ( ait ) *terra olim desiliisset, vastoque prærupto hiantia subitó inferna patuissent : cùmque diutiùs spectaculum ita maneret , cunctisque terrorem inferret ; tandem interpretantibus aruspicibus , obstrui barathri amplitudinem posse , si in eo quod esset Romæ pretiosissimum mitteretur ; voluntariè diu iactatis inanibus monilibus matronarum ; M. Curtium æquitem Romanum, domo clarum , militiæ insignibus sumptis, cum equo se in id barathrum præcipitasse ; sicque concluſſum fuisse : ad illum anteá postulasse hoc unum , nimirúm , ut sibi integro anno liceret per singulas noctes dormire cum qua vellet fœmina , & tum illum sua sponte præcipitem daturum in hiantem spelunca : id cúm obtinuisset , exactusque esset annus , munitus armis , conscenso equo, manibusque prehensà lanceá , insilijsse intrepidum in barathrum , quod illicó est clausum.* Huiusmodi, prout ab alijs refertur, historia. *Didasc. 5. n. 1.* flectetur in altiorem sensum: modò in præsentis institutum.

*M. Curtij devotio.*

Licet.

*Lasciviæ furor.*

4 Præ se fert in illa speculum proiectorum in libidinem, & cupidinis vexamen, cuius vehementiá nihil minùs moventur, nec à dolore præsenti ac futuro separantur : igitur ita impellit furiosa Venus, & fascinat eius oblectamine virus ; ut præcipites corruant in lubitum , quanvis videant apertum totum in-

infernum. De quodam efferatæ Veneris alumno, referunt Rhodigin. *lib.* 11. *cap.* 15. & Reyes Fran. *in Elyſ. Camp. quæſt.* 63. *num.* 25. ita propenſum in libidinem; ut magis flagraret per inflictum cruciamen: igitur uſtus plagis, flagriſque onuſtus, & uſque in deliquium acri verbere vexatus, quo Veneris intendebatur languor; exardeſcebat validior. Ita furor inflammabat; ut in dolore non dolorem ſentiret, ſed blandimen. Mirum ſanè, quod oppreſsio libidinis eſſet appetitus fomes. Nihil ultrà cogitari quibat in huiuſmodi deteſtabili flamma, & eſt, videturque cum ſtupore conditionis ultrà: igitur haud compeſcitur libido, vel viſo patulo inferno. Aperitur barathrum, flammas evomens, ut compeſcat eminùs cupiditatis flammas; ſed perſeverat proiectorum iniquitas, ſine reflexione periculi, coram oculis in exitium imminenti: terraque aperitur, dum vel minis laſcivus, nec dolore coërcetur; quoniam conatur infernus avidè deglutire, quem terra non valet, neque poteſt ſuſtinere. Mente omninò Venus privat, quem uſque in inſaniam ſauciat.

*Prodigioſa Veneris.*

*Vel patulo inferno, non compeſcitur libido.*

Macrob. *Attonitos reddit*: ait Macrob. 1. *Saturnal. cap.* 20. Hac de cauſa in quodam inventum cerebrum penitùs exhauſtum, refert Arnold. *in Specul. introduct. cap.* 83. Sanè attoniti, & cerebro vacui; igitur viſo inferno, non cognoſcunt in infernum devenire.

*Ab amore ad Orcum.*

Theocr. Dixit Theocrit. *Edyl.* 1. v. 131. Hic finis amoris, qui deducit præcipites, præcipitium cognoſcentes: etenim modò fruantur optatis ad votum; minimè cogitant periculum præcipitandi in infernum. *Flammà inextinguibili, libidinis extinguitur flamma*: inſit Novarin. *Umbr. Virgin. excurſ.* 12. *n.* 170. Evaneſcit regula in Venere, quippe non eſt qui recogitet corde: igitur vel viſis flammis, ut compeſcerentur ſtimulantes libidinis: minimè voraginem fugiunt, ſed ſponte in Orcum hilares corruunt. Vicit appetitus, quicquid dictare quibat etiam animalis ſenſus: qui ita furentem decipiendo lactat, ut neque infernus ore patulo terreat. Dicit, qui inſanus præ cupitis illecebris mortuus eſt (& ſumpto poculo amatorio, quaſi non ſufficeret in inſaniam effrenis concupiſcentiæ conditio) cognoſcens ægritudinem, & apponens pro medicamine fomitem. Ita lib. 4. de *Rer. natur.* a v. 1704. mente ſuccinit.

Novarin.

*Rabies laſciviæ.*

——*Fluctuat erroribus ardor amantum.*
*Nec conſtat quid primum oculis manibuſque fruantur.*
*Et ſtimuli ſubſunt, qui inſtigant lædere idipſum,*
*Quodcunque eſt, rabies unde ille germina ſurgunt;*

Lucret.

*At leviter pœnas frangit Venus inter amorem:*
*Inde redit rabies eadem, & furor ille reviſit.*

5 Quod accidit Marco Curtio in foro Romano, videtur in ſeditione Core & aliorum in deſerto; quin cervicoſi conſulant ſibi, quantunvis videant in illos elementa concitari. Videamus circunſtantiarum ſpeciem, an quadrent ad unguem. Pugnat orbis terrarum contra inſenſatos. Illorum ſcelere commota eſt terra, verùm ſine motu corda. Commota eſt in ſupplicium improborum, clamans in cœlum propter illorum ſupplicium: haud aperitur ut quieſcat; quippe non valet quieſcere, donec exleges deglutiat. Aperta eſt ergo, ut à pectore humano arceretur ambitio, quæ fomes inſolentis coniurationis in hominem inſignem ſpectatæ virtutis; & quia faſtigium dignitatis, quod virtute non poterant, impoſturis in Præſidem obtinere volebant, facili, ex vulgi commoti ſententia, conſecutione; igitur cauſa præpoſterè iudicatur à multitudine cum capite ac ſine capite: & quia renuebant ſuperiorem eminentem, averſantem illorum iniquitatem; ſine qua illis vivere grave, aſſuetis ſine lege ac ſuperiore vivere: unde ab illis ſolicitata maligniſsimè multitudinis faſtidientis coniuratio; ut non quilibet, ſed Moyſes, ut illi fungerentur, defungeretur officio. Aperitur ad exitum cauſæ infernus, verum minime compungitur ambitioſus: etenim ita venenum huiuſmodi aſpidis titillat, ita mentem infatuat; ut nullo modo deſerant ambitionis propoſitum, quanvis apertum videant totum infernum.

*Ambitioſus in propoſita contendit, quanvis infernus obviet.*

6 Haud ſecùs luxurioſis uſuvenit, dum appropinquant uſque ad portas mortis. Dolores inferni urgent, patulum vident; verùm ſine formidine expectant dolorem, quin expectent pœnitudinem. Patet ex textu. *Dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & operiens os ſuum, devoravit illos.* Quare igitur prænunciato ſupplicio à Moyſe, ipſoque actutùm adveniente, pedem haud retrahunt, nec erroris reſipiſcunt; ſed in hiatum præcipites corruunt? Obijcitur cæcitas cupidinis, luxurioſis dominantis, prurigine conſuetudinis; cuius ardor ſopitur conſiderato inferno, ſi in flammam æternam dirigitur cogitatio: at cùm luxuriæ flamma iam exuſſiſſet præcordia, & extuliſſet mentem, ut ſenſu etiam nec haberent ſenſationem; vicit appetitus, cùm diſrumperetur in lapſum terra ſub pedibus: igitur Veneris ſequuntur certatim amentes votum, quanvis ſciant labi ſtatim in infernum. Dolor ſuperat voluptatem & frugi aberrantem vagamque revocat

V. 31. & 32.

*Laſcivus nō revocatur à libidine, etiam inferno pungente.*

men-

mentem. Lactatio Veneris redardescit dolore, æstuät cruciamine sensu victo, & etiam victore sensu.

Lucret.d.v. 1086. *Unaque res hæc est, cuius quám plurima habentur,*
*Tam magis ardescit dirá cuppedine pectus.*
*Usque adeò incerti tabescunt vulnere cæco.*

Flammæ æternæ consideratio est refrigeratio flammæ turpis amoris, atque medicina lethiferi vulneris. Barathrum in utrunque obiectum, verùm præ cordis duritia in vanum. Flamma quæ non terruit, torquet: iurèque damnantur; quia vel conspecto inferno pro dolore, ad saniorem mentem lascivi non sunt conversi.

Cap. 26. 10. & 11. 7 Tunc, dicitur, *factum est grande miraculum, ut Core pereunte, filij illius non perirent.* Unde ergo, *morientibus plurimis,* tanti periculi expertes? Philo Biblius in suis *Antiq.* asserit, primùm apertam esse terram coram eis, & denuò coivisse; sed cum Core in furore perseveraret, illum cum reliquis ulterius hiscentem deglutisse. Videtur in flagitijs & sententiæ tenacitas, & carnis fragilitas: equidem Core terram disiunctam vidit, verùm damnatio non terruit; unde corruit: filij verò etsi allecti à patre, imminente discrimine, ut notarunt, resipuerunt: etenim illicò intercepti dolore; cùm viderent patrem illo proposito in infernum descendisse. Elucet confugium in pœnitentiam, & quomodò cœlum conversis erogat gratiam; qui quidem cum alijs viderent barathrum, ni saperent ad exemplum: diciturque miraculum grande; quòd illi sine læsione pereunte patre; ut luceret in articulo divina magna clementia: igitur profectò magna, posse liberos exire, dum alios videbant usque barathrum descendere. Nunquam deest in periculis cœlestis gratia, ubi conversa mali pœnitentiâ corda; sine qua flammam Veneris æterna sequitur flamma: grandeque miraculum exponitur in huiusmodi articulo, ne de die in diem perendinetur animarum conversio: siquidem magnum miraculum, ubi alij periculum ut furentes invenere, inter pericula fausté pœnitudine servari. Vexatio dedit intellectum, ut discerent capite alieno periculum, in itinere quo ibant, & alij coram oculis perierant: igitur cogitantes igne & fumo damnatorum cruciamen, arripuerunt & statim à Venere conversionem. Ignis ille interna usit, ac ab oculis fumus nec discessit: quippe pupugit adinstar fumi præsens exemplum, ut de illecebrarum gaudio mœsti erumperent in planctum. In hoc igne, utpotè infernali lascivia obijcitur, ac tunc de multitudine Israëlitica narratur: *Fugit ad clamorem pereuntium.* Emphaticum verbum est. Non recessit, sed fugit. Perpropriè in Veneris igne: quandoquidem ne lædat lasciviæ infernalis flamma, duntaxat remedium fuga. At hoc *Didasc.*4.

Philo Bibl.

*Virtus pœnitudinis quanta!*

*Miracula.*

V.34. *Veneris flamma sopitur fuga.*

8 *Trapezi circa Pontum Euxinum* (inquit Aristotel. de *Mirandis auditionib.* & Golt. in *Asia*, quem sequitur Ludov. Nonnius hic *Tabul.*1.) *mel quoddam desiuit odore gravi ex buxo; cuius ea vis & natura est, ut eos qui sanâ sunt mente, insanos reddat, contrá verò mente motos sanitati restituat.* Ælian.5.de *Animal.* cap.42. huius meminit mellis, subdens: *In Trapezunte Ponticæ ex buxo mel fieri accepi: hocque esse odoratu gravi, quod eos qui deducti sunt de mente, vel comitiali morbo correpti, ad sanitatem restituat; sanos verò dementet.* Eadem refert Nicandri Scholiastes in *Theriac.* de Aspidis albæ veneno. Mutatur in rebus vox: mel Veneris non mel, sed venenum est.

Aristot.

*Cur adinstar mellis buxei?*

Ælian. *Aspide albæ?*

*Impia sub dulci melle venena latent.*

Ovid.1. *Amor.* Eleg.8.

Hinc mala Veneris mala insana dicuntur, ut notat Amatus in 3. *Dioscorid.* Enarrat.39. Iul. Cæs. Scaliger. de *Plant.* lib.1. simulque Ruellius. Unde Læl. Biscicl. *Tom.*1. *Hor. subseciv.* lib.7. cap.8. infit: *Galli pomum nominant Amorum, fortasse quia amor insania quædam est Venerem hæc poma excitant: ita Germanicé poma furoris appellantur.* Hic fructus Veneris: venena scilicèt, cruciamina, ægritudines, furores.

*Pomo insanire?*

Biscicl.

9 Verùm priusquàm sacris astruantur, curiosè inquirendum; quomodo eiusmodi mellis dulcedo sanis arripit mentem, & mente captis restituit furibunda salutem? Dicit Salomon: *Mel inveniśti comede quod sufficit; ne forte satiatus evomas illud.* Mel signum esse prohibitæ voluptatis, notat Chrysostom. in *Marc.* Homil.2. Pier. Valer. *lib.* 26. *cap.*7. & Causin.9. *Symbol.*8. Unde mel in sacris inhibetur: *Nec quicquam mellis adolebitur in sacrificio Domino.* Perspicuò constat iam causa, unde alijs ingeritur, aliorumque evanescit amentia. Quisquis in deliciarum dulcedinem incidit, sanè desipit: cæterùm est discrimen. Qui degustat voluptatem deponit mentem: at cùm dolorem ingerat, dum magis lactat; sanat delirum per voluptatis tormentum: etenim recipit ereptam mentem per monitorem dulcedinis, acrem dolorem. Gustavit mel, non regustavit: abdicit fastiditus quod invenit: equidem accepto intellectu præ dolore, consulens saturitati, ut repleret sine freno concupiscentiam; profectò contraheret indelebilem insaniam: tùm quia rationem amisit, & dolore

Prov.25.16

Levit.2.11.

*Sanatur Veneris delirium per voluptatis tormentum.*

non

non recepit : tùm quia inexplebilis saturitatem quæris vana voluptas, ubi nunquam potest inveniri satietas.

Id. 8. Mer. Fab. 11. ——*Non unquàm alimenta recusat,*
*Innumerasque faces cremat, & quo copia maior,*
*Et data plura cupit.*

Unde non fallidito invento melle, nec inventâ saturitate, sine cerebro vagatur & desiderijs obruitur ; quoniam ut assequatur, quam assequi non potest, sequens voluptatem, in perpetuum ruit miserabilis furorem.

10 Affabrè calamitatem depingit Seneca. *Miseri* (inquit de *Vit. Beata*, cap. 14.) *si deseruntur à voluptate : miseriores, si obruuntur. Evenit autem hoc nimiâ intemperantia & amore cæco : nam mala pro bonis petenti, periculosum est assequi. Ut feras cum labore periculoque venamur, & captarum quoque illarum solicita possessio est (sæpe enim laniant dominos) ita habentes magnas voluptates in magnum malum evasere, captæque cepère : quæ quò plures maioresque sunt, eò ille miserior, ac plurium servus est, quem felicem vulgus appellat. Ita qui sectatur voluptatem, omnia postponit, & primam libertatem negligit, ac pro ventre dependit; nec voluptates sibi emit, sed se voluptatibus vendit.* Tota furentium molitio, venundari sub peccato ; ut non sentiant propter iucundam festivitatem furoris, intolerabilis gravamina servitutis. *Nascitur in arboribus* (ait Cœl. Rhodig. *lib.* 18. *cap* 30. ex Strabon. *lib.* 12. *n.* 30. meminitque Caussin. d. lib. 9. *Symbol.* 8.) *mellis genus medicati. Eius virus haustum stupidos facit, externatque mentem : hoc genere indigenæ Heptacometæ tres Pompeij cohortes, à sensu alienatas conciderunt.* Sequebantur in apparentia mellis fallacem, insidiosam, lethiferam voluptatem, & in illa dulcedine interitu comite invenerunt *concupiscentiæ corruptionem* : equidem quousque defecit vita, perseveravit insania ; ita ut nescirent venenum bibere, debacchantes præ concupita dulcedine.

Senec. — *Descriptio perciti à Venere.* — Rhodig. — *Mel Heptacometarum.* 2. Petr. 1.

11 *Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ* : dicit Iobus. Nil mirum quod pereat, si inter viperas & aspides ambulat. *Caput aspidum sugunt, qui blandas voluptates aucupantur* : subdit hìc num. 26. Doctiss. Sanctius. Vividum profectò signum sectatorum voluptatum. *Dentes gingivis conduntur : impresso dentium repulsu virus fundit in morsus* : dicit Plin. *lib.* 11. cap. 37. ita insidiosè qui morsus percutitur ut vulnus nec vulneris instrumentum cognoscatur ; inventis in Venere cunctis dolis, qui inveniuntur in aspide : igitur latet vulnus, & duntaxàt per interitum cognoscitur. *Venenum aspidum est sub labijs* fœminarum, & insanabile dulcedine vulnerum : siquidem haud facilè sanatur, quod ut vulnus non cognoscitur. Somnum enim inducit aspis (Solin. *cap.* 30.) conditionemque sequitur venenum Veneris : etenim sine sensu ex stimulis conscientiæ, tot ictibus cauteriatæ, plerique requiescunt, placidè dormiunt, quin dolorem sentiant mortis, ut vehementiùs mortem sentiant. *In templo Veneris imago somnij & mortis* : ait Pausan. *cap.* 99. & 100. Primò provocant somnum, deinde mortem, quiqui in Veneris templo viderunt aspidem. *Venenum aspidum sub labijs.* Mala mens, suavissima verba, dulcedo in spiculis, suntque venena labris. Aspides Ptyades acrioris virulentiæ sunt (subdit idem *lib.* 28. *cap.* 26.) *quoniam venena in oculos hominum expuant.* Præsens virus utique, ut homo facilis caveat ab huiusmodi aspide : quandoquidem quod curiosè vel incuriosè videtur levis oculorum iactus, apparet lethale vulnus. Succinit Anacreòn, *Carm.* 16.

Iob 20. 16. — Plin. *Vulnus ab aspide non cognoscitur.* — *Somnum incutit.* — Pausan. — Plin. *Oculos fascinat.*

*Canto meas & ipse clades :*
*Me non perdidere agmina,*
*Aliud novum, sed agmen*
*Fœminæ infidens ocellis,*
*Et inde tela mittens.*

Anacr.

Alijs supersedemus, quippe acta non agimus. Adi Tomos priores. In remedium exponimus cum aspide Ichneumonis pugnam & victoriam. Ut illam superet, vestitur luto. Ita Aristotel. de Histor. *Animal.* 9. cap. 6. Ælian. 8. *cap.* 25. & Plin. 8. *cap.* 24. Eadem industriâ voluptatem facillimè vinceret homo : igitur nullius cordi adigeretur ab aspide vulnus, si fœminam respiceret in pulverem redigendus. Malùm, respicere : peius, vulnerari : sed ulteriùs, decipi, neque vulnere doloroso resipiscere : igitur forma percitus, apparentis illecebræ sequitur formam, & præceps usque in insaniam.

*Cogitatio de morte remedium luxuriæ.*

12 Dicit textus : *Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ.* Quippini dicit : *fugit*, sed *suget* ? Exprimit quò devenit insania Veneris, impulsu cupiditatis, & servitute rationis : dolus est, offendere aspidem cogitando pulcritudinem : furor, non arbitrari pulchritudinem horridam aspidem. Sugit, qui incautus aspidem non cognoscit. Suget, qui trahitur, & etiam aspidem videt ; expressis simul in utriusque formâ fragilitate & amentia : equidem qui fragilis cæcutivit & usque in insaniam furore pervenit ; præ mulcimine debacchans vel

*Quare quæ Venus capit, venena non horret.*

caput aspidum fuget. *Solicitus sit Monachus* (ait Magister N. Benedictus, cap. 7. *Regul. S.* grad. 1.) *circa cogitationes suas perversas*: equidem fuget aspidem, ni expulerit de venenis cogitationem. Veneno nutriuntur, & proficuum alimentum; sed cerebrum ob luxuriam exhaustum, quia virus fugunt cognoscentes venenum. Dolus patet, sed non displicet. Furor illis secundum similitudinem serpentis: equidem ni agitatione phrenitidis, nequaquam tanquàm dulcedinem, fugeret lethalem aspidem. *Voluptas nocet nimia*: dicit Stoicus d. *cap.* 13. Propter nimietatem, deliciæ absorbuerunt mentem: huius evacuatio, est illarum plenitudo: etenim quò magis propendeunt proclives in voluptatem, demonstrat cunctis intensiorem phrenesim; quippequàm ut mente moti, illusione phantasiæ, dum alij, & fugientes vident aspidem, illis videtur Numen retinere Venerem. At quid? Occurrit ingenium Nabis, in imagine uxoris; de quo diximus *Tautolog. 3. D. 2. n.* 14. Non est amplexus, sed plurium mucronum vulnus: igitur somniantes volatilem pulchritudinem, furenter quærunt per vulnera mortem.

S. Benedict.

Senec.

——*Vario ducunt in amore iuventam:*
*In vulnus nunquàm virtus, sed sæpe libido*
*Impelit, turpisque emitur vel morte voluptas:*
*Et nimium cecidisse malum est, sed crimine victum.*

Manil. 5. à v. 111.

13 Deliquit populus Israël, ut solebat, quia usquequaquè cæspitabat; *quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes.* Hebr. *Plurimi extincti sunt à serpentibus Seraphim.* Singularis lectio! Modò non de litera, sed de voce est expositio. Serarius in *Iosue*, 5. quæst. 45. inquit: *Addi tamen potest, dæmones adhuc Seraphim esse, modo illo quo igniti serpentes vocati sunt in Hebræo Seraphim: idque quia ij facto reque ipsa dæmonum figura & simulacrum erant verissimum.* Theatrum est fanaticorum præ furore debacchantium, se somniantium videre, nec videntium delirare, cerebro vacuo, ubi picta, imò ficta pulchritudo, quo iudicio ac præiudicio aliorum excitant risum, putridum signantes cranium: Seraphimque dicuntur serpentes, æstuantes flammà libidinis; ut eluceant luxurioси motà mente: igitur ni essent deliri, minimè arbitrarentur ut Seraphim, specie fœminæ nocentissimum draconem. Nostrates: *Prevarican, quando à un Dragon infernal, tienen por un Seraphin.* Quid sit, constat ex ustione: ignea tela diaboli: Seraphim dicuntur & dæmones & serpentes: modo quo igniti dracones, Seraphim dæmones. Per Seraphim summam pulchritudinem signamus: visum serpentem horremus: nectiturque utrumque in furiosa libidine; ut palàm sit, quàm in amore furiosi: igitur obijcitur oculis serpens urens vel dæmonium, quod extollitur totius pulchritudinis speculum. Diximus *Tautolog. 7. D. 4. n.* 7. Heliogabalum solere mittere per lusum in concursu Rom. populi (dum magis ferverent ludentium choreæ) virulentos serpentes, viperas, aspides, ut illi esset ex morsu lethali risus, quod alijs in Orcum morsus. Quod ille filius lasciviæ (siquidem se dicebat *gravatum voluptatis onere*, de quo in eo Ælius Lamprid.) operabatur risu (Vernaculè: *Por gustazo*) insolenti malitia, perficiebat Venus in eius prava ac depravata phantasia: equidem quam per risum ad illecebras exponebat, pulchritudo; morsu ac veneno ignitus patebat draco, serpens specie Seraphim, risus in mortem, virus fucatum venustatis delectabilis forma, in cratere risus non deridenda venena.

Draco placet, quasi Seraphim esset.

Lamprid.

*Inter ludentium gaudia, virulenta vulnera.*

*Offendam in nugis? Hæ nugæ seriad ucent*
*In mala, derisum semel, exceptumque sinistrè.*

Hor. *Art.* v. 451.

14 Visum itaque mel Veneris, toxicum pulchritudinis: restat pomum Amoris, colore vivido, speciosa formà; sed mala insana: etenim valido ictu, dulci esu vulneratur ratio. Hinc Veteres Venerem pingebant habentem in manu pomum, & pectus vulnere apertum. Adi Chartar. in eius *imagin.* fol. 343. Si pectus prudentiæ sedes, pomumque signum amoris: videtur in imagine, quid Venus agat in rationali corde: igitur simulatque degustantur poma, vulneratur vel in cautiore prudentia. Vid. Pier. Valer. *lib.* 54. *cap.* 2. 8. & 14. & quæ diximus *Tautolog.* 8. *D.* 5. *n.* 14. Nil mirum vulnus, dum traditur sagittiferæ pectus, & non dolet.

*Imago Veneris.*

*Lascivia vulneratur prudentia.*

Num. 21. 6.

Serar.

*Qui expectavit vulnera, vulnus habet.* Dicunturque furoris poma, serpente sensim insanià; quoniam nonnunquàm quæ cordis, apparent vulnera mentis. Intueamur ergo connexionem inter pomum & serpentem. Pomum primum dicitur Evæ, quippe ex eius esu aperta ianua luxuriæ. Fugit pudor, valuit color, astusque serpentis commendatione coloris. *Vidit igitur mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile; & tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro suo, qui comedit, & aperti sunt oculi amborum.* Totum embolium antiqui draconis translatum est in formam insidiatricem mulieris: igitur pomum non datum vi-

Ovid.

Genes. 3. 6.

*Et ingerit tur insania.*

viro, ut gustaret, sed ut gustato insaniret. Dicit Paulus: *Adam non est seductus: mulier autem seducta in prævaricatione fuit.* Adam non fuit seductus. Quomodò ergo seductus dicitur à PP. sine seductione? Adi Hieronym. 1. *contr. Iovinian.* Augustin. 14. *Civit.* cap. 17. & Anselm. hic. Adam non fuit seductus, quia cognovit seductionem, & fœminam ut serpentem: sed serpens magis seduxit, quia Adamus seduci voluit. Vidit lignum pulchrum, sed non bonum ad vescendum: aspectu delectabile, sed mortem cordi: cognovit, & comedit: poma mala insana sumpsit: in furorem illicet agitatus: & ita sine seductione gustato pomo seductus; ut iret præceps ac furens in voluptatem, quanvis ex illa cognovisset mortem. *Aperti sunt oculi amborum.* Voluptas ignis est. Strages non cognoscitur, quousque sopiatur. Vernaculè: *Hasta que se apague el fuego, no se conoce el estrago*: & illi cognoverunt se esse nudos, dum aperuerunt oculos; quia illa malaciâ ducta, ille percitus insaniâ (dum ad præteritum non daretur regressus, & curis æstuaret animus) cognovit quæ mala insana serpentis, & Adamus qualis fructus pulchritudinis. Quid enim vir accipere quibat à fœmina pulchra, nisi mala insana? Minimè in orbem illorum serperet virus; si antequàm aperirent, aperuissent oculos.

1. Tim. 2. 14.

*Cum furore ac cæcitate.*

*Cur igni confertur?*

15 *Deditque viro suo, qui comedit.* Orbis corruit, signaturque causa, ut in effectu non glisçat amentia. *Eva sine aspiratione apud Hebræos mulierem significat* (ait Epiphanius lib. 30. *contr. Heres.*) *cum aspiratione serpentem.* Idem asserit Tiraquell. *leg. Connub.* 9. n. 204. In signum univocationis mulier peperit serpentem. Consule Plin. *lib.* 7. cap. 3. videsisque plura curiosa apud Theophil. Bonet, in *Medicin. Septentr.* Ingeniosum documentum, ut à pectore eliminetur luxuriæ vitium, quo etiam qui captus, etsi victus, non sit servus: equidem cum veneno contrahit insaniam, qui aspirat in fœminam. Unde Tertullian. de *Habit. muliebr.* cap. 1. inquit: *Tu es diaboli ianua, tu es arboris illius resignatrix, tu es divinæ legis prima desertrix, tu es quæ eum suasisti, quem diabolus aggredi non valuit. Tu imaginem Dei, hominem, tam facilè elisisti: propter tuum meritum, idest mortem, etiam filius Dei mori habuit.* Historia est lepida apud Theobald. Anguilb. Tract. 4. *Mensæ Philosophic.* cap. 23. *Quidam* (ait) *propter malitiam uxoris suæ, cùm recederet de terra; ait uxor: Cui me commendatis? Ait ille: Diabolo te commendo. Cùm adulteri venerunt, diabolus illos terruit, & fugavit. Redeunte autem viro, illi dixit diabolus: Tene uxorem tuam: potiùs custodirem omnes porcos silvestres, quàm eam solam.* Ita fœminæ mala, & mala fœmina. Hinc cùm regnaret & amor & furor; in cuiusdam vulnerati pectus irrepsit dolor, dicentis & plorantis apud Æn. Silvium in *Epitaph.*

Epiphan.

*Fœtus fœminæ serpens.*

Tertull. *Mala ex fœmina.*

Theob. *Intolerabilis etiam diabolo luxuriosa.*

*Iam satis est lusum, potior mihi transsijt ætas.* Æn. Silv.

*Me scio delusum, si non correxero metas.*

## DIDASC. III.

### *Quos cœlum vulnerat, vulnerando sanat.*

1 NIhil *faustum* (ait Ptolomeus, lib. 1. de *Iudicijs*, cap. 12.) *illabi insciis sideribus: sidera autem influere mutuis aspectibus excitata.* Melius intelligitur de Angelis, Custodibus nostris, sideribus Empyrij, de cœlo descendente favore, à quibus, iam conservis, nostra fœlicitas, dum per illos alumni perpetim accipiunt gratias. Indicat Orpheus, *Hymn.* poster. in Iovem.

Ptolom.

*Favor, auxilium atque patrocinium Angelorum.*

*Tuo autem splendido solio astant*
*Laborioси Angeli; quibus curæ est,*
*Quomodò à mortalibus cuncta perficiuntur.*

Orph.

Quanta dignatio, & hominis celsitudo, quando dona custodiæ nobis eveniunt ambitioso Angelorum famulatu? *De excelso cœlorum habitaculo, ad consolandos, ad visitandos, ad adiuvandos nos* (inquit Bernard. serm. 1. de *Michael. num.* 4.) *attrahitur supereminens charitas Angelorum, propter Deum, propter nos, propter seipsos. Hinc* homo

Bernard. *Officia erga clientes.*

——*Usque ad sidera notus.* Virgil.

Angelus verò, ut retorqueamus Ethnicum, *eclog.* 5. à v. 43.

*Formosi pecoris custos, formosior ipse.*

Hac enim de causa inter Hebræos dicitur *Ir*, & ab Iride; pacis notâ, Divum internuncia, ac demum propter eximiam formam pulchritudinis; designatam in varietate delectabilis coloris.

*Cur dicta iris?*

*Qualis ab imbre solet percussus solibus arcus,*
*Rutilat, indutus velamina mille colorum.*

Ovid. *6. Metam.* Fab. 1. & 9. *Fab.* 10.

Etenim propter Deum deserviunt servitutis, insignes præsides, propter nos & propter se; ut per huiusmodi ministerium, constet propensio in protectionem hominum.

2 Signa prævia iudicij extremi erunt lapsus stellarum, atque commotio cœlestium virtutum. *Stellæ* (dicitur) *cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commovebuntur.* Ad influxus superiorum lationum, iuxta nonnullos, sermo torquetur: unde Iuvencus, *lib.* 4. *Evang. histor.* v. 153. accinit:

Matth. 24. 39.

Iuvenc.

*Ignivomæque ruent stellæ, cœlumque relinquent*
*Omnis item virtus cœli commota superni*
*Signa dabit.*

Ghrysostomus hìc, & plures apud Suar. quæst. 59. in 3. p. *D. Thom.* disput. 56. sect. 3. per Virtutes cœlorum, Angelos intelligunt. Angeli non commoventur, quippe alterari non possunt. Immutari non valent: quænam illos ita commovent? Extremum, ni fallor, iudicium proximum. Maius utique dubium. Quid iudicium extremum confirmatis in gratia, atque gaudentibus gloriâ, cùm semper videant faciem Patris, qui est in cœlis? Pathos est per affectus humani specimen, quo phrasis erga nos dicit Angelorum amorem. Orbe deficiente, cessabunt etiam Angelorum custodiæ. Haud mirarer, si homines essent, quòd perculsi ruerent, & commoti orbem quoque commoverent: etenim semper angor, licèt sint Angelicæ conditionis, si desinunt esse Præsides. Vide dicta *Tautolog.* 4. *D.* 3. Ergo in præsens institutum, ut ubi hominum viget ambitio, clareàt Custodum dilectio. In illo die quia iam in termino genus humanum, illorum suspendetur ministerium: commoventurque Angeli, quando deficiunt custodiæ; quoniam custodia in protectionem hominum totum Angelorum gaudium.

*Ambitiosus propter dignitatem commovebit orbem.*

*Custodia hominum Angelorum gaudium*

Ovid. 5. fast. vers. 135.

*Stant quoque pro nobis, & præsunt mœnibus urbis,*
*Et sunt præsentes, auxiliumque ferunt.*

Pædagogi sunt ut instruant, & alumnos custodiant. Pædagogi munus (ut sub hoc titulo dicit B. Clemens Alexandr. *lib.* 1. à cap. 9.) est dirigere, corripere & indulgere. Videndum brevi, quomodò clientem Custos dirigit, corripit, & indulget.

Clement. Alex.

3 Cùm cohæredes nos respiciant, maximoperè amant, instruentes in disciplina; ut sicut illi modò, pòst nos cum illis æterna donemur gloriâ. Hoc totum illorum propositum: ut in sedibus vacuis sit illorum gaudium plenum. *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis (qui in me credunt) dico enim vobis, quia Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei.* Multa occurrunt discutienda. Quorsum despectus menimè dirigendus in pusillos, quia custodes habent Angelos? Quorsùm *Qui in me credunt*, quasi alij non credentes, Angelos in custodiam non haberent? Utquid denique ad credentium custodiam; quòd custodes semper videant faciem Patris? Contemnitur facilè, cui nullum in defensionem munimen: & dum dicit pusillos, illorum denotat Angelos; quoniam debet incutere, ne despiciantur, formidinem, habere in vindictam Angelorum protectionem. Ipsi infirmi, sed custodes validi: qui quidem ægrè ferent uti Pædagogi iniuriam, quos ex Dei præcepto acceperunt in custodiam. Non dormiet, neque dormitabit qui custodit: igitur ut arceàt mala, prompta vigilia & custodia: sine quibus multa & acerba subirent, ni hyperaspistes in defensionem haberent. Succinit Melius Sousa, *Eclog.* lib. 6. à v. 16.

Matth. 18. 10.

*Et officium*

*Ne lupus insidias pecori molitus, ovile*
*Perderet, & sævus perfunderet ora cruore*
*Invalidi pecoris, nullo custode relicto,*
*Non dederant igitur vigilantia lumina somno.*

Sousa.

4 *Qui in me credunt*: subdit Hilarius *Canon.* 18. ex v. 6. Dum credentes designat, reprobos taxat; sed Angelorum exprimit amplitudinem dilectionis, ubi deficit fides: equidem cùm ex fide salus, & sine fide guttura pandat infernus; tantum custos habet amorem, ut exactè custodiat vel pereuntem. Debet homo depositum custodire fidei, ut rectè rationem reddat iudici, Angeli protectione. Mutua officia sunt pro commodo; ut serviat duntaxàt humero uno. Hinc in remedium cæcitatis, quorum illuminat fides. Raphaël medicamen explicat, sed iunior Tobias obtusis oculis applicat. Sæpe cliens Angelicam disciplinam odit, sermones internos retrorsùm ejicit; pessundans custodis consilium, ac tendens sine fide, plenus vitijs in infernum: unde Custodes estò habeànt dilectionem erga credentes parvulos, maiorem demonstrant erga obcæcatos reprobos; quoniam etsi fidem non habeant, vel acceptam non custodiant, custodias Angeli vigilantissimè observant. Qui non credit iam iudicatus est. En mirifica fides Angeli, sine indigni, ab illo dignati, fide; ut micet supereminens charitas, dum abundat usque in fastidium iniquitas: equidem ostendit contentiosè dulcem amorem, erga ingratum, pertinacem infidelem. *Observa eum & audi vocem eius, nec contemnendum putes*: dicit Dominus; quoniam si meta itineris terra viventium & promissionis, per viam te præcedet, diriget, custodiet, ac in locum præparatum introducet. Quæ constant Angelorum ministeria, clarent summæ charitatis officia. Non mirum, si obsequioso

Hilarius.

*Vel in pereuntes.*

Exod. 23. 21.

aman-

amanti respondetet amore: mirum vel in vehementia amoris, quòd sit fides sine fide, Angelo dirigente, & homine pertinaciter errante, consiliatore despecto, venundato sub peccato; quo elucet charitas, dum crescit maior improbitas: igitur ita in amore inflammatur, ut minimè contemnat, vel dum contemnitur. *Omnes sunt administratores spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capient salutis.* Mira dignatio, ut qui ministri Dei sint ministri clientum; & Dei Angeli, Angeli eorum. At qui hæreditatem non capiunt, non accipiunt? Habent, verùm quasi non haberent; in quo Angelorum maius officium, & maius obsequium: igitur exercent studiosiùs ministerium, verùm non referunt fructum.

Hebr. 1. 14.

Hebr.

5 Ulteriùs: *Nec contemnendum putes.* Hebr. *Ne eum in amaritudinem provoces.* Cùm puritas alumni intendatur ab Angelo, quodlibet clientis peccatum illi acerba amaritudo: tædet, utcunquè quod nobis nocet. Tristatur, dum trahimus, quo vexemur; nec digni amore inveniamur: etenim cùm peccatum à Dei amore removeat, & Angelus summè diligat; in amorem Numinis hominis prospicere obicem, provocat diligentem in acrem amaritudinem. Dum Deus offenditur, animus Angeli acerbissimè percutitur, maximè si ab illo videt offensam, quem habet in indeclinabilem custodiam. Hic amor dignus amore: homo peccando respondet ingratitudine, qua Angelus præ amore affligitur: puritasque animæ commendatur, ne Custos in amaritudinem provocetur; quippe indignum amicum enixè amantem, provocare in odiosam amaritudinem. Non cessat Angelus ab officio, quanvis præ crimine amaro sit animo; ut vincat officijs, cui grave servare tenorem legis. Despicitur, instat: abdicitur, lactat: illuditur, mulcet: proculcatur, allicit; ut convertantur ad cor, cuius fanaticè aberrat mens. Alius fastidiret, cùm tot officijs totam operam perderet; sed præ nimio amore nequaquàm desistit Custos, etsi amarè provocatus: quinimò dum delinquens criminibus ingerit amaritudinem, præbet quasi obsequio victus in protectione dulcedinem. Denique Angelum crediti clientis custodiæ piget; dum per crimina intuetur vanum finem, cuius gratia impium custodit; quippe quotidie tutelæ creditus, magis mancipatur diabolo, quasi qui Custos defunctus esset officio, verùm continuò fovet conceptum amorem, exprimens ex perditione obsequiorum flagrantiorem charitatem: igitur exactissimè in custodia perseverat; quanvis grave, quanvis pigeat.

*Etiam mancipatorum sub peccato studet officio.*

6 Intelligitur modò Propheta Evangelicus. *Angeli pacis* (ait) *amarè flebunt.* Etiam per Antropopathos accipiendum huiusmodi testimonium; quippe Angeli passionum expertes, ut minimè fluant lachrymis. Unde ergo in Angelis cogitatur affectus isthic ex mœstitia peregrinus, ut illis tribuatur impossibilis fletus? Ex voto frustrato, & evanido intuitu, rescissà societate, absque amicitiæ ullà reconciliatione. Totum custodis propositum, perducere clientem secum in cœlum (ut fruatur bonis, quem liberavit à malis) ubi in perpetuum felix gloria donatus, qui illius tutelà & vigilia sese vicit in laboribus. Pessimus datus in sortem (qui Angelum vitijs exacerbavit tutelarem) dissentiens consilijs, nec sapiens pœnis, perit omninò, amisso amante & amabilis socio. Quod damnato pœna, Custodi tristitia, præ æternis socij tormentis, effusis lachrymis: quandoquidem summus Angelis dolor, dum ab illis necessariò separantur, quos in gloriam vigilanter custodierunt. Præterea, Angeli pacis, ut hìc observat Hieronym. sunt Angeli boni, qui custoditis dicunt: Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: at miseria abeunt post peccata sua; quippequàm citò non profertur sententia, quasi non proferretur, quia distrahitur. Currunt Custodes in animarum siti, dum magis pretium suum perditi homines cogitaverunt repellere. Nolunt cognoscere quæ ad pacem sibi, dicta per Angelos pacis, sed quæ per dæmones, qui in tartara socios Angelorum trahunt: tuncque discussà causa, Angeli qui pacis flebunt; quoniam illis si possibilis fletus, proculdubiò quòd periret Custodibus commendatus. Dignum sanè fletu frustrari custodiam, dum Custodibus studium inferre in patriam.

Isai. 33. 7.

*Dolet Angelus de pereuntibus.*

7 Modò novissimo dubio. Quid ergo in exactam custodiam vigilis, quòd videat in cœlis vel non videat faciem Patris? Videbatur in promptum officium, expressius ac magis consonum; facies hominum videre, quorum sunt Angeli: *Angeli* (dicitur) *eorum.* Obsequij videtur species, ut ad oculum serviatur; dignati intendere in faciem, quippequàm etiam oculi habent vocem. Ovid. 1. *Amor.* Eleg. 4. v. 18.

Matth. 18.

*Respiciàs oculos mando vultumque loquacem.*

Ovid.

Nostrates: *Para la execucion prompta, mirarle à la cara.* Quare igitur ut inserviant Angeli hominibus socijs, intendunt in faciem Patris? Gloria est, Numinis faciem videre: & dum homines custodiunt, Numinis dicuntur videre faciem; quoniam gloria Angelorum

*Hominum tutela, Angelis gloria.*

rum cœlestium, ob amorem in genus, custodia hominum. Videtur facies eius, cui servire optatur: Deique ab Angelis videtur, quùm ab illis homo studiosè custoditur; igitur erga Deum Angelorum nulla gratiora servitia, quàm degentium in terra vigil custodia. Obsequuntur, cui gratum humanum genus, & cui in Empyrio præparatur locus. Homines quia Numen diligit, intra pupillam
Psal.30.21. oculorum custodit. *Abscondit in abscondito faciei suæ à conturbatione hominum.* Undè cùm ibi sint, erga quos Dominus apponit cor; elevant Angeli ad oculos Numinis oculos, ut ibi videant in cœlestia custodiendos. Est iuxta Scholasticos, in Angelis cognitio matutina & vespertina. Hæc in se, quæ quidem perfectionis naturaliter summæ; sed non ut illa ex splendore Verbi. Ibi perfectiore modo vident, quicquid in custodiam pertinet: quare cùm ibi videant cognoscentes perfectiùs suarum custodiarum munus; in hominum directionem faciem Numinis adspectant, ut vigilantiùs commendatos custodiant. Claret ex officio, quod etiam describitur ab Ethnico in *Pseudol.* Act.3.scen.2. à v.68.

——— *Nostra properes omnia:*
*Tùm ut oculos huius in oculis habeãs tuis:*
*Quoquó hic spectabit, eò tu spectato simul:*
*Si quò hìc gradietur, pariter progredimi-*
*nor.*
Plaut. *Manum si protollet, pariter proferto ma-*
*num.*
*Si iste ibit, ito: stabit, stato simul.*
*Si conquiniscit, conquiniscito simul.*

8 Quæstionem etiam dissolvit Gregor. Magnus, lib. 2. in *Iob*, cap. 2. *Quomodó enim* (inquit) *aut semper assistere, aut videre semper faciem Patris possunt; si ad ministerium exteriùs pro nostra salute mittuntur? Non enim sic à divina visione forás exeunt, ut internis contemplationis gaudijs*
Greg.Mag. *priventur:: Mittuntur igitur & assistunt; quia per hoc quod circunscripti* (per operationem) *sunt, exeunt: & per hoc quòd intùs quoque præsentes sunt, nunquàm recedunt. Faciem ergo Patris semper vident, & tamen ad nos veniunt; quia & ad nos spiritali præsentiâ foràs exeunt, & tamen ibi se, unde recesserant, per internam contemplationem servant.* Si quando ad nos descendunt, Numen aspiciunt; signum sanè perfectionis ministerij, quod in dignatos coram oculis Domini.

9 Delicabo extrema amoris in textu, qui PP. nobisque sæpe negotium facessivit. Angeli, qui ad nos mittuntur, semper vi-
1. Petr.1. 12. dent faciem Patris: Petrus dicit: *In quem desiderant Angeli prospicere.* Perperàm ergo desideratur, quod semper habetur: quomodò ergo spectare desiderant, quod spectant? Totum studium Angelorum in hominum tutelam, est custoditos dirigere, ducere ac perducere in gloriam, huius gaudent felicitate muneris; sed non homines, pro quorum gloria decertant: & quod habent videre desiderant; quippequàm dum illos in gloria vident, gloriam habent. Aptiùs promam. Aliquid ergo in gloria desideratur, ubi desideratur quod totum habetur. *Inventus est* (uti ait M. Senec. *Suasor.* 1.) *qui aliquid desideraret post omnia.* Haud aliter contigit Angelis Custodibus, qui consulunt vigilanter hominibus: equidrm cùm socios aveãnt in cœlo, quos direxerunt in mundo; intendunt Patris videndo faciem, faciem respicere, quia desiderant anxiè illos in gloria videre. Desiderant quod non habent excessivo amore in homines, ut impleãntur vacuæ sedes, ex quo illorum maximoperè gaudium: & videndo faciem Patris, etiam instat desiderium, ibique videre aviditate desiderant; ut ibi quos custodierunt ad gloriam, sempet inveniant. Denique: Patrem luminum vident, & simul videre avent. Quid desiderant videre? Gloriam habere sine mœrore, expressà nimietate charitatis, idiomate implicationis: faciemque Patris videntes, percupiunt videre faciem; quippe amarè flerent, si homines ibi non viderint. Dum sociorum optatam respiciunt felicitatem, exprimunt in gloria fructiferam directionem: & ut canit Prudent. in Symmach.v.1044. patet.

*Dum homines in gloria vident, gloriam custodiarum habent.*

Marc. Sen.

*Quales serventur ad usus.*

Prudent.

10 Quos nequeunt dirigere, solent plectere; sed pædagogi intuitu, ut emanet ex correptione correctio, & purificetur aurum, ac sit sine scoria argentum. Hinc sensus nostræ Tautologiæ pro commendatione Angelicæ disciplinæ. Si fuerint in Bethulicis à lege recessus; cœlum in pœnas *tradens tradet illos.* Sæpe pœna vulneris medicina: & ubi peccatoribus è cœlo infligitur pœna; non traduntur ut tradantur, sed ut curentur. *Medicus* (infit Senec. 1. de *Ira*, cap. 5.) *primò in levibus vitijs tentat, non multum ex quotidiana consuetudine inflectere; & cibus, potionibus, exercitationibus ordinem ponere, ac valetudinem tantùm mutatà vitæ dispositione firmare. Proximum est, ut modus proficiat: si modus & ordo non proficit; subducit aliqua & circuncidit. Si nec adhuc quidem respondet, interdicit cibis, & abstinentiâ corpus exonerat. Si frustrà molliora cesserunt, ferit venam, membrisque si ad-*

Iudith 5. 24.

*Afflictio à custodibus vulnerum pharmacũ.* Senec.

*hæ-*

*hærentia nocent, & morbum diffundunt, manus affert.* Eadem ferè eisdem verbis in curationibus spiritalibus obsérvare iubet S. Legislator N. Benedictus, *Regulæ Sanct.* cap. 28. Haud aliter nobiscum se gerit Custos, ubi aliqua prava affectione laborat animus: equidem cùm vexatio subministret intellectum; vexat Angelus, ut homo relinquat morbum, in cuius molestia homo sentit dolorem, sed invenit medicamen. Raphaëlem fuisse Custodem Tobiæ, nonnulli dixere apud Serar. in *cap. 3. quæst. 2.* poster. part. Cliens multis diebus laboraverat cæcitate, & Custos illum cupiebat reddere lumini, quia ad hoc de cœlo descendit: filiumque clientis fel piscis afferre iussit; ut applicatione fellis, cæcitas expelleretur ab oculis. *Lini super oculos eius ex felle isto piscis: scias enim, quoniam mox aperientur oculi eius, & videbit lumen cœli.* Ita factum: verùm inquirendum; quare ex felle collyrium? Mordicat fel ac oculos pungit: imò lachrymari facit. Vide plura in rem apud Plin. *lib.* 28. *cap.* 11. & 32. cap. 4. Ælian. 13. de *Histor. animal.* cap. 4. & apud Medicos, Celsum *lib.* 5. *cap.* 1. Rhasim lib. 9. *cap.* 27. Galen. de *Simplic. medic. facult.* lib. 10. cap. 12. ac Vallesi. de *Sacr. Philosop.* cap. 42. Diximus latè *Tautolog. præced.* à n. 5. Cur ergo Angelus præstans insigni pietate, erga cæcum alumnum utitur felle?

S.Bened.

*Unde animarum medici?*

Tob. 11. 8.

11 Quicquid operatur Raphaël pro corporis salute, perficit Custos in salutem animæ. Uteretur sane suaviore medicinâ, si sequeretur utilitas: suavitate facta cæcitas: hac errat homo, quin errores videat, quanvis usquequaquè offendat: felque mordens applicatur, ut cæcè offendens sanetur; quoniam ni per acrem urgentem amaritudinem, haud expellet ab oculis cæcitatem. *Lini super oculos eius ex felle.* Peccatum oculos claudit: ni dolor ex cæcitate pungat, cæcus offendet: felque duntaxàt Angelus ordinat, ut visum cæcus recipiat; quoniam haud cadet in diabolicos laqueos, si præ dolore cæcus aperuerit oculos. *Scias, quoniam mox aperientur oculi eius, & videbit lumen cœli.* Nesciunt homines, quomodò obex expellendus cæcitatis, in animarum vitijs. In acrimoniam oculorum, ex qua cæcitas, adhibetur quasi in lenimina suavitas; sed magis obscurantur, ut difficiliùs curentur, quia lumen cœli recedit, quò magis qui cæcus cadit. Oculos suos statuerunt declinare in terram, quo turpiùs contrahunt in offensionem aöràsiam. Haud opus, ut videant rectè, suavitate, sed dolore: felque pungens & dolores adhibentur, ut oculi ex caligine obtenebrati aperiantur; quippequàm lumen cœli non videbunt, si lumina versus cœlum non attollunt. Ex mordicante humore cæcitas Tobiæ genita est, uti placet Vallesio, loc. cit. *Convocata præ dolore fluxio est, & genita albugo, quæ hominem excæcavit.* Custos haud per contraria medicatur. Dolore enim expellendus est dolor, ut resipiat errans cor: & in præsens medicàmen applicatur aptè fel, & cum acrimonia fellis, quia cæco non medicina, ni ex dolore cæcitatis. Si suave collyrium, non esset medicamentum: cum morsu exprimitur dolor expressione lachrymarum: & non aliud nisi fel applicat Angelus, ubi homo offendit, quia cæcus, ut de cæcitate doleat, ac dolore oculos versus cœlum aperiat, demonstrans cordis incendium, ac in vexatione intuitum: equidem minimè ut correptione gravet, cœcum gravat; sed ut dolore pro sanitate fleat.

*Per illorum plagas sanatur hominum cæcitas.*

Vallesi.

*Ex illorum felle suavitas.*

12 Ex contextu elucet propositum Angeli mirificà curatione. *Lini* (ait) *super oculos eius felle isto. Isto?* Quippini alio? Totum fel, totum amarum: quare ergo hoccine fel duntaxàt in cæcitatem remedium? Quia tantummodò applicatio amaritudinis in remedium cæcitatis. Fel mortificat, & aliquando lumina excæcat. Dum ira acrimoniâ punit, mortificare duntaxàt intendit; quoniam cogitans dolore extinguere flammam, infert pœnam propter pœnam: propter cæcitatem gravat, nihil minùs ut cæcitatem expellat; quo cæcitas gravatur, quia animus correctionis correptione non habetur: *isto* que non alio felle curandus, qui iacet cæcus; ut constet amor Angeli ex ipsa illata in morsum amaritudine: igitur si sine felle sanatur, fel nequaquàm adhibetur: at si cruciamine est opus, ut videat, qui aberrat cæcus; non vexat Custos ut vexet, sed ut vexatione sanet. At hoc *Tautolog. seq. D.* 2. De Tiresia dicitur accepisse à Pallade virgam, qua veluti duce, vestigijs inoffensis graderetur cæcus; uti notat Politianus *Sylog.* 1. cap. 80 quod regerit in *Ambra*, succinens:

Ibid.

*Non vexat, ut vexet, sed ut sanet.*

*Quæ & ad quid Tiresiæ virga?*

*——Baculum dat deinde potentem*
*Tiresiæ magni, qui quondám Pallada nudam*
*Vidit, & hoc raptam pensavit munere lucem,*
*Suetus inoffensos baculo duce tendere gressus.*

Angel. Politian.

Aptetur commodius fabula, ut emineat quanta Custodis tutela. Cæcutit homo, dum ducitur inordinato appetitu; cæcusque manet (eò quod priùs oculis offenderit) nesciens

quò

quò luminis orbus vadat, quin in præcipitium corruat. Miseretur Angelus erroris, & adhuc homo vult progredi cum obice cæcitatis. Applicat Angelus virgam, ut obcæcatus in via plana ponat gressus. Ducere cupiebat suavitate, sed non valuit ut videret, directione. Flagris profectò est opus, ut expergiscatur obstinatus, quem cupiditas ducit, & frena protervè mordet: unde Angelus premit, vexat, vulnerat, mortificat, doloribusque sapiens medicus gravat; quippequàm cliens nullam reciperet in collyrio medellam, ni Custos arte in cæcitatem applicasset virgam. Exactoris ergo patet amor, dum correptione corrigitur error: eius constat dilectio, qui amore vulnerat, ubi vel vulnere sanat.

*Custos correptione corrigit.*

Mantuan. Eclog. 7. v. 36.

*Ab uno vulnus & opis.*

13 Qui ita severus, non despicit suos, excessu charitatis in errantes; quippe eius virga semper *virga directionis*: leonisque facies ostenditur, ut agnus in exitu cognoscatur. Estò evaginato gladio excessibus obstet, continuò indulget: quandoquidem si alumnum viderit humilem, recondit ensem. 1. *Paralip.* 21. à 16. *Observa eum, & audi vocem eius*: cuilibet nostrum dicitur. *Observa.* Maluend. *Cave*: igitur primò fragilitatem connivet, cæterùm malitiam plectit. Quare vocem eius audias, vel caveäs, ubi indulgentiâ pergliscit iniquitas: equidem dabis pœnas; & quia tutoris & fautoris proteris auctoritatem; & quia despicis præsentem. Cognovit figmentum nostrum, & quid fragilitati indulgendum: igitur ubi ex indultu lapsus, audaciores spiritus, apparet Angelus Domini persequens eos, sed minimè ut persequatur, sed ut pœnis medicetur: quandoquidem semper assistit ad latus, estò ab homine repulsus. Cum odium in inimicos sæpe viguerit, Salvator contrarium docet. *Ego autem dico vobis*: *Diligite inimicos vestros*: *benefacite his, qui oderunt vos*; *ut sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est.* Ideſt, Angeli, ut subdit quò suprà Gregorius. *Qui autem Dei filij* (ait) *nisi electi Angeli vocantur*? Propter sublimes actiones homines convertuntur in Angelos rationales, immutatâ conditione, sed excellente mensurâ hominis, quæ est Angeli. Cur igitur dum inimicus diligitur, Angelis homo confertur? Quippe inimicus diligitur; & amor protervia intercedente rebellium, est officium Angelorum. In huiusmodi amore cordis aversi malitia rependitur gratiâ: dum pravus exprimit odium, respondet pravitati beneficium: ubi pectus provocat malignè in amaritudinem, exhibet charitas ampli favoris dulcedinem. Cognoscit inimicus, & renuit gratiam, quia cognoscit, & obligari nescit; ostendens summæ ingratitudinis signum, quod quidem, collatum respuere donum. Ubi amplior munificentia, superat pervicacia. Ubi maior pietas & observantia in fautore, aversio maior in pectore. Nequit vinci beneficijs, qui viam protervè sequitur pravitatis: despiciens ad lubitum & amicum & beneficum; cui magis consulitur, ubi magis protectorem aversatur, quin recedat gratia & assistentia, etsi interfint & demerita & odia. Non solùm per charitatem & Dei præceptum inimicum diligit, sed & benefacit; quin recordetur iniuriæ in profusionem immeritæ gratiæ, an valeät obsequijs aversionem vincere: hominesque ex huiusmodi mirabili operatione, vocantur Angeli, quippe Custodes videntes alumnos propter directionem aversos (in via pravitatis aberrantes, ac in tartara studiosè præcipites) haud relinquunt gratiam, custodiam & assistentiam, quantumvis usquequaquè accipiant à dignatis iniuriam. De illis egregiè meritus Custos, sed ingratius vile pectus; quod nequaquàm donis flectitur, quanvis gratiæ cognoscantur: at cùm à Deo præcepta custodia, & ab amore, clientum etiam ingratorum, munificentia; maior vigilia in custodiam apponitur, dum liberiore audacia magis offenditur. Vernaculè: *A mayor y continuado agravio, mayor desvelo.* Astruit fœmina Thecuitis: *Sicut Angelus Domini, sic est Dominus meus Rex.* Unde David modò confertur Angelo? Est apta similitudo. Favit filium estò ingratum, revocavit aversum, muneravit inimicum: & David cùm esset homo, tunc Angelicæ conditionis claruit imago; quippequàm Custos assistentiâ, auxilio, atque gratijs inimico favet, qui actuäliter & auctoritatem proterit, & audacissimè offendit. Hic noster furor, hinc illorum amor, atque Deitatis beneficium: igitur magnum & excelsum, dare custodem in afflictorum solatium.

Exod. ubi supr. Maluend.

*Semper ad latus, estò ab homine repulsus.*

Matth. 5. 45

Greg. Mag.

*Homo Angelus ex favore in inimicos.*

*Angelus magis vigil, ut despectus à cliente.*

2. Reg. 14. 17.

14 Quanta angustia Christo passioni proximo! Cogitationes futurorum gravitate acerbitatis coarctarunt animum, & sumpsit in prementium cogitationum levamen, ad Patrem præcipientem orationem. *Factus in agonia prolixius orabat*, quæ ita affixit animam, ut sudor eius esset sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Ita afflictum pro humano genere cor. *De angustia & de iudicio sublatus est.* At quomodò? Descendente ad illum Angelo: *Apparuit illi Angelus de Cœlo, confortans eum.* Sat ut fatiscerat afflictio, quòd descenderet solatium,

Isai. 53. 8.

Luc. 22. 43.

*Præsentia Custodis solatium miseris.*

tium de cœlo: at ubi summè cor premitur, Angelus de cœlo mittitur; ut acerbitas eius solamine sublevetur: etenim nullum maius solatium in afflictione hominum; quàm habere in pressura presentem Angelum.

Senec. *Trado tibi hominem: huic adijcio cæcitatem* (inquit Stoicus, *epist. 92.*) *non fit miser. Adijcio debilitatem: non fit miser. Adijcio dolores continuos & graves: non fit miser. Non patitur illum ad imum devolvi: retinet in summo.* Stoicè loquitur: practicè experimur in Angelica virtute. Quo pacto in summa miseria, miseria nulla? Ex Angelica custodia. In ignem homo conijcitur: non fit miser: excutit Angelus ignem, & facit medium fornacis, quasi ventum roris flantem. Inter catenas iacet miser homo? Non est miser: si aderit Angelus, cadent catenæ de manibus eius. Non patitur illum ad imum devolvi: in summo semper tenet; quia in imo ad summa custodit: summèque placet, si solus descendit è culmine Olympi; solum illuc non reverti.

Tob. 12. *Quæ illius officia?* *Quam mercedem dabimus ei? Aut quid dignum poterit esse beneficijs eius? Me duxit & reduxit sanum* (dicit filius Tobiæ) *dæmonium ipse compescuit: meipsum á devoratione piscis eripuit, te videre fecit lumen cœli: quid illi ad hæc poterimus dignum dare?* Facilis exitus: sequi, ut perducat, qui duxit liberum per anfractus; ne unde exivit, revertatur solus.

Novarin. *Dignè Angelos colit* (infit Novarinus, *Umbr. Virgin.* cap.23. n.954.) *qui sub Angelica custodia Angelus evadit.* Petit (ut ait Drexelius in *Horolog. tutelar. Angel.*) tanquàm pro munere à cliente, *vitam, vota, facta*: igitur docet vivere optare, ac iuxta vitam atque vota mori. Omnes sunt administratores spiritus, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Hinc tutelares:

Ovid. 5. Fast. v. 137. *Causa tamen positi fuerat cognominis illis,*
*Quod præstant oculis omnia tuta suis.*

## DIDASC. IV.

## *Venerem fugabis, si Venerem fuges.*

Menand. 1 *Miserum est nescire, sine periculo vivere*: dixit Menander in *Ity*, quippe nescienti contigit periculo mori. Unde periculi effugium, est cognoscere periculum.

M. Senec. *Hæc arma nescis tenere*: ait Marc. Seneca, *Controvers.* 2. Cum periculi scientia caperetur fuga, simulque libertas; ne sensim reperet in servitutem captivitas: igitur quia abiecta protectionis invincibilis arma, inter vincula gravia non datur fuga. Lucretius, qui non cavit, monet, 4. de *Rer. natur.* à v. 1140.

*Occasio in lubricis præceps.*

*Prendere, quæ possis oculorum lumine aperto,*
*Innumerabilia; ut meliùs vigilare sit antè.*
*Nam vitare plagas in amore, ne laciamur,*
*Non ita difficile est, quàm captum retibus ipsis*
*Exire, & validos Veneris perrumpere nodos.*

Lucret.

Etenim cum non armis, sed insidijs agatur, cognitus dolor & dolus, blandimine non cognoscitur. *Tradens tradet illos* peccatum, dicit Tautologiæ testimonium. Aliter blanditiæ Veneris inter vincula occasionis. Dolor ac dolus fugiendi, ne dolus instet, subsitque dolori: perperàm qui quærit, fugit; quin possit iurè queri de quo dolet: quoniam ubi cautè non removetur occasio; in dolores dolens traditur à semetipso.

Iudith. 5. 24.

*Sacer est ignis, nimiùmque potens:*
*Credite læsis.*

Senec. in Hyppol. v. 329.

2 Insigne in cautionem discriminis hieroglyphicum, ac in fugam blandiminum voluptatis documentum, obijcit Hermann. Hugo, *lib. 3. suspir.* 11. pingens Sponsam super cervum equitem, atque fugâ in tutiora properantem. Epigraphe siccine:

Herm. Hug. *Celestes animus sitis insatiabilis undas,*
*Cervus ut irrigui fontis anhelat aquas.*

*Scutum fuga adversus Veneris tela.*

Perpropriè igitur, ut sponsa caveat, & tutamina quærat: equidem alexipharmacum in Veneris tela, non aliud promptius nisi Veneris fuga; & in cervo, ne in lapsum urgeat occasio: equidem si cervus in fugam cursu velociot; pro salute servanda fuga pernicior.

Psalm. 41. 2. *Quemadmodùm desiderat cervus ad fontes aquarum*: dicit David. Ceciderat: nil mirum, si vulneri pharmaca quærat. Quid quòd sitibundus, ubi refertus serpentibus? Haud curreret, si cucurrisset: equidem si per moram virulentiâ serpentium vulneratur; ante vulnus modò fugeret, nequaquàm vulneraretur. Succinit idem ibid.

*Sæpe venenifero pastus serpente medullas.*
*Cervus agit totis hausta venena fibris.*

Idem. *Et modò combibitum populatur pectora virus.*
*Ardet & in tacito noxia flamma sinu.*
*Haud aliter scelerum mihi mens temerata veneno,*
*Et tua quæ iaculas tela, venena, Venus.*

David quærit vulnerati cervi solicitum animum;

tum: Sponsa sine vulnere cursum. Hæc ne dolorem habeat: ille ut expellat. David inquirit adinstar cervi remedium, sponsa verò theriacum. Remedium ille, ut saluti restituatur: alexipharmacum Sponsa, ne fuga vulneraretur.

*——Quisquis in primo obstitit*
*Repulitque amorem, tutus ac victor fuit;*
Senec. d. v. 131. *Qui blandiendo dulce nutrivit malum,*
*Serò recusat ferre, quod subijt, iugum.*

3 Causam prodit Iustin. *Histor.* lib. 41. *Sæpe fugam simulant* (inquit de Parthis) *ut incautiores adversum vulnera insequentes habeant. Nec pugnare diù possunt. Plerunque in ipso ardore certaminis prælia deserunt, ac paulò pòst pugnam ex fuga repetunt: ut cùm maximè vicisse te putes, tunc tibi discrimen subeundum sit.* Haud aliter Venus cavenda, quippe semper insidiosa, cogitans dolum, ubi latet in fuga maius periculum. Hinc in rosa spinis vallata Veneris symbolum, ne vulneretur sentibus pectus incautum: quandoquidem etiam ubi spina removetur, manus removensis pungitur. Hinc in astum Veneris, iacula & arcum Cupidinis pingunt, cum lemmate: *Fracta magis feriunt.* Adi Petram Sanct. 8. *Symbol.* cap. 4. Fracta non feriunt; ut feriant, fracta finguntur: equidem cùm insidijs valeat, & occasione illecebrarum vincat; maius periculum fractis iaculis instruitur, ubi nullum iudicatur. Prævaricatus est Achan in anathemate Iericho. Vidit *inter spolia pallium coccineum, ducentos siclos argenti regulamque auream & concupiscens* abstulit & abscondit. Pretiosa ergo monilia, de quibus in *Ephemer.* 28. *Mart.* n. 2. Hæc fuisse ornamenta idoli, propugnatoris Iericho; dicit Massius hic, & Villalp. in *Appar. Urb. & templ.* p. 2. cap. 23. quæ quidem omnia *pedes Achan offenderant, sed surripuit*: infit. Idolum cordis dici solet fœmina pulchra, cuius venustatem commendant pretiositate ornamenta: & dum idoli ornamenta surripiuntur, pedes calcantis offendunt; quoniam pulchritudinis idolum semper in lapsum. *Pedes offenderant.* Necdùm lumina viderant: equidem pœniteret philtro allectum pulchritudinis, quod ita fœdè conculcassent pedes. Offensio pedum indicat vel obicem in progressum, vel cordis odium: pedem super illa posuit indicans aversionem: pòst surripuit, designans voluptatem, expresso periculo, etiam conculcato idolo: etenim sibi ex concupiscentia sumpsit, quod pridem pedibus, ne noceret, proculcavit. *Concupiscens abstuli.* Actio secuta concupiscentiam, ut Veneris insidiosè exprimeret efficaciam: quandoquidem ab idolo conculcato illectus, & pulchritudine victus, inter votum & factum nullum invenit discrimen, propter venustatis obviæ occurrentem occasionem. Conculcavit, sed quasi erigeret, ostentà fragilitate, vel proculcatà Venere: igitur in occasione ferient usque in præcordia flammivoma tela, quæ ita feriunt proculcata. Fracta magis feriunt, si flammam corda concipiunt, sumptà occasione ex virtutis præstantia, ut securior sit in periculo ruina, ignorantis insidias, sed tendentis in illecebras: etenim cùm voluptas struat dolos, deauret laqueos in venatum, exponens concupiscentiæ, ut pessundet idolum, secura profectò Veneris præda, sub pulchra specie conculcandi idola.

4 Iam alij deiecerant illam elaboratam thelesmatice imaginem, ut gladio insigni ad os custodiret urbem. Non tantum malum Achanum maneret, si iacentem sugeret; quàm offenderet: placuit conculcare propter odium, quin prævideret periculum; cùm illi expediret non manere, sed ut alijs, præterire. Noluit, & offendit ignotà fragilitate, & Veneris occasione, qua exæstuat pectus, quia invalida virtus. Unde nescius coniugium inter voluptatis flammam & flammæ concupiscentiam; idolum quod religionis zelus ex altari deiecit ac prostravit, obvià occasione sibi abstulit & erexit. Linguam, seu regulam quam in illo invenit auream, asserit Villalp. fuisse ficam. Hæc sunt monilia Veneris in altari cordis, ut homo cum pignoribus sit impos mentis: igitur ita illecebris cæcus, & libidine captus, quòd gaudens inveniſse Veneris formam, ignoret in mortem secum deducere ficam. In exitu Acham expertus, quanti cupienti voluptatis dolus, dum ornatus imaginis abstulit, & ne cunctis noceret, sepeliret; quia vel sepulta eos ledunt qui concupiscunt: caditque miser; ut constet per vulneratum cadaver, non nisi in acerbitatem mortis, per occasionem etiam instrumenta voluptatis. Confessus ergo crimen, Acham ducitur in mortem; ut iudex priùs curet de anima, quàm de transgressoris pœna: tuncque *Iosue tollens Acham, argentumque & pallium & auream regulam:: & cuncta quæ illius erant, igne consumpta sunt: congregaveruntque super eum acervum magnum lapidum.* Furem Iosue lapidavit, sed ornatus imaginis flammà consumpsit.

*Compescuit ignibus ignes.*

Quare cum Achano non sepeliuntur, sed igne evanescunt? Altè meditatum in carnis lubricitatis exemplum: igitur si sat non pœna

in

*Fiducia eius occasione vana.*

*Veneris munera mortis instrumenta.*

*Intuitus iudicis in sententijs.*

A v. 24.

Ovid. 4. *Trist.* 3. v. 65.

Iustin.

*Venus semper insidiosa.*

Iosue 7. 21.

Mass.

*Eius cultus semper obex*

*Eius iacula feriunt etiam contrita.*

in resipiscentiam, & Veneris fugam; saltem qui in voluptatem omnem lapidem movent, non aliud nisi cadaver in dolorem invenirent. Cætera ignis fuere cibus, ne labasceret fragilis animus. Si sepelirentur, & non flamma studio addicta consumeret, species cultus idoli in perniciem remaneret: & in cuncta ornamenta grassatur ignis; ut tanti mali nec esset species: equidem etiam quæ sepulta, noxia; si per occasionem lubricè fuerint inventa:

*Stipendium Veneris mors.*

Claud. 2. in Eutr. v. 52. *Et ruit in vetitum damni secura libido.*

5 Periculum, vel Theseus prævidit, qui Veneris etiam imaginem repulit. *Est apud Delior Venus. Crediderim signum hoc* (ait Pausan. *cap.* 314.) *à Dædalo Ariadnam accepisse, secumque illud abeuntem cum Theseo asportasse. Theseum certè Delij tradunt, Ariadnæ ademptum, Apollini dedicasse; ne scilicèt sibi, si illud retinuisset, Ariadnæ desiderium commoveret, atque ita ex ea recordatione novis amoris aculeis ureretur.* Ethnici hoc faciunt, quia voluptatum nocet pectori vel signum. Veneris signum erat; reliquitque signum, postquàm Ariadnam reliquerat; ut plenè liberaretur à iaculis, quæ vibrare assuescunt otiosæ cogitationes: equidem tolerabit novis aculeis cupiditatis gravamen; quisquis neglexerit fatuè, in despectu simulachri, eliminare occasionem.

Pausan.

*Eius signa è memoria rejicienda.*

*At fugitare decet simulachra, & pabula amoris*
*Abstergere sibi, atque alio convertere mentem.*

Lucret. d. v. 1060.

Pungit memoriam imago, & redardescit libido: pulsàque apponit medicamen imaginis oblivionem; ut pateſcat ex memoria quantum occasione malum, dum fascinat libidinis etiam signum. Avertit ab oculis, ne incresceret flamma pectoris: quandoquidem imagine per memoriam redit furor,

*Et quæ deciderant tela, resumit amor.*

Ovid. 2. Remed. v. 216. Hinc Ambrosius 1. de *Pœnitentia*, cap. 14. *Libido* (inquit) *gravis ignis est: & ideo non debemus illi dare alimenta luxuriæ*: nullumque maius alimentum, quam in imagine species illecebrarum: etenim inclinatione in oppositum conversâ, redit statim occasione flamma.

Ambros.

6 Accidit in huiusmodi igne humanis animis, quod cum igne sacro Hebræis. Ex animæ captivitate, urgente dolore ignis Veneris sopitur, & in aquam fomite deficiente convertitur. Unde quærentes ignis antiqui in combustionem formam, minimè inveniunt ignem, sed aquam crassam, cui innata conditioni proprietas, non exæstuatio, sed frigiditas.

*Frigida de fonte tota cadebat aqua.*

Propert. 2. eleg. 22. v. 12.

In igne, qui modò aqua & frigida spes poterit esse flammæ? Utique, appositò fomite. *Sacrificia quæ imposita erant, iussit Nehemias aspergi ipsa aquâ, & ligna quæ erant superposita:. accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur.* Quia defecerunt ligna, quasi sopita flamma, & in contrarium conversa. Sed quid ex tanta conversione & in contrarium? Inextinguibile incendium, quod constat per exterminium: equidem vel mortuæ creverunt vires, per fomitem occasionis. De igne aqua accenso, diximus *Tautolog. præced.* n. 21. Aqua igni libidinis sulfur. Qualis siccine ignis, cui aqua in vires sumendas fomes? Ita Troia fragile pectus; igitur occasione in illo accensus est ignis magnus.

2. Mach. 1. à 21.

*Vis summa in sopito igne, fomite occasione.*

*Sic nisi vitaris, quidquid revocabit amorem,*
*Flamma redardescet, quæ modò nulla fuit.*

Ovid. d. v. 337.

*Hic opus est armis, hìc ò fortissime pugna.*

At fuga sunt arma, ut arripiatur victoria. *Fuge & fugabis*: inquit Novarin. *Umbr. Virgin.* Excurs. 91. n. 824. equidem ubi occasio, non est credenda conversio; quippe lapsus vel relapsus valdè facilis sub velamine virtutis.

Novar.

7 Ne sub specie religionis populus caderet, spolia Deus ex idolis inhibuit. *Sculptilia eorum igne combures. Non concupisces argentum & aurum, de quibus facta sunt, neque assumes ex eis tibi quicquam ne offendas. Nec inferas quippiam ex idolo in domum tuam.* Non sat idolorum contritio, ut etiam addatur in oblivionem combustio? Non sat: In combustione videtur duntaxàt pulvis ex adoratione cordis; ut videatur in sepulchro, cui cordis sacra adoratio: etenim nulla ex imagine memoria, ubi imago deformata. In comminutione simulacri materia perseverat: simulacraque lex comburere denunciat; quippe ne redeat amoris forma, etiam removenda adorationis materia. Adinstar vitri conteritur dilecta imago, formæ conculcato idolo, in cuius contritione periculum, quoniam in amorem sæpe convertitur odium: sculptiliumque fractio aptè vitro comparatur; quia sæpe sauciat frangentem, dum comminuitur. Igne ergo sculptilia comburenda, ne Israëlitis servata fierent scandala: servabatur aurum & argentum idolorum in Sanctuarium, ut religioni serviret, quod veram religionem contaminavit: inhibeturque quicquid ex illis, pretiosum estò, introduci domum; ne specie religionis introduceretur damnum. Patuit in militibus Machabæi, huiusmodi specie multati morte, dum alij commilitones à periculo liberi. Ferè

Deuter. 7. à 25.

*Removenda materia, ne concipiatur flamma.*

*Veneris imago cur confertur vitro?*

imbelles inimici occiderant, quia secum mortem ferebant. *Invenerunt sub tunicis interfectorum de donaris idolorum. Omnibus ergo manifestum est, ob hanc causam eos corruisse.* Videbatur auri idolorum surreptio, ut deserviret Sanctuario, cuius erat prohibitio; ne delinquerent, assumpto virtutis velo: articulusque dixit astum deceptionis, auro idolorum invento in illorum tunicis; igitur zeli velamine sculptilia comminuerunt, sed licèt comminuta, idola sibi servarunt. Quid mirum, quòd soli caderent, cùm pridem concupiscentia corruissent? Offendicula ferebant, dum secum materiam adorationis portabant: igitur illis videbatur portare aurum, & in auro ad lapsum secum portabant idolum; quoniam per religionis exterioris speciem, in domum introducebant pravi cultus occasionem.

2. Machab. 12. 40.

*Virus sub velamine virtutis.*

8 *Ne inferas quippiam ex idolo in domum tuam.* Ex minimo maximus ignis erit. Iam enim conversio eius in frigiditatem facta; sed occasio fragilitati ex quolibet obvia: nec quicquam ex idolo admittitur, ne qui possederit improvisè moriatur: equidem ut excitet adorationis flammam, sufficit in corde quicquam. Ideo dicitur ab Ezechiele: *Si oculos suos non levaverit ad idola.* Quanta erit effigies idoli occasio, si nocet visio? Vide dicta *Tom. 3. T. 8. D. 5. à 8.* At nota, non dici absolutè *Idola*, sed *Idola domus Israël.* Indicatur maius in idola periculum, dum occasioni ministratur pietatis venerabile velum. In Bethel, ubi domus Dei, de quo alibi, unum ex simulacris collocavit Ieroboam: & licèt cuncta idola prohibita, Israëlitici regni tantùm signantur idola; ne caderet incautè, qui Deum studebat colere: etenim ibi inveniebant lubricam occasionem simulacri adorationis, specimine pietatis. Occurrit in horum erectore intuitus pravus, quo in inferna demergitur humanum genus. Dixit enim Ieroboam in corde suo: *Nunc revertetur regnum ad domum David, si ascenderit populus ut faciat sacrificia in domo Domini: & excogitato consilio, fecit duos vitulos aureos, posuitque unum in Bethel, & alterum in Dan.* Cognovit scandalum, verùm pertulit propositum. Fecit Deus miracula, sed non deiecit, quæ elevaverat idola: & cum cognitione scandali? Et etiam adversùs miraculo interveniente? Aliter privabatur auctoramine. Usquequaquè usuvenit huiusmodi cæcitatis præcipitium, dum intervenit propter idola fœminarum scandalum. Pungit pravitas, sed quid inter homines, si removetur iniquitas? Quid dicent, si proculcatum pulchritudinis idolum, in aram cordis erectum? Videbitur honoris decus, proiici huiusmodi pondus. Primum honor, estò furor. In hominibus titivillitij, iustum, quòd tradantur huiusmodi imagines oblivioni. In illustrioribus, quæ dedecoris, lenocinia vanitatis: & permansura idola, si cœlo misceatur terra; quippe quòd alijs scandalum, liberiori auctoramentum, quin vel miraculis removeatur pravitas, quia mundi legibus iudicatur auctoritas: & quamvis cœlum ruat, conscientia premat, animaque barathri præcipitetur in ignem; peccati occasio subsistet duntaxàt per vanitatem. Nostrates: *Por vanidad el empeño se ha de tener en pie, sustentando la ocasion, que concilia auctoridad: y aunque haya escandalo, què ha de hacer un hombre honrado, y de punto?* Iò triumphe! Propter honorem vanissimi nominis, discet auctoratus in igne; quid sit propter idolum, maiestatem proterere legis, ac honorem divinæ venerandæ maiestatis. In rem ergo: alijs consilijs quibat, maximè assumptus à Domino, Ieroboam, remotum habere principatum à domo David: quare igitur cogitat & erigit vitulos, ut in domo sua perseveret principatus? Malum profectò cogitamen, cæterùm efficax in prævaricationem: etenim nunquàm promptior ad idola occasio optata peccati, quam religionis specie.

*Nocet in ictu oculi.*

Ezech. 18. 6.

*Ubi mundi æstimatur auctoritas, neque miraculis dimittitur pravitas.*

*Religionis specie fomes peccati.*

9 Si in huiusmodi vitulis aureis abijciuntur blandimina Veneris; quomodò virtus unico modo pariat continuò victorias, docet Tobias. *Cùm irent omnes ad vitulos aureos, hic solus fugiebat.* En victoria: nullo modo persistentia, sed fuga; quia non vincitur armis, ni sint timoris: illeque solus vicit, quia solus idola fugit. Accinit Achill. Bocch. Symbol. 70.

Tob. 1. 5.

*Arma timidi valida Veneri.*

——— *Nec resistens*
*Impressionem sustineat gradu:*
*Plerumque talem res habet exitum;*
*Ut prælio decedat ipsa*
*Pars melior, sibimetque tutum*
*Quærat salutis præsidium fuga.*

Achil. Bocch.

Imago Nemesis innuit, quantum in victoriam fuga pugnæ in pugna valet. *Una manu frenum, alterà mensuram cubiti tenentem effinxerunt* (ait Vincent. Chartar. in *Fortun.* à fol. 307.) *Huic simulacro corona capiti appositа erat, qua & cervi & Victoriæ parva signa continebantur. Neque hoc Nemesis simulacrum alas habebat, sed posteà apud Smyrnæos simulacra alata fuerunt; & ipsi Nemesi alæ additæ, veluti Cupidini, quia huius Deæ Numen in ijs potissimùm apparere autumant, qui amore capti sunt.* Cuncta sumpta ex Pausan. *cap.* 32. Mensura ac fre-

Imago Nemesis.

Chartar.

frenum insignia sunt Nemesis contra potentiam Cupidinis: etenim sine Nemesi ex prava concupiscentia sunt vota sine mensura: & ubi occurrit in præcipitium occasio, invenitur potentia Cupidinis sine freno. Huius potentia sunt

*Fomites libidinis.*

Delr. *Otia, segnities, somnus; caro, fœmina, vinum;*
*Prosperitas, ludus; carmina, forma, puer.*

Mensura verò ac frenum

Drexel. *Lectio, flagra, preces, confessio, lympha, labores,*

*Frena.* *Portarum excubiæ, Christi præsentia, pœnæ.*

Adisis Ierem. Drexelium in *Niceta*, p. 2. à *cap.*8. Prævalebat pridem & cum freno & mensura in manu Nemesis Cupidinis furor; quia non habebat alas Nemesis, nec Amor: igitur hic persistebat, nec illa avolabat, resistens in infelicem exitum & vitæ incommodum; quoniam Cupido mensuram calcans, excutiebat frenum. Aliquid in triumphum cogitatum à Nemese, ne cederet, uti solebat Amori, quia in occasione prævalebat voluptas; & sumpsit alas. Parta est victoria fugà: & sine ullo, conseruit procul vulnere certamen; quippe perniciter fugit certaminis occasionem. In ipsa fabula notatur victoriæ modus, & certaminis effectus. Dum alas Nemesis habuit, etiam Cupido voluptatis assumpsit: etenim si alæ in velociorem cursum, pennis ab utroque sumptis, cessavit prælium; quoniam simulatque Nemesis volatu fugit, Cupido alatus festinanter avolavit. De Cantharidis dicit Plin. 11. *cap.*35.

*Victoria ex eius fuga.*

Plin. *Venenum hoc remedia secum habet: alæ medentur.* Hinc alatus Cupido, ut alæ cognoscantur pro remedio: igitur si in venenum ala & ala, vulnerum alexipharmacum in cupita, fuga & fuga. Hinc cervi ac in corona signa victoriæ; quia ut victoriam virtus consequatur, adinstar cervi fuga pro pugna capietur. Doctè quidem quidam apud Anton. à Matre-Dei in *Prælud. Isagog.* 3. Dub.5. Excurs.1. sect.5. dixit, & periculum monuit:

A Matr. *Quid facies, facies Veneris si veneris ante?*
*Non sedeas, sed eas: ne pereas, per eas.*

Siccine cœlestia amantes haud cadent: assument pennas ut aquilæ: volabunt & non deficient: equidem qui non volat, maximè strage visà, pernix descendit in tartara.

10 Diximus *Didasc.*2. n. 7. ex Philone Biblio in seditione Core terram versus inferos apertam esse, & mox in pristinum statum coäluisse. Cum patre fuisse filios Core, constat testimonio sacræ Scripturæ. Unde dicitur: *Factum est grande miraculum, ut Core pereunte, filij eius non perirent.* Philo verò ait: *Misit Core convocare septem filios suos, & non ascenderunt ad eum: & aperta est terra coram ipsis: & miserunt ad eum filij eius, dicentes: Si adhuc instat furor tuus, quis te adiuvabit in die perditionis? Et non audivit eos, & aperuit terra os suum, & deglutivit eos.* Cum patre erant. Sanè perirent, si inibi permanerent: salvique facti, patre in seditione pereunte; quia recesserunt quantocyus ab occasione peccati. In patris tabernaculo fovebatur crimen, & etiam ignis in futurum cruciamen. Vocabat patris auctoritas, revocabat Dei maiestas: huius adhæsit animus & fugerunt longiùs, immunes periculo, quorum affectum Deus comprobavit miraculo: equidem fugerunt ex inferno flammam urentem; quia deseruerunt statim & locum & occasionem. Nescientes periculum, propugnabant patris propositum. Aperta est, ut pœnas lueret, fastidita terra; ac consilio mutato à filijs concepta fuga: etenim fugerunt flammam, quia resipuerunt videntes terram disruptam. Huiusmodi flamma & ignis, uti diximus ibid. signant vexamina Veneris: quæ nec tormentis compescitur, neque dolore frenatur siquidem ita exedit in occasione præcordia; ut minimè deseratur, quantumvis pateseant tartara. Dixit quæ furens, apud Senec. in *Hippol.* v.610. Num. 26. 10.

Phil. Bibl.

*Consulit saluti, recedens ab occasione peccati.*

*Non me per altas ire, si iubeas, nives,*
*Pigeat, non si per ignes ire.* Senec.

11 Occasio ergo fugienda, sed cautè & modo, ne fuga fiat (quæ arte fugitur) occasio, illa vulnerato affectu; quoniam vafricie Veneris, etiam ignis inter nives. Succinit Pontan.

*Huic concreta gelu, nivibusque oppressa malignis,*
*Uritur & medijs fervet malesana sub undis.* Pontan.

Hoc intuitu contra Cupidinem, cum præfatis insignijs in rota prisci collocarunt Nemesim. Chartar. d. etenim ni de insidijs vigil in occasione caveat, cum freno & mensura rotat: & non solùm uti impulsa deijcitur, sed altiùs præcipitatur; ut magis æstuet flammis, ex dolo Veneris.

*Cautè fuga fiat.*

*Quæ rigidas cogit sæpe calere nives.* Bapt. Pius.

In Dodoneo fonte, ut diximus *Tautolog. præced.* n.23. fax extincta accenditur; quia in occasione ardet amor, & quo extinguitur. Sufficit status ut flamma excitetur. Vires agitata resumit, atque extincta redardescit. Semper lucta, atque crepera victoria, sive viceris, sive victus receseris. *Sen viceris*

*Ardet amor, quo extinguitur.*

Iustin. (dicit Iustin. *Histor.* lib. 31.) *tunc etiam cum victo & iacente luctandum.* Cupido adinstar Anthæi nonnunquàm insiammat: nimirùm victor, cùm cecidisset, erat. Horat. 1. *Epist.* 18. v. 85.

Horat. *Neglecta solent incendia sumere vires.*

Nec flamma cessat, infernus etiam si guttura pandat. Dicunt qui affecti fugere occasionem; sed per lapsum constat duntaxàt apparentia fugæ; quippe subtrahitur corpus, sed perseverat affectus: tuncque magis fallitur, irruitque insidiosa voluptas; dum videtur esse foràs. Aptè Ovidius, qui didicit, ex his quæ passus. 15. *Metam.* fab. 3. succinit:

Ovid. *Sic fugiunt pariter, pariterque sequuntur.*

Unde iterùm occasione labant, fugientes cæspitant in eo quod fugiunt; quia sequentes non discedunt.

12 Iacent enim qui lubrici prostrati à Venere, in quorum cor altè infixæ sagittæ. Est miser omnis amans: qua de causa fax Amoris picta est vibrans flammas & miserias; quippe lascivus sub flagro Veneris saturatus ærumnis. *Tot sunt in Amore dolores.* Vide Oth. Væn. *Emblem.* 102. Nonnulli pœnis resipiscunt, sed iacentes non surgunt; quoniam pœnarum ducti amore dulcore, pœnitet resipiscentiæ. Non iacet, qui verè surgit. *Ipsi obligati sunt & ceciderunt: nos autem surreximus, & erecti sumus*: dicit qui telis Cupidinis saucius, sed salvus David. Nec mirum, quòd flagellati iaceant sub tyrannide Veneris, qui lapsus & relapsus dicunt honoris obligationes: de quorum insania diximus, *n.* 8. & *Tom.* 1. *T.* 6. *D.* 1. *à n.* 4. *D.* 3. *n.* 13. *& D.* 8. *à n.* 12. Maluend. *Curvati sunt.* Necessarium, quod caderent, sequentes Venerem: qui nullam legis observarunt rectitudinem: at lamentabile, quòd ita acerbè à voluptate tractentur, & nequaquàm erigantur. *Nos autem*, subdit David, etsi deditit ij *surreximus, & etiam erecti sumus.* Surgit qui iacet, simulque surgendo erigitur; quo elevatio iacentis designatur. Cur ergo quasi novum erectionem surgendo ostendit; quasi nullatenùs erigeretur, qui surgit? Signat fugientem Venerem, sed relapsus nequaquàm occasionem. Non omnis qui fugit, periculum amovet. Dum periculum removetur, surgens erigitur. Maiori ruinæ patet, si tantùm surgit; quia insidiæ in altum levant, fidentes ut lapsu disito ruant, & relabantur, qui sine erectione surrexerunt: melius enim esset illis iacere, quàm denuò præcipitari. Propter dolos deijciuntur, dum allevantur; quippe sequuntur quæ fugiunt: cadunt, iacentque surgentes, igitur volant occasioni relapsus proximiores. David cecidit & occasione corruit, verùm erectus surrexit, habens in elevatione rectitudinem; quia pœnitens fugit Venerem & occasionem. In fuga sanè salus, si in fuga cautè sit modus: equidem cùm non exulet affectus, & insidiæ veneni sint in ipso medicamine; fugientes sine affectu sunt in maiore discrimine: equidem si in fuga cadunt, surgentes non eriguntur. Dicit vel Ethnicus, 1. de *Amor. remed.* à v. 157.

Ovid. *Ecce fugax Parthus, magni nova causa triumphi*
*Vince Cupidineas pariter, Parthasque sagittas.*

In Parthis victoriam ex fuga vidimus, *n.* 3. Ergo in fuga ad victoriam non omninò fidendum, quippequàm in fuga latet quoque periculum. Quomodò ergo superandæ sagittæ Veneris, adinstar Parthi, ut acriùs pugnet, fugacis? Non superantur, si fugiat corpus, & sequatur affectus. Astruit Ambros. d. *Volumus enim plerumque fugere; sed si non penitùs excutimus animo, tollimus magis quàm relinquimus.* Salus in fuga, sed tota; aliàs novum in pace bellum, si assumitur quod relictum: simulque in victoriam designantur Veneris iaculum; & fugitivi Parthi subdolò telum; ut in fuga etiam latens caveatur periculum: etenim ni fiat fuga oculatà prudentiâ, fuga etiam Veneris acutissima sagitta. In fuga miramur lapsum, quippe non videmus latens in medicina venenum. Hæ sunt planè technæ Veneris.

*Quomodò in fuga periculum?*

Ambros.

*Si causam fugitivi quæris amoris.* Id. 2. vers. 247.

13 Affectus igitur relinquendi, dum etiam mutatur locus; quia ex nobis ipsis gerimus, unde certamina toleramus. De Cherubinis dicit Ezechiel: *Euntes ibant, & non revertebantur, cùm ambularent.* Quis enim eundo non proficiscitur, & ambulando revertitur? Qui odit & simul amat.

Ezech. 1. 17.

*Odi, nec possum cupiens non esse, quod odi.* Id. 2. *Amor.* Eleg. 4. v. 5.

Qui odit voluptatem, verùm amat occasionem. Iens iret, si utrumque fugeret: at iens in recessu manet, & labitur; quoniam in ipsa fuga inde discedens revertitur. Hinc ubi, *Dilecti, Dilecti*: Hebr. *Retrovertentur, retrovertentur*: *fugerunt, fugerunt*: igitur ne revertantur, ac in virtute fugæ detur victoria; fuga in fuga necessaria. Causam signat Stoicus. *Quid ergo? Tam longas spes relinquam? Ab ipsa messe discedam? Ab his ergo* (ait *Epist.* 22.) *inviti homines recedunt, & mercedem miseriarum amant, & execrantur. Sic de amica queruntur: idest, si verum affectum eorum inspicias, non oderunt.* Miserias in huiusmodi tergiversationi-

Pfal. 67. 13.

*Et necessaria fuga in fuga?* Senec.

*Non semper qui fugit, periculū removet.*

*Cōditio facis Cupidinis.*

Pfal. 19. 9.

Maluend.

nibus odientium & amantium iurè dicit Stoicus; ut constet quo angatur animus: etenim nulla maior miseria, quam à quo fugit appropiare fuga. Summa namque infelicitas, dum lactat falsò derelicta voluptas; reverti progrediendo, atque permanere eundo: quandoquidem avolare videtur amoris furor; verùm lascivè perseverat amor.

*Unde amor in odio?*

Horat. *Odisti & fugis.*

Dicit Horatius, lib. 1. *Satyr.* 3. v. 86. Utroque comite, cor redditur libertati: igitur cum fugâ & odio calcata constet occasio (ne in idipsum revertatur, qui fugâ egreditur, & aliter fuga haud fuga sit, sed duntaxàt apparentia) odit & fugit; quia non fugit in fuga qui non odit, revertens iterùm in execratum crimen, quippe criminis in fuga non seponit occasionem. Adi dicta, *Tom.* 4. *T.* 9. *D.* 3. Monet, excitatque cautionem Benedictus Pater, *Regul.* Sanct. cap. 7. gr. 1. *Custodiens*

S. Bened. *se omni horâ à peccatis & vitijs, idest, cogitationum, linguæ, oculorum, manuum, pedum, vel voluntatis propriæ: sed & desideria carnis amputare festinet.* Ab huiusmodi pharetris tela libidinis. Venus in occasione adinstar Sirenum est: in suspensionem fugitivi cursus sat ex mulcimine vox. Floridè Claudian. *Epigram.* 37.

*Libido adinstar Sirenum.*

*Dulce malum pelago Siren, volucresque puellæ.*
*Musica saxa fretis habitabant dulcia monstra,*

Claudian. *Blanda pericla maris, terror quoque gratus in undis.*
*Figebat vox una ratem, nec tendere certum*
*Delectabat iter reditus, odiumque iuvabat:*
*Nec dolor ullus erat: mortem dabat ipsa voluptas.*

## DIDASC. V.

## *Triumphus Christi ante pugnam & victoriam.*

1 DE Marci Curtij devotione egimus hìc *Didasc.* 2. n. 3. At alio saniore intuitu facta, quàm à Liceto ficta. Refert, ut accidit, Tit. Livius *lib.* 7. sect. 15. & Orosius *lib.* 3. *cap.* 1. *Cùm in media parte fori* (infit Valer. Maxim. *lib.* 5. *cap.* 6. n. 2.) *vasto atque repentino hiatu terra subsideret, responsumque esset; re illum tantummodò compleri posse, qua populus Rom. plurimum*

*M. Curtij devotio.*

Valer. Max. *valeret; Curtius & animi & generis nobilissimus, interpretatus, Urbem nostram virtute armisque præcipuè excellere; militaribus insignibus ornatus, equum conscendit, eumque vehementer admotis calcaribus præcipitem in illud profundum egit; super quem universi cives honoris gratiâ certatim fruges iniecerunt, continuòque terra pristinum habitum recuperavit.* Unde Statius, 1. *Silvar.* 1. v. 65.

*Ipse loci custos, cuius sacrata vorago,* Stat.
*Famosusque lacus, nomen memorabile servat.*

Emineant sacra profanis. Deliquit Adamus, cum quo simul damnatum humanum genus. O Adam! commovisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est. Sed non vales. Cœlum fecit nocens, & terra hiatum, ut deglutiret, aperuit:

——— *Motumque dedit conterrita tellus.* Alc. Avit. 3. v. 298.
*Nil superesse mali, quod non vel perpetret orbis,*
*Vel toleret, plenus scelerum, plenusque dolorum.*

Unde ex crimine commisso, facto pacto cum inferno, cecidit super homines caligo: *Propterea dilatavit infernus animam suam,* Isai. 5. 14. *& aperuit os suum absque ullo termino.* Pestis sine discrimine grassabatur, quin hiatus ex prima supplantatione clauderetur; quousque pro cunctis aliquis sese dederet, ut in pristinam faciem terra rediret. Ioannes vidit *cœlum novum & terram novam:* Apoc. 21. 1. *primum enim cœlum & prima terra abijt.* Unde utrumque novum, vel in utroque specimen novitatis? *Christus dilexit nos,* Ephes. 5. 2. *& tradidit semetipsum pro nobis*: haccineque dilectione nova videtur terra, cœlumque novum; quia iam cœlum apertum, & infernum ex voto videmus clausum. Ita charitas eximia triumphat, & locus nomen memorabile servat: dedit enim se ut liberaret suum populum, & acquireret sibi nomen æternum.

*Christus se morti dedit, ut homines liberaret.*

2 *Tradens tradet illos* peccatum illorum (si fuerit peccatum, aut macula criminis) dixit Achior de Bethuliis: amor Christi uti eximius exponitur; dum morti, in triumphum de morte traditur: etenim pro hominibus eximia in amore fides; ubi se tradidit, ne traderentur homines. *Si ergo* Ioan. 18. 8. *me quæritis, sinite hos abire.* Inde illustre nomen, testans pectoris supereminenter charitatem: igitur sese dedit, ut salvos deditos faceret. Ad rem Euripid. in *Phœn.* à v. 90.

Iudith. 5. 24.

*Dicito salutem civibus & urbi.*
*Utrique pharmacum salutis,* Euripid.
*Abeo, valete. Solus cum multis*
*Quod futurum est, patiar. Quid enim patiar?*

So-

Solus enim cum cæteris pro cæteris patitur, & nihil totum videtur; ut eluceat ampliùs amor, dum dolore ab alijs amovetur summus dolor: etenim summus, pro illis pati in periculo aliorum, ac in libertatem non æstimare periculum. *Nil totum præ amore videtur illi.* *Nicias deditionem fecit* (ait Pausan. *cap.* 29.) *eamque ob rem nomen eius in columna scriptum non est, quòd se cum suis, hostibus ultrò dedidit, imperatori ac forti viro indignum.* E contra Petronius Granius, de quo Ravis. Text. 5. *Officin.* cap. 1. ait: *Sub Cæsare militans, Gorgoniæ portus tantisper ab hostili protexit impetu; dum socijs ad fugam tempus dederit: revertentibus verò ijsdem ad subsidium, vulneribus deficiens: Ite, ait, incolumes.* Hic gloria, ibi ignominia: hominumque sublatà, cedit Christo maior gloria; quippe vitam amisit, atque pignus libertatis, ut alij abirent vel periculo incolumes. *Omnia pro honesto patienda sunt* (inst Senec. *Epist.* 76.) *nunquàm vera tibi opinio talis videbitur; nisi animum alleves, & teipsum interroges, si res exigit, ut pro patria moriaris, & salutem omnium civium tuâ redimas: an porrecturus sis cervicem, non tantùm patienter, sed etiam libenter. Si hoc facturus es, nullum aliud bonum est. Omnia relinquis, ut hoc habeas iustus cùm mortis suæ pretia ante se posuit, salutem omnium pro quibus dependit animam in summa voluptate est, & periculo suo fruitur.* Floridè cuncta. Traditus est, quia ipse voluit: os suum nequaquàm aperuit; ac propter amorem, proposito sibi gaudio, sustinuit crucem.

Pausan. Senec. *Summum perfecit.*

3 Curtius equum ascendit, quasi triumpharet. Haud abfuit circunstantia in triumpho Salvatoris, qui semel ad illum eques. *Adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.* In triumphis Romanor. ut fusè dicimus in *Ephemer. Prolog. Galeat.* §. 6. triumphator ingrediebatur urbem cum suis, vectus curru vel equo (pedes, si tantùm esset ovatio) cui imago victoriæ præbebat lauream, cuius folia virtutis triumphantis lingua. Ingrediebantur simul commilitones plaudentes cum ramis & palmis, prostratis vexilijs hostium in trophæum. Urbs elogijs extollebat, manibusque plaudebat populus, occurrebat Senatus, triumphantem conducens in Capitolium, Iovis templum. Speculum triumphantis fortunæ nola & flagrum, audientis usquequaquè dicentem servum: *Memento te hominem esse*: igitur illa pompa ita subverti quibat à fortuna, ut signo nolæ frangerentur cervices, vel servi adinstar cæderetur flagris. Cœnam instruebat; Consules ad illam vocabat; sed neuter adibat; ut aliquid quasi despectæ auctoritatis acerbi, esset in summa triumphi voluptate: ad quam gloriam nemo ascendebat, etsi vicerat, ni numerus hostium fato functorum, maior esset, quàm qui ceciderant ex eis queis victoria favit; ut dicerent ora vulnerum validiorem virtutem decertantium.

Matth. 21. 7. *Forma pompæ & conditionis in triumphum.*

4 Subit mentem inter vota Augustini, nimirùm videndi Verbum Divinum in carne, & Pauli ex pulpito fulmen (de quibus Textor, d. *lib.* 2. *cap.* 20. & Alap. Proœm. in *Epist. Paul.* cap. 5.) etiam spectabiles triumphos Romanos. Quiescat Augustinus anhelans pompam aspicere ethnicam: ampliot obijcitur, Christo equite ingrediente Ierosolymam: unde ut accinit Alcim. Avit. *lib.* 5. v. 452.

*Vota Augustini.*

*Sic longæva fuit, sed non damnosa vetustas.* Alc. Avit.

*Turba multa* (dicit Ioannes) *quæ venerat ad diem festum, cùm audissent, quia Iesus venit Ierosolymam; acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & clamabat: Hosanna benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israël. Commota est universa civitas, dicens: Quis est hic? straverunt vestimenta sua in via: alij autem cædebant ramos de arboribus: turbæ autem quæ præcedebant, & quæ subsequebantur, clamabant Hosanna filio David: hosanna in altissimis: & introivit Ierosolymam in templum,* ut signaret se daturum in sacrificium. *Expedit, ut unus moriatur pro populo, & non tota gens pereat.* Patet cum nola flagellum, exprimens necem, ut meminisset Verbum Patris natum hominem, desinentem in patibulo, qui plaudebatur descendisse de Cœlo. In huiusmodi spectabili pompa de medio fonte leporis, etiam prosilijt aliquid amaritudinis: equidem *Pharisæi dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abijt.* Luculenter Sedulius 4. *Carmin.* à vers. 293. succinit:

Ioan. 12. à 12. Matth. d. v. 10. Marc. 11. 1. Ioan. 11. 50. Cap. 12. 19.

*Pompa triũphi Christi ingredientis urbem.*

*Utque caduca vagi contemnens culmina sæcli*
*Monstrare se ritè Deum; non curribus altis*
*(Qui pompæ mortalis honos) repidisque quadrigis,*
*Pulvereum sulcavit iter, nec terga frementis*
*Ardua pressit equi, faleris qui pictus & ostro*
*Ora cruentatum mandentia concutit aurum,*
*Sed lento potiùs gestamine vilis asselli*
*Rectori suffecit honos. Plebs omnis adcrans*

Sedul.

Inso-

*Insolito molles subiecit tramita vestes.*
*Dicite gentiles populi cui gloria regi*
*Talis in orbe fuit, cui palmis compta vel unquàm*
*Frondibus arboreis laudem cœlestibus hymnis*
*Obvia turba dedit.*

5 Ita specimina in triumphum: circunstantiæ exponendæ delicabunt triumphi singularis plausum. Nemo coronatur, nisi legitimè certaverit: iccircò post certamen & victoriam triumphos Senatus concessit. De Pompeio dicit Plin. *lib.7.cap.26. Triumphales currus eques Romam induxit, toties imperator, antequàm miles.* Excessit Christus virtute quicquid de Pompeio dictum hyperbolicè: igitur de singulari certamine miles ac imperator laureâ insigni redimitur, antequàm in certamen pro victoria ingrederetur. Patet ex primo inimicorum impetu. *Ut dixit eis, ego sum, abierunt retrorsùm, & ceciderunt in terram.* Inchoata pugna, dum comprehensus fuit in horto: iustum est donari triumpho, qui præstat imperator, antequàm miles, & ante conflictum armatos prostravit hostes. Quid mirum quòd triumphus ante victoriam, si vicerat ante pugnam?

Plin. *Christus victor ante pugnam.* Ioan.18. 6.

*——Prænuncia palmæ*
*Vox cecinit, quod causa dedit.*

Arat.

Modulator Arator, lib.1. in *Act.* v.586. Sed unde causa? Ante victoriam victoria visa. Christus N. Assertor, victor mortis & inferni sequentium eum, designatus fuit à Ioanne in equite primo. Ita Alcazar, Vicgas, Riber. & Alapid. *Mors & infernus sequebatur eum: & data est ei corona, & exivit vincens ut vinceret.* Victoriæ sanè corona debetur. Si procedit ut vincat, quorsùm corona procedit? Vicit ergo antequàm vinceret. Ergo exprimenda huiusce singularis triumphi causa. Vicit in certamine, qui servatur ex pugna, protrito pœnitùs hoste, salvatque suos & salvatur ipse. Ante certamen habet ex victoria triumphum; qui se morti tradit, ne tradat populum: daturque Christo ut triumphet clara corona, ante pugnam & ex pugna; quippequàm se in mortem tradidit, ut genus humanus viveret. *Exivit vincens, ut vinceret.* Haud inest verbis implicatio, sed summæ charitatis expositio. Vicit & ut vinceret. Ut vinceret morti traditus, qui vicit dum præ cunctis morti expositus: & antequàm vinceret, datum est ei diadema pro victoria; igitur ante pugnam coronam meruit, dum pro omnibus morti vitam exposuit.

Apocal. 6. 2. 8. *Quare?*

6 Ipse dicit: *Confidete, ego vici mundum*, proximus certamini alloquitur discipulos. Difficile videtur, dum à mundo victus. Unde igitur triumphus designatur ante tempus? Victor fuit in passione ac morte, queis iudicium factum mundi, & eius Princeps foras eiectus. Quomodò ergo victus uterque, priusquàm veniret conflictus? Dicam cum Augustino, in *Ioann.* tract. 12. *Nondùm apparuit iudicium, & iam factum est iudicium?* Profectò. *Non enim misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum; sed ut salvetur mundus per ipsum.* Victurus erat per crucem: & victor prædicatur ante certamen; quoniam morti spontanea se dedit, ut qui morituri propriâ morte liberaret. *Confidite* (subdit hic Alapid.) *in omni pressura mundi, quia ego mundum vici non mihi sed vobis.* Quid quod mundum vinceret, & mundum damnaret? Servierant. Vinceret, si liberaret, sed ante conflictum vicit; quoniam ut exuerent servitutem, propriam dedit libertatem. Non sibi, sed illis victoria, commissâ pugnâ. Sibi esset; modò alijs captivis, liber sine vulnere exiret: non sibi, sed alijs, ubi alijs commodum, proprium detrimentum, quod facit accelerare victoriam, datâ corona ante pugnam: viciisseque mundum ante victoriam profertur; quippequàm ut alij vincerent, vincebatur. *Non enim vicisset ille mundum* (subdit Augustin. d. *tract.*103.) *si eius membra vinceret mundus.* Vinceret profectò, ni vinceretur à mundo, ut illi non vincerentur: tuncque mirificè eius victores evadunt; quia triumphum è mundo evexit, dum victus à mundo apparuit.

Ioan. 16. 33. Augusti. Cap.3. 17. Alapid. *Eius servitus in hominis libertatem.* Augusti.

7 *Hos retulit patriæ titulos* (dicit de Pompeio, quò dudùm Plinius) *morte sacris certaminibus vincentium. Summa summarum in illo gloria fuit.* Dignior agnus, qui pro ovibus ut pastor occisus est, accipere ampliorem gloriam, summarum cœlestium summa: etenim si certamen felix, ubi victoria ex vita victoris; certamen porrò sacrum, ubi ex morte vincentis totum trophæum. *Decius, qui Consulatum in familiam suam primus intulit* (ait Valer. Max. d. n. 5. ex Livio lib. 8. à sect. 23. & Cicerone, lib.1. *Tusc. qq.*) *cùm Romanam aciem inclinatam & penè iam prostratam videret; caput suum pro salute Reipublicæ devovit: ac protinùs concitato equo, in medium hostium agmen patriæ salutem, sibi mortem petens, irrupit: factâque ingenti strage, plurimis telis obrutus, super corruit. Ex huius vulneribus & sanguine inspirata victoria emersit. Itaque dignosci arduum est, utrum Romana civitas utilius habuerit, an amiserit;*

Plin. *Vicit moriens.* *Devotio Decij.* Valer.Max.

quo-

*quoniam vita, ne vinceretur, obstitit: mors fecit ut vinceret.* Salus generis humani pendebat à morte Christi. Classicum canitur, cùm esset in horto: venit cohors cum fustibus & gladijs, cùm invenit suos dormientes.

Ioan. 18. 4. Quid ergo conspectis hostibus? *Iesus itaque sciens omnia, quæ ventura erant super se, processit.* In mortem irruit, cognoscens obviantem mortem? Erat sacrum in victoriam certamen, quo victus vulneribus vincit: Christusque illa sciens in armatos sine timore procedit; quippe ex eius vulneribus, sanguine & morte, victoria parta totius generis humani. *Conspectus ab utraque acie* (infit de

Tit. Liv. Decio Livius) *aliquantò augustior humano visu, sicut è cœlo missus piaculum, qui pestem à suis aversam in hostes ferret.* Salvator augustior ex ipso triumpho apparuit humano visu, tanquàm de cœlo missus piaculum in libertatem hominum.

Claudian. *Huic ego non Decios pulchros, fortesque Metellos*
*Prætulerim.*

*Christus dum certamini properat, de morte triumphat.* Dicam ex Claudian. *Panegyr.* 1. v. 47. Hinc victoria ante pugnam: igitur non processit ut vinceret, sed ut prostratis hostibus mirè triumpharet. Ingenium sic virtutis ex casu mortis: victoriam enim ante certamen habuit; ubi ut salvaret suos, in mortem ipse processit.

8 Priusquàm in pugnam procederet, coram discipulis, dixit qui miserat Patri:

Cap. 17. 4. *Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam.* Qui facturus, si iam consummatum opus? Quid ultra consummationem? De eius excellentia amoris, diximus alibi. Modò inquiritur, quod difficile videtur. Certamen in gloriam humani generis, consummaturus in patibulo crucis: si in cœnaculo necdùm tulerat, quomodò totum opus consummaverat? Faciendum consummavit Salvator, dum ante certamen victor. Dum nodum solvimus, nodum adstringimus? Neutiquàm: eius ostendimus singularem victoriam. Opus consummat, dum consummat opus; qui strenuè præliatur, ut vitâ salvâ sit victor. Iam perfectum ante pugnam opus habet, qui mortem cadendo vincit: Christusque propter insignem victoriam, dicit:

*Unde perfecit incipiens?* *Consummavi, & faciam: faciam*, quia mortem passurus in consummationem operis: *Consummavi*, quia victoria ante conflictum certaminis: equidem ante mortem victor existit; qui in mortem ipsam, ne alij moriantur, procedit. Magnum profectò, alienum proprio expellere periculo. Consummat prælium in triumphum, qui ne moriatur, victor hostes prosternit: ante prælium hostium victor, qui morti occurrit: & dum mortis in servorum libertatem proponitur opus, Christus dicit consummasse, quod morte consummaturus; quippequàm iam consummaverat, qui morti, ut triumpharet occurrebat. Opus consummavit, ut faceret opus: & priùs consummavit, quod facturus; quoniam postquàm morti occurrit, periculum mortis passus.

9 Acumen exponendum per insigne testimonium. *Ingrediar* (dixit Esther) *tradens me morti & periculo.* Esth. 4. 16. Periodus singularis, cùm non fit periculum post periculum mortis. Quid hoc? Ostendet triumphus Iesu. Aliud est mortis periculum, aliud mors. Morti nemo occurrit, vel qui se mortis discrimini exponit. Qui contendit pro victoria in fervore certaminis, obijcitur præceps periculo mortis. Qui vincit antequàm accedat pugnæ, exponitur morti. Ille ex pugna rapit triumphum, quippe mortem in periculo evasit: hic triumphat ante certamen, quippequàm mortem non fugit. Unde ante pugnam victoria virtuti erigens trophæum; quoniam si mors, post mortem non est victoriæ periculum. Est periculum vitæ, non periculum victoriæ: equidem victoriam habet, qui uti victor morti occurrit. Nil mirum, si Christus ante pugnam consummarat, quod posteà facturus erat: etenim non timet mortis discrimen, qui non reformidat mortem.

*Qui morti occurrit victoriam habet, antequàm pugnet.*

*Omnia contempsit ille, qui mortem priùs:*
*Libet ire in enses.* Senec. in Herc. Oet. v. 443.

Nullum periculum in periculo mortis, ubi quæsita ante conspectum certaminis. Pugna futura, cùm mors adveniret: victoria, si ante pugnam qui victurus mortem quæreret: Christusque opus facturus sanè, quod consummaverat, & ante victoriam vicerat; quippequàm mortem valide vicit, ubi antequàm mors veniret, in illam eques processit. *Hinc civicæ coronæ* (ait Plin. *lib.* 16. *cap.* 4.) *militum virtutis insigne clarissimum. Dedit rostratam Augustus coronam Agrippæ; sed civicam à genere humano accepit ipse.* Fallitur: cui tam insigne virtutis testimonium, nisi qui liberavit genus humanum? Plusquam civica illi debetur, qui ante triumphum triumpho plauditur; igitur protegens eripuit ab hoste civem, & proculcavit hostem. At quo ingenio?

*Intuitus in præmio coronæ civicæ.*

Plin.

*Christo data à toto genere.*

10 Lacedæmones Tegeates in Arcadia debellare cupiebant, nec poterant. *De illorum terra occupanda* (ait Herodot. *lib.* 1. *n.* 18.) *oraculum Delphicum consuluerunt: quibus Pythia respondit:*

*Saltandam Tegeam plantâ plaudente daturus,* Herodot.

*Ut*

*Ut queàs campum metiri fune feracem.*

*Hæc responsa ubi accepere Lacedæmonij, ferentes secum compedes (videlicet captioso freti oraculo) tanquàm essent ipsi reducturi Tegeätas in captivitatem: verùm congressi prælio ac fugati; quicunque eorum vivi sunt capti, eisdem quas ipsi attulerunt compedibus induti, campum Tegeätem metiti fune coluerunt. Compedes autem quibus vincti fuerant ad nostram usque memoriam incolumes fuere circa templum Minervæ suspensæ.* Idem accidit Nicanori, qui mille negotiantes ad venditionem Iudæorum adduxerat. 2. Machab. 8. 11. 34. Modò intelligitur Habacucus, dum præcinuit Christum egressurum in salutem populi sui, cùm percuteret caput de domo impij, malediceret sceptris eius, capiti bellatorum eius; dicens: *Ante faciem eius ibit mors: & egredietur diabolus ante pedes eius: stetit & mensus est terram.* Stare pro Pugnare. *Stare* pro *Pugnare* sæpe accipitur in Biblijs. *Confringam illos, nec poterunt stare*: ideſt, pugnare. *Adversum me appropinquaverunt & steterunt. Quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?* Psalm. 17. 39-37. 12. & 93. 16. Triumphum ex morte arbitratus est diabolus, dum habitu inventus est homo Christus. Haud recusavit pugnam credens & arroganter victoriam; quia gloriabatur suà fraude deceptum hominem divinis caruisse muneribus, & immortalitatis dote nudatum, duram mortis subijsse sententiam, qua caderet ante pugnam. Unde tam ille quàm mors funes extenderunt in laqueum, ut tanquám ex dedititio genere pravè erigeret trophæum, metireturque terram propago humana; quia quiqui ex illa, sub tyrannide mancipia. Ante faciem eius præcessit inexorabilis mors, cuius intuitu fabricata crux. Egressus etiam diabolus ante pedes eius, confidentià triumphi tumidus. Stetit, pugnavit (contra eum qui servilem formam obumbratà maiestate susceperit, ut acquireret victoriam) sed quid inde? Diabolus mensus est terram; siquidem passus est & patietur morte victà per certamen, eandem ipsam quam funibus præsumpserat servitutem. Præoccupata est malitia diaboli, & mentita est iniquitas sibi. Christus ut humanum genus vinculis mortiferę prævaricationis absolveret, & sęvienti diabolo potentiam suæ maiestatis occuluit, & infirmitatem nostræ humilitatis obiecit, propter quam in antiquam oppressionem præparati sunt funes; sed *funes ceciderunt* illi *in præclaris*: etenim in servitutis proiectissimę formam, mortem & diabolum fecit funibus metiri terram.

Fraus oraculi Delphici.

Habac. 3. 5.

Quæ arte Christus vicit diabolum & mortem?

Psal. 15. 16.

Ephes. 4. 8. *Captivam duxit captivitatem*, utriusque frangens virtutem; miro in triumphum modo, ne modus esset in triumpho: igitur cepit captus & vicit victus, ut captivos in cœlos attolleret, dum ipse in cœlos ascenderet. Quid quod plauderetur Deus & offerrent homines in triumphum palmas, dum captiva in illo ducebatur captivitas?

Eius triumphus ascendētis in cœlos.

*Frondentesque ferunt ramos, & robora silvis.* Virgil. 4. Æneid. v. 399.

11 Ritus triumphi Salvatoris descriptus ab Evangelistis, apud Ethnicos erat signum cultus Deitatis. *Certè apud Athenienses* (ait Kircher. *Obelisc. Pamph.* lib. 4. hierogramm. 19. §. 5.) *festus erat dies, ramorum nomine insignis, in honorem Bacchi, &c.* *Patet igitur nullam Ægyptijs fine ramorum circumgestatione solemnitatem peractam esse: hosce siquidem ramos in Isiacis, Mythriacis gestare consueverant. Horum ramis Perseæ & loti venerabantur.* Cultum imitati Æthiopes in Regum honorem, ut in Æthiopic. observat Heliodorus: *Obviam* (inquit) *venere loto coronati, & palmarum ramos quatientes.* Dum alicuius imago Numinis pompa traducebatur, ut accinit Homer. *Iliad.* 6. v. 9. veste pretiosiore sternebatur via. Unde Hecuba

Kirch. Usus ramorum in pompa Numinum & Regum.

*Sumptum manibus fulgenti murice peplum,* Homer.
*Obtulit ante pedes Divæ, genibusque dicatum*
*Applicuit.*

Athenæus lib. 12. cap. 9. ex Asio in pompa Iunonis,

*Sic illi pexi Iunonis templa petebant* Asius.
*In lucum, ornati perpulchris vestibus, atque*
*Tellurem niveis texerunt vestibus omnes.*

In lenocinium Principum mos inolevit deinde, ut accidit militibus cum Catone, uti in illo refert Plutarch. & observat Iust. Lipsius, 2. *Elector.* cap. 6. Haud alio intuitu Christus in pompa plauditur Rex Israël, filius David, cuius gloria in excelsis ratione Numinis, ut Hymn. 8. canit Synesius:

Etiam in via proiectionis vestium.

*Perque viam ut Regi velamina præparata* Synes.
*Arboreäsque solo frondes, & olentia serta*
*Sub pedibus stravere, Deum omnes voce fatentes.*

Vide Expositores ad illud, 4. *Reg.* 9. 13. *Unusquisque pallium suum posuerunt sub pedibus eius.* Ab Hebræis in nationes manasse huiusmodi cultum astruit quò dudùm Kircher. & Dominicus Marius in 3. *Amor.* *Ovid. Eleg.* 12. v. 23. ad illud:

*Quæ ventura Dea est, iuvenes timidæque* Ovid.
*puellæ.*
*Præbuërant latas veste iacente vias.*

Anton. à Matre Dei, *Isag. S. Sc.* Prælud. 1. dub. 13. digress. 5. sect. 8. n. 279. *Potiùs pu-*

A Matre Dei.

*to* (inſit) *Hebræos à Romanis hunc ritum didiciſſe; & ſummo Dei conſilio factum, ut Redemptor humani generis, eo ſit honoris genere deductus ab Hebræis in urbem, quo Imperatores & Dij deducebantur; ut ad cognoſcendam eius divinitatem & imperium, ipſâ ſpectaculi novitate ducerentur, & apud Ethnicos eò gravius hoc eſſet teſtimonium, quò propiùs ad ſuos mores & ritus accederet.*

12 Ut numen à Græcis cultus Tit. Quint. Flamininus, ait Plutarch. in eo, quippe per illum pacata Græcia, quæ propter obſequium, Duci præbuit maiora inſtrumenta in triumphum. *Quamquàm ei* (inquit) *multos honores decreverunt, nihil tamen magnitudinem beneficij æquare videbatur, uno excepto munere, quod ille omnibus habuit charius. Romanorum in prælijs contra Annibalem captorum per multi hinc inde venditi in ſervitute erant: quibus cum ſemper miſera fuit mutatio, tum verò ut par eſt, vel maximè cùm in filios, fratres aut familiares inciderent liberos, ſervi ipſi atque captivi. Hos in unum conductos univerſos ei iam navigaturo tradiderunt: atque hoc triumpho eius multò quàm reliqua omnia, plus ſplendoris attulit.* Exigua cuncta: at ſi aliquid, triumphi maioris ſpecimen; dum Chriſtus liberos ſervos, ſed & captivam duxit captivitatem, morte atque diabolo tractis, ferreiſque catenis, mors mortis, morſus inferni. Retorqueatur Profanus, d. à v. 1939. & Lucan. in *Piſon.* v. 200.

Plutarch.

*Quàm glorioſus & unde Chriſti triumphus!*

*Victum eſt chaös:*
*Fractaque non ſemel eſt mors horrida.*
*Nam virtus illi in aſtra,*
*Et ipſos fecit ad ſuperos iter.*

Senec.

*In prædam venientem decipit hoſtem.*

Lucan.

13 Servus coronam triumphantis portabat, uti obſervat Plin. *lib. 33. cap. 1.* qui *lib. 21. cap. 3.* aſſerit, coronas dominos meruiſſe per ſervos. Proh pudor! Maior gloria inter Græcos: *Neque enim* (ait idem *7. cap. 26.* & *lib. 16. cap. 4.*) *ipſi coronabantur, ſed patrias ſuas coronant. Noviſſimè & in ſacris certaminibus uſurpatæ, in quibus hodieque non victori datur; ſed patriam ab eo coronari pronunciatur.* Sacrum Chriſti certamen eſt & triumphus. Non laborat ſervus ut coronetur dominus; ſed labor eſt domini, ut redemptione coronentur ſervi. Vicit ut leo, qui inimicis videbatur devorandus ut agnus; ex quo Agni leonis triumphus, & ſervorum in libertatem plauſus: *Dignus es Domine Deus noſter, accipere gloriam & honorem & virtutem.* Si honor ac gloria ſiguantur coronâ & palmâ, utpotè ex difficili laborioſo certamine, longè diſtant à victore: quandoquidem *in capitibus* ſervorum *coronæ aureæ, & palmæ in manibus eorum.* Ita in conſpectu Agni? Utique, fuerat certamen cœleſte, ex quo pompa ſingularis triumphi. Unde cùm victoriæ ac triumphi inſignia corona & palma, pro maieſtate victoris utraque tradita ſervis: ſiquidem plauſus triumphantis in throno eſt ſervorum coronatio. Ex contextu liquet. Canticum grato pectore efformatur, triumphatorique dicitur: *Dignus es Domine, quoniam occiſus es.* En certamen: *& redemiſti nos in ſanguine tuo.* En fructus ſanguinis pretio: *& feciſti nos Deo noſtro regnum, & regnabimus ſuper terram.* Difficilis prorſùm clauſula, quippè intricata ſententia. Fieri regnum, eſt fieri ſubditum, igitur è ſubditis componitur regnum. Hinc Senec. de *Vit. beat.* cap. 15. inquit: *In regno nati ſumus.* Ideſt, ſubditi: non reges. Quomodò igitur dicunt *Regnabimus*, quod ſignat regiminis poteſtatem, ſi ſunt *regnum*, præ ſe ferens ſubiectionem? Signum imperij corona eſt: coronas in capitibus habent: & cùm ſint Regis ſubditi, ſunt ſimul Reges; quippe coronam triumphans non habet ſibi, ſed ſubditis. Quia ille triumphavit, triumphant & illi. *Corona* (dicit Plin. *lib. 15. cap. 30.* Senec. de *Conſol. ad Helviam*, *cap. 10.* Obſequens de *Prodig.* cap. 122. & Adrian. Turneb. 22. *Adverſ.* cap. 11.) *faſces Imperatorum decorat. Ex his in gremio Iovis Opt. Maxim. deponitur, quoties lætitiam nova victoria attulit.* Patet Chriſti triumphus, atque ſervorum decus. Hi cum corona & palma more triumphantium, *mittebant coronas ſuas ante thronum.* Habebat unuſquiſque uti ſervus coronam quam Redemptor acquiſierat: & ut propriam quanvis ſervus ante thronum dedicabat; quoniam triumphi Dei ſervorum, duntaxàt clari propter Redemptoris triumphum.

*Eius corona generi humano donata.*

Plin.

Apoc. 4. 11.

V. 4. & cap. 7. 9.

Cap. 5. 10.

Senec.

*Triumphus humani generis ex triũpho Salvatoris.*

Plin.

Cap. 4. 10.

*Laurea tota tua.*

14 Inter triumphi circunſtantias, haud ſanguine civium, ſed hoſtium debuit decorari maieſtas. Unde Barclaius in *Argenid.* lib. 4. *Nec viſum eſt triumphare, quia de civibus victoria erat.* Ita ad triumphum neceſſarium, adduci illæſum exercitum, ait Panvin. de *Triumph.* n. 1. Ob hanc cauſam redeuntem lætanter in urbem Periclem partâ victoriâ, exprobavit muliercula, effutiens: *Præclara prorsùs ſunt iſta quæ feciſti, & coronis decoranda, qui nos tot fortibus viris, & liberis ſpoliaſti!* Ita in *Pericl.* Plutarch. Victoria Chriſti completa fuit, equidem in die Palmarum toto in orbe nullus mortuus

Martial. *lib. 2. Epigr. 2.*

Barcl.

Plutarch.

eſt

*Unde eius victoria completa?*

est (iuxta Mariam de Agreda, p. 2. *Mistic. Civit.* lib. 6. cap. 7. n. 1123.) triumphum comitantibus Angelis, & cunctis dæmonibus in inferna detrusis. Fit victoria, ubi cadunt hostes, completa ubi vivunt cives: Christusque obtinuit perfectissimam victoriam, quoniam acceptis discipulis, *non perdidit ex eis quenquam.* Haud in suo agmine perijt filius perditionis, diaboli miles, in quem introivit satanas, & duxit in perditionem iniquitas: equidem haud periret Ducis observans vexillum, ni confugisset ad factionem hostium.

Ioan. 18. 9.

2. Mach. 13. 15.

*Dato suis signo Dei victoriæ*, dicitur de Machabæo. Non dicitur *Victoriæ*, sed *Victoriæ Dei.* Iuxta Vegetium 3. de *Re militar.* cap. 5. *In vigilijs seu prælio pro signo. Deus nobiscum.* Aptius Hebræo, quam Romano pro triumpho: igitur sat in spem venturæ victoriæ Salvator mundi, magnum nomen Emmanuel. Alia cogito. Est victoria hominis & victoria Numinis. Hominis, dum ex victoribus plures desiderantur: Numinis, ubi parta victoria, nullius ex pugnantibus desiderium: victoriæque Dei in conflictu datur signum; quoniam dum certamen validissime commisit; cadentibus hostibus, nec unus quidem vulneratus cecidit.

Veget.

15 Summerso Pharaone in mari rubro, & simul eius exercitu; gratus populus è tyrannide eductus, erupuit in Divinitatis plausus, dicens: *Iste Deus meus & glorificabo eum. Iste* (addunt Rabbini, observatque Alapid. hic) *quia Deum viderunt equitem. Designant visibilem formam bellatoris, in qua Deus tunc apparuit Hebræis; ita ut ipsi universi perfectius viderint tunc Deum, quàm postea viderint eum prophetæ, adeóque digito eum ostenderint, dicentes Iste Deus: Dominus quasi vir pugnator.* Adi Leonard. Marium hic. Augustin. 1. de *Mirabil. S. Script.* cap. 21. *Satis admiratione accidit dignum miraculum, ut cuncti pariter senes cum pueris, eodem inspirati flamine, uno quasi ex ore easdem concinnenter literas decantarent in unum.* Omnia in figura contingebant illis: etenim totum speculum veritatis, dum iste Deus eques apparuit Ierosolymis, triumphans quasi vir pugnator, in cuius pompa à cunctis auditur: *Benedictus qui venit in nomine Domini, hosanna in excelsis.* Unde ut magis pateret priùs adumbratum miraculum, *videntes Principes Sacerdotum mirabilia, quæ fecit, & pueros clamantes in templo, Hosanna filio David, indignati sunt, & dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Utique: nunquàm legistis: Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?* Ob huiusce triumphi gloriam, redeamus ergo in figuram. *Decantaverunt Domine* (dicitur) *nomen sanctum tuum: & victricem manum tuam laudaverunt pariter; quoniam sapientiâ aperuit os mutorum & linguas infantium fecit disertas.* Unde fotæ grates, ut pueri ac infantes triumphum singularem dicerent, ac reliqui uti singularem plauderent? Ex triumpho sanequàm gloria; sed amplior ex victoriæ circunstantia. Victoria fuit celebris, quia Israëlitæ educti è iugo captivitatis, in quibus nec unus quidem infirmus, ne remaneret in Ægypto servus. Dominus quasi vir pugnator illis in conflictu apparuit, & submersis Ægyptijs in libertatem eduxit, addita insigni circunstantiâ, qua victoria prorsùm clareret divina: equidem è suis nec unum in vasto transitu perdidit, ac ex tot hostibus nec unus quidem remansit.

Rabb.

Exod. 15. 2.

Sap. 10. & 20.

*Cadentibus cunctis hostibus, ex suis necunus*

*Unda sed oppressos glomerata resorbuit hostes,*
*Nullo fugiente.*

Cruc.

16 Vide dicta Tautol. 4. n. 30. & 7. n. 43. Magnus & famigeratus triumphus Mummi Consulis Romani, de Achæis, cuius certamen describitur à Iustino, *Histor.* lib. 34. *Achæi* (infit) veluti nihil negotijs Romano *bello suscepissent; ita apud eos neglecta omnia & soluta fuere; ut prædam, non prælium cogitantes, vehicula ad spolia hostium deportanda, duxerint, & coniuges liberosque suos ad spectaculum certaminis in montibus posuerint: sed prælio commisso, ante oculos suorum cæsi, lugubre his spectaculum & gravem luctus memoriam reliquerunt; & de spectatoribus captivi facti, præda hostium fuere.* Hæc victoria hominis fuit, quæ infantium caret articulata voce: præclari multi ceciderunt è vincente. Infantibus datur lingua ubi divina victoria, quæ quidem fulget, ducemque extollit; non quando datur captivitati locus, sed ubi salvis civibus, hostium nec remanet unus. *Deus virtutum* dicitur, cui nemo similis. Est virtus Dei ad triumphum, quoties obtinetur morte decertantium sanguinis pretio, ex hostium captivitate seu exterminio. Est Deus virtutis eximiæ, ubi socijs salvis, inimici ad certamen sine virtute, dato iugulo obviæ undecunque morti; quippe cadunt sub manu, de qua non poterunt surgere, civibus exultantibus eo quód in illis nec vulnus: ingressoque Christo in triumphum orbis, ad templum sacratum urbis cum asseclis, plauditur iurè ab omnibus Deus ac Dominus virtutis; quoniam eximia parta victoria, sed sine effusione sanguinis. Ad rem Ethnicus, 2. *Amor.* eleg. 12. v. 5.

Iustin.

*Cur victoria dicitur divina?*

Psal. 88. 9.



*Umbra triumphi Christi in palmis.*

Augusti.

Math. 21. à 15.

Ovid. *Hæc præcipuo victoria digna triumpho,*
*In qua, quæcunque est, sanguine præda caret.*

17 Restat in triumho servi flagellum, quia portatur in triumphum. Iuvenal. *Satyr.* 10. à v. 37.

*Extantem & medio sublimem in pulvere Circi.*
Iuvenal. *In tunica Iovis, & pictæ sarrana ferentem*
*Ex humeris auleæ togæ, magnæque coronæ*
*Tantum orbem, quanto cervix non sufficit ulla:*
*Quippè tenet sudans hanc publicus, & sibi consul*
*Ne placeat, currù servus portatur eodem.*

Carnificem vocat Isidorus 18. *Etymolog.* cap. 2. coronam portantem servum; quod indicat flagrum. Vid. Dempst. in *Rosin.* 10. cap. 29. Hinc in triumphum parabantur arcus, triumphales dicti, ac signati; equidem arcubus nonnunquàm dantur sagittæ, quia triumphi gloria triumphanti quandoque vulnera. Hinc latino idiomate fornix æquivoca vox, quippe significat triumphantis gloriam & torturam. Unde apud Plinium, *lib.* 16. *cap.* 42. *Palma* dicitur *fornicata.* Quæ æquivoca, univoca in mundi gloria: equidem qui præ cæteris exaltatur, frequenter cruciamen sequitur. Nostrates: *Al que logra por sus prendas algun triumpho, suele prevenir cadalso.* Ad rem Tacitus: *Pro Mithridate* (inquit, 12. *Annal.* cap. 19.) *quando gravius mereretur; non potentiam neque regnum præcari, sed ne triumpharetur, nè ve pœnas capite expenderet.* Corona & flagrum portabantur in pompa: addita est palma. Causam profert Isidor. d. *Quicumque* (subdit) *in conflictu vicisset, palmà aureà coronabatur; quia palmà stimulos habet.* Cuncta felicitatis, calamitatis insignia; quippe homo qui pridem pro triumpho perfecit aureäm, in mortem coronam elavoravit spineäm. Iuvenal. d. v. 108.

*Triumphi gloria, triumphanti vulnera.*
Plin.
Tacit.
*Corona mundi spinea.*
Isidor.
Iuvenal. *Quid Crassos, quid Pompeyos evertit, & illum*
*Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites?*

Adi *Tautolog.* 3. *D.* 4. *n.* 14. Pro victorijs ac triumphis virtutis, dicitur de Machabæis: *Virtutes & labores quos laboraverunt.* Nonnunquàm vel triumphantes virtutes desinunt in labores.
1. Mach. 10. 15.

18 *Hic homo multa signa facit*: dixit de Christo concilium malignantium. Quid faciendum? *Expedit, ut moriatur*: Igitur si triumphus propter mirabilem inauditam virtutem, necessarium profectò turpem incurrere in mortem. Illos salvat, ab inimicis liberat, & gratia multiplex damnat? Ioan. 11. 47. 50.

*Corona graminea* (de qua diximus *Tautolog.* 4. *n.* 30. ex Plinio) *nunquàm nisi in desperatione suprema contigit: nulli nisi ab universo exercitu servato decreta. Tantò rarius est* (subdit *lib.* 22. *cap.* 5.) *servatorem unum à servatis donari.* Omnes à Christo servati sunt: corona graminea debetur in triumpho: & triumphantem, dicunt, expedit mori; quia rarius, servatorem unum à servatis donari. Clamant vulnera Cæsaris, multis ictibus confossus, à quibus ut unici servatoris celebratus est triumphus. Vid. Sueton. in eo *cap.* 82. Rex fatalis triumphus est. Idem despectus, verbera, & mors. Qui audit *Hosanna* in excelsis vel ab infante, audiet brevi, *Crucifige.*
Plin. *Cur concess. sa corona graminea?*
*Felicitas & gratia mundi præcipites.*

19 Articulus promet. Discipulos comites assumpsit triumphaturus, dicens illis: *Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum & Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum.* Ita sanè post triumphum. Cur ego triumphum tacet, dum simul in urbem in tantum plausum ascendit? Subticetur pompa, qua nulla maior unquàm in orbe visa: & duntaxàt exponitur lusus, flagri & crucis pœna? Ubi cruciaminum tota machina signatur, triumphus supponitur. In triumpho præibat effigies larvata, seu lycantropus (de quo nos loc. cit. n. 6.) en triumphantis irrisio, subsannatio, atque despectus. Eminebat etiam flagrum. En pœna verberum. Carnifex comes adhærebat triumphanti. Malum omen. Altior spectatoribus præcellebat, qui triumphabat dignus pompæ.
Math. 20. 18
*Cruciamina sunt triumphi, atque meritorum signa.*

——*Unde altior esset*
*Casus, & impulsæ præceps immane ruinæ.*
Iuven. d. v. 107.

Quorsùm ergo signat in publica pompa Senatus trucem carnificem, nisi ut excellum præ cunctis ducat in mortem? Hinc à Christo dum triumphatum in urbem cum discipulis ascendit, triumphi exitus exprimitur, & triumphus meditatò tacetur; quoniam patebit triumphasse, ex sannis, flagris, & acerbà morte in cruce. Siccine ergo delevit, quod adversus nos erat chirographum, quod in cruce hæret affixum, expolians Principatus & Potestates, hominum exactores; igitur ab eis inventus ut homo, floruit palam triumphans illos in semetipso. *Decernitur Germanicò triumphus manente bello*: infit Tacit. *Annal.* 1. cap. 55. quippe secura victoria ex futura pugna. Quid, de cœlo descendenti in inferiores partes telluris, ad debellandum aëreäs potestates? Hunc Pater signavit Deus, ut ante congressum concede-

Tacit.

re-

retur triumphus; quippe portaturus palmam ante pugnam & victoriam: & ut homo similiter in ovationem ascenderet.

Sedul. d. v. 187.

*In se tormenta beavit.*

## DIDASC. VI.

## *Sub specie doloris felicitas beatitudinis.*

1 GLoriæ felicitas, iuxta D. Thom. in *Psalm.*5. & in *Isai.*35. in lætitia beatorum sempiterna, secura, ac plena; cuius plenitudo ex beatitudine concepta, ex materia, societate & perfectione. Hæc gloria (Stoicè ait Seneca) videtur in terra, quippe de cœlo virtute trahitur ut inhabitet gloria in terra nostra. *Si nobis* (inquit *Epist.* 115.) *animum boni viri liceret inspicere: ò quàm pulchram faciem, quàm sanctam, quàm ex magnifico, placidoque fulgentem videremus! Hinc iustitia, illinc fortitudine, hinc temperantiâ prudentiâque lucentibus. Præter has frugalitas, & continentia, & tolerantia & libertas, comitasque, & in homine rarum humanitas bonum, splendorem illi suum affunderent. Tum providentia, tum elegantia, & ex istis magnanimitas eminentissima, quantum decoris illi, quantum ponderis gravitatisque adderent! Quanta esset cum gratia auctoritas! Nemo illum amabilem, qui non simul venerabilem diceret. Si quis viderit hanc faciem altiorem fulgentioremque, quam cerni inter humana consuevit, nonne velut Numinis occursu stupefactus resistat, & ut fas sit vidisse, tacitus precetur? Tunc illam Virgilij vocem verens atque attonitus emittet.*

*Gloria cœlestis quo cõsistet.*

Senec.

*Iustus dilectus ex animæ perfectionibus.*

Virgil. 1. Æn. 331.

*O quàm te memorem virgo! namque haud tibi vultus*
*Mortalis, nec vox hominem sonat. O Deà certè!*

HincSponsę, ornatę monilibus virtutum, explendore charismatum, dicitur: *Revertere, revertere Sunamitis: revertere, revertere, ut intuëamur te.* Amanti enim semel aspexisse non sufficit: & videre quam viderant faciem desiderant, ut revisis virtutibus de plenitudine gaudeänt. *Ut intueämur in te, quasi in spectaculum: idest, quasi in rem miram:* subdit hìc Alapid. Quanta cum gratia auctoritas! Quanta virtutum maiestas! Quàm pulchra facies, quantus decor, quantus fulgor! intuerique desiderant denuò quam splendore commendavit admiratio; quippe plena charismatibus, *spectaculum* facta & *Angelis & hominibus.* Ita Paulus, qui oppressus à mundo & collocatus in cœlo.

Cant. 6. 12.

Alapid. *Perfectio animæ sanctę dicitur admiratione*

1. Cor. 4. 9.

2 Peripsema enim est factus, catenatis persecutionibus; sed in ipsis & ab ipsis gloriosè elatus. Expellitur Athenis Alcibiades, recipitur ab expulsoribus pompà solemni ovationis. *Igitur omnibus, non humanis tantùm, verùm & divinis eum honoribus onerant. Certant secum ipsi* (ait Iustin. *Histor.* lib. 5.) *utrùm contumeliosiùs eum expulerint, an revocaverint honoratiùs. Ipsos illi Deos gratulantes tulere obviam; quorum execrationibus erat devotus: & cui paulo antè omnem humanam opem interdixerant, cum si queänt, in cœlo posuisse cupiunt. Explent contumeliis honoribus, detrimenta muneribus, execrationes precibus.* Stultus non intelliget hæc, quippè in vana vanissimum eius cor, & videns in pressuris præsentem persecutionem, ex persecutione non videt felicitatem. Pœnam vestivit honore, qui illos probavit tanquàm aurum in fornace. *Aurum* (inquit Tertullian. de *Habit. muliebr. cap.* 5.) *terra planè glorioſior, pœnali opere deplorata, nomen terræ in igne reliquit, atque exinde de tormentis in ornamenta, de supplicijs in delicias, de ignominijs in honores, metalli refuga* (ideſt *in torquem*) *mutatur.* Corpus humanum terra est, igne persecutionis mutatur in aurum, in ornatum per tormentum: igitur quò magis scalpello cælata, sunt monilia pretiosiora. Nomen terræ in igne relinquit, & gaudet, quia ex terra fulget. Ita Hercules protulit post tot labores, apud Senec. in *Oetæo*, v. 1963.

*Mundui quos persequitur, obsequitur.*

Sap. 3. 6.

Tertull.

*Cur tanquam aurũ iusti in tribulatione positi?*

——— *Quicquid in nobis terræ*
*Mortale fuit, ignis iniectus tulit.*

Senec.

Vid. *Tom.*3. *T.*4. *n.*3. Ignis adhibetur, ut in aurum terra corporis examinibus agatur: igitur nemo pervenit faustè in immortalitatem, nisi transierit per pœnarum ignem. Brevì Leo Pap. in *Transfigurat.* cap. 8. *Per laborem ad requiem, per mortem transitur ad vitam.* Fiunt Angelis & hominibus singulare spectaculum, qui erant ex numero hominum: equidem per ignem sine conditione carnis, iam non homines. Unde Æschyl. in *Prometh.* v. 157.

Leo Pap.

*Nunc qui miser, factus spectaculum conspicuum.*

Æschyl.

3 Apprimè Prosper. lib. 1. de *Vit. contemplat.* cap. 4. *Ibi summum, ibi intellectus sine errore, memoria sine oblivione, cogitatio sine evagatione, charitas sine simulatione, sensus sine offensione, saturitas sine fastidio & tota sanitas sine morbo.* Adi Bernard. Serm. 11. in *Cantic.* n. 6. Fit enim

Prosp. *Bona cœlestis patriæ.*

ibi

ibi quies à labore, gaudium de beatitudine, & summa iucunditas de status novitate. *Vidisses tectum pannis corpus* (infit M. Senec. *Controvers.6.*) *omnia membra vinculis pressa, retractos retrorsùs oculos, obtritas catenis & inutiles manus: talem quis amare posset?* Cœlum. *ibi* (ait Augustin. *Medit.* cap.22.) *vita vitalis, vita beata, vita secura, vita tranquilla, vita pulchra, vita munda, vita casta, vita sancta, vita ignara mortis, nescia tristitiæ, vita sine labe, sine dolore, sine anxietate, sine corruptione, sine perturbatione, sine varietate; ubi non est adversarius impugnans, ubi nulla peccati illecebra, ubi est amor perfectus, & timor nullus, ubi dies æternus, ubi Deus facie ad faciem cernitur, & hoc vitæ cibo mens sine defectu sanctiatur.* Gloria hæc est omnibus Sanctis eius. Retorquatur Profanus, *6. Æneid.* à v.660.

*Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi:*
*Quique sacerdotes casti, dum vita manebat.*
*Quique pij Vates, & Phœbo digna locuti;*
*Inventas aut qui vitam excoluere per artes,*
*Quique sui memores alios fecere merendo:*
*Omnibus his niveâ cinguntur tempora vittâ.*

*Unde isti norunt* (inuit Senec. 4 de *Benef.* cap.32.) *illum eò vultu ad pericula euntem, quo alij ex periculo redeunt? Ubi iste, aut quis est?*

*——Pauci quos æquus amavit*
*Iupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus.*

*Tradens tradet illos*: dicit nostra Tautologia. Tormentum videtur, quod homo ex acerbitate patitur. Fallitur homo, quippe pro cœlo & dulcis amaritudo. Unde dum traditur pœnæ, haud traditur tractu ad pœnam; quia æternum pondus operatur in gloriam.

4 Graphicè Paulus destribit huius tribulationis momentum, ac æternitatis gaudium. *Deus dilexit nos & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu, ut ostenderet in sæculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ.* Præ amore Christus Salvator duxque N. ascendit in cœlum, nobisque ibi præparavit locum, ampliora adeptis per ineffabilem Christi gratiam, quàm per diaboli amiseramus invidiam: equidem quò præcessit gloria capitis, eò spes vocatur & corporis, quia Christi in carne glorificatio, nostra sanequàm provectio. Quod nisi nobis, ut alio dicit Manil. *lib.*5.v.4.

*Non ultra extruxisset opus, cœloque rediret,*
*Ac per descensum medios decurreret ignes.*

Quia ut in Sole Virginis poneret tabernaculum suum; à summo cœlo egressio eius, & occursus eius usque ad summum eius.

*Principiumque suum repetito cardine claudit*
*Alter in hunc medium, summumque incumbit in axem.*

Præmittit idem *lib.*1. *cap.*8. v.33. Per umbram designavit Trismegistus pag.14. *Opifex* (inquit) *unâ cum Verbo circulos continens, ac celeri pernicitate convertens, suam ad se machinam reflexit, eamque volvi à principio sine principio absque fine præcepit. Incipit enim illic, ubi desinit.* Sensum genuinum huius sententiæ delicabimus, *Tom.seq. T.*8. *n.*18. ad illud Eccli.24.8. *Gyrum cœli circuivi sola.* Modus elevationis describitur à Ctesia lib. de *Reb.Indicis*, nosque latè agimus in *Ephem.* die 25. *Mart.* diximus aliqua *Tautolog.6.D.*4.*n.*8. Somniat ergo Ctesias vigil felicitatem totius generis humani. *In sinu Iovis fulgebat* (ait) *gemma singularis, dicta Pantarba* (idest, omnis tremoris: splendoris scilicèt, quapropter dicimus, Aurum nutare, & stellas tremere) *institor amisit in flumine Indico septuaginta septem gemmas, & lapides pretiosos, quos à fundo retraxit Pantarba, & simul cum illis sibi cohærentibus, inclusa fuit in diademate Iovis.* Singulare prorsùm figmentum, sed mysterij præsentis speculum clarum. Erat Verbum in sinu Patris prę cunctis pretiositatibus gemma, in mari magno amissa seu proiecta humana gemma pretiosa, ac infixa limo profundi, ubi non erat substantia. Ibi iacebant estò magni momenti misera iustorum animæ, quæ non poterant educi. Descendit Verbum, carne velatum in inferiores partes terræ. In altitudinem maris incidit, atque tempestas usque in profundum demersit; sed pretiosos secum lapides, illas animas eduxit, ac in cœlestibus (mirè ascendit) splendore collocavit.

*Lucis ab infirmis relevans ad sidera duxit.*

5 Flectatur in Didascaliæ propositum calamus. *Consedere*, qui dilexit nos, *fecit in cœlestibus*: dicit Paulus. Confessuros, planè: sed consedere, difficile: potissimè, cùm hìc observet Alapide, Paulum tunc inter vincula iacere. Quid vincula ad gloriam & beatitudinem? Quid dolor ad felicem voluptatem? In catenis vexatio ac cruciaminibus divexatio, in gloria cuncti gaudij plenitudo. Quomodo ergo summa beätitudinis interminata voluptas inter ferri stridorem & catenas? Nescit mundus huiusmodi artem, ut inter dolores consequatur beätitudinem. Nescit gloriam latere sub cruciaminū vela-

mi-

Marc.Sen.

Augusst.

*In qua hierarchię.*

Virgil.

Senec.

Ibid.v.129.

Iudith. 5.

Ephes.2.à 4

*Ascensione Christi ascendit in cœlum homo.*

Manil.

Mercur.

*Quæ gemma Pantarba* Ctesias.

*Modus elevationis hominis.*

Sedul.5.v.5

*Pro Christo tribulatio est beätitudo.*

mine : Paulusque dum iacet compedibus vinctus, victor sedet in cœlestibus; quippequàm illi aperta, quæ beatitudo latebat in laboribus incognita. Dicit vel Ethnicus in *Octav.* v. 345.

Senec. *Vita cedit fessa labori.*
*Gloria manet tacitis in pectoribus*
*Spreta tristi iam morte.*

Hoccine ingenium videri nisi invisibiliter non potest, quo cœlum ex pœna valet. Horret mundus, quippe videt cæcus. Videt duntaxat pœnam urgentem, sed non videt gloriam comitem; igitur non intendit in pectora compedes tolerantium, sed solummodò in gemitus compeditorum. Paulusque glorioſé in celestibus sedet, dum catenis gravatus carceris iacet, & mundus oneratum ferro videt; ut eius ibi constet splendidè gloria, & mundi de huiusmodi metamorphosi ignorantia: quandoquidem gloriam Pauli ipse mundus videret, si in Pauli pectus aspiceret.

*Gloria quomodò inter vincula?* Dilectores mundi pœnam reputant pœnam, gloriam quæ gloriam, nescientes utriusque propter mundum atque cœlum conditionem, contrariam oculis obijcientem speciem. Non vident: si viderent, mirarentur in subitatione insperatæ salutis; quia appareret quod illos contraria specie latebat, & pœnam in gloria, gloriamque pœnæ error cæcus ignorabat: illique iacent, dum florent, Paulusque floret, dum iacet; quoniam gloriosè rutilat in sede maiestatis, qui ab illis iudicabatur dirè cruciari in catenis.

Claudian. Epigr. 35. *Notus amor provexit in astra.*

Quid si in astra, dum iacentes vinculati sunt in gloria? In catenis cùm sint tracti vinculis charitatis; quæque ferreâ, non sunt vincula: igitur pes ponitur in nervo per tyrannum, verùm semitæ observantur versus cœlum. Iam ibi & glorioſi, ubi vexantur in carcere.

V. 7. 6 Contextus indicat. *Consedere fecit in cœlestibus, ut ostenderet sæculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ super nos.* Ergastulum enim vidimus Empyrium; ubi electi etsi afflicti summà potiuntur felicitate. Sit ergo. Verùm si felicitas tanta ex beatitudine; quippini secundum divitias gloriæ, sed duntaxàt secundum divitias gratiæ? Conveniunt gratia & afflictio: gloria confertur sine afflictionis consortio: quo igitur ingenio in vinculis & catenis consortium gloriæ? Secundum abundantiam divitiarum gratiæ. Est gloria & est gratia, & etiam gratiæ divitiæ. Est gloria, quò nulla ulli utpotè in cœlo molestia. Est gratia, ubi cum corporis gravamine vincula: est gratia cum abundantia, ubi in afflictione ostenditur gloria, qua in cœlestibus beati, perinebriantur voluptatum torrente: divitiarumque gratiæ dicit Paulus ostensionem, perferens in carcere vinculorum gravitatem; quoniam patet quanta gratia, totà glorià ostentà in pœna: etenim petitus vinculis, vulneribus, acerbis persecutionibus, sedet glorioſus feliciter in cœlestibus. Ulteriùs. Est gloria per gratiam, atque gloria propter gratiam. Illa in morte quippe gratia gloriæ semen. Hæc in vita, ubi gratiæ divitiarum abundantia. Ex iustitia datur in morte, quoniam gloriæ cohæredes ratione gratiæ: ex abundantia gratiæ datur in vita, quippequàm in vita gloria, divitiarum abundantia: patenteque gloria, dum urget calamitas, ostendit in Paulo Deus gratiæ abundantis divitias; igitur si in morte gloria conceditur ex iustitia, in persecutione tantùm ex abundantiore gratia. Clariùs ergo. Est discrimen inter gloriam venientem, & venientem ad gloriam. Venienti ad gloriam in cœlum, dicitur: *Intra in gaudium.* Veniente glorià, propter cœlum vexationibus attrito; nova Ierusalem tota descendit de cœlo. In morte homo ad illam vadit: in persecutione gloria ad hominem venit, Deo ostendente abundantes divitias gratiæ suæ: etenim ostenditur in vinculis ratione prementis pœnæ, abundantia mira gratiæ; si gloria tunc de cœlo ad hominem veniat, antequàm ad illam vadat.

*Unde gratia huiusmodi gloria?*

Math. 25. 23. Apoc. 21. 2.

*Quodnam discrimen inter gloriam venientem, & venientem ad gloriam?*

7 Difficile occurrit testimonium delicandum. Effectum diræ passionis exposuit Assertor N. discipulis: *Iterùm venio, & accipiam vos ad meipsum; ut ubi sum ego & vos sitis.* Ubi tunc erat? Cum illis. Si cum illis, & ubi illi, non fit intenta mutatio loci. Estne alicubi? Profectò difficile est, si sit ibi, vel non sit. Si alicubi mansio, cur dicit cum illis, *ubi sum ego*? Modò cum illis & ibi, iam illi cum illo sunt; quippe sunt, ubi ille est. Quid est hoc? Est ibi & alibi? Est in gloria & erat ibi: commendat illis per emphatica verba, quod sicut ille, ibi sint, & sint in gloria. In gloria & ibi? Ostendit utique abundantiam divitiarum gratiæ: equidem cùm persecutiones illorum indicet, ob quas ad illos gloria de cœlo descendit; erunt tanquàm ille in cœlo, ubi in mundo quò erant, accesserit persecutio. Perspicuius. Christus etsi cum illis, erat in cœlo; qua de causa post passionem asserit futuros, ubi erat ille. Unde igitur in voluptate futuræ gloriæ, si hæc futura? Ex gratiarum abundantia, qua antequàm vadant in cœlum, cœlum venit ad illos vi vinculorum: Christusque dicit, *ut sitis ubi sum ego*; quippequam ille in cœlo, etiam cùm esset in mun-

Ioan. 14. 3.

*Gloria ex pœna, antequàm adveniat gloria.*

mundo. Impossibile videbatur, ubi non erant, tunc esse; vel non esse ubi tunc erant. Mutaturi locum, cùm ascenderent in cœlum. Restabat, ut gloriam ex persecutione aspicerent, priusquam in cœlum ascenderent: dicitque Christus qui in mundo erat atque Empyrio, *ut sitis ubi sum ego*; quoniam per premens vinculorum pondus, gloria descensura ad illos.

Claud. 3. Consul. H. v. 171. *Australes referat portas::.quibus ipse sodalis*
*Dignetur stellis, aut qua regione moveri.*

8 Dum patitur Stephanus; tantæ novitatis explicatur articulus: *Ecce* (inquit) Actor. 7. 56 *video cœlos apertos.* Haud gloria cœlos impugnantem aperiret, ni ad illum allecta propter decorem descenderet. Canit Arator, 1. in *Act.* v. 609.

Arat. ——*Cœlos aspexit apertos:*
*Corpus in arce Dei patuit pro munere testi.*

Nescit mundus in tribulatione, quid lateat sub tribulati virtute. *Maiestatem enim eius ex nostra imbecillitate metimur? Quid porrò* (inquit Senec. *Epist.* 92.) *non æquè incredibile videtur, aliquem in summis cruciatibus* Senec. *positum, dicere, Beatus sum? Non video enim quo modo non in infirmum agatur è fastigio suo deiecta virtus. Beätum præstare debet. Quid est autem, quòd non existimes in eo divini aliquid existere?* Si in summis cruciatibus floret virtus, qua beätus; quid quod felix valeät, cùm è fastigio suo ad illum gloria descendat? Gloriatur itaque in tribulationibus, unde in miseria beatus. Surrexit Christus, eiusque in corpore manifestata gloria, sed *clavorum & lanceæ erant servata vestigia*, ait Leo Pap. serm. 1. de *Ascens.* cap. 3. Lucent insignia vulnerum, & vestigia cicatricum, in trophæum: etenim passionis vulnera gloriæ sunt viva vestigia; ut in gloriam, in cœlum ascendendo, sic intraret, quæ pridem ad illum honoratura per ipsas Luc. 24. 26. plagas descendit. *Sic oportuit pati & intrare in gloriam suam.* Passiones pignus esse beätitudinis eius exemplo non crepetum: Math. 5. 10. *Beati qui persecutionem patiuntur.* Ita in cruce passus, ita ad gloriam ingressus: at per vulnera crucis, quare non dicit gloriam, sed gloriam suam? An quia acquisivit pretio sanguinis, dum se dedit in pretium propter homines?

Horat. 3. Od. 14. v. 2. *Morte venalem petiisse laurum.*

Aliud cogitandum ad Didascaliæ institutum. Gloriam Pater filio dedit, quùm ad tolerandas passiones misit. Estò haberet, videbatur amitti, dum patiebatur in cruce, quasi derelictus à Patre: & ubi corpus resurgit etiam vulnerum vestigijs in gloriam, gloriam isthanc vocat suam; quippequàm pridem vulneratus habuit, etiam dum crucem subivit.

*Vulnera, gloriæ vestigia.*

9 Quia non apparet, non ideo fugit: ut appareät intra, vulnera latet, ita coniuncta persecutionibus, & addicta vulneribus; quòd in eius ostensionem patescat cœlum, etiam ad memoriam vulnerum. Transfiguratus est Iesus, in articuloque *resplenduit* Matth. 17. 2 *facies eius sicut Sol.* Apparuerunt in maiestate Moyses & Elias, loquentes de excessu eius, cui competebat maiestas, cœlo coruscante patulo, audito de cœlo verbo. Alio blandimine intentus, theätrum describit Virgilius, 1. *Æneid.* à v. 590.

Virgil. *Vix ea fatus erat, cùm circumfusa repentè*
*Scindit se nubes, & in æthere purgat apertum.*
*Restitit Æneäs, claraque in luce refulsit*
*Os humerosque Deo similis.*

Aptior similitudo in eo, qui pro hominibus habitu inventus ut homo. Per mortem crucis siparium apertum huius glorificationis. Hinc Synedri *loquebantur de excessu,* Luc. 9. 31. ex quo plausus ab Empyrio. Sit ergo: verùm si ab illa pœna gloria tanta, quare splenduit, priusquàm illi loquerentur de pœna? Nihil mirum, quòd ad memoriam passionis fulgeret interna virtus: mirùm quòd in memoria esset passionis excessus. Excessus est, ubi ultra connaturalem mensuram & modum, decertantis virtus in gloriam disponit triumphum, in quo post agonem, possit ostentare claritatem: excessusque meritò dicitur, ubi ante verbum de excessu Salvator transfiguratur; quoniam ita connexa gloria cum pœna, ut ante pœnam pro pœna iam effulguraret gloria, igitur ad illam vocati, qui consiliarij, mirantur; antequàm de passione ullum verbum loquerentur.

*Gloriæ micant signa, vel cũ passionis memoria.*

Iuvenc. 3. v. *In lucem refert mortis de sede trophea.*

Claret cur sic oportuit Christum pati, quando non solùm refulsit ex vulnere; sed etiam ubi mortis excessus voluptuosè recolitur, totum cœlum in plausum aperitur. Intendit ostendere glorificati virtus, quid latebat intra pectus: demonstratoque in tolerantiam exemplo, evanuit ab oculis spectantium clarissima gloriæ visio.

Ovid. 1. Fast. v. 173. *Ille suam faciem transmutat, & alterat arte,*
*Mox domitus vinclis, in sua membra redit.*

10 Paulus in passionibus insitam gloriam supponit non revelätam. *Non* Rom. 8. 18. *sunt condignæ* (inquit) *passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Vid. dicta *Tom.* 2. *T.* 3. *D.* 3.

*à n.* 18. Futuram dicit, quippe absconditam supponit. Absconditur in meritum, non in donum: equidem quæ in cœlo revelatione futura, tota cœlorum gloria revelatur in pœna. Multis charismatibus ac cœlestibus donis Moyses dignatus; ut cognosceret inveniſſe coram Domino gratiam, quæ quidem ut sitibunda haud quiescit, ni videat gloriam.

Exod. 33. 13. A v. 18. *Si ergo inveni gratiam* (ait) *in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam.* Initat. *Ostende mihi gloriam tuam.* Cui Dominus: *Ostendam omne bonum tibi.* Quodnam omne bonum, atque gloria Deitatis coram oculis Moysis? *Nec enim Moyses* (infit Ambrosius in *Psalm.* 43. 24.) *totam divinitatis eius plenitudinem, quæ habitat in Christo corporaliter; sed vidit posteriora Christi. Vidit splendorem eius ut homo, vidit eius gloriam passionis, per quam regnum eius cœleste nobis reseravit.* Singulariter excogitat Ant. Fernandius de *Visi.n. S. Script.* Visio. 7. Sect. 3. Moysen asserit tum pro gloria vidisse Christum flagellis cæsum, & spinis coronatum, qualem Pilatus populo exhibuit, dicens: *Ecce homo.* Hæc est gloria? Utique: cupit videre, quia non erat revelata: Dominusque palam ostendit, quæ Moyses necdum cognovit: ut contra quæ conceperat, gloriam in dolore videat: etenim ut in vita cognosceret bonum summum, duntaxat illi ostendit virum dolorum. Solicitat Moyses spectare gloriæ speciem, & quærit Domini faciem. Est duplex beatitudo, atque duplex revelatio, post vitam scilicet & in vita abundantissima gloria. Quæ post vitam in vita videri nequit: ideo dicit: *Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & vivet.* Etiam apud Profanos legitur huiusmodi de Deitate conceptus. Cicero in *somn. Scipion.* infit: *Nisi enim Deus* (*cuius hoc templum est omne quod conspicis*) *istis te corporis custodijs liberaverit, huc tibi aditus patere non potest.* Ovid. 15. *Metam.* fab. 2. de Pythagora, v. 3. succinit:

Ambros. *Christus cum insignijs passionis, pro gloria ac in gloria Moysi ostenditur.* V. 20. Cicer. Ovid.

——*Licèt cœli regione remotus*
*Mente Deos adijt: & quæ natura negabat*
*Usibus humanis, oculis ea pectoris hausit.*

Alia gloria est in vita, quam spinæ continent & dura flagra. Aspectus glorioſi Moyses satagit, formamque humanam & summè afflictam ostendit, ut videat quæ gloria in vita, dum desideratur gloria: igitur hic per ærumnas & dolores, Domini videtur facies. Hæc est summa gloriæ in hac vita mortali. Hoc summum bonum cupienti ascendere in summum: & in effigie Domini saturati tùm opprobrijs, tùm ærumnis, gloriæ cupitæ manifestatur species; quippequàm ubi huiusmodi facies vulnere afflicta, tunc revelatur ex passione gloria.

*Radij beatitudinis per ærumnas passionis.*

11 Respice in faciem Christi tui, si modò species desideratur gloriæ. In assumptitio corpore gloria manifestatur, & *Ecce homo* aviditati cordis anhelantis ostenditur. Typicè signatur quod futurum in passione, ut homo propter gloriam inhæreat cruci: etenim ut gloriæ summum abijciatur bonum; videtur corpus assumptum, sed vulneratum. *Hic præsignatam & promissam esse Moysi visionem humanitatis Christi in transfiguratione*; asserit Alapide, ex Tertulian. 4. *Adverſ. Marcion.* cap. 22. qui subdit: *Videbis posteriora mea, quam desideraverat gloriam in posterioribus temporibus revelandam.* Vidit, sed excessum cruciaminum in eius gloria cognovit: equidem patuit in illo fulgidè transfigurato, quanta gloria promanabat ex cruciaminum excessu. Discrimen præfatum ingeniosè innuitur ibidem à Tertuliano. Apparuit in Salvatoris transfiguratione Moyses. *Cum illo* (infit) *in gloriam, non in conspectum.* Quomodò non in conspectu, sed in gloria, ubi gloria ex Salvatoris conspectu? Est gloria ex conspectu Deitatis, & ex dolore passionis. Conspectus necdùm datus, quia Iesus necdùm per passionem erat glorificatus, aperiens regna cœlorum, ut Moyses admitteretur ad Deitatis conspectum. Erat gloria passionis, resultans ex tolerantia cruciaminis: in hancque admittitur, dum de excessu crucis loquitur; quoniam tota Christi gloria ex passione toleranda. Excessus erat gloriæ & ignominiæ, ex ignominia germinante gloriâ. Ex passione, qui imago Patris ita afflictus, ita malè habitus; ut in eius cognitionem, diceret: *Hic est filius meus dilectus*: expositâque in Thabore passionis umbrâ, tota expanditur Salvatoris gloria; quippequàm ibi totius beatitudinis fulgor, ut patientis in cruce nulla species, neque decor.

Alapid. Tertull. Idem. *Summus patientis fulgor, ubi carnis evanescit decor.* Math. 17. 5.

*Mutatur habitus: non idem vigor,*
*Non ora tingens nitida purpureus rubor,*
*Tenerque nitidi corporis cecidit decor.*

Senec. *Hipp.* v. 370

*Exhalare animam, nullasque in corpore partes*
*Noscere quas possis: unumque erat omnia vulnus.*

Ovid. d. fab. 45.

12 Mira in rem dicit Stoicus, sed non Stoicè. *Nemo non amore eius arderet* (subdit quò supr. n. 1.) *si nobis faciem illam videre contingeret. Nunc enim multa obstrigillant, & aciem nostram aut splendore nimio repercutiunt, aut obscuro retinent:*

*sed quemadmodùm visus oculorum quibusdam medicamentis acui solet & repurgari: sic & nos si aciem animi liberari impedimentis voluerimus, poterimus perspicere virtutem, etiam obrutam corpore, etiam paupertate oppositâ, & humilitate & infamiâ obiacentibus. Cernemus, inquam, pulchritudinem illam, quanvis sordido obtectam.*

Senec. *Gloria ex virtute doloribus oppressa, sed valida.*

Luc. 24. 46. Hinc gloria, & maxima, quippe prævalet virtus, etiam oppressa. *Sic scriptum est* (dixit Salvator post immortalem gloriam) *& sic oportebat Christum pati.* Ubi ergo scriptum? In Isaia dicit Maldonat. hìc, & alij alibi. Citationes Biblicæ signant *Psalm.*

Psal. 18. 7. 18. 7. ubi: *A summo cœlo egressio eius, & occursus eius usque ad summum eius.* Hæc est elevationis maiestas: unde per illam crucis designatur humilitas? Iuxta huius tenorem auctoritatis, sic oportebat exaltari filium hominis: qua ergo lege signatur crucis lignum, per admirabilem exaltationem in cœlum? Ut constet gloria revelata, quæ in passione erat occulta; quoniam virtutis eminet pulchritudo, estò obducta ignominioso sordidissimo despectu: & pro in cœlum abire, dicit meditanter, *sic oportebat* in patibulo *pati*; igitur in ipsamet acerbitate passionis, eminebat ad exemplum summa tota beatitudinis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen; exhibens in eius corpore summæ felicitatis specimen: etenim si in cœlo gloria, hac itur ad astra, ut

*Merces mihi gloria detur.* Ovid. 3. *fast.* v. 381.

*Merces vestra* (ait, cuius par est sequi ac premere vestigia) *copiosa est in cœlis.* In pœnis ergo *gaudete & exultate*, quippe quæ videntur persecutiones, pellucido velamine effulgurant beatitudines. *Merces* premium est, acquiritur pretio sanguinis. *Vestra*, ex vulneribus corporis. *Copiosa*, quia coronat Empyrium leve prorsùm tribulationis momentum: ac denique non in mundo sed *in cœlis*, quippe felicitas cum munere æternitatis. Festinemus ergo ingredi in illam requiem, quò scriptum habemus nomen. Exeamus itaque ad Ducem extra castra signo crucis, improperium eius portantes.

Matth. 15. 12. *Unde commendabile præmium ex merito tribulationum?*

*Dat pariter minimum nobis, sed finibus illis,*
*Quos super incubuit, longa stant tempora luce.* Manil. 1. *cap.* 7. v. 20.



TAU-

# TAUTOLOGIA UNDECIMA.

*In contemptu ſuperbiæ ſuæ Deum Iſraël contempſit.*
Iudith. 13. v. 28.

## EXPOSITIO LITERÆ.

1 PROSCENIUM, ſeu anteſcena tragœdiæ contentæ in argumento præſentis Tautologiæ, præcedenti planè expoſita, & modò plenè exponenda. In ſubiugationem Occidentis totius, prodromus Xerxis ſtolidi deſignatur Holofernes: qui quidem in illo ampliorem invenit gratiam, quoniam apprimè imperantis æmulatus inſolentiam. Iurè ſuperbus confertur fumo. *Convolvetur ſuperbia fumi*, quia difflatur ſtatim fumus ſuperbiæ. Quò magis ventus attollit, vaneſcit, & evaneſcit. Iſai. 9. 18.

*Scilicèt omne, Deo contra nitente ſuperbum*
*Evaneſcit opus, veluti cùm ſurgit in auras*
*Fumus.* Mantuan.

Accinit Mantuanus, de *Tempor. calamit.* Appoſitiùs ſignatur metamorphoſi ſuperbiæ, in entitatem fortunæ: non quia ex Fortuna naſcitur ſuperbia: ſed quia cùm cæca & alata ſit (quin vaga cognoſcat ſe) dum pœnis Fortunæ, adulationis popyſmate tollitur ſupervus in altum; quouſquè cadat alliſus, non præcavet præcipitium. Fatuè ridet, quandiù arrogantia dolosè diſpoſuit. *Cur ſuperbia fumo confertur.*

*——— Unde altior eſſet*
*Caſus, & impulſæ præceps immane ruinæ.* Iuvenal.

Ut canit Iuvenal. *Satyr.* 10. v. 106. Homer. 20. *Iliad.* v. 36. ſuccinit: *Vulcanus ſuperbiens claudicans.* Quis enim, etſi cordi excellentiâ, ſuperbiret; ni pluſquàm pede, ſincipite vagabundus claudicaret? Superbus accipiter haud æquis greſsibus, faſtoſus licèt, incedit. Alternatim extollitur & opprimitur, quin in maieſtatis culmine poſsit conſiſtere pede. Sors ſanè fortunæ miſera, ubi vel in firmitate nulla datur conſiſtentia. Vel ſe ſuperiùs arrogans non movebit; vel cognoſcendus in faſtigio quo pede claudicet. Ita in Holoferne cognitum, quò effluebat cerebrum. Homer. *Et cum Fortuna iungitur?*

2 Apud Priſcos mos inolevit, caput cadaveris tondere, & pro foribus comam reſectam ſuſpendere. Ita refert Nicol. Cauſsin. in *Horum Apoll.* lib. 1. Hieroglyph. 41. Unde Hercules non credens Admeti uxoris fatum, ſervo nuntianti dixit (ut ait Euripid. in *Alceſt.* v. 805.) Quid? *Nulla coma præciſa eſt in veſtibulo.* Quæ ſuperba criſpa diſsipantur vento. Cogitationes capillis notantur, & cadaveris meditanter ſuſpenduntur; ut inimici Domini honorificati, & exaltati, in capillitio legant, quàm perniciter ſicut fumus deficiant: igitur patet per ſupplicia & cruciatus immanes, quò futiles ſuperborum deveniant cogitationes. *Quid Regia Cræſi?* uti ait Mantuan. lib. 4. *Silvar.* carm. ad Pamphil. v. 119. *Coma cadaveris ſuſpenſa pro foribus.* Euripid. *Faſtus ſuperbiæ lamentabilis exitus.*

*Quid gladijs ſtipatus honos? Quid pendula ſemper*
*Ambitio? Fortuna ſagax, ſecuraque nunquàm*
*Proſperitas, & perpetuis obſeſſa venenis*
*Vita tyrannorum? Sumpti pro laude labores*
*Præcipiti proſunt, & eunti in Tartara vitæ?* Mantuan.

3 Symbolo oſtenditur quò proceſſerint, & devenerint cogitationes Xerxis, quin deciderit vel pulſus à vanis cogitationibus, allectus ambitionis cæcitate, præ fortuna in diſcrimina ductrice. Serò indocilis ſapit, nec per flagra: Xerxes nec ipſa reſipiſcentiâ. Ille ergo Darij Hyſtaſpis filius, ſed haud maior natu, fortunâ in ſolium evectus, quia primus habitus à Rege filius. *Darius cùm bellum* (inquit Iuſtinus, *Hiſtor.* lib. 2.) *adverſus*

*Græcos instauraret, in ipso apparatu decidit, relictis multis filijs in regno & ante regnum susceptis. Ex his Artemenes, maximus natu, ætatis privilegio, regnum sibi vindicabat. Porrò Xerxes controversiam non de ordine, sed de nascendi felicitate referebat: namque Artemenem primum quidem Dario, sed privato provenisse, se Regi primum natum:. Hoc certamen concordi animo ad patruum suum Artaphernem, veluti ad domestitentio fuit, ut nec victor insultaverit, nec victus doluerit; ipsoque litis tempore invicem munera miserint, iucundaque inter se non solùm, sed credula convivia habuerint; iudicium quoque ipsum sine arbitris, sine convicio fuerit. Tanto moderatius tunc fratres inter se regna maxima dividebant, quàm nunc exigua patrimonia partiuntur.* Eodem proposito Claudian. 2. in *Rufin.* v. 115.

*Fortuna Xerxem fefellit.*

Iustin.

Claudian.

*cum iudicem deferunt: qui domi cognitâ causâ, Xerxem præposuit: adeòque fraterna con-*

*Mens eadem cunctis, animique recentia ponunt*
*Vulnera: non odit victus, victorvè superbit.*

Ita vel ab incunabulis fausta sors extulit Xerxem, ut tutiùs posset mittere ac demittere præcipitem. Fortuna cæca quicquid in altum sublevat, ruitura levat.

4 Bellum à patre in Græciam instauratum Xerxes avidissimè promovit, à qua victus atque profugus ignominiosè recessit: At cùm rediret in Persidem & vicisset Arphaxad; elatus victoriâ, ambulavit in magnis & mirabilibus super se. Qui magnâ freti potentiâ ad manifestam deducuntur insaniam, priùs amore sui prolabentes in vecordiam. In Græcia qui se hominem etiam stultus cognovit; in Media stolidior, sese hominem ignoravit; quippequàm se plausu ac blandimine subditorum Deum fecit, ostendens edictis cerebrum vacuum, vel insolentia nec habere cerebrum. *Præceperat enim illi* (Holoferni scilicèt in credita expeditione) *ut omnes Deos terræ exterminaret: videlicet, ut ipse solus diceretur Deus ab his nationibus, quæ potuissent Holofernis potentiâ subiugari.* Iudith. 3. 13.

*Fatulus se cogitavit Deũ.*

Græc. Græc. *Erat decretum, ut ipsi soli latriarent omnes Gentes, & omnes linguæ & tribus eorum invocarent ipsum Deum.* Idem decretum in Attica. *Ante navalis prælij congressionem* (subdit Iust. d.) *miserat Xerxes quatuor millia armatorum Delphos ad templum Appollinis diripiendum: prorsus quasi non cum Græcis tantùm, sed cum Dijs immortalibus bellum gereret: quæ manus tota imbribus & fulminibus deleta est; ut intelligeret quàm nullæ essent hominum adversus Deos vires.* De huisce insolentiæ audacia, post

Iustin.

Q. Curt.

questus est Alexander, dicens apud Curt. *lib. 3. cap. 7. Deûm templa ruinis & ignibus esse deleta, urbes eorum expugnatas, fœdera humani divinique iuris violata.* Hinc eius indignatio in Branchidas iuxta Miletum, quos delebit, quippe *iussu Xerxis, cùm è Græcia rediret* (subdit, *lib. 7. cap. 5.*) *templum, quod Dydimeõn adpellatur, ob eius gratiam violaverant.* Strab. *lib. 14.* infit: *Omnia templa à Xerxe, quocunqué adisset incensa fuisse, præter Ephesinum Dianæ.* Vide Barn. Brisson. lib. 2. de *Regn. Pers.* fol. 169. & 216. Arrian. *lib. 3. cap. 3.* & Dempster. in *Rosin.* lib. 2. cap. 2. Quapropter Asconius Pædian. in 2. *Cicer. Act.* in Verr. dixit: *Persas ob id invisos Dijs hominibusque.* Indolem Principis imitatus Holofernis. Audierunt Filij Israël (refert Text. Græc. *Iudith. 4. 1.*) *quæ fecit Holofernes Archidux Regis Asiriorum, & quemadmodùm exspoliavit omnia templa Gentium, & dedit ea in deletionem.* Unde Vulgatus, v. 2. infit: *Tremor etiam & horror invasit sensus eorum* (filiorum Israël) *ne hoc faceret Ierusalem & templo Domini, quod fecerat cæteris Civitatibus & templis earum.*

Strab.

Ascon.

5 Mirùm, quòd Ioann. Freinshemius & ex illo Nicol. Blancard. refert in loc. cit. Curtij. *Non desunt* (infit) *qui Xerxem templa Græcorum incendisse aiunt, quod à Iudæis veram religionem edoctus, ex præcepto divino Deuter. 7. 5. ubi*: Aras eorum subvertite, & confringite statuas, lucosque succidite, & sculptilia comburite; *id sibi faciendum putaret.* Ludicrum profectò ratiocinium. Constat, statuas ab illo in Persidem deportatas. Plutarch. vid. in *Themistocl.* Pausan. *cap. 275.* Persarum Regem Xerxem, præter ornamenta, quæ ex ipsa Athenarum urbe amovit, *scimus* (inquit) *Brauroniæ Dianæ signum avexisse: eundemque Milesijs æneum, qui in Branchidis fuerat, Apollinem ademisse, quem multis pòst annis Seleucus ijsdem remisit.* Etiam ludicrum eadem causâ est, templa ab illo deleta fuisse suasu Magorum, quibus indignum videbatur Deum reducere in effigiem, & templis tegi patentem ubique maiestatem. *Maiestatem Solis, quem Persæ venerabantur, putabant* (ait Strabo *lib. 15.*) *nullis tectorum angustijs coërcendam.* Illorum siccine iudicium refert, 2. de *Legib.* n. 10. Cicero, subdens: *Non esse parietibus includendos Deos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera; quorumque hic mundus omnis templum esset ac domus.* Maxim. Tyrium adi, *serm. 38.* De Germanis refert idem Tacit. *cap. 9.* &

*Quare demoliri iussit templa, & comminui simulacra?*

Pausan.

Strab.

Cicer.

lib.

lib.5. *Hist.* cap.5. Apud Romanos, ait Augustin.ex Varrone 4. *Civ.* cap.31. *Plus quàm annos centum & septuaginta Deos sine simulachro coluisse.* Idem latè Plutarch. in *Numa*, Dionys.Halicarnas.lib.2. *Antiq.Rom.* à cap.43. ac Vives in loc.*Augustin.* cit. etiam cum aliquibus Numinibus usitatum apud Græcos, uti de Dea Clementia accinit Statius,12. *Thebaid.*v.493.

Augustin. *Apud Græcos nulla Clementiæ effigies*

*Nulla autem effigies, nulli comissa metallo*
*Forma Deæ: mente habitare & pectora gaudet.*

Stat.

Nullo horum intuitu Holofernes templa destruxit, nec Xerxes destructum iri præcepit; sed duntaxàt arrogandi sibi maiestatem Numinis, sese collocans extra sphæram hominis: *ut sciat omnis gens, quoniam Nabucodonosor Deus terræ est, & præter ipsum alius non est.* Iudith.5.29. Huiusmodi dementia, aut stoliditas frequens prurigo vanitatis Regum Persarum; nisi sui, adorationem erga alios adorandos inhibentium. Vidimus, *Tautol.* 8. n.12. de Cambyse: de Artaxerxe Ocho, refert Ælian. 4. de *Var. hist.* cap. 8. *Hunc Ægyptij vernaculâ lingua Asinum appellabant, inertem eius animum, imbecillitati animalis per vituperium comparantes: quamobrem ipse Apim, vi abstractum immolavit asino.* Alij dixisse ferunt: *Asinus voravit bovem.* Intimè pupugit Ægyptios hoccine opprobrium: quapropter à Bagoä Ægyptio interfectus & felibus datus cibus;ut idem ait, *lib.6. cap.8.*

*Xerxes se Deum & solum subditis exposuit adorandum.* Ælian.

6 Plura post præfatam victoriam animo concepit, opereque Xerxes tentavit; ne fortuna semel à somno Græco excitata dormiret: quare verbum factum in aula eius, *ut defenderet se: vocavitque omnes maiores natu, omnesque Duces & bellatores suos, & habuit cum eis mysterium consilij sui: dixitque, cogitationem suam in eo esse; ut omnem terram suo subiugaret imperio.* Iudith.2. à v.1. Pende. *Ut defenderet se,* quasi ab aliquo fuerit impugnatus aut lacessitus. Lædens queritur, quando læsus nec irascitur? Singularis næ arrogantia. *Hoc habent pessimum animi, magna fortunâ insolentes*: ait Senec.2 de *Ira*,cap.33. patetque summa insolentia, ut quam fecerunt, cogitetur iniuria. Quia fecerunt, facient: iterùmque facient, si se feciisse crediderint; ut per accumulatas iniurias prædicent non esse factas, vel esse læsos, quia vacua conatu illorum prava voluntas, minimè agentium iure, sed honoris potestate; cui nullum citra ius, ius, cum dignitas non sit lex: nec auctoramen dignitatis; insanire, quippe possunt, in complacentiam lubidinis. Superbia delicata est, habens in vindictam potestatem: Xerxesque dixit throni arroganter defensionem quasi iniurias acciperet; cùm ille inferret,deaurando insolentiam tumidi futilis cordis, velamine speciosо læsæ proculcatæ maiestatis. De Xerxe loquitur Stoicus (quem stolidum vocat,eo quod multitudine telorum diem obscurasset: aptiùs, si causam dixisset) ut discretè videret,quid in tantum fastidium bilem impulerit. *Dividamus* (inquit de *Constant. Sapient.*cap.4.) *iniuriam à contumelia: prior illa natura gravior est: hæc levior, & tantùm delicatis gravis; qua non læduntur, sed offenduntur. Tanta est tamen animorum dissolutio & vanitas, ut quidam nihil acerbius putent. Ad tantas ineptias perventum, ut non dolore tantùm, sed doloris opinione vexemur.* Adeo Xerxes despipuit ob arrogantiam; ut iurè tyrannidem respui, censeret propriam iniuriam; & nolle opprimi, dignitatis contumeliam. Quomodò delicati laborent huiusmodi scabie, dicit ibid. *cap.*10. *Ille me hodie non admisit, cùm alios admitteret: sermonem meum aut supervè aversatus est, aut palàm risit; & alia huius notæ. Quæ quid vocem, nisi querelas nauseantis animi, in quas feré delicati & felicis incidunt? Nimio otio ingenia naturâ infima & muliebria, & inopia veræ iniuriæ lascivientia, his commoventur; quorum pars maior constat vitio interpretantis.*

Iud. 2.1.2.

Senec.

*Insolentia iniurias fingit,dum facit.*

Idem.

*Delicata dignitatis maiestas.*

Idem.

7 In his, commotio & excandentia ex sui procedit amore, quia transeunt in affectum cordis. In illis, ex abundantia superbiæ, & adipe iniquitatis; quippe se cognoscunt indignos honoris, & honore volunt coli: per externos subditorum aut non subditorum cultus, dignitatis se arbitrantur,atque honoris benemeritos: quandoquidem per reverentiæ otiosam prætermissionem, arbitrantur notam fieri tantæ gloriæ indignitatem. *Tu scis* (dicit Domino Mardochæus. *Esth.*13.12.) *quia non pro superbia aut contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, ut non adorarem Aman superbissimum.* Foris & in cute novit; igitur cùm experimento probasset, quod Mardochæus non flecteret sibi genu, nec se adoraret, iratus valdè dixit: *Cùm hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quandiu videro Mardochæum sedentem.*Cap.5.13. Superbia ægrè fert æqualem: quomodò potest cogitare superiorem? Ingeniosè Anonymus in *Descript.Vitior.* Carm.1.

*Cur indigni ambiant tantum reverentiæ?*

*Ferre nequit iuga, maiorem indignata, paremque;*

Im-

*Imperia usurpat, regnique libidine fervet.*
*Immansueta, ferox, miseris adversa, minaxque,*
Anonym. *Nescia amicitiæ; rixarum & litis origo.*
*Superbiæ conditio.* *Dura, ingrata, duplex animo, violenta, rebellis.*
*Improba, quid pietas, quid sit clementia, nescit.*
*Perfida fœdifragam dubio sub pectore mentem*
*Versat, ab excelso fugientia culmine semper*
*Saxa movet, laudum semper vesana cupido*
*Solicitum pectus curis flammantibus urget.*

8 Haud secùs Principes desipientes deäurant prolubia phantasiæ, ut fictà iniuriâ lateat pruritus superbiæ; utentes violentiâ furibundæ potestatis, maximè aliquo colore iuris. Quodnam Xerxis in huiusmodi insanam expeditionem, quoniam apud Expositores silentium altissimum, indicare, præut auguror, erit operæpretium. Supra vidimus, quo iure præ fratre natu maiore, elatus in Persarum regimen, & Monarchiæ culmen, addens in causæ palmam, ut refert Iustin. ubi supr. *Se esse, quem primum in regno iam Rex pater sustulerit. Huc accedere, quòd Artemenes non patre tantum, sed & matre privatæ ad-*
Iustin. *huc fortunæ, avo quoque materno privato procreätus sit: se verò & matre Regina natum, & patrem non nisi Regem vidisse, avum quoque maternum Cyrum se Regem habuisse, non hæredem, sed conditorem tanti regni: & si in æquo iure utrumque fratrem pater reliquisset, materno tamen se iure, & avito vincere.* Totum ius Xerxis in hoc cardine vertitur, & eius cogitatio in totius subiugationem terræ emanavit ex hoc iure. Diximus *Tautolog.* 8. *num.* 2. ex *Isaia* 44. & 45. concessum à Deo Cyro telluris ambitum, quam bellis possit trahere sub dominationis iugum. *Omnis terra* in Scriptura non intelligendum de toto orbe, sed de terra, de qua loquitur, vel fit sermo, aut confinibus illius. Luc. 4.
*Omnis terra, pro terra de qua fermo, vel eius confinibus.* 25. *Facta est fames magna in omni terra*: ideſt, in Israël, & in eius terræ confinibus. *Omnes fines terræ adorabunt te*: Tob. 13. 13. *Ut disperdam omnem terram.* Isai. 13. 5. hoc est, terram, ex qua Chaldæorum Monarchia; uti hìc obsevat Hieronym. & habetur perspicuò Matth. 9. 26. *Exijt fama hæc in universam terram illam*: v. 31. *In tota terra illa.* Luc. 7. 17. *Exijt hic sermo in universam Iudæam & in omnem circa regionem.* Acceptionem vi-
Propert. desis apud Propert. *lib.* 1. *Eleg.* 3. v. 32.

*Post Helenam hæc terris forma secunda redit.*

*Eleg.* 4. *lib.* 3. v. 3. *Parat ultima terra triumphos.* & *Eleg.* 22. v. 17. *Romanæ cedent miracula terræ.* Ita apud Luc. 2. 1. *Exijt edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis.* Haud alio sensu illud Cyri. 1. Esdr. 1. 2. *Hæc dicit Cyrus Rex: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus.*

9 Cum Dei gratiâ avus Rex Cyrus habuisset quod Xerxes debellare in subiectionem cupiebat, & ultra progressus esset in Scythas; quasi hæreditario iure illa disita regna, uti propria iungere intendit in regimen, potissimè illi reluctantia subiectionem: quo iura, vel iuris fide, priusquàm armis erumperet, quasi fecialiter, ut terram & aquam peteret; nuntios misit *ad omnes qui habitabant in Cilicia & Damasco & Libano, & ad gen-*
Iudith. 1. à 7. *tes, quæ sunt in Carmelo & Cedar, & inhabitantes Galilæam in campo magno Esdrelon, & ad omnes qui erant in Samaria & trans flumen Iordanem usque ad Ierusalem, & omnem terram Iesse, quousquè perveniatur ad terminos Æthiopiæ.* Sed quid? *Omnes uno animo contradixerunt & remiserunt eos vacuos, & sine honore abiecerunt*: v. 11. Hinc. ira, quam peperit è throno gravidata superbia.

——— *In omne*
*Spontè scelus præceps ruit implacabile monstrum.*
*Tela gerens, arcumque manu caput ardua tollens*
Anonym. *Clangit, & ingenti movet internodia passu,*
*Paulatimque viam suspenso gutture carpit.*
*Cùm bellator equus domini frenatus habenis*
*Ostentans pectus latum, cervice sub alta,*
*Conglomerat bibulo lentos in pulvere gressus.*

Hispanicè: *Hacer cabriolas: hacer corvetas.* Superbum victor sequitur à tergo Deus. In momento fortuna ludens, quæ extulit infima, proterit summa; ut calcentur eminentia.

10 Minister huius facinoris ac factionis eligitur Holofernes, assentator mirificus. Principis, & ipse avidus adulationis, ut constat ex apparatu.

*Vidi sub pedibus leges, subiectaque colla*

No-

*Nobilium, tantumque ſibi permittere fata:*
*Iamiam deſsimulat dominos, altèque tumeſcunt*
*Seruilis animi.* Claudian.

In commendationem delegatæ maieſtatis, decrevit eius adventum præcedere ſignum ignis; de quo infr. n. 17. Unde cap. 10. v. 25. in Græco legitur: *Erat Holofernes requieſcens ſuper lectum ſuum in conopæo, & annunciaverunt ei de ea: & exivit in proſcenium, & lampades argenteæ ardentes præcedebant eum*: Exterior cultus expreſsit hyperephaniam arrogantiæ, quam fovebat turgens pectus: equidem licèt admonitus de Dei Hebræorum maieſtate ac magnitudine; deſpetui habuit, ſuſque deque fecit, iubens exercitum caſtraque moveri in Bethuliam, effutiens unà blaſphemiam: *Ut oſtendam, quoniam non eſt Deus, niſi Nabuchodonoſor.* Iudith. 6. 2. Cedrus cadet. O curbita! Neſcis quod te maneat fatum. Pavida civitas ad Deum, ab hoſte inhonoratum, confugit, partoque triumpho de blaſphemo ſuperbo, ſoſpes evaſit. Totus articulus graphicè deſcribitur à Seneca, in *Tyeſt.* à v. 597.

*Nemo deſperet meliora lapſis.*
*Nemo confidat nimiùm ſecundis.*
*Vos quibus rector maris atque terræ*
*Ius dedit magnum necis atque vitæ,*
*Ponite inflatos tumidoſque vultus:*
*Quicquid à vobis minor expaveſcit,*
*Maior hoc vobis dominus minatur.*
*Ima permutat brevis hora ſummis.*
*Ille qui donat diadema fronti,*
*Quem genu nixæ tremuere gentes,*
*Cuius ad nutum poſuere bella*
*Medus, & Phœbi propioris Indus,*
*Anxius ſceptrum tenet, & moventes*
*Cuncta divitias, metuitque caſus*
*Mobiles rerum, dubiumque tempus.*
*Quem dies vidit veniens ſuperbum,*
*Hunc dies vidit fugiens iacentem.*

*Fortuna ſucceſſu in momẽto varia.* Senec.

Exitus cum urbis exultatione probavit, quùm Holofernis caput Iudith heroina reſecuit: *Ecce caput Holofernis Principis militiæ Aſsyriorum*: cap. 13. 9. Siccine relinquit ad lubitum Nemeſis, cæca Fortuna, vel in medio throni, magniloquos ſuperbiæ ſuæ.

11 Idem lego perfectum à duabus heroinis. *De Chiomara* (inquit Plutarchus de *Virtut. Mulier.* cap. 21.) *quid referam? Illa uni innuit, ut amplexantem ſe & oſculantem Romanum, ductorem Ordinum, vali tè feriret: cùmque parens caput eius præcidiſſet, ſublatum ipſa, ſinu illud involvit, aufugitque. Ut ad virum venit, caput ante pedes eius abiecit, &c.* Appoſitius exemplum refert Curtius, lib. 8. *Hiſtor. Alexandr.* cap. 3. *Spitamenes ſimulato captus obſequio, de die convivium adparari iubet, vinoque & epulis gravis ſemiſomnus in cubiculum fertur: quem ut alto & gravi ſomno ſopitum eſſe ſenſit uxor, gladium quem veſte occultaverat, ſtringit, caputque eius abſciſſum, cruore reſparſa, ſervo ſuo conſcio facinoris, tradit: eo comitante, ſicut erat cruentà veſte, in Macedonum caſtra pervenit, nunciarique Alexandro iubet, eſſe quæ ex ipſa deberet cognoſcere. At illa ſervum, quem ſtare in veſtibulo iuſſerat, introducere deſideravit: qui quia caput veſte tectum habebat, ſuſpectus ſcrutantibus, quid occulerit, oſtendit.* Raderus hìc infit: *Iudithæ ſimillimum facinus, ſimillimoque modo patratum, niſi quòd illa ſanctiſsima herois hoſtem Numinis & patriæ, hæc amantiſsimum ſui maritum, illa piè, hæc impiè interfecerit.* Iudith ergo ut oſtenderet populo cum capite Holofernis excuſiſſe iugum:

Plutarch. *Virtut. fœminarum.* Q. Curt. Rader. *Iudithæ ſignit.*

*——— Ipſa ardua montis*
*Per deſerta iugo properans adventat ad urbem.* Virgil.

12 Dubitari quibat præ Ducis arrogantia, an ille eſſet in throno vel ſuperbia: maximè heroide dicente, ut illius elati frangerentur ſpiritus: *Fac Domine, ut gladio proprio eius ſuperbia amputetur.* Non caput eius, ſed ſuperbia eius: ut quanta eſſet in Holoferne, conſtaret ex eius capite: equidem ſi à capite rationis iudicium atque prudentis dominationis decretum; nullum in tumido iuxta dominatricem rationem, ſed tantùm iuxta ſuperbiam pro capite dominantem. Superbiam iungit & gladium, illique dat gladium proprium, ut eluceant inſidiæ in tuta ſuperbia: quandoquidem à ſeipſa tandem tandem iu-

Iudith. 9. 12. *Superbus acephalus.*

iugulatur arrogantia. *Gladio proprio.* Haud exigua excellentia in Iudithidis triumpho, quam nata voto. Ita detruncatur Goliath. 1.*Reg.*17. 51. De coniuratis in mortem Cæsaris, ait in *Eo* Sueton. cap.88. *Damnati omnes: nonnulli semet eodem illo pugione, quo Cæsarem violaverant, interemerunt.* De Cassio ac Bruto, etiam refert Plutarch. in *Cæsar.* & Iul.Capitolin.in *Gordian.* infit: *Trium igitur Gordianorum hæc fuit vita. Omnes quicumque gladio appetivere, sua manu suisque gladijs & ijsdem, quibus percusserant, interijsse dicuntur.* Superbus tantum in se gestat gladium, cuius acies in gestantis tumidum iugulum. Non in alio nisi in Holoferne describitur à Prudentio superbia, ex qua Iudithis victoria. Ita enim accinit in *Psychomach.* à v.116.& 350.

Sueton. *Sese iugulat.* Iul. Capit.

*Tunc exarmati iugulum Holofernis adacto*
*Transfixit gladio: calidos vomit ille vapores*
*Sanguine concretos cœnoso, spiritus inde*
*Sordibus exhalans vicinas polluit auras.*
*Hoc tibi habe, exclamat victrix regina: supremus*
*Hic tibi finis erit: semper postrata tacebis,*
*Nec iam mortiferas audebis spargere flammas.*
*Tené, ò venatrix hominum, potuisse resumptis* Prudent.
*Viribus extincti capitis recalescere flatu,*
*Assyrium postquàm thalamum cervix Holoferni*
*Cæsa, Cupidineo madefactum sanguine lavit?*
*Gemmatumque thorum mœchi Ducis aspera Iudith* Triumphus Iudith.
*Sprevit & incestos compescuit ense furores:*
*Famosum mulier referens ex hoste trophæum,*
*Non trepidante manu vindex mea cœlitus audax.*
*Tunc caput ovantis flexâ cervice resectum*
*Eripit, ac madido suspendit colla capillo.*

Bernard. 13 *Gravis curatio humiliatio hæc* (inquit Bernard. de *Divers.* Serm.20. n.4.) *sed gravior morbus superbia.* Ubi cor insensibile, prorsùm vulnus insanabile. *Dij boni, quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aspectu! Unum aliquem* (ait Cicer. pro *Sextio Pison.*) *ex barbaris illis exemplum imperij veteris, imaginem antiquitatis, columen Reipublicæ diceres intueri. Nam quid ego de supercilio dicam, quod tunc hominibus non supercilium; sed pignus Reipublicæ videbatur: tanta erat gravitas in oculo, tanta frontis contractio; ut illo supercilio Respublica tanquàm Atlante cœlum niti videretur.* Quid in corde insolentis nisi ultimum immedicabile vulnus, ubi arrogantia comitata blasphemia? Propterea Iudith, ut idem ipse qui audivit ausum, videret de adiatrephia supplicium: dixit Achior. *Ecce caput Holofernis, qui in contemptu superbiæ suæ Deum Israël contempsit.* En Tautologia, pro cuius expositione aliqua prænotanda.

Cicer. Iudith. 13. 28.

14 Vox *superbia* multifariam accipitur: pro gloria scilicèt, plausu, gratulatione; abundantia, ornatu, decore, pulchritudine, nobilitate, elevatione, fastu, sublimitate, altitudine, præstantiâ, excellentia, superexcellentiâ, magnificentiâ, ac magnificatione; ut videri quit apud Homerum, 12. *Iliad.* v. 300. *Odyss.* 11. v. 385-16. v. 541. sicut econtrà, apud Plaut. in *Trucul.* Act.1. 2. scen. v.55. *Vos nequam & gloriosæ*: hoc est, superbæ & gloriabundæ. Acceptionum cunctarum sunt exempla tam in Sacris, quàm in Ethnicis. *Mecum sunt divitiæ & gloria, opes superbæ*: Prov. 8. 18. gloriosæ, æstimabiles scilicet divitiæ, vel abundantia summa divitiarum. *Pro eo, quód fuisti derelicta, ponam te in superbiam* (gloriam, plausum, ac decorem) *sæculorum.* Isai.60. 15. & 61. 6. *In gloria earum superbietis.* Abundabitis sublimes & excellentes. *Dum superbit impius* (prosperatur) *incenditur pauper.* Psalm.9. divis. v.2. & Exod.15. 1. *Cantemus Domino: Glorioè enim magnificatus est.* Hebr. *Superbiendo superbivit*: & Psalm.67. 35. *Super Israël superbia*; ubi Vulgat. Magnificentia. Apud Profanos etiam obvia testimonia. Senec. *Epistol.* 76. *Virtus superba incedit.* Plin. Traian. *Panegyr.* infit: *Finem sermoni suus cuique pudor, non tua superbia facit.* Homer. 12. *Iliad.* v. 42. & 17.2-26. *fortitudine superbi.* Pindar. *Olymp.* Od.1. v.4. *Superbas divitias.* Æschyl. *Sept. ad Theb.* v. 356. *Superba insignia.* Euripid. in *Hecub.* v.622, *Superbia* (gloria) *priori spoliati.* In *Orest.* v.805. *Per Græciam superbiens.* In *Andromach.* v. 164. *Pro beata priore superbia.* Similiter in *Bacch.* v.775. & 1142. in *Supplicib.* v. 399. & 404. in *Hippolyt.* v. 1020. in *Medea*, v. 119. denique in *Phœniss.* v.29. 205. & 509. Plaut. in *Stich.* Act.2. scen.2. v.28. *Secundas fortunas decent superbiæ.* Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 33. v.14. *Superba Dea*: & 3. *Eleg.*8.

*Acceptiones superviæ.* Plin.

v.

v.35. *Nulla formosa æquè: iurè superba est.* Plura hìc testimonia videris apud Passerat. ex Horat.& Ovid.Omnigenam superbiæ usurpationem congerit vatijs in locis Virgilius: 1.*Æneid.* v.25. *Latè Regem, belloque superbum*: nempè glorioſum. 2. v. 785. *Sedesque superbas*: scilicet, sublimes, decoras, magnificas & præstantes. 1.v.643. & 701. *Ostroque superbo. Aulæis iam se Regina superbis*: putà pretiosissimis. 2.v.504. *Postes spolijs superbi*: ornatissimi, pulcherrimi, nimirùm. Idem lib.8. v.202. & 721. *Genus superbum*: lib.11.v.340. hoc est, præstantissimum, valdè illustre, summè nobile, excellens & spectabile. Claudian. de 4.*Consul. Honor.* v.203. *Nat sque superbus*: nempè, glorioſus: de Phœnic. v. 88. *Ditione superbit.* Ovid. de *Medic. fac.* v. 34. *Formà multà superbit avis.* Martial. *lib.6. Epigr.*55. *Alitis superbæ.*lib.5.*Epigr.*21. & alibi sæpe: *Imagines superbas.* Senec.in *Hercul. Cetæo*, v.1506. *Superba* (insignis) *matres inter Argolicas.* In *Medea*, v.205. *Manus superbas*: ideſt, regales. In Troäd. v.6. *Starent fragili loco superbi*: hoc est, Reges. Consulesis Delr. hìc. Etiam Vates Christicolæ utuntur sæpesæpiùs huiusmodi acceptione. Venant.Fortunat. de *Part.Virgin.*v.224. *Gemma superba throni*: v.260. *Conderis in solio felix Regina superbo.* Sidon. Appollin. *Epitaph. Avo*, v.18. *Hæc superba virtus, hoc primum decus.* In *Socer.Panegyr.* v.495. *Superbum præfecturæ apicem.* Alciat.*Emblem.*12. *Signa superba nitent.* Denique Nazianz.Carm.38.de *Christ. genealog.*v.16.

*Sic traxit regale genus, sceptrumque superbum.* Greg. Naz.

15 Non in ulla præfatarum acceptionum interpretanda Holofernis superbia; sed pro perversæ celsitudinis appetitu,& animo rebelli, audace, insolentià protervo, inflexibilique arrogantiæ proposito: quo sensu Virgil.1.*Æneid.*v.527. infit: *Iustitiaque dedit gentes frenare superbas*: hoc est, rebelles,& subiectionis iugum reluctantes; sicut ibid. v.533. usurpatur superbia pro audacia: *Nec tanta superbia victis.* Hoc in sensu, 2. Machab. 1. 28. dicitur: *Contumeliam facientes in superbia*: quasi gloriosè ac tumidè cæteros habentes & fastidio & despectui.Levit.26.19. *Conteram superbiam duritiæ vestræ*(aut per Hypallagem, duritiam superbiæ vestræ) indicat inflexibilitatem cordium tenacitate iudicij, aut malignitatum; de quo Isai.9. 9. *In supervia & magnitudine cordis*: & 16. 6. quod iterat Ieremias,48.29.*Audivimus superbiam Moäb*(*superbus est valdè*) *sublimitatem eius & arrogantiam & superbiam & altitudinem cordis eius.* Ex gratia Xerxis, ex sublimitate honoris, atque ex præstantia potestatis, ductus est Holofernes in elationem phantasticam mentis; quasi ad eius nutum, quasi Numinis, cuncta moverentur & commoverentur: spe firmiter conceptà de oppresione repugnantium Hebræorum, ex fastu subiectionis cæterarum provinciarum.*Tantus metus provincijs illis incubuit, ut universarum urbium habitatores Principes, & honorati simul cum populis exirent obviam venienti, excipientes eum cum coronis & lampadibus, ducentes choros in tympanis, & tibijs. Nec ista tamen facientes, ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt*: cap.3.à.9.De Lysandro post captas Athenas, ait in eo Plutarch. *Illi primo Græcorum perinde ac Deo per civitates & aræ & sacrificia constituta.* Usus frequens cum viro virtutis singularis; ut iusit Nabuchus fieri cum Daniele, illum adorans: cap.2.46. *Igitur omnibus non humanis tantùm, verùm & divinis eum honoribus onerant*: ait Iustin.lib.5. *Histor.* de Alcibiade Athenas redeunte. Signà describit Gregor.Magn. lib.34. in *Iob*, cap.18. *Cunctis* (inquit) *apud se superbà cogitatione tumentibus, inest clamor in locutione, amaritudo in silentio, dissolutio in hilaritate, furor in tristitia, inhonestas in actione, honestas in imagine, erectio in incessu, rancor in responsione. Horum mens semper est ad irrogandas iniurias valida; ad tolerandas infirma: tantò eorum mens vastius accenditur, quantò consideratiùs infirmari iudicatur. Soli ergo ruinæ crescit quod ædificant.* En Holofernes: vel placatus furit, superbia torquet.

*Superbia pro contumacia.*

*Hypallage.*

*Fastus Holofernis.*

Plutarch.

Greg. Mag. *Conditio superbi & signa.*

*Et tacitis ardens curis sublimia semper* Anonym.
*Mente agitat, tumidoque sedet in corde venenum;*
*Contemptrix inopum, vultus elata severos,*
*Inflatoque rotans turgentia gutture verba.*

16 Superbia quæ quidem est arrogantia & insolentia cum elatione mentis, accipitur & in specie & in genere; iuxta DD.Scholastic.cum D.Thom.1.2.*quæst.*84. & 2.2.*quæst.* 162. & 163. In specie, seu completè, est appetitus inordinatus excellentiæ, cui summus honor debetur; sine subiectione in illum, cum debetur summus honor: uti cùm homo de se non sapit humana; sed *se extollit supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus.* 2.Thessal. 2. 4. Ita

*Quid sit superbia?*

Antiochus Epiphanes, seu potiùs Hyperephanes: de quo Daniel, 11.36. *Elevabitur & magnificabitur adversus omnem Deum, & adversus Deum Deorum loquetur magnifica & dirigetur, donec impleatur iracundia.* Fusè de hoc superbissimo ac blasphemo, 2. *Machab* 9. qui nec se ferre quibat, ut cognosceret; quàm iustum, *subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire*: v.12. quandoquidem *sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare* (*supra humanum modum superbiâ repletus*) *& montium altitudines in statera appendere*: v.8. Multa congessimus hìc *Tautol.* 1. *n.*7. & causam huius, stoliditatis fomitem, *Tautolog.*7. *n.*2. quasi possent vertice sidera tangere, quo non ostendunt vestigium potestatis, sed inflationem arrogantis cordis. *Veritatem facti Alexandrum exisse* (ait Marc. Senec. *Suasor.* 1.) *quosdam superbissimos & supra mortalis animi modum elatos cernimus.*

*Plagæ hominum & summa miseria, qui se cogitarunt Numina.*

Senec.

*Ut si terrigenæ tentarent astra gigantes.*
*Ignarum mortale genus, per fulmina tantùm*
*Sciret, adhuc cœlo solum regnare tonantem.*

Lucan.

Ut canit Lucanus, 3. *Pharsal.* à v.316. Luculenter Plinius, *lib.*7. *cap.*43. *Unus hominum* (inquit) *ad hoc ævi felicis sibi cognomen asseruit L. Sylla. At quibus argumentis? O prava interpretatio & futuro tempore infelix! Age, non exitus vitæ eius omnium proscriptorum ab illo, calamitate crudelior fuit; erodente seipso corpore, & supplicia sibi gignente?* Adi Valer. Max. *lib.*6. *cap.*9. & *lib.*9.2. Cœl. Rhodigin. *lib.*24. *cap.*6. Alex. ab Alex. *lib.*5. *cap.*25. & Plutarch. in *Eo.* Præcesserat in Epiphane eadem strages; ut non solùm pateret fragilitas conditionis, sed extremæ dirissimæ calamitatis. *Cùm simus mortales, decet nos mortalia sapere*: inquit Euripid. in *Alcest.* v.799. Sophoc. in *Trachin.* v.474. *Disco mortalem, sapientem mortalia.*

Plin.

17 Hinc Indi Reges ut divinitatem affectarent plures ministros cum thuribulis conspicuos habebant, adolentes aromata. *Ubi visendum se publicè Rex præbet* (infit Rhodigin. *lib.*8. *cap.*2) *apparent argenteis thuribulis. Iter universum, quò vectatur, odoribus evaporatur.* Hi ergo haud aliter ornabantur, quàm Numinum cultus; cuius vitium ad Romanos transijt; ut asserit Plutarch. in *Marco Antonio*, Sueton. in *Caligul.* cap. 22. Æl. Lamprid. in *Heliogabal.* & *Commod.* De Cyro conditore Monarchiæ Persarum, quasi in pompa Iovem (ait Cedren. in *Compend. histor.*) non ab alijs, quàm à Regibus in curru vehi solitum; sicut de eius filio Cambyse diximus hìc, *Tautolog.*8. n.13. voluisse adorari Deum, & portari cervicibus Regum. Hoc intuitu Monarcham Persarum præcedebat nonnunquàm ignis, in signum potestatis & divinitatis: haud alio signo vividiore exprimebant divinitatem, nisi per ignem. *Perse ignem adorant, nimirùm divinitatis signum*: inquit Max. Tyr. *serm.*38. & Pier. Valer. *lib.*46. *cap.*33. Vide de igne in arboribus, quæ diximus, *Tautolog.*1. *n.*54. *Ponè currum, quò in magno foculo ignis præferebatur, sequebatur Cyrus*: ait Ammian. Marcellin. *lib.*23. qui quidem ignis, cœlitùs lapsus dicebatur, servatus sedulò in atulis; ut præcederet Reges. Bulenger. 2. de *Imperator. Roman.* cap.26. Sueton. etiam meminit in *Tiberio*, cap.14. ubi Iust. Lipsius: *Opinor* (inquit) *Romam traductum morem à Persis: illorum enim Regi prælatus ignis.* Corippus *lib.*2. succinit:

*Cultu, habitu & ritu æmulabantur similæ divinitatê.*

Rhodigin.

Max. Tyr.

Ammian.

*Maximè igne prælato.*

Coripp.

——— *Prænuncius antè*
*Signa dedit cursor, positâ de more lucernâ.*

Constat sanè Persarum ritus ex Curtio, qui apparatum Darij bellicum referens *lib.*3. *cap.*3. infit: *Ignis, quem ipsi sacrum & æternum vocabant argenteis altaribus præferebatur.* Idem Xenoph. *lib.*8. & Brisson. d. lib.2. Inter Romanos etiam ignis Imperatorius. *Vestali raptus ab ara*: ut canit Lucan. *lib.*1. v.549. Siccine Deitatem superbe Ethnicis professebantur, æmulantes verum Numen; de quo scriptum: *Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.* Psalm.96.3. & Daniel.7.10. *Fluvius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius.*

Curt.

Lucan.

18 Superbia ergo in genere potest dici transcendentalis, quippe quicunque peccat, Deo non subijcitur: & qui Deo non subijcitur, planè superbit. Sic dicitur superbia per redundantiam in aliâ peccata, quæ ex superbia oriri solent: vel ex parte intentionis, seu finis, præut alia crimina ordinantur ad propriam excellentiam; adminùs, proprium commodum: quod fit inordinatè prosecutione commutabilis, delectabilis, apparentis boni; aut fugâ boni veri, rationabilis propter annexum malum, seu cogitatum incommodum. *Ipsa namque vitiorum regina superbia* (ait Gregor. Magn. d. *lib.*31. *cap.*17.) *cum devictum plenè cor ceperit, mox illud septem principalibus vitijs, quasi quibusdam ducibus de-*

*Superbia mater vitiorum.*

*devastandum tradit : quos videlicèt duces exercitus sequitur; quia ex eis proculdubiò importunæ vitiorum multitudines oriuntur. Radix quippe cuncti mali superbia est.* Sumendum est iudicium non de singulis generum, sed de generibus singulorum vitiorum. Quo modo in anima fiat radix radicum fœta superbia, ut ex huius appetitus inordinatione, germinent alij inordinati appetitus; cathegoricè, doctèque ab aliquibus signatur per fugam boni veri, & aviditatem boni falsi, & exteriùs & interiùs. Interiùs, si fit in anima: unde *Vanagloria*, seu gloriæ inanis appetitus & in laude & in honore. Si in corpore, pullulat *Gula*, seu ingluvies, appetitu inordinato cibi & potus: vel *Luxuries* in appetitu Veneris. Exteriùs, quia inordinatè tendit in exteriora, ex quibus singularis excellentia, per *Avaritiam*, appetitum inordinatum opum, & concupiscentiam divitiarum. Fugiendo ergo inordinate bonum verum, quod ducit ad summum bonum; oritur fastidium animi, quod *Acedia*, seu pigritia; recessu à bono, illius bonitatis tædio: quam quidem videns superbus in proximo, tabescit tristitiâ, quæ *Invidia* dicitur: cuius depravato affectu, foràs erumpit cor læsum, ostendens appetitum vindictæ, qui dicitur *Ira*. Erudita cogitatio, sed præut auguror potiùs demonstrat superbiæ multiplex germen, quàm superbiam horum germinum radicem. Etsi non appositiùs, dicam breviùs: Ex eo quòd aliquis superbit, aliquem æqualem dolet; & fit invidus: invidus de facili in iram erumpit: iratus modò non possit vindicari, tristatur; unde acedia: hæc solicitans in exterioribus solatium, quærit divitias: hinc avaritia. Avarus in temporalibus abundans, gulam exercet: gula denique ex ventris repletione spumat pronè in luxuriem. In omne scelus ruit implacabile mostrum. Nulla arbor in sæculo felicior, neque fœcundior:

*Illaque cunctorum radix est prima malorum:*
*Ex illo vitium provenit omne lacu.*

Greg. Mag. — *Quo ordine?* — *Processus vitiorum.* — Anonym.

19 Ita signat Syrachus: *Initium omnis peccati superbia.* Paulus, 1. Tim. 6. 10. infit: *Radix omnium malorum est cupiditas.* D. Thom. loc. cit. 1. 2. *art.* 2. conciliat: *Cupiditas* (inquit) *respicit peccatum ex parte conversionis ad bonum commutabile, ex quo peccatum quodammodò nutritur & fovetur; & propter hoc cupiditas dicitur radix: sed superbia respicit peccatum ex parte aversionis a Deo, cuius præcepto homo subdi recusat. Ideo vocatur initium; quia ex parte aversionis incipit ratio mali.* Ingeniosè quidem, sed non genuinè; uti subdit idem D. Angel. *Quanvis vera sint, tamen non sunt secundum intentionem Sapientis.* Unde superbiam asserit initium omnis peccati in ordine intentionis, seu intuitu finis: ex ordine verò executionis Cupiditatem esse peccati radicem; quia per divitias nancisci tur peccator opportunitatem adimplendi omnia desideria cordis. Anselmus in loc. ad *Tim.* & Augustin. 11. de *Genes. ad liter.* cap. 15. accipiunt *in genere*, præut diximus. *num.* anteced. idest, pro appetitu inordinato, seu pro pravitate appetitus, aut pro inclinatione naturæ corruptæ ad bona corruptibilia inordinatè appetenda. Sic enim Cupiditas uti genus generalissimum comprehendit sub se & Superbiam & Avaritiam tanquàm species, aut genera subalterna. Dicam quæ cogito: verùm nescio, an collimabo.

Eccli. 10. 15. — D. Thom. — *An cupiditas vel superbia vitiorum scaturigo?*

20 Initium malorum dicitur *Supervia*, atque radix *Avaritia*: ita ut huiusmodi radix proveniat ex superbia huius radicis principio. Patet in Angelo, qui quidem labi non potuit, quippe incapax huiusmodi vitij, avaritiæ pravitate. Unde dum Apostolus avaritiam vocat omnium malorum radicem; non potest intelligi avaritia præcedentium, quò nequit radix esse: sed concomitantium, aut subsequentium, quorum est radix. Est ergo radix huius radicis, quæ vocatur principium omnis peccati, nimirùm Superbia, à qua Avaritia; quæ etsi radix malorum, malorum non est principium. Cur Avaritia malorum radix, diximus abundè hic *Tautolog.* 3. ad illud Habac. *Avaritiam malam.* Superbia ergo fuit initium peccati & omnis peccati; haud quia illà aversus homo à Deo (omne enim peccatum idem habet) sed quia singulariter per superbiæ crimen sese extulit, & arroganter; inordinatè appetens indebitam excellentiam: nimirùm esse sicut Deus. Superbia specifice fuit lege latâ, non subijci Deo specialiter præcipiente, de ligno fatali non comedi. Se Adamus secutus est illa in audacia, non Deum; qui fulminaverat legem & transgressionis pœnam, cui debebat cæcam obedientiam, atque præcepti observantiam. Imò Dei restitit voluntati, quod propriè amor sui, sese diligendo super omnia, cùm Deum deberet diligere plusquàm se. Quapropter cùm ille articulus fuerit, quo homo separatus à Deo, defecit ab obedientia per superbiam, seu non subiectionem; & à peccato illo omne peccatum manarit (quia per unum hominem peccatum intravit in mundum) superbia dicitur initium peccati, seu omnium perditio; quia per superbiam perivit, & cunctos perdidit

*Superbia principium, avaritia radix.*

Tob. 4. 14. primus homo. *In ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.* Pende *Omnis.* Hi pereunt per luxuriam, alij per iram, gulam & avaritiam, alij per invidiam & acediam: & superbia dicitur omnis perditionis initium; quippe illa radix prima capitalium vitiorum.

*Superbia ex philautia.* Augustin. 21 *Malæ voluntatis initium* (inquit Augustin. 14. de *Civit.* cap. 13.) *quod potuit esse nisi superbia? Initium enim omnis peccati superbia est. Quid est autem superbia, nisi perversæ celsitudinis appetitus? Perversa enim celsitudo est, deserto eo, cui debet animus inhærere principio, sibi quodammodò fieri, atque esse principium. Hoc fit, cùm sibi nimis placet. Sibi verò ita placet, cùm ab illo bono immutabili deficit, quod ei magis placere debuit, quàm ipse sibi.* Peccatum ergo Adæ, à quo omne peccatum, fuit appetitus excellentiæ (illo modo inordinatus) sicut diaboli ruinæ. Huius crimine elucet, à superbia ortam omnem & omnium perditionem. Unde idem Ss. Doctor. loc. cit. de *Genes. ad liter.* cap. 14. infit: *Invidia sequitur superbiam, non præcedit. Non enim causa superbiendi est invidentia, sed causa invidendi superbia. Cùm igitur superbia sit amor excellentiæ propriæ, invidia verò sit odium felicitatis alienæ; quid inde nascatur, satis in promptu est. Superbiendo igitur invidus, non invidendo quisque superbus est.* Tam in lapsu diaboli, quàm in transgressione hominis videtur peccatum non fuisse avaritiam, sed superbiam; appetentium sine ordine excellentiam propriam. Adi Ambros. Epist. 33. ad *Demetriad.* Chrysostom. Homil. 15. in *Ioann.* Prosper. 3. de *Vita contempl.* cap. 3. & 4. Gregor. Magn. 34. in *Iob.* cap. 18. Bernard. de *Inter. domo*, cap. 41. & Fulgent. *Epist.* 3.

*Quomodò initiū omnis peccati?* Idem. 22 Ratione etiam theologicà roboratur peccatum Adami fuisse superbiam; de quo Magist. sentent. 2. *dist.* 22. & hic Angelic. Doctor. Nulla ergo rebellio illo in statu quibat esse appetitus sensitivi adversus rationalem, cum omnimodam haberet subiectionem. Haud caro excuteret iugum rationis, ni priùs ratio excussisset Deitatis. Unde non potuit esse primum hominis peccatum, inordinatè appetere sensibile bonum; quippequàm rationis ordine bonum concupiscebat sensibile. Ibi sanè primum peccatum hominis, ubi primus appetitus inordinati finis: in carne nequibat esse prima inordinatio, cùm hæc penderet ab interiore animæ seu mentis motu: quandoquidem priùs excitatur appetitus in finis consecutionem; quam in ea, queis movetur propter finem. Cum ergo finis fuisset præsumptio potestatis propriæ, fastu arroganti inordinatæ excellentiæ, quæ quidem signatè superbia est; superbia profectò fuit primum peccatum Adam: primum enim inter motus ad peccatum, peccatum iurè signatur; in quo primo inordinatio appetitus invenitur. Ita ergo initium omnis peccati superbia, quoniã ex Adamo sumpsit peccatum initium. *Septem principalia vitia* (subdit Greg. Magn. quò *num.* 18.) *de hac virulenta radice proferuntur.* Hi fructus acerbissimi radicis amaræ, quam comitantur insanæ cogitationes, deliria amotæ mentis, arrogantia, fastositas, philautia, cœnodoxia & insolentia. Accinit Mantuanus, ubi supr.

*Cur primum hominis peccatum nõ avaritia, sed superbia?*

Greg. Mag.

Mantuan.

*——— Etenim super æthera sese*
*Tollit, & extenso socius supereminet ore,*
*Omnia convolvens cæca de sede barathri;*
*Crimina nigrantem post se trahit omnia pompam.*

Iud. 3. 1. 23 Accedamus igitur Tautologiæ expositioni, qua ostenditur specimen Holofernis arrogantiæ, eiusque comites elationis superbæ tam in animo, quàm in vultu, corde ferreo. *Desinat indignatio tua circa nos*: dixerunt legati provinciarum; sed ille dirior & durior. *Demolitus est omnes terminos eorum, & lucos eorum excidit*: legit Græc.

Anonym.

*Ardua sublatæ circunfert lumina frontis*
*Et vanam proceri miratur corporis umbram;*
*Nunc hàc, nunc illàc oculos & colla retorquens,*
*Spectari gaudet.*

Greg. Mag. Plin. *Sedes superbiæ & cervix & supercilia.* Front. *Per cervicem solet superbia designari*: ait Greg. d. *lib.* 10. cap. 14. Plin. 11. *cap.* 37. *In ascensu* (inquit) *supercilia homini. Hæc maximè indicant fastum: superbia aliubi conceptaculum, sed hic sedem habet.* Idem Cicero in *Luc. Pison.* Horat. 1. *Epist.* 18. v. 94. *Dele supercilio nubem.* de quo Petr. Victor. *Var. lect. lib.* 16. cap. 14. Cornel. Fronto in *Vocabul. different.* ait: *Differt superbia ab arrogantia, quòd hæc in paupertate esse possit, illa verò non nisi in divitijs.* Quàm ridiculum, constat Eccli. 25. 4. ubi: *Pauperem superbum.* Arrogantia namque quid distinctum à superbia, verùm illius individuus comes. Quando quis extollitur, sibi visus singularis, est cœnodoxia seu gloria vana: quando ficticne æquales, inferiores aut superiores spernit, superbia; quæ alia sanè à vanagloria: igitur vanagloria, seu mentis inanitas, est appetitus manifestationis excellentiæ pro-

*Discrimen superbiæ & arrogantiæ.*

priæ,

priæ, atque ſuperbia propriæ appetitus excellentiæ. Ita ergo eius affectus cupit deprimere, vel opprimere alios, quantumvis excellentes; & quò magis agnoſcit, magis ac magis obſcurare percupiſcit. Mantuan. d.

*Innocuos, miteſque animos irridet, & odit*
*Quem videt æternis illuſtrem laudibus altum,* Mantuan.
*Per virtutis iter veri conſcendere honoris.*

24 Faſtidium cunctorum elationi ineſt, quòd cunctis faſtidium; quaſi, qui eiuſdem conditionis, per muneris ſuperioris qualitatem, eſſet arrogans (quia cogitat) ultra communem, quam deſpicit conditionem. Coniungitur nonnunquàm aliorum contemptui in honore dignitatis, ubi exiſtimatio æſtimata propriæ excellentiæ ac magnitudinis: ſuperciliorum faſtu, verbis & geſtu. *Conſul ipſe* (inquit Cicero ad *Attic.* lib. 1. Epiſt. 13.) *parvo animo & pravo, tantùm cavillator genere illo moroſo* (*mocoſo*, Salmaſ.) *quod etiam ſine dicacitate ridetur; facie magis, quàm facetijs ridiculus.* Mocoſum dicendi genus, ut obſervat Quintilian. 11. *Inſtitut.* cap. 3. eſt os diſtortum cum vultu, quod fit in aliorum deriſionem. Sanna, nimirùm inſignis. Unde Aul. Gell. *lib.* 18. cap. 4. de quodam ſciolo, vaniloquo, cæteros deſpiciente, ait: *Rictu oris, labiorumque ductu contemni á ſe oſtendens.* Virgil. 7. *Æneid.* v. 292. *& lib.* 12. v. 894. *Caput quaſſans.* Sumpſit ex Sophocl. in *Antigon.* v. 34. dicente: *Homines in me latentur caput moventes.* Frequens irriſionis ſignum. Matth. 27. 39. *Moventes capita ſua, & dicentes, Vah.* Omne ſannatum genus apud Hebræos exprimitur, Thren. 2. à 15. *Plauſerunt ſuper te manibus ſibilaverunt & moverunt caput ſuum, aperuerunt ſuper te os ſuum.* Apud Romanos varij generis fuere & graves ſannæ (Vernaculè: *Eſcarnio*) queis qui irridebat mocosè, manu, vultu, geſtu, ore, labiorum formâ, atque nictu, videntibus fiebat ridiculus: de quo, ſi otium eſt, videris Criticos in illud Perſij, *Satyr.* 1. v. 72-5. v. 91. & Iuvenal. *Satyr.* 6. v. 306. Cicer. *Quæ & qualis irriſio mocoſa?* Aul. Gell.

*O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinſit.*
*Diſce, ſed ira cadat naſo, rugoſaque ſanna.* Perſ.
*I nunc & dubita, qua ſorbeat aëra ſanna.* Iuvenal.

25 In ſacris irriſio ſignatur Epizeuxi, fitque geminatione eiuſdem vocis, vel æquipollentis, idem ſignificantis: aut per Hebraiſmum, pleonaſmo verbi & nominis eiuſdem ſignificationis, ad oſtenſionem affectus vel effectus & utriuſque vehementiæ: tuncque ſummitas in quacunque re, aut eius conditione ſignatur, uti diximus in *Prolog. Galeat.* §. 4. n. 5. Sic illud: *Subſanaverunt me ſubſannatione.* Maluend. *Deriſione deridenter ſannione ſ à quibus probrum ſubſannatio, & contumelia.* Ideſt, ſummum ludibrium: qua de cauſa dicit David: *Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris, ſubſannationem & deriſum.* Qualem, ſignat per effectum, v. 15. *Commotionem capitis in populis.* Non abſolutè ſanna irriſus, ſed *ſubſanatione* percuſſus; quaſi latenter ſubſannatus, & omnigenà ſubſannatione, dum palam dicerent irriſores per deriſum, *Mactè & Eugè. Secuerunt ſe in varios maledicendi modos* (ſubdit hìc Genebrard.) *& non prohibuerunt linguas ſuas ab huiuſmodi verbis, ad deriſionem conflictis & compoſitis. Præſciderunt ſine intermiſſione, laceraverunt me contumelijs, mihi convitiati ſunt perenniter.* Omni enim fiebat ludo, & omni irriſionis modo. *Factus ſum oprobrium illis: viderunt me & moverunt capita ſua*: Pſalm. 108. 25. *Aperuerunt ſuper me os ſuum.* 21. 14. Quod expreſsit Hebr. *Subſannatoribus ſubſannationis*: q.d. Toti aterrimus mimus, & non aliud haberent, niſi deridendi munus. Unde Haye in illud Geneſ. 29. 33. *Haberi contemptui*, legit: *Aſpernando quo aſpernabatur.* Eodem intuitu in *Utop.* Thom. Morus: *Cœpit ſcurra ſcurrari.* Homer. 2. *Odyſſ.* v. 324. *Cavillabantur & convitiabantur verbis.* Ad rem Terent. in *Andria*, Act. 1. ſcen. 5. v. 13. *Quod modis contemptus & ſpretus!* Geminatione enim vocum, in re ac modo ſummum oſtendit iudicium. Pſal. 34. 16. & 43. 14. *Germinatio pro exceſſu rei & modi.* Genebr. *Summa ſubſannatio in re & in modo.* Hay.

26 Non ſecùs Holofernes inflatus ſubditorum obſequio, Regis patrocinio, ac valido exercitu, in cunctà, eſtò ſacra, graſſabatur (*incertum*, ut ait Saluſt. 4. *Hiſtor.* de Cn. Lentulo, *ſtolidiorne eſſet, an vanior?*) in cunctos, uſtos ſcommatibus, cavillis, ſarcaſmis, ignominiâ, maculâ, dedecore probro, convicio, ac contumelia, uti tyrannus abutens iure, utebatur poteſtate; carpens & malè & malignè. Hoc ſpecimen ſuperbiæ & ſuperborum. Appoſitè Michæas: *Qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus: & qui rectus, quaſi ſpina de ſepe.* Pulchra expoſitio Imperfecti. *Si loquitur* (inſit, Homil. 19. in *Matth. in dolo loquitur: ſi tacet, malè cogitat: ſi iraſcitur, inſanit: ſi patienter agit, tempus expectat nocendi; & opportunitatem conſiderat, quando noceat. Si malè agit, non eru-* Saluſt. Mich. 7. 4. *Conditio malignitatis.*

*beſ-*

Imperf. *bescit : si benè agit , ad vanam gloriam propter homines facit. Quomodò proferat bonum fructum , cuius radix diabolus est? Sub arbore bona & bestiæ & animalia requiescunt; sub spinis autem nullum animal requiescere potest, nisi tantummodò serpentes.* In opprobria pronus insolenter Holofernes , atque inverecundè parrhesiastes , terminos modestiæ us-

*Commune potâti æ malum superbia est.*

quequaquè transiliens , dicax , protervè procax ; præ fastu haud aliam ambiens excellentiam,nisi arrogantiam,excellentiæ signum,latis imitans naribus Eurum. Commendabilis

Senec. profectò Principis habitus! *Odium, Invidia, Contemptus*;ut ait Senec.*Epist.*14.Commune potentiæ malum superbia est; quoniam in quæ delinquunt, impunè faciunt. Hinc in-

Psal.68.10. Rom.15.3. telligitur illud Davidis: *Opprobria exprobrantium*: hoc est, Magnatum, Procerum, Principum; qui eò quod liberi sint , in cœlum etiam posuerunt os suum. *Improperia improperantium*,ut inquit Paulus Hebr. *Probra perfodentium*: Maluend.*Convitijs proscindentes* afficiantur rubore , eorum obsequijs etiam interpretatis obliquè) loquentium adversus iustum iniquitatem, *in superbia & in abusione.* Psalm.30.19.idest,præ abusione fastus & superbiæ: quo quidem stylo etiam utuntur Profani. Euripid.in *Supplic.*v.321.*Derisa à derisoribus.*& Pausan.*cap.*29.*Fastidiens per contemptum.*

27 Haud satis sibi Holofernes videbatur excellens, si homines proculcasset ; ni etiam

Iud.13.28. excellentem,Altissimum per essentiam spreviſſet: unde dicitur ab Heroide: *In contemptu superbiæ suæ Deum Israël contempsit.* Inculcatio terminorum exprimit Holofernis insolentissimum animum , non solùm in arrogantia corde pervicaciter conceptà ; sed etiam

*Geminatio pro superlativo.*

verbis fastosissimè prolatà: q.d.summè sprevit: equidem turgidè atque elatè (quasi possit irrideri) tumidus de Deo, qui est super omnia,loquebatur,quasi esset sub throni ditione, infimà profectò maiestate. Proh Superi!

*Atque hic ingenti Capaneus Mavortis amore*
*Tumens, diu tutò Superûm contemptor , & æqui*
*Impatiens , largusque animi modò suaserit ira;*
*Ante fores, ubi turba Ducum, vulgique frementis;*
*Tot ferro accinctæ gentes, animisque paratæ*
*Pendemus?::.Virtus mihi Numen & ensis.*

Stat.

*Procax effreni lingua & in Deum.*

Accinit Statius, 3.*Thebaid*, à v.593. Quæ tanta potestas? Summa namque stolidissimi vanitas, ut probavit eventus; quo ruinæ Holofernis speculum leve factus. Nunquàm in solido stetit superba felicitas, & arrogantia, maximè cùm cœlo cupit æquare inferiora fastigia. Docuit vel Ethnicus in *Antigon.*v.129.& 1357.

*Iupiter magnæ linguæ iactationes valdè odit:*
*Carceribus in summis iam victoriam concitantes trudit.*

Sophocl.

*Longè sapere, felicitatis primum existit.*
*Oportet autem quæque in Deos, nihil impiè agere:*
*Magni enim sermones magnas plagas superborum*
*Iactabundorum solventes, docuerunt.*

28 *Contemptu contempsit* , & *contemptu superbiæ* , & *suæ* : quasi Holofernis superbia & re & modo singularis. Innuitur periodo pectoris immensus fastus. *Audacter audes*, ait Plaut.in *Captiv.* Act.3.scen.4. v.97. Contemnit, qui subiectionem negligit, seu prætermittit : at contemptu non contemnit , qui omittit pigritiâ legem : quippe legis & legislatoris haud calcat auctoritatem. Contemnit contemptu , cui videtur lege non posse subijci, neque obnoxium esse legi; quippe ubi nullus in fronte præ temeritate pudor sibi videtur superioritate superior: verùm in ipso contemptu superbiam addit & animum insolentes arrogantem; dum protervè abdicit calcans legem & legislatorem. Ita apud Eze-

*Differentiæ atq; gradus despicientiæ*

Ezech. 20. 27. chielem dicitur : *In hoc blasphemaverunt , cum sprevissent me , contemnentes* : hoc est, tenacitate in adversum propositi,& voce & murmure, vultu ac gestu , iunctis superbiâ & arrogantiâ indebitè modo. Declarat proterviam eisdem terminis Pater SS. ac Gloriosus

S.Bened. Benedictus, *Regul.Sanct.*cap.2. inquiens : *Ipsi autem contemnentes spreverunt me.* Non solùm spreverunt , sed contemptu ; ut etiam exprimerent actiones externæ & displicentiam,& aversionem & arrogantiam animi : igitur modus auget arrogantiam in Superioris contumeliam, & improperium in contemptum & iniuriam. *Cùm subiectorum cor superbia instigat* ( subdit Gregor. Magn.cit. *lib.*34. *cap.*18.) *hoc summoperè nititur agere; ut sua acta considerare funditùs negligant , & semper tacitis cogitationibus Rectoris sui iudices fiant : sicque dum contra superbiunt, etiam contra iudicia Conditoris intumescunt: & dum eius facta despiciunt,dum præcepta contemnunt; at tantam usque vesaniam devol-*

*Quæ summa superbiæ?*

Greg.Mag.

vun-

*vuntur, ut Deum res humanas curare non æstiment.* Taxatur crebrò hiccine insolentiæ modus in Sacra Pagina. Eccli.22.27. *Improperiò, & superbiâ.* Proverb.8.13. *Arrogantiam, & superbiam, & viam pravam & os bilingue.* Isai.16.6. *Superbia eius, arrogantia eius & indignatio eius.* Sic alia.

29 Quapropter sensus Tautologiæ principalis est: superbissimà arrogantià re & modo Holofernes Deum Israël contempsit. Offendit in illa invercundiæ summam, ubi etiam erupit in blasphemiam. *Prophetasti* (dixit Deum glorificandi Achiori) *quod gens Israël defendatur à Deo suo: ostendam tibi, quoniam non est Deus.* Varia periphrase alibi ostenditur huius petulantiæ, atque contumeliæ excessus. 1.Machab.1.25. *Locutus est in superbia magna.* 2.cap.9.8. *Supra humanum modum superbiâ repletus*: v.11. *Ex gravi superbia*: cap.15.6. *Summâ superbiâ.* Aliquando additur adverbium propter Epitasim rei insolentis vel modi, uti ibid.9.4. & *Sophon.*1.9. Luculenter Seneca, de *Brevit.vit.*cap.10. Holofernem suis coloribus pingit. *Ille* (ait) *qui multa ambitiosè concupijt, impotenter vicit, insidiosè decepit, avarè rapuit, prodigè effudit, superbè contempsit.* Pro signo singularis fastus, Homer.17. *Odiss.* v.581. *Superbiam virorum superborum.* Cicer. in *Verrem*, Act.6. *Illa tua singularis insolentia, superbia, contumacia*; de cuius conditione dixi sup. *n.*15. Patet summa superbia & summa superbiæ, & quomodò non solùm sit *vitium capitale*; *sed aliquid principalius capitalibus vitijs*: uti ait D. Thom.2.2. *q.*162. *art.*8. *ad* 3. Radix enim est vitiorum radicum, fons fontium, caput capitum, & etiam originum origo in præcipitium. Holofernes statua hominis & superbiæ viva statua, insolenter quæ necdum coxerat vomuit; sed sicut Dagon truncus coram Arca iacuit. *Ecce caput Holofernis,* specimen superborum arrogantium sine capite. Ecce decapitati fastigium.

*Germinatio pro adverbio.*

Senec.

*Superbia supereminens vitium.*

Iud.13.19.

*Verba movent iras non circunspecta Deorum.* Ovid.

30 *Ecce caput Holofernis,* cuius lumina cùm tenderent in astra, adinstar Thaletis ceciderunt in foveam. Iter superbiæ fastosis videtur planum, ac in planitie fit lubricum, quà cerebrum quatitur, dum Angelus Domini illos, ut corruant, persequitur. *Superbia,* inquit Prudent.in *Psycomach.* à v.321.

*Semper nititur in lubrico.*

*Talia vociferans, rapidum calcaribus urget*
*Cornipidem, laxisque volat temeraria frenis;*
*Sed cadit in foveam præceps quam callida fortè*
*Fraus interciso suffoderat æquore furtim.*
*Planitiem scrobibus violaverat insidiosis.*
*Hostili de parte latens, ut fossa ruentes*
*Exciperet cuneos, atque agmina morsu voraret.*
*At ne fallacem puteum deprehendere posset*
*Clara acies, virgis adopertas texerat oras,*
*Et superimposito simularat cespite campum.*

Prudent.

*Ipse interibis* (dixit Holofernes Achiori) *& omnis Israël tecum perditione disperiet*: cap.6.3. Mentita est iniquitas sibi: conversus est dolor in caput eius. *Sunt Dij immortales lenti quidem, sed certi vindices generis humani: & magna exempla in caput inventium regerunt*: inquit Marc.Seneca, Præfat.lib.5. *Controv.* Multa in caput suum casura tentavit.

*Pœna tandem tandem accedit*

Marc. Sen.

*Artificis perijt cum caput arte sua.* Ovid.

31 *Ecce caput Holofernis, Principis militiæ Assyriorum, & ecce conopœum illius.* Ibid. Quid sit conopœum creperum apud AA. Pro tentorio, seu interiore tabernaculo recessu, ab aliquibus accipitur. Ab alijs pro ipso tabernaculo, tabernaculi solio, seu papilione cum cortinis, vel minuto subtili reticulo adversus culices. Ab alijs denique pro toto tentorij divite apparatu; uti de Darij Persarum Regis ultimi refert Curt.*lib.3.cap.*3. Post devictum in victorem transivit fastus ac superbia Persarum. *Ipsi verò Alexandro* (ait Ælianus, *var.histor.* lib.9.cap.3.) *tabernaculum erat centum mensarum, quinquaginta columnis interstinctum, quibus tectum suffulciebatur: ipsum verò tectum erat inauratum, & magnificâ arte varietateque concinnatum.* Vide etiam *lib.*8.cap.6.& Curt.*lib.9.cap.*7. De ambitiosa vanitate Neronis, inquit Plinius, uti diximus, *Tom.3.T.1.n.29. Cubicula viatoria unionibus construebat.* Trell. Pollio de Herodis Magni luxu, refert: *Erant illi sigillata tentoria, & aurati papiliones.* Si licet abundare suo cuique sensu, dicerem, conopœum fuisse pretiosum velum, quod super cervicalia solet expandi: Hispanice, *Telliza, Vanda*, & voce generica *Tafetan*: quod removetur, aut fulcro, spondævè

*Profusio in tentorijs Antiquorum.* Ælian.

Plin.

sus-

*Quid sit conopœum.*

suspenditur, sicut gladius dum cubitum itur. Consentaneum videtur rationi: *Percussit bis* (dicitur.v.10.) *in cervicem eius, & abscidit caput eius, & abstulit conopœum eius à columnis.* Non enim cum tentorij ornatu progredi in Bethuliam commodè quibat: imò si conopœum suspensum erat in columna lecticuli (sicut pugio qui in ea ligatus pendebat, v.8.) profectò non erat cubiculi ornatus, neque papilionis cultus; sed dives serica tela, à cervicalibus iam remota, innuitur, 16.23. *Conopœum, quod ipsa sustulerat de cubili.* Ita ergo hoc loco intelligendum Conopœum: quo sensu nequit exponi, 10.19. ubi: *Videns Iudith Holofernem sedentem in conopœo, quod erat ex purpura & auro, & smaragdo & lapidibus pretiosis intextum.* Hic igitur intelligendum est de solio, quod erat in tentorio, pretiosè ornato: ibi de velo duntaxàt serico. Ideò præmittitur, v.16. *Duxerunt illam ad tabernaculum Holofernis.* In tentorijsque Principum ad audientiam legatorum, atque occurrentium iudicium, semper tribunal cultissimum, atque pretiosum suggestum; uti in tentorio Alexandri *Sella aurea*, teste Æliano, quo suprà.

32 Cur autem cum Holofernis capite, conopœum heroina in Bethuliam intulit; haud alio intuitu factum credendum, quam quòd crederetur factum. Adhuc coràm, capite Spitamenis (de quo *num.*11.) teste interfectrice uxore, & servo complice teste; nulla fides data: *Confuderat oris exanguis notas pallor* (ait Curtius, d.*cap.*3.) *nec quis esset, nosci satis poterat.* Hinc Iuditha conopœum æstimabile cum capite secto secum in Bethuliam attulit, ut illò, estò affectum pallore, caput esse Holofernis ostenderet, haud quaquàm gregarij militis, cùm ipsum conopœum, cuius esset caput, infallibile signum. Ita spolia victorum erat victoribus ornamenta, ac victoriæ testimonia, ut visum apud Græcos in Critalaõ, & apud Romanos in Horatio, referente Plutarcho, in *Paralel.* n.32. Hoc Holofernis spolium, quod pòst in templo trophæum. Holofernes vigilans somniavit in vacuum. Cuncta templi ornamenta ipse convasavit in usum, eiusque supellex famosum ornavit templum. *Iudith universa vasa bellica Holofernis, & conopœum quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema oblivionis.* Quid sit Anathema oblivionis, diximus, *Tom.*3.*T.*7.*n.*11. Non aliter David fecerat. *Caput Philisthæi attulit in Ierusalem, arma verò eius posuit in tabernaculo suo*: nimirùm, Ierusalem; reciproco *suo*, pro relativo *eius*: de quo alibi. Usitatum cunctis nationibus capita belli strategi, Archiducis, & victi Imperatoris exercitus, eiusque Archisatrapæ, lanceà figi, & in ludibrium, sive trophæum. De Ptolomeo Cerauno ait Iustin. *lib.*24. *Caput eius amputatum, & lanceà fixum totà acie ad terrorem hostium circunfertur.* Sueton. in *Galba*, cap.20. *Hastà caput sufflixum non sine ludibrio circum castra portarunt.* Vide Tacitum, 1. *Histor.* cap.44. & 1. *Reg.*31.9. Unde Virgil. 9. *Æneid.* v.465.

Q. Curt.

Cap.16.23.

1. Reg. 17. 54.

*Reciprocum pro relativo.*

*Caput victi Ducis suffixum hastis.*

Iustin.

Sueton.

Virgil.

*Quin ipsa arrectis (visu mirabile) in hastis*
*Præfigunt capita, & multo clamore sequuntur,*

33 Non solùm inolevit huiusmodi ritus, sed pretiosa & insigniora ex hostibus templo dicare; ut ibi monimentum victoriæ possint immobiliter permanere, & à cuctis in plausum ac commendationem conspici. 1. Reg. 31. 10. *Posuerunt arma Saul in templo Astaroth.* Homer. 7. *Iliad.* v.82.

Homer.

*Arma adimens feram ad Ilium sacrum,*
*Et suspendam ad templum Apollinis.*

Appian.

*Ex spolijs trophea, ac templis donaria.*

Appianus in *Annib.* init: *Cùm armis egerent Romani, quæsita ab alijs bellis, & ad decus affixa templi, spolia detraxerunt.* Ovid. *Epist.*13. v.144. *Referas arma Iovi.* Papinius identidem, sed perspicuiùs, 2. *Thebaid.* v.732. *Figamque superbis arma tholis*: & *lib.* 7. v.55.

Stat.

*Terrarum exuviæ circum; & fastigia templi*
*Captæ insignibant gentes, cælataque ferro*
*Fragmina portarum, bellatricesque carinæ.*

Eadem Virgilius, 7. *Æneid.* v.183. Vide La-Zerd. hìc, Dempster. in cap.2. lib.2. *Antiq.* Rosin. & quæ libavimus, *Tom.*4.*T.*13.*n.*10. Hoc igitur proposito cuncta cum conopœo illustrissima Iudith, in templo dicavit Deo Israël, & pro testimonio gratitudinis, & ob memoriam ruinæ ferocissimi hostis, in exemplum præcipitij arrogantiæ, ac calcationem superbiæ, maximè blasphemantis procaciter impudentis; cuius pœnam ostendebat totius exercitus clades. Ita factum de blasphemo Nicanore, qui *summà superbià erectus, cogitaverat commune trophæum statuere de Iuda*: at hìc *præcepit caput Nicanoris & manum cum humero abscissam Ierosolymam perferri: linguam etiam præcisam iussit particulatim avibus dari, manum autem dementis contra templum suspendi. Suspendit autem Nicano-*

2. Mach. 15. à 30.

*Cadere sub fœmina, maxima ignominia.*

ris

*ris caput in summa arce, ut evidens esset & manifestum signum auxilij Dei.* Ad comprobationem & arrogantiæ supplicium; *Ecce caput Holofernis & concepœum*, detruncati à fœmina, ut arrogantis insolentiæ magis notesceret ignominia; quiescerentque totus Occidens ab Holoferne expugnatus, cùm terror eius per fœminam videretur extinctus. Siccine Attila postratus. *Contremuit planè universus orbis Occidentalis ad nomen Attilæ* (inquit Baron. Ann.451. ex Paul. Diacon. lib.15.) *Vir in concussionem Orbis in mundo natus, terrarum omnium metu: namque superbus incessu, huc se & illuc circunferens, ut elatus potentiâ, ipso quoque motu corporis appareret.* At quid de huiusmodi glorioso pavone? *Noctù mulieris manu cultro confoditur, ob cuius nuptias profusa convivia exercens, dum tantum vini, quantum nunquàm anteà insimul bibisset*: infit in Chronic. Marcell. & Baron. *Ann.*433. Idem dicitur de Holoferne, *Iudith.* 12. 20. Eadem utriusque tragœdia, etsi scena distincta. Superbia, ingluvies ac libido utriusque transfodit pectus; priusquàm accederet fœminæ gladius. Accinit Bahusius, *Epigramm.*lib.4. & Ioann. Niels. in *Alphabet.* v. *Fastus*, n.3.

Paul. Diac.

Marcell.

*Superbi caput superbis spolium.*

*Nullus in ore color, nisi livor: pingere vultum*
*Sola sibi poterunt dedecus atque pudor.*

Bahus.

34. *In contemptu superbiæ suæ Deum Israël contempsit.* Versiones nullas invenio, sed expositiones etiam desidero. Quæ sensi, in litera exposui: modò aliquid dicendum ad mores, ut qui deposuit potentes de sede, exaltet mites & humiles corde.

## ADINATON EXEGETICUM.

1. *In contemptu superbiæ suæ contempsit*: verùm contemptus non valuit. Initur certamen, sed in vincentis pudorem: igitur amissà à victore victoria, virtute iacuit vulnerata superbia.
2. *In contemptu superbiæ contempsit.* Aliquid planè sine contemptu contemnitur, ubi in contemptu contemptus etiam signatur. Utique. Obijcitur iustitia falsa & superbia, simulque charitas integerrimà iustitiâ: equidem correptione delinquentis peccatum plectitur; verùm flamma charitatis dedignatione servatur.
3. *In contemptu superbiæ contempsit.* Si superbia gloria, ex mundi contemptu glorioſa superbia: igitur anima exaltatur; quùm mundi fastus opprimitur.
4. *In contemptu superbiæ Deum contempsit* diabolus, inhonorata Deitate; sed iniuria vindicata fuit ab homine: etenim Bernardus in superbiæ contemptum humiliavit, qui contemptu superbiæ Numen contempsit.
5. *In contemptu superbiæ.* Sine superbia est contemptus; ubi sibi qui excelsus, videtur nullus: siquidem si superbia ex gloria visa; maximè profectò gloria, si contemnitur superbia.
6. *In contemptu superbiæ Deum Israël contempsit.* Obijcitur exterminium peccatoris obstinati, etiam vulnerum vexatione, qua Deus medicus per dolorem, illum conatur revocare in sanitatem. Doloribus vocat, sed nec sic revocat; quo peccator sine pœnâ relinquitur, ut in pœnam relinquatur: igitur Deus medicus, quia illusus, non dignatur saucium visitare, ut medicus, imò contemnens relinquit; quia ægrotus lethaliter illum superbè contempsit.

# DIDASCALIA PRIMA.

## *Triumphus virginum martyrum ex victoria tyrannorum.*

1 GLoria virginum Antæi lauream devenusiat, qui (mirum) victor, cùm cecidisset, erat: de quo Natal. Comes, 7. *Mytholog.* cap. 1. Igitur virgine invalida sexu; tyrannus,

Ovid. in Ibim. v. 256

*Armatusque tulit vulnus inerme potens.*

Vulnus tulit & armatus ab inermi? Operiri debet facies confusione: equidem si vincere fœminam, nulla pugnatori gloria; est dedecus vinci à fœmina. *Nullum decus in victoria*: dicit Tacitus 2. *Histor.* cap. 12. Gloria sanè, pugnantes vincere: dedecusque signatur victoria, quippe vincere ignominia: maiorque in tyranni propudium, ipsà victoriâ victo, erigere trophæum; igitur ex vulnere dolor acrior, quia vincitur victor. Arti-

Tacit. *Nobile virginis certamen, qua vincit è certamine victorem.*

ticulum certaminis signat Claudianus de *Bell.Getic.* à v.586.

Claudian. ——*Vulneribus pars nulla vacat, recisaque punctis*
*Gloria fœdati splendet iactantior oris.*

Iactantior & sub vulneribus, quin daretur alijs locus? Iactantior & gloriosè ex ipso lethali vulnere, quo corruit ante tyrannum corpus,& cadendo valuit virtus:igitur amissa à victore victoriâ, iacuit simul in despectum victoris vulnerata superbia. *In contemptu superbiæ suæ Deum Israël contempsit* Holofernes: insolescebat victorijs, in ignominiam futuris, quas arbitrabatur in trophæa, nactâ è fœmina victoriâ; sed dedecus factum, quod cogitavit trophæum: igitur prævaluit è fragilitate virtus, dum à fœmina despectus. *Una mulier fecit confusionem in domo Regis. Ecce Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo.* Maluend. *Pudor, ignominia, dedecus ex una fœmina.* En virginis sauciæ forma, victæ & vincentis ratione corporis, & ratione virtutis: inijt de fide Sponsi cum tyranno certamen, verùm victoria in tyranni pudorem: igitur constantiâ fecit, cuius tormentis sauciatur,quòd tyrannus ex victoria propudiosè vinceretur.

Iudith 13. 28.

Cap.14.16.

Venant.8.v 158. *Vulnera suscepit, sed tolerando fugit.*

2 Immortalium militum apud Persas insigne, malum aureum (ait Ctesias de *Reb. Persic.* & Athenæus *lib.*12. *n.*37.) suspensum in summitate hastilis. Herodot. *lib.* 7. *cap.*22. signat malogranatum. Unde ex malogranato immortale,si mors etiam designatur per lanceæ hastile? Signum est certantis Martyris ex beneficio tortoris: corona malum Punicum ornatur: hocque cum telo meditanter connectitur; ut constet ex inimicis salus, & floreat pectoris virtus: equidem dum moritur impacti vehementiâ vulneris, donatur cadens coronâ immortalitatis. Tyranno videtur, in mortem infligere vulnus. Obtinet, vincit, sed planè in dedecus. Una mulier facit confusionem, morte superans tyrannidem: equidem per vulnera & vulnera coronæ virginitatis superponitur corona. Lilia ac malogranata implicata catenis sculpta fuere in templi Salomonici columnis,ut vidimus, *Tautolog.6. D.3.n.*4. Candor priùs erat,

*Insigne militis immortalis.*

*Coronatur dum percutitur.*

Tibull. 3 4. v.30. *Sed color in viveò corpore purpureus.*

In malogranata transierunt è carcere lilia; dum virginis splendor varietate multicolor, & albo candore lucidæ, & roseà purpura flammidæ; ut per insignia quæ ostentabat habitus, clareret virginis triumphus: igitur corona post pugnam alijs è cœlo cõceditur, sed cum virginibus, dum malogranata, nascitur. *Purpureum diadema distinctum candore, capiti circundedit*: ait Curt. in *Alexandr.* lib.*6.cap.6.* Candidum status purissimi conditione, purpureum verò ex fortissimo certamine: quandoquidem in triumphum suscepta vulnera, idem per tyrannum valuit, ac suscipere diadema.

*Cur malogranato cõfertur?*

Q.Curt.

3 Accusatur Dominus post concilium impiorum coram Pilato, ut illorum maligna quasi legibus simularetur intentio. *Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum & flagellavit: & milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, & veste coccineâ circundederunt eum.* Iesum flagellatum fuisse primò funibus,secundò funibus nodosis, additis ferreis scorpionibus, tertiò catenis, quartò virgis spineis; asserit Alapid. hìc,& Mater Maria de Agreda,p.2.*Mystic. Civit.*cap.20. à n.1339. O dira crudelitas! A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. In rem Sedulius lib.5. *Carm.* à v.152.

Ioan 19. 1.

*Cur Christi flagellatio dicitur passio in compendio?*

*Credite iam Christum, pro cunctis credite passum.*
*Quid dubitatis adhuc? En sectus terga flagellis,*
*Subditus opprobrijs, pœnas amplectitur omnes.*

Sedul.

Modò in textum. Militibus quid iussum? Crudele flagellum, dura flagra, dira verbera: quorsùm ergo flagellato corona & purpura? Incongruum flagellis secto diadematis impositio: imò opportunum, dum florebat gloriosè ex pœnis malogranatum. Candor flagellis purpurescebat, corpus æstuabat.

*Sanguine purpureò ebur corrumpitur ostro,*
Ut hominum amasius appareret cunctis candidus & rubicundus. Distincta videntur ab illis facta, quæ fuerunt iussa; sed Pilatus flagris intendit acerbissimum tormentum, miles verò coronâ glorioßissimum triumphum: igitur si in malogranatum convertitur per flagella; nullum Punicum malum sine corona. Una in acerbitatem patientis fuit cogitatio; sed acerbitas passionis potita fructu: quandoquidem cùm coronam efformet ex his quæ sustinet; propria quidem triumphantis de tortoribus purpura, cui per flagella debebatur corona. Hinc tyrannus Regem salutat, quem sic esse non credebat: *Tu es Rex Iudæorum? Respondit Iesus: Tu dicis.* Quando dixit? Quando flagellavit. Si cognoscitur munus per vestem regiam; Pilatus per inflicta flagella deostendit purpuram. Iam credit, quod pridem ludicrè dubitavit. Flagellatum ostendit populo tu-

Stat. 1. *Achil.* v. 307.

*Cur coronatur, dũ flagellis cæditur?*

Cap.18.37

Cap.19.14. v.5. tumultuanti, *dicens*: *Ecce Rex vester*: Rex? Utiquè, clarent ex flagris insignia, purpura scilicet & corona. *Exivit ergo Iesus portans coronam spineam & purpureum vestimentum purpureum.* Haud miratus Præses habitum Regis, quem præcipit cædi flagris: etenim idem fuit infligi toto corpore vulnera, ac concedere in verberibus ornatu regio diadema.

4 Dices, cuncta dolorosa patienti, & ludicra verberanti. Corona erat, sed spinea, in acerbitatem, non in honorem; quippequàm illudebant, non venerabantur Regem. Aliud cœli propositum in pluvia verberum, Regis in purpura demonstrantium habitum. Spinea erat, sed corona, ornata Regis purpurâ, & qua crudelia cruciamina: iunguntur que insignia Regis, dum flagellatus coronatur spinis, quia per ipsa, queis torquetur, caput Christi splendidè coronatur. Flagrum indicium Regiæ maiestatis, diximus hic Tautolog.3.D.4.n.14.& *Tom.*1. *T.*5.*D.*18.*n.*9. ultra etiam indicium triumphantis: unde triumphantis currum ornabat tanquàm insigne, flagellum. Agimus in *Prolog. Ephemer.* §.6. n.5. Triumphus pro victoria conceditur: victoria certamine constituitur: signaturque flagrum in flagellati triumphum; quoniam sicut ex spinis tormentorum, ornatum regium; ita flagris & flagris, prosternebantur in certamine tortores. Summum dedecus apud Græcos flagellatio. Iccircò Aix in Ulyssem infensus apud *Sophocl.*v.108. inquit:

*Flagellū in curru triūphantis.*

Sophocl.

*Vinctus ad columnam septi tecti,*
*Flagello terga verberatus iaceāt.*

Aliter apud Romanorum triumphum, quò gloriosè portatur flagrum; quod in Martyrum tormentis confirmat cœlum: quandoquidem horum texitur diadema ex tyrannorum tortura, quæ videbatur victoria. Hinc tota idololatria cecidit, & victrix per sæcula, corruit: canit Prudentius in *Peristephan.* v.745.

*Martyrum sanguine, idololatria corruit.*

Prudent.

*Dum dæmon invictum Dei*
*Testem lacessit prælio,*
*Perfossus ipse concidit.*
*Mors illa sancti Martyris*
*Mors vera templorum fuit.*

5 Perpende Christi instrumentum in nobile triumphum; quod gestat tanquàm sceptrum. *Flectentes coronam de spinis, posuerant super caput eius, & arundinem in dextera eius.* Si corona ex victo conflictu, quorsum arundo? Ut per cruciamen tortoris, indicaret confractam potentiam dæmonis. *Arundinem accepit Dominus* (ait Athanas. Tract. de *Passion.*) *diabolo ignorante se dare illi gladium contra seipsum*: *dicitur enim arundo serpentibus lethalis, atque inde potissimum interfici.* Quid arundo & unde lethalis in antiqui vulnus serpentis? An quia per verbera, cruciamina, plagas ac pungentes spinas. Princeps huius mundi eijciendus erat foras? Altius mysterium pro certamine virginum. Quid fragilius arundine? Levior profectò leviore: arundoque collocatur in eius dextra, quæ in serpentem antiquum conficit vulnera; ut singularis in dæmonem plauderetur victoria: equidem si magnum, quòd vulneribus superaret serpentem; mirabilius quod prosterneret per ipsam fragilitatem. In templis illi à cæcis cultus, & proiecta veneratio: dextræ Iesu saucij accesit arundo, facilis quassatu, atque ludicra despectu, quo prævaleret invalidè fragile pectus, & dæmon vehementius doleret vulnus: igitur intime pupugit (dum incogitatum vulnus sensit) quòd à fragilibus, vi calcatà tormentorum, etiam in templis suis amitteret principatum.

Athanas.

*Per virginū sanguinem Christus superavit dæmonem.*

6 In laudem sacrificij & signum singularis victoriæ ornatur victima *ex aromatibus myrrhæ & thuris.* Per myrrham notatur vulnerum acerbitas: per thus sacrificij suavitas: thurisque & myrrhæ consortium signatur in victima virginum, ut eluceat sacrificium singulare, ex fragilitatis validissimâ virtute: igitur odor percipitur suavior, unde procedebat dolor. *Discerptæ dabunt odorem*: dicit Petra-Sancta lib.1. *Symbol.* cap.4. Sine consortio myrrhæ non esset virtus in thure, quoniam virtus ex carnis acerbitate: thurique additur myrrha in virginum præclarissima victoria; quoniam agonis iucundissima voluptas erat vulnerum acerbitas. Audi Plinium. *Probatur thus* (inquit *lib.*12. *cap.*14.) *candore, amplitudine, fragilitate, carbone, ut statim ardeāt.* Myrrha in tormentis astruitur, & thus candore probatur; ut emineāt victoria gloriosa, dum tyranni experiuntur qualis virtutis cruciamina: etenim stemma insigne in certamine, quod omnia tormenta superentur à virgine. Venant. De *Gaudijs & spe vitæ ætern.* v.147.

Cant.3.6.

*Suavitas ex quo acerbitas.*

Pet.Sanct.

Plin.

*Cur myrrhę & thuri similes?*

*Hæc mihi pollicitum servavit virgo pudorem;*
*Nec voluit placitam dilacerare fidem.*

Venant.

De igne infrà à *n.*10. Amplitudine etiam probatur Thus, ideſt, dente; quippe degener, si denti molle: *Ne dentem recipiat potiùs quam in micas frietur*: subdit Plinius: Candor ut flectatur provocat in morsum, verùm eludit conatum: siquidem nunquam thus legitimum flectetur, estò minutim us-

Plin.

que in micas comminuatur. Nil ad illum instrumenta ferrea.

Vrgil. 2. Georg. v. *Solis est thureä virga.*

Ex huiusmodi thuris commendatione, alia probatio oritur ex fragilitate. Fragilitas commendatio est? Profectò ubi offertur Numini thus; ut tyranni confundantur, dum thus tormentis comminuunt: si corpus virginis specie thuris tunsionibus promit fidem, etiam discerptum dabit odorem, quo tyranni confundantur confusione; igitur fatentur vinci ab ipsa fragilitate.

Ravis. Text. ubi supr. *Non dat arcanis mollia thura focis.*

Hinc *sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris* ascendit, quæ sub tormentis crudeliter iacet; obcæcans tyrannos, à quibus videtur triumphus: tùm quippè dum iacet ascendit, cùm quia victoriam rapit invincibilis puella fragilis, quæ ut thus liquescit ad conspectum ignis, & sicut manna ad exiguum radium Solis.

Venant. d. *Inter tot hostes nulli se subdidit insons.*
*Hæc gelida meum servavit ossibus ignem.*

7 Hinc rabies cruciantium ex constanti fortitudine virginum; sed nescientes construere triumphum: siquidem tunc virginum rutilabat pretiositas, ubi tormentis exardescebat crudelitas. Regnum cœlorum confertur quærenti bonas margaritas, ideſt, pretiosas ut sæpe dixi: unde margaritarum æstimabilia exploranda momenta, ut inter tot divitias occurrat una pretiosa. Virgines sunt pretiosæ margaritæ, verùm latent, quia pretiosæ. *Concha ipsa cummanum videt, comprimit sese, operitque opes suas, gnara propter illas peti*: infit Plin. *lib. 9. cap. 35.* Capitur, cæterùm pretiositas non videtur. Opus est industria, ut luceat gemma. *Multo enim obruta sale in vasis fictilibus, erosâ carne omni, nucleös quosdam corporum, hoc est, uniones decidere in ima.* Totum enim huiusmodi opus tortoribus in margaritis virginibus. Latent hæ propter opes, gnaræ propter illas peti: contingit capi; sed necdùm constat quid sint, quousque vasi corporis infunditur acre sal, efformatis vulneribus, geminatis cruciaminibus, queis eroditur caro; sed margarita tunc apparet in pretio: igitur cadente in ima virgine per tormenta, tunc rutilat margarita. *Habemus Thesaurum in vasis fictilibus*: ibi thesaurus absconditur, sed non videtur, nec habetur in pretio; donec persecutionibus penitùs erosa caro: virginumque canitur triumphus, apparet thesaurus, atque floret margarita pretiosa; quippe tormentis fracta corpora, vasa fictilia. In vasis fictilibus servabantur imagines Numinum. Ita è Servio observat Alex. Neapolitan. *lib. 5. cap. 12.* & Marlian. in *Topograph. Rom.* cap. 79. astruit, in vasis fictilibus asservari thesaurum Populi Romani, eisdemque tributa provincias ferre in templum Montis, *Testaceus*, dicti. Haud secus virgines adducuntur in Sponsas ad templum Regis: igitur dum tormentis quassatur, rumpitur, comminuitur corpus, ex vasis fractis invenitur thesaurus. *Margaritæ teruntur, ut niteänt: & subdolè substruuntur, ut floreänt; & anxiè forantur, ut pendeänt*: ait Tertull. de *Habit. mulieb.* cap. 6. Devenustare vulneribus pulchritudinem, fuit tyrannorum molimen; membris sectis, atque visceribus tortis, additis vulneribus super vulnera, ut deformaretur virginum spectabilis forma. Sed quid, quantunvis corpus per tela, & gladios? Dicit Venant. Fortun. quò supr. v. 151.

*Unde pretiù in martyrio virginum?* 2. Cor. 4. 7.

*In vasis fictilibus Numinũ imagines, & gazarum opes?*

Tertull.

*Per tribulos gradiens spinæ cavefecit acumen:*
*Sentibus in medijs, nescia ferre vepres.* Venant.

Non tulit, quæ passa? Fracta prorsùm vasa testea, opus manuum figuli supremi, qui vidit conformem imagini filij sui: & illustravit è cœlis; quippe apparuit, fictili corpore fracto, imago pulcherrima Deitatis.

8 Huius ergo virgo martyr thronus est. Viderunt cum Moyse & Aäron Seniores Israël post datam legem, in splendore mirabili Deitatis imaginem: *& sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini.* Explicat Ezechiel, cap. 1. 26. *Quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni.* Marbodæus *Enchirid.* de *Lapid. pretios.* cap. 53. succinit:

Exod. 24. 10.

*Martyres sapphiro similes.*

Marbod.

*Sapphiri species dignitas aptissima Regum.*
*Egregium fulgens, puroque simillima cœlo.*

Isidorus 16. *Origin. cap. 9. Sapphirus* (inquit) *cæruleus est, cum purpura habens pulveres aureos.* Ita Numinis thronus specie cœlesti, in decorem mistâ purpuræ. *Quasi opus lapidis sapphirini.* Vatabl. *Lateris sapphirini.* Maluend. ex Hebr. *Terræ, Lunæ sapphirinæ, ossium corporis cœlorum mundities.* Aptè sapphiro pretiosæ purpura aptatur, ut virgo martyr tanquàm thronus Dei signetur; constans terræ conditione, ex sexus fragilitate, Fidei constantiâ & virtute: etenim per tormentorum duritiem, caro pretiosè etiam transivit in lapidem. Ex terra constat sapphirus, atque ex sapphiro Numini erigitur thronus. Dignè quidem terra transit in cœlestem, dum effudit virgo sanguinem: igitur per vulnera & vulnera, ex terra pura facta gemma pretiosa. Pulverem sapphirus habet aureum, in cuius pretiositatem iuvit virginem tormentum: igitur facta thronus Sponsi cœlestis Regis, per plagas excusso pul-

Isidor.

*Multiplici pretio.*

pulvere mortalitatis. Inter terræ conditionem & humanum corporis pulverem latebat sapphiri pretiositas, atque splendoris venustas. Quia in corpore, dedecorabatur pretium, nesciente tyranno summum: & cùm tormenta iuvarent, ut pretia pro dignitate splenderent; dicitur excussa terrà sapphirus, quia tormentis usque ad ossa effecta lapis pretiosus. Ne luceret vel in corpore sapphiri dignitas, obstabat pulverei corporis gravitas. Accesserunt cruciamina, effusà purpurà, & sapphiri pretiosæ penitùs emicuit gloria, quippè quùm per tyrannos excutitur corporis pulvis, thronus apparuit splendidè Deitatis.

Marbod. d. *Quem natura potens tanto ditavit honore,*
*Ut sacer, & meritò gemmarum gemma vocetur.*

Gemma gemmarum, quia dignitas momentorum cognoscitur per tormentum, sapphiro sequente conditionem margaritæ. *Principium ergo, culmenque omnium rerum pretij, margaritæ tenent*: subdit Plin. d. Culmen pretij? & iurè. Reliqui lapilli, si superficie splendida denudantur; omninò pereunt. Unio erosa carne aut vulnerata patitur, sed pretiositas gemmæ ex vulneribus cognoscitur.

Plin.

9 Margarita unica cœlo concepta sereno, cui ab æthere decor, à pretiositate fulgor, uti de cœlo cœlestis, nascitur Christus è concha Virginis matris. Ita expositus mundo patuit, sed mundus eum non cognovit. Cùm vel post tot signa maneret incognitum orbis pretium; non credentibus dixit: *Cùm exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum.* Quid Domine? Vulnerandus es in cruce. Quid non ibi patieris? Quo non gravaberis? Totus ibi vulnus: totum est pro vulnere corpus. Quid ostendet,

Ioan. 8.28.

*Unum qui toto corpore vulnus habet?*

Ovid. in Ibim, v. 346

Non credunt per egregia & inaudita miracula, & te quis cognoscent per passa vulnera? Cognoscent virum dolorum & infirmitatum, numerantes ossa exessa, carne erosà. Profectò: per vulnera pretiositatis abditæ erit cognitio. Adinstar margaritæ captus, & comprehensus, cuius pretiositatis fictile vas erat corpus; quo saucio, videnda gemma, à carne in qua apparuerat, occulta. Nequit perfectè cognosci, ni vas fictile frangatur: in cruce percutitur, vulneribus moritur: tunc cognoscendus dicitur; quoniam si margarita pretiosissima intra corpus, per vulnera cognoscendus. Qualis est dilectus patet, dum qui carne candidus, rubicundus sanguine floret; etenim carne concisà, apparuit pretiosa virtus, quam occultabat, priusquàm sauciaretur corpus. Viget adinstar Moly herbæ ex amara radice, ideſt, passione.

*Christi pretiositas claruit per passiones plagas*

——*Radice evellitur atrà,*
*Purpureus, sed flos, lactis & instar habet.*

Alciat. Embl. 181.

10 De margarita observat Vitruvius *lib. 8. cap. 3.* non posse dissolvi nec ferro nec igne. Ex dictis patet, margaritas ferro haud dissolutas, sed manifestas. Videndum, an igne maculetur pretiositas. Aurum igne examinatur: purius egreditur: martyrque virgo probatur tribulatione, tanquàm aurum in fornace. Thus probatur etiam & per prunam. *Carbone ut statim ardeat.* Plin. d. Haud degenerat virgo in conspectu tyranni; quippe saucia redolet ut thus ardens in igne. Ardor flammæ instat, sed virgo exultat, exprimens gaudium, quippe in tormentis exercitium, sicut examinatur argentum. *Succurrit mirari, nihil penè non igne perfici*: inquit Plin. *lib. 36. cap. 26.* Verùm quare? Infit *cap.* seq. *Alibi vitrum, alibi argentum, alibi minium, alibi plumbi genera, alibi pigmenta, alibi medicamenta fundit: igne ferrum domatur.* Objicitur theatrum, quò spectatur exercitium Martyrum & tyrannorum propudium, sub virginibus iacentium: igitur si ignis arte succensus in pœnam, constitutus in victoriam; quoniam illorum domitum ferrum, quin possint tot incendijs flectere vitrum. In quæ ferrum non valet, ignis prævalet: utrumque sine efficacitate: virtus domatur nec ferro nec igne: igitur in martyribus, quasi vitrum teneris, fœminis delicatis, tyrannis arbitrantibus plumbum; per ignem objiciebatur lucidissimum argentum. Minium etiam ginit ignis, ac in virginibus adversus cogitationem tyrannidis. Apud Ethnicos minium auctoritatis non solum maximæ, sed etiam sacræ, quippe Numinum imagines huiusmodi illinebantur colore; ut idem dicit *lib. 33. cap. 7.* Alex. ab Alex. *lib. 1. cap. 20.* & nos in *Ephemer.* loc. cit. n. 4. Elucet quid prodest ignis ex ipsa cogitatione tyrannidis: igitur virginibus accensà vorace flammà, venustabant tanquàm Numina. Etiam ignis pigmenta efformat: frangrat aroma, dum flagrat. Non ad colorum varietatem reducitur pigmentum, sed ad mistionem diversorum aromatum. Unde dum virgines applicantur igni, *virgula fumi universi pulveris pigmentarij*: siquidem ut aromata exusta vaporabant odorem, ubi vorante flammà redigebantur ad pulverem. Quomodò applicatis ad ignem, ignis erat vulnerum medicamen; patet in Eulalia, quæ ignem bibebat, ut curare vulnera.

Plin.

Idem.

*Quod in martyribus virtutes ex flamma ignis?*

Cant. 3. 6.

*Eulalia bibit ignem.*

Per-

11 Perpropriè Phœnix. Ut vivat, incendia poscit. Non potest esse vitæ exterminium, quod alimentum. Dicit Claudian. *Epigram.* de *Phœnic.* v. 13.

*Non epulis saturare famem, non fontibus ullis*
*Assuetus prohibere sitim; sed purior illum*
*Solis fervor alit.*

Claudian.

Exod. 3. 2. Spinis cruciaminum adinstar rubi Moysis, vallata est, & etiam igne: verùm ignis consumitur, ut illa flammis alatur; quippe Deus in medio eius. *Quamquam totus à stirpe ad furculos multâ correptus erat flammâ* (ait Philo 1. de *Vit. Moys.*) *incolumis tamen salvusque permanebat, nec urebatur: proinde quasi impatibilis quædam natura, nec ignis materia foret; sed ignem ipse pro pabulo haberet.* Visio sane magna, quippe nobilior ex oppositâ natura: siquidem ignis cibus si cuncta, mirabili conditione permutantur alimenta. Rara uti phœnix singularis avis, dum cibus ignis. *Bibit ore rogum*: ait Prudentius in *Perist. eph.* v. 984. Appetit vitæ conservationem & haurit ignem: Eulalia ergo cui fomes flamma cordis, vivit incendijs.

*Cur instar rubi Horeb?*

Philo. V. 3.

*Phœnix singularis.*

Prudent.

Sulp. Verul. de *Mort. Lucan.*

*Nec Phœnix aliter, cùm sese imponit in altum,*
*Quem struit ipse, rogum, cantus dulcedine mirâ*
*Nondùm perfectos plaudenti morte relinquit.*

12 Mittuntur in ignem fornacis tres pueri Hebræi, nolentes adorare statuam auream. Ceciderunt ligati in medio ardentis camini, sed ambulabant illæsi. Gratias de miraculo Numini agunt, & hymnum soteri concinunt. *Stans autem Azarias, aperiensque os suum in medio ignis, ait: Benedictus es Domine.* Sat pro miraculo, inter flammas stare; cùm naturale, iacere. Quomodò igitur apertio oris in medio ignis? Si calor exæstuans ore suscipitur, spiritus suffocatur. *Haustus ignis cursum animæ remeantis interscindit*: ait Senec. de *Provident.* cap. 6. Unde ergo vivitur ex quo vita suffocatur? Erat cum socijs phœnix, cui cibus ex flamma ignis: osque habet ad ignem patulum, ut accipiat alimentum. Spiraculum vitæ subsistit ex aëre circunstante: ignis in vitam destinatur phœnici: osque aperit, ut ignem hauriat, ut flammas bibat, quærens incendio levamen; quia phœnix respirat ignem. Spiraculo vivitur, quia vitalitas in aëris reciprocatione collocatur: osque aperitur in medio ignis, pro flamma pectoris; etenim cæteris in refrigerium ab igne, quærentibus respiraculum, phœnix satagit ignis in refrigerium. *Ignis refrigerans* hic ignis dicitur à Damasceno, *Orat.* 1. de *Dormition. Virginis*: Igitur, quod alijs esset tormentum, micabat ut spiraculum. Ex contextu patet. *Fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem.* Ex refrigerato aere constat vitalis: est alia vitæ superioris maiestas, ut pateant tormenta dulcia, & mulcimina cruciamina: siquidem quod in alijs æstuans ignis, phœnicibus flatus roris.

Dan. 3. 25.

Senec.

*Unde prodigium dum ignis viventi pabulum?*

Damasc. V. 50.

13 *Sic Eulalia de flamma ignis ex utraque parte appositâ* (inquit Tamay. in *eius vit.*) *aperto ore rapiebat, & promptius exhauriebat incendium.* Haurit ore rogum, ut inquirat alimentum. In igne? Si phœnix, sane. *Florebit velut phœnix* (infit Tertullian. de *Resurrect. carnis*, cap. 13.) *ut credas de ignibus quoque substantiam corporis exigi posse.* Micat, dum alitur igne: quam fervor alit Solis, pascitur flammis. Os aperit, ut satietur, quæ pœnis pascitur: igitur quod inter flammas contra vitam ignis vis, flagrantis cordis Eulaliæ quasi ventus roris flans.

Tamay.

Tertull. *Ignis cibus & refrigerium Eulaliæ.*

*Ore bibat fontes.* Stat.

Dicit Ethnicus 1. *Silvar.* 2. v. 208. Eulalia ore bibit ignes, in quorum medio aperit os; quippe sitibunda stat, quærens refrigerium ex acerbitate tormentorum: quandoquidem multiplicatis crudelissime in pœnam, bibit ignem sicut aquam. *Neminem extitisse qui viderit vescentem phœnicem*; astruit ex Manilio Plin. *lib.* 10. *cap.* 2. Solam Eulaliam potest signare, verùm novitate cibi: equidem ut constet novitas, vorat in viscera flammas. Porcia prunas edit (vide Plutarch. in *M. Bruto*) avis fatua est, cui deficit calens exardescens cor: igitur flamma haud cibus destinatur homini, sed phœnici; modò in vitalitatis fomitem, aliquando vidit aliquis vescentem.

Plin.

14 Rabbini Moysen plaudunt inter homines phœnicem. Adi Bartoloc. in *Bibl. Rabbinic.* ad illud Deuteron. 34. 10. *Non surrexit ultrà propheta, sicut Moyses.* Unde huiusmodi magnitudo? Vel à puero. *Dum quadam die Ierimith puerulum obtulisset Pharaoni, ut & ipse eum adoptaret, admirans Rex pueri venustatem, coronam, quam tunc fortè gestabat, capiti illius imposuit. Erat autem in ea Ammonis imago fabrefacta. Puer autem coronam proiecit in terram & fregit* (Ioseph. 2. *Antiq.* cap. 5. *Pedibus etiam calcavit*) *Sacerdos Heliopoleos:: voluit irruere in eum: sed liberatus persuasione cuiusdam sapientis, qui per ignorantiam hoc factum esse à puero, asseruit: in cuius rei argumentum, cùm prunas allatas puero obtulisset, puer illas ori suo apposuit.*

Deut. 34. 10.

Petr. Com.

Ha-

*Moyses cur dictus phœnix?*

Hactenùs Petr. Comestor. in *Exod.* cap.5. Vid.in *Ephemer.26. Iul.* n.1. Visum totum ominosum, quod in puero visum: etenim si per infantiæ actiones præcognoscitur indoles; profectò idola destruet, qui intrepidè ignem vel in infantia voravit. Sitibundum veræ religionis exponitur pueri pectus, & igne adversus idola probatur animus: etenim potens in idolorum tendet destructionem, quantumvis transeät per ignem. Quid non faciet,ac virtute perficiet,qui puer idola proculcat, & prunas vorat? Devoraverat puerulus ignem, & in exitu in simulachris Ægypti miram exercuit ultionem; igitur trita iacuerunt inania, quæ adorabantur ut Numina. *Numer.*33.4. & Kircher. in *Pantheön. Heb.* cap. 7. Victoria celebranda Moysis, præsignata ex cibis ignis, fotà in corde religione & Numinis veritate: prognosticon exhibendum in mirum triumphum;pueroque datur & voratur ignis;quia victoria reportanda non tantùm ex tyrannis, sed ex idolis.

Ubi supr.

15 *Infantula* Eulalia à tyranno vocatur,sed irridetur. *O infantula! florem ætatis tuæ perdere quæris.* Quid illa? Canit Prudentius,d.v.896.

Prudent.

*——En ego sum*
*Dæmoniacis inimica sacris:*
*Idola protero sub pedibus.*

Ita? Prorsùm puellula, à qua voratur quasi cibus flamma, & insignis ex tot tormentis designatur victoria: etenim quam non vincebat vehemens exardescens focus, perperàm quibat superare tyrannus. Rubus sacer viget, quasi corpus ignis materia non foret: sed pabulo flammam haberet. Ignem bibit infantula, ex pastuque idolorum elucet ruina: equidem hausto rogo flagrans animus, tyrannum & idola proterit pedibus. *Prælium est nobis* (ait Tertull. *adversf. Gentes.* cap.50.) *ut illis sub discrimine capitis pro veritate certemus. Victoria est, quia miles gloriam consequitur & prædam. Ad stipitem revincti farmentorum ambitu exurimur. Hic est habitus victoriæ nostræ, hac palmata vestis, tali curru triumphamus.* Haud aliter Eulalia militat ac strenuè decertat. Suspenditur in cruce, vallatur igne, sed læta gaudet. Nil sustinet?

*Eulaliæ ignis in idola & tyrannorum decreta.*

Tertull.

Paul. in epitaph.

*——Sustinuit ulcera, pœnas,*
*Lampades ærumnas, ignes ad usque necem.*

Unde cordis exultatio? Ex nobilissimo triumpho: descendit virgo in arenam, consecutura & prædam & gloriam: gloriam ex tyranni potentissimi despectu, prædam verò idolorum exterminio. An hæc palmata vestis gloriâ certaminis? Indicatur victoria, cui vestis palma. Altiùs illustratur, cùm nive induitur.

*Corpus induitur è cœlo nive.*

*Ecce! Nivem glacialis hyems*
*Ingerit, & tegit omne forum*
*Membra tegit simul Eulaliæ,* Prudent.
*Axe iacentia sub gelido*
*Pallioli vice linteöli.*
*Ipsa elementa, iubente Deo,*
*Exequias tibi virgo ferunt.*

Prudent. d.v.1000. & Gregor.Turonens.1. de *Glor.Martyr.*cap.91.

16 Occurrit gloria Thaboris. Ibi ut vel in corpore clareret splendor Patris; *resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.* Insignia signa! Sol & nix? Math.17.2

*——Facies fulgore coruſco* Iuvenc.
*Mutatur, vestisque nivis candore nitescit.*

Accinit Iuvencus, 3. *Evangel. histor.* v. 322. Cur igitur & quorsùm ita contraria sociantur? Quem completurus erat in Ierusalem, *dicebant excessum.* Dum de morte in crucis stipite sermo fit, iungitur & nix & Sol? Si fons Sol ignis,quorsùm glacies? In refrigerium,& amoris indicem; quippe pro hominibus pati, habebat consolationem. Ignem venit mittere in terram, qui respirabat flammam: & dum refulget ut Sol, vestis refrigerat nix: igitur in ignem pectoris tantum, ex nive prorsùs necessarium refrigerium. Ergo in propositum nostrum. Corpus Christi signat Martyres; unde Paulo dixit: *Quid me persequeris?* Act. 9. 4. dicitur excessus mortis in stipite crucis, & nivis cum ardore Solis indicitur vestis; ut gloria fulgeät Eulaliæ pendentis è dita cruce:quandoquidem corpus bibentis avidè flammam, post mortem induendum vestem ex nive mirabilem,candidissimam. Hic est Eulaliæ excessus, cuius corpus induit nix,ut inter virgines fulgeat mirabilis uti Sol. Luc.9.31. *Solamen Christi pro hominibus pati.*

17 Sequitur Sponsa iustitiæ Solem, de quo Ephræm in serm. de *Passion.* astruit, illo mortuo statim columbam egressam de Sanctorum-Sancto, disrupto velo. Ex Eulaliæ ore spiritus in specie candidissimæ columbæ in omnium conspectu in cœlum evolavit. Necessarium,huiusmodi illustrari miraculo; quæ secuta est in excessu. *In eius morte columba egressa ex adytis Sanctuarij.*

*Vidit & ipse satellas avem*
*Fœminæ ab ore meäre palàm,* Prudent.
*Obstupefactus & attonitus*
*Prosilit, & sua gesta fugit.*

Subdit Prudent. v.995. Mansit ergo nix in corpore ex columba candidissima fugiente; ut per gloriæ splendorem, deälbata Eulalia appareret super nivem,manerentque in terris signa splendoris super æthera. *Sunt igitur ante eius altare tres arbores* (subdit Turo- *Anima Eulaliæ in specie colübæ.* Greg. Tur.

ronensis, d.) *cùmque iam medio mense decimo, quando eius passio celebratur, sint ab omni decore foliorum nudatæ, eà die illucescente cœlo, in modum columbæ alitis flores proferunt; eò quòd in columbæ specie eius spiritus penetraverit cœlos.* Ibi vocatur Sponsa: *Surge, propera columba mea. Flores apparuerunt in terra nostra.* Articulus noster exponitur, dum ad cœlos Eulalia ab Sponso invitatur: igitur floribus apparentibus in terra nostra, apparet, quòd ascenderit in cœlum uti columba. Constat triumphus virginum ex victoria tyrannorum: quandoquidem Eulalia nascitur, dum occiditur. Moritur

Cant. 2. 10. 12.

*Eius flores mirabiles.*

Paulin. de Bapt. v. 23. *Si mors illa fuit, meruit qua sanguine cœlum.*

# DIDASCALIA II.

## *Prudentiæ summitas, ubi in correptione charitas.*

1 VErus amor scit per odium diligere, quippe studet utilitati dilecti: infertque vulnus & altum, ubi ad salutem necessarium est odium. Si vomica mulcetur, in mortem studio inciditur. Si malè amaveris, tunc odisti: si benè oderis, tunc amasti: igitur si crimine anima vulnerata laborat; amor uti medicamen, ut pereät, odium ne pereät. Zelus solus nocet, ac medicina icit, exacerbando vulnera, quæ medicanda comite prudentiâ: equidem (ut inquit Glorioſus Doctor Monachorum Benedictus, *Regul. Sanct.* cap. 72.) est zelus amaritudinis, & non zelus charitatis.

*Amor quo pacto perficitur odio?*

S. Bened.

*Decipimur specie recti.*

Horat. de Art. v. 25. Conditio Perites.

Imprudenterque offendit in curvitatem, qui specie tantùm solicitat rectitudinem. De Perite lapide pretioso, inquit Geörg. Draudius in *Solin.* cap. 46. *Valere contra arthriticam, quo morbo amittitur mens. Mirabile etiam referunt de isto lapide: quòd si fortiùs constringatur manu, nullius esse virtutis. Vult ergo leviter & pavidè tangi.* Tangi debet correptione peccator, sed leviter; ut pulsus vitalis corrigatur error: igitur si fortius, quàm congruit, imprudenti zelo tangitur; mens ex correptione amittitur: & gemma quæ in salutem pretiosa, minimè sanat, sed excitat amaritudine vulnera. Compescendus est zeli præcipitis furor, à recto ne deviet ardor: siquidem (ut accinit Otho Vænius, *Amor.* Embl. 39.

Draud.

*Præceps zelus furor est.*

*Verus amans recto nunquàm de tramite flectet.* Otho Væn.

2 In sale acrimonia est, Apostolique hominum dicuntur *Sal*, si erroribus infatuantur; ut sapiant quibus torquentur. Unde Paulus dicit: *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus.* Apprimè *conditus sale*, quippe bonum est sal condimento, non cibo. Totum sine sale insulsum: si totum, totum salsum & amarum: condimentoque utendum; igitur si palatum amaritudinem concipit, præmordacitate ex ore vel cibum expuit. Ne quid nimis, ut sit in alimentum sal correptionis; ne appareat infatuatio zeli, ex correpti infatuatione: cadatque decor auctoratæ mentis, ubi in meditatione zeli tantùm exardescit ignis. Vide dicta *Tautolog.* 7. *D.* 2. à n. 2. Silanioni insigni statuario imprudentes sunt similes. De illo enim infit Plin. *lib.* 34. *cap.* 8. *Apollinem fecit, sed inter cunctos diligentissimum artis, & inimicum sui iudicem, crebrò perfecta signa frangentem, dum satiare cupiditatem nequit artis: & ideo Insanum cognominatum.* Occurit Saulus in huiusmodi arte à mente prorsùm alienus. De se enim dicit: *Per omnes Synagogas frequenter puniens eos* (idest, Christicolas) *compellebam blasphemare: & amplius insaniens in eos, persequebar.* Videbatur zeli flamma, sed erat turpis amentia, perfecta signa confringens, ut satiaret cupiditatem artis; tùm quippe frequenter supplicia (in quibus non medicatur frequentia, cum dedeceat Principem, ut medicum multa vulnera) tùm quia cum sine vulnere medicamina noceant, ad medicinam blasphemant: insanusque Saulus dicitur, ubi perfectos typo legis sine discretione persequitur; quoniam quæ videbatur zeli flammantis ardentia, erat furentis insania, & quæ legum observatio, innocentium persecutio.

Matth. 5.

Coloss. 4. 6.

*Ne quid nimis.*

Plin. *Qui quærit excessiva, destruit perfecta.*

Actor. 26. 11.

*Sunt delicta tamè, quibus ignovisse velimus:*
*Nam neque chorda sonum reddit, quem vult manus & mens,*
*Poscentique gravem persæpe remittit acutũ.* Horat. d. v. 347.

3 Seneca Stoicè delirat, cùm omnia etiam gravia ulcera negligat. *In hoc itaque flectendi sumus* (ait de *Tranquill.* cap. 15.) *ut omnia vitia non inviſa nobis, sed ridicula videantur: & Democritum potiùs imitemur, quàm Heraclitum. Hic enim quoties in publicum processerat, flebat: ille ridebat. Huic omnia quæ agimus, miseriæ; illi ineptiæ videbantur. Elevanda ergo omnia, & facili animo ferenda: humanius est, deridere vitam, quàm deplorare. Adisce, quod de humano quoque genere, melius*

*Crimina subditorum, nec plorandа, nec ridenda.* Senec.

me-

*meretur qui ridet illud, quàm qui luget; quando leviſſimum affectum animi movet, & nihil magnum, nihil ſeverum, nec ſerium quidem, ex tanto apparatu putat. Satius eſt, publicos mores & humana vitia placidè accipere, nec in riſum, neque in lachrymas excidere: nam alienis malis torqueri, æterna miſeria eſt.* Eadem Iuvenal. *Satyr.* 10. à v. 29. Stoicè, inquam, loquitur, quippe tunc ullum vitium nec à iudice compeſcitur. *Dijs proximus habetur* (dicit Iuſtin. *Hiſtor.* lib. 8.) *per quem Deorum maieſtas vindicatur.* Iuſtin.

Verùm eſt modus in rebus, ut in ſalutem reſtituatur ægrotus, cum zelo, ſed ſine igne, in apparente uſtione: igitur prudentiæ ſummitas, ubi ad ſanitatem in ſeveritate charitas. Vivide Greg. Magn. *Vera iuſtitia* (inquit Homil. 34. in *Evangel.*) *compaſsionem habet, falſa iuſtitia dedignationem; quanvis & iuſti ſoleant rectè peccatoribus dedignari: ſed aliud eſt quod agitur typo ſuperbiæ, aliud quod zelo diſciplinæ: dedignantur etenim, ſed non dedignantes; deſperant, ſed non deſperantes; perſecutionem commovent, ſed amantes, quia etſi forìs increpationes per diſciplinam exaggerant, intùs tamen dulcedinem per charitatem ſervant.* Hinc expoſitio Tautologiæ noſtræ. *In contemptu ſuperbiæ contempſit:* dicitur de Holoferne. Dum in contemptu contemptus ſignatur, aliquid planè ſine contemptu contemnitur; indicatà falsà iuſtitià ac ſuperbià, atque charitate ex vera integerrima iuſtitia: equidem in correptione delinquentis peccatum ex iure plectitur, verùm charitas etiam dedignatione ſervatur. *Non eſt infirmitas, modò in correptionit medicamine ſe vera charitas.* Greg. Mag. Iudith. 13. 28.

4 Deliquit Iſraël, quem ſecuta pœna à tergo, quippequàm in pœnitentiam non prævaluit connivitio. Iacta eſt alea, ut de patria captivus egrederetur ſub dominatione dira: at cùm Dominus ſit dives in miſericordia, vel exercens iuſtitiam, dicitur: *Ecce oculi Domini ſuper regnum peccans, & conteram illud á facie terræ: veruntamen conterens non conteram.* Si favor in oculis eſt (uti ait Plin. *lib.* 11. *cap.* 37.) vel in ſupplicio peccatorum mulcet, ubi reſpiciendo favet: quandoquidem ubi correptus videtur, qui plectit, non averſatur. Dicit intuitum caſtigationis contradictio auctoritatis. Contriturum peccatorem minatur, ſed per ſupplicium, ait, nequaquàm conterendum. Signatur Domini pietas, & populi delinquentis pertinaciſsima iniquitas: igitur Dominus conterit ut fugiat in pœnitudinem, & perduellis vel contritus non admittit contritionem. *Conteram*, intendens in iuſtitiam: verùm *conterens non conteram*, Amos, 9. 8. *Deus diligit, vel dum plectit.*

propter gratiam. Quomodò ergo quod dicit facturum, non faciendum? Ob caſtigationis intuitum. Qui viderit animadverſionem propter crimen, deſpectum arbitrabitur dedignationem: attamen cùm ſit tantùm ſeveritatis dedignantis apparentia, ac in dolore illato dulcia charitatis viſcera; pœnis propter crimen traditis ex contemptu dedignatur, ſed non dedignans: perſecutionem affictionibus commovet, verùm amans: igitur ſi dolor medicamen, & ulcus crimen, acerbitate peccatorem gravat, ut punctus compunctus corde de crimine doleat. Qui ſuperbè dedignatur, intendit in pœnam criminis, propter pœnam. Conterit ut conterat. Qui correctioni in correptione incumbit, infert pœnam propter culpam. Conterit ne conterat. Ibi ſupplicia decernit dedignatione ac indignatione diritas: hìc faſtidij velamine interna charitas: patetque hinc & hinc iuſtitia falſa & iuſtitia; quoniam homo, qui iudex arroganter crimini apponit ſupplicium, & Deus medicus ſupplicio adhibet medicamentum. Corrigitur error, quia adhuc puſillum, & non erit peccator. Omnia, ut diligant Deum, coöperantur in bonum. *Non enim ad voluntatem ſerviunt* (inſit Bernard. de *Diverſ.* ſerm. 1. n. 6.) *ſed ad utilitatem: non ad voluptatem, ſed ad ſalutem: non ad votum, ſed ad commodum noſtrum.* Minimè ergo Deus vel contemnens contemnit, neque conterens conterit; quoniam pro flagitijs immittens contritione dolorem, duntaxàt ſolicitat de vulneribus ſalutem. *Peccator pungitur, ut compungatur.* *Intuitus Dei in pœnis illatis.* Bernard.

5 Pergo. *Conterens non conteram.* Movet, commovet, verſat, cribrat: peccator dolet ex vulnere, clamatque dolore, relinquens toxica ex quibus manant cruciamina, & conteruntur peccatorum vulnera. Unde dum conterit crebris ictibus Dominus, eius non conterunt ictus; quippe manus gravis eius non conterit, ut exterminet, ſed ut immunditias purget. Amplectitur homo noxia, aliquando vel cum pœna: adhærent iniquitates ſpecie falſa dulcedinis: & ille quin conterat, conterit immittens plagas; ut longè faciat à nobis iniquitates noſtras. Dicit contextus. *Conterens non conteram: ecce enim* (ſubdit) *mundabo ego & concutiam, ſicut concutitur in cribro.* Patet ſupplicium non in ſupplicium, ſed in expulſionem peccatorum. Conterit conterens, intendens in pœnam, quin removeatur toxicum iniquitatis: in contritione etiam acri non conteritur, ubi malum in munditiem propulſatur: Deuſque etiam conterens non conterit; quia conterit ut emundet. Concuſsio V. 9. *Gravitas pœnæ in expulſionem culpæ.*

aptè comparatur cribro, ut eluceät intuitus sedens in vindicis animo: etenim si homines concutiuntur cribro in pœnis; haud alio nisi ut expellantur sordes. De herbis spinosis differens Plinius, infit *lib.* 22. *cap.* 6. *Ne procaces manus rapiant, ne neglecta vestigia obterant, ne infidens ales infringat; his muniendo aculeis, telisque armando, remedijs ut tuta salvaque sint. Ita hoc quoque quod in eis odimus, hominum causá excogitatum est. Miror cernens negligi ea, quæ ad valetudinem conservandam, cruciatusque corporis propulsandos, & mortem arcendam pertinent.* In nostrum propositum hìc exponit Dalecampius. *Vita* (subdit) *maiore in pretio est, ob id tantùm, ut delicijs frui, luxuique indulgere liceat.* Cur ergo hominum excogitatum est causà, ut in remedium vulnerum sint spinarum acumina? Quælibet herba spinosa insito veneno nocet, ait Levin. Lemnius, 4. de *Miracul. natur.* cap. 9. Ita quæ ab hominibus vocantur deliciæ, præparato mucrone: equidem cùm veneno incognito cupiditatem trahant, & negligentem alliciant; quiqui conantur experiri tactum, sentiunt undecunquè aculeum. Hispanicè, vividè: *Se claban.* Elucet tropologicè, quod in senticosis physicè: equidem in documentum, ut avertatur cupiditas in illecebras; in venenata natura tantùm collocat spinas. Remedium arbitror singulare, ne solicitentur deliciæ, munitæ telis, armatæ aculeis, ne procaces manus rapiant, neglecta vestigia obterant, & dum appetentes vulnerati iacent, esse sub sentibus delicias computent: hoc quod in eis odimus, hominum causà excogitatum est: rigent tanquàm illecebræ acuminatà spinà, ut remedijs sint tuta & salva aculeäta medicamina: etenim minantur mucronibus, ne cupiditates accedant; verùm si accesserint, vulneribus resipiscant. Sunt enim spinæ, & perdiscunt homines ex his quæ passi.

Plin.

Dalecamp.

*Deliciæ cur senticosæ?*

6 Ergo in rem. Huiusmodi spinæ copiosiores in delicijs, quàm in rhamnis, quoniam vitam illèges ducunt pretio minore, quàm delicijs frui genioque indulgere. Intendit Deus eos revocare in fruitionem vitæ, quippe mortui sunt à corde. Apponit in toxicatis spinas, ut arceät à cupitis mucronum vehemens acerbitas. Sine dolore legum transgressores minimè sapiunt: vulneribus revocantur ad sensum. Advenit vindex iustitia, tracta à cœlo per scelera. Conterit, sed non ut conterat, etiam si doloribus corpora vexando gravat: equidem cùm sanentur, ubi corda compunguntur, per sentes tribulationum ingeruntur vulnera, quia vulnera per dolorem vulneri medicinalia: minimèque vexatur, qui vexatione in salutem restituitur. *Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriam*: dicitur ab Eliseo. Si in vulnus Syriæ eiaculatur, Syriaque percutitur; quomodò è missa sagitta vulnus & salus? Proruebant in idola, adorantes cupiditis simulacra, favente fortunà absque ulla calamitatis specie, qua possint in recta oculos aperire: immittiturque à Domino salus, dum infligitur vulnus; quoniam vulnera contracta per cupiditatum idola, duntaxàt sanari quibant per vulnera. Canit Martialis, lib. 6. *Epigram.* 70.

*Non vexatur, qui vexatione sanitati restituitur.*

4. Reg. 13. 17.

*Ut nostri benè computentur anni,*
*Et quantum tetricæ tulere febres,*
*Aut languor gravis, aut mali dolores,*
*A vita meliore separentur.*

Martial.

Pende *Dolores mali.* Dolores annè boni? Utique, modò ex proposito medici. Mali dolores sunt, dum pro correptione criminis, solummodò cogitantur dolores, qui vulnerum exprimunt exacerbationem, ac corripientium furentem acerbitatem. Hi non medici, sed carnifices, in delinquentes sævientes. Aliter qui correptione intendit excessus corrigere, estò mediante dolore: qui quidem bonus, quantunvis sanguinem emittat vulnus; siquidem non apponit criminis medicamen in dolorem, sed dolorem in criminis medicamen. Hoc est sine contritione conterere, atque vulnera sanare. Qui conterit ut conterat, invehitur in personam, non in culpam. Minimè sanabit, quod in deterius conficit. Sanat, qui culpam expellit: Deusque conterens non conterit; quippe invehitur in crimen, nequaquàm in peccatorem. Floridè Euripid. in *Phœniss.* v. 1717.

*Ac dolor dolore expellitur.*

*Compensat mortalium nequitiam*
*Sed non aspicit iustitia malos.*

Euripid.

7 Sagitta salutis vigilanter exprimitur emblemate aquilæ circunvolutæ à dracone (de quo Ælian. *lib.* 17. *cap.* 37. & nos *Tautolog. 6. D. 4. n.* 12.) manu hominis sagittam tenente, cum haccine epigraphe: *Non utrumque peto.* Ita Villava in *Symbol. Spirital.* Spiris criminis, quasi serpentis involvitur anima, è quibus vincula & obices compedum, vigilante iugo iniquitatum, cuius catenæ manibus circunvolutæ, atque collo, usque in suffocationem impositæ. Ne delinquens serpente iniquitatis moriatur, serpens morietur. Hoc opus & labor, ne in proficua separatione sit error. Non utrumque petendum, quoniam in peccantem amor, in crimen dirigendum est odium: & cùm Deus nolit mortem venenati peccatoris, sed virulentæ lethalis iniquitatis; co-

Villav.

*Pœna non pro delinquente, sed pro crimine.*

guo-

gnoscitur zelus bonus, ex quo sagittæ dirigitur ictus cum amore & odio, ut pœna sit correctio & non corruptio: igitur moribundus lethaliter saucius restituitur in salutem; ubi gladius non in hominem, sed in serpentem. Ad rem Manilius, 5. *Astronom.* à v. 314.

*——Ille pater tali de sidere cretus*
*Esse potest, qui serpentem supra ora cubantē*
Manil. *Infelix nati somnumque animamque bibentē,*
*Sustinuit misso petere ac prosternere telo.*

Hic iudex, sed pater officio, descendens in munus prorsùm de cœlo; qui ut prosit in supplicij medicamine, separat arte pretiosum à vili. Hoc est perfectum vindicis odium, dum adversus malignantes zeli Dei
Psal. 138. 22. dirigitur telum: *perfecto odio oderam illos*: dicit David. Perfectum sanè odium, ubi cum odio diligitur. Felix aversio, qua remotione trahitur: equidem cùm amor dirigatur in peccatorem, atque sagitta in serpentem; zeli Dei qui vindex promit omnimodam perfectionem. Egimus latè *Tom.* 4. *T.* 12. *n.* 14. 18. 20. & *ibid. D.* 2. *á n.* 1. Subscribit Gregor. Magnus, Homil. 21. in *Ezech.* ubi: *Exhibenda* (inquit) *pravis asperitas in ostensione, charitas in mente; ut*
Greg. Mag. *dura ostensio delinquentem coërceat, & charitatis custodia mercedem mansuetudinis non omittat. O tormenta misericordiæ! Cruciat & amat.* Non utrumque petit, dum petit utrumque: etenim eximitur gladius ut peccati serpens dolore moriatur; & peccator serpentarius dolore vivificetur. Aureè at floridè N. Patriarcha, d. *cap.* 2.
S. Bened. *Dirum magistri, pium patris ostendat affectum.* Invenitur diritas, & etiam pietas: sed ut è pectore expellatur virus, semper etiam
*Ubi pietas in corde, sed severitas in facie.* in peccatorem affectus. Diritas in facie, pietas in corde; quippe commendat directionem, etiam severitate magister; dum cognoscitur, inferre pœnam ut pater. Expellitur subditorum iniquitas, ubi in illam gladium evaginat charitas: igitur licèt mortificet dolor, expellitur in correctionem error; postquàm in correptione.

*Apparet dissimulatus amor.*

Oth. Vxn. 73. Qui quidem medetur specie nocendi, dum vindex qui furiosus nocet specie pulcherrimà medicinæ. *Furiosus* dixi, siquidem sanguinolentus exprimit in delinquentem detestabile odium, quod ius erat per supplicium eiaculari in peccatum.

Psal. 10. 5. 8 *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam*: astruit Psalmographus. In iudice probo videtur amor in odio, odium verò in amore iudice pravo.

Ovid. *Ad mala quisque animum referat sua, ponet amorem.*

Dicit Ovid. de *Remed.* lib. 2. v. 163. Si deponitur amor, fovetur error: equidem cùm in correctione nulla sit charitas, & plectatur iniquitas; ut faciet zeli tutulo furorem, in delinquente vindex diligit iniquitatem. *Pœna in peccatum, non in peccantem.*

*Magna pars hominum est* (inquit Senec. 2. de *Ira*, cap. 28.) *quæ non peccatis irascitur, sed peccantibus.* Non oportet peccata corrigere peccantem, nec iudicare furentem: equidem cùm diligat in dira supplicia errorem; animam propriam odit, dum odium peccantis diligit: non enim cogitat odio semetipsum vulnerari, ductum amore vindictæ. Obijcitur propudiosè furiosus, dum apparet ex lege maiestate severus, sepultà ab odio latitante, charitate, in legis punitivæ ostentatione; quæ quidem duntaxàt legis ostentatio, iudice implacabili odio: igitur eò putridis visceribus crevit pravitas; ut in ultionem diligatur iniquitas. Hebr. *Amator violentiæ vulnus animæ suæ.* Indicatur vindicis malignitas, & cordis virulenti perversitas, ubi invehitur in peccantem, quod duci ius in errorem: equidem in plagas & vulnera delinquentis ob truculentiam adducitur; quantunvis ex vulnere lethaliter vulneretur. Ita pius, non peccatis, sed peccantibus iratus, quo animus tristis eo miseriùs dolet, quo pravus gaudet de suavitate indolis, dum pervenit usque ad ultimum potentiæ crudelitatis, quod etiam affectavit Calvus Nero, in cuiuslibet diro, ac extremo supplicio. *Quò contentiùs abuteretur patientiâ hominum, nunquàm tristiorem sententiam, sine præfatione clementiæ pronunciavit: ut non aliud iam certius atrocis exitus signum esset, quam Principis* (affectata) *clementia.* Ita Sueton. in eo, *cap.* 11. O tempora! O mores! Sed hoc aliàs.

Senec. Hebr. *Vindicis malevolentia, si homo castigatur, & non culpa.* Sueton.

9 Hinc oritur exacerbatio vulnerum, ab applicante remedium; quoniam curatio vulneris maius atque vulnus sensibilius, eò quòd plus quàm sanguis rubescat pudor, modò percutiatur honor. Non secùs questi de Alexandri Magni furore, milites veterani. *Tunc universi flentes* (ait Iustin. *lib.* 12.) *Regem adeunt, orant supplicijs suis potiùs saturet se, quàm contumelijs.* At quid ex potestate inflato, insanæ fortunæ sponso? *Qua moderatione obtinuerunt, ut undecim millia exauctoraret.* Quærebat erratum, ut satiaretur fastidium. Unde cùm eius furor inexplebilis esset, in ultionem præter supplicia maius excogitavit, ferire percussorum honorem, ubi sine crimine (ut ostenderet) vulneravit auctoramen. *Peccantes* (quid innocentes? dicit Senec. d. *lib.* 1. *cap.* 14.) *quid habet ut oderit, cùm error illos in huius-*

Iustin. *Delinquentes compescendi supplicijs, non contumelijs.* Senec.

*modi delicta compellat?* *Non est autem prudentis, errantes odisse. Melius est ad rectum iter admovere, quàm expellere.* Sic legis & rationis tenor, sed non potestatis furor, qui non satiatur, ni simul cum corpore auctoritas vulneretur. *Disrumpens scindam*, est phrasis Scripturæ, ut fusè egimus *Tautolog.* 4. Quomodò aliter? Promptè in prudentia singulari vindicis. Ubi subditorum ex malitia aut fragilitate noxa; in exemplum vel supplicium, vel utrumque cum gladio accedit iustitia. Disrumpit, ubi peccatum in peccatore plectit: scindit in disruptione, cùm castigatur subditus sine crimine. Disrumpit, modò ex pœna sit flagitij vel erroris curatio: scindit, ut non erroris, sed errantis sit correptio. Disrumpit, quùm zelo ducitur pectus: scindit, si fit ex medicamine vulnus. Disrumpit, ubi ostensione severæ disciplinæ charitas latet: scindit quùm zeli titulo malignitas exardescit. Disrumpit dum propter iustitiam corrigitur error: scindit verò si percutitur honor: at cùm furor omnia proculcet, & phronesis cuncta ad amussim observet; ubi prudentia, valet esse disruptio sine scissura: quandoquidem iustitia plectit peccantis integerrimè crimen, verùm non percutit cum vulneribus honorem. Non scinderet, si disrumpens rectitudinem errantium baculo quæreret. Maneret, qui pœnas luit, ex parte læsus ac ex parte vel cum vulnere auctoratus: cæterùm cùm potestas effrenis malignitate cordis diligat iniquitatem, ut deturpet pravè honorem; dum videtur ad speciem errantes dirigere in iter rectum, urget protervè dolosus in immane præcipitium.

3. Reg. 11. 11.

*Nec vulnerandus est honor.*

10 Iustitia apud Ethnicos, uti hìc observavimus ex Chartar. *T.* 1. *D.* 6. *n.* 2. pingebatur cum ense atque bilance. Bilanx signatur ad æqualitatem legis, quippè videtur excessus, quando delirat amussis. Innuit N. Glorioſus Patriarcha, d. instruens Præsidem, imperfectionum vindicem. *Cùm de alienis ratiocinijs cavet, redditur de suis solicitus: & cùm de admonitionibus suis emendationem alijs subministrat; ipse efficitur à vitijs emendatus.* Astipulatur floridè Stoicus Cordubens. ubi dudùm. *Cogitet* (subdit) *quàm multa contra bonum morem faciat, quàm multa ex his quæ egit, veniam desiderent. Iam irascetur etiam sibi: neque enim æquus iudex aliam de sua, aliam de aliena causa sententiam fert.* Non itaque erit iudicium, tunc sic in alios educere gladium. Hic etiam iustitiæ datur, ut crimen, non innocentia subditorum iuguletur: igitur nequaquàm secandum ad lubitum potestatis, sed ad stateram legis. *Malè enim imperat* (inquit Novarin. in *Umbr. virgin.* Excurs. 64. n. 633.) *qui in imperio solùm cogitat imperium.* Non est iudicij auctoritas, sola potestas. Alia in imagine rimor. Gladius habet similitudinem linguæ: ad pondus bilanx designatur sine pondere: iunguntur que in iustitiæ expressionem; propter verborum examen: equidem audire vindicis sine pondere verbum, sanè videre in furiosi manu gladium. Lingua eius gladius acutus. *Ante faciem eius ibit mors.* Chald. *Ibit verbum*: fit circumspectio, bilancis ne titulo iustitiæ gladius latescat in verbis: igitur quod imprudenti videtur iustitia, ni libretur charitatis stateràs errans percutitur, verùm honor iugulatur. *Subsannaverunt me subsannatione*: dicit David. Quod videtur clarissimum ex suppositio, exprimit pravitatem in Præside turbulento, ducto sine iudicio velamine zeli, specie apparente iustitiæ in expulsionem criminis virgis & verbis, sine examine bilancis, quippe digladiatur, effutit, vomit, quicquid in buccam venerit: in subsannationeque dicitur subsannatio; quoniam sine illa, illa invenitur in vindice stulto: quandoquidem si pœna aut increpatio dirigenda in crimen & nequaquàm in honorem; dum reprehensione iugulatur honor, errans neutiquàm reprehenditur, sed sine subsannatione subsannatur. Pudet vulneris, quem pudet erroris: & ubi gladius in bilance pro correctione criminis esset, sine honore etiam flagitij non pudet: quippe tota medicina & vulnus sine remedio, si vulneris non sanatio, sed subsannatio. Crescit tumor, quoniam ut ait Publ. Syr. in *Mimis*, v. 117. *Ubi turpis est medicina, sanari piget.*

Novar.

Habac. 3. 5.

Psal. 34. 16.

*Vindicis in pœna, sit moderata lingua.*

Pub. Syr.

*Imago iustitiæ.*

S. Bened.

11 Unde cùm verba dirigi quoque debeant in ægrotantium salutem; etiam dum secant, sunt deducenda in bilancem, ut ratione atque prudentia librata, possint esse medicina: etenim cùm amor proprius maculam uti decorem defendat, & zelus Præsidis abluere in munditiam satagat; opus est arte in curationem vulneris, quippe sine illa curatio non est opus curationis. *Medicum* (subdit Senec. d. *lib. 3. cap. 39.*) *cùm Regis filiam curare deberet, nec sine ferro posset; dum tumentem mammam leniter fovet, scalpellum spongiâ tectum induxisse. Repugnasset puella remedio palàm admoto: eadem quia non expectavit, dolorem tulit.* Dissimulatur pharmacum in remedium, ut in vulnus medicus dirigat gladium; quippe dolens nequaquàm ne doleret, expectaret; si vulnerandus sciret *Curavimus Babylonem & non est sanata.* Haud facilè quibat sanari,

*Industria prudentiæ qualis in vulnerum curatione?*

Senec.

Ierem. 51. 9

Senec. *Haud pœna ex muneris potestate, sed ex lege.*

ri, cui lethali vulnere videbatur, nulla indigere curatione. Videbatur medico, à quo in medicinam ferri cogitata ex arte dissimulatio, sed dolorem non tulit, quippe se sauciam non sensit: ægrèque audit medicinam in salutem, qui nullam in se percusso cognoscit infirmitatem. Quapropter perit ars, ingreditur serpens mors; quia quò peiores, sunt delicatulæ subditorum aures.

*Salutem non recipit, qui se infirmum non cognoscit.*

Cant. 1. 11. 12 *Murænulas aureàs faciemus tibi vermiculatas argento*: dicit imperfectæ Sponsæ archiater animæ. Variæ sunt testimonij lectiones: *Cum stigmatibus, clavis, punctis, vulneribus*, ut sæpe dixi Tomis prioribus. Quænam & quorsùm sunt huiusmodi inaures? *Increpationis ac correctionis voces*: infit hìc Ghisler. floridè quidem. Inauris perforat aurem: & inaurata notat increpationem; ut constet Præsidis increpantis prudentia, & subditi audientis detestabilis philautia. Prudentia (ne sit asperum) quòd deauretur correctionis verbum. Philautia, ne defendatur error; & glisçat vulneris tumor: igitur ita ægrè fertur vox levis vel aurata increpationis; ut volatile verbum perforet aurem, minimèque verba æstimentur ut verba, sed ut stigmata. Hinc Maluend. *Cum imaginibus.* Frequenter ex arulis aurium pendet aliquid pretiosum in ornamentum. Amor proprius, quia aurem vulneratam supponit, recogitat ut fastidium: haud facilis modus, quantunvis sit prudentissimus Prælatus: equidem cùm subditus pugnax arbitretur ex increpatione vulnus; quamlibet vocem ut imaginem iniuriæ, habet pendentem ab aure. *Inaures aureàs*, & dicit *murænulas*. Murænæ virulentæ sunt: vide Plin. *lib. 9. cap. 23-32. cap. 5.* & Textor 7. *Officin.* cap. 41. inaures, quibus murænulæ aureæ; quin valeàt ad correctionem artificium in Præside, incircuncisis audientium auribus, excogitatis per reprehensionem muneribus: siquidem semper percutit animum, quanvis in medicamen deauretur venenum. Ex conditione imaginum murænarum, ostenditur zelus Præsidis & protervitas rebellium subditorum. *Murænis omnibus dextra in maxilla* (infit Plin.) *septenæ maculæ ad formam* (siderum) *Septentrionis: aureo colore fulgent duntaxàt viventibus, pariterque cum anima extinguuntur.* Studium coërcitionis in Præside tendit in expulsionem macularum, per congruam mortificationem sensuum: verùm impossibilis correctio; ubi in auribus, murænarum conditio: igitur quas Præses corrigendas arbitratur maculas, subditus philautiâ plenus ostendit tanquàm stellas. Uti cœlum rutilare præsumit aureo colore, dum ab alijs multiplices notantur maculæ. Haud facilis de decore rubor: & in philautis obliquo iudicio ita fovetur error; ut maculæ studiosè serventur, quousque moriantur. *Aceti gustu eàs in rabiem agi*: subdit Plin. Hinc factæ murænæ aures rebellium, uti virtutes vitia contemplantium: etenim cùm correctio adinstar aceti pungat, & amor proprius maculas uti splendentes defendat; minimè audiunt correctionem, quia reprehensione agitantur in rabiem.

Ghisler.

*Cur subditi increpationem non correcti?*

Plin.

*Haud facilè corrigitur, cui placet error.*

13 Ulteriùs: *Antonia minor mater Germanici Cæsaris murænæ, quam diligebat, inaures addidit*: dicit Plin. ibid. *cap. 55.* & ex illo Ravis. loc. cit. E contrà Sponsæ fabricantur inaures murænarum effigie distinctæ punctis, ac ornatæ vermiculis; ut pretiositatem æstimet reprehensionis in cultum aurium, sine frequenti imperfectione audientium: equidem dum verba uti inaures aures vulnerant, pectora vulnere verminant. Inaures lobis auriculę fœminarum suspẽduntur, ne illarum oculi superfluitate capitis obtenebrentur (crebrò obscurantur vigiles subditi, capitis superfluitate) & clarè ut maculas videant, ubi splendorem uti cęcutientes cogitant: sed ira audientium pervertit usum ac beneficium inaurium: igitur si inaures ornant, & pendent ut lumina clarè videãnt; quantunvis à cæcitate qui obstinati liberentur (quippe vulnerant in aures) ipso lumine obcæcantur. Ergo propriùs in scopum Didascaliæ. Imperfecta erat Sponsa, quæ monilibus ornanda. Curari debet, sed sine ferro medicina non valet. Inaures necessariæ inflicto vulnere. Necessariæ? *Murænulas aureàs faciemus tibi*: equidem modò dilecta curetur, quanvis auris percutiatur. Illa sibi videbatur formosa, cùm esset nigra, adinstar murænæ uti stellas cogitans maculas. Clarè cuncta videbuntur, modò tanquàm inauribus reprehensione auriculæ perforentur: inauresque in vulnera conficiendæ ad sanitatem Sponsæ; quoniam modò clarè videãt, quantunvis vulnera sentiat. Quædam non sanantur, ubi infirmi non falluntur. Spongià tegitur scalpelli acies, ut non sit dolor in dolore vulneris: repugnasset utique puella remedio palàm admoto: inaurisque fit in salutem Sponsæ, ne suspicetur de vulnere: igitur inaure auricula vulneratur, verùm vulnus à patiente non videtur. Murænulæ ergo fabricandæ in ornatum auris, sed *manu artificis*. Unde igitur artificium? Quia ex vulneribus in pulchritudinem sortiuntur effectum. Aruli sentiuntur, dum primum lobi auricularum studiosè perforantur,

Id.

*Pectus verminat si correctioni repugnat.*

*Modus & intuitus correctionis.*

Cant. 7. 1.

tur. Pòst inauris ornatus deservit, ut pulchritudo sine imperfectione rutilet, venustate nactà ex vulnerante increpatione susceptà. Iam formosa, quæ erat nigra turpitudine coloris per ingenium meditatum artificis, ferens patienter dolorem, propter insertam ex inaure venustatem: siquidem consideratà ex vulnere perfectione, quæ vulnerata gratulatur de vulnere.

14 Demùm. Insignis manus artificis in laboratione imaginis distinctæ punctionibus, clavis, vulneribus; ut Præsidis prudentis ducti zelo consideretur intuitus. Sponsus inaures Sponsæ format, & auriculam vulnerat. Etiam mos in servitute, sed sine inaure. *Si dixerit servus, Non egrediar liber; offeret eum dominus dijs* (iudicibus, scilicèt) *& applicabitur ad ostium & postes, perforabitque aurem eius subulà, & erit servus in sæculum.* Patet discrimen Præsidis, zelo animarum in increpatione impulsi; ac simul Præsidis, in correptione agitati furore. Uterque perforat aurem; sed ex inaure & subula profert pectus intentionem, pro servitute contracta, vel pro libertate adepta: equidem ille vulnerat aurem, ut ornet: hic autem uti furiosus vulnerat tantùm ut vulneret. Hic non venit, nisi ut subulà mactet sensim & perdat: ille venit, ut inauris vulnere anima vitam habeat: & abundantiùs habeat: quia aurem perforat, ut audiat, & obediat, ut vera verè videat, & oculos usque in cœlum attollat. Fastidium videtur increpatio, cæterùm fastidium sine fastidio. *Quos ab iniquitatibus nec flagella compescunt, tantò acriori invectione feriendi sunt, quantò maiore insensibilitate duruerunt. Plerunque enim sine dedignatione dedignandi sunt, sine desperatione desperandi* (inquit Gregor. Magn. 3. *Pastoral.* admonition. 14.) *ita duntaxàt, ut & ostensa desperatio formidinem incutiat, & subiuncta admonitio ad spem reducat.* Innuit Aristophanes in *Aves*, Act. 5. v. 60.

*Dij pro Iudices.* Exod. 21. 6.

*Quomodò in illa pectoris videtur zelus, vel virus.*

Greg. Magn.

Aristoph.

*Natura inimici, mente amici.*

Mente per charitatem, naturà per crimen: etenim dedignarentur minimè, ni fanatio quæreretur dedignatione. Favent proposito affines Tautologiæ principali. Pende. *Spreviſſent contemnentes.* Ezech. 20. 27. *Subsannationem & derisum.* Psalm. 43. 14. *Opprobria exprobrantium* 68. 10. *Improperia improperantium.* Rom. 15. 3. Sunt opprobria, sed non contemnentium, improperia, verùm non improperantium: sunt sannæ, sed nequaquàm derisentium: sunt exprobrationis tædia, cæterùm haud exprobrantium: quandoquidem cùm Superior per charitatem amicus sit cordè (tametsi crimine indignetur facie) irascitur, sed gauderet, nil inveniens, quod subditis exprobraret.

*Amoris flamma simulatur ira.*

15 Instruit Cordubensis. *Ipsum quoque impetum* (inst, ubi n. 11.) *quem non audet lenire, fallet. Removebit omnia ultionis instrumenta, simulavit iram, ut tanquàm adiutor & doloris comes plus auctoritatis in consilijs habeat.* Prudentia elucet correctionis ac dignitatis auctoritas, ubi nec audet hiscere commota iniquitas. Phrasis Scripturæ est, uti egimus ex professo *Tautolog. antec.* n. 31. *Dissipatione dissipabitur terra, commotione commovebitur, agitatione agitabitur.* Per terram intelligi homines præmisimus suprà. Ad quamnam igitur commotionem fit allusio, ut ex illa hominum denotetur commotio? Arbitror commotionem in correptione Præsidis, esse causam subditorum commotionis. Crimina sanè plectenda, sed sine ira. Omne pœnæ genus remedij loco apponitur: nemo irascitur, cui medetur: subditusque de crimine non suscipit pœnitudinem, quippe non respicit causam, sed Præsidis commotionem. *Terra tremuit & quievit, cùm exurgeret in iudicium Deus.* De Christi iudicio intelligunt Testimonium Hieronymus & Genebrardus hìc. Si terra quievit, terra commota est. Cur non dicitur commota? Quia à Domino sunt in correptionem iudicia, quin queri possit, dum severè corripitur; quia in crimen movetur vindex, sed nequaquàm commovetur. Commotio iudicis gravitatem excusat criminis, quasi in correctione causa penderet ab eius ira, quæ ducitur obliquo aversо affectu in pœnam, & non in culpam. Totum genus humanum iudicandum est, & iudicandorum non auditur commotio, neque commotionis vox, etiam ubi strictim iudicatur; quia Deus in medio eius non commovebitur. Terra tremuit & quievit, cùm Deus in iudicium surgeret. Agnoscit profectò crimen, qui tremit ad correctionem: immobilis iudex est, & pravum sine effugio, sine excusatione cor; quod commotionem fingit iudicis, quasi entitatem plectendam fingeret iniquitatis, ut satiaretur pectoris truculentia, sine criminis substantia: & ubi reus commotione iudicis de increpatione ridet, modò sine commotione pavet & tremit; quippe infligitur peccatoribus supplicium, iuxta quod repræsentat speculum flagitiorum. *Corrigendus* (præmittit Senec. d. lib. 1. cap. 14.) *qui peccat: non sine castigatione, sed sine ira.* Obtinetur, si qui damnandus, damnatur; & in correctionem corripitur qui corripitur. *Castigans castigavit me*

Senec.

Isai. 24. 19.

*Crimina pœnis luenda, sed sine vindictis iræ.*

Psal. 75. 9.

*Non commovetur de correptione peccator, quando sine commotione plectitur error.*

Senec.

Ps. 117. 18.

*me Dominus, & morti non tradidit me.* Qui impudenter commovetur, abdicit quòd crimen moriatur, vel non moriatur: qui movetur sine commotione in supplicium, per illud peccatorem solicitat salvum: minimèque moritur, qui à Domino castigatur; quippe non in cruciamen, sed duntaxàt intendit in criminis correctionem. Adi *Tom.* 4. *T.* 12. *à n.* 32. Rixæ sunt amantium, ut reintegretur arctiùs quæ resciſſa flamma cordium.

*Deus plectit, ut salvet.*

Menaud. *Iti.*

*Pusillo amantum durat ira tempore.*

## DIDASCALIA III.

### *Quæ mundo spectabilia, spectanti virulenta.*

1 QUàm deridiculus mundus, dicit Bernardus. *Fallax est; nec simpliciter fallere consuevit: ut enim multipliciter illudat hominibus* (infit serm. 1. de *Divers.* n. 1.) *mutat faciem, mutat vocem: modó ait, modò negat, nec erubescit. Diversis diversa loquitur, imò & eidem diverso tempore contraria suggerit & adversa.* Numquàm in eodem statu permanet, quippe non habet statum, sed in fallaciam embolium, mutatione coloris, ut decipiat insipientes, quos varia delectat facies: igitur in illicium facies iam hominis, iam bovis, iam leonis, & aquilæ à dextris & à siniſtris. Canit Ethnicus de Proteò, 8. *Met.* fab. 10.

Bernard. *Mundi fallacia.*

*Sunt quibus in plures ius est transire figuras.*
*Nam modò te iuvenem, modò te videre leonem,*
*Nunc violentus aper, nunc quem tetigisse timerent,*
*Anguis eras, modò te faciebant cornua taurum:*
*Sæpe lapis poteras; arbor quoque sæpe videri:*
*Interdùm faciem liquarum imitatus aquarum,*
*Flumen eras, interdùm undis contrarius ignis.*

Ovid.

*Figura in Proteo.* Sub huiusmodi specierum varietate velamina veritatis ostendi; astruit Rhodigin. *lib.* 20. cap. 31. *Dum ratione* (inquit) *ducitur ingenium ad veritatis indaginem, variæ coöriuntur rerum formæ, quæ veritatis speciem ostentantes, animis nostris fallaciarum nubila obiectant. Multa enim putamus vera ac bona, quæ non sunt: Itaque Protei conformatio imaginum falsarum rationem continet, quibus deludimur.* Unde quia latet, non cogitatur falsitatis veritas, & rationem infatuat deludens falsitas; quæ animum fortiùs in dilectionem trahit, quia figuris ac figuris delectando deludit. Alia apodosi exprimitur quomodò transit huius mundi figura; dum pro entitate allectrice luminum, illis obijcitur apparentia. Figurà Protei (quæ tantùm figura, ut gloria mundi) significari lucis impressiones in aëre, ait Natal Comes, loc. Ovid. cit. & 8. *Mytholog.* cap. 8. Non est discrimen inter utriusque apparentem, fictam illuminationem: quandoquidem in decore pictus splendore mundus, nil aliud nisi ventus, vel aër ad dolum illuminatus.

Cœl. Rhod.

1. Cor. ubi infr.

*Cur dicitur figura?*

——*Credam quid enim fallacibus Austris,*
*Et cœli toties deceptus fraude sereni?*

Virgil. 5. Æneid. v. 850.

2 *A mendace quid verum?* dicit Siracides. Quisnam mendax? Mundus fallax, cuius gloria duntaxàt in figura sine gloria; quippe gloria in apparentia, qua fovetur vanitas, & fugit veritas: hominesque cognoscentes mendacem, arbitrantur cupiditatum mulcimen; quoniam vanitatem diligunt, quærentes mendacium, tantùm ratione colorum. Ex æstimatione animi, pendet felicitas mundi. Mendax cognoscitur, si uti mendax despicitur: sed ita fascinat amatores in cupidinem; ut non cognoscant vel in mendacio mendacem. Veritas voluptatis per visa quæritur, sed quia mendax, nequaquàm invenitur; stupida ratione, vero ex deliciarum apprehensione, cruciamine: unde cùm secura ex coloribus mundi cogitatur voluptas, mirantur, quia non despicitur à corde, quomodò mendax. *Quanvis multus circa divitiarum radiantium splendor impediat* (inquit Senec. *Epist.* 115.) *& intuentem hinc honorum, illinc magnarum potestatum falsa lux verberet; tunc intelligere nobis licebit, quàm contemnenda miremur, simillimi pueris, quibus omne ludicrum in pretio est. Quid ergo inter nos & illos interest, nisi quòd nos circa statuas insanimus, carius inepti? Illos reperti in littore calculi leves, & aliquid habentes varietatis, delectant, nos ingentium maculæ.* Maculæ sanè rationis amor in rerum species, quùm colorum levitas animum allicit, ac sine amore etiam calor evanescit: igitur ludicrum, fallax, mendax cordis despectui; quod pridem hiantis serviebat admirationi. Ut avertatur humilis factus confusus, gloriam mundi describit graphicè Paulus. *Præterit enim* (ait) *figura huius mundi.* Quomodò eius substantia & entitativa forma dicatur tantùm figura; diximus alibi: modò hęc figura animum

Eccli. 34. 4.

*Unde hominibus illudit.*

Senec.

1. Cor. 7. 31.

*Insulæ apparentes, ac evanescentes.*

mum movet, ut sciamus, existens, quomodò præterit? De aliquibus insulis legitur in *India Orient.* p. 4. observatque in *Ente dilucidat.* Fuente-la penna, *sect.* 2. n. 50. à longè videri oculis navigantium, ut quid fertile & opulentum; sed dum appropiant spectatæ & expectatæ telluri, apparet ab oculis evanescere. Quod pro re magna narratur, seriò ridetur: igitur videtur terra, quæ verè nubes, & propiùs evanescit sicut colores iridis. *Si ullus esset in arcu color* (infit Senec. 1. *qq. natur.* cap. 5.) *permaneret, & videretur eò manifestiùs, quò propiùs: nunc ergo imago ex longinquo clara est; interit, cùm in vicino est.* Vid. hìc *Tautolog.* 7. *D.* 3. *n.* 3. & *Tom.* 3. *T.* 6. *D.* 4. *n.* 8. *ac T.* 7. *D.* 3. *n.* 3. Falluntur sensus, ad quod illorum non extenditur virtus: patentque cogitantium phantasiæ, quia oculi nubem cernunt terram de longè. Haud secùs mundi gloria, oculis tantùm figura: igitur cùm sit cæcutientium, seu myopum species; in vicino non apparet, quippe evanescit ab oculis.

Senec.

*In iride non est color.*

3 In Didascaliæ itaque scopum, & documentum animi fascinati. *Præterit enim figura hujus mundi.* Unde præterit, si eius figura, ut ab initio persistit? Mundus adhuc constat; quomodò labat? Impropria videtur vox, quia terra in æternum stat. An persistit & evanescit? Utique. *Gloriæ mundi* (inquit Gregor. Nazianz. *Orat.* 16.) *sunt figuræ efformatæ in arena.* Vivide prorsùm, ut constet quæ substantia figurarum, & quomodò evanescat, quæ uti gloria fatuos fascinat. Fatuus est, qui figuram vocat substantiam: & formatur in arena, ut in substancia videat prudens nec figuram: igitur figuræ in arena non videntur, ubi à despectu calcantur. Mundi forma persistit & evanescit. Apparet & non apparet. Apparet à longè aspicienti, non apparet, modò propè. Apparet cupiditatis desiderio, evanescit odio: etenim figura in arena non videtur, si calcatur.

Greg. Naz.

*Mundus non videtur, si calcatur.*

*Ex alijs alias reparat natura figuras,*
*Nec species sua cuique manet,*
*Sed variat, faciemque mutat.*

Ovid. 15. *Met. fab.* 4.

Suffragatur Seneca, *Epist.* 91. *Casura omnia exstant. Omnibus exitus manet. Omnium istarum civitatum, quas magnificas, ac nobiles audis, vestigia quoque tempus eradet.* Sine tempore etiam fit in ictu oculi. Si vestigia signa sunt, atque figuræ in arena; vestigijs despectus abolentur vestigia. *Delicatus ille est adhuc* (inquit Hugo Victorin. lib. 3. *Didasc. erudit.* cap. 20.) *cui patria dulcis est: fortis autem, cui omne solum patria est: perfectus verò, cui totus mundus exilium est.* Infelix ergo qui exilium non calcat, ut patriam quærat.

Senec.

Hug. Vict.

4 Hæc est superbia? Planè, sed gloriosa. *Iustificatur superbia, quæ huic mundo superbit* (ait Paulin. *Epist.* 21.) *& contemnit sæculum, omnibusque magnis eius, dulcibus & speciosis abutitur; intenta cœlestibus rebus, & præceptis subiecta divinis.* Modò nostra delicatur Tautologia. *In contemptu superbiæ Deum Israël contempsit*; dicitur de Holoferne. Insolentiam arrogantis phrasis significat, dum despexit inflatus, quem venerari debebat. Hęc est superbia superba, ideſt, arrogantia superbissima; quippe est superbia glorioſa, quùm propter Deum contemnit humanum pectus, quicquid ostendit pretiosissimum mundus. *Domine* (dicit David) *non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me.* In consequentibus occurrit antilogia, quippe contraria verba. *Si non humiliter sentiebam. Si* pro *Non*, ut sæpe alibi (vid. *Tom.* 2. *T.* 11. *à n.* 24.) quare infit: *Sed exaltavi animam meam.* Si animam elevat, quippini in mirabilibus ambulat? Unde cor non exaltatur, si anima in magnis extollitur? Si humiliter non sentit, seipsum extollit: utique, sed in magnis ambulat, ut elatus de magnis humiliter sentiat: equidem sublimis arbitratur inania, quæ mundus plaudit universi mirabilia. Iustificatur superbia quæ huic mundo superbit, & nihili magna ducit: igitur indignum arbitratur in corde humano uti pretiosum sedere; quod uti fallax & futile congruit superbè calcari. Patet ex contextu. *Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me.* Non ambulavit mirabilis in magnis, sed super magna: non in mirabilibus, sed super mirabilia. Hinc mirabilis animæ exaltatione, ex mundi glorioſi fuco cogitatà humilitate: igitur quæ mundus exhibet uti magna mirabilia, ambulando super illa, cunctis ostendit calcanda. Si superbia elevatio est, & anima elevatur, si mundus ab illa premitur, patet gloriosè superba, quippe humilis in excelsis ambulavit super magna. *Magni animi est magna despicere*: ait Cordubens. *Epist.* 39. Sed unde animi magnitudo? Ex magnitudinis æstimabilis contemptu, unde glorioſa vanitas ex calcata vanitate, ut gloria mundi proculcetur ab homine: dicitque qui in mundi gloria ac dignitate regia, animam exaltari, mundum despicere; quippe qui in magnis plodendo non exaltatur, exaltando magna opprimitur.

Paulin.

Iudith. 13. 28.

Psal. 130. à 1.

Si *pro* Non

*Unde gloriosa superbia?*

Senec.

5 Quæstionem singularem excitat Chrysostomus Orat. 19. in *Epist. ad Ephes.* in Moral. *Unde* (inquit) *videntes tantam á ter-*

Chrysost.

*terrà ad cœlum altitudinem; minimè afficimur, nec movemur; quando altà turri conscensá voluerimus deorsùm aspicere, si parùm nos inclinaverimus, gravis nos invadit vertigo & tenebræ? Dic mihi huius rei causam.* Terrei sunt vapores, ex quibus vacuatio mentis, alterantibus tenorem sensuum, atque sensationum motum, quin caput possit exercere regimen; quoniam ex solo respectu tenebrescit in vertiginem. Sæpe infatuatio ex mundi respectu. Quamnam ergo efficaciam, estò pictæ, habebunt felicitates, quando fascinant vapores? Quia vident oculi, oboriuntur in vertiginem tenebræ; ut caveant ex assultu vaporis levis, pericula inclinationis; quippe qui in inferiora dirigit incautè amorem, tenebris spontè incurret in cæcitatem. Caveant Deo devoti, qui in altis habitant; ne versus terram respiciant: igitur perstistentes in intuitu, qui vertiginem patiuntur; frequenter præcipitantur. *Faciem tuam velabis, & non videbis terram; quia portentum dedi te domui Israël*: dicit Dominus Ezechieli. Quid quod videat, vel non videat terram, ut sit hominum portentum? Negotium magnum, ne cadat, quem in turrim perfectionis assumpserat. Reliquerat terram ob cœli gloriam, ne fascinaretur

*Cur ex alco respicientes tellurem patiuntur vertiginem?*

Ezech.12.6

Ovid. 1. *Fast.*v.303.

*Perfusà gloriá fuco.*

Sufficit in damnum, levis e cacumine inclinatio. Qui in terra ambulant; haud ædit, quòd terram calcatam vel calcandam respiciant. In turri perfectionis, quia vertigo statim, nocet exprimere versus imaginem: velareque faciem, Dominus Prophetam iubet, ita ut nihil ex terra videre possit; quippe perfectis cæcitas, modò inclinatione tueantur, quod semel in despectum calcaverunt. Facies velanda, & terra non videnda, quia Propheta datus in *portentum*: ideſt, in signum. Perfectionis vel cæcitatis? Utriusque: perfectionis, modò dedignetur respicere, quod sine damno minimè potest videre. Cæcitatis, quia laboravit vertigine, levissimà inclinatione. *In portentum*, quia mirabile, ne lædatur à mundi fascinatione, & clareàt visione Deitatis purissimè pectus; versus mundum fallacem claudere oculos. *In portentum*, faciem velabis, atque terram non videbis: igitur nunquàm nutat vertigine animus; modò versus mundum cæcus: elevatum ad turrim virtutis magis attolit, si quod videt sub pedibus, minimè videt: operatur enim propter perfectionis speculum, quod in cæco necessarium: sicque dicitur portentum; quoniam Deum clausis oculis videt, qui mundo nequaquam aperit.

*Mundus fascinat.*

6 Sponsa somno non dormit, quæ dormiebat vigil. Ad rem Ethnicus, 5. *Astron.* à v.170.

*Ut teneàt tantos orbes, sibique recludat,*
*Et velati edoctos iubeàt volitare per ipsam,*
*Invigilat somnis.* Manil.

Vidit Amasius, sodalibusque dicit: *Ne suscitetis, neque evigilare faciatis dilectam.* Cant.2.7. Ergo dormit: & dilecta? & diligens? & amore eximio languens? Utique. *Ostendit Sponsus, quàm sibi hic amoris somnus placeàt. Amoris enim languor est dulcis amoris somnus.* Subdit Alapid. Cur ergo tantus amor pingitur somno, à quo excitari sit amoris imperfectio? Non confertur somno propter quietem, sed propter oculorum conformationem. *A cunctis mundi perturbationibus quiescere appetit* (infit Gregor. hìc) *& terrenis cupiditatibus sopitis dormire concupiscit*: unde cum in illa solicitet Sponsus persistentem amorem, inhibet excitare dormientem; ne amor langueàt, cùm langueret amore: equidem varijs perturbationibus fascinabit fallax mundus, si quæ clauserat mundo, vigil aperuerit oculos. Perpende contextum. Dormit, & dicit: *Vox dilecti mei.* Vox hæcine iane Sponsi, terrenis rebus dormire: etenim in terrena non erit vel levis motus sopitis cupiditatibus. Hæc dormitio ecstasis dicitur, qua Numen tantùm videtur, & corpus sensu privatur, nactoque huiusmodi somno, comprimitur excitatio; ut in dormitione amoris, eius effulgeàt perfectio: quandoquidem summè diligit Sponsa; ubi sensus sine sensu ad sensibilia. *Vox dilecti.* Audit & dormit? Est effectus perfectioris virtutis, quo patet, Sponsa quàm separata à terrenis: igitur quæ claudit oculos mundo, vocem exaudiet è cœlo. *Vox dilecti*: obedientiæ exprimit promptitudinem, quæ vel dormiens audit vocantis vocem. *Vox dilecti.* Ni oculos clauderet, non audiret. *Vox dilecti*: quænam vox? *Dilectus meus loquitur mihi*: *Surge.* Dormientem in voce notat, verùm dilectæ perfectionem signat: igitur tunc Sponsa in altiora volans surgit; quùm oculos mundo claudit.

Alap.

Greg.Mag.

V.8. *Christi Sponsa sine sensu ad sensibilia.*

V.10. *Cœlum videt, si in terrena cæcutit.*

7 Accedamus proposito. Sponsa voces celestes audit, vel cum dormit, aut faciem velat, ne terram videat. Hinc timens Sponsus perfectionis ruinam; socias alloquitur: *Ne suscitetis dilectam. Ne exaltatione elevaveritis*: exponit Alapid. d. Vel ne elevetis, vel dormire sinatis. Quid quòd in elevatione dormiat, vel non dormiat, oculos claudat in terrena, vel aperiat? Periculum

Alap.

omnigenæ virtutis, ac præcipitium singularis sanctitatis. Qui in elevatione terram videt, vaporibus evanescit. Amittit sensum ex invisibili virulentia exhalationum. Laborat vertigine levissimâ inclinatione: suscitarique à somno prohibet, quam elevatam amore cœlesti videt, in mundum oculis clausis, & cœlestibus apertis; quia modò aspexerit, è fastigio præcipitem sese mittet: etenim perturbato ex visus sensu, cerebro vacuo, dum instant virulentæ inclinationes; in lapsum expergiscuntur sopitæ cupiditates. Monet de periculo Profanus, in *Herod. furent.* à v. 599.

*Aspectus in mundum, præcipitium animarum.*

Senec.

——*Quisquis ex alto aspicit*
*Terrena, facie pollui metuens novâ,*
*Aciem reflectat, oraque in cœlum erigat,*
*Portenta fugiens.*

Qui in elevatione virtutis terrena videt; ne corruat, luminum aciem reflectet, vel in cœlum dirigat luminum aciem, fugiens ex alto discrimen. Periculi effugium facile: versus terram nec respicere: etenim semper in sensibus errant, qui vertigine laborant.

Isai. 19. 13.

8 Inter orbis regiones Ægyptij dicti sapientes: at per errores varios Evangelicus Vates designat uti stultissimos. *Stulti* (inquit) *facti sunt Principes Taneös.* Non erant stulti, sed stulti facti; quia evanuerunt in cogitationibus suis. Sed unde vani, ut fierent stulti? *Dominus miscuit* (pro miscere

v. 14.

permisit) *in medio eius spiritum vertiginis.* Septuag. *Spiritum erroris*: Maluend. *Spiritum incurvationum.* Quibus vertigo, cuncta circumaguntur, estò firma, quippe illorum rotant capita. Unde Iuvenal. *Satyr.* v. 305.

Iuvenal.

*Cùm iam vertigine tectum*
*Ambulat.*

Vid. Senec. *Epist.* 83. Plin. lib. 6. cap. 7. Aristotel. *Probl.* sect. 3. & quæ fusè diximus, *Tom.* 3. *T.* 12. *D.* 6. *n.* 8-4. *T.* 3. *á n.* 25. In proposita dirigunt actiones, & cùm nihil discernant causà vertiginis; totum labor & labor, error & error, etiam in rectitudine cogitationum; quippe affectione capitis est depravatum iudicium. Universa in regimine perperam quadrant, si Principes in decretis vertiginibus laborant: peiusque regimen, dum vel erroribus non cognoscunt vertiginem; stulti magis facti, pro sapientia accepto errore. Vertigo patet. Cæterum quare non dicitur vertigo, dum ambulant in circuitu erroris; sed *spiritus vertiginis*? Innuitur, unde frequens Monachorum ruina, oculos tendentium in terrena. Illis videtur calcatà iam terra (quasi in perfectionis summa) ad illam posse dirigere aciem, quin possint respectus maculare virtutem; sine vertiginis periculo, ex mundi curvo respectu: at cùm ex curvitate medulla evanescat cerebri; ex inclinatione, spiritus haud claret perfectionis, sed spiritus vertiginis, quo prolabuntur in præcipitium immane, de quo non possunt exire: igitur stulti facti, ac incognito ex inclinatione errore; arbitrantur rectitudinis formas, quæ in terrena virulenta erat animorum curvitas.

*Malè regitur, ubi error plauditur.*

*Malus Monachus, sub specie virtutis in mundum curvus.*

9 Declarat Psalmista, unde huiusmodi insipientia. Ex mundi larva profert: *Proijcientes me, nunc circundederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.* Qui proiecerunt, circundant; ne fugati falsi splendores evadant? Si circundederunt, procul dubiò erant extra: si proiectu calcarunt, erant suprà. Quomodò ergo qui extra mundum, & supra mundum, iterùm undiquè ambiunt proiectum? Quomodò stulti facti (qui stultitia perfecti studioso cœli obsequio) ambulantes in circuitu? Quæ gaudentes uti tetrica amandarunt, postea in ore suo complacebunt?

Psal. 16. 11.

*Incipit effusos in gyrum carpere eursus:*
*Quis non attonitus iudex sua respicit ora?*

Lucan. ad Pison. v. 54.

Pridem hæc via illorum scandalum ipsis, & modò pravas semitas ambientes, quam non vident, quasi viderent, scrutantur gloriam? *Oculos suos statuerunt declinare in terram.* Quid ex inclinatione, nisi declinatio? Quid ex declinatione nisi vertigo? Quia oculos elevarunt à terrenis, culmen obtinuerunt perfectionis: at cùm è culmine infimâ terrâ visa, nutent cerebra, amissa discretionis facultate ex virulento inferiori vapore; errantes oculis ambiunt avide quod proiecerunt, ex quo fascinatos oculos versus terrâ declinarunt. Turbatum cerebrum impulit in præcipitium: equidem minimè foverent errorem, nisi ex respectu paterentur vertiginem. *Scripta sunt ad correptionem nostram* (ait Paulus) *in quos fines sæculorum devenerunt. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.* Qui stat suprà, inferiora ne respiciat: aciem flectat, monstra fugiat: equidem cùm oculi & hauriant, & exhauriant ex inferioribus toxicum, cadet ex alto præceps qui infatuatus & ebrius amittit sensum.

*Cui necesse labi.*

1. Cor. 10. 12.

10 In Nabucho exponitur species præcipitij, simulque remedij; ut qui stat videat, ne cadat, & si cecidit, ut surgat. *In aula Babylonis deambulabat.* E superiore loco ab illo inferius adspecta est urbs, & illicò amisso sensu, *ex hominibus abiectus est.* Observat Doctiss. Sanctius hic n. 52. *Super palatium, super tectum domus regiæ: inde spectare poterat civitatem ædificijs illustrem:*

Daniel. 4. 26.

v. 30.

Sanct.

*ferem: ex cuius contemplatione id consecutus est, ut inflaretur spiritu, & antiquas cogitationes repeteret.* Luculenter quidem in Monachorum cautionem: etenim si antiquæ cogitationes derelictæ, quoniam vanæ à despicientibus sæculum; recidunt ipsi de vanitate in idipsum: equidem superiùs stantes, & derelicta aspicientes, veneno patent inflati, terrestrium contemplatione. Ciariùs. Qui sursùm status elevatione manet, sine inclinatione deörsùm respicere nequit: ex aspectu hauritur virus per avidos oculos, quo tabescit animus; & quia noxius, inhibetur aspectus, ne cadat è throno elato virtutis, qui propter virtutem sæculares reliquit cogitationes: igitur si cogitatio sine aspectu virulenta; nocuior inclinatio cordis cum respectu in sæcularia. Noxia sanè sunt, & pessundata, quia noxia. Hæ cogitationes antiquæ, sibi consulentium ad elevationem animæ, quas despexerunt aspicere dedignantes; ut possint ascendere ad fastigia perfectionis: at cùm ex aspectu è superiore eminentia, inflata titubent capita; decidunt à cogitationibus suis, quia spiritu vanitatis redeunt in præceps antiquæ cogitationes. Lædit iudicium aspectus, & fiunt novissima priora prioribus: siquidem aspicientes deorsùm, cùm vertiginem patiantur; in mala quæ fugerunt, infeliciùs prolabuntur. Cadunt è sede maiestatis, & ejiciuntur ex hominibus uti non homines, iudicij rationalis inepti ab ingenti tabificaque vertigine: igitur si in amorem vertitur conceptum de sæcularibus odium; cerebrum patitur à vertigine deliquium. *Persevera* (ò Monache! dicam cum Stoico, *Epist. 4.*) *ut cœpisti, & quantum potest propera, quò diutiùs frui emendato animo & composito possis: frueris quidem etiam cùm emendas, etiam dum componis. Alia tamen illa voluptas, quæ percipitur ex contemplatione mentis, ab omni labe puræ & splendidæ.* Elucet enim vitam esse impuram, & non virtutem splendidam; fingere voluptatem, ex quibus tædiosus amor iurè concepit horrorem.

*Nocent resumptæ, mundi cogitationes despectæ.*

Senec.

11 Sed, si aberrasti, ac cecidisti, revertere. Ita dicitur Sponsæ: *Revertere, revertere Sulamitis: revertere, revertere, ut intuëamur te: tanquàm portentum & spectaculum*: exponit Scholiastes. Quater vox in conversionem regeritur; quia difficilè frugi revertitur, qui ex altis labitur. *Impossibile* (inquit Paulus) *eos qui semel illuminati sunt, &c. & prolapsi sunt, rursùm revocari ad pœnitentiam.* Procedunt nonnunquàm in deterius, quia ubi ascensus, ibi lapsus. *In Indic.* ait Ctesias, n. ult. *Unusquisque eorum usque ad trigesimum ætatis annum albos habent pilos: inde nigrescere incipiunt, adeo ut cùm sexagesimum attigerint, nulli illis pili, nisi nigri, conspiciantur.* Infelicitas planè, morum in vocatione candorem mutari decursu temporis in teterrimam nigredinem. *Nigra* Sponsa, *sed* morum mutatione *formosa* ac pulchra: turpiter ergo perfectionis ludibrium (qua animæ deformes super nivem dealbantur) mutari pulchritudinem, in nigram deformationem. *Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis* præ nigredine, qui erant *candidiores nive*; igitur per cupiditatum fotum a pectore incendium, *facies combustæ vultus eorum.* Sol intelligentiæ oritur, sed lapsus nequaquàm illuminatur. Signum nigredinis est, si decoloravit Sol. De præfatis refert Herodotus *lib. 3. n. 35. Est illis hominibus Sol ardentissimus matutinus, deinceps magis ac magis frigescens, dum ad occasum pervenit; quo tempore præcipuè friget.* Miserum, quòd in occasu vitæ, quo debet frigere iniquitas; refrigescat cordis charitas; sed miserius (ex præcipitio lapsus, dum est in occasu cursus) quòd tepescant igne, ac tremant frigore Sole; quando in principio ardentissimus accensus est ignis magnum, quo inflammantur, ita ut omnes mirarentur. Ergo revertere filia vaga: *Revertere ab inepta lætitia* (infit Bernard. inter Parvos, serm. 10.) *revertere ab inutili tristitia: revertere ab inani gloria, revertere á latente superbia.* Iam speciosa quæ nigra. Iam illuminavit Sol. Revertere, revertere Sulamitis, ut intuëamur te. Revertere ut te videamus portentum, post lamentabilem lapsum: igitur excedit communem gratiam, lapsam semel, iterùm revocari ad pœnitentiam.

Cant. 6. 11. *Difficilè reversus, qui semel avertit.*

Hebr. 6. 4.

Cres. *In senectute peior.*

Cant. 1. 5.

Thren. 4. à 7.

Isai. 13. 8.

Herodot.

*Frigent igne, qui frigore calefacti.*

Bernard.

*Singulare portentum, reverti Monachum lapsum.*

12 Verùm unde præceps erecta, atque in pristinam elevationem revocata? Dicat Nabuchus è mente & è solio lapsus, quippe vertigine sine mente. *Oculos meos* (ait) *ad cœlum levavi, & sensus meus redditus est mihi :. sensus meus reversus est ad me, & ad honorem regni mei, decoremque perveni.* Haud perfectionis de elevatione desperet, quem lapsus piget. Contraria apposuit medicamenta peccatis. Vertigo, quæ oritur ex respectu in inferiora, stantis in eminentia; continuò tollitur, si acies oculorum ad cœlestia levatur, ut vidimus ex Chrysostomo & Seneca. Ita elevatur cum oculis anima, & præcipitio apponitur medicina: igitur si ruit, quoniam respexit deörsùm; erigitur promptè, modò respexerit sursùm. Dissipat cœlum telluris vapores; ne caput lædat mali-

Ubi sup. à v. 31.

*In amissam perfectionem restituitur, modò cœlum aspiciatur.*

tia vertiginis, quæ in impellit ex alto in inferiora aspicientes; ut amittentes deceptione sensum, fortiùs ex ruina allidantur: ex ruinaque tanta, qui lapsus vertigine inclinationis Nabuchus surgit; quippe pro pharmaco allisus, oculos ad cœlum studiosè levavit. Qui in fastigio virtutis ex sæculi contemptu stat; inferiora à queis assumptus, non aspiciat, sed despiciat, quia aspectus fascinat: igitur si aspectu in cœlum sensus præcipiti redditur; ex inclinatione in terram profectò amittitur: ex quo mentis alienatio, quoniam homo sine sensu: minimèque gloriosus, dum apparet insensatus. Fatuus itaque qui respicit, quæ reliquit, sed magis fatuus, qui in altitudinem ascendere resiltit, ex qua cecidit; ut iterùm adipiscatur throni & regni maiestatem, maiestatisque decorem. Oculos ad cœlum levando, facta Nabucho dignitatis restitutio; ut discat monachus relinquere ab affectu proculcata, ac deserere sine ullo aspectu relicta: quandoquidem ni despexerit, quem aspexit intrà mundum, nequit respicere cœlum: oditque Dominus hærere terrenis floseulum cordis.

13 Dicit Sponsa quæ facta speciosa ex nigra. *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areölam aromatum, ut pascatur in hortis, & lilia colligat. Ut lilia succidat*: subdit Ghisler. hic n. 9. Idest, ut amputet, secet, ac in fasciculum formet, candida lilia carpit. Verùm cur duntaxat lilia?

Cant. 6. 1.

Ovid. 4. Fast. à v. 429.

*Tot fuerant illic, quot habet natura colores,*
*Pictaque dissimili flore nitebat humus.*
*Plurima lecta rosa est: sunt & sine nomine flores.*

Si viola nitet, si rosa floret, cur Sponsus solummodò lilia carpit? In maiorem commendationem candoris, atque perfectionem sanctitatis. Nihil similius cordi, quam radix lilij, uti observat Bernard. in *Vite mystic.* cap. 19. n. 75. in Ecclesiæ areöla Sponsus persecat lilia, quorum celsitas inter flores illustrior, cœloque spectabilis candor, ut homines, florentes quasi lilium, discant, quomodo Sponso maximopere placeänt: etenim illi displicet, versus cœlum cor ostendere candorem, & terræ mordicus adhærere radicem. Vernaculè: *No agrada la candidèz, teniendo en la tierra arraigado el corazon.* E cespite avellenda, ut florentia, & rutilantia plus ac plus emineänt lilia. Germinabunt in terra, ut mirabilis sit ex tellure talis forma & formæ gratia. Germinabunt in horto, sed nequaquam lilij flores florebunt nisi in fasciculo: etenim si signant corda purissima hominum, germinantia versus cœlum; tunc Sponso, quia secta, lilia gratiora, quoniam separata à terra.

*Corda Monachorum separata à terra Deo grata: ingrata, si contrà.*

14 Per flores signari iustos & eorum virtutes, queis rutilat vestis Ecclesiæ ex florida vernante varietate coloris; dicit Bernard. quo dudùm & fusè Lauretus in *Alleg.* ac Berchor. *Dictionar.* verb. *Flores.* In virtutum imitationem ut provocent animos, & inardescat pectus; dicit Siracides: *Florete flores*: & quasi non sufficeret floridum spectaculum; addit in ampliorem splendorem, *Quasi lilium*: in elegantiorem formam; *Frondete in gratiam*: igitur in floribus germen Sponso minime gratum; ni floreseant quasi lilium. Verùm modum lilij floreseentis, cur virtutum æmulaturi flores? Ut habeant gratiam pulchriorem, luminum amœnitatem: siquidem si corda obumbrantur in lilio (extra cespitem nativum plus speciolo) illud æmulantibus floribus, erit cordium maior virtus: floret enim maior ex virtutibus gratia, si corda florida separantur à terra. Delectant magis Sponsi flores colligentis aspectum, si cordium charismata

Eccli. 39. 19.

*Cur illorum virtute: lilio similes?*

*Vernantia lilia surgunt.*

Siquidem ni à tellure ut rutilent segregentur; flores virtutum non florent, sed deflorantur. Intelligitur modò, quare N. institutor, Christi delicium & amor, *Regul. Sanct.* cap. 4. *Instrum.* 20. informet Monachum, dicens: *à sæculi actibus se facere alienum.* Alienum, quippe ex hoc mundo, non esse; sed se facere: se facit Monachus alienum à sæculo, dum in illo natus, removetur à mundo. Flos quit esse, verùm dissimilis lilio; sine flore, sine speciositate, sine gratia, nec Monachi forma: iubeturque Monachus sese alienum à sæculo facere, ut possit virtutibus singulariter fulgere; igitur excellentius eminet Monachi virtus; ubi separatus fuerit a tellure, de qua natus. Ita exultat solitudo in portentum, & Monachus floret, ac refloret *quasi lilium*: alias ni a terra averterit lumina, fascinatio nugacitatis mundi obscurat bona: dicetque invalida virtus,

Stroz. p.

S. Bened.

*Locus habitationis ab affectu pectoris.*

Isai. 35. 1.

*Nos quoque floruimus, sed fuit flos ille caducus.*

Ovid. 3. Amor. 2.

Qui mundo credunt, confidunt in nihilo, quem Monachi despicere debent despectu, ne visus noceät, & appetitus illudat. *Spreviſſent contemnentes*: dicit Ezechiel. Non est Tautologia, sed cautio renunciationis mundi in statu eminentia: equidem in mundi despectu ex animo non despectus; si post despectum respicitur mundus. Nugax est, fallax est: sufficit in cognitionem fallitatis tot eiusdem permutabiles species. Canit Boëtius, *lib.* 2. *Metr.* 3. à v. 13.

Ezech. 20. 27.

Ra-

*Rara, si constat sua forma mundo,*
*Qui tantas variat vices.*
Boëc. *Crede fortunis hominum caducis,*
*Bonis crede fugacibus.*
*Constat? Æterna positumque lege est,*
*Ut constet genitum nihil.*

# DIDASCALIA IV.

## *Sensus Bernardi superiores sensus.*

1 OCcurrit modò mihi, quod iam pridem volebam ex corde in expositionem virtutum ac charismatum Bernardi, quem meritò Daniel Heinsius *Orat.* 3. extollit *rivum paradisi*, *ambrosiam animarum*, *pabulum Angelicum*, *medullam pietatis*. Nonnunquàm mellcus & igneus, suavis, speciosus & lacteus, prodigium orbis, totus mirabilis, non solùm auctodidactus, sed theodidactus & inter fagos & quercus. Vide *num.* 17.

Daniel. Heins. *Elogia Bernar.*

*Si Deus omnipotens vera est sapientia, verus*
Achill. Bocch. *Huius amator erit, qui Dei amator erit.*

Accinit Achill. Bocch. *Symbol.* 35. Si Deus sapientia, & Deus charitas summa; qui multùm diligit, plus cognovit. Amor mentis splendida lux: *De excelso misit ignem in ossibus meis & erudivit me.* Lux in tenebris lucet, & per mirabiles radios cognoscitur unde venit. Canit Mantuan. 8. *Fastor.*

Thren. 1. 13.

*——Ducens mortalia corda*
*De tenebris ad lumen, uti solet ignea lampas,*
Mantuan. *Longinquâ de turre micans, adducere noctu*
*Turbine iactatos secura ad littora nautas.*

2 *Pyramis Ecclesiæ* plauditur à Petro Venerabili, lib. 6. *Epist.* 29. An quia tendit in cœlum? An quia uti flamma semper sursùm? An quia umbræ nescia, ubi super illam Solis flamma? An quia immota manet? An quia inflexibilis rectitudine prominet? Adi Cœl. Gregor. lib. 2. *Hieroglyph.* à cap. 20. Octav. Strad. Tom. 1. *Symbol.* 4. *Summ. Pontif.* Petra, Sanct. *lib. 9. cap.* 2. & fusè Picinell. *Mund. Symbol. lib. 16. cap.* 16. Alia proposito nostro ministrat præfatus Achilles, *Symbol.* 48. picta pyramide, quinque gradus pro basi habente, in quolibetque unum ex corporis sensibus, quasi comprimeret in cœlum erecta virtus, cum hoccine lemate:

Pyramis Ecclesiæ.

*Nescia fortunæ virtus cessisse, subactis*
*Sensibus, excelso veatice summa petit.*
Achil. Bocch.

Quid subiectio sensuum in virtutis fastigium? Dedicare Deo in unoquoque talentum; ut sensus officium faciant, & animę non officiant: etenim si illi talenta, ac sine abusu pretiosa; ubi fuerint à pyramide subiecti, fulgent gloriosè alia quinque. Hinc Bernardi elucet perfectio ex usu sensuum sine sensuum usu: igitur tot mira, stupenda perfecit; quia quinque talenta Numini ob perfectionem dicavit. Percurramus singula, & quomodò in quinque alia sunt visa talenta.

*Sensus eius quare pretiosa talenta?*

3 In manu signatur potestas (usquequaquè in Scriptura & PP. testimonia. *Genes.* 9. 20. *Exod.* 4. 17. & *Ioann.* 13. 3. August. de *Tempor.* serm. 197.) & Bernardus quia noluit, singularem potestatem habuit. Manum suam misit ad fortia, qui ad nulla extendit dignitatum munia, arbitrans virulentiam draconis sub virga aureâ dignitatis: at quid inde? Portentum singulare. Cùm in Aquitaniam Bernardus cogeretur è Claravalle progredi, ut schisma compesceret, odorans diabolus factionis suæ fore perniciem, Abbatis perfectionem; in via solitaria clavum è iugo currus extraxit, quo brevi cursus equorum impulsu rotam exultanter fregit. Cùm properato opus esset, ægrè fracturam Bernardus tulit; quousque auctorem obicis cognovit, cui præcepit illicò currui pro rota substitui, ut fructum eius adventus minimè impedirent meditatæ morulæ. Sufficitur diabolus portans onus, an bulans in circuitu tanquam impius, calcatus à Bernardo, triumphum præsignante trophæo: igitur nihil aliud quibat ferre iucundius, quàm catenis potestatis mirè tractum, in hominum spectaculum, atque barathri ludibrium. Retorqueatur Senec. in *Hercul. Oetæo.* v. 1009. *Membra quis præbet rotæ?* Bernardus.

*Subsitu è diabolum ito rheda prn rota.*

*——Totus in vultus meos decurrit Orbis.*
*Hinc & hinc populi premunt:*
*Totusque poscit vindicem mundus suum.*
*Quò fugam præceps agam?*

Adi Iacob. Merlon. Guillielm. Abbatem, Philotheum Monach. Nicol. Hacquevill. & Surium, in *Vit. Bernard.* Frequens erat portari in triumpho belluam singularem, civibus incognitam, post provinciam devictam. Unde Philipp. Briet. *ann. V. C.* 498. subdit: *Inusitatæ magnitudinis serpens interemptus. Erat is pedum centum viginti; tam duris squammis, ut resisterent telis. Huius pellis Romæ suspensa è templi tholo diu perduravit, ut inventum esse illiusmodi in Afri-*
Briet.

*Belluæ singulares in triumphis.*

Apoc. 6. 8. *Africa monstrum saltem oculis crederetur.* Non novum in sacris, quòd exeuntem victorem ut vinceret, mors & infernus sequeretur, quo triumphus Bernardi de hoste tam valido præsignatur: equidem exhibuit in rota gyrantem Luciferum, ut saltem oculis crederetur in schismate adesse huiusmodi monstrum, cuius calcata superbia, atque frustrata fiducia: Plautus ad rem in *Cistel.* Act. 2. scen. 1. v. 4.

*Exanimor, feror, differor, distrahor, deripior,*
*Iactor, crucior, agitor, stimulor, versor*
*In rota miser:*

Dicit in articulo diabolus malevolus: igitur dum ab illo impetitur dolore Bernardus; conversus dolor eius in caput eius: & ubi loco rotæ iugo currus potestate ligavit, in verticem ipsius iniquitas eius descendit.

Virgil. Æneid. v. 8. *Quid memorem infandas cædes? Quid facta tyranni*
*Efferat? Dij capiti ipsius generique reservent.*

4 Factum est. *Deus autem pacis* (Paulus Romanos alloquitur) *conterat satanam* Rom. 16. 20 *sub pedibus vestris velociter.* Optat Doctor Gentium magna, quæ in Bernardo mirificè visa: equidem coram illo princeps discordiæ (ubi Ecclesiæ Doctor mellifluus consulebat paci) non solum velociter prostratus, sed sub pedibus; ne caput exaltaret, qui in schismatis durationem rotam contrivit: igitur simulatque casus visus, egressus est diabolus ante pedes eius. Ad rem Manil. 1. *Astronom.* cap. 3. à v. 39. En Lucifer coram Bernardo:

*Exoriens simulatque cadens, quia fertur in orbem.*
*Sub pedibusque iacet nostris, supràque videtur*
Manil. *Ipsa sibi fallente solo declivia longa,*
*Et pariter surgente viâ, pariterque cadente.*

Huius portenti figuratio invenitur in Iobo. Intende. Satan sub titulo Behemoth, dicitur Iob. 40. 24. *Principium viarum Dei*: prima in cunctis creatura; cuius pulchritudinem traxit in flammas superbia. Casus acerbior, ut verbis utar Profani, 2. *Metam.* fabul. 12.

*Quantò splendidior, quàm cætera sidera fulget.*
Ovid. *Lucifer.*

Quæ in hominum ludibria non meditatus! Superbus est valdè: superbia eius & arrogantia eius & indignatio eius, plusquam fortitudo eius. *Fore* (subditur) *spes eius frustrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur.* Pineda hìc: *Ut maneat infixum in eo loco, ad quem proijcitur.* Exponit articulus Bernardi totam spem satanę, dum fregit hic seu evulsit claviculam iugi. Ex fractione currus cogitavit viam non bonam, igitur discordiæ flammis contrariam. Quó magis Bernardus remoraretur, plus fomes incendebatur, animabus inescatis mulcimine contentionis, quo vitia potentiora, ac virtus attrita. Mentita est iniquitas sibi, innatà malignantis cæcitate, corruitque satan, quem fefellit spes: igitur suffectus pro rota, præcipitatus in via, fixus eo loco mansit, quousque Bernardus iter omninò confecit. Fremuit spe lactatus, in sua superbia comprehensus, ludibrioque fit, draco formatus ad illudendum ei: equidem volubiliter tractus non tantùm rumpebatur stimulis confusionis; sed quòd rotaret toto tramite risu videntibus cunctis. Multa somniavit in triumphi phantasiam draco, sed non trahendum in Bernardi triumpho. Multa, sed

*Quanti opprobrium rotationis diaboli!*

——*Modò torquet in auras*
*Flexibiles rictus, & nunc cervice rotatâ*
Lucan. ad Pison. à v. 52. *Incipit effusor in gyrum carpere cursus.*

*Tribunum* (inquit Iul. Capitolinus in *Macrin.*) *qui excubias deseri passus est, carpento rotali superadnexum, per totum iter vivum atque exanimem traxit.* Iul. Capit. Vigil adstabat Bernardus, ut quàm citò schismatis compesceretur tumultus. Claviculæ currus evulsione, excubias cupivit Satan gregis Dominici deseri: at luit pœnas cogitata iniquitas: etenim carpento rotali adnexus per totum iter ignominiosè tractus. Quomodò cecidisti Lucifer? Floridè Auson. *Epigram.* 135.

*Stella priùs superis fulgebas Lucifer: at nunc* Auson.
*Extinctus, cassis lumine vesper eris.*

5 *In contemptu superbiæ Deum Israël* Iudith. 13. 28. *contempsit*, dicitur de Lucifero, seu lucifugo, sub persona Holofernis; quin in opprobrium contemptus deficeret munus vindicis. Deum contempsit diabolus inhonoratâ Deitate; verùm iniuria vindicata fuit ab homine: etenim Bernardus in superbiæ contemptum eum humiliavit, qui contemptu superbiæ Numen contempsit. Nemesis picta super rotam, infrà humiliata fortunæ superbiâ, uti diximus, ex Macrob. 1. *Saturnal.* cap. 22. *Tom.* 2. *T.* 12. *D.* 3. *n.* 3. & *Tom.* 4. *T.* 6. *D.* 5. *num.* 21. additque Chartar. in *Deor. imagin.* fol. 307. *Nemesis ergo Deâ erat, quæ unicuique quod rectum esset, ostendere credebatur: ultrix facinorum impiorum, arbitra rerum, regina causarum; cuius hæc natura, ut fulgentia obscuret,*

*Imago Nemesis & Virtutis.*

Chartar.

*scuret, & quæ sunt in obscuro, illuminet. Contra Superbiam coli, sic erectas mentium humanarum cervices opprimere, & enervare nunc videtur.* Superbia diaboli deiecit è curru subdolè Bernardum, qui unicuique uti iris pacis ostendebat rectum: at cùm Bernardus iudex esset causarum, arbiter rerum, ultor facinorum iugumque superborum (his frenum ferens, iustis regulam & mensuram adinstar Nemesis proferens, de qua Alciat. *Emblem.* 27.)

*——— Vestigia servat,*
*Continet & cubitum, duraque frena, manu.*

Diabolum non solùm in rotam deiecit, sed rotam etiam constituit, ut constaret, Bernardum mirificâ potestate contra superbiam Luciferi coli, facto superbi ludibrio, quo hostis antiquus dolo ludibrium meditabatur: igitur triumphantem in rota traxit, ut traheretur. Nostrates: *Arraſtrado ſiguiò el triumpho.* Arridet Iobi locus alter. *Non est super terram potestas, quæ comparetur ei. Ipse est Rex super universos filios superbiæ.* Filij superbiæ sunt dæmones, qui invitè subduntur potestati Numinis; quasi nullus hominum eis posset nisi in cœlo imponere iugum. Ascendit semper illorum superbia; sed Bernardus habet potestatem super omnia dæmonia, universos filios superbiæ, in ausus tumidos inflatissimæ arrogantiæ. In dæmones? & excellentia singulari potestatis. Non est super terram potestas, cui comparetur Bernardi dominantis auctoritas: igitur dæmonum principem & pro rota suffecit, & ad rotam cunctis videntibus traxit. Diabolus trahitur, atque Bernardus contra superbiam colitur.

Iob. 41. à 24.

*Terror dæmonum.*

6 Describit articulum David in speculo amplissimo virtutis Dei. *Qui similis tui?* Apparebit utique, quòd nemo similis. Illicò ut in Ecclesia conceptum schisma, tota Christiana commota Respublica; quippe duobus capitibus apparebat monstrosa. *Ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput: super populum tuum malignaverunt consilium, & cogitaverunt adversus sanctos tuos.* Ita factum, ut nomen deleretur Christianorum: sed cùm Bernardus ignem sopire zelo ardentissimo vellet; adversus sanctum Lucifer cum assecliis cogitavit, ut in qua vehebatur frangeretur rheda, ne per illum posset chismatis restingui concepta flamma. Rota fracta fruit: nequit Bernardi moveri pes: interim grassatur pestis, & exardescit ignis. Quid in huiusmodi systemate in voracissimam, vehementiorem flammam? *Pone illos ut rotam.* Ut decus fugiat diabolus, volabit currus: etenim itineris lentitudinem movebit Bernardus per rotæ celeritatem; consilio malignantium profectò fracto, quia defecerunt scrutantes scrutinio, positi sub rota, qui uti superbi persistebant suprà. Aptius acumen, igitur pupugit dæmonem. Cur Bernardus alio supplicio non utitur, dum in consilijs suis dæmon comprehenditur? Excogitavit maius, quo rumperetur superbus, positus pro rota, ut eius tunderetur arrogantia: siquidem cùm ignem ille sufflaret, ut triumphantem ex flamma mundus videret; emarcuit inflexibilis tumiditas, ubi tractus tanquam rota per vicos ac civitatum plateas. Nunquid iste est, qui conturbavit terram, qui concussit regna? Qui posuit orbem desertum, & urbes eius destruxit? Superbia est, quiesce, & ride: igitur qui struebat Bernardo meditata præcipitia; uti latro comprehensus in plagio, iam turbinatur in rota. Eia Bernarde, *circunda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus. Disperge superbos in furore tuo, & respiciens omnem arrogantem humilia. Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios loco suo. Absconde eos in pulvere simul. Ecce Behemoth.* In eum fulmen verba tua: vox tonitrui tui in rota.

Ps. 82. à 2.

V. 14.

*Et ludibrium.*

Iob. 4. à 5.

7 Ita, dum dæmon suam Babylonem construit, Bernardus civitatem sublimen humiliavit. Struebatur lapidibus discordiarum, & eam conculcavit pes pauperum, gressus egenorum; detrahens usque ad pulverem, ut ingrederetur gens iusta custodiens veritatem: *Semita iusti recta est.* Ex hoc maxima Bernardi laus: igitur in itinere nactus est omnimodam rectitudinem, ductus mirificè etiam per ipsum errorem. Intuitus itineris patet, & exitus felix. *Domine* (infit Propheta) *dabis pacem nobis.* Unde concipitur pax & pax secura, in orbe Christiano ita gliscente discordia? Propter mirifica à Bernardo perfecta: equidem si à dæmone fracta rota, ut Bernardus erraret in via; posito dæmone ad rotarum rhedæ iugum, rectus callis iusti factus est ad ambulandum. Vetus error abijt, pax servabitur, ubi Bernardus ingreditur: paxque citiùs facta per errorem dæmonis, quippe civitatem citiùs constituit habitationis. *Humilitate humiliabitur civitas*: dicitur ab eodem Evangelio Vate, de Babylone. Quorsùm *humilitate*? Est discrimen inter humilitatem & humiliationem, uti diximus *Toutolog. præc. à n.* 34. ipseque Bernardus in *Cantic.* serm. 34. inquit: *Quanti humiliantur & humiles non sunt!* Patet in diabolo etiam humiliato arrogantiæ tenacitas,

Isai. 26. 7.

Ibi. v. 11.

*Bernardus humiliavit superbum.*

Cap. 32. 19.

Bernard.

si-

ficut in Bernardo humilitatis potestas, ut civitatem sublimem humiliaret, quam diabolica discordia construxit. Bernardi cor, ut ædificarentur muri Ierusalem: diaboli pravitas, ut destrueretur quæ ædificatur ut civitas. Urget opus; & ne perficeretur, axis à diabolo fractus: cæterùm prævaluit opus, ubi ex Bernardi humilitate, iacuit diabolus non humilis in proiecta humiliatione: etenim hac visà, dæmone posito in rota; civitas rebellis promptè humilitate humiliata. Ter schisma Bernardi præsentia extinxit (uti Dionys. Carthus. *serm.* 1. observavit) sed diabolus semel rotam confregit. Gravis illi Bernardi lusus: didicit diabolus obedientiam, ex his quę passus. Timet ausum, denuòque quod non cavit præcipitium: etenim semel,

Horat. 2. *Satyr.* 4. v. 51. *Sordidum flammæ trepidant rotantes vertice fumum.*

*Ex Bernardi cæcitate voluntaria quanta bona?*

8 Iam visa manus, sequitur sine oculorum sensatione mirificus visus. Cęcus factus est Tiresias, quia summa vidit, ait Natal. Comes 4. *Mytholog.* cap. 5. subditque: Nat. Com. *Tiresiam iccircó cæcum fecisse dicitur, quòd sapientiam nudam vidisset: igitur qui dulcissimum sapientiæ fructum gustaverit, aut lumen eius perceperit; ad res cæteras cæcus lubens efficitur. Est enim vir sapiens ob rerum humanarum contemptum, quas longo intervallo sub se reliquit: tùm etiam ob potentiam, & in negotijs transigendis felicitatem.* Speculum obijcitur Bernardi, viso divino splendore, & ad mundum cæcutientis copià lucis: igitur vel in mundo non aspicit, nisi quod semel aspexit. In hoccine propositum vide dicta *Tautolog.* 4. *D.* 5. *á n.* 5. & ibi citata. Hinc oculi sapientis in capite, & stultorum in pedibus. Planè stulti notantur, qui vident, quæ calcata reliquerunt: non enim videntur, quæ pedibus conculcantur: aliàs ubi mundities, in pedibus patent sordes, iudicijque recti mutatur sententia, quippe visa æstimantur ut pretiosa, quæ quia proculcata, inviſa. Felix qui habet lumina in capite, ut non videat quod videt sublimi lumine; etenim vel in mundo duntaxàt videt, quæ in cœlo semel respexit: vidit enim nudè sapientiæ lumen, & ad reliqua contraxit è lumine cæcitatem: adventus siquidem in mentem splendoris Domini, semper est signum consummationis sæculi. *Speculum perfectionis erat in mundo Bernardus*: dicit Gaufridus in eius *vit.* & Chrysost. Enriq. in *Fascic. Cisterc.* Ex virtutibus eius lucet vel cæcis perfectio: sed unde, quia speculum in hoc mundo? *Repentina eius facies* (inquit Senec. 1. *Natur. qq.* cap. 6.) *& repentinus interitus. Proprium enim est speculi, quod non per partes struitur, quod apparet; sed statim totum fit: æquè citó omnis imago in illo aboletur, quàm componitur. Nihil enim aliud ad ista efficienda, vel removenda opus est; quàm ostendi & abduci.* Elucet in Bernardo speculi proprietas, ubi cœlestis illuminavit claritas. Quæ ad illud ex mundo non obiecta? Sensus occupabant orbis negotia. Totus mundus post eum abijt, se totum illi commisit: verùm in mundo erat speculum perfectionis; quippe ex tot mundi specierum impressione, in oculis nec species. Quælibet abolebitur, dum componitur: efficitur & removetur, ostenditur & abducitur: siquidem quantunvis mundus mitteret peregrinam pectori speciem; uti in speculo nunquam obtinebat impressionem. En summa inter mundana perfectio: erat in mundo, verùm non erat de mundo.

Gaufr. *Car plausus speculum perfectionis?* Seneca

9 De assectis dicit Cœlestis magister Patri: *Hi in mundo sunt.* Occurrit Antilogia, igitur subdit: *De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo.* Quomodò in mundo sunt, & de mundo non sunt? Quia non sunt mundi. Mundi est, quisquis in mundo mundi ducitur affectu: & illi non sunt, quanvis sint in hoc mundo; quoniam licèt in mundo illorum esset præsentia, mundi de mundo reliquerunt omnia. Non est de mundo, qui tantùm in mundo est: igitur Christus in mundo erat, & non erat de mundo: est in mundo: qui est de mundo, ut mundi sit; corde attracto per mundi vanas species, in captivitatem cordis: qui videt mundum, ut diligat, non ut sentiat; quippe tunc visa videt, ac sibi de sensu placet: non est in mundo, qui in mundo; dum mundum videt, quasi non videret: discipulique erant & non erant in mundo, cum essent tantùm aspectu; siquidem, nec videntes quæ videbant, in his quæ obibant; non solùm servabant animum, sed etiam in sensationibus sensum. Erant adinstar speculi, occurrente specie mundi. Repræsentabant obiecta, quorum ad sensus notitia, quin aliquid ex visis remaneret, ut in affectum alliceret: & cùm in mundo absens sit, cui mundus non rapit cor, per ea quæ lumina in affectionem titillant; erant in mundo & non erant: quandoquidem quę oculis obijciebant species mundi, simulac visa, ut non visa, evanescebant à corde. Speculum sæpe obijcitur in obicem fascinationis: fascinant in affectum mundi species. Est in mundo, qui est in mundo; si ex visione mundus fascinat: haud qui illæsus à veneno, quantunvis videat; quoniam uti

Ioan. 17. 11. V. 16.

*Unde in mundo, & extra mundum?*

uti in speculo mundi specierum repentinus ortus, & repentinus interitus: minimèque erant in mundo, in mundo quantumvis essent; quoniam mundum aspiciebant, quasi nunquàm aspexissent. Denique. Est in mundo, qui est de mundo. De mundo est, non quem mundus sequitur, sed qui sequitur mundum. Mundum sequitur, qui viso mundo immutatur: qui in damnum sentit, quod in illo videt: illique, sicut Bernardus, in mundo erant, & non erant; quippe non erant de mundo: & non erant, ibi viventes, de mundo; igitur ad illum vitales sensationes sine sensu. In mundo, ubi hominum existentia astruitur; præsentiâ duntaxat non comprobatur: fugit enim in præsentia præsentia, ubi à loco fugiunt corda. Altiùs erexit Bernardus sensum, non videns in mundo mundum. Est in mundo qui in illo videt quæ videt; unde probatur de mundo: Bernardusque nec de mundo, nec in mundo; quoniam talem contraxit in visione cæcitatem, ut tantùm videret ibi quæ pertinebant ad Numen.

10 Occurrit Pauli singularis cæcitas, ut constet Bernardi sanctitas. Paulus corruit, ut surgeret. Felix casus, quo culpa cadit, & cadentem lapsus erigit. Apparuit Paulus cæcus.

Arator. *Mirabile sæclis exemplum dedit.*

Accinit Arator 1. in *Act.* v. 713. Pectus aperuit, dum oculos clausit: igitur *apertis oculis nihil videbat.* Signum utique superioris lucis; in mundo nihil videre, etiam oculis apertis. Plura de præsenti testimonio diximus *Tom. priorib.* discutienda subsequentia. Cæcus mansit tribus diebus: tuncque, uti subditur, *& vidit virum Ananiam introëuntem, & imponentem sibi manus ut visum reciperet.* Act. 9. 12. Quid hoc? Si ut visum reciperet, necdùm viderat: quomodò visum recepit, si iam videbat? Videbat cæcus, aut cæcutiebat videns? Neutrum & totum. Videbat mundum, sed nihil videbat mundi: diciturque videns cæcus, dum ab illo mundus visus; quoniam quæ oculis ex illo sensatione lustravit, quasi nihil ad sensationem videret. Erat sensus singularis cæcitatis & visionis. Videbat tantùm quę volebat videre; quin videret videndo quæ nolebat: videnque cæcutit, cæcusque videt, pro tenebris mundi & claritate cœli: igitur uti cæcus ex mundo profectò nihilum, & inter virorum cœtum, tantùm vidit Dei ministrum. Habebat sensum duntaxat ad superiora: Ananiam vidit solummodò in turba. *Quomodò cæcus & vigil?* Ibi erant alij, sed quasi non essent ibi: siquidem si mundus tantùm; sensum habebat mundo, sed sine sensu. Deum videre cupiebat, qui etiam in mundo invenitur, si ritè quæritur. Ananiam Deus miserat: & hunc tantùm inter homines videbat; quia ad cæterorum aspectus, quasi oculos videns haberet clausos: igitur, ni quæ cœli inter homines videret, nihil videbat; quippe oculis clausis in mundo mundum videre non poterat. Quid illi, quod illius non interest? Vidit ergo Ananiam, habens ad reliqua cæcitatem; quia ab illo tantùm ducebatur in Numen. Qui in mundo est, debet oculorum cæcitate affici, & gaudere lumine. Lumine, ne videat mundum: cæcitate, ut videat cœlum, ne sit de mundo in hoc mundo, & clareat conversationis perfectio: etenim sensus uti in Bernardo singularis, specimen perfectionis, in mundana oculos claudere, ac in cœlestia aperire. Dicere siccine quibat, quod Hercules, apud Senec. in *Furent.* v. 591.

*O lucis alme rector, & cœli decus!* Senec.
*Iussus in lucem extuli secreta mundi.*

11 Oculi Bernardi singulares, quippe sensus sine copia sensationis: at singularior auditus, siquidem in illo sensationes sine sensu. Abbas Cisterciensis post obitum Bernardi, tumultuante populo ob crebra miracula, & strepente Monasterij clausurâ, in qua pridem taciturna silentia; ne regularis disciplina periret, & fervor religionis tepesceret; *ad sepulchrum reverenter accedens* (infit Merlon. d. *lib.* 7. *cap.* 28.) *per virtutem obedientiæ, ne signa ulteriùs faceret, inhibuit.* Merlon. *Sancta & verè humilis anima Bernardi etiam post mortem carnis obediens fuit: nam signa quæ tunc iam radiare cœperant, ita cessavere; ut ex illa die & deinceps nunquàm publica miracula facere visus sit.* Mortuus obedit. Visum in articulo miraculi ex miraculorum cessatione, obedientiâ Bernardi; quod accidit in valle Moäb, *cùm Michaël Archangelus, cum diabolo disputans, altercaretur de Moysi corpore.* Ind. v. 9. Cùm Moyses viveret, signis ac portentis singularibus floruit: unde dicitur, *Non surrexit ultrà propheta sicut Moyses, in omnibus signis atque portentis.* Deut. 34. 10. Cur ergo Michaël de Moysis cadavere cum diabolo altercatur? Ne sepulchrum eius cognosceretur. Quid quòd cognitum vel incognitum? *Ne commoveretur Israël*: subdit Serarius hìc. Sepulchro cognito erit populi commotio? Profectò. Quod fecerat vivens, continuaturus moriens. Si urgebant plagæ, suspendebantur Moysis intercessione: tota vita eius fuit miraculum in afflictæ reipublicæ subsidium, omnibus necessitatibus sucurrentis, hostibus victis; crebris

bris miraculis ita fulgentis, ut ei similis nunquàm fuerit in miraculis: eiusque sepulchrum absconditur, ne populus propter signa commoveatur: etenim haud cessabit populorum concursus ad sepulchrum; nisi cœlitùs fiat cessatio miraculorum. Necessitas urget, afflictio levamen quærit. Haud facilè compescuntur voces, ubi tot in gratias inclamant necessitates: unde cùm necessarius ibi concursus, quò iacet homo tot miraculis clarus; commoveretur absdubiò egentium copiosa turba, ni miraculosè in loculo suspenderentur miracula. Ulteriùs, in signum cessationis prodigiorum, non dicitur cessatio; sed quòd sepulchrum eius non cognoverit homo. Insignis phrasis, sed speculum in gratias propensionis Moysis: igitur impossibile amori videbatur, modò sepulchrum pateret; quòd miracula non faceret.

*Quantum miraculum cessatio miraculorum!*

V. 6.

12 Respondet historia, dum inhibetur Bernardus mortuus perpetrare miracula; ne dum ab illo illic clamantium auditur vox, commoveatur Israël. *Israël* significat videntem Deum, quod intra claustra silentio & contemplatione fit: igitur bonum præstolari cum silentio salutare Dei. Si miracula, ut pridem fierent per Bernardum; à claustris expelleretur silentium. Ne fiant, præcipitur, & maius tunc miraculum demonstratur: igitur maius, quòd cessassent in Bernardo miracula, qui tot miraculis præclarè fulsit in vita. Quia Moysis sepulchrum absconditur, virtus miraculorum suspenditur. Bernardus obedientiâ opitulationem gratiarum suspendit: sepulchrum patet, & coruscant miracula maiora, ubi nulla miracula; quippequàm populus ad sepulchrum accedit, quasi uti Bernardi sepulchrum non cognovisset. Mortua miracula, quia mortua vita? Nullo modo: sepelivit obedientia; ut mirabiliùs fulgeret, qui à miraculis cessavit: equidem inter miracula magis insigne, cadaver etiam invenire Bernardi sine favore. Prodigium visum singulare, dum Sol detentus à Iosue virtute vocis: *Sol ne moveäris*. Sol plauditur Bernardus à Mantuano, ubi supr. Uti Sol cognovit occasum suum: violentiaque in Sole videtur, non moveri ad favorem vel in occasu. *Ne moveäris.* Beneficus cursus Solis, sentiente per obedientiam insensibili, ad patrationem miraculi: quandoquidem maius miraculum, Solem in gratijs detinere cursum. Amplius in Sole videndum. Optio datur Ezechiæ pro signo salutis in ascensione, seu descensu Solis. *Vis* (dicit illi Propheta) *ut ascendat umbra decem lineis, an ut revertatur totidem gradibus?* & *ait Ezechias*, *Facile est* (ideſt, naturale) *umbram crescere decem lineis: nec hoc volo, ut fiat; sed ut revertatur retrorsùm decem gradibus.* Cur in miraculum eligit Solem regredi & non progredi? Ut esset miraculum maius, quam suspendere cursus, ac præpedire in velocitate motus; & simul pateret ex miraculo speculum, quo obijceretur maius Bernardi miraculum. Uti Sol in vitæ cursu beneficus, in gratijs etiam mirificus. Volabat pernix singulari prodigio in tribulatos; quippe Sol, & sanitas in pennis eius: facile Solem currere, impossibile eius conditioni reverti: & dum miraculum inter utrumque proponitur, reverti eligitur; siquidem inter miraculum & miraculum, magis insigne, Solem Bernardum velocem in favore retrocedere.

*Eius miracula sepelivit obedientia.*

Iosue 10. 12.

*Unde Bernardus Sol?*

4. Reg. 20. à 9.

Facile *pro* Naturale.

*Novum in gratijs Bernardi, non favere.*

*Nunquàm transversas Solem decurrere ad Arctos,*
*Nec mutare vias, & in ortum vertere cursus,*
*Auroramque nobis nascentem ostendere terris.*

Manil. 1. *Astron.* cap. 6. à v. 42.

13 Ita sine miraculis miraculum fit, sed mirabilius à quo. Mortuo Bernardo præceptum imponitur; & vocem audiens exequitur. Surrexit à mortuis? Nullo modo. Virtutes operantur in eo; etenim obedientis ad unguem moritur corpus, verùm non moritur virtus. *Venit hora, & nunc est* (dixit Iudæis Assertor N.) *quando mortui audient vocem filij Dei.* Mortui & audient? Vel non audient, vel non mortui; quippe non datur in cadavere sensus, neque sine sensatione auditus. Est sensus corporis, atque sensus virtutis: auditurque vox præcepti etiam ab insensibili cadavere; quoniam virtus mirificè perseverat, quantumvis vita deficiat. Dicit contextus. *Mortui audient vocem, & qui audierint vivent.* Non mirum, foventes vitalitatem, quod audiant vocem: datur miraculo, quòd vita sit in sepulchro: ibique vox auditur, ubi non auditur vox (quoniam sensatio sine sensu nunquàm est) ut vita virtutis comprobetur, dum corpus inanime sepelitur: igitur haud audiret cadaver virtutem vocis; in in sepulchro fieret vita virtutis. *Qui audierint, vivent.* Maius, quòd qui non vixerint, audient: igitur miraculi magnitudo, ubi sensus sine sensu. *Qui audierint, vivent.* Profectò: magis mirabile, quod audirent mortui. *Mortui audient vocem.* Quorsùm, *Qui audierint?* Qui audierint, audient? Notum utique, ut eluceat miraculum singulare: siquidem mirè coruscat, quod qui non audit, in sepulchro vocem audiat. *Mortui* & *Audient*, ut

Ioan. 5. 25.

*Virtus eius in corpore perseverat, etsi vita deficiat.*

Ibid.

vitam

vitam indicent. Unde si mortui? In notam glorioſæ vitæ: igitur vitam habet beatitudine felicem, qui cadaver audit vocem. *Mortui audient.* Quando? In futuro iudicio, exprimentes per reſurrectionem potentiam obedientialem: *& nunc eſt?* Indicat ad Bernardum iacentem Abbatis vox. Nunc videtur obedientiâ, quod futurum, ſed extollitur miraculum: etenim nunc actu obedientiæ exhibet formam; quod alij per obedientialem ſunt perfecturi potentiam. *Mortui audient, & qui audierint, vivent.* Omnes reſurgemus, audiemus, vivemus omnes. Quomodò duntaxàt qui audierint vivent, ſi univerſi illotunc audient? *Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur.* Penes gloriam & pœnam eſt in audientibus diſcrimen, licèt cuncti ad communem audiant reſurrectionem: audiet mortuus, qui audiet; ſi in vita vocem audivit: qui non audivit vocem, vocem non audit; quia deficit in mortuo virtus auris, quando in morte moritur auris virtutis: & in mortuis audituris, additur vita, ſi audierint; ut obedientiam ex auditu probent: quandoquidem audientes mortui non audiunt, qui viventes non audierunt. Tantùm audient ut ſurgant, non ut audiant: igitur illotunc ducendi in flammam, nequaquàm reſurgent in obedientiam. Modò in rem. Modò per Bernardum fit, quod poſteà futurum eſt. Mortuus audit, & vivit, quia mortuus vocem audivit, obediens voci: etenim ſignum vitæ, quod obediat ad vocem inſenſitivum cadaver. Signum voluntatis in obedientiam velocis, eſt obedire & promptè *in auditu auris.* Plus in Bernardo obedientiæ magnitudo: ſiquidem obedivit ſono vocis, verùm ſine auditu auris. Virtus ſanè in cadavere vivit, ubi quin audiret audit, aſſentiens voci ſono, ſed ſine ſenſu.

1. Cor. 15. à 51.

*Unde ſingularis eius obedientia?*

Pſal. 17. 41.

Iſai. 6. 9. 55. 2.

14 *Audite audientes*: vox frequens in Scriptura, ut fusè expoſuimus, *Tom.* 5. *T.* 10. Quod videtur neceſſarium, Bernardi in ſepulchro commendat auditum; igitur ut obedientiam depromat, audit cadaver quin audiat. Non prodigium, quòd audientes audiant; ſed mirabile, quod non audientes obediant. Quænam hęc auris. Audiendi. *Qui habet aures audiendi, audiat.* Auris audiendi eſt auris virtutis, quæ audit ſine aure, in eximiæ ſpeculum obedientiæ: præſignaturque in obedientia cadaveris, ut conſtet quò Bernardus pervenerit perfectionis: etenim prorsùm mirabile, audiendi aures inveniri in non audiente. Ultra procedit Bernardi virtus. *Mortui audient vocem filij Dei.* In miraculo nil novum: vocabit enim in tribunal, cui omnia vivunt. In poteſtate illa mirabile non eſt; quoniam vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. Habet poteſtatem in cuncta, ut in omnibus cunctorum exhibeatur obedientia

Matth. 11. 15.

*Quænam in cadavere auris obedientiæ?*

*Illum urbes & regna trement, nutuque regentur* Manil. 4. cap. 2. v. 50.
*Unius, & cœli poſt terras iura manebunt.*

Quid quòd mortui audiant, ſi illi nequaquàm ſunt mortui? Quid quòd obedientiæ imperantis ſe aptent, cui obedire debent, velint nolint? Summum (uti Bernardi virtutis ſpecimen, ut viventes ſtupeant ad virtutem) cadaver exprimere animum obedientem, in cadaver non habenti poteſtatem.

15 Vidimus Solem detentum à Ioſue, cuius in cœlo audita in obſequium vox. *Stetitque Sol in medio cœli, & non feſtinavit occumbere.* Ad rem Mar. Victor, 1. *Geneſeos*, v. 111. Ubi ſupra v. 13.

*Præcipitiſque poli numerosà luce redire,*
*Ire ſemel iuſſus,* Mar. Victor.
*Artificem ſacrum mira compage fatetur.*

Unde textus facer ſubdit: *Non fuit anteà, nec poſteá tam longa dies, obediente Domino voci hominis.* Maluend. *Non fuit dies, ſicut dies illa.* Cur igitur dies non fuit, ſicut illa dies nec anteà, nec poſteà; cùm tempore Ezechiæ dies ſimiliter protracta? Eadem vel ferè orbis illuminatio: eſtò, verùm hic voci hominis obediente Domino. *O prodigium* (inſit Alapide) *ò ſtupor, ò dignatio nunquàm in cœlis vel terris audita; quòd Creator creaturæ, Deus homini obedit!* Tempore Ezechiæ Deus imperat Soli, ut revocet curſum. Tempore Ioſue, obedit homini Deus & ſtat Sol. Deus cùm in obedientiam Soli præcipit; in Solem poteſtatem habet. Dum Deus auſcultatus homini, in præcepto homo ulla haud gaudet poteſtate: & non fuit dies ſicut dies illa, qua maiora cœlum & terra poſſet videre miracula; quippequàm non ſolùm ad ſtuporem prodigium, ſed maximum, obedire inferiori, ita inferiori; ut nullam in obedientem quibat præcipiens exercere poteſtatem. Magnum utique, quòd Sol ſine ſenſu audiret (apud Ethnicos hyperbole, unde Ovid. 1. *Metam.* fab. ult. ſuccinit: V. 141. Alapid.

*Obedit poteſtati præcepti, ſine præcipientis poteſtate.*

*——Spectanſque ad lumina Solis*
*Per iubar hoc, inquit, radijs inſigne coruſcis,* Ovid.
*Quod nos audit.*)

Maius, etſi haberet, quòd ſubijceretur mandato, qui iam regnabat in cœlo: ſed maxi-

mum obedire præcipientis voci, cum præceptum vel ad vocem esset sine potestate. Subivit Bernardus non solùm obedientiam, sed *obedientiam omnem*, quam didicit ex *Regula, cap.7. Grad.3.* de quo plura & in propositum, *Tom.4. T.2. D.2. à n.1.* Gradum humilitatis superavit. Ita textus: *Ut quis omni obedientia se subdat maiori.* Quid ergo Bernardus in obedientiam eximiam, ut omnem adimpleret obedientiam? Non maiori post mortem subditur, sed minori: ita ad præceptum minori; ut in Bernardum iam mortuum haud gauderet potestate. Claret ultra: *Nihil sibi servans ex omnibus* (subdit Legislator *cap.* 58. ut Monachi eant de virtute in virtutem) *quippe cui ex illo die nec proprij corporis potestatem se habiturum sciat.* Bernardus in morte corpus exuit & induit: exuit, ut in cœlum volaret: induit, ut vel mortuum obediret, non habens post mortem etiam sui corporis potestatem, ut obedientiam adimpleret omnem, procedens de virtute in virtutem: igitur & summum virtutis est obedire, postquam à Bernardo videbatur *Deus Deorum in Sion.* Consummationis ergo vidit finem, obediens quoque post mortem. Opus consummavit, ut faceret, atque iam facta perficeret.

Bened. — *Consummavit obedientiam.* — Id. — Psal.83.8.

*Cuncta letho terno volvi.*

Crutius.

16 Haud minus odoratus suam expressit perfectionem in charismata Bernardi: igitur odor eius sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Nasus sagacitatem indicat: unde Pier. Valer. *lib.33. cap.26.* infit: *Nasuti vocabulum sagacem notat, quod uniuscuiusque rei odorem statim explorat, & prius scilicèt sentiat, quàm inspexerit.* Perspicuum in Bernardo in abundanti Propheriæ dono, de quo latè AA. præfati in eius *Vita*: at in articulo conversionis Gerardi, fratris Bernardi, videbimus, quomodò emuncta nare senserit, priusquàm viderit: seu potiùs quomodò vidit, antequèm orbis videret. Gerardus dotibus clarus, saluberrima Bernardi consilia repellebat, temeritatis arguebat, fratrumque conversionem, levitatem summam reputabat. *Tunc Bernardus zelo charitatis exasperatus, digitum lateri eius apponens* (tanquam Angelus qui latus Petri percussit, ut è somno excitaret, & in libertatem surgeret) *Venit, inquit, dies, & citò veniet, cùm lanceâ lateri huic infixa, pervium faciet iter ad cor tuum consilio salutis tuæ. Sic dictum sicque factum* (ait Zachar. Lipeloö in eius *Vita*, & Merlon. *lib.1. cap.3.*) *Captus, & vulneratus iuxta verbum fratris, lanceam gestans ipsi lateri, eidemque infixam loco, cui ille digitum appli-*

Pier.Val. — *Nasuti vocabulum sagacem notat, quod uniuscuiusque rei odorem statim explorat, & prius scilicèt sentiat, quàm inspexerit.*

*Conversio mirifica Gerardi Bernardi amore.* — Zach. Lip.

*cuerat; trahebatur, & clamabat: Monachus sum. Nihilominùs clausus in custodia est. Vocatus est Bernardus per celerem nuncium, sed non venit.* (Quid mirum? Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei. Distulit sanare, ut posset resuscitare. Ita Bernarde, quem amas infirmatur.) *Pòst, fractis tactu vincli compedibus ferreis, crepuit etiam sera custodiæ, exivit cæcis videntibus, ac in templum introductus, indeque in Monasterium translatus, cùm audisset de cœlo vocem: Hodie liberaberis. Ita Bernardus in eius spiritu qui fecit, quæ futura sunt; quod erat futurum, videre potuit quasi iam factum.* Qualis enim in perfectionem evasit, quem Bernardus ita docuit? Videre *serm.26.* in *Cant.* à n.3.

17 Iason (qui pòst Princeps Argonautarum in Colchidem, unde traxit aureäm pellem) vulneratus adhuc iuvenis ab inimicis (ut posset erudiri) in feretro quasi mortuus evectus est in caveam Chironis, unde evasit ad expeditiones inclytus heros; Ita Natal. Comes, *6. Mytholog.* cap. 8. licet Zetz. *Chiliad.7. Hist.96.* dicat:

*Natum Iasonem infantem repentè statim*
*Mortuum ipsum esse fingentes, timore Peliæ*
*In capsula, Chironi asserunt velut mortuum;*
*Qui cùm crevisset, eruditus ab ipso.*

Zetz.

Facilè in salutem animæ eruditur, qui in studium perfectionis feretro effertur: etenim efficax in salutis studia, mortis memoria. Haud aliter accidit Gerardo ab inimicis percusso, cùm renuisset accipere disciplinam, & Monachi formam. Velut mortuus ad Bernardum est adductus, in cuius spelunca, perfecti Monachi imbuitur formâ, ita ut præ cæteris excellens fieret illis specimen sanctitatis. *Quàm fidus comes* (subdit frater) *quàm vigil ad curam, quàm suavis ad mores frater genere, sed religione germanior! Meörum studiorum solicitus incitator, fidelis adiutor, cautus examinator. Quis illo rigidior in custodia disciplinæ? Quis in castigando corpus districtior, suspensior vel sublimior in contemplando, subtilior in differendo?* Hic fructus doctrinæ Magistri, & usus Gerardi, operà continuà fabricantis recessibus Argon, qua duceretur in cœlum, fixa figurà navis in firmamento Religionis ad docendum transeuntes.

*Efficax in salutis studia, mortis memoria.* — Bernard.

*Sic conversa vetus super æthera vertitur Argo,*
*A malo ad puppim cum lumine clara videtur.*

Arat. *Phœnom.v.348.*

Adhuc alia conditio Argus inspicienda in præfata fabula. Operà Sapientiæ instructam huiusmodi navem, dicunt Mythologi, canit

Ovid. nit etiam Ovidius, 3. *Trist.* Eleg. 9. à v. 7.

*Nam rate quæ cura pugnacis facta Minervæ*
*Per non tentatas prima cucurrit aquas.*

*Cur schola Bernardi confertur navi Iasonis?*

In materia variant AA. uti hic observat Iacobus Pontanus. Ex fago alij, alij ex quercu autumant; sed ex ligno loquaci, iter in tutum & pericula dicente, uti structam Palladis arte. Videsis in *Ephemer. Isagog. Septembr.* à n. 7. Quadrat ad unguem, dum scimus, unde Bernardus altissimam Scripturæ hausit expositionem. Recessit Chiron in foveam, ac solitudinem asperam; ut navis qua cœlum petitur, & à violentis rapitur, cœlesti sapientia instrueretur. Cœlestis utique astitit sapientia, ubi ligna vidit mutè loquacia: quandoquidem ut esset & clareret theodidactus, inter fagos & quercus invenit totam scripturam appositam & expositam. Mantuan. d. succinit:

Mantuan.

*Tradidit ingenium sacris sermonibus, omne*
*Quod docuit Christus, quod prædixere Prophetæ,*
*Quod didicit Moyses Panchæo in vertice, secum*
*Assiduè meditans, sine præceptoribus ullis*
*Scivit, & iccircò silvas habuisse magistras*
*Se dicebat.*

Sic ad sapientiam moventur ligna silvarum, & invenimus eam in campis silvæ. Habitavit in solitudine iudicium, quę exultavit, & quasi lilium floruit, torrentibus sapientiæ in solitudine datis; ubi quasi in medio paradisi lignum scientiæ boni & mali.

18 Ergo in Gerardi conversionem per Bernardum flectendus calamus. In pectore Christi per typum aquarum fuisse mundi nationes; indicat Ioannes, *Apoc.* 17. 15. cui dicitur: *Aquæ quas vidisti populi sunt & Gentes*: sicut ibi etiam in sanguine earum pretium redemptionis; qua de causa in illarum conversionem exivit sanguis & aqua: & qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius.

Sedul.

*Hæ sunt quippe sacræ pro religionis honore,*
*Fonte renascentes membris, & sanguine Christi:*

Accinit Sedul. lib. 5. *Carm.* v. 289. Ut converteretur mundus; necessarium, quòd Christi lancea perfoderetur latus. Renuit Christus, ut per huiusmodi aversionem clareret, quàm in religionem rebellis mundus; qui quidem nisi per ictum non saperet, nec in eum crederet, quem non cognovit. Unde

Psal. 21. 21. propter mundum renuentem dicit: *Erue à framea Deus animam meam.* Renuit, sed Pater latus sauciandum signavit: quo intuitu

Ioan. 19. 34 dicitur: *Miles lanceâ latus eius aperuit.* Acumen est Augustini hic *Tract.* 120. *Vigilanti verbo* (infit) *Evangelista usus est; ut non diceret: Latus eius percussit, aut vulneravit, aut quid aliud; sed aperuit, ut illic quodammodò vitæ ostium panderetur*: & non panderetur ad vitam ostium, nisi fuisset vulneratum: quandoquidem mundus talpæ adinstar duntaxàt aperit oculos, dum accipit vulnus. Perscrutemur articulum. Mundus cultum veri Dei vel negligebat, vel fatuitatem, levitatem, stultitiam reputabat. Non convertebatur spiritui lenitatis, prę gravitate cordis. Vulnus Deus minatur, sed ridetur, quin ex minis spes ulla micaret conversionis: diciturque meditanter latus eius (conversionem renuentis) mucrone apertum, dum fuit lanceâ vulneratum; ut firma in conversionem appareret prædictio, atque rebellis stuperet conversio: equidem latus Crhisti per vulnus unus militū aperuit; quod Pater iam ad conversionem Gentium eodem in loco signavit. Ulteriùs. Latus aperitur, & mundus simul convertitur: *Exivit sanguis & aqua.* Exivit purissima Ecclesia, iam sine ruga, aut levissima macula, in exemplum eorum, qui convertuntur ad cor, quùm ex circumventione sæculi impostoris cor eorum vanum est, abeuntium post vana, religione neglectà vel irrisà: mundusque totus religionem admittit, quam despexit, & iugo confusus de renitentia, sese lubenter submittit; quia vidit eodem in loco lateris patulum vulnus, ubi signaverat Pater.

Augusti.

*Unde miraculi magnitudo ex Gerardo ad religionem conversos?*

19 Exponit conversio Gerardi per Bernardum totum textum: igitur cùm religionem renueret, ac flocci, susque deque faceret, nec se per vulnera signata convertendum crederet; circundatus inimicis & armis, ictu reddit in mentem adinstar Herculis, exeunte sanguine & aquà: sanguine è vulnere lateris, aquà ab oculis; erroremque cognovit, ut unus militum lanceâ latus eius aperuit: expavit enim, dum vulnus confirat ibi ubi pater Bernardus præscius signaverat. Cecidit Pauli adinstar, ut surgeret, vas electionis fieret, in Monasterij schola virtutis factus exemplum, ut erudiret Principes eius sicut semetipsum. *Extendam enim manum meam* (dicit Dominus Moysi, dum Ægyptij veram spreviſſent religionem, & incumberent in servorum Dei alienam captivitatem) *& percutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus.* Si Ægyptus tenebras sonat, & tenebræ percutiuntur; Deus sanè percussionibus illuminat. Pende: *Percutiam in cunctis mirabilibus.* Mirabilibus percutit? Ipse cognovit figmentum nostrum: igitur quodlibet miraculum est vulnus pectori in conversionem animæ. Non solùm mirabilia

Exod. 3. 20.

*Mirum in Dei pietate supplicium.*

di-

dicit, sed cuncta addit: igitur anima è tenebris in lucem gratia conversa, universa mirabilia. *In cunctis mirabilibus*: ideſt, ſumma poteſtate. Nihil mirum, ubi homo implicatus tot erroribus, queis nec religionem reputat, nec de converſione curat: dicitur-que Ægypti converſio *in mirabilibus cunctis*, ut eluceät difficultas converſionis: igitur ubi obcæcatus reſiſtit rebellis animus; in converſionem cordis neceſſarius totus Deus. Manum in Ægyptum extendet, ac in cunctis mirabilibus percutiet. O bone Deus! In te profectò miraculum, devenire in peccatorum ſupplicium. Dum percutit, manum extendit; ne vulnere ſpes cadat peccatoris: etenim cùm vulnus fit vulneris medicamen, & manus extenſa in percuſsi protectionem; mortificat ut vivificet, icit ut vulnera ſanet: percutit & manus extendit, ut levet amplexus, quem proiecit ictus: igitur vulnere expellitur error, ac manu extensà introducitur amor; ut mundo conſtet gratia, quęcumque à Deo inflicta præ amore vulnera. Vernaculè: *Para ſalud de las almas, quando hiere la Deidad, cada golpe es un favor.*

*Eius pietas quanta!*

20 Ergo in penitiora teſtimonij, & acumen noſtri articuli. *Extendam manum meam, & percutiam in cunctis mirabilibus.* Sunt enim Dei mirabilia, ac ex percuſsione vulnera. Ita Ægyptus rebellis in cognitionem veræ Religionis; ſed cum vulnera videret, reſipuit. *Vulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis*: ideſt, *Ægyptiorum converſi qui ad Iudaiſmum comitari voluerunt.* Ita Perer. Bonfrer. & Alapid. Iam converſi, qui ita in religionem rebelles præ duritia cordis? Viderunt vulnera, pridem minata: acceperuntque quam religionem ſpreverant, ac propter errores fugerant, conſiderantes in percuſsione prodigium, ac ex manus extenſione novum miraculum: ſiquidem facta in converſionem prænunciata vulnera, eodem in loco, quò fuerunt anteà decreta. Extendit Bernardus manum, ſed in prodigium: extendit ſignans locum percuſsionis, pro converſione fratris, inter tenebras ſæculi errantis ſimulquè iacentis, averſantiſque religionem, quaſi genij levitatem: patueruntque univerſa mirabilia in amplexu religionis, ubi ſanguis fluxit è vulnere lateris: quandoquidem Gerardus vidit prænunciatum ictum, eodem in loco quò frater extendit manum. *In cunctis mirabilibus*, quia plura in hoc miraculo viſa, ut fractio vinculorum, ac ſerarum, vincti greſſus & in templum effugium, videntibus obcæcatis, ſimulque viſis non viſis; quibus ſuperſedeo, quippe fuſiſsimè egi hic, *Tautolog.* 4. *D.* 4. *à n.* 6. Chriſtus, cùm proxima eſſet dira ab hoſtibus lapidatio; *abſcondit ſe & exivit de templo. Aſcondit ſe ab oculis eorum, quia ſe fecit inviſibilem: unde per medios hoſtes ivit illæſus, & è templo exivit*: ſubdit Theoph. Quod Chriſto accidit, ut egrediatur; Gerardo, ut in templum ingrederetur, quippe præſens evanuit ab oculis, eò quòd factus inviſibilis. Eius ſanguini inhiabant hoſtes, ſicut Chriſti morti cives: uterque inter hoſtes erat; ſed uterque *tranſiens per medium illorum ibat.* Miraculis comprobantur miracula, ut in prophetia Bernardi cuncta clareant mirabilia: etenim cùm ſederet conſulentium cordi (ut canit Sidon. Apollin. *Panegyr.* 4. v. 73.)

Ioan. 8. 59. Theoph.

Luc. 4. 30.

*Cuncta monſtrat nare ſagaci.*

Sidon.

21 Ultimus ſenſus eſt guſtus, qui in Bernardo in ſenſibilia ſine ſenſu, ac nimio ſenſu. Quod de Scythis ex Herodoto vidimus, *Tautolog.* 10. *D.* 1. *n.* 12. refert Solinus de Britannis, cap. 25. *Puerpera* (inſit) *ſi quando marem edidit, primos cibos gladio imponit mariti, inque os parvuli ſummo mucrone auſpicium alimentorum leviter infert.* Ita nutritus Bernardus à frugalitate genitrice, ſenſus mortificatione: etenim illi cibus non erat cibus, ſed vulnus, quod fugiebat (dum reficitur) ne gladio interficeretur; ſi mori quibat inanimis cibatione, qui mortuus vivebat fame. *Ut comedamus & moriamur*: dixit Eliæ cibum petenti Sarepthana fœmina, cùm alimento reficiatur vita. Aſtruit Bernardus, quàm lethalis illi cibus: igitur dum manducabat gladium in cibo videbat. Adi dicta, *Tom.* 4. *T.* 11. *D.* 4. *à n.* 16. Aſtruit Merlon. d. *lib.* 1. *n.* 22. *Sic accedit ad ſumendum cibum, quaſi ad tormentum.* Quid mirum, ſi in illo videbat gladium? Chriſtus potum *cùm guſtaſſet, noluit bibere.* Refectio vel ſtribundo par paſsioni: etenim cùm ſobrius potum arbitretur cruciatum; quicquid ad refectionem ſemper acerbum. *Guſtans guſtavi in ſummitate virgæ* (Abulenſ. & Maluend. *Lanceæ*) *paululum mellis & ecce ego morior?* dixit Ionathas. Utique: haud cognovit acumen lanceæ ſub melle. Cognovit Bernardus, etiam dum leviter ab illo guſtandus cibus: equidem ne guſtans guſtabat paululum; quippe ſub ſuavi melle in guſtu ſentiebat ferrum. *Id curæ quod vulgus habet pro corpore, ſolam Traſtulit ad mentem.*

*Bernardi cibus, vulnus.*

Solin.

3. Reg. 17. 12.

Matth. 27. 34.

1. Reg. 14. 43.

Mant. d.

22 Hi viri ſingulares (ut verbis utar Stoici, 3. de *Ira*, cap. 20.) *Alimentum habuerunt fame ſævius*: ſiquidem ſat in faſtidium, quod corporis alimentum. Unde Statius 3. *Silvar.* 3. v. 106. ait:

Senec.

*Cur in Gerardi converſione miraculum pateſcit infigneà*

*Hinc*

Stat. *Hinc tibi parva quies, animique exclusa voluptas,*
*Exiguæque dapes, sed iura genialia cordi.*

*Esuriebat cœlestia.* Animus satur aut avidus proprij cibi, oblivisciturcorporalis alimenti : quapropter Plaut. in *Casin.* Act.4. scen.2. v.16. infit:

Plaut. *Qui amat, si esurit, nihil esurit.*

An Bernardus amore nutritur, dum inter lilia pascitur? Cibus uti amarus desipit, cui cœlestis tantùm sapit. Panis Ægyptius displicet, cui duntaxat Manna placet, habens in se omnem delectationem, & saporis suavitatem. Impij appetunt cum Manna terrestres cibos, quia sine ulla cœlici panis aviditate pectus. Iusti non appetunt, quod fastidiunt : equidem cùm esset spiritalis esca; alimenti corporalis nec memoria. Aliquid profectò Bernardus prægustavit, qui uti acerbum cibum corporalem fastidivit, ita ut torqueret cogitatio. Profectò. Accessit ad fontes Salvatoris, applicatus vulneri lateris, cui Christus amplexu dixit : *Bibe Bernarde.* Modulatur Philotheus in eius *Vit.* cap.4.

*Crucifixi imago Bernardum amplectitur.*

Philoth. *Talia dum memorat, Domini pendentis imago*
*Solvit in amplexus brachia mota suos:*
*Sic novus interno gaudebat nectare miles,*
*Talis in ardenti pectore fervor erat.*

Luc.7.33. Matth.3.4. Idem Merlon. *lib.7. cap.7.* & Menolog. Cisterc. 23. *Mart.* Ioannes venit, non manducans neque bibens, cui *esca mel.* En causa, cur Bernardo fastidiosa quælibet esca: haud bibebat, vel manducabat; quia mel suavissimum de petra crucis sugebat. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso* Apoc.2.7. *Dei mei.* Rupertus hìc. *Ut præmium respondeat pugnæ.* Unde pugna? Erimne è fame victoria? Ex alimenti arbitror repugnantia. Famem Bernardus haud sentit, quem cibus torquet. Pugnat, quia repugnat: & cùm in vitam necessarius cibus; nauseat stomachus; quia ex cibo ligni vitæ, repugnantia oriebatur alimenti. Hinc sine ullo usu sensuum, nisi ad huiusmodi cibum, introductus in cellam vinariam, ut ordinatione charitatis propriam perciperet escam; quin evigilaret, nisi ad lignum vitæ degustandum accederet.

23 Dormientem sine ullo usu sensuum esse, percipitur sensu. Sponsus animam quiescentem in huiusmodi felicitate somni, Cant. 2. 7. 3.5-8.4. ter prohibet excitari; unde regerit : *Ne suscitetis, neque evigilare faciatis dilectam, quousque ipsa velit.* Quid sit huiusmodi somnus, vel amoris excessus, diximus hic *Didasc.*3. à n. 6. An quia Sponsus intra septa Monasterij Bernardum quiescere reclusione satagit, quousque ipse in egressum dormientem excitet? Contradixit contextus : etenim non dicitur, quousque Sponso placeat, sed quousque velit, quem amator excitat. *Quousque velit?* In voluntate dormientis sensuum usus insistit? Utique, ut cognoscatur vita perfecta Bernardi : si ad alia, quàm ad Sponsum sensuum quiescentis dirigitur lex, ille excitari non vult : habet enim sensus necessarios ad voluntatis nutum; quippe ad alia Bernardus non habet sensum. Patet. Ille suscitatur; sed renuit Sponsus, quod ab alijs excitetur. *Sub arbore malo* (quod quidem crux) *suscitavit.* In cruce excitatur, qui nec curis expergiscitur? Dormit ad sæculi curas, quem pungit charitas, in admirationem excitantibus corda, Bernardi somno & vigilià : igitur ad escam vigil accedit ad crucem, dum ad alia inveniebant semper dormientem. Bibe Bernarde de voluptatum torrente. Gusta & vide, quàm suavis Dominus, eius calix quàm præclarus! *Ipsa maiestas separato brachio á cornibus* Ubi supr. *crucis videbatur eundem Dei famulum amplecti; atque adstringere sibi.* Quæ est ista, vel cuius est anima, delicijs affluens, excitata sub arbore crucis, innixa super dilectum suum? Bernardi sanequàm est : propter quam illectus amore, Christus descendit de cruce.

*Duntaxàt sensum habebat ad Deum.*

24 In allegoria speciosa huiusmodi rutilabunt mirabilia. Transitus Israëlis per Iordanem significasse Christi mortem, asserunt plures apud Serar. lib.2. in *Iosue*, à quæst. 1. Unde Ioann. 13. 1. *Venit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Functio tempore Iosue ita peracta, ut steterint *aquæ descendentes in loco uno* (Hebr. *in loco suo*) *quæ autem inferiores erant, descenderunt.* In duo brachia divisum est flumen, ut favoris in Bernardum demonstraret specimen; dum pridem brachia in amaritudine maris passionis adinstar aquæ immota atque fixa esset à dextris & à sinistris. Uterque transitus Salvatorem crucifixum exponit : cur igitur qui per Iordanem, excessum eius cum Bernardo portendit? Ipsa maiestas separato brachio à cornibus crucis, Bernardum amplectens adstringit vulneri lateris: brachijsque divisis Iordanis confertur, ubi Bernardus à Crucifixo adstringitur; quia adinstar Iordanis brachium unum fixè hærebat, alterum verò naturali inclinatione in Bernardum declinavat. Brachium sanè divisum in flumine copioso gratiarum: unum Bernardo, alterum in loco suo. Bibe Bernarde, bibe.

Iosue 3.16.

*Hieroglyphi cum gratiæ Bernardo factæ, divisis brachijs imaginis crucifixi.*

*Sive tui solium Iovis, & virtute paratà*
*Astra tenes, hausumque tibi succinta beati*
*Nectaris.* Stat. d.1. v.25.

Re-

25 Restant in eum collata dona Virginis matris, ut cibus corporalis esset illi summi horroris. *Quando Spiram Pontificis iussu ad Fœdera inter Principes componenda, profectus est; Imperatore astante, ac plerisque Principibus, innumeraque multitudine audita est clarâ voce à B. Mariæ Virginis imagine hæc salutatio: Salve Bernarde.* Ita Naucler. *Gen.* 39. Ann. 1142. & Maiol. *Tom.* 1. *Colloq.* 23. Haud hoccine favore quievit: etenim cùm Bernardus illi diceret. *Monstra te esse matrem*, ut virgo se non aliter ostenderet, ubere de cœlo pleno hianti uberibus lactavit.

Maiol. *Singulariter dignatur à Virgine.*

——*Summi Regina theatri*
*Nectareos illi visa movere sonos.*
*Sæpe suum Virgo famulum venerata solebat*
*Visere, & ambrosias sæpe referre dapes.*

Philoth. d.

Quid ita lactatus, quod terrena fastidiret & alius cibus torqueret? Quid quòd postquàm ablactatus, ut avulsus à suavitate nectaris, transiret Isaäc ad convivium lateris Salvatoris? Quid quòd de hostibus schismaticis triumpharet, potentes premeret, oppugnantes vinceret armis virtutis, sucto nectare ab ubere Virginis? Minerva virgo erat, Achiles fame peribat, eius virtus deficiebat, prævalente Hectore, qui iacere debebat sub Achille. Quid ergo decretum in certamen atque victoriam de cœlo? Quod Achillem statim lactaret Minerva virgo. Succinit Homer. *Illiad.* 19. à v. 346.

*Eius potentia ob ubere Virginis.*

*Achilles ieiunus & impastus est.*
*Sed vade, ei nectar, & ambrosiam amabilem*
*Instilla è pectoribus, ne ipsum fames occupet.*

Homer.

*Minerva è cœlo desilijt per æthera: hæc autem Achilli*
*Nectar in pectoribus & ambrosiam instillavit:*
*Ipsa autem ad patris præpotentis redijt domum,*
*Splendor autem ad cœlum ibat.*

Rutilat veritas in eo quod finxit otiositas, tacetque superata vetustas: quandoquidem Bernardus postrato schismatis hoste, Virginis lacte, pacem posuit finis Ecclesiæ.

*Achilles lactatus à Virgine Dira.*

*Si populis certamen erat, discordia regnis,*
*Bernardus pacator erat, legatus ad urbes*
*Ibat, & ad Reges, odium fracturus & iram,*

Mant. d.

*Si quando in dubijs nutabant pectora rebus,*
*Prodigijs claruit.*

26 Alia rimor de proposito Virginis, ambrosiam conferentis cœlestem, ubi ille clamat: *Monstra te esse matrem.* Mater quælibet fœmina cognoscitur lacte uberum. Patet, quid instet Bernardum. Si lac ab illo petitur, eius mater Virgo agnoscitur: lacte namque firmavit filiationem, ut monstraret esse matrem. Adoptio, cùm sit acceptio personę in qualitatem generis, ad quam ius non habet ex vi originis; olim à fœminis facta per lac, ut fictum de Iunone erga Bacchum & Herculem, de quo Nos in *Ephemer. Isagog. Iun.* n. 4. ex Mythologis. Modò intelligo, quod nonnunquàm reputavi errorem, vel stultitiam. Rab. Iose in *Genes.* 21. asserit Saram plures habuisse filios: unde ibid. Hebr. legit, v. 7. Caietan. & Maluend. *Deus fecit lactare filios Saram. Quis crederet?* Si unicum habuit, unde alios peperit? *Abundavit tantò lacte, ut lactaret non solùm filium, sed filios*: subdit Caietanus, & Lyra infit: *Mulieres apportarunt pueros suos, & Sara lactavit eos.* Quid quòd lactaret, ut lactentes quasi filios haberet? Per lac quæ mater agnoscitur, & alienus in filium adoptatur; ut sit eiusdem sanguinis cùm non sit generis: Saraque unipara filiorum habuit hilarem pluralitatem; propter lactis adoptionem. *Sara* (subdit Alapid. v. 6.) *typus fuit B. Mariæ parientis Christum.* Ergo Maria alios filios habuit. Unde? Ex lacte. *Specialis mater effecta est*: ait Richard. Victor. *lib.* 1. *p.* 1. Admittitur in genus, qui non generis, per exhibitionem lactis; quippequàm mater ostenditur, à qua puerulus lactatur: filiosque Virgo possidet, dum unum habuit; igitur Christum habuit filium naturalem, Bernardum verò per lactis specialem adoptionem. Adi, *Tom.* 2. *T.* 2. *D.* 11. *à n.* 13.

*Adoptio per lac.* Rab. Iose. Genes. 21. 6 Caiet. Lyran. Alap. Richard.

27 *A generationibus meis implemini*: dicit quæ semper virgo, ut clareat ex una alia & alia generatio. Impletus est orbis generationibus Virginis: etenim unus in ventre concipitur, alij ad ubera portantur. *Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ suxisti*: dicitur in plausum matris ac Salvatoris. Quorsùm etiam signantur ubera sucta, suppositа matris gratiâ? Ut demonstratione discriminis, Virginis matris dicantur generationes: igitur filios alios per lac matris amor gignit, si naturalem lactavit, quem in utero concepit.

Eccli. 24. 26 Luc. 11. 27

*Non omnia sanguis*
*Proximus, aut serie generis demissa propago*
*Alligat. Interius nova sæpe, adscitaque serpunt*
*Pignora connexis, & legisse iuvat.*

Stat. 2. *Silv.* 1. à v. 82.

O Virgo mater! Duntaxàt in Isaäc vocabitur tibi semen, sed aliam in Bernardo habes generationem: etenim illum genitricis amore, lactasti sacro ubere. Rectus diligit te, me-

memor uberum tuorum. Exponat ipse Bernardus. *Sustinemus dum venias* (inst in *Cantic.* serm. 23. n. 2.) *scientes, te plenis ad nos reversuram uberibus: vinci tamen desideria memoria abundantiæ suavitatis, quam iam ex uberibus fluentem experti. Nunc verò vides, quomodó de matre præsumunt, quomodó gaudia sua reputant. Minimè ita confiderent, nisi matrem agnoscerent.* Monstravit esse matrem, dum matris Bernardo demonstravit amorem. Canit gloriam Benavidius *lib.* 2. Epigr. 14.

Bernard.

*Diversos diversa iuvant miracula divos,*
*Quilibet ut meritis præmio digna refert.*
*Quantus apud Superos colitur Bernardus alumnos,*
*Quem pia virgineo lacte Maria beät!*

Bonav.

28 Quæstio oritur curiosa, dum Bernardus pro confusione à sæculo aceptà, è cœlo accepit duplicia: scilicèt à filio potum è vulnere lateris, ac à matre nectar uberis, Augustinus dicebat (uti observat Alapid. in *Zachar.* 13. 6.) *Hinc lactor ab ubere, hinc pascor à vulnere.* Haud secùs Bernardus, uti dilectus, inter utrumque candidus & rubicundus, pascitur à vulnere, & lactatur ab ubere. Ad rem Mendoza in *Viridar.* lib. 2. *Problem.* 2. n. 20.

*Voluptas Augustini ab ubere ac latere.*

*Nam mihi cum lachrymas amor elicit, ubera fugo:*
*At me pertentant dum gaudia, vulnera lambo.*

Mendoza.

*Vulnera sic nati, sic ubera fugo parentis:*
*Sic lac pro ambrosia, suavi pro nectare sanguis.*

An ubera meliora vino, quippe hìc intercedit dolor, & ibi sine ullo dolore amor; ut inter utrumque potum, memor sit uberum super vinum? Ubera inebriant: *Proverb.* 7. 18. vinum lætificat. *Psalm.* 103. 15. Bernardusne quasi modò genitus infans lac concupiscit? Utrumque appetit, dicens: *Bibi vinum meum cum lacte meo.* Utrumque suum vocat: lac ut filius, vinum ut ebrius: quippe ubere nutritur, atque vulnere pascitur. Promptuaria Bernardi plena, eructantia ex hoc in illud. Ne reputaretur in Christo tanquam parvulus, ex lacte poto transit ad vulnus. *Ubique igitur* (ait Ambros. lib 6. in *Luc.* cap. 9.) *mysterij ordo servatur. In modum lactis sunt panes, esca autem solidior corpus est Christi, potus vehementior sanguis est Domini:* dicirurque vehementior, quia in Christi vulnere utroque potatur. Ad unguem Claudian. Mamertus. *Contr. Poëtas*, à v. 79. quasi Bernardum alloquitur:

Cantic. 5. 1.

*Bernardi etiam ab utroque.*

Ambros.

*Tu, cui mens generosa superni seminis igne*
*Ardet, in æthereos animo conscende recessus,*
*Et gremio Domini caput insere: mox inhianti*
*Profiua lacte sacro largus dabit ubera Christus,*
*Divinoque tuam profundet lumine mentem.*

Mamert.

Quomodò sensuum usu, quem lux circunfulsit è cœlo? Quomodò cibus dulcis gutturi quod cœlesti rigabatur lacteo sanguine! *Cum interiore sensu illuminati amoris, dulcius ac frequentius sentire inciperet desursùm spirantem sibi suavitatem; vix utebatur sensibus corporis* (subdit Guillelm. d. *lib.* 1. *cap.* 4.)

Guillelm.

*Totus absorptus in spiritum, tota occupata memoria, videns non videbat, audiens non audiebat: nihil sapiebat gustanti, vix aliquid sensu aliquo corporis sentiebat.* Iam sensus sunt sine sensu, & sensum ultra: quippe cogitatio in cœlestia exuperat omnem sensum, cùm Bernardus nesciret, an in corpore esset vel extra corpus; siquidem sine sensibus in sensibus magis perfectus. O Monachi sentite in vobis, quod in Christo Iesu sensit Bernardus; ut sursùm sint corda, siquidem hàc itur ad astra: ibique adhærebit cor, si nostra conservatio in cœlis est. O Monachi!

Mantuan. *Eclog.* 1. à v. 198.

*Ferte per antiquos patrum vestigia gressus,*
*Et veteres servate vias. Quæ insania vexat?*
*Non pudet his uti tanto sub iudice nugis?*

## DIDASCALIA V.

### *S. Franciscus, quia minimus, maximus.*

1 DE quo nobis sermo? De Minore, vel de minimo? Ubi argumentum efformatur de humilitate: sane de utroque. *Gloriosa humilitas, ima sursùm elevans, mentem Deo coniungit, virtute replet, gratia deificat, atque sapientia illustrat.* Ita Cirill. in *Apolog.* lib. 2. cap. 19. Nitet in utroque virtus, dum unicuique nec haberi videtur. Eminet culmen gratiæ, dum videntur sibi hominibus minores, qui deifici: illustratque sapientia singulorum intellectum; quippe invenit artem, qua ima prominerent sursùm. Homines itaque divites in virtute, quia divitiæ virtutis ex paupertate: sibi parvi, minor, minimus in oculis suis; sed magni coram Domino, qui sapientiam præstat parvulis: etenim si magnus Minor Franciscus à Patre luminum: qui per illum in lucem editus maximus, Minimus vocabitur etiam in regno cœlorum.

Cyril Alex. *Effectus humilitatis & ingeniù.*

*Laus vera humili contigit viro.*

Senec. in *Thyest.* v. 210. Laudis obtinuerunt cacumen, quia ascendentes in summa, fugerunt laudem. *Primum homini veram sapientiam quærenti est* (inquit Sarisberiensis in *Symbol.*) *contemplari, quid ipse sit, quid intrà se, quid extrà, quid suprà, quid infrà, quid contrà, quid antè, quid posteà sit. Hæc consideratio quadripartitum parit fructum, utilitatem sui, charitatem proximi, contemptum mundi, & amorem Dei.* Cuncta uterque contemplatus, unde non quadruplex sed centesimus fructus: equidem sapientia rexit, virtus illustravit, deificavit gratiæ speciositas, ac elevavit humilitas; quippe eius radix tanto erigitur, quantò versus profunda radicatur. Retorqueamus Prophanum, 4. *Æneid.* v. 445.

Ioan. Sarisber. *Fruct. eius contemplationis.*

Virgil. ——*Et tantum vertice ad auras*
*Æthereas, quantum radice in tartara tendit.*

Isai. 14. 12. Ovid. 5. *Met.* fab. 6. Senec. 2 Cecidit Lucifer, tetenditque in tartara, quantum se extulit ad culmina ætheria. *Æthereas ausum sperare Typhœa sedes.* Instar fulminis, ut ait Senec. 2. *Natur. qq.* cap. 26. *simul fit, & cadit.* Lucifer e Cœlo sic quoque pulsus erat. *Non homines solum, sed etiam Deos despicit, qui postulat Deus credi* (dicam ad rem ex Curtio. *lib. 6. cap.* 11.) *incidimus in superbiam, nec Dijs quibus se exæquat, neque hominibus, quibus se eximit, tolerabilem.* Ita iacuit, qui primam sedem in cœlestibus obtinuit. Necesse est hanc ruinam impleri: quis ergo hoccine dignatus honore? Qui infra cuncta, & infra se eminenter iacuerit humilitate. Hoc opus & labor in distinctionem, quoniam magnum in humilitate & humilibus discrimen. *Quicunque ergo humiliaverit se sicut parvulus, hic est maior in regno cœlorum.* Parvi intrant in regnum, minores ascendunt superiùs in maiestatis fastigium; qua de causa ut notat Bonaventura in eius *Vit.* Minor Franciscus à Domino collocatur inter Seraphicos choros. Aliquid est superius, quippe Minore invenitur humilius. In quo ergo? In Francisco Paulano. Si sedes suprema ab humilitate summa, Paulano debetur sedes suprema: etenim si Minimus parvulus in huiusmodi premium; Franciscus profectò maior in regno cœlorum.

Q. Curt. *S. Franciscus Assisias inter Seraphim catervas.* Matth. 18. 4 *Paulanus maior in regno Cœlorum.*

*In huius simile cordis se reddere certet,*
*Quisque cupit celsam cœli conscendere sedem.*

Iuvenc. 3. à v. 402. 3 Miratur Seneca, sed non credit huiusmodi humilitatis artificium, quasi ad oculos embolium. Unde *Epist.* 91. infit. *Quis enim esse magnus in pusillo potest?* Ambigit, quæ non cognovit, sed in cognitionem aliò intentus, speciem invitus præbuit. *Non vides* (subdit *Epist.* 23.) *quàm diversus sit ascendentium habitus & descendentium? Qui per pronum eunt, resupinant corpora; qui in arduum, recurbant.* Positio corporum in elevationem ac eiectionem indicat animum, ac in utrumque, medium: quandoquidem descendit in ima, qui ad descensum erigitur, & ascendit qui curvatur; quoniam in ruinam è culmine erectum impellit celsitas, atque in ascensionem evehit descendendo humilitas. *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. Iaest, Filius hominis, qui est in cœlo.* Ex descensu indicat exaltationem, & firmissimam scalam humilitatem: equidem quia descendit inferiores partes terræ, etiam in mundo præsens gaudebat culmine gloriæ. *Cœlum autem pro cœlesti habitatione sumitur* (subdit hìc Caietan.) *Qui est in cœlo dicitur, ne intelligeret Nicodemus descensum hunc fuisse deserendo terminum à quo* (de quo nobis sermo *Tom. seq. Tautolog.* 1.) *quemadmodum est descensus localis; subiunxit, se sic descendisse, ut tamen remanserit in cœlo.* Elucet culmen maiestatis, & origo celsitudinis: etenim in cœlo gloriose stabat, quia de cœlo præ humilitate descenderat. Quis intelliget *viam aquilæ in cœlo*? An quia elevationem humana non percipit cogitatio? Ambrosij potiùs difficilior expositio. *Cuius hominis* (ait in *Proverb.* cap. 2.) *tam altus sensus & tantus est, ut explicare possit, quomodò illa tanta maiestas de cœlo venire dignata est? Quis enim cognoscere potest, quemadmodùm Verbum in Virginem venerit? Hoc est vestigia aquilæ volantis: idest, Christi advenientis ad terras.* Quid hoc? Descensus de cœlo in mundum, sunt vestigia aquilæ volantis & ascendentis in cœlum? Ostendit, quomodò esse magnum in pusillo potest, ex ingenio humilitatis. Si dixero vobis cœlestia credetis. Qui curvatur, erigitur: qui descendit, elevatur: descendenteque Christo, ipso descensu designatur in cœlo; quoniam ita ingenioſa humilitatis maiestas, ut cœlum usque sublevetur humilitas. *Non sunt gradus descendentium, sed ascendentium*: infit Augustin. in *Psalm.* 121. Per ipsos per quos descendunt, mirificè usque in cœlum evehuntur: igitur humilitas ita ingenioſa in studio, ut in ipso descensu fiat elevatio. Acumen est Benedicti: *Non aliud nisi humilitate ascendere*: ait, cap. 7. *Regul. Sanct.* Haud implicant quæ opponuntur ex diametro, quippe in humilitatis conciliantur officio: nulla vera sint exaltationis gloria, & eò statura sublimior, quo depressior.

Idem. Ioan. 3. 13. *Quia plus descendit, plus ascendit.* Caietan. Prov. 30. 19 Ambros. *In pusillo magnus.* Augustin. *In humilitatis descensu fit elevatio.* S. Bened.

Vir-

4 Vir iuxta cor Dei plauditur à Surio in eius *Vit.* Franciscus. Nil mirum: flagrat incendio.

*Amorem quærit amando.*

Lucan. in *Pison.* v. 132. *Paulanus iuxta cor Dei.*

Dicit cor flammis exæstuans,& vox *Charitas.* Concaluit cor in penetrali pectoris, & illicò exarsit ignis ; ut esset elatus ubi fervida flamma, quando uti minimus fursùm iacebat in terra. *Iacebat, & fursùm?* Alius qui iuxta cor Dei, objiciendus in exemplum. Ut eligeretur in regimen totius Israël, mittitur à Domino Samuel in domum Isai. Exponuntur eius filij staturà sublimes, sed cœlestis incapaces electionis. Sedebat Samuel expectans quem ex illis designabat Dominus, & oleum fluere recusabat, iuxta Rabinos. Nihil mirum, *inter filios Isai deërat maior*: ait Philo de *Plantat. Noë.* Samuel expavit, patrique dixit: *Nunquid iam completi sunt filij?* Philo.

1. Reg. 16. 11.

Respondit : *Adhuc reliquus est parvulus* (Hebr.& Alapid. *Minimus*) *& pascit oves.* Difficile prorsùm argumentum. Si deëst minimus inter germanorum gregem, quomodò dicitur abesse maiorem ? *Magna est virtus, magna celsitudo humilium*: subdit Greg. Magnus. Humilitas sustollit, quem cognitione deprimit: & cùm humilis conditio sit depressio, à Gregorio signatur celsitudo; quippe maior inter maiores habetur, qui apud se ut minimus habebatur. Pendit Gregorius contextum in nostrum propositum. Accedente Minimo inter fratres, & genuflexo ad pedes Samuelis, huic dicit Dominus : *Surge & unge eum* : ipse ( Hebr. *Iste* ) *est enim.* Floridè Gregorius. *An tantus erat parvulus* ( inquit ) *ut sedendo ungi non posset ? Sedendo quippe tangere alta non possumus. Magna est virtus, magna celsitudo humilium, si ad eorum summa nec prophetæ pertingunt. Surgit ergo propheta cùm se pontifex in miram electi venerationem erigit.* Unde in tanta elevatione, ut necesse sit surgere in unctionem capitis,proni ad electoris pedes? Quomodò ita eminebat, qui humi prostratus ? Tantus erat minimus, quem humilitatis extulit,dum cor ad sublimitatem iacuit : etenim opus fuit virum magnum surgendo linquere sedem ; ut Minimi posset adæquare celsitudinem. Vernaculè : *Mucha es la grandeza, quando Samuel no la alcanza.* Ad eius summa haud pertingit propheta; celsitudo humilis summa. Ubi apex celsus, sedendo alta tangere non possumus : præcipiturque surgere, humilitate iacente ; quippequàm humilis ultrà in summa cacuminis elevatur, dum excelsus, ut eius verticem tangat, quamvis excelsus erigitur. Patet incognita gloria : grandis virturis Samuelis & corporis statura; sed maior Minimus vel genuflexus in terra. Accinit Paulin. ad *Cyther.* v. 603.

Greg. Pap. *Cur maior inter maiores?*

V. 12.

Idem.

*Celsitudo eius summa.*

*Humilis corde celsa virtutum gerens* Paulin.
*Ascendit in regni thronum.*

5 Patet imago Francisci, dum maior existit, qui Minimus degit. *Nullum se dicebat, nihil se vocabat* : inquit Sanctorus in eius vit. *Nihil se dicebat.*

*Qui sibi satis placet, non probus est*;
*Qui se contemnit, in eo est indoles industriæ.* Plaut.

Modulatur Plautus in *Trinum.* Act. 2. scen. 2. v. 40. Arrisit sententia Cypriano,qui de *Bono patient.*subdit:*Qui humiles non sunt, sed sibi multùm placent ; hoc ipso quòd sibi placeant, Deo displicent.* Cyprian. Ac quænam industria in huiusmodi sese contemnentis indole, ut ars sit in cordis humilitate ? Quid enim maius & industrius, quàm ex minimo maximus ? De Margarita dicit Plin. lib. 9. cap. 35. *Dos omnis in pondere* : igitur procul illo, Plin. species tantum inflata sine pretiositate: non enim pretiositas, pretiositatis species. Rueus lib.2.de *Gemm.*cap.13.subdit: *Præferuntur quæ candidissimæ, levissimæ & minimi ponderis sunt.* Rueus. Haud facilis pretiositas margaritæ ex pondere & levitate, ut dos sit summi atque minimi ponderis. Exponit argumentum Albert. Magn. serm.3. *Dominic. Advent.* ubi *Humilitas est oculus animæ, & pretiosa margarita.* Perpropriè, ut in illa videatur indoles industriæ: igitur cùm Deus cor exaltet, quod humilitas deprimit;pretiositas videtur in humilitate cum pondere ac sine pondere: cum pondere, quippe humilis sese calcat usque in ima : sine pondere, quia pondere elevatur usque in æthera. Statera ab humilitate formatur,quæ quidem non æqui ponderis, ut eius summa sit artis; sed lancis vacuæ atque plenæ: equidem cùm unius depressio, sit alterius exaltatio; Deus plus erigit, quò magis cor præ humilitate cadit. Ibi videtur in margarita summum pondus & pondus nullum : pondus quo in ima vergit, ac sine pondere surgit. Unde cùm ex premio ac merito construatur dextrè statera; *gloriatur frater humilis in exaltatione sua.* Vide dicta *Tom.* 2. *T.* 12. *D.* 3 Matth. 13. 46. Alb. Magn. *Unde humilitas bilanx?* Iacob. 1. 9.

——— *Ex nihilo summum*
*Cæcaque materies cœlum perfecit & orbem.* Manil. 1. cap. 2. v. 12.

Isai. 32.19. *Ars humilitatis.*

6 *Humilitate humiliabitur* : phrasis est Scripturæ. Quorsùm *Humilitate* regeritur, *si humiliabitur* ? An in discrimen humilitatis & humiliationis ? Arbitror in effectum veræ industriæ humilitatis; ut cor ascendat, dum sui cognitio voluntatem gravat : equidem ubi ad nihil cognitione redigitur, humilitate exaltatur.

Æschyl.

*Ascende deòrsùm.*

Dixit Æschylus in *Prometh.* v. 74. Quomodò deorsùm, cogitabitur ascensio ; si deorsùm videtur ab ascensu declinatio? Deorsùm, haud ascensus, sed pronè ruina ; quoniam si in excelsum, suprà. Indoles est in industria humilitatis, sublimi abiectione cordis : diciturque meditanter & ascendere & deorsùm; quippequam præ humilitate qui descendit semper sursùm. O Franciscе ! O Deus humilium celsitudo, & adhuc in hoc sæculo inclyta glorificatio! O Franciscе, quia Minimus, maximus & optimus!

*Tu princeps auctorque sacri genimini tanti.*

Manil. d. 1. v. 30.

*Per te iam cœlum in terris, iam sidera nota:*

*Sublimes aperire vias, unumque sub orbem*

*Et per inane suis parentia finibus astra:*

Posuisti in pulvere os tuum, quin frustraretur spes : equidem cœli tetigisti summitatem, ubi redactus in pulverem.

Virgil.

——*Iam pulvere cœlum*

*Stare vident.*

*Quomodò cœlum fiat pulvere?*

Canit Virgilius 12. *Æneid.* v. 407. expositio est testimonij Isaiæ, 40. 22. de Deo asserentis : *Extendit velut nihilum cœlos*: de quo egimus, *Tom.* 1. *T.* 6. *D.* 4. *à n.* 8. De mente Virgilij late Iacob. Durant. Cassel. *Var. Lect.* lib. 2. cap. 4. ex Gell. *lib.* 8. *cap.* 5. & La-Zerd. hìc. Fundamentum cœli pulvis ? Utique, pro speculo ingeniosæ humilitatis : igitur qui usque in pulverem humilitate redigitur, usque in cœlum elevatur.

Stat.

*Unde pulvereo stant globo?*

*Quia Franciscus usque ad pulverem pronus, usque in cœlum elevatus.*

Inquirit 7. *Thebaid.* v. 122. Profanus. Respondet citò Franciscus : etenim humilitas cœlesti rutilat in firmamento splendore; quippe totus splendor stat in pulvere. *Laudate* ( inquit Evangelicus Vates ) *qui habitatis in pulvere, quia ros lucis.* Lux potiùs à cœlo, quàm à luto, cuius nullus splendor ; & totus, quia splendor nullus: etenim cùm humilitas per abiectionem eliceat splendoris plenitudinem; micat ros lucis cœlestis in exiguitate pulveris. *Minimum de se sensisse* ( ait Chrysostom. Homil. 3. in *Matth.* ) *tam magnum est, quàm maximas res feciſſe.* Franciscus utrumque fecit. Hæc illi specialis gloria: fecit enim mirabilia in vita sua : de se minimè sensit, & Minus maxima mirabilia patravit.

Isai. 26.19.

Chrysost.

7 *A nautis reiectus* ( dicunt AA. præfati ) *Siciliæ fretum, strato super fluctibus pallio, cum socio transmisit.* En singulare miraculum : unde causa ? Quia se iudicabat minimum, imò nullum. *Domine* ( dixit Petrus ) *iube me venire ad te super aquas : & descendens Petrus de navicula, ambulabat super aquam.* Quomodò factum est istud, quod est mirabile in oculis nostris ; disputant sacri Interpretes. Oriri quibat ex eo quòd aquis data soliditas, vel collata corpori levitas. Sed inquiro : quare Petrus ne summergeretur, optat miraculum, sed iussum à Domino? Ne contingeret naturaliter summersio. Singularis cupiebat esse Petrus, & videri aliquis, magnitudine favoris ; siquidem singularis inter reliquos sublimitas, ambulare super aquas. Haud cupiebat in illo honore esse minor, sed præ ceteris miraculo videri maior : iussioque Salvatoris expectatur, ne ambulando per fluctus summergeretur; quippequàm quin mergeretur super aquas ambularet, si se nullum vel minimum ad illam gratiam sentiret. Qui nihil est, non est aliquid. Qui aliquid magnum, & magnitudo ducitur nihili; omninò leve. Leve fertur ab aqua, tanquàm spuma. Haud aliter, dum nulla, aut minima summa iudicatur excellentia. Unde in miraculo Petri, cum discrimine miraculi ; quia excellentiam singularem, uti excellentiam censebat ; minimè super aquas ferebatur, sed ambulabat. Est pondus naturale corpori, quod surripitur ab humilitate ; in iudicante nulla, quæ ab alijs videntur magna : unde cum à pondere pondus detrahat, qua corpus gravat ; patet connaturale in Francisco, quod miraculum in Petro : etenim cùm Minimum sublevasset humilitas; spiritus promptè ferebatur super aquas. Cedit mare homini qui à se recedit : ubi pondus, videt & fugit : Franciscique pedibus iacet, dum se summum, nullum credit ; quoniam præ humilitate minimum plenum virtutibus cor, ut super aquas feratur, tanquàm nihilum & inane reputatum est ei. Non timet in naufragium ventum validum, qui ambulat super pennas ventorum. Vestigia enim in aquis non cognoscuntur, si ponderis nec vestigium.

Matth. 14. à 28.

*Æstimatio sui naufragium virtutis.*

*Humilitas Francisco detraxit pondera corporis.*

Por-

Portendis Franciſce, ſi extendis pallium; quidem ubi præ humilitate nimia ſine pondere, in mari mirabiles viæ tuæ.

Ezech. 26. à 20. 8 *Cùm dedero gloriam in terra viventium, ad nihilum redigam te*: de Tyro habitante in mari, dicit Dominus per Ezechielem. Altiore ſenſu intelligitur de Paulano Franciſco, à nautis reiecto; ſed habitante in medio maris in conciliationem ſtuporis: igitur pede ſicco, uſus in portum, tanquam naviculâ, pallio.

Iuvenc. 3. v. 115. ——*Innixus figit veſtigia ponto.*

Ita datur illi gloria, etiam in morientium terra; ut conſtet in ſpectaculum, qualis in terra viventium. At quare de aquarum cogerie in corpore triumphus, quia ad nihilum eſt redactus? Ut videretur modus humilitatis in molem exaltationis: ſiquidem Franciſcum ita elevavit, ut ferri ſuper aquas tutò poſſet. Nihil ſe arbitrabatur: & ſine diſcrimine ſuper fluctus pallio fertur; quippe ad nihilum redacti præ humilitate, librabat pondus corporis ſine pondere. Succinit Paulin. *Natal.* 8. v. 61.

Paulin. ——*Honorem*
*Contempſit proprium Domini pro nomine Chriſti,*
*Vilior ipſe ſibi.*

Sibi vilior, ſed humilitate celſior, habens animam in mari; per quod ferebatur corpore, ſine miraculi novitate, in novitate ſingularis prodigij: etenim iterùm profundior abyſſo humilitas, firmavit terram corporis ſuper aquas. Profundiora & excelſiora latent. Pende. *Cùm dedero gloriam in terra.* Maldonat. hìc: *Cùm dedero gloriam meam in*

Iob. 9. 8. *terra.* Quæ enim Domini gloria videnda in terra? Dicit Iobus: *Qui extendit cœlos* (*pallium, veſtimentum*: legit Maluenda hìc ex *Pſalm.* 103. 2.) *ſolus, & graditur ſuper fluctus maris.* Elucet itaque in terra, Dei Paulano communicata gloria, reiecto à nautis, ne tranſiret fretum: etenim ſuper fluctus Franciſcus extendens pallium, factus prodigium multis, greſſus direxit ſuper fluctus maris. Hæc humilitatis celſitas.

*Quomodò illi Numinis communicata gloria?*

*Ille ſuper fluctus ſpatiatur, & æquoris undas.*

Modulatur Mellius Souſa hìc. Dominatur poteſtati maris, & mitigat motum

Souſ. fluctuum, ut naviculâ pallij felix perveniat in portum. Utitur pallio, cœlumque dicitur, dum ſuper fluctus extenditur: iure, ut indicetur, quo pervenerit Franciſcus humilitate: etenim ſi graditur ſuper æquora pallio, ſignum planè iam inhabitare cœlo. Graditur Deus ſolus ſuper maris tumentes undique fluctus: Franciſcus extento pallio non ſolus: igitur ut magis coruſcaret miraculum; cùm ſocio totum Siculum traiecit fretum. Ne mergeretur, mare palliolo tranſivit, ſed ampliore prodigio ſicco pede ſeſe merſit: ſiquidem cùm ſe ſublimem videret, ita liberum ab undis; ſeſe ſummerſit in mari profundiore humilitatis.

9 *Humilitas vera* (dictitabat Ægidius apud Piſan. *lib.* 1. *Conſeſſ.* 8.) *ut homo nihil ſit in oculis ſuis, efficit.* Unde ut taxat Hieronym. *Epiſt.* 27. *Multi humilitatis umbram, veritatem pauci ſectantur.* Verè humilis Franciſcus, qui cùm eſſet mirabilis, nihil erat in oculis ſuis, inquirens abſconditam veritatem, haud humilitatis evanidum ſplendorem: at eius humilitas attentè conſideranda, ut emineàt excellentia. Humilitate vel humiliatione humiliari, eſt in diſcrimine. Cadit ſuperbia in humiliatione, ſed non in humilitate, quippe hæc mentis, illa corporis; & non omnis honorificentiæ ſtudium humilitatis definitur, etſi ſtudiò deäuretur: *at poteſt eſſe humilis* (ut obſervat Bernard. ſerm. 34. in *Cantic.* n. 3.) *qui humiliationem convertit in humilitatem.* Etiam eſt diſcrimen inter humilitatem & humilitatem; quippe eſt humilitas ex neceſsitate, & humilitas ex cognitione Vide dicta hìc *Taulog. præced.* n. 36. Formatur humilitas ex neceſsitate, cognitâ culpâ: ex cognitione, perfectionis ignorantia, de qua egimus, *Tom.* 1. *T.* 6. *D.* 4. & *Tom.* 2. *T.* 12. *D.* 3. & etiam ex perfectione cognita; quippe humilis talem ſe offert, qualem ſe eſſe prorsùm neſcit; ut Chriſtus ſe exhibuit in Circunciſione, Baptiſmo, ſolutione tributi, liber à lege, uti obſervavimus ex Bernardo, *Tom.* 5. *T.* 9. *D.* 6. Alia meditatur Paulanus, excellentiæ conſcius & neſcius, ſeſeque exhibet, quaſi quis eſſet neſciret; igitur propter honorem tantùm humilitatis, celavit in excellentiam excellentiam cognitionis.

Piſan. Hieron. *Qui mirabilis, nihil in oculis ſuis.*

Bernard. *Diſcrimen inter humiliationem & humilitatem, ac inter hanc & eius perfectionem.*

10 In imitationem perfectionis huiuſce

ur-

urget discipulos Paulus, dicens: *Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam* Philip. 2. à 5. *arbitratus est, esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.* Quorsùm huiusmodi divinitatis arcanum? In humilitatis exemplum. *Talem se obtulit, qualem esse nescivit* (inquit Bernard. serm. 42. in *Cantic.* n. 7.) *magis autem placuit, minimum reputari, qui se summum non ignorabat*: etenim summa humilitatis excellentia, apparere minimum in servili forma humana; & cognoscere se summum, cùm esset in Dei forma. Æqualis erat Deo, cùm esset in forma Dei. Cur ergo in hac forma, formâ servi non ostensâ, iudicaretur rapina, quasi furtum Deitatis in esse Numinis? Est honor Numinis & honor humilitatis: honor Numinis; dum ostenditur, quod verè cognoscitur; honor humilitatis; dum contra quod cognoscitur, maximum ut minimum exhibetur: in hisque articulis rapina diceretur humilitatis, non Numinis; quia si se non exhiberet, qualem esse nesciret, non Numen offenderet, cùm esset Numen: verùm ab humilitate splendidiorem abstulisset honorem; igitur in illa summum, se exhibere tanquàm minimum, qui se cognoscebat maximum. Plus quàm homo erat, & ne patescere plus, usque in minimum exinanivit se; ut exemplum haberet humilitas, ubi celata non incognita maiestas: etenim ut eius humilitatis emineret magnitudo; qui in forma Dei, habitu inventus ut homo.

Bernard.

*In humilitate sublime; se exhibere minimum, & cognoscere maximum.*

11 Minimum se dicit Franciscus, imò nullum, imò nihil. Semetipsum exinanivit, sed exinanitione extulit; igitur apparuit, qualem se esse nescivit. *Magna & rara virtus profectò est* (exponit Bernard. serm. 13. in *Cantic. num.* 3.) *ut magna licèt operantem, magnum te nescias; & manifestam omnibus, tuam te solum latere sanctitatem: mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare. Hoc ergo ipsis virtutibus mirabilibus mirabilius indico.* Hæc videntur in humilitate summa, & sunt ampliora. *Ad nihilum redactus sum & nescivi.* David ad nihilum præ humilitate redigitur; sed nescit: Franciscus ad nihilum redigitur, sed cognoscit. Unde in humilitatis perfectione summa, ex cognitione perfectionis vel ignorantia? Ex cognitione contra cognitionem, comite humilitate: etenim qui ignorat, non habet unde exaltetur: ibi perfectio cognoscitur, & excellentior: quandoquidem patet humilior, qui se exhibet aliter quam esse cognoscit; quàm qui humiliatur, & perfectum sese nescit. Hic nescit, an perfectus in humilitate sit: ille cognoscit quòd est: & cùm ex inanitione maior resultet humilitas, ac ex humilitate celsitas; humilior apparet, qui nescit perfectionem, quasi nesciret. In Moyse videtur utrumque. Descendit ergo splendidus de monte: at in huiusmodi luce, *ignorabat, quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini.* Exod. 34. 29. Claritatem populus videbat, sed effulgens ignorabat. Magna & rara virtus, ut qui magna facit, magnum se ignoret: at favet cœlum, intendens humilem videri glorioſum: igitur sepultam conatur ab humilitate ostendere claritatem; ubi humilis proprium non cognoscit splendorem. Magna profectò & rara virtus: verùm in virtute maius, sese ut minimum occultare, & alijs mirabilem apparere. Hoc splendore Moyses, à cœlo donatus, ne ostenderet gloriam; *posuit velamen super faciem suam.* Pridem ignorabat, modò sciebat, per maiorem humilitatem, humilitatis construens exaltationem: equidem maior, dum ab utraque splendor; ubi Moyses scivit & se velamine ostendit, qualem se esse splendore nescivit. *Humilitas in honore* (ait Alapid. loc. cit. ad *Philipp.*) *honor est ipsius honoris, & dignitas dignitatis.* Dum amittitur honor, acquiritur amplior: equidem ampliorem parit honorem: præterire quasi propriam in honore perviam luminibus dignitatem.

V. 33. *Honoris honor humilitas in honore.*

Alapid.

12 Hinc discrimen humilitatis in humilitatem mentis, & humilitatem cordis, de qua Bernard. Serm. 4. *Advent.* n. 4. Exemplum patet hìc, ut de Francisco sentiatur, quod & in Christo Iesu. Iesus ergo de seipso infallibiliter dicit: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Matth. 11. 29. Cur tantùm dicit cordis & non mentis? An quia spectabilior flos humilitatis egrediens è radice cordis? Profundius insinuatur arcanum. Quod ex corde, ex voluntate est: quod ex cognitione, ex mente. Qui ex mente humilis, se cognoscit inferiorem. Qui ex corde, non cognoscit, sed vult esse: & esse vult humilis corde, quod appetit; quoniam apparere satagit, contra quæ volens cognoscit. *In contemptu superbiæ*; dicit Tautologia. Iudit. 13. 28.

Bernard. *Singularis perfectio humilitatis quænam?* Psal. 72. 22.

*Quænam in Francisco humilitas cordis & mentis.*

Fran-

Franciſci relucet plauſus, uti inimicus Lucifer factus confuſus. Sine ſuperbia eſt contemptus; ubi ſibi qui excelſus videtur nullus: equidem ſi ſuperbia ex gloria viſa; maxima profectò gloria, ſi contemnitur ſuperbia, quoniam in ſummum extollitur, ſi in gloriæ fugam à videnti non videatur. *Eſt autem* (inquit Auguſtin. *Epiſt.* 56.) *prima humilitas, ſecunda humilitas, tertia humilitas.* Hos ſublimes humilitatis gradus pervolavit Franciſcus: igitur perfectè ſe ignoravit, ſe cognovit in tanta chariſmatum maieſtate; ut luceret in cunctis humilis corde, & appareret maximus, qui præ humilitate antonomaſticè Minimus. Videtur in Franciſco, ut ex Iuvenale dicamus, Satyr. 3. v. 39.

Auguſtin.

Iuvenal. *Quales ex humili magna ad faſtigia rerum*
*Extollit.*

## DIDASC. VI.

### *Peſsimum ſignum, peccare; & impunè exire.*

1 HInc quod primò videbatur grave, decurſu temporis patienti videtur leve; deinde dulce ſuaviſsimà, acerbitate, appetibile ex ipſa allectrice amaritudine, ubi vulnera delectant; quoniam eſſe ſub ſentibus delitias computant.

Souſ. in Iob. 30. *Has inter ſalebras, hæc inter devia læti,*
*Delicias duxere diu, ſub ſentibus eſſe.*

Quale cor durum? *Solum eſt cor durum* (inſit Bernard. 1. *Conſid. ad Eugen.* cap. 2. *n.* 3.) *quod ſemetipſum non exhorret, quia nec ſentit. Ipſum eſt, quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec movetur precibus: minis non cedit, flagellis*

Bernard. *induratur. Ingratum ad beneficia eſt, ad conſilia infidum, ad iudicia ſævum, inverecundum ad turpia, impavidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad divina, præteritorum obliviſcens, præſentia negligens, futura non providens.* Quæ Deus non molitur, ut ſiccine lapideum, convertatur in carneum? Sed ridetur, quippe inſenſibili duritia nec minis concutitur, neque flagellis atteritur. Unde cùm Deus videat medicam inibus operam perdere, votaque fruſtrari; ut veniant in interitum, eos relinquit in deſideria prava cordis eorum.

2 *Curavimus Babylonem & non eſt ſanata*: dicunt Angeli medici iuxta Origen. Homil. 2. in *Ierem.* Supplicia curationi tanquàm medicamina appoſita; cæterùm cuncta inutilia, quoniam quotidie vulnera ex medicina maiora: indulgentia non ſapit, vulnere nec erubeſcit; quin liberetur à lethali languore, adhibitis ferro & igne. Ier. 51. 9.

*Crudelem medicum intemperans æger facit.* Pub. Syr. v. 230.

Uſque ad vivum ſecta putrida; ſed Babylon obſtinata, quin ſentiret periculum, nec prævideret interitum. Quid ergo faciendum in medicinam? *Derelinquamus eam.* Terribile prorsùm iudicium! Igitur nullum magis acerbum; quàm derelinqui ſine medicamine, ubi deſperatur intemperantiâ decumbentis de ſalute. Medicus, ſi ſpem concipit valetudinis ægrotantis; ut medicina proficiat, abſtinentiam indicit ab his vel ab alijs cibis. Deſperato indulget, quia deſperatus, concedens quæcunque velit. Hac utitur indulgentiâ, quia de ſalute ſpes vacua: medicamen non apponit, totum naturæ committit, indicans periculum iacentis, cui non medicamen efficacia medicaminis: etenim futura profectò mors; quia nulla datur ſpes. *Subitò cecidit Babylon*: præmittit Propheta. Cecidit; & ſubitò, ubi de ruina nec concepta cogitatio. Comprobavit exitus in ruinam obſtinationem cordis ad medelam; uti indicem peccatoris, cæci ac obſtinati in malis: derelicti à medico, & in maiori periculo; quin periculum cognoſcat, dum confidentia de indultis ſæpe ſupplantat: ſiquidem nullum maius, quàm relinquere ægrotum vivere ad lubitum, uti in morbo deſperatum. Ibid. *Terribile iudicium, ſine præſenti iudicio grave peccatum.* V 8.

3 Perſpicuiùs. Medicamina vulneribus peccatorum ſunt appetitus inordinati vexationes, ut frugi reddantur atque in bona ſalutis. Student iniquitati, ſed ita reprobi; ut diſsipati ſint, ſed non compuncti, theſaurizantes ſibi iram in die vindictæ. Quia citò non profertur ſententia, maiora perpetrant mala. Quia fuere felices, infelices ſunt; tribuentes, fortunæ, quod erat propter pœnitentiã gratię. Unde aptè Pomey in *Libitin* accinit: *Qui ita felices, omninò miſerabiles.*

*Fe-*

Pomey. *Felix, si felix non nimis ille foret.*

Astipulatur Seneca de *Provident.* cap. 4. *Fugite* (inquit) *delitias. Fugite enervatam felicitatem, qua animi permadescunt, nisi aliquid intervenit, quod humanę sortis admoneat, velut perpetuâ ebrietate sopiti. Periculosissima felicitatis intemperantia est, movet cerebrum, in vanas mentis imagines evocat: multum inter falsum ac verum mediæ caliginis fundit. Eos autem quibus Deus indulgere videtur, quibus parcere, venturis malis servat. Quisquis videtur dimissus esse, dilatus est.* En repentina subversio, quia impunis per totam vitam præceptorum disruptio, intemperantiâ cupiditatis, atque vanitate mentis; quibus medicamina ex tribulatione apposita, quæ non fuerunt medicamina; illaque Deus per vexationes omisit; dum per ictus infligtos curari renuit; ut cognosceret per ruinam, quam infelicem fuisse sine vexamine noxam, igitur malum ut reprobationis signum, sine supplicio præterire peccatum. Liquet: si peccati medicamen, vulnerum designamus vexationem; naturalis desperatio ægroti, absque ullo in salutem medicamine.

Senec.

*Reprobationis signum sine vexamine præteriri peccatū*

Ovid. 7. *Met.* fab. 25. *Pugnatum ex arte medendi.*
*Exitium superabat opem.*

Igitur à medico nullus dolor adhibitus in medicamen.

4 Deliquit Israel, cordis idola sequens, nec minis, nec malis sapiens. In mentem bonam, varijs acerbitatibus specie nocendi Deus, estò offensus, applicabat medicinam; sed ridebatur: Deus non irridetur. Unde perculsus opere irrito ac conamine frustrato, dirè indulget, pertæsusque in odium profert: *Non visitabo super filias vestras, cùm fuerint fornicatæ: & super sponsas vestras, cùm adulteravirint.* Ideſt, indulgebo, cùm ita exultent venundati sub peccato. Connivet, dum iustitia in pœnam iudicem urget? Urget in vehementiorem cruciatibus pœnam, ubi sine supplicio gravem, frequentem prætermittit culpam: etenim cùm in obstinatis sint irrevocabilia desideria, ex quibus animæ mortifera vulnera (quæ tantùm sanari possunt sensu doloris, nec sentiunt dolorem vulneris) demittit Deus secundum desideria prava sine medicamine pœnarum lethalia vulnera, ut quod moritur moriatur, & succidatur in æternum, quod succiditur, impletà in cunctis iustitiâ, quia impunitate ad tempus prætermissa peccata: igitur maius inter tormenta supplicium, non apponere per pœnas medicamentum. Exponit ad unguem Hieronymus. *Grandis offensa est* (subdit hic) *postquam peccaveris, iram Domini non mereri; qui in tantùm iratus est, ut nequaquàm percutiat delinquentes. Qui amatur, corripitur: qui negligitur, suis peccatis dimittitur. Quando videris peccatorem divitijs affluere, iactare se potentiâ, sanitate gaudere; dicito in illo comminationem Prophetæ esse completam: Non visitabo super filias vestras cùm fuerint fornicatæ.* Qui per ultionem non præmittit ex transgressione cruciamen; desperat emendationem: Deus in salutem vulneratorum fungitur medici officio: desperansque salutem, loquitur, *Non visitabo*, quia cùm videret visitatione nil profici, nec dignatur ut medicus visitare. Profectò clementer vel ipsis doloribus visitasset, si spem de conversione peccatorum concepisset: sed cùm ex despectu medicinæ meditaretur gravitatem pœnę; pœnis nequaquam visitavit crimen, quia decreverat populum relinqui in captivitatem.

Hieron.

*Deus erga illos cur se gerat ut medicus?*

Iudith.

5 *In contemptum superbiæ* animahorum adinstat Holofernis, *Deum Israël contempsit.* Invitat Deus saucium criminibus, acerbis doloribus, in animæ medicamen, per criminum pœnitudinem, atque cogitationum conversionem. Contemnit medicinam, qui medici fugere debet offensam; ne fastidio ægrum relinquat in morbo, ac in maiori salutis periculo. Unde Deus medicus quia illusus, non dignatur saucium visitare ut medicus, imò contemnens relinquit; quia ægrotus lethaliter Deum Israël superbissimè contempsit. Dimittit enim cœlestis medicus illum iuxta cupiditatum desiderium; quippe videt vulneribus ac criminibus, ut pereat, præcipitem, desperatum. In duobus hircis pro die expiationis peccatorum filiorum Israël, patet durum in conversionem, simulque docile cor. *Duos hircos* (dicitur de Aarone) *stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonij, mittensque super utrumque sortem, unam Domino, & alteram capro emissario. Cuius exierit sors Domino, offeret illum pro peccato: cuius autem in caprum emissarium, statuet eum vivum coram Domino, ut fundat preces super eum, & emittat eum in-*

Osee. 4. 14.

*In obstinatis irrevocabilia peccatorum desideria.*

*Summa peccatori plaga, tradi in cordis desiderio.*

Lev. 16. 7.

*in solitudinem.* Sicut per agnos signantur prædestinati ad gloriam, ita per hœdos destinati in flammam: hæc est sors quæ super utrumque in sententia Venerabilis Bedæ. Quare ergo si per utrumque signatur peccator; unus in salutem assumitur, & alter in perditionem relinquitur? Uterque in Sanctuario est: cur igitur utriusque diversa sors? Quia alter illæsus abit, alter vulneratus cedit. Peccatores, maximè qui de sæculi solitudine vocantur in templum Regis, legum fiunt atque institutorum transgressores. Ægrotant lethaliter sustinentes passiones peccatorum; sed alij convertuntur, & alij non convertuntur: unde his in morte morbus, & illis à morbo salus. Hirci coram Domino, vulnerum medico, languentes apparent; sed non uterque in salutem, constante discrimine dolore vel non dolore: etenim salvus fit vulnere destinatus in Sanctuarium, & perit sine vulnere dimissus vivere ad lubitum.

*Qui declaratur reprobus.*

6 Ulteriùs. Uterque vagè vivebat cervicosè instar hirci, sine lege. Legis vinculis sunt coram Domino tracti; & alius detinetur, ut salutem recipiat, & alius solvitur, ut miserè pereat: equidem signum reprobationis, expulsione gratiæ, duritiâ criminis; vincula absque huius supplicio solvere, ut possit pravus sine lege vivere. Ducebatur ergo caper emissarius in desertum; sed *per illum qui eum deferebat* (ait hìc ex Rabbin. Oleäster) *ex altissimo monte præcipitabatur.* Si portitor diabolus est, quadrat & ad unguem mos: quandoquidem non aliò à Sanctuario removet, ac in desertum ducit; nisi ut præcipitet. Vide in *Ephemer.* 10. *Septembr.* à n. 2. Alij dicunt in desertum portari, ut erraret in deserto. O Monachi! Cavete. Pœna instat, & vita supplicium gravat; modò in sæculum reportetur anima, à quo in Sanctuarium recesserat. Monachum, estò in sanctam civitatem assumptus, assumit diabolus. Patet: capri libertas, non libertas, sed captivitas: etenim ruinam ac lapsum diabolus instruit, dum permittitur, quòd erret. Idem quippe concedere libertatem, ac tendere in perditionem, mittique usque in Tartara præcipitem. Floridè Tertullian. ad *Senator.* à v. 1.

Pleaster.

*Præcipitatur à diabolo.*

*In Monacho idem quærere libertatem, ac perditionem*

*Cur linquenda tenes, aut cur retinenda relinquis?*
*Verè mente cares, sequerisque mente carentes.*

*Hæc iterùm repetis, nec te derelinquere sentis,*
*Quùm te diversis iterùm vanisque viderem*
*Inservire sacris, priscoque errore teneri.*

Tertul.

7 Præterea: Unus vulneribus sacrificatur: alter liber dimittitur. Vulneratur, ut vivat: liber evadit, ut pereat: igitur qui ut viveret adductus est in Sanctuarium; abducitur ut oberret totâ vitâ per desertum, sumens laboriosam libertatem, quin possit, nec velit reverti ad gregem, reditus frugi, cùm perseveret obstinatus in errore, præteritorum oblivisens, præsentia negligens, futura non providens: igitur hircus emissarius pravitate effectus, sine pastore, sine duce vagatur omnimodâ cupidinis libertate, ut pereât in ore lupi. Alia occurrit allegoria in aquis Iordanis cùm transiret Arca; igitur aquæ sunt allegoricè populi. Apocalips. 17. 15. Diviso ergo flumine, *steterunt aquæ, & ad instar montis intumescentes apparebant :: quæ autem inferiores erant, in mare descenderunt, usquequò omninó deficerent.* Cur igitur aquæ superiores divisi fluvij extolluntur, & pereuntes inferiores evanescunt? Omnes quasi aquæ dilabimur. Euripides in *Orest.* v. 981.

*Cur simili capro emissario?*

Iosue 3. 16.

*Tota vita instabilis vergit.*

Euripid.

Imitamurque aquas siccine divisas in animæ exaltationem, vel gravamen; dum dissentimur vel assentimur in crimen: elevanturque aquæ superiores (coram Arca, in qua inclusæ latæ leges) propensæ in lapsum, repressâ Dei mandato propensione naturali; & deficiunt inferiores, quippe ductæ libertate, naturali inclinatione: igitur deficit homo, si naturæ inclinationem cupiditatibus sequitur; & elevatur in vita, ubi propensio reprimitur. Vernaculè vigilanter: *Se elevaron, porque à vista de la ley, vencieron la inclinacion; y faltaron las primeras, dexandose llevar de su natural.* Quæ enim ductæ naturali inclinatione, præcipitantur in mare: utileque legis vinculum & arctum; ne homines tendant libertate in præcipitium.

*Extollitur qui se vincit: econtrà labitur.*

8 Astruit etiam Stoicus, d. cap. 1. *Itaque* (inquit) *cùm videris bonos viros acceptosque Dijs laborare, sudare, per arduum ascendere; malos autem lasciviri, & voluptatibus fluere; cogita filiorum nos molestiâ delectari, vernularum licentiâ. Illos disciplinâ tristiori contine-*

Senec.

*ri, horum ali audaciam. Idem tibi de Deo liqueät* : igitur favet, dum præcipites reprimit ; & castigat, dum peccantes transit, quasi dormitet. Vidimus Dei iudicium conniventis ad peccatum, quin ulciscceretur iniquitates, propter acriorem gravitatem ultionis. Unde per Ezechielem dicit rebelli Israël : *Requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te* (idest, inflammatio correctionis nimis diligentis, ne quid in actionibus deliret amusis) *& quiescam, ne irascar amplius*. Summa indignatio vigilanter exprimitur, ubi tot offensis Deus petitus non irascitur ? Utique : maior Numinis indignatio viso crimine, absque ulla in criminosos indignatione : igitur meditatur de salute desperatus exitium, si prætermittit vindex sine vexatione peccatum. *Necesse est* (inquit Gregor. Magn. hìc *homil.* 12.) *ut peccatores tunc consideremus amplius miseros, quando eos conspicimus in culpa sua sine flagello derelictos* : etenim maius in vindictam cogitationis molimen, claudere sub silentio conceptam indignationem : ardet enim punctus cuspide dedecoris animus;

Ezechiel. 16 42.

*Maior Dei indignatio ubi in crimen nulla indignationis ostensio.*

Greg. Pap.

Virgil. 1. Æneid. v. 40

——*Servans sub pectore vulnus.*

Explicatque cum spe conversionis pectoris charitatem, ubi quasi fastiditus explicat indignationem.

9 Qui dixerat : *Non visitabo* (ut vidimus *n.* 4.) *super filias vestras, cùm fuerint fornicatæ*, ut acerbior lateret, cùm indignationem præteriret ; subdit: *Recordabitur iniquitatis & visitabit peccata*. Dum oblivisci tur, criminum recordatur : dum recordatur, planè oblivisci tur : equidem cùm recordatione plectat iniquitatem ; correptus crimen delebit per pœnitudinem; sicut meditatur plectere, dum videtur oblivisci. Illi vindicta & retributio in tempore ad præcipitium ; ut labatur pes eorum

Osee 8. 13.

——*Ultrixque manus mucrone furenti Ducitur, & siccum gladium vagina recusat.*

Claudian.

Ut canit Claudian. 2. in *Rufin.* v. 233. Perscrutemur testimonium. *Recordabitur iniquitatis, & visitabit peccata.* Cur igitur nunc prætermissa impunè discutit ? Ut castigatione per cruciamina emendet. Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris : postèà autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddit. Qualis fructus ? Infirmi atque saucij salus. Patet ex vocibus testimonij, dum Deus obijcitur vindex sub munere medici. *Visitabit peccata* : ergo sanabit ægrotantium vulnera. Si medicus visitet, spem salutis proculdubiò concipit. Ubi medicus languentem non visitat ; necesse, ut qui iacet, pereät : equidem cùm pœnis curentur animæ vulnera, & medicamenta in salutem sint amara ; ubi abest cordis dolor, criminis amaritudo, & medici visitatio, qui languet saucius habetur pro derelicto. *Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te* : dicit Dominus per prophetam. Hebr. Forster. & Maluend. *Resipisce, castigare, disciplinare Ierusalem, ne relinquam te.* Amat infirmitatis periculum, qui respuit medicum ; peccatumque nescit, quippe non luit : unde præcipitatur in peiora, quia in malis non sentit mala, ad quæ castigatio medicina, cuius acerbitate anima eruditur, ulcusque dolore cognoscitur : relinquiturque à medico, consulenti saluti, pœnarum pharmaco ; ut luat in morte, quicquid commisit impunè : igitur nec iacens præ peccatis admisit in salutem resipiscentiam, quippe procax sine fronte renuit accipere disciplinam. *Relinquam te.* Sanè terribilis vox, grave iudicium ; hominem regi iuxta arbitrium proprium. *Relinquam te.* Pavet vel cogitatione cor : igitur acrius supplicijs supplicium, à Numine, tradi mentem in reprobum sensum. *O Ierusalem! Fac meliora ut cogites* (inserit in *Paraphras.* Doctiss. Sanctius) *ne fortè deseraris à me sicut ægrotus, cuius á medico desperatur salus.* Beatus quem tu erudieris Domine disciplinis, ut mitiges ei à diebus malis : etenim ad mala pharmacum amaritudinum est mitigatio malorum.

*Sanè morietur infirmus, quem visitare non vult medicus.*

Ierem. 6. 8.

*Extremum malum improbo derelinqui à Deo*

Sanct.

10 Ipse, qui ut corrigat, corripit ; dicit : *Tantummodò vos cognovi ex omnibus cognationibus terræ : iccircò visitabo super vos omnes iniquitates vestras.* Iniquitates visitare, uti vidimus, est plectere : imò vulnera sanare : etenim manerent altis usque in præcordia vulneribus, ni medicus iacentes excitaret doloribus. Quia illos ex cunctis orbis cognationibus cognovit ; in illorum ex criminibus ulcera studiosè animadvertit. Languidiores Gentiles : utique, sed non curabiles : & quibus incurabili morbo, nulla fit à medicis visitatio. Visitat me-

Amos, 3. 2.

medicus, de queis concipitur salus. Nonnunquàm medicamen affert dolorem, qui expellit virus & crimen: dolorque infertur, dum visitatio in salutem exprimitur; quia qui vulnerati iacent, sine medici huiuscemodi visitatione perirent. Visitat Deus Hebræorum iniquitates, quia illos cognovit tantùm inter orbis nationes. Cognoscere sumitur hìc pro diligere. Vid. Hieronym. & Maldonat. ad illud Matth. 25. 12. *Nescio vos.* Quia amat, mortificat? Sane: quorum peccata non plectit, prorsùs odit. Sine dolore ab ægrotis non cognoscuntur vulnera; quibus vexationes vulnerum medicamenta. Deus ægros, ut curet, visitat: quia cognoscit figmentum, pharmacis vexat; explicans amorem & in salutem vexamen: equidem cùm nequirent curari sine ulcerum acri mortificatione, ægrosque diligat, quia medicamine sanitatem sperat; mortificat visitando, quia diligit, ut dolorum immissione dolentes curare possit. His patet expositio quæstionis excitatæ apud Orthodoxos: quomodò scilicet Deus sese gerat erga obstinatos & reprobos? Sequar & proferam illorum sententias, ut corruat saltem cordium formidine iniquitas. Signa graphicè oculis objiciuntur à Bernardo in *Libro Sententiar.* n. 29. & 42. *Reprobi* (inquit) *tria sperare dicuntur: voluptatem corporeàm sibi ad sufficientiam cumulari: momentaneàm gloriam sibi ad beätitudinem suffragari: mores suos & opera nullo posse iudicio reprobari.* Ex igne validæ concupiscentiæ horum nata iudicia, quorum *ignis fomenta, stipula cogitationis immundæ, fœnum locutionis pravæ, & lignum operationis illicitæ.* Per huiusmodi itaque exercitia elucet insensibilis ac cauteriata conscientia. Succinit Seneca in *Hippolyt.* v. 552. ac in *Medea*, sparsim à v. 444. & Sil. Ital. *lib.* 2. v. 500.

*Cognoscere pro diligere.*

*A Deo vulnera, vulnerum medicamenta.*

*Vota reproborum.*

Bernard.

*Nullum caret exemplo nefas.*
*Fructus sceleris, nullum putare.*
*Crevit ingenium malis.*

Senec.

*Scelere in uno non semel factum scelus.*
*Vis colitur, iuresque locum sibi vendicat ensis.*

Sil. Ital.

11 Primò sequi reprobos Deus suas cupiditates permittit, nec ab eis lapsus occasiones removet: qua felicitate estò cognoscant oppositionem legum, propositum illis perire, quippè propositum. Hispan. *Hacen empeño de condenarse, porque es empeño.*

*Quomodò Deus se gerat erga reprobos?*

*Gens inscia freni.*
*Scita patrum, & leges & iura, fidemque, Deosque*
*In dextra nunc esse sua. Pectus inane Deörum.*

Id. 1. à v. 215.

In labore hominum non sunt, quippe ad nutum felix fors. Voluntas eorum legis lex: unde cùm peccatum quæritur, & catervatim obvium, non invenitur ne flagellentur pro tempore cum hominibus, qui cruciandi in æternum cum dæmonibus. Cuncta aggrediuntur temerè, innixi comite nonnunquàm felicitate, arbitrantes futuram in cœlo gloriam, hominum ac Numinis ignominiam: quare cùm sit dolus in præceps, quem adoriuntur ascensum; traducunt illos ex adverso iniquitates illorum.

*Voluntas eorum legis lex.*

*Hic mortis locus, hoc umbris iter,*
*Hæc porta regni, hìc vicit error.*

Senec. *Herc. fur.* à v. 705.

Deus, ut ait Paulus, in hominum salutem, novissimis temporibus evulgavit appetituum frenum legem; *qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.* Hoc est, sequi suas concupiscentias, errores, ficta Numina ac cordis idola; ut observat Lorinus. Supplicium Gentibus his verbis meditanter indicatum, ut æmuli Gentium formident supplicium: igitur reprobis nullum magis grave; quàm à Deo in lubidinem dimitti: vivere enim ad lubitum conturbat sensum: cerebroque perturbato, pravo iudicio, amant errores ut eleges; & tanquàm suprema Numina, cordis concupiscentis abominabilia idola. Hic fructus demissionis Deitatis secundum desideria in adinventiones cordis. *Dimisit ingredi vias suas,* sequentes concupiscentias, ambitas ad votum, fortunà cadente in sinum. Haud secùs reprobi à Domino in voluptates dimissi: equidem blandimine falso, doloso felicitatis, vivunt inter electos vexatos quasi Gentiles. *Vias suas*, idest errantem lubidinem. Sanctius hìc n. 6. *Religionem.* Hinc maior error, & concupiscentiæ furor, confecto in damnum, quod obcæcatis videbatur obsequium: igitur augebant pondera comissi criminis, venerabili velamine religionis; quin in huiusmodi improbitatis anfractus sese cognoscerent derelictos à Deo.

Act. 14. 15.

*Deus relinquit vivere ad lubitum.*

Sanct.

12 Iuvat in errorem bonis temporalibus abundè frui, ne sit cogitatio cœli; quippe prosperitatibus tanquàm cœlum habent mundum. Quare adinstar talparum cæcutientium, oculos habent, sed non vident; quia non aperiunt in lucem, ut fragilitas bonorum illuminet crassam mentem: à morteque occupantur, quos capit simul infernus; dum ad lumen veritatis aperiunt oculos. Inter polluta *Talpa*. Moriuntur visione delectabilis splendoris, sicuti bonis studentes caducis: siquidem dormierunt somnum suum tempore mortis; & nihil invenerunt viri divitiarum in manibus suis. Bona mundi fascinant, & premunt oculos, ut videntes in tenebris visa non videant. Nescitur enim miseria, donec fodiatur peccatori fovea. *Miserrimos divities*: dicit Seneca, *Epist.* 94. sed nescit unde acerbior ærumna: equidem pœna pravis, ubi malitia accipit duplicia pro peccatis suis. Rident peccatores iustos, quasi essent sub fortuna, nequaquàm sub providentia.

*Replet bonis temporalibus.*

Levit. 11. 30.

Senec.

*Solutum omne decus.*

Et dum floret abundè flagitiorum prosperitas, deridetur iusti simplicitas. Herodes *sprevit* Christum *cum exercitu suo, & illusit indutum veste albâ*, quasi laborantem dementiâ. Quinam mente motus? Cum Herode eius exercitus; licèt Christo huiusmodi ludibrium validum vulnus: quandoquidem ultima prudentiæ plaga, quod insaniâ diceretur non tam cœlestis, quàm divina sapientia. Vernaculè: *Lo summo de los agravios, que por loco le tuviesse sin juicio un hato de locos.* Perscrutanda causa. Non benè conveniunt insania & prudentia, quarum opponuntur officia. Actio contraria amentiæ profectò favet rationi. Actiones Herodis ac ministrorum contrariæ operibus Christi: si exprimerent Christi prudentiam, propriam confiterentur insaniam: unde cùm apud insanos mera insania sit prudentia; ne haberentur pro vesanis, Christum mundo designant impotem mentis. Nihil habebant in illum accusationis, nisi quòd non esset ex illis. Hoc grave sauciæ crimine conscientiæ, actionum aversantium operatione: insanusque vocatur ac illuditur Christus; quippe bonus apud improbos semper habetur insanus. Quò venit & devenit in mundo iustorum sanctitas? Quò non pervenit improbitas? Plorabunt itaque inter flammas amentiam, qui vitam illorum æstimabant insaniam; uti præ nuditate opprobrium hominum & abiectio plebis: at sortes dividet iudicium mortis: quandoquidem qui felices vacuitate inanis prosperitatis, mirabuntur in subitatione insperatæ salutis.

Sil. Ital. d.

Luc. 23. 11.

*Quanta à mundanis Christi ludibria!*

*Iustus apud improbos semper habetur insanus.*

13 Hinc ab illis avertit Deus tribulationem, qua peccatores redeunt ad sanam mentem: equidem qui non redit dolore, sibi gratulatur de ægritudine. *Vox dilecti mei pulsantis*: dicit vel dormiens Sponsa. Dormit qui delinquit, sed negligentiam cognoscit, qui ita dormiens muneris obliviscitur; ut ad vocem unicam corditùs excitetur. Vox cognita indicat præ somno commissa levia: igitur in utramque aurem nequaquàm dormit, quæ vel dormiens vocem audit. *Vox dilecti pulsantis.* Vox vel ictus? dilectæ utrumque: alij excitantur per ictus; verùm quæ didigit, ad vocem aperit oculos. *Vox pulsantis*: protervis ictus getit vicem vocis. Stertit sopore gravi, qui non excitatur voce: voxque dicitur pulsantis, si inutilis pulsus vocis, quippequàm ferreus in peccatis somnus si in excitamen necessarius ictus. Claret in Petro dormiente: haud Angelica excitatur luce; nisi percusso latere: etenim ictus meditati amaritudinum ut cadant catenæ de manibus peccatorum.

Cant. 5. 2.

*Deus à reprobis amovet tribulationes.*

*Desine flere bonum tantum.*

Succinit Prudent. in *Peristeph.* v. 3743. Ictus ictus in vulnus non est, sed in salutem proficua dilecti vox: etenim eximiè diligit, qui ut excitet sopitos latera percutit. *Et hæc mihi consolatio, ut affligens me dolore, non parcat.* Iobo consolatio, quæ cæteris planè afflictio? Utique, Dei pulsantis ostenditur cordis dilectio: igitur estò afflictio carnem comprimat, compressio in solatium levat; eò quòd amor si hominem percutit, percutiat, ne delinquat, vel quia peccavit. Non enim est ictus, quo sanatur vulnus. Elucet amor, qui videtur dolor: discit iustitiam per illatam pœnam, cruciamine præparato; quippe iustitiam non discet, si miseretur impio. *Non intrent in iustitiam tuam*: dicit de protervis in culpa, ac flagitiosis David. Impunes optat? Nullo modo: prædicitur illorum iuxta protervitatem afflictio: etenim ignari discriminis corruent, cùm prærupta tuta iudicent. Caverent sanè nocua, si aliquo-

Prudent.

Iob. 6. 1.

*Quæ cæteris afflictio, iusto consolatio.*

Psal. 68. 28.

quomodò peccata plecterentur à iustitia ; in quam modò non intrant, ut plus qui impunes sine pœnitudine doleant: siquidem quia iustitia etiam peccando cessavit ; peccator pravus per pœnam scelera non cognovit, nec invenit insitam misericordiam, quia delinquens non intravit in iustitiam. Propter quod irritavit impius Deum ? Dixit enim in corde suo, *Non requiret.*

*Econtrà impio.*

Virgil. 6. Æneid. à v. 618.

——*Phlegyasque miserrimus omnes*
*Admonet & magnà testatur voce per umbras:*
*Discite iustitiam moniti, & non temnere Divos.*

14 Aliquando ergo Deus reprobos doloribus pungit, ac vexationibus admonet. *Increpat quoque per dolorem* (astruit Iobus) *in lectulo* : igitur, quia in multis multiplicatæ infirmitates eörum, postea acceleraverunt. Sed quid? Frustrà conflavit conflator: malitiæ enim illorum non sunt consumptæ. *Verberaverunt me, sed non dolui : traxerunt me, & ego non sensi.* Adinstar adamantis magis induratur, quò magis tunditur: patetque regi obstinatà improbitate, ubi iacet sine sensu, nec dolore, sequens conditione saxa, quæ moventur, verùm non dolent ad verbera. Expectat Deus in animarum vite putatione uvas, sed facit labruscas. Potens est Deus de istis lapidibus filios Abrahæ ictibus suscitare ; sed frustratur intentione. Expoliuntur enim in imaginem rudes lapides ictibus crebris; quippe Deus intendit facere percusso corde, conformes imaginis filij sui : sed laboravit in vanum, ubi inane amori tribulationum propositum : igitur laborans in peccatis eorum expendit cogitationis amantissimæ laborem ; dum morum ampliorem videt ex cura deformitatem. Facti sunt sicut *pannus menstruatæ*. Tametsi ablutione appareät colore puritas, remanet in vulnera nociva qualitas. Impij impiè agent, & ab iniquis egredietur iniquitas. Frustrà abluitur Æthiops.

Iob. 33.19.

*Qui magis induratur, quam magis tunditur.*

Prov. 23. 35.

Isai. 64.6.

*Nec Æthiops pellem, nec pardus maculam mutat.*

Erasm.

15 Etiam Dominus permittit in pœnam peccati, peccata ab illis ut peccata non agnosci, ne salvi fiant confitentes ; vel incidere in medicos confessarios vulneri lenocinantes : equidem cùm ut virtutes nutriant, vitia evellere ac extirpare debeant ; quæ dispergere debent distortè plantant : de quibus egi *Tom. præced. T. 7. D. 3. á n.* 14. Portant enim in inferno, quos humeris portarunt in mundo: culpaque floret directione pædagogi, in aversione prævaricantis protervi. *Culpæ pastoris incumbere* ( inquit Monachorum Patriarcha, *Regul. Sanct.* cap. 2. ) *quicquid in ovibus pater familias utilitatis minus potuerit invenire.* Speculatores cæci sunt, amantes munera. Si cæcus cæcum ducit, uterque in foveäm cadet. Chironium non videtur, sed plauditur vulnus. Sinite illos : cæci sunt, ducesque cæcorum. *Nullam habet spem salutis æger* ( diximus hìc *Tautolog.* 8. *D.* 3. *n.* 13. ex Seneca) *quem ad intemperantiam medicus hortatur.* Plutarch. libell. de *Fluminib.* & Kircher. in *Oedip.* Copt. p. 2. class. 11. cap. 2. Astruunt de herba Myöpe in Ætholia nasci : *qua siquis in aquam iniecta lavet vultum, excæcabitur.* Aqua lachrymarum in confessione, cæcus liberatur à cæcitate : at cum blandimine in crimen, ad lavacrum improbi desumunt herbam Myöpem : etenim dum ad lavacrum accedunt, magis ac magis incognitionem cæcutiunt. Vulnera medici, venenum fingentes antidotum, super dolorem vulnerum addunt. Iacet concisus confessus *vulnere super vulnus*, extremà prorsùm miseriâ ; quia vulnera ex medicina, & de dolendum, quippequàm dolor convertetur in gladium. Relinquunt Deum Israël, ut consulant de salute Beelzebub, Deum Accaron. Antequàm caperet consulentem infernus, erat in flammis consultus : igitur de salute cum dæmone consultatio, tantùm exire poterat ex inferno.

S. Bened.

Senec.

Plutarch. *Conditio herbæ myöpis.*

Iob. 16.15.

*Neglecta solent incendia sumere vires.*

Horat. 1. *Epist.* 18. v. 85.

Vulneri vetusto neglecto callus obducitur, eò insanabile, quò insensibile. Quod primò peccanti videbatur importabile, præ frequentia ac ductoris lenimine videtur leve, pòst dulce, deinde necessarium per usum ; quia licèt vulnus, amisit ex callo sensum : floretque opprimenda iniquitas, quippe medicus traducit per vanitates & insanias falsas, queis vel puncti & non compuncti, detruduntur in infernum.

*Confessarij aulici, & pœnitentes illusi.*

*Tunc triste longum, nunc breve gaudium.*

Prudent. d. v. 3858.

16 An aliqua in virus efficax antidotus ex verbo Dei ? Inefficax surdis

vox.

vox. Vel doctores quærunt falsos aut vaniloquos, vel fugiunt veros: illos, quia languentes in sanitatem non pungunt; sed blandimine vomicarum seducunt, ut moriantur: hos, quia dicunt vera, & saucij propria nolunt exacerbari vulnera: quapropter crescit in peccatis pravum cor, sine medicamine efficaci verbi Dei, quo illuminatur, excitatur, ac flectitur anima, ut lethalia intima cognoscat ulcera, & solicitet extemplò sanitatem, per cordis puncti de crimine compunctionem. *Qui sunt isti qui ut nubes volant*? Qui portantes (arbitror) pluviam eloquij cœlestis, verbum Dei in salutem annunciant. At quid Deus de vinea prava Israel? *Ponam eam desertam: non putabitur, & non fodietur, & nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem.* Perspicua itaque reprobatio, si deseritur à Deo: equidem signum reprobationis, peccatorem ex flagitijs non scindi, ac superflua more sine putamine. In terræ fructum sunt vulnera, & corda reproborum sicut terra sine aqua; ut cognoscatur per ariditatem, quò pervenit obstinatorum crimen: equidem si prædicatione legis emolescunt, ne in peccatis arescant; ultimum supplicium, nubes inhibere, ne pluant: proprio enim humore, imbrem cum recondit cœlum, spinas & tribulos germinabunt. Ille prædicit: *Ascendent vepres & spinæ, &* (pro *Quia*) *nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem*: equidem cùm fructus signetur qualitas ex malignitatis solo, ac ex Dei feracissimo verbo, sine verbi Dei cœlitùs foventis semine, in terra cordium vepres tantùm & spinæ.

*Permittit Deus, improbos verbum Dei non audire, vel prædicatores nō loqui.*

Isai. 60. 8.

Cap. 5. 6.

Ibid. Et *pro* Quia

17 Multoties Prædicatores ex perpessa pridem afflictione, nec audent hiscere, quippe in proferentes quadantenùs veritatem, insolentes potestate in mortem usque commovent persecutionem. Vide *Ierem.* 20. à 14. Quare cùm indigni fiant pœnitentiâ, subtractâ iuxta demerita gratia; dum Dei explicatur verbum, magis ac magis ad scelera obcæcantur. Quæri à Deo prædicatores cognovit Isaias, illique dixit: *Ecce ego, mitte me.* Tunc Dominus: *Vade excæca cor populi huius, & aures eius aggrava, & oculos eius claude; ne fortè videat oculis suis, & corde suo intelligat, & convertatur & sanem eum.* Quomodò literaliter intelligendum, diximus hìc *Tautolog.* 2. fusè à n. 26. Patet excæcatum cor, dum auditur verbum Dei, si cæcutitur apertis oculis, & quasi pondere gravatur auris; igitur in eo quod praviſsimè concipit, obstinatè persistit, fovens malitiam, quia obduratum supra petram. *Hæc dicit Dominus: Interrogate, quæ sit via bona, & ambulate in ea: & dixerunt, Non ambulabimus. Constitui super vos speculatores; & dixerunt: Non audiemus.* Ita cæci, ita surdi. *Ex quo fit* (subdit in *Periphras.* Sanctius) *ut neque vitam mutent, neque salutem a me benignitate consequantur*: equidem si Numinis declaranda benignitas, cùm peccatorum relinquatur impietas; nunquam ab his relinquetur, dum verbum Dei prædicatione despicitur: indicat enim cor obstinatum ac durum, voci prædicantium obsurdescere, atque illuminatione cæcutire.

*Verbi Dei lumine obcæcantur.*

Isai. 6. à 8.

*Obduratur cor.*

Ierem. 6. à 16.

Sanct.

*En populi mentes velantur ad omnia cassis*
*Obicibus, sensu ne tangant munera vitæ.*

Iuvenc. 2. v. 775.

18 At quomodò huiusce modi cordium obcæcatio? A Deo, retractione gratiæ: ab homine, abundantia malitiæ, liberi arbitrij non defectu, sed defectibilitate; igitur virtus eius minuitur, quippe continuò à malignitate regitur, peccato causa peccati, & simul pœna peccati, primùm in rationis lumen obtento velo, & posteà tenebroso cæco chaò, evanescentibus in cogitationibus suis, quasi essent ad legem operationes. *Qui intelligentiam suam sequi nolunt in peccato* (infit Gregor. Magn. lib. 25. *Moral.* cap. 9.) *& causa peccati; ipsum lumen intelligentiæ perdunt in peccato & pœna peccati. Prioris ergo peccati meritò, peccatorum subsequentium fovea tegitur; ut qui malum sciens perpetrat, deinceps iustè in alijs nescius cadat. Hoc quippe agitur ut culpæ culpis feriantur; quatenùs supplicia fiant peccantium, ipsa incrementa vitiorum.* Aureë quidem: vide dicta, *Tom.* 4. *T.* 3. *à n.* 62. Homo avertitur à Deo, Deusque retrahit gratiam, sine qua mens obnubilatur in culpam. Hanc peccator multiplicando regerit: mittit tenebras & obscuravit; ita ut iterato crimine, mentis lucerna in regimen sine luce. Ex illo quippe vitio culpa subsequens oritur, ex quo obcæcata mēs ducitur, ut peius, & arctiùs illigetur. Iusto enim iudicio omnipotens Deus cor peccantis obnubilat, ut præceden-

*Unde cordium obcæcatio?*

Greg. Mag.

dentis peccati merito in alijs merito cadat. Agitur dispositione superiùs ordinatâ, sed inferiùs iniquitate confusâ, ex præcedentis peccati ultione, iustè desuper irrogatâ cæcitare: igitur intelligentia videns manet in tenebris, quippe peccatum abstulit in gratia præsentiam lucis.

19 Sæpe Deus illos in frugem multifariam vocavit; sed cor pravum diversis vocibus respondere renuit: unde in supplicium, apposuit iniquitatem super iniquitatem ipsorum. Pridem quanta in Numine suavitas! Semper in vocatis quanta protervitas! *Mundare te volui* (dicit per Ezechielem) *& non es mundata à sordibus tuis.* Ierusalem nolebat esse munda, quia sibi gratiosior videbatur sine gratia: ut viveret præut placebat, dum Deus mundare in venustatem optabat. Gratam sibi facere expulsis sordibus satagit, sed illa protervè renuit. Insistit, sed illa repulit tanta cordis aversi duritie, ut resisteret gratiæ vel Deo conferre volente. *Cùm sanare vellem revelata est iniquitas.* Excusabat peccatum, quasi in sanitatem medici Numinis abesset auxilium; verùm erat excusatio, ut viveret in delicto: accessit gratiæ promptitudine per conversionem sanitas, & tunc revelata occulta cordis iniquitas: quandoquidem Deo volente sublevare iniquitatis languorem, apparuit spretâ gratiâ diligere infirmitatem. Quid mirum, si Deus relinquat, quæ in gratiam pugnat? Quid, si despectus in favoris despectum, atque fastidium in odium? Quid si sponsam vocatam declinaret, dum vocantem cognovit, & non aperuit? Fastidiosa nec movetur, cum vox pulsantis intimè sonat. At quid ille? *Declinaverat atque transierat.* Ah! Declinantes declinat. Oscitantem excusaret, modò dilectum non cognovisset: verùm fastidium amonti; respondere, & nequaquàm aperire. Nostrates: *Respondió, pero no correspondiò.* Quid quod non inveniat dilectum, cui clausit ostium? Quærite Deum dum inveniri potest: quippe difficile declinantem quærere, difficiliùs invenire. Qui quærentem fugiunt, fugientem non invenerunt. *Quæretis me, & non invenietis*: Dominus dicit. *Quæretis me, & in peccato vestro moriemini.* An frustratum desiderium, quippequàm fugerunt obvium? Quærunt, sed non inveniunt, quia frequentiâ peccati etiam conversi non convertuntur; moriunturque in peccato, quærentes; quippe quærunt in peccato, ducti amarore iniquitatis, sed non conversione cordis. *Ad agendam pœnitentiam, tria sunt necessaria* (ait Bernard. de *Divers.* serm. 106. num. 1.) *tempus, corpus & locus.* Proh! Erudimini in studium pœnitentiæ. In lectulo non est locus: in infirmitate non est corpus, ac in morte non est tempus. Importune igitur Deum quærunt, unde quærentes in peccato moriuntur. *Si quæritis, quærite.* Invenietis, si locus, corpus & tempus; quia quæretis & invenietis offensum, corde converso verâ detestatione peccatorum. Sed quid homines pereuntes? Vivunt exultanter in peccato, quasi non essent proiecti atque derelicti à Deo. Intende, quomodo sese gerant, ubi in peccatis exultant. *Sunt nonnulli* (infit Gregor. 1. *Moral.* cap. 10.) *qui vitam suam negligunt: & dum transitoria appetunt, dum æterna vel non intelligunt, vel intellecta contemnunt, nec dolorem sentiunt, nec habere consilium sciunt: cùmque superna quæ amiserunt, non considerant; esse se* (heu miseri!) *in bonis felices putant. Nequàquàm enim ad veritatis lucem, cui conditi fuerant, mentis oculos erigunt: nequaquàm ad contemplationem patriæ æternæ desiderij aciem tendunt; sed semetipsos in ijs, ad quæ proiecti sunt, deserentes, vice patriæ diligunt exilium quod patiuntur: & in cæcitate quam tolerant, quasi in claritate luminis exultant.* Siccine in vita patiuntur infernum, descendentque morte in infernum deorsùm.

20 Nunc querentur à Domino afflicti, ne maneant impunes in peccato præ afflictione? Improbus sine pœna, vehementiore iudicabitur, & in servis suis Dominus ipsis pœnis miserabitur. *Deus propitius fuisti eis, &* (pro *Etiam*) *ulciscens in omnes adinventiones eorum.* Quàm bonus Israël Deus! Etiam ulciscens crimen, exprimit propitiationem; quippe apponit & opponit vulneribus medicamen. Cùm punis, propitius eris: cùm iratus fueris, misericordiæ recordaveris. Opponitur delictis. Iratus est, & misertus est nobis. Accinit Prosper. *Epigramm.* 92.

*Non enim proprio arbitrio curabitur æger,*
*Nec verò leges ipse dabit medico.*

Absque

Ezech. 24. 13. — *Deo vocanti & invitanti ad gratiam, protervè resistit.* Osee. 7. 1.

Cant. 5. 6. — *Converso illorum ficta & prava.* Ioan. 7. 34. 8. 21.

Bernard. — *Quæ necessaria in pœnitentiam?* Isai. 21. 12. — Greg. Mag. — *Pravi exultant cæcitate.* — Et *pro* Etiam. Psal. 98. 8. — *Deus dum peccantes punit, benignè parcit.*

*Absque dolore quidem nequeunt mala sueta repelli:*
*Sed quod læserunt dulcia, amara movent.*

S. Prosp. *Ad veniam tendunt iusti pia verbera Regis,*
*Ira brevis rectis gaudia longa dabit.*
*Qui tempestatum varià sub clade laborant,*
*Noscant se iustè ferre flagella Dei.*

Dicite iusto: Quoniam benè. Dicite, bonum malum & malum bonum: *Adversá vel prosperá nimis usis fortunà comprobato exitu terminatur*: ut ait Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 6. num. 7.* equidem cùm felicitas iuxta Chartarium, fol. 304. duplicem faciem habeat, quam in novissimo immutat; quæ torva apparuit in fletum, tristitià expulsà convertetur in gaudium: quo proposito in veram exaltationem; qui non meruit, libenter sustinuit crucem.

*Fortuna geminà facie.* Val. Max.

*Hinc syncera fides æternà fide fruetur:*
*Econtrà dolus longo cruciabitur igni.* Tertull. de v. 68.
*Elige quid velis, ut digna piacula vites.*

Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum; ut potem è torrente voluptatum. Deus suscipe vota, igitur demonstras, quia hàc itur ad astra. Amen.




INDEX

# INDEX TESTIMONIORUM EX REGULA

## S. P. N. BENEDICTI.


Prolog. *Currite dum lumen vitæ habetis ne tenebræ mortis vos comprehendant.* T. 5. D. 1. n. 14. *Calceatis pedibus per ducatum Evangelij pergamus itinera eius; ut mereamur eum qui nos vocavit, in regno suo videre.* T. 3. D. 3. n. 9. *Hæc complens Dominus, expectat nos quotidie his suis sanctis monitis factis nos respondere debere: ideò nobis propter emendationem malorum, huius dies vitæ ad inducias relaxantur.* T. 3. D. 5. n. 4. T. 9. E. n. 45.

Cap. 1. *In plumbi natura molliti, adhuc operibus seruantes sæculo fidem.* T. 3. D. 3. n. 12. T. 8. D. 1. n. 4. *Mentiri Deo per tonjuram noscunt.* T. 5. D. 1. n. 6. *Non dominicis, sed suis inclusis ovilibus, pro lege est eis desiderorum voluptas.* T. 3. D. 6. n. 7. T. 8. D. 1. n. 4. *Cum quicquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt sanctum: et quod noluerint, putant non licere.* T. 3. E. n. 46. T. 9. D. 5. n. 1.

Cap. 2. *Iussio eius, vel doctrina fermentum divinæ iustitiæ in discipulorum mentibus conspergatur.* T. 8. D. 2. n. 13. *Sciat Abbas culpæ pastoris incumbere quicquid in obibus pater familias utilitatis minus potuerit invenire.* T. 11. D. 6. n. 15. *Duplici debet doctrinâ suis præesse discipulis: ideſt, omnia bona, & sancta factis amplius quàm verbis ostendere.* T. 8. E. n. 46. D. 2. n. 13. *Non ab eo persona in Monasterio discernatur. Non unus plus ametur, quàm alius; nisi quem in bonis actibus aut obedientia invenerit meliorem.* T. 9. D. 6. n. 15. *Argue, obsecra, increpa, ideſt, miscens temporibus tempora.* T. 1. D. 4. n. 9. T. 7. D. 2. n. 9. *Pium patris ostendat affectum: ideſt, indisciplinatos, & inquietos debet duriùs arguere.* T. 1. D. 2. n. 7. *Obedientes autem, & mites, & patientes, ut in melius proficiant, obsecrare: negligentes autem, & contemnentes, ut increpet, & corripiat, admonemus.* T. 1. D. 4. n. 9. *Neque dissimulet peccata deliquentium.* T. 7. D. 2. n. 12. *Verberum & corporis castigatione in ipso initio peccati coerceat.* T. 4. D. 1. n. 11. *Alium quidem blandimentis, alium verò increpationibus, alium suasionibus secundum uniuscuiusque qualitatem, vel intelligentiam se omnibus conformet, & optet.* T. 1. D. 4. n. 9. *Cum de alienis ratiocinijs cavet, redditur de suis solicitus: & cùm de admonitionibus suis emendationem alijs subministrat; ipse efficitur à vitijs emendatus.* T. 11. D. 2. n. 10.

Cap. 4. Instrument. 10. *Abnegare semetipsum sibi, ut sequatur Christum.* T. 9. D. 5. n. 18. Instrum. 20. *A sæculi actibus se facere alienum.* T. 11. D. 3. n. 14. Instrum. 25. *Pacem falsam non dare.* T. 8. D. 5. n. 16. Instr. 44. *Diem iudicij timere.* T. 1. D. 1. n. 13. Instr. 45. *Gehennam expavescere.* T. 1. D. 2. n. 17. Instr. 46. *Vitam æternam concupiscentia spiritali desiderare.* Ibid. Instr. 47. *Mortem quotidie ante oculos suspectam habere.* T. 8. D. 6. n. 10. Instr. 48. *Actus vitæ suæ omni horâ custodire.* Ibid. Instrum. 49. *In omni loco Deum se respicere pro certo scire.* T. 4. D. 5. n. 13. Instr. 50. *Cogitationes malas cordi suo advenientes, mox ad Christum allidere, & seniori spiritali patefacere.* T. 8. D. 3. n. 14. Instr. 60. *Præceptis Abbatis in omnibus obedire, &c.* T. 1. E. n. 14. Instr. 61. *Non velle dici sanctum, antequam sit; sed priùs esse, quo verius dicatur.* T. 3. E. n. 47. T. 7. D. 3. n. 14.

Cap. 6. *Verba otiosa, & risum moventia æterná clausurà in omnibus locis damnamus.* T. 6. D. 2. n. 4.

Cap. 7. *Scala illa erigenda est, quæ in somno Iacob apparuit,* T. 4. D. 5. n. 12. *Humilitate ascendere.* T. 11. D. 5. n. 3. Grad. 1. *Custodiens se à peccatis, & vitijs, ideſt, cogitationum, lingua, oculorum, manuum, pedum, vel voluntatis propriæ.* T. 10. D. 4. n. 13. Ibid. *Solicitus sit circa cogitationes suas perversas.* T. 10. D. 2. n. 12. Ibid. *Docemur ergo meritò non facere nostram voluntatem, cum cavemus illud, quod dicit sancta Scriptura: Sunt viæ quæ videntur hominibus rectæ, quarum finis usque ad profundum inferni demergit.* T. 3. D. 6. n. 8. Grad. 2. *Ut quis pro Dei amore se subdat maiori.* T. 11. D. 4. n. 5.

Cap. 19. *Ergo consideremus qualiter oporteat nos in conspectu divinitatis, & Angelorum eius esse.* T. 5. D. 4. n. 5. *Sic stemus ad psallendum, ut mens nostra concordet voci nostræ.* n. 2.

Cap. 24. *Secundum modum culpæ, disciplinæ debet extendi mensura.* T. 2. D. 6. n. 6.

Cap. 28. *Noverit enim se infirmarum curam suscepisse animarum non super sanas tyrannidem.* T. 7. D. 4. n. 4.

Cap. 28. *Abbas faciat, quod sapiens medicus.* T. 10, D. 3. n. 10.

Cap. 46. *Animæ peccati causa latens tantùm Abbati, aut spiritualibus senioribus patefaciat; qui sciant curare sua, & aliena vulnera non detegere, aut publicare.* T.7. D.5. n.7.

Cap. 55. *Propter lavare ipsas res.* T. 8. E. n. 41.

Cap.58. *Senior talis ei deputetur, qui aptus sit ad lucrandas animas, qui super eum omninò curiosè intendat; & solicitus sit, si veré Deum quærat, si solicitus sit ad opus Dei, ad obedientiam, ad opprobria.* T.2. D. 1. n. 1. T.4. D. 1. n. 5. *Nihil sibi reservans ex omnibus, quippe cui ex illo die nec proprij corporis potestatem se habiturum sciat.* T.11. D.4. n. 15.

Cap.64. *Domui Dei dignum constituant dispensatorem.* T.4. D.3. n. 6. *Oderit vitia, diligat fratres. In ipsa autem correctione prudenter agat.* T.1. D.4. n.13. *Ne quid nimis.* T.11. D.2.n.2. *Ne dum nimis cupit eradere æruginem, frangatur vas.* T.7. D.2. n. 2. & 12. *Non sit turbulentus, & anxius.* Ibid. *In ipsis impertis suis sit providus, & consideratus, sive secundum Deum, sive secundum sæculum sint.* T.11. D.4. n. 3.

Cap. 65. *Assumentes sibi tyaannidem, scandala nutriunt,* &c. T. 6. D. 2. n. 9. *Hinc suscitantur invidiæ, rixæ, detractiones, æmulationes, dissensiones, & exordinationes.* T.6. D.3. n.9.

Cap. 67. *Prostrati solo Oratorij ab omnibus petant orationem propter excessus, ne quid forte subripuerit in via visus, aut audit us malæ rei, aut otiosi sermonis.* T. 7. D. 1. n. 8. *Ne præsumat quisquam alijs referre quæcunque foris Monasterium viderit, aut audierit.* T.7. D.5. n.5. *Quod siquis præsumpserit, vindictæ regulari subiaceat.* T. 7.D.1.n.12. *Similiter & qui præsumpserit claustra Monasterij egredi.* Ibid.

Cap. 70. *Peccantes coram omnibus arguantur, ut cæteri metum habeant.* T.1. D.4. n. 12. *Sed hoc cum omni mensura, & ratione.* T.2. D.1. n. 11.

Cap.71. *Sicut est zelus amaritudinis malus, qui separat á Deo, & ducit ad infernum; ita est zelus bonus, qui separat à vitijs, & ducit ad Deum.* T.2. D.2.n.9. T.11. D.2.n.1.



# INDEX

## LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ ET QUÆSTIONUM Literalium, quæ excitantur hoc Tomo sexto.

T. *indicat Tautologiam.* E. *Literæ expositionem.* D. *Didascaliam.* N. *Numer. marginal.*

### *GENESIS.*


Cap. 1. v. 5. *Factum est vespere & mane dies unus.* Quippini primus? T. 4. D. 4. n. 16.

V. 7. & 8. *Fuit Deus firmamentum, & vocavit firmamentum cœlum.* Quorsùm, & ex quo? T. 6. D. 3. n. 5. & 9.

V. 16. *Duo luminaria magna: luminare maius ut præesset diei.* Quomodò si magnum, in elevatione, qua minus, maius? T. 5. D. 2. n. 11. Cur ita in præsidem orbis? n. 12.

V. 17. *Posuit eas in firmamento cœli, ut lucerent super terram.* Quo pacto in terra, & in cœlo? T. 9. D. 4. n. 3.

Cap. 2. v. 9. *Lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignumque scientiæ boni, & mali.* Quare cum ligno boni, & mali collocatur lignum vitæ? T. 8. D. 6. num. 3. Cur non dicitur lignum boni, & mali, sed scientiæ utriusque? numer. 4.

Cap. 3. v. 1. *Qui dixit ad mulierem.* Quomodò serpens locutus? T. 7. E. n. 18.

V. 3. *Et ne tangeremus illud.* Unde si tantum esus, inhibitus tactus? T. 6. D. 1. n. 11.

V. 6. *Vidit quòd bonum esset lignum ad vescendum.* Quomodò gratum, quod cognovit lignum? T. 9. D. 6. num. 8. T. 10. D. 2. num. 14. Ibid. *Deditque viro suo, qui comedit.* Curnam dum gustavit, ut gustaret, viro dedit? à n. 15.

V. 7. *Aperti sunt oculi amborum.* Unde aperti, si non clausi? à n. 14.

V. 8. *Cùm audissent vocem Domini Dei, deambulantis in paradiso ad auram post meridiem.* Cur vocem etiam formidantes observant? T. 7. D. 2. n. 6. Quidùm pridem conditoris vocem non audierunt? n. 5.

Ibid. *Abscondit se Adam, & uxor eius à facie Domini.* Quare igitur post crimen, non audent offensi videre faciem? n. 6.

V. 9. *Vocavit Dominus Deus Adam.* Quo intuitu vocavit, & nomine proprio etiam offensus ab illo? Ibid.

V. 10. *Vocem tuam audivi, & timui.* Cur vel dum iudicem timet, vocanti respondit? Ibid.

Cap. 4. v. 4. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.*

V. 5. *Ad Cain autem, & ad munera illius non respexit.* Quidùm ad munera Caini dignatur respicere; & non dicitur, ad munera, & ad Abel, sed econtrà? T. 7. D. 4. n. 13.

V. 10. *Quid fecisti?* Unde huiusmodi verbum lethale iaculum? T. 10. D. 1. n. 5.

V. 14. *Omnis qui invenerit me, occidet me.* Curnam hæc cogitat, qui neminem nisi parentes offendere quibat? T. 7. D. 5. n. 9.

Cap. 5. v. 1. *Hic est liber generationis Adam.*

V. 2. *Masculum, & fœminam creavit eos.* Cur masculus, & fœmina dicuntur liber generationis hominis, & non amplius? T. 8. D. 4. n. 2.

Cap. 7. v. 11. *Anno sexcentesimo vitæ Noè.* Quomodò diluvium factum ante tempus, præfinitum? T. 8. E. n. 39.

Cap. 8. v. 1. *Imminutæ sunt aquæ.* Unde si post 150. dies cœperunt minui? T. 3. D. 3. n. 5.

Cap. 15. v. 12. *Sopor irruit super Abram.* Cur dicitur sopor, ubi cogitationi occurrit intolerabilis labor? T. 4. D. 5. n. 7.

Cap. 19. v. 24. *Dominus pluit ignem à Domino.* Quid pluvia ignis Domini à Domino? T. 5. E. n. 36.

V. 26. *Versa est in statuam salis.* Quippini in aliam materiam? T. 1. D. 4. n. 11.

Cap. 21. v. 7. *Quis crederet, quòd Sara lactaret filium, quem peperit ei iam seni?* Quare si ambo senes, suam Sara prætermittit senectutem? T. 1. D. 3. n. 7. Cur Sara dum unicum peperit, dicitur plures filios habuisse? T. 11. D. 4. n. 26.

Cap. 22. v. 12. *Non extendas manum super puerum.* Quomodò implevit sacrificij præceptum? T. 7. D. 1. n. 4.

Cap. 25. v. 10. *Ibi sepultus est ipse.* Quorsùm *ipse*? T. 6. D. 6. n. 10.

Cap. 27. v. 22. *Vox quidem vox Iacob est.* Cur non attendit incognitam vocem, dum constituit hæredem? T. 8. D. 1. n. 11.

V. 40. *Tempus veniet, cum excutias, & solvas iugum eius de cervicibus tuis.* Quando Gentilitas Synagogæ excusit iugum? T. 3. D. 1. n. 12.

V. 42. *Nunciata sunt hæc Rebeccæ.* Quomodò dùm Esaù tantùm dixerat in corde? T. 8. D. 3. n. 12.

Cap. 28. v. 16. *Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam.* Cur ex nescientia exponit excusationem, quasi dormisse, esset crimen? T. 4. D. 5. n. 11.

Cap. 38. v. 27. *Obstetrix ligavit coccinum.* Quo intuitu? T. 2. D. 4. à n. 8.

V. 28. *Iste egredietur prior.* Quomodò dicit, *Iste*; si non cognoscit? n. 11. Quid si ista, & non iste? n. 10. Cur asserit non solùm quòd egredietur, sed quòd prior? n. 11. Quare asserit partus ordinem invertendum? n. 9.

V. 29. *Egressus est alter.* Unde posterior egressus est prior? T. 5. D. 2. n. 9.

Cap. 41. v. 42. *Tulit annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius.* Quodnam huius annuli insigne pro suprema maiestate? T. 3. D. 4. n. 11.

Cap. 42. v. 8. *Fratres ipse cognoscens, non est cognitus ab eis.* Cur dum fratribus favet, cognosci renuit? T. 10. D. 1. n. 20.

V. 24. *Avertit se parumper, & flevit.* An præ gaudio ex illo fratrum articulo? n. 11.

Cap. 45. v. 3. *Non poterant respondere fratres, nimio terrore perterriti.* Unde si gratijs generosè dignati, pleni timore? T. 10. D. 1. à n. 12.

Vers. 12. *Oculi vestri vident, quod os meum loquatur ad vos.* Si loquitur illis, cur di-

cit ad illos loqui? T. 8. D. 2. n. 5.
Cap. 48. v. 9. *Adhuc illos ad me, ut benedicam illis.* Curnam illi non accedunt, sed adducuntur? T. 3. D. 4. n. 13.
V. 14. *Commutans manus.* Quare ut Principes eligendo constituat, signum crucis manibus formet? T. 3. D. 4. n. 13.
Cap. 49. v. 9. *Ad prædam fili mi ascendisti.* Unde ascensio ex prædatione? T. 4. D. 4. n. 20.

*EXODI.*

Cap. 2. v. 23. *Mortuus est Rex Ægypti, & ingemiscentes filij Israel.* Quid ita maior planctus, si Rex persecutor mortuus? T. 4. D. 3. n. 7.
Cap. 3. v. 2. *Apparuit Dominus in flamma ignis.* Quare non in igne, sed in flamma? T. 3. D. 5. n. 6.
Ibid. *De medio rubi.* Cur rubus eligitur in huiusmodi portentum? T. 4. D. 6. n. 15.
V. 3 *Vadam & videbo visionem hanc magnam.* Quo argumento magna visio? T. 11. D. 1. n. 11.
V. 5. *Ne appropies huc.* Cur iubetur illuc non accedere, vel virgam relinquere? T. 5. D. 5. n. 3.
V. 20. *Extendam manum meam, & percutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis.* Curnam Numinis dicantur mirabilia peccatorum cruciamina? Etiam cur cuncta? Unde huiusmodi percussio dicatur manus extensio? T. 11. D. 4. à n. 19.
Cap. 4. v. 3. *Proijce eam in terram: proiecit, & versa est in colubrum, ita ut fugeret Moyses.* Unde virga recta apparuit spiris colubri curva? T. 1. D. 1. n. 11. Cur regiminis signum vertitur in colubrum? T. 4. D. 3. n. 10. Quare qui virgam siccine habuit, ad speciem fugit? n. 9. & T. 1. D. 1. n. 11.
V. 6. *Mitte manum tuam in sinum tuum: quam cùm misisset, protulit leprosam instar nivis.*
V. 7. *Retrahe manum*, &c. *& erat similis carni reliquæ.* Cur pridem manus sana, leprosa; denuòque quæ leprosa sanitati restituta? T. 1. D. 1. num. 13. T. 7. D. 3. n. 4. Cur leprosa notâ horroris, describitur instar nivis? Ibid.
V. 13. *Mitte quem missurus es.* Si virgam habet in quodlibet mirificum opus: cur mittendus qui mittendus? T. 6. D. 1. n. 10. An mittendus, qui renuit mitti? T. 5. D. 2. n. 6.
V. 17. *Virgam hanc sume in manu tua in qua facturus es signa.* Quare tantùm virgam futilem, ut solvat ex catenis captivitatem? T. 4. D. 4. n. 19. Cur iubetur sumere virgam, quam proiecerat? T. 5. D. 4. n. 5. Unde constet, per Virgam signa facienda? T. 5. D. 2. n. 6.
V. 18. *Vadam in Ægyptum.* Quo proposito vadit, unde fugit? n. 5.
Cap. 6. v. 3. *Nomen meum Adonai non indicavi eis.* Quorsum in lege gratiæ indicatum? T. 6. D. 3. n. 10.
Cap. 7. v. 12. *Virgæ, quæ versæ sunt in dracones.* At quo pacto? T. 5. E. n. 31.
Cap. 12. v. 3. *Decima die mensis huius tollat unusquisque agnum.* Quo intuitu, si sacrificium peragendum in deserto? T. 1. D. 5. n. 8.
V. 5. *Erit agnus absque macula.* Cur cum macula, non victima? T. 1. D. 3. n. 5.
V. 8. *Edent carnes assas igni.* Quare non igne? T. 2. D. 1. n. 11.
V. 9. *Non comedetis ex eo crudum quid.* Quo proposito? Ibid.
V. 11. *Comedetis festinantes.* Quippini sedentes? T. 9. D. 4. n. 2.
V. 12. *In cunctis Dijs Ægypti faciam iudicia.* Quale iudicium de Ægypti Dijs? T. 4. E. à n. 25.
Cap. 13. v. 13. *Primogenitum asini mutavis ove: quod si non redemeris, interficies.* Cur interficiendus, ni commutatus? T. 4. D. 1. n. 11. Quo intuitu iumentum nequaquàm admittendum in Sanctuarium? T. 5. D. 4. n. 4. Unde asinus non tam commutetur quàm mutetur in ovem? T. 4. D. 1. n. 11.
V. 18. *Armati ascenderunt filij Israel.* An tunc habuerint arma? T. 4. E. n. 23.
Cap. 14. v. 2. *Contra Beelsephon.* Quis locus, & quare ibi posita castra? T. 4. E. à n. 24.
V. 10. *Timuerunt valdè.* Quomodò si educti in spe, & non timuerunt? T. 7 D. 6. n. 6.
V. 16. *Eleva virgam*, &c. *Ut gradiantur filij Israël.* Virga elevata quomodò in exitum, & pericula? n. 5.
Cap. 15. v. 2. *Iste Deus meus.* Cur dicunt, Iste? T. 10. D. 5. n. 15.
Cap. 21. v. 6. *Offeret dominus dijs, perforabitque aurem eius subula*, &c. Quidni inaure, sed subulâ? T. 11. D. 2. n. 14.
Cap. 23. v. 8. *Munera, quæ etiam excæcant prudentes.* Unde cæcitas? T. 7. D. 4. n. 12.
V. 21. *Observa eum, & audi vocem eius.* Cur in Hebræo, *Cave*? T. 10. D. 3. n. 13.
Ibid. *Nec contemnendum putes.* Unde constet summus amor Custodum ex despectu clientum? à n. 4.
Cap. 24. v. 10. *Sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini.* Cur Dei thronus duntaxàt ex sapphiro? T. 11. D. 1. n. 8.
Cap. 25. v. 18. *Cherubim aureos, & productiles.* Quid, quorsùm, & quomodò productiles Cherubim imagines? T. 7. D. 3. n. 6.
V. 20. *Respiciant se mutuò versis vultibus in propitiatorium.* Quare siccine in tabernaculo, & versus exteriora in Salomonis templo? T. 5. D. 3. n. 5.
V. 33. *Hoc erit opus sex calamorum.* Cur dicuntur calami situs lucernarum? T. 5. D. 2. n. 2.
Cap. 28. v. 34. *Ut tintinnabulum sit aureum, & malum punicum*, &c. Cur simul mala punica, & tintinnabula. T. 7. D. 3. n. 10.
Cap. 31. v. 3. *Implevi eum spiritu Dei*, &c. *in omni opere.* Quid sit Spiritus Dei in opus mechanicum? T. 5. E. n. 41.
Cap. 32. v. 1. *Fac nobis Deos, qui nos præcedant.* Cur *qui præcedant*, cur *nobis*? Cur *Deos*, & etiam cur *Fac*? T. 9. D. 6. à n. 6.
V. 4. *Hi sunt Dij tui.* Unde Dij, si unus est Deus? n. 7.
V. 20. *Arripiens vitulum combussit, & contrivit usque ad pulverem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Israel.* Qua arte fractum, ac quorsum in potum dedit? T. 2. D. 4. n. 2.
Cap. 33. v. 12. *Novi te ex nomine.* Quid sit nomine nosci? T. 8. E. n. 2.
V. 13. *Si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te, & inveniam*

gra-

*gratiam.* Quæ gratia ex facie in gratiam, & quomodò gratia ex facie? T. 4. D. 5. n. 13. Quæ gloria optatur in gloria? T. 9. D. 3. n. 13. Quomodò viderit, & non viderit? T. 10. D. 6. à n. 10.

V. 18. *Ostende mihi gloriam tuam.* Si gloria, dum videtur facies, cuiusnam facies desideratur in gloria? T. 9. D. 3. n. 14.

V. 19. *Obstendam omne bonum tibi.* Unde si gloria omne bonum, aliquid boni ultra gloriam? Ibid. Quid ostendit, ut omne bonum exponeret? T. 10. D. 6. à n. 10.

V. 20. *Non videbit me homo, & vivet.* Quid si vidit vivens homo? T. 9. D. 4. n. 17.

V. 23. *Posteriora mea videbis.* An sit gloria prior & posterior? T. 9. D. 2. n. 13.

Cap. 34. v. 1. *Præcide duas tabulas lapideas, instar priorum.* Cur lex semel, & iterùm in tabulis lapideis? T. 1. E. n. 40.

V. 29. *Ignorabat, quod cornuta esset facies eius.* An humilitatis summa, huiusmodi splendoris ignorantia? T. 11. D. 5. n. 11.

V. 33. *Posuit velamen super faciem suam.* An Moysis maior humilitas cognitio splendoris, & impositio velaminis? Ibid.

Cap. 38. v. 8. *Labrum æneum de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi.* Cur fœminæ excubantes ad tabernaculum dicant speculum; & quare ex illis fabrefactum labrum? T. 3. D. 2. n. 3.

## *LEVITICI.*

Cap. 2. v. 11. *Nec quicquam mellis adolebitur.* Cur vel à sacrificio excluditur. T. 10. D. 2. n. 9.

Cap. 11. v. 18. *Nec onocrotalum.* Quare? T. 5. D. 6. n. 10. An onocrotalus pelicanus, & quare expellatur? T. 6. D. 5. n. 8. T. 8. D. 5. n. 10.

V. 29. Nec *Charadrion.* Qua de causa? T. 5. D. 2. n. 13.

V. 30. *Inter polluta talpa.* Cur reprobatur? T. 11. D. 6. n. 12.

Cap. 19. v. 19. *Agrum tuum non seres diverso semine: veste quæ ex duabus texta est, non indueris.* Quorsùm huiusmodi leges? T. 8. D. 2. n. 3.

V. 23. *Poma quæ germinant, immunda erunt vobis.* Quidum prima poma immunda? T. 4. D. 1. n. 10.

V. 24. *Quarto autem anno omnis fructus sanctificabitur laudabilis Domino.* Quare pridem immundum lignum? Ibid.

V. 25. *Quinto anno comedetis fructus.* Quare nequibant Domino consecrare, quod non poterant comedere? Ibid.

Cap. 21. v. 17. *Homo, qui habuerit maculam.*

V. 18. *Si cæcus fuerit, si claudus,* &c. Cur siccine homo removendus ab altari? T. 4. D. 1. à n. 1.

## *NUMERORUM.*

Cap. 2. vers. 2. *Singuli per turmas, signa, atque vexilla castrametabuntur.* Quæ signa in vexillis, & cuiusnam ordinis? T. 4. E. n. 22.

Cap. 6. v. 5. *Crescente cæsarie capitis eius.* Cur cæsaries Nazaræi dicitur crescere, dum iubebatur radi? T. 5. D. 1. n. 5.

V. 8. *Omnibus diebus separationis suæ sanctus erit Domino.* Quare nec breve relaxatur tempus? n. 6.

Cap. 8. v. 23. *A vigintiquinque annis, & suprà ingredientur, ut ministrent.*

V. 25. *Cùmque quinquagesimum annum ætatis impleverint servire cessabunt.* Cur nec priùs nec posterius? T. 4. D. 1. n. 12.

Cap. 16. v. 1. *Ecce Core,* &c. *Surrexerunt contra Moysen.* Quare commoventur contra hominem insignem, nec viso inferno, retrahunt pedem? T. 10. D. 2. n. 5.

V. 31. *Dirupta est terra sub pedibus eorum.*

V. 32. *Et aperiens os suum devoravit illos.* Unde videntes infernum patulum, non relinquere propositum? n. 6.

V. 34. *Omnis Israel fugit ad clamorem pereuntium.* Cur non recessit, sed fugit? n. 7.

Cap. 17. v. 8. *Invenit germinasse virgam Aaron* &c. Quare Aaronis virga floret, & reliquæ persistunt aridæ? T. 9. D. 5. numer. 6.

V. 10. *Servetur ibi in signum rebellium.* In quodnam signum? n. 7.

Cap. 20. v. 25. *Tolle Aaron in montem Hor.*

V. 26. *Cùmque nudaveris patrem veste sua, indues ea Eleazarum, & Aaron morietur ibi.* Quo morbo aut vulnere mortuus? T. 4. D. 2. n. 7. Quid depositio vestis cum necessitate mortis? ibid.

V. 27. *Ascenderunt in montem Hor.* Quare depositio dignitatis dicatur ascensus Aaronis? T. 5. D. 2. n. 3.

V. 28. *Cùmque Aaron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium eius.* Unde moriturus sine dignitatis insignijs? T. 4. D. 3. n. 13. Cur non expectatur mors Aaronis, ut filius succedat in officium dignitatis patris? n. 14.

Cap. 21. v. 6. *Misit Dominus in populum ignitos serpentes.* Cur in Hebræo hi serpentes dicuntur Seraphin? T. 10. D. 2. n. 13.

V. 8. *Pone eum pro signo.* In quorumnam salutem? T. 6. D. 1. n. 5.

Cap. 22. v. 28. *Aperuit Dominus os asinæ, & locuta est.* Quomodò locuta, locutionis incapax? T. 7. E. n. 18.

Cap. 25. v. 3. *Initiatusque est Israel Beelphegor.* Quodnam idolum? T. 6. E. n. 6.

Cap. 26. v. 11. *Grande miraculum, ut Core pereunte, filij eius non perirent.* Unde expertes periculi, ac in salute miraculum grande? T. 10. D. 2. n. 7. D. 4. n. 10.

Cap. 27. v. 16. *Provideat Dominus spirituum omnis carnis hominem.* Si deponenda à Moyse regiminis gubernacula, quid ad illum de successore providentia? T. 4. D. 3. n. 11.

V. 17. *Et possit exire & intrare ante eos.* Cur dotes Præsidis in dignitate, intrare & exire? Ibid.

Cap. 33. v. 4. *In dijs eorum exercuerat ultionem.* Qua clade? T. 4. E. n. 25.

Cap. 35. v. 27. *Absque noxa erit, qui eum occiderit.* Quare iure occiditur, qui tutus periculum quærit? T. 7. D. 1. n. 7.

# Index locor. Sacr. Script.

## *DEUTERONOMIJ.*


Cap.6. v. 8. *Eruntque & movebuntur inter oculos tuos.* Cur Dei præcepta vocantur conſpicilla? T.4. D.5. à n. 8.

Cap.7. v. 25. *Sculptilia eorum igne combures.* Cur non contrita, ſed uſta? T.10. D.4. n. 7.

Ibid. *Non concupiſces argentum & aurum, de quibus facta ſunt.* Quare? ibid.

V. 26. *Nec inferes quippiam ex idolo in domum tuam.* Quid ſi quicquam? n. 8.

Cap. 18. v. 15. *Prophetam de gente tua ſuſcitabit Dominus.* An Chriſtus verè Propheta? T. 5. E. à 19.

Cap.22. v.5. *Non induitur mulier veſte virili, &c.* Cur dicitur abominabile, veſtes commutare ſexus? T. 1. D. 3. n. 16.

Cap.23.n.3. *Ammonites & Moabites non intrabunt in Eccleſiam Domini in æternum.* Quomodò intravit Achior? T.10. E. n. 39.

Cap. 28. v. 13. *Conſtituet te Dominus in caput & non in caudam: & eris ſemper ſuprà & non ſubter.* Cur non aſsignatur medium? T. 3. D. 3.n.4. Quorsùm in ſententijs geminatur ſuppoſitum? T.1. D. 3. n. 13.

V. 43. *Deſcendes & eris inferior.* Quomodò ſuperior altitudo etiam deſcendendo? T. 10. E. n. 36.

Cap.34. v. 6. *Non cognovit homo ſepulchrum eius.* Quo propoſito? T.6. D.6. n.10. T. 11. D.4. n.11. Cur ſignatur Moyſis mors? T. 9. D. 4. n. 24. Quid eſt, mori iubente Domino? numer. 18.

V. 10. *Non ſurrexit ultra Propheta ſicut Moyſes.* Unde cunctis maior?n.24.& inſignior? T. 11. D.1. n.14. & D.4. n.11.


## *IOSUE.*


Cap.3. v.5. *Sanctificamini: cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia.* Quare ut videantur mirabilia, diſponenda corda? T.9. D. 2. n.7.

V. 16. *Steterunt aquæ deſcendentes in loco uno, & adinſtar montis intumeſcentes, apparebant procul, &c. quæ autem inferiores erant, in mare deſcenderunt omnino deficientes.* Quare aliter hic aquæ, quàm in mari rubro? T. 11. D. 4. n.20. Cur ſuperiores extolluntur, & inferiores deſcendentes evaneſcunt? T. 11. D. 6. n. 7.

Cap. 7. v. 21. *Vidi inter ſpolia pallium coccineum, regulamque auream.* Quid regula & pallium? T.10. D.4. num. 3. Cuius huiuſmodi ſpolia? ibid.

Ibid. *Concupiſcens abſtuli.* Cur ſibi furripiens erigit, quod religio contrivit? n. 4.

V. 25. *Lapidavit eum omnis Iſrael, & cuncta quæ illius erant, igne conſumpta ſunt.* Cur non illum etiam combuſsit? ibid.

Cap.10. v.12. *Sol ne movearis.* Cur Sol immotus, miraculum maius? T.11. D.4. n.12.

V. 14. *Non fuit anteà, nec poſteà tam longa dies.* Quare? n.15.

Cap.15.v.63. *Habitavit Iebuſæus cum filijs Iuda in Ieruſalem uſque in præſentem diem.* Quomodò ſi Iudic. 1. 21. dicitur de filijs Beniamin? T.4. E. n. 9.


## *IUDICUM.*


Cap.1.v.8. *Oppugnaverunt filij Iuda Ieruſalem, & ceperunt eam.* Quo iure, ſi ſors erat Beniamin? ibid.

V. 26. *Ædificavit civitatem, & vocavit eam Luzam.* Quale clima huius civitatis in ſententia Rabbinorum? T.7. D.1. n. 7.

Cap. 16.v. 30. *Moriatur anima mea cum Philiſthijm.* Cur mortem eligit, quùm vindicari cupit? T.10. D.1. n. 15. Cur dicit *Anima*, & non *vita*? ibid.

Cap. 20. v. 23. *Aſcendite ad eos & inite certamen.* Cur Deus iubet certamen inire, ſi ſcit ſuperandos in certamine? T.2. E. n.52.


## *I. REGUM.*


Cap.2. v.5. *Sterilis peperit plurimos.* Quomodò & quando ſi ſterilis? T.3. D.1. à n. 5.

V. 9. *Impij in tenebris conticeſcent.* Quare qui in inferno pœnas ſuſtinent; de illis dicitur, quod in tenebris tacent? T.7. E. n. 26.

Cap. 9. v. 2. *Non erat vir melior illo.* Unde probitas, ac morum integritas? T.5. D.2. n.8.

Verſ. 24. *Armum de induſtria ſervatum eſt tibi.* Cur eligendo in Principem ſervatur de induſtria huiuſmodi portio in menſa? T.3.D.4. n. 4.

Cap.10. v.22. *Ecce abſconditus eſt domi.* An apparuit imperio dignus, qui ne reciperet, latebat abſconditus? T.5. D. 2. n. 8.

V.24. *Non eſt ſimilis illi in omni populo.* Unde ſingulariter commendatur? ibid.

Cap.14. v. 27. *Illuminati ſunt oculi eius.* Quo caligaverant? T.9. E. n.7.

Cap.15.v.12. *Implevi verbum Domini.* Quomodò, qui nec obedit? T.3. D. 6. n. 3.

V.20. *Imò audivi vocem Domini.* Unde tanta audacia & in culpa manifeſta? n. 4.

V. 28. *Scidit Dominus regnum Iſrael à te.* Quid ſciſſura pallij cum regis amotione? T. 4. E. à n. 15.

Cap.16. v. 11. *Adhuc reliquus eſt parvulus.* Unde maior maioribus? T.11. D.5. n. 4.

V.12. *Surge & unge eum: ipſe eſt enim.* Cur ut genuflexum in Principem ungat, neceſſarium quod ſe erigat? Ibid.

Cap. 17. v. 12. *Iſai habebat octo filios.* Unde ſi ſeptem tantum? T.2. E. n. 14.

V.33. *Non vales reſiſtere Philiſthæo iſti.* Cur opponitur victuri certamini? T.7. D.1. n.9.

V.37. *Vade & Dominus tecum ſit.* Quare modò indulget, quod pridem abnuit? Ibid.

V. 57. *Abner introduxit coram Saule, caput Philiſthæi habentem in manu ſua.* Cur Abner in introducitur cum hoſtis capite interrogato de Davidis ſtirpe? T.8. D.4. n.14.

Cap.18. v. 9. *Non rectis oculis Saul aſpiciebat David.* Cur qui erat totius Iſrael delitiæ, diſplicet Regi? T.9. D.6. n. 9.

Cap. 19. v. 1. *Locutus eſt Saul ad Ionatham & ad omnes ſervos ſuos, ut interficerent David.* Cur interimere intendit, quem dotibus ſuperiorem cognoſcit? T.2. D.3. à n.4.

V. 4. *Opera eius bona ſunt valdè.* Cur ita loquitur de Davide averſo patre? à n.11.

V. 9. *Tenebat lanceam.* Cur lanceam pro sceptro? T. 3. D. 4. n. 6.

Cap. 20. v. 31. *Omnibus diebus quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum.* Quomodo à quo regnum roboratur, destruitur? T. 2. D. 3. num. 5. & 12.

Cap. 24. v. 12. *Agnosce oram chlamidis tuæ.* Ut quid Regi ostendit chlamidis scissuram? T. 4. E. n. 14.

Cap. 25. v. 37. *Emortuum est cor eius intrinsecùs, & factus est quasi lapis.* Quomodò si cor carneum, conversum est in lapideum. T. 6. D. 5. à n. 11.

Cap. 28. v. 7. *Mulierem habentem pythonem.* Quid spiritus pythonicus, & quæ pythonissa? T. 5. E. n. 23.

## 2. REGUM.

Cap. 1. v. 5. *Unde scis, quia mortuus est Saul?* Cur non credit, dum ab eius homicida audit? T. 4. D. 2. n. 9.

V. 10. *Sciebam, quod vivere non poterat post ruinam.* Ruina an ex vitæ privatione, vel ex diademate? Ibid.

Cap. 5. v. 8. *Cæcus & claudus non intrabunt in Templum.* Quare & quinam hi? T. 4. D. 1. n. 1.

Cap. 11. v. 6. *Mitte ad me Uriam Hethæum.* Quare in præcepto non dicitur, quod præceperit, sed quod miserit? T. 1. D. 6. numer. 12.

V. 7. *Venit Urias, quæsivitque David, quàm rectè ageret Ioab.* An ex huiusmodi gratia dolosior perfidia? n. 11.

Cap. 12. v. 13. *Dominus transtulit peccatum tuum.* Quidum pro *Pepercit*, dicitur *Transtulit*? T. 8. D. 3. n. 14.

V. 14. *Propter verbum hoc.* Quare quod verè factum, dicitur verbum? n. 12.

V. 30. *Diadema pondo auri talentum, & impositum super caput David.* Cur spetiositas coronæ signatur pondo talenti? T. 3. D. 4. n. 7.

Cap. 13. v. 1. *Absalon, filij David. Cur si filius, excluditur à numero filiorum.* T. 8. D. 4. n. 9.

Cap. 14. v. 14. *Quasi aqua dilabimur.* Cur adinstar aquæ, nobilitatis insigne? n. 10.

Ibid. *Retractat cogitans, ne penitùs pereat qui abiectus est.* Cur ex abiectione delinquentis, retractatur cogitatio correctionis? T. 7. D. 2. n. 10.

V. 17. *Sicut Angelus Domini sic est dominus meus rex.* Cur cum Rex homo, confertur Angelo? T. 10. D. 3. n. 13.

Cap. 15. v. 31. *Infatua Domine consilium Achitophel.* Quomodo Deus homines infatuat? T. 2. E. n. 45.

Cap. 19. v. 23. *Non morieris.* Unde siccine, si mortem eius commendat Salomoni? T. 1. E. n. 2.

Cap. 22. v. 11. *Ascendit super cherubim, & volavit, & lapsus est super pœnas ventorum.* Cur ascensum signat præcipitium? T. 8. D. 2. n. 7.

Cap. 24. v. 13. *Tribus mensibus fugies adversarios tuos.* Quare electà peste, fugam ab hostibus fugit? T. 4. D. 3. n. 10.

V. 15. *Pestilentiam de mane usque ad tempus constitutum.* Quomodò si per tres dies hoccine supplicium minatum? T. 8. E. n. 39.

## 3. REGUM.

Cap. 2. v. 43. *Præceptum quod præceperam tibi.* Quid sit præcepto præcipere? T. 1. E. à numer. 33. D. 1. num. 12. D. 3. n. 1. D. 4. n. 3. Quæ præcepta non præcepta? D. 5. n. 5. D. 6. n. 12.

V. 44. *Tu nosti omne malum, cuius tibi conscium est cor.* Cur reticet quale malum? T. 1. E. n. 3.

Cap. 5 v. 16. *Numero trium millium & trecentorum.* Quomodò sexcentorum, 2. *Paralip.* 2. 18? T. 2. E. n. 1.

Cap. 6. v. 7. *Malleus, & securis non sunt audita.* Unde non audita in templi fabrica? T. 2. D. 6. à n. 2.

V. 23. *Cherubim de lignis.* Cur non ex auro sicut in Tabernaculo? T. 5. D. 4. n. 5.

V. 27. *Posuit in medio templi interioris.* Quomodò si in medio Arca? Ibid.

Cap. 7. v. 19. *Capitella quasi opere lilij.* Quidni rosæ? T. 2. D. 2. n. 8.

V. 20. *Contra retiacula malogranatorum ordines.* Quare malogranata inter retia? Ibid. & T. 7. D. 3. n. 9.

Cap. 8. v. 13. *Ædificans ædificavi.* Quid hæccine phrasis. T. 2. E. à n. 6. Quomodò ædificatione ædificatur? D. 1. n. 4. Quomodò destructione? D. 6. n. 2. Quomodò ædificatione destruitur? D. 2. n. 1. Quænam ædificatio ædificat? T. 8. D. 2. n. 10.

Cap. 9. v. 6. *Si aversione aversi.* Quid averti & aversione. T. 2. E. n. 26.

Cap. 10. v. 1. *Venit tentare in ænigmatibus.* Quæ vita solverit, & in quibus Regina tentavit? T. 3. E. n. 8. & 12.

V. 10. *Dedit ergo regi,* &c. An domo, vel munere? à n. 7.

Ibid. *Gemmas pretiosas.* Quorsùm *pretiosæ*, si gemmæ? à n. 13. D. 1. n. 3. D. 2 n. 5. D. 3. n. 2. D. 4. n. 3. Quomodò pretiosæ, si lapides? D. 5. n. 2. Unde non pretiosæ, tametsi gemmæ? T. 3. D. 6. n. 1. T. 8. D. 4. n. 7.

Cap. 11. v. 10. *Sequeretur Deos alienos.* An Salomon corde secutus? T. 4. E. n. 3.

V. 11. *Quia habuisti hoc apud te.* Quidni dicit, de quo arguit? n. 4.

Ibid. *Disrumpens scindam regnum tuum.* Quid geminatione indicetur? T. 4. E. n. 15. T. 6. D. 5. n. 14. Quando sine scissura disruptio? T. 11. D. 2. n. 9.

V. 12. *De manu filij tui scindam illud.* Cur sicut prius non addit scisione? T. 4. E. n. 15. Quomodò sine ruptione scissura? D. 1. n. 5. Quare remotionis pœnam indicat vestis scissuram? D. 2. n. 3. D. 3. n. 1. D. 4. n. 5. & D. 6. n. 13.

V. 31. *Tolle tibi decem scissuras.* Cur regnum vocatur vestis? T. 4. E. n. 11.

V. 32. *Una tribus remanebit propter David.* Si una tantùm, quomodò decem & non undecim Ieroboam? à n. 5.

Cap. 12. v. 20. *Nec secutus est quispiam domum*

Da-

*David præter tribum Iuda solam.* Quomodò si etiam adhæsit tribus Beniamin? T. 4. E. à n. 5.

V. 28. *Fecit duos vitulos aureos.* Quo consilio, si idola inter Hebræos abominatio? T. 10. D. 4. n. 8.

V. 29. *Posuitque unum in Bethel.* Quorsùm in domo sanctitatis unum ex idolis? Ibid.

V. 31. *Sacerdotes, qui non erant de filijs Levi.* An filij Levi unam tribum constituerint cum tribu Iuda? T. 4. E. à n. 7.

Cap. 17. v. 12. *Non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest, & parum olei in lecytho.* Hebr. *Quo ungar.* Quo intuitu oleum in unctionem, quæ in escam nec habebat panem? T. 1. D. 3. n. 9.

Cap. 19. v. 5. *Obdormivit in umbra Iuniperi.* Quare arborem aliam non elegit? T. 8. D. 2. n. 4.

Cap. 21. v. 19. *In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lament quoque sanguinem tuum.* Quomodò hìc, si contigit in Samaria? T. 5. E. à n. 7.

V. 24. *Si mortuus fuerit Achab in civitate, comedent eum canes: Si in agro, volucres cœli.* Quid expressum huiusmodi phrase? n. 8.

V. 26. *Idola, quæ fecerant Amorrhæi.* Quorumnam & qualia huiusmodi idola? T. 3. E. n. 11.

Cap. 22. v. 10. *Universi prophetæ prophetabant.* Quid, si prophetæ? T. 5. E. à n. 30. D. 1. n. 4. D. 2. n. 6. D. 4. n. 1. D. 5. num. 2. & D. 6. n. 11.

V. 15. *Vade prosperè, tradet Dominus.* Cur dicit contra quæ intelligit? T. 5. E. n. 4.

V. 22. *Ero spiritus mendax in ore prophetarum.* Quisnam hic spiritus & cuius? n. 5.

V. 24. *Mène dimisit spiritus Domini?* Cur ita pseudopropheta propugnat falsitatem? n. 31.

V. 25. *Ingredieris in cubiculum intra cubiculum.* Quid hoc? n. 6.

V. 34. *Percussit regem inter pulmonem & stomachum.* Quomodo si inter cervices & scapulam? à n. 10.

V. 37. *Sepelieruntque regem in Samaria.* Quomodo si prædictum, illum nullibi sepeliendum? n. 8.

4. *REGUM.*

Cap. 1. v. 2. *Cecidit per cancellos cœnaculi.* Quid dicantur cœnaculi cancelli? T. 6. E. n. 2.

Ibid. *Ite, consulite Beelzebub Deum Accaron.* Quodnam hoccine idolum & oraculum? à num. 3. Quomodò consulebatur? à n. 11. Cur consulitur dæmon, dum rex experitur lapsum? T. 4. D. 2. n. 2. T. 11. D. 6. n. 15.

Ibid. *Utrum vivere queam de infirmitate mea hac.* Quorsùm *Hac* & *infirmitate*, si ægrotasse dicitur? T. 6. E. à n. 17. D. 1. n. 1. D. 2. n. 8. D. 3. n. 15. D. 4. n. 1. D. 5. n. 1. & D. 6. n. 2.

Cap. 2. v. 12. *Currus Israel & auriga eius.* Quare currus regni dicitur, qui habenas moderatur? T. 3. D. 4. n. 8.

Cap. 4. v. 24. *Tolle baculum meum,* &c. Cur mittitur ab Eliseo, dum sine illo baculus eius sine virtute? T. 6. D. 1. n. 9.

Cap. 5. v. 10. *Recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis.* Quorsùm, *Mundaberis*? T. 6. E. à n. 31.

Cap. 6. v. 17. *Aperuit Dominus oculos pueri, & vidit.*

V. 18. *Percute gentem hanc cæcitate.* Quare Eliseus simul illuminat & obcæcat? T. 4. D. 4. n. 14.

Cap. 9. v. 13. *Unusquisque tollens pallium suum, posuerunt in similitudinem tribunalis.* An sub horologio? T. 4. D. 2. à n. 5.

V. 30. *Iezabel introitu eius audito, depinxit oculos suos stibio,* &c. Cur se ornavit, dum mori decrevit? T. 1. D. 3. n. 3.

Cap. 13. v. 14. *Eliseus ægrotabat infirmitate, qua & mortuus est.* Quare si ægrotabat, dicitur *Infirmitate*? T. 6. E. à n. 22.

V. 17. *Sagitta salutis in Syriam.* Quomodò salus & vulnus? T. 11. D. 2. n. 6.

V. 19. *Si percussisses quinquies, &c. percussisses Syriam usque ad consummationem.* Quid si prima iaculatio usque ad consumptionem Syriæ? T. 6. E. n. 36.

Cap. 18. v. 17. *Misit Rabsacem ad Regem.* Quis hic Rabsaces? T. 7. E. n. 10.

V. 18. *Egressus est Sobna Scriba.* Quis hic, & quæ fecerit? n. 11.

V. 36. *Tacuit populus, & non respondit quicquam.* Cur tacuit? à n. 27. D. 2. n. 3. Cur additur tacenti, nil respondisse? T. 7. D. 3. n. 1. D. 4. n. 9. & D. 5. n. 3.

Cap. 19. v. 29. *Comede hoc anno quod repereris: in secundo, quæ sponte nascuntur.* Quare hìc signatur ad annum secundum, quod in Isaia ad annum primum? T. 7. E. à n. 8.

V. 35. *Angelus Domini percussit in castris Assyriorum,* &c. Quomodò, quare, & quo loco exercitum percutiendo delevit? à n. 42.

V. 37. *In templo Nesroch Deum,* &c. Quodnam isthoc Numen? n. 44. Quare in huius templo interfectus à filijs? n. 47. Cur Nesroch dictus Nesrach? n. 48.

Cap. 20. v. 1. *Morieris tu, & non vives.* Unde in morte duplex mors? T. 1. D. 2. n. 5.

V. 10. *Nec hoc volo ut fiat, sed ut revertatur retrorsum.* Cur Solem elegit regredi, & non progredi? T. 11. D. 4. n. 12.

V. 13. *Ostendit omnia quæ habere poterat in thesauris suis.* Quomodò plusquàm habebat? T. 7. D. 3. n. 15.

Cap. 25. v. 15. *Quæ aurea, aurea: & quæ argentea, argentea.* Quorsùm huiusmodi ex suppositio geminatio? T. 3. E. à n. 36. Quæ aurea, non aurea? D. 2. à n. 4. D. 3. n. 2. D. 4. n. 10. Quæ ferrea, aurea? T. 3. D. 5. n. 2. Quæ aurea, ferrea? D. 6. n. 1.

V. 17. *Retiaculum & malogranata.* Cur malogranata in retibus? T. 7. D. 3. n. 9.

1. *PARALIPOM.*

Cap. 2. v. 14. *Isai genuit septimum David.* Quomodò alibi dicitur octavus? T. 2. E. n. 14.

Cap. 20. v. 2. *Tulit David coronam Melchon.* Quare Numinis, si alibi dicitur diadema Regis? T. 3. D. 4. n. 14.

2. *PARALIPOM.*

Cap. 3. v. 5. *Sculpsit palmas, & quasi catenulas*

se

*se invicem complectentes.* Quare simul catenulas & palmas? T. 6. D. 3. num. 12. T. 7. D. 3. n. 9.

V. 13. *Cherubim stabant erectis pedibus & facies eorum versæ ad exteriorem domum.* Quare & erectis pedibus, & ad propitiatorium nequaquàm conversis vultibus? T. 5. D. 4. num. 5. Quomodò horum sic figura charitatis nota? D. 3. n. 5.

Cap. 4. v. 12. *Quasi quædam retiacula.* Ad quid *quædam*? T. 2. D. 2. n. 8.

Cap. 11. v. 12. *Imperavit super Iudam, & Beniamin.* Quomodò si sola domum David secuta tribus Iuda? T. 4. E. à n. 5.

Cap. 32. v. 21. *Reversus est cum ignominia in terram suam.* Qualis ignominia Senacherib? T. 7. E. n. 43.

## 1. ESDRÆ.

Cap. 2. v. 62. *Hi quæsierunt scripturam genealogiæ suæ & non invenerunt.* Cur requirunt scripturam ad sacerdotium? T. 3. D. 1. n. 14.

V. 64. *Omnis multitudo quadraginta duo millia, trecenti sexaginta.* Quomodò si in hanc summam restant plusquam decem millia. T. 4. E. n. 10.

Cap. 4. v. 2. *Ædificemus vobiscum, quia ita ut vos quærimus Deum vestrum.* Ut quid non dicunt absolutè Deum, vel Deum cunctorum? T. 4. D. 1. n. 17.

V. 3. *Nos ipsi soli ædificabimus.* Cur remandant venientes in Religionem? Ibid.

V. 5. *Conduxerunt adversus eos consiliatores, ut destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri Regis.* Quomodò in diebus Cyri opus templi interdictum, si ab illo decretum? T. 8. E. n. 8. & 14.

V. 6. *In regno Assueri.*

V. 7. *Et in diebus Artaxerxis.* Quinam hi, & an unus? à n. 9.

Ibid. *Epistola accusationis scripta erat Syriacè & legebatur sermone Syro.* Cur tantùm una dicitur epistola, dum plures in accusationem, & ad plures? n. 15. Quare additur *Sermone Syro*, si scripta Syriacè? Ibid. & à num. 30. D. 1. num. 10. D. 2. 1. D. 3. n. 2. D. 4. num. 8. & D. 5. n. 7.

Cap. 5. v. 1. *Prophetarunt prophetantes ad Iudæos.* Quid sit prophetare prophetas? T. 5. E. num. 34.

Cap. 7. v. 6. *Esdras ipse scriba velox.* Quid sit velox scriba? T 8. E. n. 26.

## 4. ESDRÆ.

Cap. 6. v. 40. *Lumen luminosum.* Quidnam luminosum lumen? T. 3. D. 5. n. 5.

## TOBIÆ.

Cap. 1. v. 5. *Cum irent omnes ad vitulos aureos, hic solus fugiebat.* Quippini recedebat, seu non ibat; sed fugiebat? T. 10. D. 4. n. 9.

V. 22. *Iussit eum occidi.* Cur satelites executioni haud mandarunt decretum Principis? T. 5. D. 6. n. 8.

V. 23. *Nudus latuit.* An quia nudus, à ministris absconditus? Ibid.

Cap. 4. v. 14. *In ipsa* (superbia) *initium sumpsit omnis perditio.* Quomodò, & quando? T. 11. E. numer. 20. Cur dicitur *perditio omnis*? Ibid.

Cap. 5. v. 12. *In tenebris sedeo, & lumen cœli non video.* Quid sit in tenebris sedere? T. 9. E. à num. 30. Cur addit, si in tenebris, non videre lumen, & lumen cœli? n. 37. Quando visum in terræ tenebris cœli lumen? T. 9. D. 1. n. 9. D. 2. num. 2. Quare si idem, geminatur lumen cœli non videre, & in tenebris vivere? D. 3. n. 2. D. 4. n. 16. D. 5. n. 8. & D. 6. n. 4.

Cap. 6. v. 5. *Ad medicamenta utiliter.* Quæ dicantur utilia medicamenta? T. 6. E. n. 27. Cur siccine medicamenta dicantur necessaria? T. 1. D. 4. n. 10.

V. 6. *Cætera salierunt.* Ut quid salierunt quæ servarunt? Ibid.

Cap. 11. v. 8. *Lini super oculos eius ex felle isto, & videbit pater tuus lumen cœli.* Cur felle utitur Angelus, ut illuminetur cæcus? T. 10. D. 3. à n. 10. Quare dicitur, *Ex felle isto*? n. 12.

Cap. 13. v. 13. *Luce splendida fulgebis.* Si lux, quorsùm notatur splendor? T. 8. D. 4. n. 11.

## IUDITH.

Cap. 2. v. 1. *Ut descenderet se.* Unde si nemo provocavit. T. 11. E. à n. 6.

V. 3. *Dixit cogitationem suam in eo esse; ut omnem terram suo subiugaret imperio.* Quo iure? à numer. 8.

V. 7. *Equites sagittarios, duodecim millia*, quomodò si alibi dicitur vigintiduo millia? T. 10. E. à n. 4.

Cap. 5. v. 24. *Tradens tradet illos Deus.* Quid signet participium verbi additum verbo? T. 10. E. n. 28. & 38. Quomodò sine traditione traditio? D. 1. n. 13. D. 2. n. 1. D. 3. n. 10. D. 4. n. 1. D. 5. n. 2. & D. 6. n. 3.

Cap. 8. v. 1. *Cum audisset hæc verba Iudith.* Quo tempore contigit eius historia? T. 10. E. à numer. 5.

Cap. 9. v. 12. *Fac Domine, ut gladio proprio eius superbia amputetur.* Cur non dicit caput sed superbiam, & qualis superbiæ gladius? T. 11. E. n. 12. Unde iugulata? D. 1. n. 1.

Cap. 13. v. 19. *Ecce caput & ecce conopœum.* Quid sit conopœum? n. 31. Cur cum capite illud ostendit? n. 32. Cur simul tulit? Ibid.

V. 28. *In contemptu superbiæ suæ Deum Israel contempsit.* Quid sit contemptu contemnere? n. 27. Cur dicitur *Superbia & sua*? num. 28. Quomodò nullus in contemptu contemptus. D. 2. numer. 3. Unde gloria contemptus sine superbia? D. 3. num. 4. D. 4. num. 5. D. 5. num. 12. & D. 6. n. 5.

Cap. 14. v. 16. *Una mulier fecit confusionem in domo Regis.* Unde victoria fœminæ propudium victoris? T. 11. D. 1. n. 1.

Cap. 16. v. 17. *Non est qui resistat voci tuæ.* Quid si usquequaque à peccatore resistitur? T. 2. E. n. 34. & 38.

## ESTHER.

Cap. 2. v. 5. *Mardochæus filius Iair, filij Semei, filij Cis de stirpe Iemini.* Cur præteritur Saul? T. 8. D. 4. n. 13.

# Index locor. Sacr. Script.


V. 17. *Habuit gratiam & misericordiam coram eo.* Quare in reginam electa signatur misericordia cum gratia? T.3. D.1. n.15.

Ibid. *Fecitque eam regnare pro Vasthi.* Quo iurè? Ibid. Quare nolentem regnare fecit? T. 5. D. 2. numer. 7.

Cap 4. v. 16. *Tradent me morti, & periculo.* Quodnam periculum post mortem? T.10. D.5.n.9.

Cap.6. v.10. *Mardochæo iudæo, qui sedet ad fores patiatij.* Quomodò foris, si munus iam habebat in aula Regis. T.2. D 4. n. 6.

Cap.10.v.6. *Esther est, quam Rex voluit esse reginam.* Cur Rex voluit, dum illa renuit? T. 5. D. 2. n. 7.

Cap.13. v.9. *Non est qui possit tuæ resistere voluntati.* Unde visa in obstinatis resistentia? T.2. E.n.34. & 38.

## *IOB.*

Cap.1.v.12. *Ecce universa, quæ possidet, in manu tua sunt.* Unde constet, fuisse cuncta in manu dæmonis? T.4. D.3. n. 6.

V.21. *Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc.* Quare ut cognoscat vitæ finem, connotat nativitatem? T. 8. D. 6. numer. 7.

Cap.3. v.11. *Quare non in vulva mortuus.* Unde huiusmodi quæstus? T.3. D. 2. n.4.

Cap. 4. v. 8. *Seminant dolores & metent eos.* Quid sementis & messis doloris? T. 8. D. 6. numer. 8.

Cap. 6. v. 10. *Et hæc mihi consolatio, ut affligens me dolore, non parcat.* Cur afflictio afflicto consolatio? T.11. D. 6. n. 13.

V.12. *Nec caro mea ænea.* Unde caro, si ænea esset? T.9. E. n. 15.

Cap. 9. v. 7. *Qui præcipit Soli, & non oritur.* Quomodò Deus Soli præcipit? T. 1. E. numer. 9.

V. 8. *Qui extendit cœlos solus, & graditur super fluctus maris.* Cur cœlum sicut pallium, & ex extensione vestis, gressus super fluctus maris? T.11. D.6. n.8.

Cap.12. v.25. *Quasi in tenebris, & non in luce.* Quorsùm negatio lucis, si sunt in tenebris? T. 9. E. n. 40.

Cap.13. v. 27. *Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes semitas meas.* Si in nervo; quæ pedum semita, ut observentur vestigia? T. 6. D.3. n. 15.

Cap.16. v.15. *Conscidit me vulnere super vulnus.* Unde & quomodo vulnus ex vulnere? T. 11. D. 6. n.15.

Cap. 17. v. 13. *Si sustinuero, infernus domus mea est.* Quomodo ex patientia domus propria conversa in tartara? T.3. D. 2. n. 4.

Cap. 20. v. 16. *Caput aspidum suget.* Cur delitiæ cupidinis caput aspidis? T. 10. D.2. n.11. Quidni sugit, & non suget? n. 12.

V.20. *Cum habuerit, quæ concupierat; possidere non poterit.* Unde in possessione possessio nulla? T. 3. E. n. 28.

Cap. 27. v. 18. *Ædificavit sicut tinea domum suam.* Cur dives confertur tineæ? n.29.

Cap. 29. v. 3. *Ad lumen eius ambulabam in tenebris.* Quomodò in tenebris, dum lux præ oculis? T. 9. D.4. n. 16.

Cap. 33. v.19. *Increpat quoque per dolorem in lectulo.* Qua arte Deus dum dolorem immittit, dolor medetur? T.11. D.6. n.14.

Cap.40.v.8. *Ecce spes eius frustrabitur.* Qualis spes dæmonis, ex qua excidit, & mundus risit? T. 11. D.4. n. 4.

Cap.41. v.24. *Non est potestas super terram, quę comparetur ei,* &c.

V. 25. *Ipse est Rex, super universos filios superbiæ.* Cur potestas super filios superbiæ, sit summa potestatis? n. 5.

## *PSALMORUM.*

Psalm. 2. v. 7. *Ego hodie genui te.* Unde hodie natus ante sæcula genitus? T.9. D.3.n.6.

Psal. 4.v.3. *Usquequo gravi corde? Ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Cur iungit mendacium ad vanitatem potentium? T.5.D.6. n. 14.

V.10. *Singulariter in spe.* Quænam in spe singularitas? T.7. D.6. n.4.

Psalm.5.v.2. *Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum.* Quomodò dependet ab oratione, quod Deus illam exaudiat, atque clamantem intelligat? T. 5. D. 4. n 10.

V.3. *Intende voci orationis meæ.* Quidni voci orantis? Ibid.

V.11. *Linguis suis dolosè agebant.* Cur in linguis dolosis dicit *Suis*? T.8. D.5.n.1.

Psalm.10. v.5. *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* Quis diligit iniquitatem, quam odit? T. 11. D. 2. n. 8.

Psalm. 11. v.9. *In circuitu impij ambulant.* Cur pravum notat, qui in circuito ambulat? T. 3. D.3. n. 6.

Psalm. 12. v.4. *Illumina oculos meos, ne unquàm obdormiam in morte.* Quare illuminari non valet, si in morte dormit? T.6. D.5. n 5.

V.5. *Nequando dicat inimicus: Prævalui.* Quando inimicus valet, & quando prævalet? n. 7. Quare si in morte somnus, diabolo triumphus? à n.6.

Psalm.13.v.3. *Venenum aspidum sub labijs eorum.* Cur labia meretricis veneno conferantur aspidis? T. 10. D.2. n.11.

Psalm.15. v. 4. *Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus.* Quænam de sanguinibus conventicula, & qualia? T.10. E. n.21.

Psalm. 16. v. 11. *Proijcientes me, nunc circundederunt me.* Quare circuitu amplectuntur, quem proiecerunt? T.11. D.3. n. 9.

Psalm.17.v.7. *Clamor meus in conspectu eius.* Unde in oculis quod spectat ad aures? T.9. D.4. n.10.

V. 10. *Inclinavit cœlos, & descendit.* An ex terræ commotione Deus descendit de culmine cœli? T 9. D 2. n. 9.

V. 11. *Volavit super pennas ventorum.* Quare super pennas, & non in pennis? T. 8. D. 2. numer. 7.

Psalm.18. v.3. *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.* Quale verbum diei annunciatum à die? T. 8. D. 6. num. 1. T. 9. D. 1. numer. 5. Quæ scientia nocti & à nocte? T. 8. D. 6. n.1.

V. 7. *A summo cœlo egressio eius, & occursus eius usque ad summum eius.* Quare ubi Christi triumphantis ascensio, demonstratur crucis passio? T. 10. D. 6. n. 12.


Psalm.

Psalm. 19. v. 9. *Ipsi obligati sunt & ceciderunt.* Occasio ruinæ unde ex obligatione? T. 10. D. 4. n. 12.

Ibid. *Nos autem surreximus & erecti sumus.* Quisnam non erigitur, etsi surgat? Ibid.

Psalm. 21. v. 2. *Longe à salute mea verba delictorum meorum.* Cur delictorum, & non delinquentium? & quare verba delicti longè à salute? T. 8. D. 3. n. 11.

V. 21. *Erue à framea Deus animam meam.* Quare refugit mortuus lanceæ acerbitatem, qui vivens optabat dolorum dulcedinem? T. 8. D. 5. n. 15. T. 10. D. 1. n. 17. T. 11. D. 4. n. 8.

Psalm. 22. v. 4. *Virga tua & baculus tuus.* Cur baculus dicitur virga? T. 4. D. 4. n. 24.

V. 5. *Calix meus inebrians quàm præclarus est!* Unde calicis claritas, si supponitur ebrietas? T. 1. D. 5. à n. 14.

Psalm. 25. v. 10. *In quorum manibus iniquitates sunt.* Si occupatur dextra muneribus, quomodò iniquitas ambabus manibus? T. 8. D. 5. n. 3.

Psalm. 26. v. 8. *Exquisivit te faciès mea, faciem tuam Domine requiram.* Quomodò illum tantùm quærit, dum eius faciem requirit? T. 5. D. 3. n. 11.

Psalm. 27. v. 2. *Exaudi vocem deprecationis meæ.* Quidni deprecationem vocis, sed vocem deprecationis?

V. 5. *Destrues illos, & non ædificabis eos.* An ædificatio ex destructione? T. 2. D. 6. n. 2. Quid indicetur huiusmodi bebæosi? T. 2. E. n. 25.

Psalm. 29. v. 10. *Quæ utilitas in sanguine meo.* Unde constet inutilis, utilis pretiosus sanguis? T. 6. D. 6. n. 16.

Psalm. 33. v. 6. *Accedite ad eum & illuminamini.* Cur illuminantur accedentes? T. 1. D. 5. n. 4.

Psalm. 34. v. 16. *Subsannaverunt me subsanatione.* Quid indicet phrasis? T. 11. E. n. 25. Qua arte sine subsannatione subsanatio? D. 2. n. 10.

V. 26. *Induantur confusione & reverentia.* Quænam reverentia cum confusione? T. 3. E. n. 30.

V. 20. *In iracundia terræ loquentes dolos cogitabant.* Quænam terræ iracundia, & quare cum dolorum concomitantia? T. 1. D. 4. n. 4.

Psalm. 35. v. 3. *Dolosè egit in conspectu eius, ut inveniatur iniquitas eius ad odium.* Quomodò si Deus cuncta cognoscit, dolus in conspectu eius? T. 5. D. 4. n. 1. Quando & non in odium invenitur iniquitas? T. 3. D. 5. n. 12. Quomodò in conspectu Dei vocis suavitas invenitur iniquitas? T. 5. D. 4. n. 1.

V. 10. *Apud te est fons vitæ.* Unde vitæ fons? T. 1. D. 5. n. 5.

V. 12. *Manus peccatoris non moveat me.* Cur peccatoris munus dicitur manus? T. 7. D. 4. n. 8.

Psalm. 36. v. 20. *Inimici Domini mox ut honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodùm fumus.* Quid fumus in allusionem honoris & principatus? T. 4. D. 2. n. 4.

Psalm. 37. v. 7. *Miser factus sum & curvatus sum usque in finem.* An miser, quia patitur curvitatem, vel quia curvatur in finem? T. 8. D. 6. n. 9.

Psalm. 38. v. 10. *Obmutui & non aperui os meum.* Quorsùm hoccine, si obmutuit? T. 7. E. n. 31.

Psalm. 41. v. 2. *Quemadmodum cervus desiderat ad fontes.* Quidni dicit Currit, sed desiderat? T. 10. D. 4. n. 2.

Psalm. 43. v. 14. *Posuisti nos subsannationem & derisum.* Quale inter utrumque discrimen? T. 11. E. n. 25. D. 2. n. 14.

Psalm. 44. v. 2. *Eructavit cor meum verbum bonum.* Quare verbum sub expressione boni, & non sub specie veri? T. 9. D. 1. n. 5.

V. 7. *Virga directionis, virga regni tui.* Unde virga directionis, quæ virga severitatis? T. 10. D. 3. n. 13.

V. 30. *Astitit regina in vestitu deaurato, circundata varietate.* Cur vestis pretiositas, ornatus varietas? T. 6. D. 3. n. 1.

Psalm. 50. v. 11. *Averte faciem tuam à peccatis meis.* Quare si dicit: *Ne avertas faciem tuam à me?* T. 5. D. 2. n. 14.

Psalm. 51. v. 4. *Iniustitiam cogitavit lingua tua.* Cur dicitur iniustitiam linguam cogitare, cui competit tantùm loqui? T. 7. D. 5. n. 10.

Psalm. 54. v. 6. *Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ.* Cur ex mortis tenebris vulnus & timoris & tremoris? T. 1. D. 2. n. 4.

V. 7. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam?* Quippini ut requiescam post volatum? T. 5. D. 3. n. 8.

Psalm. 55. v. 4. *Ab altitudine diei timebo.* Cur non à die, sed ab altitudine? T. 2. D. 6. à n. 10.

Psalm. 58. v. 5. *Sine iniquitate cucurri & direxi.* Unde quia sine iniquitate, potitus est directione? T. 8. D. 2. n. 13.

Psalm. 61. v. 10. *Mendaces filij hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum.* Quinam ad vanitatem scopus hominis, ut mendaces fiant in stateris? T. 2. D. 2. n. 8. Cur in stateris, & non in statera? T. 8. D. 1. n. 7. Quid est mendacium de vanitate in idipsum? Ibid.

V. 11. *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Cur perditio divitis ex appositione cordis? T. 3. E. n. 27.

Psalm. 64. v. 5. *Beatus quem elegisti & assumpsisti.* Quare Dei etiam ponitur dum assumptio, dum ab ipso facta electio? T. 2. D. 3. n. 10.

Psalm. 67. v. 7. *Qui educit vinctos in fortitudine.* Quæ fortitudo in eductione vinctorum? T. 4. D. 4. n. 11.

Ibid. *Similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris.* Qui sint habitantes in sepulchris, exasperantes virtutem potentis? n. 21.

V. 13. *Rex virtutum dilecti dilecti.* Cur Nebr. *Fugerunt, fugerunt?* T. 10. D. 4. n. 13.

V. 34. *Ecce dabit voci suæ vocem virtutis.* Quando & quomodò vox ex voce, & talis præstans virtute? T. 2. D. 5. n. 10.

Psalm. 68. v. 10. *Opprobria exprobrantium.* Cur geminatio quasi opprobria sine exprobratore? T. 11. D. 2. n. 14. Cur potentes dicuntur exprobrantes? T. 11. E. n. 26.

V. 27. *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Quomodò dolor additur, si dolore vulnerum expellitur dolor? T. 8. D. 3. n. 10.

V. 28. *Non intrent in iustitiam tuam.* Unde maius peccati tormentum, dum non intrat modò in iudicium divinum? T. 11. D. 6. n. 13.

V. 34. *Vinctos suos non despexit.* Si sui vincti peccato non sunt; quomodò vinctos respicit ut suos? T. 6. D. 6. n. 6.

Psalm. 70. v. 9. *Ne projicias me in tempore senectutis.* Quippini omni tempore? T. 5. D. 1. n. 13.

V. 17. *A iuventute mea & usque nunc pronunciabo mirabilia tua.* Cur usque in senium vocationis gratia, universa mirabilia? Ibid.

Psalm. 72. v. 18. *Propter dolos posuisti eis.* Quomodò

in quo dolus nequit esse, dicitur dolos disponere? T. 2. E. n. 42. & 45.

V. 22. *Ad nihilum redactus sum & nescivi.* An in huiusmodi humilitatis formula perfectior cognitio, quàm ignorantia? T. 11. D. 5. n. 11.

V. 27. *Qui fornicantur abs te.* Quid Abs te? T. 10. E. n. 26.

Psalm. 73. v. 16. *Tu fabricatus es auroram & Solem.* Cur simul uterque signatur? T. 9. D. 2. n. 1.

Psalm. 74. v. 9. *Calix in manu Domini*, &c. Quare in Dei manu, quod in ambitionis potu? T. 6. D. 2. n. 9. Quomodò inclinat ex hoc in hoc calicem fæcis ambitio? Ibid. Quare poto calice usque in fundum, adhuc non est exinanitum venenum? n. 10. Quare ambitiosi dicantur peccatores terræ? à n. 9.

Psalm. 75. v. 6. *Dormierunt somnum suum*, &c. Quare nihil divitiarum, post interitum? T. 1. D. 1. n. 14.

V. 9. *Terra tremuit & quievit.*

V. 10. *Cùm exurgeret in iudicium Deus.* Quare cùm Dominus in iudicium surgit, terra post tremorem quiescit? T. 11. D. 7. n. 15.

Psalm. 76. v. 20. *In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis.* Cur semitæ & non semita, dum in mari rubro describitur via? T. 4. E. n. 19.

Psalm. 77. v. 33. *Defecerunt in vanitate dies eorum.* Quid in vita vitalitas vana? T. 8. D. 5. n. 11. Quid vanitas dierum in diebus vanitatum? à n. 13.

Ibid. *Et anni eorum cum festinatione.* Quomodò festinant in continuatione vitæ? n. 12.

V. 53. *Eduxit eos in spe & non timuerunt.* Unde si spem comitatur timor? T. 7. D. 6. n. 4. Quomodò sine timore timentes valdè? n. 6.

V. 57. *Conversi sunt in arcum pravum.* Cur pravitas cordis confertur arcui? T. 4. D. 3. n. 1.

V. 72. *Pavit eos in innocentia cordis sui.* Cur iungitur innocentia cordis cum directione mentis? T. 1. D. 4. n. 6.

Ibid. *Et in intellectibus manuum suarum deduxit eos.* Quare dum in correctione potestatis usus, debet esse in manibus intellectus? Ibid. Unde intellectus in manibus? T. 8. D. 1. n. 12. Quidni in intellectu, sed intellectibus, dum est in manibus? Ibid.

Psalm. 79. v. 9. *Vineam de Ægypto transtulisti: eiecisti gentes & plantasti eam.* Cur gentes eiecit, ut vineam religionis plantaret? T. 4. D. 1. n. 7.

Psalm. 81. v. 7. *Vos autem sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis.* Cur Principibus signatur cadere, & hominibus mori? T. 4. D. 2. n. 8 Quid sit unus de principibus? ibid.

Psalm. 82. v. 14. *Deus meus pone illos ut rotam.* Cur in diabolum poni ut rotam, summum supplicium? T. 11. D. 4. n. 6.

Psalm. 83. v. 8. *De virtute in virtute videbitur Deus Deorum in Sion.* Quomodò postquàm visus de virtute in virtutem fit progressus? n. 15.

Psalm. 85. v. 13. *Eruisti animam meam ex inferno inferiori.* Quisnam in mundo infernus superior & inferior? T. 5. D. 1. n. 5.

V. 16. *Respice in me & miserere mei.* Cur non dicit adiuva, sed respice? T. 9. D. 4. n. 9.

Ibid. *Da imperium tuum servo tuo.* Quodnam insigne potestatis in oculis? Ibid.

V. 17. *Fac mecum signum in bonum.* An & à Domino eligi in thronum, signum malum? T. 2. D. 6. à n. 13.

Ibid. *Ut videant qui oderunt me.* Cur qui oderunt, in throno videre cupiunt? Ibid.

Psalm. 87. v. 13. *Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua?* Quænam tenebræ, & quomodò in eis mirabilia cognoscenda? T. 3. D. 5. n. 7.

Ibid. *Et in iustitia tua in terra oblivionis.* Cuius mirabilis gratia, ut in terra oblivionis collocetur iustitia? n. 10.

Psalm. 88. v. 9. *Domine Deus virtutum.* Quippini virtutes Dei? T. 10. D. 5. n. 15.

Psalm. 93. v. 4. *Loquentur omnes qui operantur iniustitiam?* Cur impij mutescunt, quùm loquuntur? T. 8. D. 2. n. 12.

V. 10. *Qui corripit gentes, non arguet?* Unde correptionis supplicium vertitur in argumentum? T. 1. D. 4. n. 11.

V. 15. *Quousque iustitia convertatur in iudicium.* Cur iudicium necessarium, dum opus iustum? T. 1. D. 1. n. 12.

Ibid. *Et qui iuxta illam? Omnes qui recti sunt corde.* Quare à cordis rectitudine; & non à rectitudine conscientiæ? Ibid.

Psalm. 94. v. 10. *Quadraginta annis offensus fui*, &c. Quomodò offensus, qui in beneficis magnificus? T. 10. D. 1. n. 14.

Psalm. 95. v. 12. & 13. *Exultabunt omnia ligna silvarum à facie Domini quia venit.* Cur quia Dominus venit, exultant ligna? T. 6. D. 1. n. 10.

Psalm. 98. v. 8. *Deus tu propitius fuisti eis, ulciscens*, &c. Unde Deus dum peccata punit, propitiè parcit? T. 11. D. 6. n. 20.

Psalm. 101. v. 27. *Mutabis eos & mutabuntur.* Quorsùm in eadem re actio & passio? T. 2. E. n. 25.

Psalm. 104. v. 28. *Misit tenebras, & obscuravit.* Ad quid obscuritas, si notat tenebras? T. 9. E. n. 41.

Psalm. 106. v. 26. *Anima eorum in malis tabescebat.* Unde per mala viventium deficit vita? T. 8. D. 6. n. 5.

Psal. 109. v. 3. *Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: ex utero ante luciferum genui te.* Cur splendor Christi Solis exprimitur ante luciferum? T. 2. D. 5. n. 8.

Psalm. 113. v. 4. *Montes exultaverunt ut arietes*, &c. An verè, vel metaphoricè? T. 4. E. n. 28.

Psalm. 117. v. 18. *Castigans castigavit me Dominus, & morti non tradidit me.* Cur fine mortis supplicio Dominica castigatio? T. 11. D. 2. n. 15.

Psalm. 118. v. 37. *Averte oculos meos, ne videam vanitatem.* Quare si tutius videtur, ubi vanitas cognoscitur? T. 6. D. 2. à n. 13.

V. 96. *Omnis consummationis vidi finem.* Qualis finis, & cuius consummationis? T. 4. D. 2. n. 6.

V. 119. *Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ.* Quare uti omnes orbis peccatores cogitat in iudicijs prævaricantes? T. 8. D. 1. numer. 6.

V. 169. *Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo.* Cur non orat accedere, sed appropinquare? T. 5. D. 4. n. 12.

Ibid. *Iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.* Ut quid optat intellectum in Dei eloquium? Ibid.

V. 170. *Intret postulatio mea in conspectu tuo.* Quid quod ingrediatur, ubi gratia non egreditur? n. 11.

Psal. 122. v. 2. *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ.* Quare ancillæ oculi non in dominæ oculis, sed in manibus? T. 3. D. 2. n. 10.

Psal. 123. v. 6. *Venientes venient portantes manipulos suos.*

*suos.* Qui venientes recedunt? T. 4. D. 1. n. 2. Cur per venientium fructus declaratur adventus? n. 5.

Psalm. 130. v. 1. *Non est exaltatum cor meum*, &c. V. 2. *Sed exaltavi animam meam.* Quomodò exaltatio animæ sine cordis exaltatione? T. 11. D. 3. n. 4. Quid est ambulare in magnis, vel super magna? Ibid.

Psalm. 131. v. 4. *Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem.* Quare maius periculum in peccato ex dormitatione, quàm ex somno? T. 6. D. 5. n. 6.

Psalm. 135. v. 13. *Divisit mare rubrum in divisiones.* An in duodecim semitas divisum mare? T. 4. E. à n. 19. D. 5. n. 1.

V. 14. *Eduxit Israel per medium eius.* Quota tunc miracula? à n. 27.

V. 15. *Excussit Pharaonem & exercitum eius in mari rubro.* Quibus prodigijs? n. 29. Cur plausibilior cunctis hiccine triumphus? n. 30. An maius miraculum Ægyptios è fundo educere, quàm immergere? n. 31. Quotis miraculis insignita victoria? n. 32.

Psalm. 138. v. 16. *Dies formabuntur & nemo in eis.* Quomodò nullus hominum in formatione dierum? T. 5. D. 1. n. 12.

V. 22. *Perfecto odio oderam illos.* Quænam in odio perfectio? T. 11. D. 2. n. 7.

Psalm. 142. v. 2. *Non intres in iudicium cum servo tuo.* Si se dicit iudicis servum, quare detrectat iudicium? T. 6. D. 1. n. 9.

Ibid. *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* Unde si apud Dominum plures iustissimè vivunt? Ibid.

Psalm. 146. v. 2. *Sit iucunda decoraque laudatio.* Unde orationi in laudem Numinis forma iucunditatis ac decoris? T. 5. D. 4. n. 12.

## *PROVERBIOR.*

Cap. 2. v. 16. *Ut eruaris ab aliena & ab extranea.* Quodnam discrimen inter utriusque vocem? T. 10. E. n. 12.

Cap. 4. v. 11. *Viam sapientiæ monstrabo tibi.* Cur sui cognitio non dicitur sapientia; sed ad sapientiam via? T. 3. D. 6. n. 13.

V. 18. *Iustorum semita quasi lux splendens procedit.* Quare dicitur splendens, si lux? Cur in semita lucet, & splendet, si præcedit? T. 8. D. 4. n. 12. & 13.

Cap. 16. v. 33. *Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.* Quomodò Deus in sinu temperat sortes? Et quid sit in sinu habere? T. 4. D. 4. à n. 4.

Cap. 17. v. 24. *Oculi stultorum in finibus terræ.* Cur in pedibus stultorum oculus? T. 11. D. 4. n. 8.

Cap. 20. v. 12. *Aurem audientem & oculum videntem Dominus fecit.* Cur nam visio & auditio additur oculo & auri? T. 9. E. n. 28.

V. 17. *Suavis est homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo.* Quisnam panis mendax, cuius lapidosa suavitas? T. 5. D. 5. n. 10.

V. 23. *Statera dolosa non est bona.* Unde dolus in statera. T. 9. D. 5. n. 3.

Cap. 23. v. 35. *Verberaverunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi.* Unde homini obstinata conditio, ut ad verbera iaceat absque ullo sensu? T. 11. D. 6. n. 14.

Cap. 24. v. 20. *Non habent futurorum spem mali.* Quidni, dum nulli magis torqueantur expectatione? T. 8. D. 6. n. 2.

Cap. 25. v. 16. *Mel inveniſti? comede quod sufficit.* Cur species voluptatum præsignetur mel inventum? T. 10. D. 2. n. 9.

Cap. 26. v. 8. *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurij.* Unde acervus saxorum virtutis speculum? T. 6. D. 4. n. 10.

Cap. 27. v. 22. *Si contunderis stultum in pila, non auferetur ab eo stultitia eius.* Cur vel contusus, perversus? T. 6. E. n. 25. T. 9. D. 5. n. 9.

Cap. 30. v. 19. *Viam aquilæ in cœlo.* Cur iter signetur in cœlum, dum filius Dei descendit in mundum? T. 11. D. 5. n. 3.

V. 20. *Talis est via mulieris adulteræ, quæ comedit & tergens os suum, dicit: Non sum operata malum.* Quomodò nil mali operata, in adulterio deprehensa? T. 3. D. 5. à n. 9.

V. 28. *Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regis.* Quid stellio, & cur moretur in aulis? T. 9. D. 5. n. 10.

Cap. 31. v. 13. *Operata est consilio manuum suarum.* Quodnam consilium in manibus? T. 3. D. 2. n. 12.

V. 15. *Et cibaria ancillis suis.* Unde ex manuum consilio, ancillis cibatio? Ibid.

V. 29. *Multæ filiæ congregaverunt divitias.* Quæ divitiæ filiarum, & quare mater supergressa est universas? n. 13.

V. 30. *Fallax gratia, & vana est pulchritudo.* Unde pulchritudine vana fœmina, & fallacissimà gratia? n. 14.

## *ECCLESIASTE.*

Cap. 1. v. 12. *Fui Rex Israël.* Quando non? T. 6. E. n. 10.

Cap. 2. v. 14. *Sapientis oculi in capite.* Quid sapienti, quod cæteris etiam commune? T. 9. D. 5. n. 2. Quare non in facie, sicut cæteri? T. 11. D. 4. n. 8.

Cap. 7. v. 16. *Iustus perit in iustitia sua.* Unde iustitiæ studium in iusti damnum? T. 3. D. 6. n. 8.

Cap. 10. v. 1. *Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti.* Quænam huiusmodi unguenta, quæ perdit musca? T. 7. D. 5. n. 13.

V. 4. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te; locum tuum ne dimiseris: quia curatio faciet cessare peccata maxima.* Quid sit spiritus potestatem habentis, cui necessaria resistentia, ut cessent peccata; & quale studium ad resistendum? T. 5. D. 2. n. 16.

V. 19. *Pecuniæ obediunt omnia.* Quomodò & quare? T. 3. E. à n. 23.

Cap. 11. v. 6. *Manè semina semen tuum.* Quid vespere & mane in seminis seminatione? T. 8. E. n. 43.

## *CANTICORUM.*

Cap. 1. v. 5. *Nigra sum, sed formosa.* Quomodò floret speciositate cum nigredine? T. 8. D. 3. n. 7. Unde formosa ex nigra? T. 11. D. 3. n. 11.

V. 11. *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas.* Quo intuitu catenulas dicit murenulas aureas? T. 6. D. 3. numer. 12. Cur inaures dicuntur murenæ & vermiculatæ? T. 11. D. 2. à numer. 12.

Cap.

# Index locor. Sacr. Script.


Cap. 2. v. 1. *Sicut lilium inter spinas.* Quidni inter cæteros flores? T. 5. D. 2. n. 15.

V. 7. *Ne suscitetis neque evigilare faciatis dilectam.* Quid quod dormiat, vel oculos aperiat? T. 11. D. 3. à n. 6. Vid. cap. 8. 4.

V. 8. *Vox dilecti.* Quomodò vocem audit, si dormit? Ibid.

V. 10. *Surge properà amica mea, columba mea.*

V. 12. *Flores apparuerunt in terra nostra.* Unde constet columba, ex eo quòd flores apparuerint in terra? T. 11. D. 1. n. 17.

Ibid. *Tempus putationis advenit.* Cur iam tempus fructuum, in tempore florum? T. 9. D. 1. n. 2.

V. 14. *Ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis.* Ubi ergo vox nisi in auribus? T. 1. D. 3. n. 2.

Ibid. *Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Quomodò extollit, quam decoram necdùm viderat, & plaudit vocem, quam non audierat? ibid. Unde vox dulcis in auribus Deitatis? T. 5. D. 4. n. 9.

Cap. 3. v. 6. *Virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & universi pulveris pigmentarij.* Cur ex aromate utroque isthæc virgula fumi? T. 11. D. 1. n. 6. Quid fit virga ex fumo & universo pulvere aromatico? Ibid.

Cap. 4. v. 3. *Vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.* Si in vitta silentium, in silentio quomodò dulce audietur eloquium? T. 7. D. 5. n. 3.

V. 9. *Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine.* Quid pilus in vulnus, & incuriosus oculorum iactus? T. 1. D. 3. à n. 4.

Cap. 5. v 1. *Bibi vinum meum cum lacte meo.* Cur mista & cur dicit propria? T. 11. D. 4. n. 28.

V. 2. *Ego dormio & cor meum vigilat.* Cur mors duntaxàt dicitur somnus? T. 5. D. 3. n. 1. Cur dum à somno excitatur, erigitur? T. 11. D. 3. n. 6.

Ibid. *Vox dilecti mei pulsantis.* Cur ictus dicitur vox, & vox amoris? D. 6. n. 13.

V. 6. *Declinaverat atque transierat.* Quare declinat, quam amanter quærebat? n. 19.

Cap. 6. v. 1. *Descendit in hortum suum, ut lilia colligat.* Cur tantùm lilia? T. 11. D. 3. n. 13.

V. 4. *Averte oculos tuos à me, quia ipsi me avolare fecerunt.* Quare respici renuit, quod maximè cupit? T. 7. D. 6. n. 7. Quomodò avolare à proposito Sponsa faciat, si illa respiciat? n. 8.

V. 8. *Una est columba mea.* Quid si plures? T. 6. D. 6. n. 13.

V. 9. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens?* Cur dicitur consurgens, si progreditur? T. 5. D. 3. n. 13. Quare dum progreditur. Auroræ comparatur? Ibid.

V. 10 *Si floruisset vinea, & germinassent malapunica.* Unde ex florente vinea malogranata? T. 4. D. 6. n. 4. Unde huiusmodi fructus ex nucum horto? Ibid.

V. 12. *Revertere, revertere Sulamitis: revertere, revertere, ut intueamur te.* Cur quater reversio geminatur, & quid in illa intuendum? T. 11. D. 3. n. 11.

Cap. 7. v. 1. *Quid videtis in Sulamite, nisi choros castrorum?* Cur eius regius ornatus vocatur exercitus? T. 3. D. 2. à n. 6. Unde musica, si castra? T. 4. D. 6. n. 11.

Ibid. *Quàm pulchri gressus!* Cur huiusmodi gressus dicuntur ictus? T. 3. D. 6. n. 6. & 8.

Ibid. *Monilia fabricata manu artificis.* Quodnam artis ingenium in forma monilium? T. 11. D. 2. n. 13.

Cap. 8. v. 1. *Quis mihi det te fratrem, &c. Et iam me nemo despiciat?* Cur si tenuit, ut nunquàm dimitteret? T. 5. D. 3. n. 15.

V. 4. *Ne suscitetis neque evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.* Cur dormire sponsam indulget, & prohibet excitari quousque illi placuerit? T. 11. D. 3. à n. 6. D. 4. n. 23.

V. 6. *Pone me ut signaculum super cor.* Cur sponsum, & non signaculum? T. 5. D. 3. n. 12.

V. 13. *Fac me audire vocem tuam.* Pendetne ab audiente, vel à cantante? T. 5. D. 4. n. 9. Qua arte audita vox auditur? Ibid.


## *SAPIENTIÆ.*


Cap. 3. v. 6. *Tanquàm aurum in fornace.* Unde corpus hominum dicitur aurum? T. 10. D. 6. n. 2.

Cap. 4. v. 1. *O quàm pulchra est casta generatio cum claritate!* Quæ claritas generationis, & an sine splendore claritatis? T. 8. D. 4. n. 6. & 9.

Cap. 5. v. 13. *Sic & nos nati, continuò desivimus esse.*

V. 14. *Et virtutis nullum signum valuimus ostendere.* Quomodò incipiunt mori vix nati? Et cur non valuerunt exercere virtutem, cùm haberent potestatem? T. 5. D. 2. n. 2.

Cap. 7. v. 22. *Spiritus intelligentiæ unicus, multiplex.* Quomodò? T. 4. D. 5. n. 2.

Cap. 10. v. 19. *Inimicos illorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum deduxit illos.* In quo maius miraculum? T. 4. E. n. 31.

V. 20. *Victricem manum tuam laudaverunt pariter.* Cur huiusmodi victoria dicitur divina? T. 10. D. 5. n. 15.

V. 21. *Sapientia aperuit os mutorum & linguas infantium fecit disertas.* Quodnam discrimen mutorum & infantium? T. 7. E. à 20. Cur elingues in præfatam victoriam habuerunt voces? T. 10. D. 5. n. 15.

Cap. 11. v. 16. *Pro cogitationibus insensatis iniquitatis illorum.* Quę in via iniquitatis dicantur insensatæ cogitationes? T. 8. D. 6. n. 13.

Ibid. *Colebant mutos serpentes.* Quando serpentes & muti, homines loquentes? T. 5. D. 4. n. 8.

Cap. 12. v. 24. *In erroris via diutius erraverunt.* Cur huiusmodi semita non dicitur error, sed erroris via? T. 3. D. 6. n. 13.

Cap. 13. v. 13. *Assimilet illud imagini hominis.* Cur studium gentilitatis, formare idola in imaginem hominis? T. 9. E. n. 12.

Cap. 14. v. 12. *Initium fornicationis est exquisitio idolorum.* Quid ad fornicationem idololatria? T. 10. E. n. 16.

Cap. 18. v. 14. *Cùm quietum silentium tenerent omnia,* &c.

V. 15. *Omnipotens sermo tuus in mediam terram prosilivit.* Cur gratiæ magnitudo, quòd nocte media prosiliret è cœlo? T. 9. D. 3. n. 3.

Cap. 19. v. 7. *In mari rubro via sine impedimento.* Quomodò tot obicibus? T. 4. E. n. 27.

V. 8. *Videntes tua mirabilia, & monstra.* Quænam? n. 28.


## *ECCLESIASTICI.*


Cap. 10. v. 15. *Initium omnis peccati est superbia.*


Quo-

Quomodò apud Paulum avaritia? T. 11. E. à n. 19.

Cap. 20. v 31. *Mutus in ore.* Quorsùm *ore*, *si* mutus? T. 7. E. n. 28. & 40.

Cap. 21. v. 26. *Stultus à fenestra respicit in domum.* Cur signat stultitiam, respicere per fenestram? T. 5. D. 5. n. 5.

V. 27. *Stultitia hominis auscultare per ostium.* Quare curiositas stultitiæ pravitas? n. 6.

Cap. 24. v. 21. *Quasi Libanus non incisus.* Cur non incisus, si odorus? T. 7. D. 3. n. 8.

V. 26. *A generationibus meis implemus.* Quare si de partu Virginis matris, dicuntur generationes? T. 11. D. 4. n. 26.

Cap. 26. v. 19 *Gratia super gratiam mulier Sancta & pudorata.* Cur mulier ita, valdè gratiosa? T. 6. D 3. n. 11.

Cap. 33 v. 25. *Cibaria & virga & onus asino.* Quando onera & virga, sed non cibaria? T. 4. D. 1. num. 11.

Cap. 34. v. 4. *A mendace quid verum?* Quis mendax & in veritate fallax? T. 11 D. 3. n. 2.

Cap. 39. v. 19. *Florete flores quasi lilium.* Cur adinstar lilij in gratiam florebunt virtutes flores? n. 14.

Cap. 41. v. 15. *Noli metuere iudicium mortis.* Quare, si extremæ formidinis? T. 1. D. 2. numer. 8.

V. 6. *Memento, quid superveniet tibi.* Quippini quod veniet, superveniet. n 9.

V. 15 *Curam habe de bono nomine, hæc magis quàm mille thesauri pretiosi.* Cur additur *pretiosi*, si supposíti thesauri? T. 3 E. à n. 15.

V. 25. *A salutantibus de silentio.* Quomodò silentium & eloquium? T. 7. D. 5. n. 2.

Cap. 44. v. 3. *Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute*, &c. Cur magni ex potestatis dominatione? T 5. D 2. n. 18.

Cap 48. v. 14. *Mortuum prophetavit corpus eius.* Quomodò ex mortuo prophetia? T. 5. E. n. 16.

Cap. 49. v. 18. *Ossa Ioseph post mortem prophetaverunt.* Quomodo? n. 15.

Cap 50. v. 2 *Duplex ædificatio.* Quid & in quo ædificatio duplex? T. 5. D. 2. n. 2.

## *ISAIÆ.*

Cap. 1. v. 6. *Nec curata medicamine.* Cur tanta ac frequenti medicina non curata? T. 6. E. à n. 23.

V. 16. *Lavamini, mundi estote.* An sine munditia lavacrum. à n. 32.

Cap. 5. v. 2. *Lapides elegit ex illa.* Quare in usum ædificationis removit lapides? T. 4. D. 1. n. 6.

Ibid. *Expectavit ut faceret uvas, & facit labruscas.* Unde tot protulit mala post extracta impedimenta? n. 7.

V. 6. *Ascendent vepres & spinæ & nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem.* Cur sine pluvia cœlesti, in terra cordium vepres & spinæ? T. 11. D. 6. n. 16.

V. 20. *Ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.* Cur sic, si pœnitet criminum humanum cor? T. 3. D. 5. n. 7.

Cap. 6. v. 1. *In anno quo mortuus est Rex Ozias.* Unde mortuus, qui vivebat adhuc? T. 4. D. 2. n. 10.

V. 2. *Seraphim stabant & volabant.* Quomodò utrumque? T. 5. D. 3. n. 3.

V. 6. *Volavit ad me unus de Seraphim.* Quare pedibus non processit, sed volavit? D. 5. n. 11.

V. 9. *Audite audientes.* Quid commendat? T. 11. D. 4. n. 14.

V. 10. *Excæca cor populi huius.* Quomodò peccatores excæcantur. D 6. n. 8.

Ibid. *Aures eius aggrava.* Unde signum reprobationis, dum verbo Dei aggravantur aures? numer. 17.

Cap. 7. v. 4. *Vide ut fileas.* Quorsùm post visionem silentium? T. 2. D. 5. n. 12. T. 7. E. à n. 31.

V. 5 *Eo quòd consilium inierit contra te Syria in malum.* Quare malum consilium & in malum, dum volunt principem constituere super regnum? T. 2. D. 3. n 8.

V. 6. *Ponamus regem in medio eius filium Tabeel.* Quare hunc, & quis hic? n. 9.

V. 12. *Non petam.* Cur renuit auxilium, dum se videt impugnatum? T. 4. D. 3. n. 7.

Cap. 9. v. 6. *Factus est principatus super humerum eius.* Quorsum insignia maiestatis imposita humeris? T. 3. D. 4. n. 4.

V. 19. *Convolvetur superbia fumi.* Cur fumo confertur superbia? T. 11 E. n. 1.

Cap. 10 v. 16 *subtus gloriam eius succensa ardebit quasi combustio ignis.* Quænam gloria & qualis ignis? T. 7. E. n. 42.

Cap. 13. v. 8. *Facies combustæ vultus eorum.* Quorum & quare? T. 8. D. 3. n. 12. T. 9. D. 6. n. 14.

V. 21. *Requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthione.* Cur domus replendæ draconibus & bestijs, ni habitaverint ibi struthiones? T 4. D. 1. n. 8.

Ibid. *Pilosi saltabunt ibi.* Qui sint pilosi? T. 10. E. n. 23.

V. 22. *Syrenes in delubris voluptatis.* Quæ huiusmodi monstra in cordis concupiscentia? T. 3. D. 3. n. 10.

Cap. 14. v. 4 *Quomodò cecidisti lucifer.* Unde ei origo casus è celo? T. 5. D. 4. n. 6. Quis eius sedem obtinuit? T. 11. D. 5. n. 2.

V. 23. *Scopabo eam in scopa terens.* Quorsùm additur *terens & scopa*? T. 6. E à n. 32. Cur scopa utitur in destructionem, dum scopa est in munditiem? T. 2. D. 6. n. 8. Cur dicit *terens*, & non *conterens*? ibid.

Cap. 19. v. 13. *Stulti facti sunt Principes Taneos.* Cur facti stulti, & à quo? T. 11. D. 3. n. 8.

V. 14. *Dominus miscuit spiritum vertiginis.* Cur non dicit vertiginem, sed vertiginis spiritum? ibid.

Cap. 21. v. 11. *Custos quid de nocte?* Quare si in nocte pro luce cordis fervor, exponitur labor? T. 9. D. 2. n. 11.

V. 12. *Si quæritis, quærite.* Quis non quærit solicità inquisitione? T. 11. D. 6. n. 19.

Cap. 22. v. 22. *Dabo clavem domus David super humerum eius.* Si ad manum clavis, cur imponitur humeris? T. 3. D. 4. n. 4.

Cap. 24. v. 19. *Confractione confringetur, contritione conteretur*, &c. Cur verbum iungitur actioni eiusdem verbi? T. 10. E. n. 31. T. 11. D. 2. numer. 15.

Cap. 26. v. 7. *Semita iusti recta est.* Unde rectitudo maior, dum inseritur error? T. 11. D. 4. n. 7.

V. 12. *Domine dabis pacem nobis.* Quare pax tranquilla concipitur, dum acriùs discordia grassatur, ibid.

V. 13. *Tantùm in te recordemur nominis tui.* Quid in illo præter illum, ut alius in illo possit esse desiderium. T. 5. D. 3. n. 10.

# Index locor. Sacr. Script.


V.19. *Laudate qui habitatis in pulvere, quia ros lucis.* Unde ex exiguitate pulveris plenitudo splendoris? T.11. D.5. n. 6.

Cap.28. v. 6. *Spiritus iudicij sedenti super iudicium.* Quodnam post iudicium iudicium? T. 1. D. 2. n. 9.

V. 24. *Nunquid totà die arans arabit?* Quid hoc? T. 8. E. n. 43.

Cap.30. v.12. *Speraſtis in calumnia.* Quid ex illa ſperandum? T.5. D.6.n.14.

V.18. *Expectat Dominus, ut miſereatur veſtri, quia Deus iudicij eſt.* Cur ſi iudex non indicat, ſed expectat? T. 1. D. 2. n. 14. Si miſeretur, quid iudicat; & iudicium ſine ullo iudicio exaltat? T. 3. D.5. n. 8.

Cap.32.v.19. *Humilitate humiliabitur.* Quorsùm *humilitate*? T.10. E. n.34. & 37. T. 11. D. 4. n.7. D. 5. n. 6.

Cap.33. *Angeli pacis amarè flebunt.* Unde & quare fletus in Angelis? T.10. D.3. n. 6.

Cap.35. v.1. *Florebit quaſi lilium.* Cur in ſimilitudinem ſignatur lilium, haud alia venuſtas florum? T.11. D.3. n.14.

Cap.36. v.21. *Siluerunt, & non reſponderunt verbum.* Cur ſiluerunt? T.7. E. n. 27. D. 5. n. 4. Quare obmutescunt exeuntes in colloquium? D.1.n 10. D.3.n.1. & D.4.n.9. Unde in ſilentio reſponſio? D.6. n. 10.

Cap.37. v.30. *Comede hoc anno quæ ſponte naſcuntur.* Quomodò econtrà in libris Regum? T.7.E.à n.8.

Ibid. *In anno ſecundo pomis veſcere.* Quid intelligitur per poma? n. 9.

Cap. 38. v. 1. *Morieris tu & non vives.* Quiſnam in morte non moritur? T.1. D.2. n. 5.

V.12 *Generatio mea ablata eſt.* Unde ſi filium habebat? T.8. D.4. à n. 8.

Cap.39. v.6. *Non relinquetur quicquam.* Cur oſtenſis tot pretioſis nequicquam remanebit pretioſitatis? T.7. D.3. n. 14.

Cap.42. v.14. *Tacui ſemper, ſilui.* Quare eiuſdem per diverſa verba geminatio? T. 7. E. n. 28. & 35. D. 5. n. 2.

Cap. 43. v. 23. *Non obtuliſti mihi arietem holocauſti tui.* Quomodò nullum, ubi tot victimæ cæſæ in holocauſtum? T.5. D. 4. n. 2.

Cap.45. v.4. *Vocavi te nomine tuo.* Quid inſigne, proprio nomine à Deo vocari? T. 8. E. n.2.

Cap. 49. v. 2. *Poſuit me ſicut ſagittam electam.* Quæ dicatur electa ſagitta? T.5. D. 2. n.19.

V. 17. *Venerunt ſtructores tui deſtruentes te.* Unde ædificantes fiunt deſtructores? T.2. D.2.n.2.

V.20. *Filij ſteritatis tuæ.* Quomodò ſterilitas fœcunda? T.3. D.1. n. 6.

Cap.50. v. 4. *Dominus dedit mihi linguam eruditam.* Cur admiratio ad nova, erudita dicitur lingua? T.2. D.5. n. 13.

V. 10. *Ambulavit in tenebris & non eſt lumen ei.* Quomodò fulgor luminis, & ſine lumine in tenebris? T.9. E. n. 40.

Cap.51.v.20. *Sicut oryx illaqueatus.* Cur 70. Interpr. *Sicut beta ſemicocta*? T.3. E. n. 41.

Cap. 53. v. 4. *Verè languores noſtros ipſe tulit.* Si ille tulit, unde noſtri? T.6. D.1.n.3.

V.7. *Obmutescet & non aperuit os ſuum.* Quis non? T.7. E.n.34. D.5. n. 2.

V.8. *De angustia & de iudicio ſublatus eſt.* Quomodò ubi iudicium in ſumma anguſtia? T.10. D.3. n. 14.

Cap. 54. v. 11. *Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos*, &c.

V.12. *Et ponam terminos tuos lapides ſculptos.* Quiſnam in ædificationem ordo lapidum, & quid in illis poſt ſculpturam pretioſum? T. 2. D. 6. numer. 2.

Cap.56. v.10. *Speculatores eius cæci omnes.* Unde cæcitas ſpeculatorum? T.7. D.4. n.9. & 12.

Ibid. *Canes muti non valentes latrare.* Qua affectione non valent latrare in ipſa canum conditione? n. 9.

Cap.59.v.4. *Non eſt, qui invocet iuſtitiam.* Cur ſatiùs, iuſtitiam non invocare, quàm ſequi? T. 7. D.4. n. 5.

Ibid. *Neque qui iudicet verè.* Quo intuitu in iudicio iudicium, iudicium falſum? Ibid.

V.10. *Impegimus in meridie quaſi in tenebris.* Unde tenebræ in meridie? T.2. D. 6. n.9.

V.12. *Peccata noſtra reſponderunt nobis.* Qualis peccatorum lingua? T.8. D.3.n.12.

Cap. 63. v. 2. *Quare rubrum eſt indumentum tuum?* An colore notetur officium? T. 6. D. 6. num. 10.

Cap. 64 v.1. *Utinam dirumperes cœlos & deſcenderes! A facie tua montes defluerent.*

V. 2. *Aquæ arderent igni.* Quomodò & unde ardet aqua, liqueſcunt ſaxa ex Dei præſentia? T. 5. D.1. n.11.

V. 6. *Facti ſumus quaſi pannus menſtruatæ.* Quare reproborum conditio confertur panno menſtruato? T. 11. D. 6 n. 14.

Cap.65. v.4. *In delubris idolorum dormiunt.* Quo intuitu? T.6.E. n.14.

V.11. *Pontis fortunę menſam.* Cur non dicitur in felicitate tanta, menſa expoſita à fortuna? T. 2. D.6. n. 9.


## *IEREMIÆ.*


Cap.1. v. 4. *Factum eſt verbum Domini ad me dicens.* Ad quid *Dicens.* T.5. E. n. 34.

V. 10. *Ut evellas & deſtruas, & diſperdas & diſsipes, & ædifices & plantes.* Quomodò deſtructione ædificatur, & ædificatione deſtruitur? T. 2. D.1. n.3.

V.18. *In murum æreum.* Unde pectus prophetæ in murum & murum æneum? T.4. D.6.n.12.

Cap.2.v.24. *Onager aſſuetus in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui.* Cur qui in cupidinem vehitur, onager dicitur? Quidnam ventus amoris, & amor in animæ deſiderio? T. 9.D.5.à n.9.

Cap. 3. v. 9. *Mœchata eſt cum lapide & ligno.* Quare idololatria dicitur fornicatio? T.10. E. n 9.

V. 18. *In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Iſraèl, & venient ſimul.* Quomodò ex captivitate domus Iſraèl, ſi duntaxàt reverſa domus Iuda? T.4. E.n.10.

Cap.4.v.1. *Si reverteris Iſraèl ait Dominus, ad me convertere.* Unde neceſſaria converſio ad reverſionem? T.5. D.1.à n.10.

V.3. *Nolite ſerere ſuper ſpinas.* Quiſne ſeminat? T. 3. E. n.45.

V.10. *Ergo ne decepiſti populum.* Unde ſi Deus decipere nequit? T.2.E.à n.41.& 51.

Cap.6. v.8. *Erudire Ieruſalèm.* Cur flagitiorum caſtigatio, cœleſtis dicitur eruditio? T. 1. D. 4. n. 7. T.11. D.6. n.9.

V. 15. *Confusione non sunt confusi.* Quomodò non confusi in confusione? T.8. D.5. n.2.

Cap.12. v.11. *Desolatione desolata est omnis terra.* Ad quid geminatio? T.10. E.n.30. & 33.

V. 13. *Confundemini à fructibus vestris.* Unde ex messe perfundentur confusione? T.8. D.5. n.14.

Cap.15.v.19. *Si converteris, convertam te.* Quomodò si à Deo conversio, pendet à conversione creaturæ? T.2.E. à n. 29.

Cap.17. v.14. *Sana me Domine, & sanabor,* &c. Cur effectus adduntur actioni? T.6. E. n. 33.

Cap. 20. v. 7. *Seduxisti me Domine, & seductus sum.* Quomodò dicitur à Deo seduci, qui nec potest fallere, nec falli? T.2.E.à n.41.& à 51. Cur vulneratur animo, ex deceptione ab amico? T.3. D.4. n. 3.

Ibid. *Fortior me fuisti & invaluisti.* Quomodò Deus invaluit, dum propheta renuit? T.2.E.n.39.

Cap.23. v. 30. *Furantur verba mea.* Quomodò verbi Dei concionator Dei verba furetur? T. 8. D. 2. n. 3.

Cap.24. v. 6. *Ædificabo eos, & non destruam.* Quid phrasis? T. 2. E. n. 25. Quomodò ædificatio in destructionem? D.1 n.3.

Cap.25.v.3. *Locutus sum loquens.* Quid hoc? T.8. E. n. 42.

V.26. *Rex Sesac bibet post eos.* Quis sit Sesac? n. 23.

Cap.30. v.17. *Obducam cicatricem tibi, & à vulneribus tuis sanabo te.* Unde ex cicatrice, cognoscenda salus vulnerum populi? T.6.E à n.23. Cur dicit *Tibi*? T.1. D.4.n.11. Vid. cap.33.6.

Cap.31.v.4. *Ædificabo te, & ædificaberis?* Cur passiva additur activæ sententiæ? T.2.E.à n.24.32.& 40. Cur dicit *Rursum*? Ibid.

V.8. *Prægnans & pariens simul.* Quomodo simul, & quando? T.3. D.1. n. 7.

V.15. *Fletus Rachel plorantis, & nolentis consolari.* Unde inconsolabilis fletus? T.8. D.6.n.14.

V.18. *Castigasti me & eruditus sum.* Quando castigatio est errantis eruditio? T.1. D.4. n.7. T.11. D. 6. n. 7.

Ibid. *Converte me & convertar.* Cur si in eius voluntate conversio, precatur converti à Domino? T.2. E. à n. 26.

V.19. *Postquàm ostendisti mihi percussi femur meum.* Unde ex ostensione criminis percussio cordis? T.1. D.4.n.7. Cur dicit *Mibi* tantùm, ubi peccatum ostensum? Ibid.

V.21. *Revertere ad civitates tuas istas.* Quisnam, si nulla erat? T.2. E.n.24.

V.22. *Creavit Dominus novum super terram: fœmina circundabit virum.* Cur dicit *Circundabit*, & non vincet? T.7. D. 6. n.1.

Cap.33. v. 6. *Obducam eis cicatricem & sanitatem & curabo eos.* Quæ curatio sine sanitate, & quæ sanitas saluti? T.6.E.à n.23. Cur si supponitur beneficium sanitatis, posteà promittitur curationis? n.31.& D.5. n. 15. Cur dicitur sanitas desiderata, dum Numen minatur vulnera? T.6. E. n.24. Quare relinquit cicatricem, si potest conferre sine cicatrice sanitatem? T.1. D.4. n. 11.

Cap.34. v.3. *Comprehensione capieris.* Quorsùm comprehensione? T.10. E. n.30.

Cap.35. v. 16. *Præceptum patris sui, quod præceperat eis.* Cur iteratur suppositum? T.1. E.n.14.& 39.

Cap.38. v.3. *Tradendo tradetur civitas.* Ad quid gerundium eiusdem verbi? T.10. E. n. 3.

Cap. 48. v. 2. *Silens contiteſces.* Quodnam verbum etiam in silentio? T. 7. E. n. 24. & 34. D. 5. n. 2.

Cap.51. v. 2. *Ventilatores ventilabunt.* Quorsùm expressio actionis & muneris? & quid ventilatio sit? T.6. E. à n. 34.

V.8. *Subitò cecidit Babylon.* Unde casus ac repentinus? T.11. D.6.n.2.

V.9. *Curavimus Babylonem, & non est sanata.* Quomodò si adhibita necessaria medicina? T.6. E. à n.24. T.11. D.6. à n. 2.

V. 58. *Murus Babylonis ille latissimus suffossione suffodietur.* Cur latissimus dicitur, & penitùs suffodiendus? T.6. E.n.35.

V. 59. *Saratas erat princeps prophetiæ.* Quid sit, & quis? T.5. E. à n. 21.

## *THRENORUM.*

Cap 1.v.9. *Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui.* Cur oblivio finis maximè influxit in sordes? T.8. D. 6. n. 9.

Ibid. *Depositа est vehementer non habens consolatorem.* Quare præ finis oblivione, non habuit consolatorem in fine? Ibid.

Cap.2. v.8. *Cogitavit Dominus dissipare murum filiæ Sion, tetendit funiculum.* Quorsùm funiculus in destructionem? T.2. D. 6.n.6. Quo intuitu perpendiculum & operis dissipatio? n. 7.

Cap 3. v.2. *Adduxit in tenebras & non in lucem.* Unde aliter? T.9. E. à n. 39.

Cap.4.v.3. *Lamiæ nudaverunt mammam, lactaverunt catulos suos.* Quæ bestia Lamia? T.1.D.3.n.14. T.8. D. 5. n.11. Quid sit à Lamia lactari catulos? Ibid.

V.4. *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Quidni quæruntur de inopia panis, sed tantùm de defectu distributionis? T.6. D.2. n.6.

Cap. 5. v. 21. *Converte nos Domine ad te & convertemur.* Quomodò si Deus prævenit, dicitur nostra conversione præventus? T.2.E.à 28.& n.40.

## *BARUCH.*

Cap. 2. v. 5. *Facti sumus subtus & non suprà.* Quare non signatur medium? T.3. D. 3. n. 4.

Cap.4. v.2. *Ambula per viam ad splendorem eius contra lumen eius.* Quo pacto sine progressu in via ad obtinendam virtutem, sit lumen contra splendorem? n.8.& 9.

Cap. 6. v. 29. *Mulieres apponunt Dijs argenteis,* &c. Quid & quorsùm huiusmodi fœminarum dona? T.10.E. à n. 14.

V.40. *Mutum non posse loqui.* Quid novi, si dixerat mutum? T.7 E.n.39. Qui non mutus, etsi ad loquendum invalidus? D.4. n. 10.

V. 60. *Spiritus in omni regione spirat.* Cur virtus spiritui ambienti confertur? T.4. D.5. n.2.

## *EZECHIELIS.*

Cap. 1. v. 17. *Euntes ibant.* Quomodò ibant euntes, si revertentes? T. 5. D. 3. num.4. T. 10. D.4. n. 13.

Cap.3. v.9. *Ut adamantem, & ut silicem dedit faciem tuam.* Quibus huiusmodi facies? T.6. D.3. n. 7. T.10. D.1. n.2.

# Index locor. Sacr. Script.


Cap. 8. v. 5. *Idolum zeli.* Cur ad zelum fabricatur idolum? T. 10. E. n. 9.

V. 14. *Mulieres plangentes Adonidem.* Quo intuitu adorabant, quod plangebant? D. 2. n. 2.

Cap. 9. v. 4. *Signa Thau super frontes*, &c. Cur non crux, sed signum crucis, & quare duntaxàt super gementes & dolentes? T. 6. D. 1. n. 4.

Cap. 10. v. 14. *Facies una facies Cherub.* Unde si bovis? T. 8. E. n. 23.

Cap. 12. v. 6. *Faciem tuam velabis, & non videbis terram, quia portentum dedi te.* Cur portentum Deus ostendit, quia in terra terram non videt? T. 11. D. 3. n. 5.

V. 13. *Ipsam* (Babylonem) *non videbit.* Quomodò si à propheta dicitur, *Babylonem introibis?* T. 10. E. n. 30.

Cap. 13. v. 4. *Quasi vulpes in desertis prophetæ tui.* Quare falsi vates vulpibus conferantur in desertis? T. 5. E. n. 32.

Cap. 14. v. 9. *Ego Dominus decepi prophetam illum.* Quomodò deceptio & à prima veritate? T. 2. E. à n. 42.

Cap. 16. v. 17. *Fecisti tibi imagines masculinas & fœmininas, & fornicata es in eis.* Quas ad idololatriam imagines? T. 10. E. n. 15.

V. 42. *Requiescet indignatio mea in te, ne irascar amplius.* Quare ubi nulla in crimen ultio, in iudice acerbior indignatio? T. 11. D. 6. n. 8.

Cap. 17. v. 6. *Radices eius sub illa erant.* Quò igitur? T. 8. D. 3. n. 9.

Cap. 18. v. 6. *Si oculos non levaverit ad idola domus Israel.* Cur tantùm in hæc idola? T. 10. D. 4. n. 8.

Cap. 20. v. 27. *Cùm sprevissent me contemnentes.* Quid sit contemptu despicere? T. 11. E. n. 28. D. 2. n. 14. An despectus sine contemptu? D. 3. n. 14.

Cap. 22. v. 18. *Omnes isti æs stannum & ferrum & plumbum.* Unde si signati per argentum? T. 6. E. n. 25.

Cap. 24. v. 6. *Cuius rubigo in illa est, & rubigo eius non exivit de ea.* Qualis Synagogæ rubigo, quæ sine exitu? à n. 27.

V. 13. *Mundare te volui, & non es mundata.* Unde in peccato, mundare volente Deo? T. 11. D. 6. n. 19.

Cap. 26. v. 20. *Cùm dedero gloriam in terra viventium.* Quænam & unde Dei gloria in terra? T. 11. D. 5. n. 8.

Cap. 34. v. 4. *Væ pastoribus Israel.* Unde illorum infortunium è culmine dignitatum? T. 7. D. 4. numer. 2.

V. 10. *Cessare faciam eos, ut ultrà non pascant*, &c. Quare exponitur cessatio ab occisione gregis, cum cessatione regiminis? n. 3.

Cap. 36. v. 26. *Dabo vobis cor carneum.* Quomodò corda carnea, lapidea; & econtrà? T. 6. D. 5. n. 12.

Cap. 44. v. 20. *Caput suum non radent, neque comam nutrient; sed tondentes attondent.* Cur non nutrienda cæsaries, nec radenda; sed tantùm tonsione tondenda coma? T. 2. D. 1. à n. 9.


## *DANIELIS.*


Cap. 2. v. 1. *Somnus eius fugit ab eo.* An in Regis documentum, fugerit ab illo somnium? T. 6. D. 4. n. 11.

V. 31. *Statua illa magna*, &c.

V. 32. *Statuæ caput ex auro*, &c.

V. 33. *Quædam pars ferrea, quædam autem fictilis.* Quare ascendendo statua desit in aurum, atque descendendo in ferrum & lutum? T. 3. D. 3. n. 13. T. 5. D. 1. n. 14.

Cap. 3. v. 1. *Fecit statuam auream.* Unde ex statua aurea, Regis maior insolentia? T. 8. D. 3. numer. 9.

V. 13. *In furore & in ira præcepit.* An tunc cognitus præcipientis rigor, quia præceptum fulminavit furor? T. 1. D. 4. n. 3.

V. 23. *Ceciderunt in camino ignis ardentis colligati.*

V. 24. *Et ambulabant in medio flammæ.* Quomodò ambulabant, si ligati? T. 9. D. 4. n. 9. Unde illorum soluta vincula? T. 6. D. 6. n. 17.

V. 25. *Aperiens os suum in medio ignis.* Cur ignis quæsitus in respirationis refrigerium? T. 11. D. 1. n. 12.

V. 50. *Fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem.* Unde quod alijs ignis, flatus refrigerationis? Ibid.

Cap. 4. v. 7. *Videbam, & ecce arbor in medio terræ.* An maior in arbore culpa, quàm elevata statua? T. 8. D. 3. n. 9. Cur ex utroque magnitudo in crimine? n. 10.

V. 30. *Ex hominibus abiectus est.* Unde à Throno causa lapsus? T. 11. D. 3. n. 10.

V. 33. *Ad honorem regni mei, decoremque perveni.* Quomodò si iectus de regni fastigio tanquàm non homo? n. 12.

Cap. 5. v. 6. *Tunc facies regis commutata est.* Quare despiciens Martem & mortem, timet scribentem? T. 1. D. 2. n. 2.

Ibid. *Cogitationes eius conturbabant eum.* Cur maius tormentum à cogitatione, quàm ab amissa dignitate? T. 4. D. 3. n. 2.

Cap. 7. v. 5. *Ecce bestia alia similis urso.* Quare bestia, & urso similis? T. 5. D. 1. n. 8.

Cap. 10. v. 1. *Verbum revelatum est Danieli, & verbum verum.* Cur verbum dicitur verum de hac visione, quasi cæteræ falsæ? T. 5. E. n. 27.


## *OSEE.*


Cap. 1. v. 2. *Fornicans fornicabitur terra à Domino.* Quid de fornicatione geminatio, & quid *à Domino*? T. 10. E. à n. 26.

V. 11. *Congregabuntur filij Iuda & Israel pariter, & ascendent de terra.* Unde si præmiserat. *Non addam ultra misereri domui Israel, & domui Iuda miserebor?* T. 4. E. n. 10.

Cap. 2. v. 17. *Auferam nomina Baalim de ore eius.* Quid nomen Baalim, & cur auferendum? T. 10. E. n. 10.

Cap. 4. v. 14. *Non visitabo super filias vestras, cùm fuerint fornicatæ*, &c. Ut quid Deus sine pœna præterit, quæ peccata cognoscit? T. 11. D. 6. n. 4.

Cap. 7. v. 1. *Cùm sanare vellem Israel, revelata est iniquitas Ephraim.* Unde dum offertur peccatori gratiæ sanitas, eius magis revelatur iniquitas? T. 11. D. 6. n. 19.

Cap. 11. v. 4. *Trahams eos in vinculis charitatis.* Quænam & quorsùm charitatis vincula? T. 6. D. 3. n. 14.

Cap. 14. v. 8. *Germinabunt quasi vinea.* Quomodò vinea germinat, ut ficcine Ecclesia floreat? T. 4. D. 6. n. 4. Unde si ut vinea, dicitur etiam florere & ut astrum & ut lilium? T. 6. D. 3. n. 9.

## IOELIS.

Cap. 2. v. 12. *Convertimini ad me in toto corde vestro.* Quid sit toto corde converti ad Dominum? T. 2. E. n. 29.

V. 26. *Senes vestri somnia somniabunt, & iuvenes vestri visiones videbunt.* Quodnam inter utrumque discrimen? T. 5. E. n. 27.

V. 31. *Dies Domini magnus: & horribilis.* Unde utrumque? T. 9. E. n. 44.

## AMOS.

Cap. 1. v. 9. *Eo quòd conclauserint captivitatem perfectam.* Quæ captivitatis perfectio, ut libertas perfecta designatur captivitas? T. 4. D. 4. n. 22.

Cap. 3. v. 2. *Tantummodò vos cognovi ex omnibus cognationibus terræ, iccirco visitabo super vos omnes iniquitates.* Cur quia cognoscit, in illorum flagitia animadvertit; & animadversio dicitur à Domino visitatio? T. 11. D. 6. n. 10.

Cap. 5. v. 4. *Quærite me & vivetis.*

V. 8. *Facientem Arcturum & Orionem, & convertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem.* Quid huiusmodi mutatio, ut videretur Israelitarum conversio? T. 3. D. 1. n. 9. Quare huiusmodi astra exponit Deus, ut eum quærant, & quærentes vivant? à n. 7.

V. 18. *Dies Domini tenebræ & non lux.* Quinam dies Domini, cuius tenebræ sine luce? T. 9. E. à n. 44.

Cap. 7. v. 14. *Non sum propheta.* Quomodò si tunc ut propheta vaticinatur? T. 5. L. n. 33.

Cap. 9. v. 8. *Ecce oculi Domini super regnum peccans, & conteram: veruntamen conterens non conteram domum Iacob.* Quomodò conterens non conterit, & dum conterit oculos in contritos inflectit? T. 11. D. 2. n. 4.

## IONÆ.

Cap. 1. v. 5. *Timuerunt nautæ.*

V. 10. *Timuerunt timore magno.* Cur in morte duntaxàt formido, & in sorte timuerunt timore magno? T. 1. D. 2. n. 7.

Cap. 3. v. 2. *Prædica prædicationem.* Quid hac phrasse? T. 8. E. n. 36. Quæ prædicatio prædicanda? n. 40. Quæ non prædicanda? D. 2. n. 2.

V. 4. *Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur.* Quomodò tres tantùm, si quadraginta promissi in pœnitudinem cordium? T. 8. E. à n. 37.

## MICHÆÆ.

Cap. 3. v. 5. *Mordent dentibus suis, & prædicant pacem: & siquis non dederit in ore eorum quippiam sanctificant super eum prælium.* Quid ex muneribus prædicare pacem, & aliter contentionem? T. 7. D. 4. n. 7.

V. 7. *Confundentur qui vident visiones.* Quæ si visiones vident? T. 5. E. n. 31.

V. 9. *Omnia recta pervertitis.* Unde ubi rectitudo, pervertitur ordo? T. 7. D. 4. n. 8.

Cap. 7. v. 4. *Qui optimus in eis est, quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe.* Cur potentes ita conferuntur spinis, quantunvis videantur recti? T. 11. E. n. 26.

V. 8. *Cùm sedero in tenebris, Dominus lux mea est.* Quomodò in tenebris est, dum fulget divina lux? T. 9. D. 4. n. 17.

## HABACUC.

Cap. 2. v. 9. *Væ qui congregat avaritiam malam.* Cur malitiæ expressio, supposito necessario? T. 3. E. à n. 25. Cur dicitur Væ? n. 26. An avaritia possit esse bona? à n. 30.

V. 19. *Væ qui dicit ligno: Expergiscere: Surge, lapidi tacenti.* Quorsùm si lapis morum non habet, nec lignum dormit? T. 7. E. n. 16. Quare dicitur tacens, si supponitur lapis? à n. 38. Quinam lapis loqui potens? D. 4. n. 10.

Cap. 3. v. 4. *Splendor eius ut lux erit.* Utquid splendor, si lux? T. 8. D. 2. n. 7.

V. 5. *Ante faciem eius ibit mors, & egressus est diabolus ante pedes eius.*

V. 6. *Stetit & mensus est terram.* Quid sit mortem & diabolum metiri terram? T. 10. D. 5. num. 10. Cur verbum mors etiam dicitur? T. 11. D. 2. n. 10.

V. 17. *Ficus enim non florebit.* Quinam flores ficus? T. 3. D. 1. à n. 10.

## SOPHONIÆ.

Cap. 3. v. 3. *Iudices eius lupi.* Unde si homines? T. 7. D. 4. n. 4.

## AGGÆI.

Cap. 1. v. 13. *Nuncius Domini de nuncijs Domini.* Quorsùm & Quid hoc pro propheta? T. 5. E. à n. 35.

## ZACHARIÆ.

Cap. 1. v. 2. *Iratus est Dominus iracundia.*

V. 3. *Hæc dicit Dominus: Convertimini.* Quare iratus summoperè exponitur, ut populus convertatur? T. 2. D. 6. n. 4.

Ibid. *Et convertar ad vos.* Quomodò si nunquàm Deus ab homine prævenitur? T. 2. E. à n. 28.

V. 15. *Ira magna ego irascor.*

V. 16. *Protereà domus mea ædificabitur.* Cur promittit ædificium quando discutit flagellum? T. 2. D. 6. n. 5.

Ibid. *Perpendiculum extendetur super Ierusalem.* Quorsùm in iræ stragem, perpendiculi àmussis? Ibid.

Cap. 4. v. 10. *Septem isti oculi sunt Domini, qui discurrant in universam terram.* Quare conferuntur oculis iudices & præsides? T. 7. D. 4. n. 11.

Cap. 5. v. 1. *Ecce volumen volans.* Cur volumen conversum in falcem? T. 5. D. 2. n. 19.

Cap. 7. v. 12. *Cor suum posuerunt ut adamantem, ne audirent legem.* Unde molities cordis adinstar adamantis? T. 6. D. 3. n. 7.

Cap. 11. v. 13. *Pretium quo appretiatus sum ab eis.* Quorsùm appretiatum, si pretium & pretiosum? T. 3. E. à n. 33.

Ibid. *Tuli triginta argentos, & proiecit illos in domum Domini ad statuarium.* Quare in domum Domini ad statuarium proiecit? n. 34.

Cap. 12. v. 3. *Ponam Ierusalem lapidem oneris cunctis populis.* Quis olim dictus lapis operis? T. 3. D. 4. à num. 4. Quippini onus lapidis, sed econtra? Ibid.

# Index locor. Sacr. Script.


## *MALACHIÆ.*

Cap. 4. v. 2. *Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ.* Cur timentibus, si cunctis ortus? T. 9. D. 2. n. 6.

Ibid. *Sanitas in pennis eius.* Quare cum luce & sanitate? D. 2. n. 6.

## 1. *MACHABÆOR.*

Cap. 8. v. 22. *Hoc rescriptum est quod rescripserunt.* Si rescripserunt, quorsùm Rescriptum? T. 8. E. numer. 31.

Cap. 10. v. 10. *Virtutes & labores, quos laboraverunt.* Quare simul signantur & labores & virtutes? T. 10. D. 5. n. 16.

## 2. *MACHABÆOR.*

Cap. 1. v. 20. *Non invenerunt ignem, sed aquam.* Unde conversio? T. 7. D. 3. n. 6. Cur primò ignis in aquam, deinde aqua conversa in ignem? T. 7. D. 2. n. 12.

V. 22. *Accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur.* An ex Solis ortu, in ignem aquæ conversio? T. 9. D. 2. n. 6. Unde ex frigiditate tanta flamma est accensa? T. 10. D. 4. n. 6.

Cap. 7. v. 37. *Teque cum tormentis & verberibus*, &c. Cur tormenta ac verbera à tyranno impacta, nocent tyranno? T. 4. D. 6. n. 14.

Cap. 8. v. 22. *Constitui fratres suos Simonem & Iosephum.* Unde Iosephus frater Machabæi? T. 2. E. n. 14.

Cap. 12. v. 40. *Invenerunt sub tunicis interfectorum donarijs idolorum.* Cur propter idolorum portatum aurum dati in lethum? T. 10. D. 4. n. 7.

Cap. 13. v. 15. *Dato suis signo Dei victoriæ.* Quale signum & quare plauditur victoria Dei? D. 5. n. 14.

## NOVUM TESTAMENTUM.

## *MATTHÆI.*

Cap. 1. v. 1. *Liber generationis Iesu-Christi.* Cur dicitur generationis Iesu-Christi liber, in quo nihil ad Christi generationem? T. 2. E. à n. 10.

V. 16. *Iacob genuit Ioseph.* Unde si Ioseph filius Heli? à n. 11. Quid Ioseph ad Christi generationem? n. 15.

V. 18. *Christi autem generatio sic erat.* Quid est Sic? Ibid.

V. 22. *Dictum à Domino per Prophetam dicentem.* Quid signet tò Dicentem? T. 5. E. n. 34. T. 8. E. n. 31.

Cap. 2. v. 1. *Ecce Magi.* Quid ly Ecce? T. 3. D. 1. n. 5. T. 4. D. 4. num. 17. Quare tres tantùm venerunt? n. 16.

V. 2. *Ubi est, qui natus est Rex Iudæorum?* Cur inquirunt ubi? T. 3. D. 1. num. 13. Cur Gentilitas de Christo nato interrogat Synagogam? n. 14.

Ibid. *Vidimus stellam eius in Oriente.* Unde constat, quod eius? T. 6. D. 6. n. 18. T. 9. D. 4. n. 2. Cur nato in carne humana, in cœlo apparuit stella? T. 5. D. 2. n. 10.

Ibid. *Et venimus adorare eum.* Quidni priùs, quàm vita stella? T. 3. D. 1. n. 7.

V. 4. *Ubi Christus nasceretur.* Quorsùm hæc, si audit iam natum?

V. 10. *Videntes stellam, gavisi sunt gaudio magno valdè.* Cur revisa stella, maxima in cordibus gaudia? T. 9. D. 3. n. 5.

V. 11. *Intrantes domum, invenerunt puerum.* Quare pridem non invenerunt? T. 3. D. 1. n. 14. Cur puer dicitur, dum Rex quæritur? T. 7. D. 4. numer. 14.

Cap. 3. v. 15. *Sic enim decet nos implere omnem iustitiam.* Quid iustitia omnis in summam plenitudinis, & cur *Sic* & *Nos* & *Decet*? T. 5. D. 3. n. 14.

Cap. 4. v. 1. *Ductus est in desertum à spiritu.* A quo spiritu? T. 4. D. 1. n. 1.

V. 5. *Tunc assumpsit eum diabolus*, &c. Cur huiusmodi assumptio fuit diabolica tentatio? T. 2. D. 1. num. 14.

V. 6. *Mitte te deorsùm.* An idem mitti deorsùm, ac elevari supra pinnaculum? Ibid.

Cap. 5. v. 12. *Gaudete & exultate.* Unde gaudium, ubi exponitur tormentum? T. 10. D. 6. num. 12.

Ibid. *Vos estis sal terræ.* Quare? T. 11. D. 2. num. 2.

V. 14. *Vos estis lux mundi.* Curnam prædicatio, lucis designatur claritudo? T. 8. D. 2. n. 5.

V. 16. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est.* Cur lux, ut videant, & cur non ut lux videatur, sed opera lucis? T. 8. D. 2. à numer. 5. Cur ut glorificent patrem cœlestem, & non vos? n. 7. & T. 7. D. 3. n. 4.

V. 45. *Ut sitis filij Patris vestri.* Unde qui favent inimicis, conferuntur Angelis? T. 10. D. 3 n. 13.

Cap. 8. v. 19. *Magister, sequar te, quocunque ieris.* Cur hunc discipulum excutit? T. 4. D. 1. n. 3.

V. 21. *Alius ait: Permitte sepelire patrem meum.* Quare renuit? T. 7. D. 1. n. 4.

V. 22. *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Cur sæculares vocantur mortui? Ibid.

V. 26. *Imperavit ventis & mari.* Quomodò insensibilibus imperat? T. 1. E. n. 9.

Cap. 11. v. 3. *Tu es qui venturus es, an alium expectamus.* Cur de præsentia dubitatur? T. 5. D. 5. n. 9.

V. 9. *Etiam dico vobis & pluſquàm prophetam.* Quare plus? T. 5. E. n. 18.

V. 10. *Ecce ego mitto Angelum meum.* Quo sensu Baptista dicitur Angelus? T. 2. D. 5. n. 15. & T. 5. E. n. 36.

V. 11. *Non surrexit maior.* Quare? T. 4. D. 4. n. 4.

Ibid. *Qui minor est in regno cœlorum maior est ille.* Quomodò maior, qui minor? Ibid.

V. 15. *Qui habet aures audiendi, audiat.* Quænam & quorum huiusmodi aures? T. 11. D. 4. n. 14.

V. 29. *Humilis corde.* Quippini mente? T. 11. D. 5. num. 12.

Cap. 12. v. 24. *Non eijcit dæmones nisi in Beèlzebub principe dæmoniorum.* Cur Beèlzebub dæmonum dicitur princeps? T. 6. E. à n. 9.

Cap. 13. v. 3. *Locutus est eis multa in parabolis, dicens.* Quare dicebat, loquens illis in parabolis? T. 8. D. 2. n. 5.

Ibid. *Ecce exijt qui seminat seminare.* Quomodò exijt seminare, qui seminat? Cur non dicit, exit, sed exijt. T. 8 E. n. 42.

V. 44. *Thesauro, quem qui invenit homo abscondit.* Cur abscondit quod pretiosum invenit? T. 7. D. 3. n. 8.

V. 45. *Quærenti bonas margaritas.* Unde constet pretiositas margaritarum? T. 11. D. 1. n. 7. An margaritæ malæ? T. 7. D. 3. n. 8.


V.

V.46. *Inventâ una pretiosa margaritâ, vendidit omnia quæ habet, & emit eam.* An pro illa dederit omnia? T.6. D.6. à n. 12. Quæ sit una pretiosa margarita inventa? T. 5. D. 2. n. 2. Quomodò una, si plures inventæ? T.6. D.6. n 14. Quænam huiusmodi margarita? T.11.D.5. n.5.

Cap.14.v.28. *Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas.* Quorsùm ubi illotunc iam tranquilla tempestas? T.4 D.4. n.13. Cur præceptum solicitat? T.11. D.5. n. 7.

V.29. *Ambulabat super aquam.* Cur non dicitur *Ferebatur*? Ibid.

Cap.15.v.9. *Docentes doctrinas & mandata hominum.* Quid sit doctrinas, & doctrinas hominum docere? T.8. E à n.44.

V. 23. *Non respondit ei verbum.* Quare subtrahitur vel in verbo afflictæ fœminæ consolatio? T. 5. D.5. n. 13.

Ibid. *Dimitte eam, quia clamat post nos.* An gratia vel repulsa. n. 14.

Cap.16. v. 19. *Tibi dabo claves regni.* In regimen, vel in cruciamen? T.3. D.4. n. 11.

Ibid. *Et quodcunque ligaveris* &c. Quid, si usus clavium aperire & claudere, cum ligare & solvere? T.4. D.4. n.20. T.5. D.5.à n.4. Cur utrumque necessarium in dignitate? n.6.

V.24. *Tollat crucem suam.* Quare propriam? T. 4. D.5.n.3.

Cap. 17. v. 2. *Resplenduit facies eius sicut sol* &c. Quorsùm societas Solis & nivis? T.7. D. 3. n.7. T.11. D.1. n 16. An ita glorioſus propter amoris excessus? T. 10. D 1. n 8. Cur visa gloriæ claritas, antequàm apparerent Moyses & Elias? D. 6. n. 9.

V. 4. *Bonum est nos hic esse.* Cur bonum dicit orbis incomodum? T.1. D.6. n.7.

V. 8. *Neminem viderunt nisi solum Iesum.* Unde si se mutuò vident? T.4. D.5. n. 5.

V.15. *Lunaticus est, & male patitur.* An quia lunaticus? T.7. D. 5. n. 7.

Cap. 18. v. 4. *Quicunque humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est maior in regno cœlorum.* Cur dicitur parvulus & non puer (sicut ab alijs Evangelistis) ad supremam in cœlestibus sedem? T.11. D.5. n. 2.

V.6. *De pusillis istis, qui in me credunt.* Quorsùm *Qui in me credunt*, quasi qui sine fide custodes angelos non haberent? T.10. D.3.n.4.

V. 10. *Videte, ne contemnatis unum ex his pusillis, quia Angelicorum* Quare nec contemptus in pusillos, quippe habent custodes Angelos? n. 3.

Ibid. *In cœlis semper vident faciem Patris.* Quid quòd videant faciem Patris, ad custodiam hominis? à n. 7.

Cap 19. v.2. *Et curavit eos ibi.* Quædam maior commendatio gratiæ, quòd eos curaret; vel quod curasset ibi? T. 5. D. 5. n. 8.

V. 28. *Super sedes duodecim iudicantes Israël.* Cur tantum super Israël dicit, dum Principes orbis destinavit? T.9. D. 6. n. 2.

Cap.20.v.18. *Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur,* &c. Cur non loquitur de triumpho in urbis introitu? T.10. D.5.n.19.

V.20. *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi.* An ambitus fœminæ continuarit conversationem de passione? T.6. D.2. à n. 5.

Ibid. *Adorans & petens.* Cur ut peteret, reverentiam præmisit? n. 3.

V.21. *Quid vis?* Quare interrogat quòd non ignorat? T.8. D. 3. n. 7.

V. 22. *Nescitis quid petatis.* Unde nescientia? T. 3. D.4. n. 14. Cur respondet filijs, & non matri? T.6. D.2.à n. 4.

Ibid. *Dicunt ei, Possumus.* Unde in passionem confidentia etiam à Christo firmata? n. 7.

V.23. *Non est meum dare vobis.* Cur sibi potestatem abrogat? n. 6.

Cap.21.v.19. *Nunquam ex te fructus nascatur, & arefacta est continò ficulnea.* Cur *ex te* & non *in te*? T.3. D.1. n. 11. Cur non dicit folia, sed fructus? n.12. Quare arefacta est statim? n. 10.

V.23. *In qua potestate hæc facis?* Quo signo externo usus est potestas Christi, ut plecteret profanatores Templi? T.2. E. n.3.

Cap. 22. v. 2. *Simile regnum cœlorum homini Regi* Quare comparetur & Regi & agricolæ? T.4.D.5. à n. 2.

V.38. *Hoc est maximum & primum mandatum, secundum autem,* &c. Cur secundum subiungitur, de quo non interrogatur? T.5. D.3. n. 6.

Cap. 24. v. 29. *Virtutes cœlorum movebuntur.* Quid commotionis in Angelis? T.10. D. 3. n. 2.

Cap. 25. *Simile regnum cœlorum decem virginibus.* Qua analogia virgines uti cœlum? T. 6. D. 3. à n. 3.

V.6. *Exite obviam ei.* Gressu, vel volatu? T.5. D.3. n. 12.

Cap.27. v.9. *Impletum, quòd dictum est per Ieremiam.* Quid si à Zacharia? T.3. E.n.34.

Ibid. *Pretium appretiati, quem appretiaverunt.* Quorsum tot geminationes? à n. 35. Quid sit apptetiatum pretium? n. 33.

V. 29. *Plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius & arundinem.* Quomodò per arundinem ostenderunt esse regem? T. 11. D.1. n. 5.

V. 35. *Postquàm crucifixerunt eum, diviserunt vestimenta eius.* Quare nudus in crucem ascendit? T. 1. D.6. num. 3. An ex ludo militum, maius Christo tormentum? T. 5. D. 6. à numer. 4.

V.52. *Multa corpora Sanctorum qui dormierant, surrexerunt.* Cur post functionem reversi sunt in sepulchrum? T.6. D.4. n. 6.

## *MARCI.*

Cap.1. v.42. *Statim discessit ab eo lepra, & mundatus est.* Quorsum additur & *mundatus est statim*? T. 6. E. à n.31.

Cap. 4. v. 2. *Docebat & dicebat illis in doctrina sua.* Cur sua, & quid sit in doctrina docere? T. 8. E. à n. 45.

V.3. *Exijt seminans ad seminandum?* Cur usus officij exprimitur? n.41.

V.5. *Statim exortum.* Unde statim exortum & statim aridum? T.2. D. 1. n. 13.

V.39. *Dixi mari: Tace obmutesce.* Quæ vox in mari ut taceat, & deinde obmutescat? T.7.E.n.33. D.5. n.2.

Cap. 6. v. 5. *Non poterat ibi ullam virtutem facere.* Quare non poterat, si valebat? T. 9. D. 2. numer. 5.

V. 8. *Ne quid tollerent in via, nisi virgam tantùm.* Cur tantùm virga, ubi etiam permittitur tunica? T.1. D.4. à n.8.

Cap.

# Index locor. Sacr. Script.


Cap. 7. v. 7. *Docentes doctrinas & præcepta hominum.* Quænam hominum dicantur doctrinæ? T. 8. E. n. 44. Quodnam discrimen inter docere doctrinas, vel in doctrina? n. 46.

V. 29. *Vade, exijt dæmonium à filia tua.* Quare mulier indigna à Christo gratis dignata? T. 5. D. 5. n. 14.

Cap. 8. v. 2. *Iam triduò sustinent me*, &c. An hoccine prodigium ante multiplicationem panum? T. 4. D. 4. n. 12.

Cap. 9. v. 24. *Exi ab eo, & amplius ne introeas in eum.* Quare si dæmonem expulit, regredi prohibet? T. 6. D. 5. n. 14.

V. 25. *Factus est sicut mortuus.* Cur homo iudicatur uti mortuus, dum dæmon ab illo expulsus? n. 13.

Cap. 10. v. 41. *Cœperunt indignari de Iacobo & Ioanne.* Cur de illis indignatio, & non de matre? T. 6. D. 2. n. 3.

Cap. 11. v. 13. *Nihil invenit præter folia.* Cur fructus tantùm in folijs sine fructu? T. 3. D. 1. à n. 9.

Cap. 14. v. 26. *Hymno dicto exierunt.* Unde lætus canit, dum passioni accedit? T. 4. D. 6. n. 12.

V. 37. *Simon dormis?* An reprehensio, vel admiratio? T. 5. D. 5. n. 4.

V. 52. *Relicta sindone, nudus profugit ab eis.* Cur non persequuntur, quem tenuerunt? D. 6. n. 7.

Cap. 15. v. 24. *Mittentes sortem super eis, quis quid tolleret.* Cur in sortem divisa vestis? n. 4. Cur non divisa vestimenta latronum? n. 6.

*LUCÆ.*

Cap. 1. v. 18. *Unde hoc sciam?* Quare dubitat? T. 2. D. 5. n. 4.

V. 20. *Ecce eris tacens & non poteris loqui.* Quorsùm *Ecce*? Et non posse loqui additur tacenti? à n. 3. Qui loqui valent, & silent? T. 7. D. 4. n. 10.

V. 22. *Non poterat loqui, & ipse erat innuens illis.* Quo intuitu nutus? T. 2. D. 5. n. 4. Quale Zachariæ silentium? T. 7. E. n. 40.

V. 26. *In civitatem, cui nomen erat Nazareth.* Cur loci exprimitur nomen? T. 9. D. 1. n. 4.

V. 27. *Ad virginem.* Cur ad virginem in hominis reparationem. Ibid.

V. 28. *Angelus ad eam dixit.* Quare prædicens futura, non designatur propheta? T. 5. E. n. 19.

V. 44. *Ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo.* Cuius vocem audivit Elisabeth; virginis, vel infantis? T. 2. D. 5. n. 8. Unde infantis gaudia ex voce audita? n. 10. Quomodò audivit, & ex auditu convaluit? n. 9.

V. 58. *Audierunt vicini.* Quid audierunt, Ioanne nascente? n. 11.

V. 62. *Innuebant patri eius, quem vellet vocari eum.* Cur dicitur innuebant, & non Interrogabant? T. 7. E. n. 41.

V. 63. *Mirati sunt universi.* Cur quis sit Ioannes, non dicunt, sed admirantur? T. 2. D. 5. n. 13.

V. 66. *Quis putas, puer iste erit?* Quorsùm erit, qui cœpit à summo? T. 9. D. 4. n. 2. Cur dubitatur de puero viso? T. 2. D. 5. à n. 13.

V. 77. *Ad dandam scientiam salutis.* Quomodò scientiam salutis docuit Ioannes? n. 7.

V. 78. *Visitavit nos oriens ex alto.* Quo pacto per Ioannis nativitatem, cognovit Solem orientem? n. 11.

Cap. 2. v. 14. *Gloria in altissimis.* Unde ex Salvatoris ortu gloria in cœlo? T. 9. D. 3. num. 12.

V. 15. *Transeamus usque ad Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factum est, & Dominus ostendit nobis.* Cur notant transitum, ut videant Christum? T. 9. D. 2. n. 2. Quomodò dicitur factum, dum dicitur verbum? D. 1. n. 5. Quomodò in visionem ostensum, si ut videant transeunt ad locum? D. 2. n. 3. Cur dicunt nobis, si ostenditur alijs? Ibid.

V. 21. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Cur vocatum, & non impositum? T. 8. D. 4. n. 16.

Ibid. *Priusquam in utero conciperetur.* Cur ante conceptionem nomen habuerit? Ibid.

V. 22. *Ut sisterent eum Domino*, redimendum quinque siclis. Unde ex dignatione redemptionis nota nostræ libertatis? T. 6. D. 6. n. 19.

Cap. 3. v. 2. *Factum est verbum Domini super Ioannem.* Verbum cur dicitur factum? T. 5. E. n. 33.

V. 23. *Ioseph, qui filius Heli.* Quare à Matthæo dicitur filius Iacob? T. 2. E. à n. 10.

Cap. 4. v. 1. *Agebatur à spiritu.* A quo spiritu? T. 4. D. 1. n. 1.

V. 19. *Prædicare annum acceptum, & diem retributionis.* Quare tempus indulgentiæ, tempus iudicij? T. 9. E. n. 44.

V. 30. *Transiens per medium illorum ibat.* Unde coram illis non viderunt? T. 11. D. 4. n. 20.

Cap. 5. v. 3. *Ascendens in unam navim, sedens docebat.* Hìc cur docens quietè sedet, ac in patria conantur docentem præcipitare? T. 7. D. 1. n. 6.

V. 6. *Rumpebatur autem rete.* Cur nullus piscis labitur? n. 8.

Cap. 6. v. 16. *Iudam Iscariotem, qui fuit proditor.* Cur nullius electi dicitur patria, nisi proditoris? T. 9. D. 6. n. 3. Quare *fuit* qui futurus? T. 8. D. 5. n. 6.

Cap. 7. v. 4. *Dignus est, ut hoc illi præstes.* Unde si se ipse iudicavit indignum? T. 5. D. 2. n. 4.

V. 13. *Noli flere.* Cur fletus in filij morte inhibetur genitrici? T. 6. D. 1. n. 11.

V. 14. *Tetigit loculum.* Quidni lignum? Ibid.

V. 16. *Propheta magnus surrexit in nobis.* Christus an propheta? T. 5. E. n. 16. & 35.

V. 33. *Venit Ioannes neque manducans*, &c. Unde si illi esca mel, obliviscitur panis? T. 11. D. 4. n. 22.

V. 37. & 38. *Ut cognovit, lachrymis cœpit*, &c. Cur cognoscens crimen, properat ad iudicem? T. 1. D. 2. n. 3.

V. 47. *Dilexit multùm.* Quare non solùm explicatur dilectio, sed dilectionis magnitudo? T. 3. D. 5. n. 13.

Cap. 8. v. 5. *Exijt qui seminat seminare semen suum, & dum seminat.* Quid est exire, seminare semen, & seminare suum, dum semen seminat? T. 8. E. à n. 41. D. 2. n. 2. Unde si semen verbum Dei, suum semen dicitur seminare? Ibid.

Cap. 9. v. 29. *Facta est species vultus eius altera.* Cur transfiguratus est, priusquàm ulla audita de excessu vox? T. 10. D. 6. n. 9.

V. 31. *Dicebant excessum, quem completurus erat in Ierusalem.* Cur Christi passio notatur excessu? T. 1. D. 6. n. 7. T. 10. D. 1. n. 8. Quare in Ierusalem tanta ignominia, & ubi nota innocentia? T. 1. D. 6. n. 8.

V. 33. *Nesciens quid diceret.* Cur tunc præceps Petri propositum? n. 9.

V. 35. *Hic est filius meus dilectus.* Quare post sen-

tentiam latam plaudit, in qua mortem filij decrevit? Ibid.

V.36. *Ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt quicquàm.* Quorsùm *Quicquam*, si tacuerunt? T.7. E.n.34. D. 5. n. 2.

Cap.10. v. 26. *In lege quid scriptum est? Quomodò legis?* Quare nectit legis lectionem? & legem? T.8. D. 2. n. 1.

V.29. *Ille autem volens iustificare seipsum, dixit: & quis est meus proximus?* Cur de dilectione interrogat proximi, qui cupit iustificari? T.5.D.3.n.7.

Cap. 11. v. 14. *Admiratæ sunt turbæ.* Cur ex huiusmodi prodigio circunstantium admiratio? T. 9. D. 3. à n. 9.

V.15. *In Beelzebub principe dæmoniorum*, &c. Vid. Matth.12.24. Quare illis scandalum, quod alijs prodigium? T.7. D.5 n.10.

V.27. *Beatus venter, qui te portavit*, &c. Cur incarnatio in Virgine recolitur, dum dæmon expellitur, & homo liberatur? T. 9. D 1. n. 14. Cur plauduntur ubera filio suppositio? T.11. D. 4. n. 27.

Cap.14. v.2. *Dixit dicens.* Quorsùm eadem sententia per participium? T. 8. E. n. 31.

Cap.17.v.13. *Levaverunt vocem.* Quid levare vocem, ad illorum sanitatem? D.3. n.5.

V.14. *Dum irent, mundati sunt.* Cur mundati antequàm ad sacerdotes pervenirent? Ibid.

V.17. *Et novem ubi sunt?* Unde novem supponitur salus, quia venit decimus? T.6. D.1. à n.8.

V. 32. *Memores estote uxoris Lot.* Cur non in aliud speculum respiciendum, ut excutiatur peccatum? T.1. D. 4. n. 11.

Cap.18. v. 14. *Descendit hic iustificatus ab illo.* Unde & quomodò publicanus iustificatus à Pharisæo? T. 3. E. n. 46.

V.35. *Cæcus sedebat secus viam mendicans.* Cur postquàm Christus passionem exposuit, cæcus occurrit? T.1. D.5. n. 4. Quare mendicus dicitur cæcus? T.3. D. 3. n. 7.

V. 39. *Qui præibant, increpabant eum, ut taceret.* Quippini qui loquebantur? T.5.D.6.n.2. Quare præcedentes increpabant? T.3. D.3.n.7.

V. 40. *Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se.* Cur cæcum expectat venturum? T.5. D.5.n.15. Quidni iubet ut in Ierusalem illum sequatur? n. 16. Quare ad Iesum adducitur, ut illuminetur? T 1. D.5. n. 4.

V. 41. & 42. *Quid tibi vis faciam. Domine ut videam. Respice.* Cur statim gratia collata? T. 5. D 5. n.16. Cur interrogat cæcum, quid velit, si cæcum videt? T. 8. D. 3. n. 6. Quare non petit cæcus, nisi videre? T.3. D.1. n. 8.

Ibid. *Fides tua te salvum fecit.* Cur fidem non petit, qui visum exposcit? Ibid.

V.43. *Confestim vidit.* Cur statim? T. 8. D. 3. n.6.

Cap.21. v.9. *Cùm audieritis prælia & seditiones, nolite terreri.* Quare non terror, si ex certamine dolor? T.4. D. 6. n. 9.

V.26. *Arescentibus hominibus præ timore & expectatione.* Cur timor tormentum, si de tormentis est timor? T. 1. D. 1. n 7. Quomodò expectatione passum, quod non inflictum? D. 2. à n. 1.

V. 27. *Videbunt filium hominis venientem in nube.* Cur ex nube Christi thronus, ut ab illo iudicetur mundus? T.1. D.1. n.4.

Cap.22. v.36. *Qui non habet, vendat tunicam suam & emat gladium.* Qualem gladium? T.10.D.1.n.15.

V.38. *Ecce duo gladij hìc: at ille dixit, satis est.* Cur Dominus gladium iubet habere, & non habere, ac habentibus dicit: satis est? n. 4.

V. 43. *Apparuit Angelus de cœlo confortans eum.* Quorsùm dum sic anxius, Angelus de cœlo missus? T.10. D.3. n.14.

Ibid. *Factus in agonia.* Unde tanta doloris amaritudo, dum appropinquabat cupita redemptio? T.6 D.6 n.16.

V. 48. *Osculo filium hominis tradis.* Cur non queritur de homicidio, sed de osculo? T. 8. D. 5. n. 9.

V.50. *Amputavit auriculam eius.* Quare quem Petrus percussit, Christus sanavit? T. 10. D. 1. n. 15.

V.57. *Non novi illum.* Unde non novit, si notum negavit? T.6. D 4. n. 2.

V 61. *Conversus Dominus respexit Petrum.* Cur delinquentem vidit, & respexit? T. 5. D. 2. n. 14. T.10. D.1. n.2.& 6.

Cap.23 v.11. *Sprevit illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba.* Cur qui furiosi insania laborabant, Christum quasi amentem iudicant? T. 11. D. 6. n. 12.

V.28. *Qui aderant ad spectaculum, percutientes pectora sua revertebantur.* Quare præ dolore pectora & non capita percutiebant? T. 1. D. 5. n.12. Unde dolor? T.6. D.4. n.9.

Cap. 24. v. 19. *Quibus ille dixit: Quæ?* Quare affectat ignorantiam? T. 10. D. 1. n. 9.

Ibid. *Qui fuit vir propheta.* Quid per prophetam intelligitur? T.5.E.n.16.

V.26. *Hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam.* Cur suam vocat? T. 10. D. 5. n. 8.

V.31. *Ipse evanuit ex oculis eorum.* Quidni videtur, dum cognoscitur? T.7. D.3.n.2.

V.37. *Existimabant se spiritum videre.* Cur oculorum patula visio dicitur cogitationis existimatio? T.4. D.4. n. 6.

V.41. *Non credentibus & mirantibus præ gaudio.* Si mirantur, unde non credunt? Ibid.

V.42. *Obtulerunt favum mellis.* Cur offertur favus mellis, dum Redemptor ostendit manus discipulis? T.6. D.6. n. 20.

V. 44. *Verba quæ locutus sum ad vos, cùm adhuc essem vobiscum.* Cum quibus tunc ille erat? T.9. D.4. n. 16.

V.46. *Sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati.* Ubi scriptum? T.10. D.6. n.12.

## *IOANNIS.*

Cap. 1. v. 6. *Fuit homo missus à Deo.* An de Ioanne amplius encomium? T.2. D.5.à n. 1. Si in terra natus, qua gratiâ à Domino missus? n. 14.

V. 7. *Ut omnes crederent per illum.* Quomodò per Ioannem omnes crediderunt? n. 6.

V.19. *Hoc testimonium Ioannis.* Cur de Christo testimonium præbet, dum de se à legatis exposcitur testimonium? T.7. D.3. n. 14.

Ibid. *Quando miserunt Iudæi Sacerdotes & Levitas ad eum.* Quare respuit, dum dignitatem supremam Synagoga offert? T.2.D.3.n.12. Quo proposito missi? T.7. D 3. n. 12.

V.20. *Non sum ego Christus.* Quare huiusmodi negatio amplior Ioannis celsitudo? T.2. D.5. n.1.

V.22. *Quid dicis de teipso?* Quo intuitu ab illo de

se

# Index locor. Sacr. Script.


se expostulant testimonium? T. 7. D. 3. n. 12.

V. 23. *Ego vox clamantis.* Cur totam excellentiam virtutis prompsit entitate vocis? Ibid. Cur vox clamantis, & minimè clamans? T. 2. D. 3. n. 13.

V. 32. *Spiritum descendentem quasi columbam de cœlo.* Cur descendit de cœlo columbæ specie? T. 5. D. 5. n. 11.

V. 37. *Duo secuti sunt Iesum.* Cur Christus discessit, ubi Ioannem encomiastem audivit? T. 7. D. 3. n. 11.

Cap. 2. v. 4. *Quid mihi & tibi mulier?* Cur sic vocat virginem matrem? T. 2. E. n. 44.

V. 15. *Cùm fecisset flagellum de funiculis.* Cur potestas signata flagello? & cur dicitur fecisse sibi? T. 3. D. 4. n. 14.

Cap. 3. v. 13. *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo.* Cur eius descensus per ascensionem signatur? T. 11. D. 5. n. 3.

V. 14. *Sicut Moyses exaltavit serpentem, ita* &c. In quo similitudo? T. 6. D. 1. n. 5.

V. 16. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.* Quid est *sic*, & in quo summa dilectio? T. 9. D. 1. n. 9.

Cap. 4. v. 19. *Video, quia propheta es tu.* Quo sensu Christus propheta? T. 5. E. n. 20.

Cap. 5. v. 4. *A quacunque detinebatur infirmitate.* Unde aquæ virtus, & cur tantùm sanabatur unus? T. 6. D. 1. n. 5.

V. 9. *Statim sanus factus est.* Cur non distulit sanare? T. 5. D. 5. n. 12.

V. 14. *Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Cur ita cautio de relapsus periculo? T. 8. D. 3. n. 8.

V. 25. *Venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, vivent.* Quomodò venit hora, quæ ventura? T. 1. D. 2. n. 16. T. 11. D. 4. n. 11. Quomodò audient mortui, si mortui non audiunt? T. 1. D. 2. n. 17. T. 11. D. 4. n. 13. Cur si omnes vocem audient, dicit: *Qui audierint?* Ibid.

Cap. 6. v. 14. *Hic est verè propheta, qui venturus est in mundum.* Cur venturus, & hic est? T. 5. E. n. 16. Cur dicitur: *Verè*, & verè propheta? à n. 19. & 35.

V. 15. *Fugit iterùm in montem ipse solus.* Cur tunc solus, & quare fugiens dignitatem, dicitur fugisse in montem? T. 5. D. 2. n. 3.

V. 56. *Caro mea verè cibus.* Quomodò si in Eucharistia tantùm panis accidentia? T. 1. D. 5. n. 7.

V. 59. *Non sicut manducaverunt patres vestri Manna.* Quidni sicut? T. 4. D. 4. n. 5.

V. 61. *Durus est hic sermo.* Unde maximum prodigium illis scandalum? T. 7. D. 5. n. 12.

V. 64. *Spiritus est qui vivificat.* Cur aeri confertur vivificans virtus? T. 7. D. 3. n. 13.

V. 71. *Ex vobis unus diabolus est.* Quomodò Iudas fuit diabolus? T. 8. D. 5. n. 5.

V. 72. *Hic enim erat traditurus eum, cùm esset unus ex duodecim.* An proditio, ubi maior ad gratitudinem obligatio? n. 4.

Cap. 7. v. 34. *Quæretis me & non invenietis.* Quare si ille inquirentibus occurrit? T. 11. D. 6. n. 19.

Cap. 8. v. 6. *Digito scribebat in terra.* Quomodò si scribebat super lapidem? T. 1. E. n. 40.

V. 9. *Unus post unum exibant.* Cur non perferunt usque in finem iudicium? T. 3. D. 5. n. 10.

V. 10. *Nemo te condemnavit?* Unde nemo damnat, si crimen illam & cum testibus accusat? n. 9.

V. 11. *Nec ego te condemnabo.* Cur Christus non damnat, quia illam turba accusantium non condemnat? n. 10.

V. 21. *In peccato vestro moriemini.* Si quærunt & illum, quare peribunt? T. 6. D. 5. à n. 9. T. 11. D. 6. n. 19.

V. 28. *Cùm exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.* Quomodò quis cognoscendus, dum totus vulnus? T. 11. D. 1. n. 9. Cur dum cognoscitur, pungitur? T. 8. D. 5. n. 15. Quomodò tunc uti veritas cognitus? T. 6. D. 4. n. 9.

V. 59. *Abscondit se, & exivit de templo.* Cur non, *exivit, & se abscondit?* n. 6. Quomodò abscondit se, & coram illis? T. 11. D. 4. n. 20.

Cap. 9. v. 39. *In iudicium ego in hunc mundum veni; ut qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant.* Quare oppositum pharmacum in rectissimum iudicium? T. 9. D. 6. n. 11.

V. 40. *Nunquid & nos cæci sumus?* Cur maior cæcitas ignorantia cæcitatis? n. 12.

Cap. 10. v. 24. *Si tu es Christus, dic nobis palàm.* Quare audire cupiunt, quod aversantur? T. 8. D. 5. n. 13.

V. 30. *Sustulerunt lapides.* An secum attulerint? Ibid.

Cap. 11. v. 15. *Gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi.* Unde credent, quod oculis vident? T. 4. D. 5. n. 14.

V. 28. *Vocavit sororem suam silentio dicens: Magister adest, & vocat te.* Quid silentio vocata? T. 7. D. 5. n. 2. Cur Christi præsentia in eius domo dicitur vocatio? T. 4. D. 5. n. 14.

V. 44. *Statim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis.* Unde in exitum motus, si ligatus? T. 4. D. 4. n. 10.

V. 50. *Expedit vobis, ut unus moriatur homo.* Quomodò mori expedit, qui miracula facit? T. 10. D. 5. n. 18.

V. 51. *Prophetavit.* Quomodò Caiphas fuerit in illa vaticinatione propheta? T. 5. E. n. 26.

Cap. 12. v. 19. *Ecce mundus totus post eum abijt.* Quomodò mundum traxit? T. 1. D. 5. n. 11. T. 6. D. 1. n. 2. D. 4. n. 9.

V. 31. & 32. *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras: & ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahàm ad meipsum.* Quare tunc eiectus mundus & diabolus? n. 12. Quare dum utrumque vicit, corda hominum ad se traxit? Ibid.

V. 33. *Hoc dicebat, significans qua morte esset moriturus.* Quid ad mortem, quod traheret omnia; & quæ consonantia exaltationis ad mortem crucis? T. 2. D. 6. n. 12.

Cap. 13. v. 1. *Cùm dilexisset suos.* Quomodò sui, si omninò aversi? T. 6. D. 6. n. 5.

V. 10. *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet.* Cur totum Christi studium ad ablutionem pedum? T. 2. D. 1. n. 7.

V. 28. *Hoc autem nemo scivit discumbentium.* Unde si Ioannes etiam discumbens scivit? T. 7. D. 5. n. 9.

V. 29. *Quidam putabant, egenis ut aliquid daret.* Cur Iudæ pravitatem cogitant uti virtutem? n. 11.

V. 34. *Ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.* Quomodò nos dilexit, ut nos pariter diligamus ad invicem? T. 6. D. 6. à n. 4.

Cap. 14. v. 3. *Ut ubi sum ego, & vos sitis.* Quid si tunc


cum

cum illis erat? T. 9. D. 4. n. 12. Quomodò illi in cœnaculo, & in cœlo? T.10. D.6. n.7.

V.27. *Pacem relinquo vobis, non quomodò mundus das.* Cur suæ paci opponit modum pacis, & minimè pacem mundi? T.2. D.2. n. 9.

Cap. 15. v. 13. *Maiorem hac dilectionem nemo habet.* Quænam hæc, ut maior sit? T. 6. D. 6. numer. 7.

Ibid. *Ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Cur non dicit famam, sed vitam; cùm vitâ pretiosior fama? n. 9.

V. 17. *Hæc mando vobis, ut diligatis invicem.* Quomodò hæc in amore non extrema dilectionis demonstratio? n. 4.

V. 26. *Mittam vobis à Patre Spiritum veritatis.* Cur dicitur veritatis, si est Spiritus amoris? T. 2. D.3. n. 2.

Cap.16. v.8. *Arguet mundum de peccato, de iustitia & de iudicio.* Unde cuncta simul? T. 1. D.6. à numer. 2.

V. 18. *Quid est hoc, quod dicit Modicum?* Quomodò in redemptionem dicit modicum, totius passionis tormentum? T. 6. D.6. n. 14.

V. 33. *Confidite, ego vici mundum.* Quomodò antequàm in pugnam descenderet? T. 10. D.5. numer. 6.

Cap.17. v.4. *Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam.* Unde facturus, si iam consummatum opus? n. 8.

V.11. *Hi in mundo sunt.* Quomodò, si de mundo non sunt? T.11. D 4. n.9.

V.22. *Ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus.* Quomodò Christus unum cum homine, sicut unum cum Patre? T.1. D.5. n. 20.

Cap.18. v. 4. *Sciens omnia, quæ ventura erant super se, processit.* Cur obviam processit, cùm mors veniret? T.10. D.5. n. 7.

V.6. *Abierunt retrorsùm, & ceciderunt in terram.* Cur hostem prostravit, antequàm certamen iniret? n. 5.

V. 8. *Si ergo me quæritis, sinite hos abire.* Quare in articulo passionis consulit discipulis? n. 2.

V.9. *Non perdidi ex eis quemquam.* An ex huiusmodi gratia, illustrissima victoria? n. 14.

V.25. *Negavit ille.* Cur negavit, quem cognovit? T. 6. D.4. n. 2.

V. 33. *Tu es Rex Iudæorum?*

V.37. *Tu dicis, quia Rex sum ego.* Quando Pilatus dixit, & quomodò? T.11. D.1. n.3.

Ibid. *Ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.* Quomodò si venit addictus morti? T.6. D.4.n.5.

Cap.19. v. 1. & 2. *Tunc apprehendit Pilatus Iesum, & flagellavit, & milites plectentes coronam,* &c. Quare dum flagellari Christum imperat, miles coronat? T.11. D.1. n.3.

V.14. *Ecce Rex vester.* Unde constet regnum, dum ostendit flagellatum? Ibid.

V.24. *Sortiamur de illa cuius sit.* Cur tunicam unusquisque desiderabat? T.5. D.6. n. 5.

V.34. *Unus militum lanceâ latus eius aperuit.* Quippini Percussit? T.11. D.4. n.8.

Ibid. *Exivit sanguis & aqua.* Cur non econtrà? T.6. D.1. n.7.

Cap.20. v. 20. *Ostendit eis manus & latus.* Quare cuncta, & cur vulnerum servavit insignia? T. 10. D.1. num. 9. Cur vulnera dicta cicatricum signa? Ibid.

V.27. *Affer manum tuam & mitte in latus meum.* An renovaverit vulnera Salvatoris iam glorioso? T. 8. D.5. n. 16.

Cap.21. v.15. *Diligis me plus his?* Cur non inquirit de charitate, sed de ampliore? T.3. D.5. n. 13.

V. 19. *Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset Deum.* Quid claves ad claritatem mortis? T.3. D. 4. n.12.

V. 22. *Sic eum volo manere, quid ad te?* Quare nihil interest Petri, de Ioannis prætermissione? Ibid.

## ACTORUM.

Cap.1.v.13. *Ascenderunt ubi manebant Petrus & Ioannes,* &c. Quomodò si interfuerunt ascensioni? T. 7. D.1. n. 11.

V. 25. *Ut abiret in locum suum.* Cuius ergo locus à Iuda occupatus? T.6. D.2. n. 6.

Cap.2.v.3. *Apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditque suprà singulos eorum.* Cur linguæ non in ore, sed in capite? T.5. D.2. n.17.

V. 38. *Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu-Christi.* Quid tò *In nomine?* T.1. E. n.31.

Cap. 5. v. 3. *Cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri,* &c. Cur vocationi actibus non respondere, dicitur mendax, ac tentationi facilitas? T. 5. D. 1. n. 2.

V. 15. *Ut veniente Petro saltem umbra illius obumbraret.* Si per umbram peccatum; quomodò in quo Petrus deliquit, peccatores sanavit? T.3. D.5. à n. 3.

Ibid. *Ita ut in plateas eijcerent infirmos, ut liberaventur ab infirmitatibus suis.* Cur in plateas proiecti languoribus laborantes, ut notescerent languores? T.7. D. 5. n. 7. Quomodò horum medicina umbra & umbra obumbrata? n.8.

V.28. *Præcipiendo præcepimus vobis.* Quorsùm emphasis? T 1. E.à n.35.

V. 40. *Cæsis denunciarunt, ne omninò loquerentur in nomine Iesu.* Unde flagella, nullà cognità causà? n. 36.

Cap.7. v.56. *Video cœlos apertos.* Cur pugnanti aperti cœli?

Cap.9. v.6. *Domine, quid me vis facere?* Unde voluntas ita prompta, quæ dudùm durè protervà? T.7.D.2. n. 11.

V.8. *Apertis oculis, nihil videbat.* Quomodo è lumine cæcus? T.9.E. n. 8. Quare non videbat apertis oculis? D.5. n.15.

V.12. *Vidit virum Ananiam introeuntem,* &c. Quomodò si nihil videbat? T.9. D 4. n.7. T.11. D.4. n. 10.

Cap.12. v.7. *Ceciderunt catenæ de manibus.* An in Angelo mirabilior effectus, vel modus? T. 9. D. 4. n. 10. Cur catenas fregit, ut vinctum educeret? T.4. D 4. n. 10. Cur Petrus dormiens inter duos milites, oculos aperit; & nemo custodum egredientem videt? n. 15.

V. 9. *Nesciebat, quia verum est quod fiebat per Angelum.* Si videt factum, quòmodò nesciebat verum? n. 8.

Ibid. *Existimabat se spiritum videre.* Unde si ex libertate iudicium, iudicat somnium? Ibid. & T. 5. D. 5. n.7.

# Index locor. Sacr. Script.


V. 11. *Petrus ad se reversus dixit : Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum.* An Petrus extra se pridem? n. 17. Cur tunc Angelum verè cognoscit? Ibid.

V. 15. *Dixerunt ad eam: Insanis.* Cur libertas Petri tribuitur insaniæ? n. 9.

Ibid. *Angelus eius est.* Cur pulsantem Petrum, arbitrantur Angelum? T. 9. D. 4. n. 7.

Cap. 14. v. 10. *Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos.* Cur in erectione claudi, non dicti homines in similitudinem Deitatis, sed Dij in similitudinem hominis? T. 9. D. 1. n. 11.

V. 15. *In præteritis, generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.* Quænam viæ Gentium in reprobationis signum? T. 11. D. 6. n. 11.

Cap. 20. v. 22. *Alligatus spiritu.* Quid sit spiritu ligari? T. 6. D. 3. à n. 13.

V. 23. *Vincula & tribulationes Ierosolymis me manent.* Quæ vincula, si iam ligatus? Ibid.

V. 24. *Nihil horum vereor.* Cur nihil veretur, dum maiora patitur? n. 14.

Cap. 26. v. 11. *Ampliùs insaniens in eos, persequebar.* Cur se dicit insanum, si suo iudicio tenorem sequebatur legum? T. 11. D. 2. n. 2.

*EX EPISTOL. AD ROMANOS.*

Cap. 1. v. 21. *Evanuerunt in cogitationibus suis.* Quidni actibus, sed cogitationibus? T. 8. D. 4. n. 6.

V. 28. *Tradidit illos Deus in reprobum sensum*, &c. Quomodò à Deo, cui repugnat seductio? T. 2. E. n. 42. & 45.

Cap. 4. v. 18. *Contra spem in spem credidit.* Quomodò amor spem fovet contra spem? T. 5. D. 3. n. 9. Quid & quomodò siccine sit spes? T. 7. D. 6. n. 9.

Cap. 5. v. 8. *Commendat charitatem suam Deus in nobis*, &c. Unde huiusmodi charitas erga nos, nobis commendabilis sit? T. 6. D. 6. n. 5.

V. 10. *Cùm inimici essemus reconciliati sumus Deo.* Quomodò si tunc non servi vocamur, sed amici? Ibid.

Cap. 8. v. 18. *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.* Si gloria revelatur per passiones in pœna; quomodò futura gloria? T. 10. D. 6. n. 10.

V. 24. *Spes quæ videtur, non est spes.* Unde est, & non est? T. 7. D. 6. n. 9.

V. 32. *Proprio filio suo non pepercit.* Quid, si nullum peccatum commisit? T. 6. D. 6. n. 5.

Cap. 9. v. 18. *Cuius vult, miseretur; & quem vult, indurat.* Quomodò indurat, & miseretur? T. 2. E. à n. 42.

V. 19. *Voluntati eius quis resistit?* Quidni in cordis obduratione? n. 39.

V. 21. *An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere vas in honorem, aliud verò in contumeliam?* Quo sensu de Deo dicitur, in contumeliam vas facere? n. 42.

Cap. 11. v. 16. & 17. *Radix sancta: quod si aliqui ex ramis fracti sunt; tu socius radicis factus es.* Quomodò insertio ad societatem radicis, si fracti rami? T. 3. D. 1. n. 11.

V. 25. *Mysterium hoc.* Cur vocatio gentium, mysterium vocatur? n. 1.

Cap. 12. v. 7. *Ministerium in ministrando.* Quid in ministratione ministerium? T. 5. E. à n. 371. Quare munus designatur opus? D. 5. n. 2.

Ibid. *Qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando.* Quid est exhortatione exhortari, atque doctrina docere? T. 8. E. à n. 45. D. 2. n. 6.

V. 19. *Mihi vindicta.* Quare apud Tertullianum, *Mihi patientia?* T. 10. D. 1. n. 13.

Cap. 13. v. 12. *Nox præcessit, dies autem appropinquavit.* Cur signat fugisse noctem, dum signat venisse diem? T. 9. E. à n. 44.

Cap. 15. v. 3. *Improperia improperantium.* Quo intuitu regeritur suppositum necessarium? T. 11. E. n. 26. D. 2. n. 14.

Cap. 16. v. 20. *Deus pacis conterat satanam sub pedibus vestris velociter.* Cur Deus pacis dicitur, dum sub pedibus hominum & velociter satanas conteritur? T. 11. D. 4. n. 4.

*EX 1. AD CORINTHIOS.*

Cap. 4. v. 4. *Nihil enim mihi conscius sum; sed non in hoc iustificatus sum.* Quare illi non nota iustitia, etsi nota sine crimine conscientia? T. 1. D. 1. n. 12.

V. 9. *Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis & hominibus.* Unde ex pœnis spectaculum cunctis? T. 10. D. 6. n. 2.

Cap. 6. v. 11. *Hæc fuistis, sed abluti, sed sanctificati estis*, &c. Unde sine macula, ut virgines, post simulachrorum corruptiones? T. 3. D. 5. n. 11.

Cap. 7. v. 20. *In qua vocatione vocatus.* Quid hoc, & quomodò aliter? T. 5. E. à 38. & 41. An ex permanentia constet vocatio non ficta? D. 1. n. 1.

V. 31. *Præterit figura huius mundi.* Quare mundi forma dicitur tantum figura? T. 11. D. 3. à n. 1. Unde si persistit, præterit? n. 3.

Cap. 9. v. 24. *Sic currite ut comprehendatis.* Quando in anima post comprehensionem sit cursus? T. 5. D. 3. n. 9.

Cap. 10. v. 12. *Qui se existimat stare, videat ne cadat.* Quomodò in mundum casus, si mundus visus? T. 11. D. 3. n. 9.

Cap. 11. v. 4. & 5. *Vir orans velato capite, mulier non velato, deturpat caput suum.* Quare? T. 7. D. 3. numer. 5.

V. 24. *Hoc facite in meam commemorationem.* Quomodò memoria, ubi præsentia? T. 1. D. 5. numer. 9.

*EX 2. AD CORINTHIOS.*

Cap. 4. v. 6. *Dixit, de tenebris lucem splendescere.* Cur splendor de tenebris maior commendatio lucis? T. 3. D. 5. n. 5.

V. 7. *Habemus Thesaurum in vasis fictilibus.* Cur corpus ad pretiosa animæ, tantùm vas fictile? T. 11. D. 1. n. 7.

Cap. 7. v. 4. *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio*, &c.

V. 5. *Nam nullam requiem habuit caro nostra.* Unde ex persecutione consolatio? T. 9. D. 6. n. 7. Unde gaudij superabundantia ex omnigena pœna? Ibid.

V. 7. *Consolatione, qua consolatus.* Quid est, consolatione consolari? T. 8. E. n. 46.

Cap. 10. v. 8. *In ædificationem & non in destructionem.* Cur siccine Superioris potestas? T. 2. E. n. 25. Quomodò destruitur, quod ædificatur? D. 1. n. 3.

V. 12. *Non enim audemus, comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant.* Cur se non commendet

Pau-

Paulus abundans respectu aliorum plenitudine charismatum? T.8. D.2. n. 11.

Cap.11. v.7. *Evangelium Dei evangelizavi.* Cur exprimitur in prædicatione supponendum? T.8.E. à n. 40.

## *EX EPISTOL. AD GALAT.*

Cap.1.v.11.*Notum vobis facio evangelium,quod evangelizatum est à me.*Quid sit evangelium evangelizare? Ibid.

V. 16. *Continuò non acquievi carni & sanguini.* Quid hoc ad Pauli illuminationem? T. 9. D. 5. n. 14.

Cap.3 v.13. *Factus pro nobis maledictum.* Quomodò factus? T.2. E. n.44.

Cap.4. v. 4. *Misit filium suum factum ex muliere, factum sub lege.* Quomodò ex muliere factus, si Dei filius? T.9.D.1.n.6. Quare sub lege factum, quippe factum supponit ex muliere? n.8.

Cap.6.v.1. *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.* Quid sit, præoccupatus à delicto? T. 1. D.4. n. 5. Cur nulla lenitas cum delictum præoccupante? n. 4. Quem respicit *Huiusmodi*, & cur non dicit *Plectite*,sed *Instruite*? & cur non tantùm in lenitate, sed in lenitatis spiritu? à n.5.

## *EX EPIST. AD EPHESIOS.*

Cap. 1. v. 6. *In laudem gloriæ gratiæ suæ.* Quidni in laudem gratiæ gloriæ suæ? T.10. D.1. n.7.

Cap.2.v.6. *Consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu.* Unde hoc in gloria sedente, homines participes gloriæ? T.10. D.6.n.4. Quomodò in cœlo, si in mundo? T.9. D.4. n.14. Unde in vinculis, & in cœlis? T.10. D.6. n. 5.

V. 7. *Ut ostenderet abundantes divitias gratiæ suæ.* Quænam abundantia divitiarum gratiæ? Ibid. Cur sessione in cœlestibus, non dicitur secundum divitias gloriæ,sed tantùm gratiæ?T.9.D.4. n.14. T.10. D. 6. n 6.

Cap.4. v.1. *Obsecro, ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis.*Cur ni hac vocatione ambuletur,ambulatur sed non dignè? T.5. E.à n. 38.

V.8.*Captivam duxit captivitatem,dedit dona hominibus.* Quid & quomodò captiva captivitas? T. 4. D.4.n.21.T.10.D.5.à n.10. Quid quod dona dedisset,ut captivaret? T.4.D.4. n. 23.

V.19. *In operationem immunditiæ omnis, in avaritiam.* Quæ sit avaritia in operationem omnis immunditiæ? T.10. E. n 17.

Cap 5. v. 5. *Avarus,quod est idolorum servitus.* Quid idolorum servitus, & avarus? Ibid.

V.14.*Surge qui dormis,& exurge à mortuis,& illuminabit te Christus.* Quomodò si dormit,non vivit? & quare dicit,*Surge & exurge*? T.6.D.5.n.4.

## *EX EPIST. AD PHILIPENS.*

Cap.1.v.7.*Eò quòd habeam vos in corde & in vinculis meis.* Quænam vincula cordis? T.6. D.3. n.14.

Cap.2. v.5. *Hoc enim sentite in vobis,quod & in Christo Iesu.* Quomodò in hominibus sentiri quit, quod & in Christo Iesu,qui in forma Dei? T. 6. D. 5. n.10.

V.6.& 7. *Cùm in forma Dei esset,non rapinam arbitratus est,esse se æqualem Deo;sed semetipsum exinanivit &c. in similitudinem hominum factus.* Quomodò factus,si in forma Dei? T.9. D.1.n.6. Unde rapina, si exhiberetur forma Dei in forma humana? T 11. D.5. n.10.

Cap.4. v. 6. *Petitiones vestræ innotescant apud Deum.* Quænam illi oratio ignota? T.5. D.4. n.10.

## *EX EPISTOL. AD COLOSSENS.*

Cap.1.v.5. *Propter spem quæ reposita est nobis in cœlis.* Quomodò in cœlis spes? T.7. D.6.n.10.

Cap. 3. v. 3. *Vita vestra est abscondita cum Christo in Deo.* Quo intuitu occulta? T.1. D.5. n. 20.

V.5. *Concupiscentiam malam,& avaritiam, quæ est simulachrorum servitus?* Cur dicatur concupiscentia mala? T.10.E n.17. Quænam in servitute idolorum avaritia? Ibid.

Cap.4. v.6. *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus.* Cur sal in verbis condimentum, & non cibus? T.11. D. 2. n.2.

## *EX 1. THESSALONICENS.*

Cap.1.v.5.*Evangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantùm, sed in virtute & in plenitudine multa in vobis propter vos.* Cur in institutionem audientium,dicit *Evangelium nostrum*?T.8.D.2. n.9. Quare si sermone proferturEvangelium,hoc non constat tantùm sermone? n.10.Quare commendat à sermone virtutis,non à virtute sermonis? & cur non illis, nisi propter illos, non propter se prædicat Evangelium?n.11. Quid sit plenitudo & multa, in prolatione Evangelij? n. 12.

Cap. 4. v. 6. *Ne quis circumveniat in negotio fratrem suum.* Cur simul ambitio atque fratris supplantatio? T.2. D.4. n.12.

## *EX 2. AD TESSALONICENS.*

Cap.2. v.9. *Signis & prodigijs mendacibus.* An prodigia? T.8. D.1. n.3.

Cap.3. v.11. *Nihil operantes,sed curiosè agentes.* Quinam,& quare ex otiositate curiosi? T.4.D.1.n.3. & 10.

## *EX 1. AD TIMOTH.*

Cap.1.v.4.*Fabulis & genealogijs.*Cur genealogias dicit fabulas? T.8. D.4. n.2.

Cap.2. v.4. *Omnes homines vult salvos fieri.* Quomodò non fit quod Deus vult? T.2.E.n.35.

V.14. *Adam non est seductus: mulier autem seducta in prævaricatione fuit.* Quomodò illa seducta, & non ille in seductione? T.2. E. n. 43. Quo sensu ille seductus & non seductus? T. 10. D.2. n. 14.

Cap. 6. v. 10. *Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erravernnt.* Quomodò cupiditas concupiscitur? T.3.E. n.27. Quomodò radix malorum avaritia,si est superbia? T.11. E. à n.19.

V.16. *Lucem inhabitat inaccessibilem.* Quomodò si ad illam datur accessus? T.9. D.4. n.17.

## *EX 2. AD TIMOTH.*

Cap.1.v.9.*Vocavit vocatione sua sancta.*Cur sancta dicitur? T.5.E. n.41.Quid sit vocari vocatione? n. 38. & 41.

Cap.4. v.2. *Insta opportunè, importunè; argue, obsecra*

# Index locor. Sacr. Script.


*increpa in omni patientia & doctrina.* Quando opportunum importunè? T.1. D.4. n.8. Quodnam discrimen inter arguere & obsecrare, inter increpare & arguere? n. 9. Cur in his necessaria omnis patientia? Ibid.

V.5. *Ministerium tuum imple.* Quidni commendat observare, sed implere? T. 3. D.3. n. 14. Quomodò impletur? T.5. D.5.n.2. Cur non absolutè ministerium, sed *tuum*? T.4. D.5. n. 2.

*EX EPIST. AD TITUM.*

Cap.1.v.12. *Quidam ex illis proprius ipsorum propheta.* Quis, & an propriè propheta? T.5.E.n.17. & 48.

Cap.2.v.13. *Adventum gloriæ magni Dei & Salvatoris nostri Iesu-Christi.* Quare Christo nato, dicitur gloriæ adventus, & Deus magnus? T.9. D.3. num. 6.

*EX EPIST. AD HEBRÆOS.*

Cap.1.v.3. *Cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius.* Quo sensu species sacramentales dicantur figura substantiæ Corporis & Sanguinis Christi? T.1. D.5. n.19.

V. 14. *Omnes sunt administratorij in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.* Quomodò si custodes etiam habent, qui salutem non accipient? T.10. D.3. n. 4.

Cap.2. v.1. *Abundantiùs oportet observare ea quæ audivimus, ne fortè perefluamus.* Unde effluunt vasa plena, ni abundantiùs perfectionis observantia? T.3. E.n.42.

Cap.3. v.6. *Gloriam spei.* Quæ in spe gloria? T. 7. D.6. n.10.

V. 10. *Propter quod infensus fui generationi huic.* Quare signatur persecutor, gratiarum sine cessatione largitor? T.10. D.1. n.14.

*EX EPIST. IACOBI.*

Cap.1. v. 4. *Sitis perfecti & integri, in nullo deficientes.* Cur defectu vel parvo, abest virtutis perfectio? T.6. D.5. n.15.

V.8. *Vir duplex animo, inconstans.* Quinam dicatur animo duplex, & ad quid? T.8. E. n. 6.

V.9. *Gloriatur frater humilis in exaltatione sua.* Unde in humilitate exaltatio, & cur hæc humilis dicitur propria? T.11. D. 5. n. 5.

*EX 1. PETRI.*

Cap.1. v.11. *Posteriores glorias.* Quas? T. 9. D. 3. à n. 12.

V. 12. *In quem desiderant Angeli prospicere.* Unde in gloria Angelorum intervenit desiderium? Ibid. Quare spectare desiderant quod spectant? T.10. D.3. n.9.

Cap.2. v. 5. *Tanquàm lapides vivi superædificamini.* Quidni ædificamini, sed super? T. 2. D. 6. n. 1.

*EX 2. PETRI.*

Cap.1.v.4. *Concupiscentiæ corruptionem.* Unde corruptio ex concupiscentia? T.10. D.2. n. 10.

V.10. *Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem faciatis.* Quomodò per opera constet vocatio vera? T. 5. D. 1. à n. 1.

*EX 1. IOANNIS.*

Cap.1.v.5. *Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ.* Quorsùm huiusmodi bebæosis? T.9. E.à 43.

*EX EPISTOL. IUDÆ.*

V.9. *Cùm Michael Archangelus cum diabolo disputans, altercaretur de corpore Moysis.* Cur de Moysis corpore contendit? T.11. D.4. n. 11.

*EX APOCALIPSI.*

Cap. 2. v. 7. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ.* Unde victoria, ut vincenti concedatur vitalis esca? T. 11. D.4. n.22.

Cap. 3. v. 15. & 16. *Neque frigidus es, neque calidus: quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus*, &c. Cur mavult frigidum, quàm tepidum? T. 3. E. à n.44. Qui dicatur tepidus, & qui frigidus? n. 43. Cur dicitur nec calidus, nec frigidus; si supponitur tepidus? n. 47.

Cap 4. v.4. *In capitibus eorum coronæ aureæ.* Cur servi cum coronis & sine illa agnus, à quo triumphus? T.10. D.5. n.13.

V. 5. *De throno procedebant fulgura & voces & tonitrua.* Quid signent, & quare simul? T.9. D.2. n.9. D.3. n. 1.

V.10. *Mittebant coronas suas.* Quare & ante thronum? T.10. D. 5. n. 13.

V. 11. *Dignus est agnus accipere gloriam*, &c. Quomodò agnus dignus, dum habet coronam servus? Ibid.

Cap.5. v. 6. *In medio throni agnum stantem tanquàm occisum.* Quomodò stantem, si stare non est morientis? T.9. D.4. n. 22.

V.10. *Fecisti nos Deo nostro regnum, & regnabimus.* Unde si subditi, Reges? T.10. D. 5. n. 13.

Cap. 6. v. 2. *Habebat arcum & data est ei corona.* An aptiùs sagitta? T.9. D.4.n.5. Cur corona, si necdum victoria finita? Ibid. & T. 1. D. 2. à n. 11. Quando ante pugnam? T.10. D.5. n. 5.

Ibid. *Et exivit vincens ut vinceret.* Quippini ut pro victoria contenderet? & quare non exijt in pugnam, sed in victoriam? Ibid. & T.1. D.2. n.12. T 3. D.3. n.11. T.9. D. 4. n. 5.

V.5. *Habebat stateram in manu.* Quare hunc sequebatur mors, cùm deberet sequi mortem? T. 1. D. 2. n. 12.

V.8. *Mors & infernus sequebatur eum.* Unde si prius per stateram iudicium, mortem sequetur infernus? n. 13.

Cap.7. v.3. *Quousque signemus servos Dei in frontibus eorum.* Quorsùm signaculum, si quibant vulnerari post signum? T.6. D. 1. n. 5.

V.9. *Et palmæ in manibus eorum.* Quare in manibus eorum, si victoria parta per agnum? T. 10. D.5.n.13.

Cap. 9. v. 7. *Et similitudines locustarum similes equis paratis in prælium, & super capita earum tanquàm coronæ, similes auro, & facies earum tanquàm facies hominum.* Quid hęc monstra, & an videantur modò? T.1 D.3.à n. 12.

V.8. *Habebant capillos sicut capillos mulierum.* Cur huiusmodi singularis ornatus, ut destrueretur mundus? n. 16.

V. 10. *Habebant caudas similes scorpionum.* Cur ad-

adinstar scorpionum huiusmodi cultus fœminarum? n. 13.

Cap. 12. v. 3. *Signum in cœlo, & ecce draco magnus.* Unde magnus, & quomodò draco in cœlo? T. 5. D. 4. à n 6.

Cap. 14. v. 2. *Vocem sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis.* Cur geminatio eiusdem sententiæ & suppositi? T. 5. E. n 38.

Cap. 17. v. 4. *Mulier inaurata auro, &c.* Quid sit inaurata, & ad quid additur *Auro*? T. 3. E numer. 38.

Cap. 18. v. 2. *Cecidit, cecidit Babylon.* Quare in exterminium usque corruit? T. 1. D 5. n. 15.

Cap. 19. v. 16. *In vestimento scriptum: Rex regum & Dominus dominantium.* Quid si caro vestimentum scripta victoria in carne? T. 4. D. 6. n. 2.

Cap. 21. v. 1. *Vidi cœlum novum & terram novam.* Unde novitas utriusquè? T. 10. D. 5. n. 1.

V. 11. *Lumen simile lapidi pretioso, tanquam lapidi iaspidis, sicut crystallum.* Unde inter iaspidis maculas, crystalli puritas? T. 8. D. 3. n. 3.

V. 16. *Civitas in quadro posita est.* Cur non in circulo? T. 6. D. 1. n. 10.

V. 17. *Mensura hominis, quæ est Angeli.* Unde æqualis mensuræ? T. 9. D. 4. n. 4.

V. 18. *Ipsa civitas aurum mundum, simile vitro mundo.* Quomodò in Dei civitate aurum vitro fragili simile? T. 3 D. 3. n. 2. Cur simul vitrum & aurum? & quare non dicitur vitrum auro simile, sed econtrà? T. 6 D. 3. n. 8.

V. 21. *Platea civitatis aurum mundum tanquàm vitrum perlucidum.* Unde tanquàm vitrum, aurum pretiosum? T. 3. D. 6. n. 2. Cur dicitur mundum aurum, & perlucidum vitrum? n. 5. & 7.

# SILVA EVANGELICA.

## *Dominica I. Adventus.*

I. *ERUNT signa*, &c. In propositum pietatis, ostendit signa terroris; ut homines peccatores ex huiusmodi signis, maiora timentes, convertantur in correctionem, ac criminum pœnitudinem. T. 2. D 6. à num. 4. T. 4. D. 5. n. 7. T. 7. D. 3. n. 6. D. 6. E. n. 27. T. 11. D. 2. à n. 4. & D. 4. n. 11.

II. *Arescentibus hominibus præ timore & expectatione.* Ex timore tormenta. T. 1. D. 1. Ex expectatione, maxima. D. 2.

III. *Præ timore*, &c. Tot patiuntur supplicia, quæ pati timent: nam conscientia accusat, ratio iudicat, timor ligat, dolor excrutiat. Ex Gregorio. T. 1. D. 2. à n. 1. Vid. *Iudicium.*

IV. *Præ timore & expectatione.* Fit in iudicio universi, quod in iudicio cuique particulari. Auget periculum, nescire exitum: auget formidinem, ignorare sortem. Ibid. & D. 1. à n. 2.

V. *Præ timore & expectatione.* Quàm terribile iudicium? T. 9. E. à n. 44. Cor pavore turbatur, mens icitur, totus homo concutitur. T. 1. D. 2. à n. 2.

VI. *Præ timore & expectatione.* In iudicio universali, præsente reo, actore, crimine, teste & iudice. In particulari, peccata criminantia, cum dæmonis accusatore conscientia, iudex iratus, pervius infernus. T. 1. D. 1. à n. 1.

VII. *Videbunt filium hominis, venientem in nube*, &c. In nube lucida & tenebrosa; ut iusti delectentur, & iniqui perterreantur. à n. 4.

## *Dominic. II. Advent.*

I. *Ioannes in vinculis*: Herodes in sede maiestatis. Ubi infelix felicitas, felix calamitas. T. 2. D. 6. T. 11. D. 6.

II. *Ioannes in vinculis.* Iustis tribulatio pignus amoris, atque signum beatitudinis. T. 2. D. 6. T. 10. D. 6. à n. 5. T. 11. D. 6. n. 13.

III. *Ioannes in vinculis.* Virtus in tenebris? Eius flamma si ostenditur, illicò extinguitur: oculis fascinatur: non videtur, si videtur. T. 7. D. 3. Vid. *Virtus.*

IV. *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Dubitat de præsentia, quia superfederat manifestationis gratia. Principis ministerium, prompta expeditio gratiarum. Gratiores sine expectatione, & quæ tardæ, quasi nullæ. T. 5. D. 5. Vid. *Gratiæ.*

V. *Cæci vident*, &c. Mittens Ioannes discipulos, conversionem Iudaismi solicitat, & Christus miraculis eius impœnitentiam declarat: peccatores haud convertuntur pœnis, nec miraculis. T. 6. D. 5. T. 8. D. 6. à n. 12. T. 10. D. 4. à n. 8. T. 11. D. 6. à n. 4.

## *Dominic. III. Advent.*

I. *Tu quis es?* An ut se cognoscat? Qualis in cognitione signat: igitur amor proprius via erroris, cognitio sui ædificium sanctitatis. T. 3. D. 6.

II. *Tu quis es? Quid dicis de te ipso?* Intus oculos dirige, & te cognosce, separatus à te: quippe philautia deaurata pestis, origo cæcitatis, sentina vitiorum, iugulatio virtutum, fomes vanitatum, atque iudicium perversum. T. 3. E. n. 46 T. 2. D. 3. n. 3. T. 3. D. 6. Vid. *Amor proprius & Philautia.*

III. *Quid dicis de te ipso?* Læderis à te faustus, amore pestifero fatus contra propriam cognitionem: qui quidem flagrans, impetuosus, furenter cæcus, nil nisi se intelligens, cuncta fastidiens, cætera contemnens, sine ordine, sine usu, sine modo. Ex Bernard. T. 9. D. 5.

IV. *Tu quis es?* Sine humilitate, vel cum humiliatione? Pauper es & cæcus & nudus. *Dissimulat iugum grave, quod tolerat: graviorem conscientiam, quam occultat: gravissimam sententiam, quam expectat.* Ex Bernard. T. 10. E. n. 36. T. 2. E. n. 35. T. 6. E. n. 25. D. 5. à n 10. T. 11. D. 6. à n. 4.

V. *Quid dicis de te ipso?* Ministerium imples? Sunt studia professionis? Mala, ubi sine vocatione vocatio, ubi sine perfectione professio, ubi sine religione religio. Vid. *Monachus.* T. 3. D. 3. à n. 7. T. 9. D. 4. n. 6. D. 5. n. 3 T. 11. D. 3. à n. 11.

V. *Quid dicis de te ipso? Ego vox.* Nihil planè. Non sum. Virtus occulta verè virtus, ei sine plausu

plau-

plausus, sibi præmium, sibi pretium, sibi gloria, sibi splendida. T. 7. D. 3.

VI. *Non sum ego Christus.* Ergo dignitatem offerebant: utique, sed fraude. Commoda quærebant dignitatis, quippequàm Ioannes electus ab illis. T. 2. D. 3. n. 12. T. 4. D. 3. num. 5. Vel astu ut mitterent ex eminentia præcipitem, modò susciperet uti indignus dignitatem. T. 2. D. 3. n. 12. Vid. *Ambitio, Electio, Indignus.*

VII. *Confessus est, & non negavit*, dum se & illorum prava proposita nosceret: igitur perfidi optabant, à Ioanne nudari pectus, ut percuterent; & audire quod non erat, ut accusarent. T. 1. D. 6. num. 1. T. 7. D. 3. num. 9. T. 8. D. 5. num. 10. T. 9. D. 6. n. 3.

VIII. *Confessus est, & non negavit.* Quod de eius enunciatur virtute, faciendum est in criminum confessione. Negat qui confitetur, si peccatum deauratur; si non peccator, sed peccatum loquitur; si ut est in conscientia liquidò non profertur. T. 8. D. 3. Vid. *Confessio.*

## *Dominic. IV. Advent.*

I. *Sub Principibus sacerdotum Anna & Caipha.* Quam improbus, auctoratus! T. 1. E. n. 36. Unus post alium electus, ne cognosceretur pravitate prior, dissimularetur furor, prætermitteretur iniquitas, & semper vitijs non deficeret auctoritas. T. 2. D. 2. D. 3. T. 4. D. 3. à n. 7. T. 5. D. 5. D. 6.

II. *Sub Principibus sacerdotum*, &c. Quid sæculares, si ita sacerdotum Principes? Non homines, sed monstra, dignitatis ludibria, honoris dedecora, opprobrium hominum, pessimi bipedum. Ibid. T. 3. D. 4. D. 6. n. 5. T. 9. D. 5. à 11.

III. *Sub Principibus sacerdotum.* At quibus auctoritas? Anna, & Caiphas: quorum ex auctoritate laudacia, ex potestate impudentia, insolentia ex honore & furor ex dignitate. T. 1. E. num. 36. T. 5. D. 5. à num. 2. T. 8. D. 1. n. 7. T. 9. E. n. 2. D. 6. n. 6. T. 11. D. 6. n. 11.

IV. *Sub Principibus sacerdotum*, prioribus sæcularibus, quia ad fastum duntaxàt habebant munus, phrenetici & furiosi atque operti iniquitate: semper iacentes, incorrigibiles, ac in senectute peiores. T. 4. D. 5. n. 7. T. 5. D. 1. à n. 6. T. 11. D. 3. n. 11.

V. *Sub Principibus sacerdotum*, ut sacerdotium calcaretur his principibus: equidem ambitiosi, factiosi & avarissimi, in quibus multum de dignitate & nihil de sanctitate crepantibus buccis in ostentationem dignitatis. T. 2. D. 2. n. 8. D. 4. à n. 14. T. 4. D. 2. n. 2. T. 5. D. 5. n. 2. D. 6. n 12. T. 6. D. 2. n. 1. T. 9. D. 5. à n. 3. D. 6. n. 2. T. 10. D. 3. n. 2.

VI. *Sub Principibus sacerdotum Anna & Caipha.* Qui nisi isti sacerdotes & Principes elati per sæculares. Igitur horum proposita, commoda; interventionis insania, in ruinam religionis, & dedecus dignitatis. T. 2. D. 2. num. 2. D. 3. à num. 12. D. 4. à n. 8. 6. D. 2. à n. 2.

VII. *Factum est verbum Domini super Ioannem.* Verbum Dei super prædicatorem fit; si prædicat verbum Dei, si prædicat vita, si se non prædicat. T. 8. D. 2.

VIII. *Prædicans baptismum pœnitentiæ*, cordium puritati: etenim duntaxàt ingenij dexteritas, est fatuitas, futilis vanitas, cùm cordis conversio non fiat virtute sermonis, sed sermone virtutis, sonantis vulnera, pungendo corda. Ibid.

IX. *Baptismum pœnitentiæ*, quia pœnitentia animarum baptismus, convertens in aurea ferrea, & in pretiosa quæ lutea. T. 3. D. 5. T. 8. D. 6. n. 10.

X. *Videbit omnis caro salutare Dei.* Nunquàm magis necessarius Dei adventus, quàm dum gemit respublica sub pravis Principibus. Caro & sanguis, sæcularium connexiones fuerunt merita, ut Principes sacerdotum haberent munera. *Affectiones sunt* (ait Bernard.) *quas varias varius rerum & temporum affert eventus. Infirmitas carnis sæpè offendit, sæpè cadit, sæpè lædit, & læditur.* T. 9. D. 5. à n. 2.

## *In Septuagesima.*

I. *Conventione facta, misit eos in vineam suam.* Laborare, non ludere; proficisci, non quiescere: permanere, non vagari. T. 3. D. 3. T. 5. D. 5. T. 7. D. 1.

II. *Conventione factâ.* Dubius labor in vinea, si ducunt commoda: etenim euntes dolo retrocedunt, iacturam non cognoscunt, nec cui serviunt. T. 3. D. 3. T. 4. D. 1. T. 5. D. 1. à n. 10.

III. *Ite & vos.* Non eligit, sed signat quibus occurrit. Sine electione in vineæ laborem assumuntur inepti, indigni, virulenti, abominandi. Ibid.

IV. *Ite & vos.* Vineæ laborem non suscipiunt, qui non veniunt, sed feruntur, & cæcè, & claudè, & gerulè. Ibid.

V. *Quid hìc statis tota die otiosi?* Nec dum dies consumpta, & otiosi stabant tota? Utique. Stabant, & ni accederet, otiositas staret sine consideratione vocationis, sine cogitatione muneris, sine timore vocantis. T. 3. D. 3. T. 5. D. 1. D. 6. num. 14. T. 11. D. 2.

VI. *Quid hìc statis tota die otiosi?* Hìc! Ubi? In foro. Quid in Monasterio? sine operis consideratione opus sine opere, cultus in specie, atque religio sine religione. T. 5. D. 4. D. 5.

VII. *Otiosi.* Nihil amplius? In otiositate totum vitiorum virus. Mala progenies otiositas, curiositas & garrulitas: etenim otiosus cæcus, malevolus & delirus. T. 5. D. 1.

VIII. *Quid hìc statis otiosi?* Haud alia obiecit, & potuit. Facilè corrigitur, qui in correptione non dehonestatur, qui verbis & non contumelijs plectitur; qui increpatione eruditur, & dum excutitur, trahitur. T. 1. D. 4. T. 4. D. 1. n. 6. T. 7. D. 5. n. 8. T. 11. D. 2. n. 9. Vid. *Correctio, Præses. II.*

IX. *Quid hic?* Carpit, sed clementer, ut persuasio humanitatis asperitatem excluderet, ratio in virtutem impelleret, & correctio affectus in errores emendaret. Ex Ambrosio. T. 1. D. 4. à n. 1.

## *In Sexagesima.*

I. *Exijt qui seminat seminare semen suum.* Vid. in *Liter. qq.* Luc. 8. 5. Suum semen dicit Dei verbum, quia hoc seminare, prædicantis debet esse propositum: quid tinnuitus foliorum, mulcimen aurium? Folia non sunt semina. Quæ non ad fructum, speciosè inania, acumina sine acumine, cogitationes sine mente, sine motu sagittæ, fulmina sine igne, iacula sine vigore, ac voces sine virtute. T. 8. D. 2.

II. *Qui seminat, seminare.* Unde aliter? Haud prædicator facit, quod faciendo non perficit: minimèque perficit, si non prædicat exemplo, si nora-

tur

tur vitio, si fulget sine splendore, si virtus sine virtute. T. 5. D. 5. n. 8. T. 8. E. à n. 45. D. 2.

III. *Secus viam conculcatum est.* Semper nocet consortium malorum, & Religiosis conversatio sæcularium. T. 3. E. n. 45. T. 4. D. 1. T. 11. D. 3. à n. 12. Vid. *Monachus.*

IV. *Aliud supra petram.* Peccator verbo Dei indurescit, lapidascit. T. 11. D. 6. à n. 14. Non revocatur, non expergiscitur, non convertitur. T. 2. E. n. 35. T. 5. D. 1. n. 8. T. 6. D. 5. à n. 1.

V. *Aliud inter spinas.* Quia divitiæ dolor & mœror, expulsio virtutum, conciliatio vitiorum, mors in vita, ac turpis idololatria. T. 3. E. à n. 22. T. 11. E. a n. 19.

VI. *In terram bonam*, ut ex pluvia cœlesti virtutes varient colore. T. 4. D. 5. à n. 1. Bonam facit prædicator, si illuminat errantes; si se aptat peccantium in frugem genijs; si arguit ut expellat crimen, si correptio in correctionem. T. 1. D. 4. T. 4. D. 1. à n. 6. T. 6. E. n. 27. T. 7. D. 2 à n. 7. T. 11. D. 6. n. 16.

## *In Quinquagesima.*

I. *Cæcus sedebat secus viam mendicans.* Mendicabat quia sedebat, cæcus erat & videre quibat. Indicatur de fide sine operibus confidentia, quæ vana fiducia: illis sicut cæco, videbatur sufficiens, esse cum Christo, illum invocare, clementiam petere, & ut dominum cognoscere. T. 3. D. 3. à num. 7. T. 8. D. 6. n. 14.

II. *Qui præibant, increpabant eum ut taceret.* Exemplum pravitatis ministrorum, qui calliditate moliuntur embolia molestiæ colore, ne voces pauperum audiantur à Principe, studentes sibi, non Principis famæ. Eorum ingenia, molimina, tecnæ versutiæ. T. 2. D. 4. n. 3. T. 5. D. 5. n. 17. D. 6. à n. 1. Vid. *Consiliarij, Ministri.*

III. *Iussit illum adduci ad se stans.* Felix Princeps, quem retinet vox clamantis. Si *stetit*, ergo Iesus, qui pomus in gratiam, excutiens morulam. Cæcum non illuminaret, si præteriens præteriret Princeps cœlestis. T. 5. D. 5. à num. 15. Vid. *Gratiæ.* T. 8. D. 3. n. 6.

IV. *Quid tibi vis faciam? Domine ut videam.* Interrogat, ut cæcus se cæcum cognoscat, & siccine nanciscatur sanitatem, cæcitatem videns, atque languorem expellens. Ibid.

V. *Respice.* O pietas immensa, qua gratia prompta! Clamantem Iesus audivit, ad vocem etiam præteriens stetit, cæcum ad se traxit, & lumen contulit. Ibid.

## *In Fest. 40. Horarum.*

I. Dum occurrit ludibrijs mundus cæcus, in Eucharistia exponitur, illum illuminans, Christus. Huius Actus Sacramentalis personæ, cultus, scenæ. T. 1. D. 5.

II. *Confestim vidit & sequebatur eum.* Quia, Christus captivam per apparentiam ducit captivitatem: id est, *Mundum, carnem, peccatum, mortem & satanam.* Maluend. in *Psalm.* 67. 19. Ibid. à n. 12.

III. *Vidit & sequebatur eum.* Quem priùs non secutus; quippè cæcus. Præsentia Deitatis mirifica, in illuminationem necessaria, expellens mala, ac lætificans corda. T. 4. D. 5. Non in comessationibus, ebrietatibus & impudicitijs. Inhibetur huius temporis cibus potus, habitus. T. 1. D. 3. à n. 4.

## *Feria 4. Cinerum.*

I. *Nolite.* In ieiunio *fieri sicut hypocritæ tristes*; quorum fraus in fraudes specie virtutis, qua vitrea, aurea, ac detestanda pretiosa, dum vel gloria virtutis etiam fugienda, ut sit virtus & non dolus. T. 3. D. 6. n. 7. T. 7. D. 3. à n. 11. T. 8. E. n. 44.

II. *Pulvis es, nolite fieri hypocritæ.* Hypocrita fœmina in pigmentis venustatis, quasi non esset pulvis T. 3. D. 2.

III. *Pulvis. Nolite fieri.* Hypocrisi colorum, monstra, dæmones fiunt, horribiliores, quò magis videntur sibi elegantes. Ibid. Vid. *Fœmina, Pulchritudo.*

IV. *Faciem tuam lava.* Si per faciem notitia, in maiori gloria videbitur tantùm terra. Volumen collocatum super cranium hominis, ex cuius radice prodibat fulgor lucernæ. *Strad. in Regib. Ungariæ.* Lemma, *Pulvis.* Hæc est lectio. Lucerna vitæ flatus, & radix calvariæ tumulus. T. 1. D. 5. n. 6. T. 8. D. 6. T. 10. D. 2. n. 14.

V. *Pulvis es.* Memento, sed magis de momento quo reverteris in pulverem: igitur in morte vehementius urit, quid erit & quid non erit. T. 1. D. 2. à numer. 5.

VI. *Memento.* Mors cogitata in vitam, suscepta in pœnam. T. 1. D. 2. T. 8. D. 5. n. 10.

VII. *Memento.* Quia pulvis, ut vivas in die mortis. Mori in vita, vita in morte; quia mortis forma pendet à vita, & discere mori, summa scientia. T. 1. D. 1. n. 14. D. 2. n. 5. T. 8. D. 6. Vid. *Mors.*

## *Feria 6. Post Cineres.*

I. *Odio habebis inimicum.* In vindicantis interitum, igitur insani student ultioni, quanvis cognoscant perire, & gladium in se transferre. T. 10. D. 1. numer. 15.

II. *Dico vobis, diligite inimicos vestros.* Magnum, si non lædas, à quo læsus: maximum, si sub ictu dimittatur inimicus. Illud est virtus, hoc gloria. Ex Bernard. Ibid. à n. 2.

III. *Dictum est, Dico vobis.* Quæ voces factà iniuriâ audiantur à cœlo & mundo? n. 1. At summum decus, si in reconciliationem quæritur inimicus, ac iniuriarum obliviscitur pectus. Ibid.

IV. *Diligite inimicos.* Maior, vindicta nulla; celsior, collata gratia: favor ab offenso, offendentis confusio, amaritudo pectoris, punctio cordis, extremumque acerbitatis. à n. 10.

V. *Benefacite.* Gloria condonare iniuriam, conferre gratiam, posse ulcisci & nolle, sese vincere, ac de furore triumphare. à num. 11. & T. 11. D. 6. numer. 7.

VI. *Ut sitis filij Patris vestri*: Idest, Angeli. Per has sublimes operationes, convertuntur in Angelos rationales. Angelus fovet donis ingratum, revocat gratijs aversum, & beneficijs munerat inimicum. T. 10. D. 3. à n. 13.

# Silva Evangelica.

## *Dominic. I. Quadrageſimæ.*

I. *Ductus Ieſus in deſertum ut tentaretur à diabolo.* Tentatione virtus perpolitur, faſtigium perfectionis ædificatur, pulvis imperfectionis excutitur, ad futura certamina exercetur, & diabolus vincitur. T. 2. D. 1. à num. 5. D. 6. à n. 4. T. 3. D. 10. à n. 8. T. 9. E. à n. 3.

II. *Ut tentaretur à diabolo.* In introitu ad virtutem, quæ iudicatur perfectio, eſt diabolica tentatio: & repentina, non perfectio, ſed præſumptio. T. 2. D. 1. à n. 14.

III. *Dic ut lapides iſti panes fiant.* Tentatio diabolica, dum regnant peccatorum ſtudia; equidem in pœnitudinem criminis, ſemper lapides: pravitate, imò gratia indureſcunt, & converſioni reſiſtunt: vanâ fiducia ex vita peſsima, morte iuſtorum, optatâ; quaſi panes poſſent fieri in morte, qui lapides, vitâ fuere. T. 2. E. n. 35. D. 2. n. 6. T. 6. D. 5. T. 8. D. 6. n. 12. T. 11. D. 6. à n. 4.

IV. *Dic ut lapides iſti panes fiant.* Affectio diabolica ſignatur, dum ſic iſti & lapides, uti materia ad miracula dignitatum eligitur. Lapides iſti in panes, ex poteſtate dicentis? Mera inſania, diabolica conſilia, affectio cæca, arrogantia vaniſsima, cum dedecore electorum & violentia honoris; quoniam tametſi infulati, ligna & lapides. T. 2. D. 2. D. 3. D. 4. T. 3. E. n. 39. D. 2. T. 9. D. 5.

V. *Tunc aſſumpſit eum diabolum in ſanctam civitatem*, &c. Quem non vicit in ſolitudine, ſuperare conatur in civitate; & aſſumit diabolus ſpecie religionis, ac colore charitatis. T. 7. D. 1. à numer. 12. T. 10. D. 4. à num. 7. Igitur qui clauſurâ fulget, extrà ſordet; extrà vel regrediens manet, haud facilè regreditur, ac rediens non revocatur. Ibid. & T. 3. D. 3.

VI. *Aſſumpſit eum diabolus & ſtatuit ſupra pinnaculum*, &c. Claret, quando ſupra templi faſtigia, aſſumptio diabolica, per munera, per ambitum, per dolum, per artes, per connexiones. T. 2. D. 2. n. 8. D. 4. num. 12. T. 4. D. 3. T. 7. D. 4. T. 8. D. 5. n. 3. T. 10. D. 2. n. 5.

VII. *Supra pinnaculum*, diabolus aſſumit: equidem in munere diligentiâ cæſpitant, aſcenſione labant, flammâ rigent, frigore ardent. T. 2. D. 1. à n. 8. Vid. *Affectio*, *Ambitio*, *Electio*.

VIII. *Oſtendit ei omnia regna mundi*, &c. Gloria, mundi in oſtenſione: perſiſtit & evaneſcit: appareat & non appereat. T. 11. D. 3. Aliud ibid. ex Victorino, n. 3. Bona mundi futilia, tranſitoria, fallacia, & ſimul acerba. Ibid. & T. 1. D. 1. num. 8. D. 2. num. 7. T. 3. D. 6. n. 6. T. 10. D. 5. n. 7. Vid. *Mundus*, *felicitas*. In eius dolos varia conſpicilla. T. 4. D. 5. numer. 8.

## *Feria 4. Dominic. I. Quadrag.*

I. *Magiſter volumus.* Non magiſtrum cupiunt; dum ab illo obediri volunt. T. 8. D. 1. num. 8. T. 11. D. 6. num. 11. Volunt, quia volunt: in quolibet eſt pro ratione voluntas, ratio auctoritatis, ius cupidinis, nulla legum auctoritas, ſed auctoritatis abominanda poteſtas. T. 1. D. 4. numer. 3. T. 4. D. 3. numer. 8. T. 5. D. 5. à num. 5. Unde tanta inſolentia, procax audacia, ſine fronte inverecundia? D. 6. à n. 9.

II. *Volumus.* Sat in indicem inſaniæ, color voluntatis propriæ; quæ vulnus, virus, cæca, delira. T. 3. D. 6.

III. *Volumus ſignum videre*: In curioſis ad inventionem cogitaminum, ſufficit videre ſignum. Mala progenies otioſi curioſi, & garruli. T. 7. D. 5.

IV. *Generatio prava & adultera.* At ex Abraham genita. Quid? Nobilitas ſola carnis inſania mentis, nulla ſine ſplendore virtutis. T. 8. D. 4. Vid. *Nobilitas*.

V. *Generatio prava & adultera.* Ita carpit? Peſsimis opprobrium & ſupplicium utile medicamentum. T. 9. D. 6. à numer. 7. Vid. *Subditi*. T. 6. E. numer. 30.

VI. *Signum non dabitur.* Cupiunt, ut calumnientur. T. 2. D. 2. à num. 2. T. 7. D. 5. num. 12. Ex vellata gratiâ oritur pravis perfidia, & elargitori vulnera. T. 8. D. 5. à num. 4. Vid. *Dignitas*, *Electio*.

VII. *Signum non dabitur ei.* Virtutem eius ſcire cupiebant, & ille celat, ut fulgeat; quia oſtenſa evanida, vacua gloria, & cognoſcitur miraculum, ubi in illa ad cognitionem nec ſignum. T. 3. D. 6. à n. 3. T. 7. D. 3.

## *Feria 6. Dominic. I. Quadrageſ.*

I. *Vidit hominem*, præ crimine in gravato iacentem, & non dicitur vidiſſe crimen; quia reſpicit vulneratos, ne vulneratos reſpiciat: vidit crimine, vinctos, ut ſolvat. T. 5. D. 2. n. 4. T. 9. D. 4. n. 9. T. 10. D. 1. n. 6.

II. *Iam multum tempus haberet.* Dum punit, benignè parcit; mortificat, ut vivificet; diligit dum crimina plectit. T. 2. D. 6. à n. 4. T. 7. D. 3. n. 10. T. 10. D. 3. n. 11. T. 11. D. 6. n. 20.

III. *Multum tempus.* Adhibetque medicinam, ne conditio tranſiret in depravatam naturam. Vulnera inveterata, incurabilia, & conſuetudine ſuavia. T. 1. E. num. 4. T. 6. E. num. 26. D. 5. à num. 2. T. 8. D. 3. à n. 9.

IV. *Vis ſanus fieri?* Ut cognoſcat infirmitatem, ut averſetur languorem; quippe qui ignorat, non conſequetur ſalutem, prætermittens medicamen. T. 8. D. 3. T. 11. D. 2. n. 12.

V. *Vis ſanus fieri?* Cur infirmum non declarat. Ut ſe cognoſcat, illuminat: & ad ſananda vulnera, etiam medicamenta celanda, ne noceant medicamenta. T. 7. D. 2. n. 4. D. 5.

VI. *Vis ſanus fieri?* Modus mirabilis, ut cognoſceret iacens extrema languoris; quia difficile corrigitur, cui placet error. T. 11. D. 2. à num. 11. Convertitur, ubi trahitur. T. 1. D. 4. à n. 6. Ubi odio diligitur. T. 5. D. 3. à n. 7. Ubi voluntas cum charitate floret, iuſtitia clementer viget, prudentia providè regit. Ibid.

VII. *Vis ſanus fieri?* Quidni? Quia licet graventur dolore, ſine veneno & dæmonio nequeunt vivere. T. 6. D. 5. num. 13. Fugit dolor, ubi cordis ſtupor: pœnitudinis motus, ubi nec ſenſus. à num. 6. Vid. *Peccator*. T. 11. D. 6. numer. 19. ex Gregor. Magn.

VIII. *Statim ſanus factus eſt.* Cur ſtatim? Ne pœniteret de ſalute in curatione, fuit gratiæ demonſtratio: in tempore & loco, miſericordiæ magnitudo. T. 5. D. 5. à n. 8.

IX. *Sanus factus es, iam noli peccare.* Misera conditio iacentis. T. 6. D. 5. Difficilis conversio in eo qui lapsus, relapsus verò incurabilis morbus : fiunt vulnera medicinâ deteriora, & sunt sine medicina. T. 1. E. n. 4. T. 5. D. 1. à n. 12. T. 6. E. n. 25. D. 5. à n. 6. T. 8. D. 3. à n. 9.

X. *Ne deterius tibi aliquid contingat.* Proiecisti grabatum, ne iterùm feras. *Ad agendam pœnitentiam, tria sunt necessaria : tempus, corpus & locus.* ex Bernard. Non est locus in lectulo: non est corpus in morbo: non est tempus in mortis èxitu. T. 2. E. n. 29. T. 3. D. 5. n. 14. T. 5. D. 4. n. 2. T. 6. E. n. 23. & 33. T. 8. D. 6. n. 5. T. 9. D. 6. n. 19.

## *Dominic. II. Quadragesim.*

I. *Assumpsit Iesus Petrum* &c. *& duxit eos in montem excelsum.* Dignè eliguntur in dignitatis fastigium, qui invitè ascendunt, & ut ascendant in cacumen assumuntur. T. 2. D. 3. n. 15. T. 3. D. 4. n. 14. T. 5. D. 2. à n. 3.

II. *In montem excelsum seorsùm.* Petit ardua virtus, sed paulatim, pedetentim. T. 2. D. 1. à n. 9. T. 3. D. 3. n. 14. T. 4. D. 6. n. 5. T. 5. D. 1. n. 14. D. 3. n. 3.

III. *Seorsùm, & transfiguratus est.* Virtus occulta fulget, tacita nitet, visa fugit, atque publica evanescit. T. 7. D. 3.

IV. *Transfiguratus*, quia non solùm ascendit fastigium; sed excelsum. Semper virtus in perfecta, in altiora, & semper ultrà. T. 2. D. 1. n. 7. D. 6. n. 14. T. 3. D. 3. n. 4. T. 5. D. 1. n. 4. D. 3. à n. 2.

V. *Transfiguratus est ante eos.* Non ante alios? Utiquè. Unus illorum diabolus erat, quem non moturus olympus, cùm non moveret etiam patulus infernus. T. 8. D. 5. n. 5. T. 10 D. 4. à n. 6. Non possunt florere boni, ni expellantur pravi; nec illorum consortium sine virtutis atque morum peste. T. 4. D. 1.

VI. *Transfiguratus est.* Præcesit labor, & sequitur gloriæ fulgor : certavit virtus, cuius comes ascensus. T. 1. D. 1. n 5. T. 2. D 6. n 8. T. 10. D. 6. n. 2. T. 11. D. 2. n. 4.

VII. *Ipsum audite.* Non dicet bonum malum & malum bonum; sed est, est; non, non: verum iudicium in verum, stateră iustă, non dolosa, qua vera falsa, ac falsa vera. T. 1. D. 6. n. 1. T. 5. D. 6. T. 8. D. 1. T. 10. D. 1. n. 5. Vid. *Iudex, Iustitia.*

VIII. *Neminem viderunt, nisi solum Iesum.* Mundus sequitur potentiam, gratiam, fortunam. T. 6. D. 2. n. 7. T. 8. D. 5. n. 10. T. 10. D. 1. n. 12. D. 5. n. 18.

## *Feria 4. Dominic. II. Quadrag.*

I. *Dic ut sedeant*, &c. Impossibile rogat : ambitio nunquàm quievit, insistit, urget, universa movet. T. 2. D. 2 à n. 8. D. 4. n. 15. T. 3. D. 4. à n. 2. T. 6. D. 2. n. 1. T. 10. D. 3. n. 2.

II. *Hi duo fili mei.* Derogat meritis, dum suis tantùm consulit, & quia sui in summa promovere satagit: insigniora, quia sua; allucinatio mentis, atque deliquium rationis. T. 9. D 5. D. 6. T. 2. D. 4. à n. 6.

III. *Nescitis, quid petatis.* Gratia sine meritis ambientes vulnerat, dignitatem dedecorat, conferentem infatuat. T. 2. D. 4. T. 3 D. 4. Vid. *Ambitio, Electio, Dignitas, Indignus.*

IV. *Nescitis, quid petatis.* Ad hanc amentiam ambitio peperit, voluntas exercuit, matrem impulit, fortuna servavit. T. 6. D. 5. à num. 6.

V. *Nescitis.* Nonnunquàm in dignitate malè audietis. Si boni, propter rectitudinem : si pravi, propter iniquitatem. Carpemini à malis si boni: à bonis, si mali. T. 4. D. 3.

VI. *Nescitis, quid petatis.* Dignitas ambita, labor. T. 6. D. 2. Possessa, timor. T. 3. D. 4. Amissa, dolor. T. 4. D. 2.

VII. *Nescitis*: pondus & pondus, spinosum pectus, occultum vulnus. T. 3. D. 4. oppressiones, carceres, cruces, mortes, ibid.

## *Feria 6. Dominic. II. Quadragef.*

I. *Plantavit vineam, & sepem circundedit.* Priùs lapides destruxit, quàm ædificaret. Destruunt ædificium malorum consortia, arescuntque fructus virtutum inter virus improborum. T. 2. D. 1. n. 3. T. 4. D. 1. n. 6. T. 6. D. 5. n. 15. T. 8. D. 6. n. 9.

II. *Sepem circundedit ei.* Studentibus fructibus in cœlestia, clausura vitæ custodia, ne egrediatur bonum, & ingrediatur malum; virtus expellatur, & irrepet vitium. Vid. *Monachus* X.

III. *Misit alios servos plures prioribus.* Quod debebat corda trahere mulcimini, tradidit obdurationi; & quod fidelitati, obstinatæ perfidiæ. T. 2. E. n 35. T. 6. D. 5. T. 11. D. 6. à n. 4. Reprobi tria sperant : voluptatem temporalem ad sufficientiam, momentaneam gloriam ad gloriam, operaque sua non inventura iustitiam. Ex Bernard. T. 11. D. 6. n. 10.

IV. *Verebuntur filium meum.* Nullo modo quærunt ex vinea suum commodum, & non Domini servitium. T. 4. D. 1. Vid. *Ministri.*

V. *Verebuntur filium meum.* Mittitur filius, ut improborum compescatur scelus. Nulla via dulcior, cautior, aut brevior in optata, quàm Dei præsentia. T. 4. D. 5.

VI. *Malos malè perdet*, quia non boni, ni tractentur rigidè : sine timore timendi: miseratio crudelis, audacia fomes, & indulgentia rebelles. T. 1. D. 4. à n. 4. T. 9. D. 6. n. 10. T. 11. D. 2. à n. 12. Vid. *Deus.* IV.

VII. *Malos malè perdet.* Quis non perdit male? Qui conterendo non conterit, sed convertit. T. 8 E. à n. 37. Domini dicitur pietas, atque rebellium iniquitas. Dominus plectit, ut fugiat in pœnitudinem, & perduellis vel contritus non admittit contritionem. T. 11. D. 2. à n. 4. D. 6. n. 19.

VIII. *Malos malè perdet.* Quis perdit malè? Qui in supplicio disrumpens scindit, ubi vindicem non movet zelus, sed intimum vulnus. Disrumpit, si peccatum in peccatore plectit : scindit, dum plectitur sine crimine. Disrumpit, ubi erroris curatio : scindit, si non erroris, sed errantis fit correptio. Disrumpit, si lege ducitur animus: scindit, si fiat medicamine vulnus. Disrumpit, si disciplinâ charitas latet : scindit, si malignitas in correptione exardescit. Disrumpit, dum iustè corripitur furor : scindit autem, si percutitur honor. ibid. n. 9.

## *Dominic. III. Quadragesimæ.*

I. *Erat Iesus eijciens dæmonium*: mancipato volupe, esse sub dæmonis potestate : equidem prava tyrannidis consuetudine, nequeunt vivere sine veneno, nec sine diabolo. T. 6. D. 5.

II. *Cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus.* Quia

locutus, claret, quòd exivit diabolus? Ore elucet vulneris cognitio, frontis confusio, doloris expressio, ac peccati abominatio. T.8. D.3.

III. *Locutus*, quia expulsus diabolus. Confessio fit ad salutem, ad animæ puritatem, ac criminum expulsionem. Ibid.

IV. *Locutus est mutus.* Miraculum peccatores cognoscunt, sed confessionem renuunt: igitur quamvis sanitas atque libertas invitet ad pharmacum contracti languoris; cum ulcere, cum pudore, cruciatu atque servitute, muti omninò tanquàm lapides. Ibid. n. 9.

V. *Admiratæ sunt turbæ.* Cur admiratæ, si tot ejecerat dæmones? Erat sub tyrannide dæmonis cæcus, surdus & mutus. Tria signa in uno miraculo, quia iacebat sine sensu. T.6. D.5. T.9. D.3. n.9.

VI. *In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia.* Quod prodigium, malè affectis scandalum, merita vitia, laudes opprobria. T.2. D.3. T.9. D.3. à n.9. D.6. T.10. D.5. à n. 17.

VII. *Filij vestri in quo ejiciunt?* Variat visa affectus & displicentia: quippe affectio mera insania in statera dolosa. T.3. D.2. T.9. D.5. D 6.

VIII *Fiunt novissima hominis peiora prioribus*: igitur peccati fit consuetudo, cordis obstinatio, cœli oblivio, quibus derelinquuntur à Deo. T.6. D.5. T.8. D.3. à n.9. T.11. D.6. à n.4.

## *Feria 4. Dominic. III. Quadrag.*

I. *Quare discipuli tui transgrediuntur?* Amor proprius notat in alijs virtutes ut vitia: in se vitia uti decora; sentina iniquitatum, atque circuitus errorum. T. 3. D.6.

II. *Quare & vos?* &c. Iacula non sentiunt, quia nisi cupiditatis regulas in regulam non cognoscunt. Licitum iudicant, quod placet: & quod non placet non licet. T.3. E. n.46. D.6. n.7. T.8. D.1. n. 4. T.9. D.5. à n. 1.

III. *Quare & vos?* Quid quod à subditis levia, si iudices sine iudicio peragunt gravia? Nulla iura si à iudice vulneratur iustitia, & si iudicia non æqua; quia in bilance furiosi, qui non gaudent æquitate. T. 1. D.6. T.5. D.6. n. 9. T. 7. D. 4. num. 11. T. 8. D. 1. n. 4.

IV. *Quare & vos?* Relinquitis seria propter ludicra; unde constat ambitus, fastus, vanitas, improbitas, insolentia, ac hypocrisis infulata. T.5. D.5. D.6. T.11. E. n. 26.

V. *Quare & vos?* Levia carpitis, dum in fœdissima ostenditis. Gliscunt scelera quippe impunita; ac sine iustitia, quippe auctorata. Ibid. & T.4. D.5. n.10. T.11. E. n. 6. D 6.

VI. *Populus hic labijs me honorat* &c. Honor sine animo verba vana: reverentia sine corde, verba & verba. T.5. D. 4.

## *Feria 6. Dominic. III. Quadrag.*

I. *Oportebat eum transire per Samariam*: ut vel præteriens illuminaret errantem, conferret salutem, quæreret in reconciliationem, & summam erga peccantes ostenderet charitatem. T.4. D.5. n.14. T.5. D.5. T.8. D.3. n.5. T.10. D.1. à n. 6.

II. *Fatigatus, venit mulier.* Invenitur, quæ errabat, mulier insana præ amore, & amor quærens insanam: qui quidem gaudet de molesta propter illam fatigatione; quoniam invenit iuxta puteum pœnitentiæ. Ibid. Vid. *Christus*, II. *Pœnitentia*, *Lachryma.*

III. *Fatigatus*, quia difficile removeri, estò per vulnera, Veneris virus. Trinus fomes in concupiscentiam voluptatis & libidinis: *stipula cogitationis immundæ, fœnum locutionis pravæ, lignum operationis illicitæ.* Ex Bernard. T.11. D.6. n.10. Vid. *Venus.*

IV. *Fatigatus*, quippe fœminæ vagæ prorsùm indocile pectus. Ex Venere cæcitas, obcæcatio, rabies, amentia. Malum respicere, pejus vulnerari, post decipi, deinde non cognoscere, nec dolere; postremò non respicere. T.10. D. 2.

V. *Quinque viros habuisti.* Pupugit sed leniter, ut illa sibi secum intelligeret. Correctione tempestiva acquiritur mentis commotio, cordis conversio, & ad pœnitentiam utriusque submissio. T.7. D.2. n.6. Vid. *Correctio*, *Præses*, *II.*

VI. *Ut video Propheta es tu.* Didicit ex his quæ passa est. Veneris voluptates, cruciamina, vulnera, ulcera, ægritudines, furores. T. 10. D.2. à n.8. Vid. *Voluptas*, *Fœmina.*

VII *Reliquit hydriam*, occasionem luxuriæ. Puncta vulnere conscientiæ reliquit occasionem peccati. Nonnulli vanitate ducti, cum laboriosa criminum infirmitate; non relinquunt occasionem, estò pungat, ac doleat conscientia, cœlum tuat, & infernus ad ignem guttura pandat. T.10. D. 4. à numer. 8.

## *Dominic. IV. Quadragesimæ.*

I. *Sequebatur multitudo, quia videbant signa, super his qui infirmabantur.* Labor ex transitu maris fit meritum in beneficium salutis; quippe invium iter felicitati, sine labore. Labor ad Christi sequelam expulsio criminum, medicina vulnerum, puritas animarum, sanitas cordium. T.2. D.6. num.4. T.4. D. 5. n. 7. T.7. D.3. n 6. T.10. D.3. n.10. T.11. D.6. n.7. & 20. Vid. *Deus*, *III.*

II. *Sequebatur.* Multis obicibus, sed sequebatur. Virtutem consequitur, qui sequitur virtutem; & panem cœlestem qui aspirat in perfectionem. Non otiosis, non in civitate, vel sæculi dignitate residentibus, sed inter deserta quærentibus Christum, gratiæ cœlestis impartitur alimentum. T.2. D.6. T.3. D.3. n.7. T.4. D. 5. n 11. T.9. E.n.3. & 45.

III. *Super his, qui infirmabantur.* Quæ signa, dum Christus munus habet medici? Illos nequaquàm in infirmitate relinquere, sed in plenam salutem visitare. T. 5. D. 2. num. 14. T. 11. D. 2. num. 1. D. 6. à n. 4.

IV. *Signa super his, qui infirmabantur.* Sequebantur, ut sanarentur: videbant signa, ut plus in virtute proficerent: Christusque signa faciebat evulsione & plantatione; evellendo pravitates, atque plantando virtutes. T.2. D.1. à n. 1.

V. *Unde ememus panes ut manducent hi?* Cur non & ipse decernit? Ne primus sententiam dicat, & an sibi consulere ministros cognoscat: igitur scopus bonum publicum, sine Principis cognitâ intentione pro expeditione causarum. T.1. D.6. n.9. T.2. D.4. n. 3. T.5. D.5. n.15. D.6. T.6. D.2. à num. 3. T.7. D. 4. à n. 1.

VI. *Unde?* Dignitatum distributio prudentis Principis præsio: an qui eligitur, malus, an bonus, di-

dignus, indignus: an qui videtur aptus tantùm videatur? T.6. D.2. Vid. *Dignitas, Electio.*

VII. *Hic est verè Propheta, qui venturus est.* Ante electionem ad honorem dignitatis elegerunt dotes. T. 2. D.3. n.5. Per gratiam cognoscunt Principem, & insignem regimine per favorem, atque beneficiorum promptitudinem. T.5. D.5. T. 8. D. 3.

VIII. *Fugit in montem.* Fuga indicat honoris meritum, & dignitatis fastigium: si in montem fugit, ascendit; & locum eminentiorem obtinuit. T. 5. D. 2. à n. 3.

## *Feria 4. Dominic. IV. Quadragesi.*

I. *Præteriens vidit hominem cæcum.* Præterivit, ut cæcum videret: non vidit cæcum, ut præteriret, promptus in auxilium, & officij ministerium. T.5. D.5. à n. 7.

II. *Hominem cæcum.* Nunquàm in videntibus maior cæcitas, quàm ubi ad electiones prurit auctoritas. Furor in mente, virus in corde, tenebræ in luce, est affectio vel fastidium in meritum ac demeritum. T. 2. D.2. D.3. T.9. D.6. Maius cum furore scelus, erga patriam & in suos. Ibid.

III. *Fecit lutum & linivit super oculos.* Vident sine oculis, & cum illis cæcutientes. Restituitur cæco visus, ut expellitur affectus, & sese ridet, dum aperit oculos. T.9. D.5. D.6.

IV. *Vade, lava, & abijt.* Vidit: accepit sanitatem cognoscens errorem; & optatum lumen, recognoscens cæcitatem. T.8. D.3. à n. 5.

V. *Interrogabant quomodò vidisset?* Impossibile iudicatur efficacia medicaminis, à nativitate consuetudine languoris. Vid. *Peccator, II.* & *Peccatum, II.* At contritione & pœnitentiâ, quæ fœda, decora; quæ tenebrosa, lucida, gloriosa, quæ dedecora; & quæ crimina, nulla. T. 3. D. 5. T. 10. D. 2. T. 1. D. 2. n. 3.

VI. *Ut qui non vident videant: & qui vident, cæci fiant.* Pravi nec miraculis convertuntur. T.10. D.4. n. 8. imò gratiâ indurescunt. T. 6. D. 5. à num. 11. Lumine obcæcantur. T. 11. D. 6. num. 17. T. 9. D. 6. n. 11.

VII. *Nunquid & nos cæci sumus?* Tunc magis cæci, atque longiùs à salute. T.4 D.5. n.10. Fiunt medicinâ vulnera deteriora, ac sine cognitione glisçunt crimina. T.6. E.n.25. D.5. à n.2. T.8. D.6.n.12. T.11.D.6. n.19.

## *Feria 6. Dominic. IV. Quadragesimæ.*

I. *Erat languens Lazarus*: & amicus? Utiquè. Tribulatione probatur amicitia, exhibetur amor, removetur dolor. T.2. D.6. à n.8. T.11.D.2. n.4. & 10. D. 6. n. 20.

II. *Languens amicus.* Immittit Deus dolorem, solicitans de vulneribus salutem. Movet, commovet, pungit, percutit. Peccator dolet ex vulnere, clamatque dolore, relinquens toxica, ex quibus cruciamina, ac conteruntur peccatorum vulnera. T. 11. D.2. à numer. 4.

III. *Languens*: & mortuus est. Ivit languore in phrenitidem, dum pœnitere usque in mortem spectavit. Amentiam languor concepit, tempus parturivit, voluntas aluit. T.6. D.5. à n.6.

IV. *Languens*, & mortuus est. In statu perfectionis dolor: iam mors, observantiæ languor. Non crescere est minui, cadere non ascendere, repere non volare. T. 3. D. 3. Vid. *Monachus*, V. T.6. D.5. numer. 6.

V. *Languens* mortuus est. Vitam amisit, quia in virtute languit; præterita oblivisçens, præsentia negligens, futura non providens. T.11. D.6. à n. 1.

VI. *Lapis superpositus erat ei.* Lapis hic, qui obstinationis, impedit radios gratiæ cœlestis, quia iacet homo cadaver fœtidum sine sensu, sine motu, sine gravamine, sine dolore, sine cognitione sui, sine cognitione Dei, absque ulla æternitatis notitia, tendens in tartara. Ibid. à n. 7.

VII. *Lazare, veni foràs.* Venit, quia vocem excitantis audivit. Quid qui non audit. Dei cùm iudicium immineat, vulnus mordeat, suffocatio gravet, morbus instet, crimen vexet, orcus obviet; ad conversionem, medicamen, pœnitudinem, in corde fovet nec levem cogitationem. ibid. à n.10.

## *Dominic. V. Quadragesimæ.*

I. *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Quia veritatem dicebat. Placet cunctis veritatis venustas, sed non libertas. T. 6. D.4.

II. *Quare non creditis?* Quia veritas sine fide, cum acerbitate, facie horroris, specie crudelitatis, atque plena amaritudinis. Ibid. Vid. *Veritas.*

III. *Quare non creditis* in exitium falsitatis? Ubi veritas corde lubito accepta, non est amara: est in vulnere dulcedo, erroris illuminatio, desipientiæ persecutio. Ibid & T.5. E. n.3. T.10. E. n.1.

IV. *Quare non creditis?* Quia appellatur cordis malignitas; & luit veritas, quod meretur doli falsitas. Ibid.

V. *Nonne benedicimus nos*, &c. Tantùm in perditis moribus quibat inveniri huiusmodi audacia, & insolentia. Deaurant crimina, licita præ auctoritate arbitrantes placita pessimi, dum sibi videntur boni, qui amore proprio obcæcantur, & à se pravitate seducuntur. T.1. E. n.36. D.4. n.3. T.2. E. n.45. T.4. D.5. n.10. T.5. D.5. n.2. D.6. n.11. T.6. E. n.25. T. 11. D.2.n. 11. D.6.n.17.

VI. *Nonne benedicimus nos?* Quid Christus? Dicit apud illos malè, si dicunt benè. O stoliditas inflata, humilitatis modestia Christus pro veritate pugnat; pro mendacio malignitas decertat: illique tumultuosè adversus leges prævalent technis & technis; Christusque fugit se opponens in auxilium veritatis. T.8. D.2. Vid. *Caufidici.*

VII. *Tulerunt lapides.* Manus in odium aperitur, dum auris amori clauditur. Qui veritatem dicit, labori, vexamini, morti se exponit. T.6. D.4. à n.4.

VIII. *Exivit de templo.* Non carpit, non arguit, non corrigit. Prudenter quidem. Audientes erant irati & furiosi: tempus enim relinquendum in cognitionem erroris, ac revocationem mentis, haud conversio in voluntate, ratione sine regimine. T. 7. E. n. 12. D.2. à n. 5.

## *Feria 4. Dominic. V. Quadrag.*

I. *Quousque animam nostram tollis?* Pessimus claret, apud quem neutrum licet. Christus petitur lapidibus, si veritatem dicit: vexatur, circumvenitur, si tacet. T. 5. E. n. 2.

# Silva Evangelica.

II. *Si tu es Christus, dic nobis palàm.* O pectus Ulyssem! Planè circundederunt. Nimia comitas semper suspiciosa, & perfidia sub velata gratia. T. 1. D. 6. à num. 9. T. 7. D. 3. n. 9. T. 8. D. 5. T. 9. D. 6.

III. *Dic nobis palàm*, ne totam animam inter discrimina derelinquas suspensam. Qui suspensos ita viderit, haud arbitrabitur perfidos, sed amicos: at sub larva amicitiæ summè perfidi: summa perfidia, dum denudant pectora, & demonstrant corda. Ibid.

IV. *Dic nobis palàm.* Micat magna fides, maior amor, maxima virtus; fallitque insidiosè pectus: igitur perfidia latescit sub fidei colore, sub amoris velamine, & sub virtutis specie. Ibid. Vid. *Amicitia, Perfidia.*

V. *Sustulerunt lapides.* Unde si in templo? Secum portavit audientium malignitas, quippe audienda cogitabatur veritas, foventibus errorem, ut possent lapidare veritatem: etenim non ita insani, ni adorarent phrenesim, & tenaciter defenderent pravitatem. T. 5. D. 6. à n. 8. T. 8. D. 5. n. 13.

VI. *Multa bona opera ostendi vobis: propter quod eorum me lapidatis?* Pravis ingrata, si bona opera. Ex quo maior gratitudo, oritur maior offensio, quippe gratiæ collatio nulla impudenti confusio. T. 6. D. 5. n. 11. T. 10. D. 1. n. 10.

## *Feria 6. Dominic. V. Quadragesimæ.*

I. *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* Livior excæcat, ut visa non videat, & non visa ut visa intelligat. T. 9. D. 5. D. 6.

II. *Quid facimus?* Quidni *Faciemus?* Fiat & statim, ut satietur odium: etenim esto cognitum flagitium, factum factum, quin possit habere in sententia recursum. *Artes, ordo, doli.* T. 2. D. 2. D. 4. T. 3. D. 4. T. 4. D. 2. n. 2. T. 10. D. 3.

III. *Multa signa facit: quid facimus?* Quod amorem conciliat, odium efformat. T. 2. D. 2. à n. 2. merita sunt flagitia, & scelera miracula. D. 3. num. 4. Signa vulnera. D. 4. n. 6. T. 10. D. 5. à n. 17. Odium non habet cerebrum, neque displicentia iudicium. T. 2. D. 3. à n. 2.

IV. *Multa signa facit.* Ni pereat, peribimus. *Nescitis quicquam.* Causa haud ducenda iure, ratione, lege; sed lubito, infulis & auctoramine. T. 1. D. 4. n. 3. T. 5. D. 6. n. 9.

V. *Nescitis quicquam.* Hoc concilium malignantium in pravitatis consilium. Honoratos per invidiam & calumniam opprimunt, merita negligunt, temerarijs delationibus pungunt, in viram & famam sæviunt. T. 9. E. n. 2. Fugit illorum iudicia innocentia & iusta causa. T. 7. D. 4. à n. 5. Apud illos species legum, non leges, doli & fraudes. T. 8. D. 1.

VI. *Nescitis quicquam*: Inter auctoramen & legem, studium in auctoramen. Ibid. Æstimabilior maiestas auctorata, quàm innocentia. T. 1. E. n. 36. Si non facta, fingatur iniuria. D. 4. n. 3. T. 9. D. 6. n. 6. T. 11. E. n. 6.

VII. *Unus autem ex ipsis, &c. dixit: Expedit vobis, ut moriatur.* Unus præ alijs pessimus, apud illos bonus, cuius temeritatem accepit lenimine plausus. T. 4. D. 3. n. 5. T. 6. D. 9. n. 9.

## *Pro Virginis transfixione.*

I. Illi dolores dulces ex gloria pœnæ, & manifestatione gloriæ. T. 10. D. 6. à n. 5.

II. *Iuxta crucem*, quæ Virginis gloria, per ostensa in gloria vulnera, in gloria propria. T. 6. D. 6. num. 20. T. 10. D. 1. n. 9. Vid. *Martyres.*

## *Dominica Palmarum.*

I. *Hosanna filio David.* Morti se obtulit, ut à morte hominem excitaret, & priusquam pugnaret, morti occurrens, vinceret. T. 6. D. 6. n. 11. T. 10. D. 5.

II. *Hosanna.* Dum certamini properat, de hostibus triumphat, inimicos calcat: & ubi pro homine tanta effulgurat charitas, expressa simul illius divinitas & maiestas. Ibid. num. 11. & 19. Triumphi forma, quo etiam triumphavit victa humana natura, ordo, & conditio, videnda verb. *Christus*, VIII.

## *Pro Magdalenæ lachrymis.*

I. *Ut cognovit, lachrymis cœpit.* Eius diversionis error, fomes quo accensus est amor, quia materiam amoris mutavit pectoris fervor. T. 3. D. 5. n. 12. T. 8. D. 6. n. 10.

II. *Stans retrò secus pedes eius.* Provolvitur pedibus maiestatis, doloris plena, timoris impatiens, compunctionis iaculo vulnerata. Ex Damian. T. 1. D. 2. à n. 3.

III. *Ut cognovit, dilexit multùm.* Per criminis dolorem evanuit crimen, & fugit iudicem. n. 3. & T. 3. D. 5. n. 10.

IV. *Vides hanc mulierem?* Quam cogitas, hæc non est. Omninò mutata: hæc est, non illa. Ibid. à n. 8.

V. *Vides hanc? Os* (ait Ambros. de *Pœnit.* cap. 14. in Tom. 5.) *tacuit, sed cor ingemuit: oculus flevit, sed conscientia planxit; & verecundiam pœnitudinis pietas. Laudavit auctoris.* Vid *Conversio, Contritio, Pœnitentia.*

VII. *Dilexit multùm.* Cecidit, sed non corruit: igitur ita surrexit, dum quid feciset cognovit; ut sibi videretur non satis erga dilectum, nisi diligeret multùm. T. 3. D. 5. n. 3. & 13.

## *Pro lachrymis Petri.*

I. *Conversus Dominus respexit Petrum.* Cur delinquentem non solum vidit, sed & respexit? T. 5. D. 2. n. 14. T. 10. D. 1. n. 2 & 6.

II. *Respexit* in pœnitudinis exemplum, ut in & ex peccato eius floreret prodigium: mirum quippe vulnera sanari vulnere, & tenebras tenebris illuminari. T. 3. D. 5. n. 3.

III. *Respexit*, quia omnia propter respicientem reliquit; sed se non reliquit, dum negavit. Lapsus est, verùm post nubila clarior Sol. Actior amor & vehementior, accensà ex fumo flammà, erroris respiscentia. n. 13.

IV. *Flevit amarè.* Ecce quantum repentinæ lamentationis ex amore percusso & corde converso. *Peccatum flevit, & diluit, & quod nefas infecerat, lamnis terfit*: ex Ambros. de *Pœnitent.* cap. 15. T. 3. D. 5.

Pro

# Silva Evangelica.

## *Pro converſione Latronis.*

*Domine.* Corde ſciſſo clamat non pro pœna, ſed pro culpa, *illa confeſsio vera eſt* ( ait Bernard. de Diverſ. ſerm. 40. n. 6.) *Quæ de mentis contritione deſcendens, nec timore cogitur, nec fictione patiatur.* T. 8. D. 3. Vid. *Contritio, Converſio, Peccatum, III.*

## *Feria 5. in Cœna Domini.*

I. *Cùm dilexiſſet ſuos.* Quomodò ſi ſervi, & defecturi à fide? Exprimitur modus & amor: amor in ſuos, atque modus amoris in ingratos. T. 6. D. 6. à n. 5. & 10. T. 10. D. 6. n. 4.

II. *Cùm dilexiſſet, dilexit.* Amor innuitur purus, & amoris exceſſus: dilexit ut diligeret, & ut amorem amaret. n. 9. T. 1. D. 4. n. 6.

III. *Omnia dedit ei pater in manus*: Et pro hominibus ſe morti obtulit, ut illos traheret. T. 1. D. 5. à n. 10. Præ dilectione illi vel magna videntur modica, ac pro nihilo ducit cuncta tormenta. T. 1. D. 6. n. 7. T. 4. D. 5. n. 14. T. 10. D. 5. n. 2.

IV. *Sciebat, quiſnam eſſet*, &c. Contulit gratiam à quo acceperat offenſam; & clementer illi favit, qui non ſemel ſed iteratò eius amorem offendit. T. 10. D. 1. à n. 6. Prompta vel ab offenſo in ingratum gratia, vel acceptà iniuriâ. T. 5. T 5. n. 12. T. 8. D. 3. n. 5. 1. 10. 1. à n. 6.

V. *Sciebat*: Et non prævaluit perfidia, ſed cordis flamma. Vulnerantibus nudavit gloriosè pectus, ut in præcordia tranſirent etiam ingrati per vulnus. Ibid. & T. 5. D. 5. n. 7.

VI. *Sciebat* ex articulo & ſolamen & dolorem: ſolamen, quia pro hominibus paſſurus: dolorem, quoniam amiſſurus opus. T. 6. D. 6. à n. 16. T. 11. D. 1. à n. 16.

VII. *Quiſnam* eum traditurus ſciebat, & in gratiam ac reconciliationem invitabat. Flagrat pectus, dum affligit inimicus. Satagit iniurias condonare, ut iniurius poſſet diligi ex corde: Iudæ perfidia, Ieſu-Chriſto fulſit gloria: ſumma namque, quòd hoſti ablaturo vitam, ut vitam daret, invitaret ad gratiam. T. 10. D. 1. n. 8. Vid. Chriſtus, II. IX. X.

## *Pro Chriſti Flagellatione.*

Dira, ſed flagellati corona, & veſtis regia, quia per verberum plagas eius ſanguinis claruit pretioſitas, ac carnificum crudelitas. T. 11. D. 1. à n. 3. Veſtigia ſequantur peccatores, improperium eius portantes. Criminum dolores excutiuntur doloribus, atque vulnera vulneribus. T. 3. D. 5. n. 7. T. 8. D. 6. n. 10. T. 11. D. 6. n. 10. Vid. *Deus*, IV.

## *In Reſurrectione Domini.*

I. *Quibus ille dixit*: *Quæ*? Exponuntur his verbis corona & pugna. Pugna crucis & gloria reſurrectionis ob immortalitatem; quia propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem: & ad omnia dicit *Quæ*; quia pro virtute quæ tormenta ſumma, modica: præ gloria nulla tormenta. T. 1. D. 6. n. 7. T. 4. D. 5. n. 14. D. 6. à n. 5. T. 10. D. 5. num. 2. T. 11. D. 1. n. 14.

II. *Hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam.* Gloriam ſuam vocat ratione muneris, pretio ſanguinis & interitu mortis. T. 1. D. 5. à num 10. T. 5. D. 5. n. 7. T. 10. D. 5. à n. 7. T. 11. D. 1. num. 9. & 19.

III. *Cognoverunt eum.* Miraculum ita novum, ut non crederetur viſum: equidem non ſolùm floruit immortalitate, ſed gloriosè. T. 4. D. 4. n. 6.

IV. *Surrexit Dominus verè.* Si ex reſurrectione gloria, novæ gloriæ mirabile ſignum, & ipſa vulnera & cicatrices vulnerum. T. 6. D. 6. n. 20. T. 10. D. 1. n. 9. Vid. *Chriſtus*. XI.

## *In Aſcenſione Domini.*

I. *Aſſumptus eſt in cœlum* &c. Maieſtate ad dexteram Patris ſedet, unde ſumma maieſtas humanitatis fulget; quia dona dedit, captivos liberavit, & ſecum duxit. T. 4. D. 4. à n. 20. Vid. *Chriſtus*, VIII.

II. *Sedet a dextris Dei*: Et in illo ſedet homo, qui excluſus erat à cœlo. E tenebris Chriſtus eduxit, ad ſe traxit, & in æthera evexit. Ibid. à num. 11. & 18. T. 10. D. 6. num. 4. T. 6. D. 6. num. 10. Vid. *Chriſtus*, XII.

## *In Penteceſte.*

I. *Ad eum veniemus.* Non unius adventus proponitur in hominis auxilium, ſed duorum. *Sic Deus dilexit mundum*, ut per filium redimeret. T. 1. D. 6. à n. 5. & per Spiritum Sanctum uſque in cœlum elevaret. T. 1. D. 5. à n. 10. T. 10. D. 6. n. 4. In ſtatera amoris dum deſcendit de cœlo Spiritus Sanctus in cælum elevatur humanum genus. T. 5. D. 5. num. 11. T. 11. D. 5. à num. 4.

II. *Sic Deus dilexit mundum.* Utrumque miſit, & ſic dilexit, ſignans filij adventum ad gratiam, Spiritus Sancti ad gloriam. Plena felicitas. Hic deſcendit, ut immortales faceret: ille; ut mortalis fieret. Ex adventu Spiritus, claruit fructus filij adventus: etenim ex cœlo in mundo, terra in cœlo. T. 9. D. 1.

III. *Sic dilexit.* Non amor videretur divinus, niſi in amore videretur exceſſus. T. 6. D. 6. à num. 4. In Spiritu-Sancto non ſolùm gratia, ſed prompta & velociſsima. T. 5. D. 5. num. 12. T. 10. D. 2. num. 7. Ad omnium corda. T. 4. D. 5. n. 2. & talis in datore munerum animus; ut qui ad omnes, ſit ad ſingulos. T. 6. D. 6. n. 13. In Spiritus gratia quanta bona, mirifica officia, & efficacia, etiam ad lapidea corda! T. 2. E. num. 40. T. 3. D. 5. num. 5. T. 6. D. 5. num. 12. Vid. *Gratia.*

## *In Feſt. Corpus Chriſti.*

I. *Caro mea verè eſt cibus.* Inſipidæ deliciæ coram cœleſti pane, quo Chriſtus hominum reſpondet amori. T. 1. D. 5. à n. 3.

II. *Verè cibus.* Quorsùm *Verè*? Menſa ænigmatica eſt. T. 2. D. 5. n. 6 In illa, præſentia; & præſentis memoria: figura & ſubſtantia. Ibid. n. 19.

III. *Non ſicut manducaverunt patres veſtri Manna.* Non inſtaurabat vires, nec acerbat Manna cibus vaſa mortis: panis Euchariſticus panis vitalis, atque panis ſalutis. Ibid. à n. 13. & T. 4. D. 4. num. 5. Vid. *Euchariſtia.*

FE-

# Silva Evangelica.

## FESTA IANUARIJ.

### *In Circunciſione Domini.*

I. *Ut circuncideretur puer.* Dolori & amori naſcitur. Gaudet, quia exprimit ex vulneribus amorem, ſed non finem. T.4 D.6.n.7. & à n.11. Vulneris acerbitas dilectionis hilaritas, amanti voluptas, quippe vel in puero per vulnera charitas. à n.4.

II. *Ut circuncideretur.* Puero vulnus altum, amanti leve. T.1.D.6 n.7. Puero grave, amanti nihili. T.10. D.5. n.2. T.11. D.1. n.14.

III. *Ut circuncideretur puer.* Scitur in puero vulnus, verùm non legitur fletus. Pati pro homine amoris eius ſolamen, & ut liber vivat, legis eligere ſervitutem. T.6. D.6. n.5. T.11. D.1. n.16. Vid. *Chriſtus*, V. IX.

IV. *Vocacum eſt nomen eius Ieſus.* Lux, cibus, medicina: ex Bernard. Lux cæcis, cibus ægrotis, medicina vulneratis. T.4. D.5. n.14. Excellentia, dulcedo, virtus, & nominis ordo, videnda. T.8. D.4. n.16. & verb. *Chriſtus*, VI.

### *In Epiphania Domini.*

I. *Cùm natus eſſet Ieſus, ecce Magi.* Gentilitas filia primogenita cognita, ex quo illi divinitas manifeſta. T.3. D.1. *Ecce Magi*: non ſolùm expreſſa in ſalvatorem dilectio, ſed amoris promptitudo, & diligens ex toto corde adoratio: igitur coluit quem Synagoga deſpexit, & floruit Sole quo Synagoga exaruit. Ibid. & T.4. D.4 à n.16. T.5. D.2. n.10.

II. *Vidimus ſtellam eius.* Lumen accendit, quo Synagoga extinxit, & vidit Solem, unde illa contraxit perfidè cæcitatem. T. 3. D. 1. Vid. *Gentilitas.*

III. *Videntes ſtellam gaviſi ſunt gaudio magno valde.* Unde tanta lætitia? Propter defectum teſtimonij fuit abdicata: amiſerat hæreditatem, quia non habebat, quo ſe probaret hæredem: & ſummè læta, visà ſtellà ad Salvatorem qui naſcitur, proficiſcitur, quia ſecum habebat munera, & apud Synagogam invenerat teſtimonia. Ibid. n.13. Vid. *Synagoga.*

### *In Feſt. S. Antonij.*

I. *Sint lumbi præcincti* in mortificationem ſenſuum. T.1.E n.53. T.11 4.à n.1. *Lucernæ ardentes*, in perfectionem virtutis. T.3. D. 3. Utrumque in ignorantiam perfectionis. T.7. D.3. T.11. D.5. à n.11.

II. *Lumbi præcincti*, ut notetur martyrium in mortificatione, atque victoria ſui T.4. D.6. n.11. T.11. D.6. n.7. Semper illi ex diabolo victoria, & ſemper etiam in ſenectute novitia flamma. T.3. D.3 num.11. T.5. D.1. à n.13. In mundo extra mundum. T.9.D.4. n.15. Totus in Chriſtum. T.4. D.5. à n.5. T.11.D.4. n.9.

### *In Feſto S. Sebaſtiani.*

I. *Deſcendens de monte* in certamen, vicit victorem. T.4. D.6. n.1. T.11.D.1. n.1. Ornatur flagris.à n.3. Decoratur catenis. T.6. D.3. num.12. Illuſtratur ſagittis. Ibid. n.1. T.4. D.6.à n.2. Vid. *Martyres*, I.II. T.9. D.4. n.5.

II. *Stetit in loco campeſtri*, uti athleta, cui certamina gaudia, cruciamina riſus, vulnera plauſus. Ibid.

### *In Feſto S. Agnetis.*

I. *Cœlum decem virginibus.* Cœlum quia ſolidum, dum fit firmamentum cœlum: virgo & tenera cœli conditione, quippe ſingularis virtus in ipſa fragilitate. T.6. D.3.

II. *Cœlum.* In lupanar ducitur, & firmamentum fit cœlum Eminuit in eius agone felicitas, pudicitia, & innocentia. Quàm pudica, miles oſtendit; quàm innocens, iudex; quàm felix, reditus. Ibid.

III. *Cœlum*, & igneum. Ignis ad vitrum & ferrum. Patet exercitium Agnetis, dirique carnificis. Ignis ſuccenſus in pœnam, effulgurat in victoriam: igitur tyrannorum domitum ferrum, quin poſſent tot incendijs flectere vitrum. T.11. D.1. à n.10.

IV. *Ornatis lampadibus*, ut ad ſponſum totum corpus dirigeret holocauſtum. *Probatur thus candore, amplitudine, fragilitate, carbone ut ſtatim ardeat*: & Plin. Ibid.à n.6.Symbola eius virtutis ac puritatis, vid. *Martyres.* I. Agneti catenæ monilia, atque vulnera ornamenta. T.6. D.3. à n.12.

### *In Feſto S. Vincentij.*

I. *Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Multus fructus, quia vel in nomine figurabatur virtus; & ante pugnam vicit vel invincibilia pectus. Exivit vincens ut vinceret. T.1. D.2. à num.11. E.n.27.& 30. T.3. D.3.n.11. T.8. D.4.n.16. T.9. D.4.n.5.T.10. D.5. n.4.

II. Victis hoſtibus, etiam mortuus ipſe ſolus manet, *exaltatus*, *ſecurus*, *& fortiter firmus*: ex Bernard. T.2. D. 6. num. 1. Ut granum frumenti germinans, exaltatus à terra, ſecurus ab hoſte, fortis à caſu. T.4. D.6. num.1. & 14. T.6. D.3. n.7. & 14. Vid. *Martyres.*

### *In Feſto S. Ildephonſi.*

*Sic luceat lux veſtra.* Meritum & præmium exponitur, ut per Ildephonſum Pater cœleſtis glorificetur. Meritum in pugna, præmium in victoria. Ardet in prælio, fulget in triumpho. In certamen ut gladium accepit ſapientiæ lucem. T.5. D.2. à n.17. in triumphum è cœlo veſtem. T.6. D.3. n.11.

### *In Converſione S. Pauli.*

I. *Quid ergo erit?* Vas electionis: materiam in amore mutavit. T.3. D.5. n.12. T.8. D.6. n.10. Et quod oderat dilexit. T.2. E. n.29.

II. *Quid ergo erit nobis?* Iam non ille converſione mirabili n.37. E tenebris in lucem ſingulari gratiâ. T.3. D.5. à n.. Etiam ad lapidea corda. T.6. D.5. n.12. Vid. *Converſio*, *Pœnitentia.*

### *In Festo S. Petri Nolasci.*

I. *Maiorem hac dilectionem nemo habet.* Unde pendet dilectionis magnitudo, ut maior sit Nolasci in sphæra amoris dilectio? Ab amoris vulnere, à languore, à servitute, à libertate, à dolore. Quomodò? T. 6. D. 6. In eo non solùm charitas, sed charitatis summitas, & Redemptoris claritas. Ibid.

II. *Ut diligatis invicem.* In mutuo amore non est charitatis eminentia, quam Nolascus attigit; sed obsequijs, studijs ac gratijs ultra processit. Ibid. Eius eximius amor, gravis labor, singularis honor. Ibid. Vid. *Petrus Nolascus.*

## FESTA FEBRUARIJ.

### *In Purificatione Virginis.*

I. *Impleti sunt dies purgationis secundum legem.* Virgo perfectior; quia humilior, vel quia eminentior? Subditur legi, quia vult, & honor honoris humilitas est. T. 10. E n. 36. T. 11. D. 5. n. 11.

II. *Purgationis secundum legem.* Claretque perfectio, eo quod secundum legem, Virginis nulla purgatio. Fuit in illa humilitas cordis, & humilitas mentis, propter perfectionem insignem humilitatis. Ibid.

III. *Secundum legem.* Est humilitas perfecta, & humilitas gloriosa. Perfecta, dum fit purgatio secundum legem: gloriosa, dum habet cor legem humilitatem. *Gloriosa humilitas ima sursùm elevat, mentem Deo coniungit, virtute replet, gratiâ deificat.* Ex Cyrillo. Ibid. n. 1. Vid. *Humilitas.*

IV. *Purgationis* Mariæ. Hoc Virgini singulare, quo ad perfectionem nihil magis sublime: igitur si magnum, ex perfectionis ignorantia, propter speciositatem humiliratis; summum propter cognitionem perfectionis. Ibid. n. 11.

### *In Fest. S. Agathæ.*

I. *Masculum & fœminam fecit.* Fœminam sexu, masculum animo, provocantem tyrannum, quòd dirè tractaret corpus; ut in illa constaret mascula virtus. *Margaritæ teruntur, ut niteant: substruuntur, ut floreant: forantur, ut pendeant.* T. 11. D. 1. à n. 7. Dum discerpitur floret Agatha, ut lilium & Rosa. T. 6. D. 3. n. 1. Ut myrrha. T. 11. D. 1. n. 6. Ut margarita. n. 7. Ut hyacinthus. T. 4. D. 6. n. 2. Ut pyropus. n. 3. & T. 11. D. 1. n. 8.

II. Sponso semper adhæsit, cui virtute vel in tormentis complacuit, *quacunque ex causa*, propter constantiæ prodigia. Viola, quia virgo nitet, diversitate tormentorum diverso colore floret. *Viola purpurea, lutea, alba.* Ibid. & T. 6. D. 3. n. 15. Vid. *Martyres.*

### *In Festo S. Scholasticæ.*

I. Huit electæ sponsæ *simile regnum cœlorum*; quia illa in terra cœlum purum, pulchrum & beneficum. T. 6. D 3. à n 3. & 11.

II. *Clamor factus*, auditque è cœlo clamantem, vel dum dormit; & non solùm audit, sed distinguit, potiùsimè dum oculos claudit. T. 1. D. 1. n. 17. T. 4. D. 5. à n. 5. T. 11. D. 3. à n. 6. & 13. D. 4. n. 23.

### *In Festo S. Mathiæ.*

I. *Revelasti ea parvulis.* Parvulus Dei interpretatur Mathias. In munus Apostolicum electus & missò lucis è cœlo radio, & columba descendente de cœlo. T. 5. D. 2. n. 12.

II. *Sic fuit placitum ante te*: igitur triplici calculo electus est in Apostolum, sorte scilicèt, cœlesti luce ad sociorum approbatione. Alapid. in *Act.* 1. 26. Ibid. & T. 2. D. 3. à num. 11. T. 5. D. 2. n. 11. T. 6. D. 2. n. 6.

## FESTA MARTIJ.

### *In Festo Angeli Custodis.*

I. *Angeli eorum.* Officium pædagogi, dirigere, corrigere, & indulgere. Hinc amor Angelorum quos habemus tutores, in viam cœli à cœlesti luminum Patre. Quilibet dirigit, corrigit & indulget. T. 10. D. 3. In viam præcedit, ducit, custodit. Ibid. numer. 4.

II. *Angeli eorum in cœlis.* Bernard. *De excelso cœlorum habitaculo, ad consolandos, ad visitandos, ad adiuvandum nos, attrahitur supereminens charitas Angelorum, propter Deum, propter nos, propter seipsos.* Ibid. à n. 1. Vid. *Angelus.*

### *In Festo S. Vincentij Abbatis.*

I. *Abneget semetipsum.* Sese in tormentis abnegavit Vincentius; quippè nec signum sensus in diris cruciatibus, splendens sanguine, ac coronatus vulneribus. T. 4. D. 6. n. 2. & 14. T. 11. D. 1. à n. 3.

II. Sese abnegavit, dum virtutem tyrannis ostendit: in specie hominis fortitudo adamantis, lætus pœnis, gaudens flagris, atque dulcedine mortis. Ibid. & T. 6. D. 3. Vid. *Martyres.*

### *In Festo S. Gregorij Magni.*

I. *Vos estis sal terræ: vos estis lux mundi.* Ut sal audaces acrimonia compescuit: ut lux hæreticos excæcavit. T. 5. D. 2. Nihil illo melius, maius, aut doctius. n. 1.

II. *Sic luceat lux vestra* &c. Candelabrum in Sanctuario Ecclesiæ cum lilijs, scyphis & sphærulis. Ibid. à n. 2.

III. *Sic luceat lux vestra*, ideſt sapientia, quæ obumbrata cum perpendiculo, regulâ, & circino: quæ quidem Gregorius nactus per virtutem, per humilitatem, per exaltationem. Ibid. à n. 12. Vid. alia, verb. *Gregorius.*

### *In Festo S. Ramiri & sociorum.*

I. *Cùm audieritis prælia & seditiones, nolite terreri.* Longè metus, dum adest virtus. Conflantur in murum æneum: morum, ut impugnationibus prævaleat pectoris virtus: æreum, ut percussionibus in sonum erumpat pectus. T. 4. D. 6. n. 12.

II.

II. *Nolite terreri.* Haud facile, quibus prælia gaudia, pugna grata musica, ex tormentis exultatio, risus ex diritatis ingenio, & iucunditas pectoris effusio sanguinis. Ibid. Vid. *Martyres.*

### *In Festo S. Ioseph.*

*Voluit occultè dimittere eam.* Cognovit latere mysterium, cuius se Iosephus iudicavit indignum. Fugere cogitat, & tunc se nescienter exaltat: sibi cadit, verùm fuga meditatà ascendit. *Magna & rara virtus, ut magna licèt operantem, magnum te nescias: manifestam omnibus, tuam te solum latere sanctitatem: mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare. Hoc ipsis virtutibus mirabilibus mirabilius.* Ex Bernard. T. 11. D. 5. n. 11. T. 2. D. 3. n. 13. D. 5. n. 1.

### *In Festo S. P. N. Benedicti.*

I. *Ecce nos reliquimus omnia*: imò se reliquit, quia in perfectionem ætatis impedimenta ignoravit, à summo cœpit, ac in principio adinstar Solis fulsit. T. 9. D. 4.

II. *Reliquit omnia*, non respexit quod reliquit, & quod reliquit accepit. Ibid. & T. 11. D. 4. n. 8.

III. *Vitam æternam possidebit.* Nunc in tempore hoc? Eius vita Angelica, imò gloriosa: in mundo extra mundum animus, in morte de morte triumphus, in cœlo eminenter thronus. T. 9. D. 4. Vid. *Benedictus.*

### *In Annunciatione Virginis.*

I. *Missus est Angelus Gabriel ad Virginem.* Quorsùm? Ut caro fieret Dei Verbum. T. 5. E. n. 35. Ut homo erigeretur in pristinam rectitudinem, in libertatem, in glorificationem. T. 9. D. 1. à n. 11. *In opere duo potissimum occurrunt: modus & fructus. Modus quidem Dei exinanitio: fructus verò nostri, de illo repletio.* Ex Bernard. n. 4. & 15-T. 9. D. 3. n. 10.

II. *Ad Virginem*, ut ministraret carnem. Magnum, quod veniret; maius, quod veniret in carne; maximum, quod veniret carne passibili. Ibid. num. 9. *Traditur epistola Gabrieli, in qua salutatio Virginis, incarnatio Redemptoris, modus redemptionis, plenitudo gratiæ, magnitudo gloriæ, multitudo lætitiæ nunciatur.* T. 9. D. 1. n. 15.

III. *Ecce ancilla Domini.* Tota felicitas hominis à consensu Virginis; quia data forma, ut Dei amoris ostenderetur vehementia, & felicitas plenissima. Ibid. à num. 4-T. 3. E. à num. 5. & 12. *O venter diffusior cœlis, terris amplior, capacior elementis, qui totum claudit, omnia continentem!* Ex Damian. T. 9. D. 1. numer. 9.

IV. *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Idem ibid. n. 6. *Natura miratur, reveretur Angelus, veretur homo, obstupescit cœlum, extremit terra.*

V. *Secundum verbum tuum.* Dum per illam Deus homo; & ad hominis imaginem, constituxit novum modum ad hominis reformationem. Ibid. à n. 10. Vid. *Incarnatio, Maria, V.*

## FESTA APRILIS.

### *In Festo S. Francisci de Paula.*

I. *Complacuit Patri vestro dare vobis regnum*: Ad quod Franciscum sapientia duxit, virtus illustravit, deificavit gratiæ singularis speciositas, & elevavit humilitas. T. 11. D. 5. à n. 1.

II. *Vobis regnum*, quod maximum, quia se Franciscus reputavit minimum: alijs mirabilem, sibi contemptibilem: alijs magnum, sibi nihilum. Ibid. à numer. 5.

III. *Vobis regnum*, vel dum habitatis mundum, ut inhabitet gloria in terra; qua Franciſci anima potita: igitur acquisivit beatitudinem in humilitate, per humilitatem, & ob humilitatem, corde & mente; dum se ignoravit cognoscens in tanta charismatum celsitudine, à n. 11. Alia verb. *Franciscus de Paula.*

### *In Fest. S. Marci.*

*Designavit Dominus* ex tot viris, virtute præditis, Marcum in Ægyptum ad tyrannorum propudium, & exitium idolorum tyrannorum, quia vulneribus vulneraviť: idolorum, quia cultus omninò corruit. T. 4. D. 6. num. 14-T. 11. D. 1. num. 1. & à 4. Vid. *Martyres.*

## FESTA MAIJ.

### *In Crucis Inventione.*

I. *Exaltari oportet filium hominis*, ut inveniatur, in quo exaltandus, lignum vitæ, salus ægris, efficax remedium mortis. T. 6. D. 1.

II. Lignum invenitur multiplici miraculo; quippe exaltati in ligno singularis inventio: etenim ibi de funere vita, atque dulcedo de radice amarâ. Alia verb. *Crux*, & in *Exaltatione.*

## FESTA IUNIJ.

### *In Nativitate S. Ioannis.*

I. *Quis putas puer iste erit?* Singularis in conditione hominis, miraculum orbis, totusque miraculum. T. 2. D. 5. & E. num. 18. Speculum Salvatoris, splendor divinitatis. T. 5. D. 2. num. 1-T. 9. D. 4. numer. 2.

II. *Quis erit?* Ita magnus, ut esset excelsus per quod erat, & magis per quod non erat. T. 2. D. 3. n. 14-D. 5. à n. 2. Vid. *Ioannes Baptista.*

### *In Festo SS. Petri & Pauli.*

I. *Tibi dabo claves*, in claritatem mortis, atque excellentiam dignitatis. T. 3. D. 4. n. 12. Tradit Christus Petro claves, quas petit amoris fides, ut suscipiat in cœlum fideles. T. 4. D. 6. n. 16. Ideo non interrogatur de amore, sed de amoris dignitate; quippe excellentiâ dignitatis rependitur præ cæteris nitens excessus amoris. T. 3. D. 5. n. 13.

II.

II. *Sicut agnos inter lupos*, ut mirabilis in cunctis plaudatur Paulus; cui gaudium ex tribulatione, risus è saucio pectore, atque victoria ex sensibili insensibilitate. T.4. D.6. Sedebat in cœlestibus, ubi catenis ligatus; & tota gloria claudebatur intra pectus. T.10.D.6. à n. 5. In Christum summa amoris vehementia, cuius gloriam tantùm inquirebat vel in gloria. T. 5. D. 3. à n. 10.

## FESTA IULIJ.

### *In Visitatione Virginis.*

I. *Exultavit infans*, &c. Prophetant matres spiritu parvulorum, videnturque mirabilia à Salvatore & Ioanne, Verbo & Voce, Lucerna, & Luce, Lucifero & Sole. T.2. D. 5. à n. 2.

II. *Ut audivit*, &c. Ex radijs Verbi incarnati vox Baptistæ, audita à matre, quippequàm ibi coronatus à Virgine. Ibid. à n. 8. Vid. *Ioannes Baptista, Maria*, VI.

### *In Triumpho Crucis.*

*Nolite terreri.* Ecce lignum crucis, in quo virtus ad certamen, scutum adversus mortem. T.6.D.1.à n.5. & 11. Vid. *Crux.*

### *In Festo S. Mariæ Magdalenæ.*

*Dilexit multum.* Dilexit amare propter amorem, dilectionis igne pectoris fovit ignem. T. 5. D. 3. n. 9. & 16. Cui tanta virtus, ut in crystallum transformaret corpus. T. 6. D. 3. n. 8. Vid. alia post Dominic. *Palmarum.*

### *In Festo S. Iacobi.*

*Poteſtis? Possumus.* Cuncta Iacobus vicit, quem filium tonitrui Salvator vocavit. Fuit fulmen Agarenis, decus Hispaniæ conferens libertatem, & afferens religionem. T.4. D.4. à n. 1.

### *In Festo S. Annæ.*

*Thesauro abscondito in agro.* Ager mater Anna, thesaurus Virgo Maria. Ex illa genus splendoris, verùm filia splendor generis. T. 8. D.4. à n.7. T.6. E. n. 1-T.10. D.6. n.1.

### *In Festo S. Ignatij de Loyola.*

*Misit in omnem civitatem, quò erat ipsa venturus*; ut doceret mira Ignatius & singularia. Amat Deum propter Dei amorem, & quærit gloriam ad maiorem gloriam Dei. T. 3. D. 3. à n. 10. Gloria charismatum eius ad Dei gloriam. T.7. D.3. n. 5. Latet quæ gloria hominis, & quæritur gloria Numinis. Ibid.& T.8.D.2. à n.5-T.5. D. 3. n. 12.

## FESTA AUGUSTI.

### *In Festo S. Dominici.*

*Hic magnus*, quippe mirabilis eius charitas, zelus, auctoritas, modus, ac in singulis virtus. T. 5. D. 2. à n. 13. Sensus eius non habebant sensum, nisi duntaxàt ad Christum. T.4.D.5.à n.5-T.11. D.4.T.1. E. n. 53.

### *In Transfiguratione Domini.*

*Vestimenta sicut nix.* Cur si Redemptor albis induitur? T. 6. D. 6. n. 10. Loquebantur de excessu per passionem in gloriam animæ: Christus huiusmodi theatro etiam de glorificando corpore.n.4.& 20-T.10. D.5. n.8.

### *In Festo S. Laurentij.*

I. *Cadens multum fructum affert.* Fructum & multum, quia dolores nequaquàm in dolores, sed in refrigerium. Quid illi cruciaminis, quem refrigerabat ignis? T.11. D.1. n.12. Sub specie enim doloris, felicitas beatitudinis. T.10. D. 6.

II. Spectaculum est factus & Angelis, & hominibus; quia per laborem ad requiem, per pœnam ad gloriam, per mortem pervenit ad vitam. Ibid. à n.2. Vid. *Martyres.*

### *In Assumptione Virginis.*

I. *Maria optimam partem elegit*: assumi scilicèt in beatitudinem, ad hominum protectionem, peccatorum refugium & effugium. T.7. D.6. n.5.

II. Assumi in cœlum *elegit*, & gemitus generis in terram trahit. *Revertere revertere Sulamitis.* Revertitur, dum assumitur. *Revertitur propter naturam, propter potentiam, propter amorem, propter protectionem & liberalitatem.* Ex Hugon. Victorin. *Erudit.* lib.3.cap.2. Ibid. & T. 3. D.5. n.9.

### *In Festo S. Bernardi.*

I. *Vos estis lux*: in cæcitatem dæmonis, quem suffecit in rheda pro tota, utens potentiâ uti iudex causarum, arbiter rerum, ultor facinorum, atque iugum superborum. T.11. D.4. n. 5.

II. Qui lux illuminans Gerardum in conversionem mirificam, n.16. Salis etiam habuit gratiam: schismaticos presit, hostes vicit, de potentibus triumphavit. n. 25.

III. *Sal & lux* scientiâ mirabili: n. 17. *Erat rivus paradisi ambrosia animarum, pabulum Angelicum, medulla pietatis.* Ex Heinsio, à n.1. Eius sensus quinque talenta pretiosa sine sensus usu, sed singulari gratia. à n. 2. Alia plura, verb. *Bernardus.*

# Silva Evangelica.

### *In Festo S. Augustini.*

I. *Vos estis sal terræ, vos estis lux mundi.* Splendor & sapor à luce & sale; sed neutrum sibi. Ad alios lux & sal, quia sibi bonum, quod bonum publicum. T. 5. D. 5. n. 1. & 9-T. 7. D. 4. n. 1-T. 8. D. 2. n. 5-T. 11. D. 2. n. 2.

II. *Vos estis lux.* An falx? Ecclesiæ arma, eius scripta: calamus gladius lucens, quo iugulavit hæreses. T. 5. D. 2. n. 2. & à 18.

III. *Vos estis sal.* Non solùm sapiens, sed ipsa sapientia? n. 1. Unde ita condita? A Christo & Matre. Lactatur ab ubere, pascitur à vulnere. T. 11. D. 4. n. 28. Vid. *Augustinus.*

## FESTA SEPTEMBRIS.

### *In Nativitate Virginis.*

I. *De qua natus est Iesus.* Per illam quæ dona? T. 7. D. 6. num. 3. Ex eius existentia vel Numini magna gloria. n. 8. Admiratione duntaxat dicitur eius perfectio. T. 4. D. 4. num 13. & in die ortus spectaculum facta & Angelis & hominibus. T. 10. D. 6. num. 1-T. 11. D. 3. n. 11.

II. *De qua* tota nobis in filio felicitas, & per quam vivificatur humanitas, rutilans gratijs, uber benedictionis: igitur nascitur ut errantes in viam ducat, ac desperatos erigat. T. 7. 6. à n. 7.

III. *De qua natus est Iesus.* Invenit coram Domino gratiam, & omnibus distribuit uti mater, quod invenit. *Talibus decebat Virginem oppignorari muneribus; ut esset gratiâ plena, quæ dedit cœlis gloriam, terris Dominum, pacem fidemque Gentibus, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus disciplinam.* Ex Sophronio, ibid. n. 3. Cur eius in nativitate signum, signum Virginis? T. 1. E. n. 57.

### *In Festo Nominis Mariæ.*

*Nomen Virginis Mariæ.* Unde insigne nomen? T. 1. E. n. 55. Quia ab illa pendebat tota nostra felicitas, in nomine præcessit venerauda maiestas ac muneris inæstimabilis dignitas. Nomen enim pridem revelatum Patribus: n. 19. & 56. Imò Gentibus. à n. 58. Vid. in *Rosario*, quoad Turcas.

### *In Exaltatione Crucis.*

I. *Oportet exaltari filium hominis*: quia per illum exaltatur lignum crucis, quod quidem signum felicitatis, salutis & vitæ vitalis. T. 1. E. n. 44. T. 6 D. 1. à 1. 4. Oportuit exaltari, ut corda humana per lignum ad se traheret, ad salutem converteret, atque vulnera sanaret. Ibid. à n. 2. T. 10. D. 6 n. 4.

II. Exaltatur lignum, ut cuncti videant in eius exaltatione contra sagittas inimicorum, inexpugnabile scutum; obliuionem cruciaminum, abolitionem malorum, atque purificationem macularum. Ibid. n. 7. Vid. *Crux.*

### *In Festo S. Matthæi.*

I. *Vidit hominem sedentem in telonio*, vocavitque ad se, ne videret in telonio sedentem. Vidit miserum & levavit, vidit catenatum & solvit, vidit pereuntem & eruit, pietate summa, prompta gratia, ac criminum indulgentiâ. T. 4. D. 5. n. 14-T. 5. D. 2. à n. 7. T. 10. D. à n. 6.

II. *Secutus est eum.* Qui convertitur, illuminatur. T. 2. E. n 38. Cuncta peiora reliquit, amorem mutavit, ac scientiâ & virtute mundum replevit. T. 2. E. n 37-T. 3. D. 5. n. 3. & 13-T. 6. D. 5. n. 15-T. 7. D. 3. n. 4-T. 8. D. 2. à n. 7. D. 6. à n. 9.

## FESTA OCTOBRIS.

### *In Festo Rosarij Virginis.*

*Beatus venter qui te portavit.* Virginis Matris objicitur plausus. Ponite corda vestra in virtute eius. Sit iucunda, decoraque laudatio. Decora, mente in Virginem elevata: iucunda, verborum intelligentia: decora, attentione laudis, atque iucunda, puritate cordis. T. 5. D. 4. à n. 12. Voce solâ oratio muta, à voce & corde perfecta. n. 10. Vid. *Oratio*, *Maria*, XII. *Deus*, VI. Est fidei vexillum, scutum fidelium, chorus castrorum. T. 3. D. 2. à n. 6-T. 4. D. 6. n. 11.

### *In Festo Seraphici Francisci.*

*Revelasti ea parvulis.* Patet occultum, ubi Francisci cadaver vivit erectum. T. 6 D. 6. n. 10. exprimente situ in vita singulariter humilem, atque primariam inter Seraphim sedem. T. 11. D. 5. à n. 1.

### *In Festo S. Theresiæ.*

I. *Exijte obviam ei.* Interl. *Occurrite in aera.* Semper ultra eius in perfectionem votum inauditum, finis & modus perficiendi votum. T. 5. D. 3.

II. Volando quiescit, impossibile vicit, per inferiora etiam in Sponsum ascendit. Vivit flammà zeli, volat semper in sublime, spirat amore. Ibid. à n. 1. Vid. *Theresia.*

### *In festo S. Petri de Alcantara.*

*Ubi thesaurus*, ibi Petri cor. Totus in Christum. T. 4. D. 5. à n. 5. Vivit morte, videt cæcitate, alitur fame, ad vulnus voluptatis sensus, cui cibus vulnus. T. 11. D. 4.

## FESTA NOVEMBRIS.

### *In Festo omnium Sanctorum.*

I. *Beati.* Utique, beneficio Redemptoris: præstat enim pro terrenis, cœlestia & immortalia: pro caducis, permansura: pro temporalibus, sempiterna, pro modicis eximia, regnans in cunctis, & factus omnibus omnia. T. 1. D. 1. num. 5-T. 2. D. 6-T. 10. D. 6. à n. 1.

Læ-

Lætitia beatorum sempiterna, secura, plena. Ibid.

II. *Beati.* Unde felicitas, in cunctis monstrante ærumnas? In mundo infelix felicitas, felix calamitas. Ib.

III. *Beati qui persecutionem patiuntur.* Pœna pro Christo pretiosa, amabilis, gloriosa, iucunda. Ibid. à n. 4. T. 11. D. 6. n. 3. & 20.

IV. *Beati, qui persecutionem,* &c. Per ignem tribulationum, nomen terræ in igne relinquunt tanquàm aurum. *De tormentis in ornamenta, de suppliciis in delicias, de ignominijs in honores metalli refuga mutatur.* Ex Tertullian. T. 10. D. 6. à n. 2.

V. *Merces vestra copiosa est in cœlis.* Quæ videntur persecutiones, effulgurant beatitudines: & quia merces, & quia nostra, & ratione ubertatis, & ratione situationis. ibid. n. 12. & T. 4. D. 6. n. 1. Plenitudo gloriæ ex beatitudine concepta, ex materia, societate & perfectione. Ex D. Thom. T. 10. D. 6. n. 1.

VI. *Merces copiosa.* Ibi summum, ibi intellectus sine errore, memoria sine oblivione, cogitatio sine evagatione, charitas sine simulatione, sensus sine offensione, saturitas sine fastidio, & tota sanitas sine morbo. Ex Prospero. T. 10. D. 6 numer. 3. Ibi quies à labore, gaudium de beatitudine, iucunditas de status novitate. Ex Bernard. Ibid. Alia ex Augustin. Ibid.

## *In Patrocinio Virginis.*

I. *Beatus venter* &c. Plauditur mater, ut homo ab eius generationibus impleatur. Omnibus omnia facta est. Sapientibus & insipientibus copiosissimà charitate debitricem se fecit: omnibus misericordiæ sinum aperit, ut de plenitudine eius accipiant universi: captivus redemptionem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam. Ex Bernard. T. 7. D. 6. Consolatrix mœstorum, desolatorum, desperatorum, dolentium. Ibid.

II. *Beatus venter.* Mater quæ spes nostra singularis, cœlestis, beata, gloriosa. Ibid. Vid. *Maria,* XI.

## *In Festo omnium SS. Monachorum.*

I. *Ecce nos reliquimus omnia.* Quomodò si erant in mundo? Non erant de mundo. Erant in mundo, sed præsentià. Non erant in mundo corda. Nec videbant, quem videbant; quia non solùm de mundo servabant animum, sed etiam in sensibus sensum. T. 11. D. 4. n. 9. T. 1. E. n. 53 T. 4. D. 5. à n. 5.

II. *Vitam æternam possidebit.* Vita æterna post mortem est: & nunc in tempore hoc? Utique. Vivi decreverunt sepeliri, T. 7 D. 1. n. 1-T. 8. D. 6. n. 7. Mors in vita, vita in morte. T. 1. D. 2. num. 5. Aspicientibus cœlestia, dum cæcutiunt ad mundana. T. 11. D. 4. numer. 23.

## *In Festo S. Gertrudis Magnæ.*

I. *Sponso & Sponsæ.* In cunctis Sponsum videbat, quia in eius corde habitabat T. 4. D. 5. n. 5. & 8. *Sponsæ*: una est columba, quam Christus maximoperè adamavit, igitur pro illa sola quicquid pro omnibus fecit. T. 6. D. 6. n. 13. Fuit Seraphim amoris flammà. T. 5. D. 3. n. 9-T. 6. D. 6. n. 9. Cherubim scientià. T. 7. D. 3. n. 7. Vide *Theresia.*

II. *Sponsæ*, unicè à Sponso dilectæ, rapientis corda, frequenti per intercessionem gratiâ. T. 4. D. 4. à n. 22.

## *In Præsentatione Virginis.*

I. *Beatus venter,* &c. Iam mater ad templum speculum perfectionis: igitur à Spiritu-Sancto mota vel ab infantia, ut amaret & perficeret, quod melius, & Deo gratius. T. 5. D. 3. n. 2.

II. *Mater ad templum*, ut cognosceretur Virginis gratia, quæ in ætate perfecta; semper enim vel infans in perfecta ætate, mensurata amore, sed non tempore. Ibid. à n. 12.

## *In Fest. S. Cæciliæ.*

I. *Simile regnum cœlorum.* Cœli exponitur emblema, dum plauditur à cultoribus Cæcilia. Aptè & floridè. Cœlum constat astris & organis. Astra sunt lucidi corporis vulnera, cœlorum musica virtutum organa. T. 4. D. 6. n. 11-T. 6. D 3 à n. 3.

II. *Militia cœli* plauditur in Scriptura, quâ constat etiam Cæciliæ cœlum, in qua chorus castrorum. *Chorus*, ut indicaret ex certamine gaudibunda exultationem: *Castrorum*, ut in pugna ostenderet invencibilem virtutem. Ibid.

## *In Festo S. Catharinæ.*

I. *Exierunt obviam*: Quod in alijs studium pro Sponso, in Catharina tyranni ac tormentorum despectu. Nihil timet, dum sciens quæ ventura, processit. T. 10. D. 5. num. 7. Gloria venit, priusquàm ad gloriam veniret. num. 6. Vid. *Martyres*, II. Unde eius mirabilis virtus, & Cherub humanus? T. 6. D. 3. numer. 2.

II. *Sponsæ*, quæ ornata ut similitudo templi. Velum, & templi ornamentum, & Sponsæ. Quod erat inter Sancta-Sanctorum, insigniebatur cum figura Cherubim, ex cocco, hyacintho, byssо & purpurâ. Totum Catharinæ emblema: ex byssо candoris, ex hyacintho puritatis, ex cocco virtutis, ex purpura sanguinis. Ibid.

## *In Festo S. Andreæ.*

*Vidit Andream.* Ut vidit in Apostolum elegit, ut in morte sequeretur, quem in vita imitabatur. Salutat crucem, quia per illam acquirit exaltationem, in cruciatibus felicitatem, & vel in vita optabilem beatitudinem. T. 2. D. 6. à n. 4-T. 4. D. 6. à n. 5. T. 6. D. 1. à n. 4-T. 10 D. 6. à n. 5.

# FESTA DECEMBRIS.

## *In Conceptione Virginis.*

*De qua natus est Iesus*; ut vel à conceptione rutilaret thronus Dei, gratiarum corona, cœlum Deitatis, speculum Numinis. T. 7. D. 6. à n. 1-T. 9. D. 1. n. 1. D. 2. n. 9. Vid. *Maria*, I.

# Silva Evangelica.

## *In Festo S. Eulaliæ.*

*Ornaverunt lampades suas.* Igne maximè, ut vivat Phœnix. Ornatur flagellis, vulneribus, ignibus. T. 11. D. 1. Ut rutilet splendor intùs latens, & virtus. T. 4. D. 6. à n. 3. Virtute eius cecidit idololatria, & sanguine scripsit veræ fidei testimonia. T. 6. D. 3. n. 5. Ignis illi pabulum & refrigerium. T. 11. D. 1. à num. 12. Alia verb. *Eulalia*, & *Martyres*, *II.*

## *In Festo S. Luciæ.*

I. Lucia in agone glorioso, confertur *thesauro absconditо in agro.* Singularis modus in inventione mortis, atque gaudium invenientis. Inventionis, quia splendebat sanguine: gaudij, quia corpore saucio exultabat corde. T. 4. D. 6. à num. 9. T. 6. D. 3. n. 11.

II. *In agro*, quia in terra, à tyranno fœminæ censebatur fragilitas, & erat adamas. num. 7. Valet quo deficit, num. 13. victa vicit, atque tyrannum percussa percussit. T. 4. D. 6. num. 2. T. 11. D. 1. Facta est columna: fracta, non flexa. T. 6. D. 3. numer. 8. Columna, cum lilijs, catenis & malo-granatis. num. 4. T. 11. D. 1. à n. 1. Thesaurus dicitur absconditus in terra; & illicò exponitur margarita. Appositè: inventa margarità intra Virginis pectus, inventus & iam pro fide fortitudinis thesaurus. T. 4. D. 6. n. 1. T. 5. D. 2. n. 2. T. 6. D. 3. à n. 2. & 9. D. 6. à n. 12. T. 11. D. 1. n. 7. D. 5. n. 5.

## *In Expectatione Virginis.*

*Paries filium*, tuncque clarebit singulare privilegium Virginis-Matris. T. 1. E. à num. 55. Vid. *Maria*, *VII.*

## *In Festo S. Dominici Silensis.*

I. *Dixit Petrus.* Cur Petrus, dum exponitur Dominicus? Habet etiam hic claves ligandi atque solvendi: solvendi vincula, ligandi corda. T. 4. D. 4. Fulget in Hispania vitâ, verbo, prodigijs. Ibid.

II. *In sede maiestatis.* Quid ni in maiestate sedis? Non sibi, sed alijs habet maiestatem sedis, in sede præstantiore maiestatis, mirabili beneficio, singulari modo, ac inutili instrumento. Ibid. Vid. alia verb. *Dominicus Silensis.*

## *In pervigilio Nativitatis Domini.*

*In Bethlehem nascitur.* Uti Sol, qui priusquàm nascatur, splendore videtur. Nonnullis ostenditur, sed non nascitur, quia non recipitur: fervidos fovet, negligentes negligit; nec vident frigidi ortus mirabilia; quippe indispositа corda. T. 9. D. 2. *Prædicatione nascitur, devotione nutritur, amore tenetur.* Ex Bernard. n. 12.

## *In Nativitate Domini.*

I. *Habitavit in nobis*, qui erat in sinu Patris, mundi salus, terræ gaudium, atque lætitia cœlorum. T. 9. num. 3. Hinc corda festiva, quia habitavit gloria in terra nostra. Quæ ex eius adventu dona & mirabilia? Ibid.

II. *Habitavit nobis* medicamen gratiarum, sanitas vulnerum, abolitio infirmitatum. T. 9. D. 2. Vid. *Christus*, *IV.*

III. Sub tyrannide dæmonis iacebat homo, & in eius felicitatem apparuit Verbum iam caro, admiratione orbis: dignum utique admiratione, Deum hominem, Dei filium hominem quærere, cæco conferre visionem, religato libertatem, vulnerato salutem, elingui vocem, surdo aurem, ac detrudere in barathrum, quod oppresserat dæmonium. T. 9. D. 3. n. 9. Vid. *Incarnatio.*

## *In Festo S. Stephani.*

Aperis Stephano cœli portas *Ierusalem*, dum *occidis & lapidas.* Videt cœlos apertos, qui saxorum subit ictus. Est in cœlestibus, dum lapidibus quatitur, in gloriam impellitur, dum concutitur. T. 4. D. 6. n. 16. T. 10. D. 6. à n. 5.



INDEX

# INDEX GENERALIS RERUM ET VERBORUM.

*Prior numerus paginam, posterior & etiam unicus marginalem designat.*

## A


*AARON.*

Quæ patrata à Deo in eius morte? Fol. 507. numer. 19.

*ACHILLES.*

Arma eius sine pondere, & aptata corpori Hectoris & Neoptolemi. 208. 32. Unde vulnerabilis? 102. 6. Ictus quà mortalis fuit. 250. 12. Lactatus à virgine Diva. 624. 25. Eius lancea. 28. 52.

*ADAM.*

Omniscius. 8. 15. Quæ eius liber continebat, & quænam fabulæ Rabbinorum? Ibid. Mysteriorum legis gratiæ habuit notitiam. 18. Eius lapsus in lapide à natura effigiatus. 43. Illius & uxoris egredientium è paradiso signata vestigia. 48. Lignum, in quo peccavit, floruit contactu Christi. Ibid. E paradiso translatum in desertum, hinc in montem Thabor, hinc in tabernaculum David. Ibid. Sepelitur à Salomone & apparet in Probatica piscina. 49. Ex illo facta crux Salvatoris. 46. & 48. Sepultum caput Adami, ubi crux fixa. 47. Reliquiæ eius servatæ in Arca, & divisæ à Noë inter filios, cùm mitteret in colonias. Ibid. In Adami sepulchro dona Magorum. 165. 13.

*ADULATIO.*

Vid. *Ministri, Consiliarij, Veritas, Aula.*

*ÆDIFICIUM.*

Spiritale ex adversitatis pondere; & ni versus cœlum, non ædificium. 128. 1. Labor erit post fabricam, si vita ad regulam. 5. Quò magis corda premuntur, perfectiùs ædificantur. 8. Quomodò ædificatur destructione? 5. Vid. *Virtus, Tribulatio.*

*ÆGYPTUS.*

Eius idola in exitu Israël contrita. 205. 25. Quare in confinijs regni collocatæ imagines Magicæ? 24. Quot in mari suffocati? 29. Cur suffocatos cum armis eduxerunt in littora fluctus? & an arma sine pondere, aptata fuere corporibus filiorum Israël? à num. 31. Quid apud Ægyptios festum dictum *Exterminium vitiorum*? 496. 12. Ritus in celebritate Natalis Solis. 496. 1. Quænam ab illis dicantur Mysteria? 516. 18. Illorum Scribarum insignia. 442. 12.

*ÆNIGMA.*

Discrimen inter ænigma & gryphum. 138. 7. Pœna & præmium ex ænigmatibus. Ibid. Vid. *Salomon, Convivium.* Ænigma de Iona. 426. 36. Lapidis philosophalis. 184. 1.

*ÆSCULAPIUS.*

In eius templo super pelles victimarum dormiebant ad captanda somnia. 310. à 14. Quæ somnia ibi, & cur in eius templo nutriebatur draco? 15. Insignia dæmonis embolia, ut illi curationes tribuerentur ut miracula. Ibid. & n. 16. Cur dictus Redemptor corporum? 348. 1.

*AFFECTIO ET AFFECTUS.*

V. *Amor proprius, Electio, factio.* Imago cum oculis in pectore. 510. 2. Statera dolosa in eius sinistra. 3. Est mera insania. 4. Effectus & deliria. 1. & 2. Cur videt clarè, cum nihil videt? 15. Unde cæca? 4. Videt quod vult, non quod videt. 7. & 11. Affectiones instar furiarum & scorpionum? 516. 1. Mali ministri, peiores duces. 509. 1. Unde in dilectis videantur, quæ non videntur? 8. Falso splendore in infatuantur. 10. Simias exornant in ludibria. 11. Dotes à phantasia delirante confinguntur. 13. Quænam & quomodò efficiæ imagines affectionis? 18. Semper intùs vident & obliquè. 4. Si regnat affectus, caligat animus. 5. Magnificat quæ cogitat, licèt aliter videat. 8. Non credit esse cæcum. 12. Vel ligna cognita grata. 8. Cur morsus affectione, tactus dicitur fuligine? 14. Variæ operationes affectionum. 110. 1. Aperire oculos rationis est remedium affectus cæcitati. 15. 16. Collyrium est ingratitudo vel apprehensa dilecti. 13. Restituitur cæco visus, ut expellitur affectus. Ibid. Affectu cæcus irrisus, sese ridet, dum aperit oculos. 14. Variat visa affectus & displicentia. 10. Amor & odium construunt & destruunt. 106. 2. Semper larvati in electionibus. 5. Sunt monstra è comitijs maximè ableganda. 7. Regimen utriusque sine regimine. 110. 1. Cor malè affectum ridet miraculum. 404. 12.

*AGNUS.*

Paschalis inassandus figebatur ligno malogranati. 103. n. 10. Agnus Castus herba, cuiusnam conditionis? 391. 10.

*AGRICOLA.*

Fuere Heroës, Magnates & Reges. 24. 45-182. 11.

*ALEXANDER MAGNUS.*

Mare Pamphiliæ illi pervium in Persidem. 202. 18. Duodecim eius aræ. 23.

*AMBITIO, AMBITIOSUS.*

I. Ambitionis artes. 109. 8. Ordo. 122. 15. Doli. 12. Symbola 178. 2. Sibi blandè crudelis. 7. Semper inquieta. 327. 1. Sine fine & effectu & summus labor, quæ frustratur & instat. à num. 2. & 14. Qualis & quid, quo non sentitur dolor? à num. 1. & 10. Est crux ambientis, & grvior cruce. 5. & 7. Vehementior sub specie virtutis. 3. Perdit optata. 5. In illa universa vitia. à num. 8-121. 13. Quæ monstra ex ambitione elata? 121. 14. Infirmitas aulicorum & flatus dæmonum. 330. 8. Vitia. 9. A Præsidibus cur fota. 8. Ambitio cum spe, sed sine fide. 7. Sine mente, & sine directione cæca insatiabilis honorata à dæmone. à n. 10.

II. Ambitiosus si eligitur, ordo pervertitur. 119. 9-328. à num. 4. Propter dignitatem commovebit totum orbem. 554. 2. Laborat in vanum, quia frustratur votum. 14. Solicitat dignitatem ut habeat saltem vanitate nomen. 11. Vid. *Dignitas.* Ne amittatur, dæmon consulitur. 215. 2. Rumpitur, si à munere removetur. 3. Affligitur, ubi cogitatur exitus. 6. Qui pectori vulnus. 7. Quò curvus, magis pravus.

vus. 219. 1. Cur illius dona sint perfida? 454. 3. In proposita tendit, etsi infernus obviet. 549. 5. Angor præ exitu quantus & quare? 392. à 1. Quæ placent vota, displicent habita. 216. 5. Est insatiabilis. 331. 11. Cur ambitiosis dignitas amplioris ponderis? 183. à 13. Vertunt terga post beneficia rapta. 325. 8. Similitudo ambitionis & temporis. 216. 6.

*AMIANTHUS.*

Eius conditio. 131. 8. Vid. *Asbeston.*

*AMICITIA, AMICUS.*

Cur annulo confertur Gygis? 453. 1. Stellioni? Pellicano? 10. Illi deficit fides. 1. Sub signo amoris pectoris vafrities 9. Vid. *Perfidia.* Specie amoris solùm favoris species. 10. Vera inter homines rara. 7. Qualis aulica amicitia? 1. Fidei defectus amico vulnus. 16. Sensibilior ab amico stellionatus. 12. Maiora vulnera, dum imagine falsa monstrantur corda. à 11. Patitur perfidiæ ictus, qui de amico non cautus. 12. Sine communicatione secretorum, suspicioſum amicorum contubernium. 94. 43. Propria incogitantia, amici perfidia. 44.

*AMOR.*

*Dei*, vide *Deus.* II. *Christi*, *Christus.* II. Amor lascivus, vid. *Venus*, *Voluptas.* Unde cognoscatur cœlestis, vel profanus? 61. 1. Tria amoris insignia. Ibid. Ocularijs amoris visio Numinis. 236. 9. Iniquitatis horror, fomes quo incenditur amor. 188. 12. Philtrum amoris quodnam? 65. 10. Amoris insignis modus voluntaria servitus. 350. 4. Insignia insignis amoris. 8. Incarceratus, quomodò in libertatem? 18. Unde captivitatem solvit, qui captivatur amore? 17. In quo amoris culmen? 350. 6. Vid. *Charitas.* Fabula Amoris & Neritis. 160. 2.

*AMOR PROPRIUS.*

Vid. *Affectio*, *Electio*, *Philautia.* Deaurata pestis, sentina vitiorum. 189. 1. Videt oculis clausis. 2. Error est, & amor errorum. 3. Sepe sub larva sanctitatis, ostentat virtutem, pingit vitia perfectionem, sed amando vanitatem 4 & 8. Ostenditur, dum magis occultur. 13. Fabula scitula de amore proprio. 9. Cur instar tympanismi, physali & bufonis? 11. Quilibet inhiat esse prima persona. 111. 3. Vid. *Cognitio sui.*

*AMORRHÆI.*

Quænam Nymphæ Amorrhæorum? 139. 11.

*ANAITIS.*

Quæ olim Dea? 528. 14.

*ANGELUS.*

Custos, cur dictus Iris? 553. 1. Officia erga clientes, atque gaudia de custodia 3. & à n. 13. Favor, auxilium & patrocinium. à 1. Gloria tutela. 7. vel pereuntium. 4. de quibus dolet. 6. Gloriam quomodò habent, si alumnos in gloria vident. 9. Unde ad ampliorem tutelam hominis, videre dicuntur faciem Patris? 8. Afflictio à Custodibus pharmacum vulnerum. 10. Per plagam sanatur excitas, ubi in felle reconditur suavitas. 11. Correptione corrigunt. 12. Semper Custos ad latus, estò repulsus. 13. Magis in custodiam vigil, si despectus à cliente. Ibid. Præsentia, custodia ac cura solatium miseris. 14.

*ANIMA.*

Conditio ac nobilitas animæ rationalis. 318. 29. Perfectio admiratione dicitur, ut cognoscatur. 573. 1. In sententia Ethnicorum anima non mancipabatur inferno, sed animæ imago. 366. 25.

*ANNULUS.*

Salomonis. 196. 3. Ioſephi. 25. 45-182. 11. Gygis. 453. 1.

*ANUBIS.*

An Beelphegor? Eius statua Magica. 205. à n. 24. Quodnam idolum & eius cultus? 529. 15.

*AQUA.*

Quænam vox & silentium aquarum? 370. 33. Quid sit terram & aquam petere? 524. 3. Conditio aquæ Soractis oriente sole? 494. 6.

*ARABIA.*

Bona Arabiæ felicis. 138. 9. Eius gemmæ pretiosiores. 10. Arabes cur excæcantur? 480. 34.

*ARBOR.*

*Crucis*, vid. *Crux* & *Christus.* Adami, vid. *Adamus.* Arbores olim ornabantur, & colebantur Numina. 30. 55. Ab illis lucernæ pendebant. Ibid. Floruerunt cunctæ nato Domino. Ibid. Arbores mirificæ amaritudinis, & voluptatis. 461. 5. Arboris *Tristis* conditio. 495. 11.

*ARGO.*

Navis ex lignis loquacibus. 620. 17.

*ASBESTON.*

Lapis ardet, semel conceptâ flammâ. 269. 4. Linum igne non absumitur, sed purificatur. 131. 8. Eius conditio singularis. 337. 14.

*ASMODÆUS.*

Quis & quę fecerit? 308. à 9. Vid. *Beelzebub.*

*ASPIS.*

Quare earum imagines in coronis? 181. 9. Aspidis albæ venenum cuiusdam conditionis? 550. 8. Cur somnum incutit, oculos fascinat, quin ictu signum vulneris non cognoscat? 11. Voluptatis symbolum. Ibid.

*AVARITIA, AVARUS.*

Quid sit? 147. 25. Eius currus. 21. Insatiabilitas. 18. Nec supplicijs compescitur. 19. Mater ambitionis. 22. Radix malorum & maximum malum. à n. 26-587. à 19. Cuncta subvertit. 143. 18. Cerbero similis. 31. Avaritia quæ servitus idolorum? 530. 17. Avaritia vox ambigua, & an avaritia bona? 150. à 31. Quantus avari labor! 20. Expetit priùs mori, quàm opus exui, invisus cunctis. 21. Unde illi mœror & dolor? 28. Cur parcus, porcus 21. Historiæ singulares ingenij & fatuitatis avarorum. 20.

*S. AUGUSTINUS.*

Eius vota qualia? 566. 4. In quo eius excessus amoris? 285. 12. Lactatur ab ubere, pascitur à vulnere. 625. 28.

*AULA.*

Vid. *Veritas* & *Ministri.* Exulat veritas ab aula, floretque adulatio. 245. 2. 338. à 1. Aula desiderat veritatem, sed sine libertate. 3. Eius infelicitas, dum abest veritas, cui odiosissima. 2. Ad veritatem aulæ curiositas 5. Labores præmia ambientium in aula. 298. 16. Aulæ gratia quàm ludicra, etsi adsint merita. 572. 18. Vid. *Gratiæ.*

*AURUM.*

Vid. *Divitiæ*, *Avaritia.* Aurum & aureum pro pulchro, spectabili, & speciosо. 153. 37.

## B

*BAAL.*

Propriè, quid? 527. 10.

*BABYLON.*

Murus eius celeberrimus. 538. 34. Suffossus. 35. Omninò eversa. 322. 35. Nec pulvis remansit ex illa, ignominiosè habita sub iugo Persarum. 37.

Gau-

# Rerum & verborum.


Gaudium Ierusalem de eius excidio. 35.

*BALSAMUM.*

Eius planta dono data Salomoni à Regina Saba. 139. 9.

*BAPTISMUS.*

Semper cum invocatione Trinitatis. 18. 31.

*BEELPHEGOR.*

Quodnam & cuiusnam idolum? 529. 15.

*BEELSEPHON.*

An statua Magica in confinio Ægypti, & quorsùm erecta? 205. à 24. An Anubis? 26. Eius effigies. 25.

*BEELZEBUB.*

Unde dictus? 306. 3. Cur Deus Musica. 4. Imago fuit Veneris. 6. Cuiusnam figuræ caput eius? 7. Cur dicitur Asmodæus, & princeps dæmoniorum? à 9. An Evæ tentator? ibid. An Salomonis, & pro eo regnaverit? 10. Cur Dis dictus & Plutus? Ibid. Eius oraculum qua arte responsa dabat? à 11. Eius statua Magica. 16.

*S. BENEDICTUS.*

Encomia. 501. 1. Cur dicatur Angelus? 15. Sol. 1. & 3. Summa illius virtutum. 3. Confertur Moysi. 20. & 24. Antevertit tempus in perfectionem. 2. Impedimenta nescivit ætatis. 3. Ex prima de voluptate victoria, sine sensu ad voluptatem. 5. Quàm fortis pugna, atque valida victoria! 6. Apparet in spiritu dormientibus. 7. Qualis in hoc miraculo gratia? 8. Rumpit solo aspectu ligati lora, patrans ex potestate miracula. 9. Modus miraculorum miraculis mirabilior. 10. Erat in mundo & in cœlo. 11. Quomodò? 12. 616. 9. Unde in illo ostensæ divitiæ gratiæ? 505. 14. Cur eius gloriâ summa, vel in hac vita? à 16. Sanus moritur & quare? n. 19. & 22. Quare illi erigitur thronus in cœlo? ibid. Quantus illi è cœlo plausus? à 20. Cœlum restituit, quicquid in mundo despexit. 23. In rogo Benedicti accendantur observantiæ lucernæ. 25. Habuit vitam Angelicam. à n. 4. Gloriosam. à 11. In morte de morte triumphavit. 506. à 18. & in cœlo thronum eminentem obtinuit. à 22. Quomodò speculum bonorum operum factus est mundo? 616. 8.

*BENIAMIN.*

Tribus continebatur sub tribu Iuda. 198. 10.

*S. BERNARDUS.*

Elogia. 613. 1. Pyramis Ecclesiæ. 2. Sol. 12. Speculum perfectionis. 8. Terror dæmonum. 5. A quo illis in ludibrium. 6. Illos cum illorum principe calcavit. 7. Diabolum pro rota currui substituit. 3. Quantum ex huiusmodi articulo opprobrium inferno! 4. Scientia Bernardi, unde? 1. & 17. Quare similis navi Iasonis? Ibid. Unde sensus illi sine sensu? 1. Quinque fuerunt talenta & pretiosa. 2. Quanta bona ex eius cæcitate voluntaria! 8. Quomodò cæcus & vigil? 10. In mundo ultra mundum. 9. Mortuus obedit. 11. Eius miracula sepelivit obedientia, quo insigniora facta. à 12. Perseverat, estò vita deficiat. à 13. Obedit potestati præcepti sine præcipientis potestate 15. Cessatio miraculorum, quantum miraculum! 11. Non ingenio Bernardi gratijs egentibus non favere. 13. Quanta miracula in Gerardi conversione! 16. Unde horum hic cognoscenda magnitudo? à 18. Illi cibus vulnus, quia esuriebat cœlestia. 22. Fovetur brachijs à Crucifixo. 23. Imago favoris huius. 24. Singulariter dignatur à Virgine, atque lactatur. 25. Adoptatur per lac. 26. Eius voluptas ab ubere matris, & vulnere Salvatoris. 28.

*BLASPHEMIA.*

Eius pœna. 356. 1. Vid. *Sennacherib, Rabsaces & Holofernes.*

*BUFO.*

Conditio, & cuius symbolum? 193. 12.

## C

*CABALA.*

Quid? 9. 17. Quæ vera? Quæ falsa? à 19. Progressus. 18. Differentiæ, & fautores. à 20. An Sibylla fuerit cabala? 264. 42. Vid. *Salomon.*

*CADAVER*: Vid. *Mors.*

*CADIVA.*

Quæ dicantur cadiva, & ex cadivis nascentia? 539. à 7.

*CÆCITAS.*

In & ex voluptate, vid. *Venus, Voluptas.* Variæ cæcitatis causæ. 467. 5. Ab inedia, & opilatione nervorum opticorum. 7. A nimio splendore. 8. & 34. Unde talpæ cæcitas 8. Cur in homine grave malum? 33. Quare mors in vita dicitur? 35. Cæcitas pro vita infelici. 36. Democritus sese excæcavit. 34. Etiam Arabes viso Mahometis sepulchro. Ibid. Cæcitas ex veneno. 192. 11.

*CALIGULA.*

Eius insolentia, insania, & argumentum pro sibi divinitate præsumpta, quo sibi templum erexit. 357. 3.

*CALUMNIA.*

Vid. *Perfidia.* Non pendit contrarietatem in verbis, sed tantùm occasionem proditionis. 458. 13.

*CAMBYSES*: Vid. *Persia.*

*CANCELLI.*

Qui dicantur cœnaculorum cancelli. 305. 2.

*CANDACE.*

Nomen Reginarum Æthiopiæ. 135. 1.

*CAPITULUM*: Vid. *Concilium.*

*CAPUT.*

Victi Ducis suffixum hastis ab hostibus. 592. 32. suspensum in muris, aut urbis portis. 33.

*CARO.*

Certamina carnis & spiritus. 61. 1. Corruptela motum in carnis-privio. 2. Nunc ritus & cultus libertatis Ethnicorum in Bacchanalis. 3. Triumphus hoc tempore inimicorum animæ. 4. Cur tunc passio Christi recolitur, ac in Eucharistia ostenditur? Ibid. Actus sacramentalis in carnis-privio, quæ personæ, cultus, scenæ? 6. Tunc Christus destruit mundum, carnem & dæmonium. 12. Christi præsentia, mundi gaudia videntur stultitia. 16. In cœlum assumitur, qui à delicijs sæculi removetur. 17. Discrimen tunc sagittarum mundi, & Christi. Ibid.

*S. CATHARINÆ.*

Unde mirabilis & Cherub humanus? 332. 2.

*CAUSIDICI.*

In illos cavilla. 457. 13. Cur dicti Rabulæ, & infernales furiæ? 302. 9. Totum vox, nihilque præterea. 432. 3. Illorum descriptio. 302. à 9. & 14. Cur onocrotali, locutuleij? 10. Lingua bisulca, & sine fronte audacia. 12. Quicquid dicunt blateratio & vacuitate cerebri. 13. Illorum embolia, queis fingunt leges, rapacissimi, excitantes homines in fu-

totem. 14. Quomodò furiæ in illorum corde? 451. 1. Quanta mala ex tabularum existentia, corruptentium veritatem! à n. 2. Non cogitant de conscientia, nec de fama, fingentes leges ad libitum. 4. eorum vertigo in legibus. 6. Maligniſsimi, in quibus cuncta ac cunctorum peccata. 8. Perfidi, fures cum tergiversatione consiliorum. 9. & 12. illorum statera fallax, & iudicium mendax. 7. Apud illos legum species, non leges. 8. Illorum studia in leges qualia? ibid. Venale genus & lingua. 13. illorum conditio, pravitas, ac sine pœna libertas. 1. & 3. Legunt iura iuxta commoda. 10. Estò cognoscant fraudem, ingerunt dolo dolis protectionem. 11. Cur in litigantium manibus, tabularum intellectus? 12. Quando intellectus illorum non habet verbum? Ibid.

*CENSOR.*

Insigne Censoris; statera. 69. 1. Etiam secures, sed ligatæ. 542. 5.

*CERVIX.*

Dicitur tam gula, quàm nodus capite. 250. 11.

*CHARADRION.*

Eius conditio, & cuius emblema. 278. 13.

*CHARITAS.*

Vid. *Amor, Christus, Deus* otiosa tabescit. 479. 31. Cur maior charitas, vitam dispendere pro alterius temporali vita, quàm pro æterna? 351. 8. Qualis charitatis imago? 281. 1. Decus charitatis, dum in reconciliationem quæritur inimicus. 544. 8.

*CHORUS.*

Vid. *Monachus* XI. *Oratio.* Gloria chori ex voce & mente. 288. 2. Ibi vana cogitatio ruina animarum, & conversio in conditionem dæmonum. 6. Quomodò dirigenda vox laudis? 9. Circunspectio ibi præsens, curiositas absens. 5.

*CHRISTUS.*

I. Oraculum apud Ethnicos de eius adventu. 264. 43. Unde inter homines maior maiore? 225. 3. Non fuit propriè propheta. 253. à 19. Indefessus in munere Redemptoris. 294. 7 Totum desiderium nostrum. 16. 28. In cunctis est Christus. si tantùm intenditur. 234. 5. Qua causa confertur eius præsentia Soli? 6. Cur Angeli desiderabant natum. 500. 13.

II. *Amor Christi.* Quo sensu ac philtro corda hominum ad se traxit? 65. à 10. Illi præ amore vel magna videntur modica. 71. 7. Quàm pronus in homines! 238. 14. Nihili ducit tormenta præ amoris flamma. 566. 2. Modus amoris est excessus in amore. 349. à 4. Amat propter amorem. 9 Omnis qui ad omnes, etiam ad singulos. 13. Nulla morula in eius beneficentia. 296. 12. Quàm prompta gratia. 444. 5. Fovet ingratos non semel offensus, conferens gratiam, vel accipiens iniuriam. 543. 6. Amor quantus & in quo vel offensus? 2. Vulnerantibus aperit gloriosè pectus. 9. & 17. Unde eius amoris summa? 9. Eius vulnus amori ostensio collatæ gratiæ. 459. 16. Unde eius amori dolor. 354. 16. Solamen amoris Christi pro hominibus pati. 599. 16. Excessus, suscipere servitutem propter horum libertatem. 350. 5. Homo quò magis à Christo gratijs fotus, magis ingratus. 57. 6.

III. *Conceptio Christi*, vid. *Incarnatio.*

IV. *Nativitas.* Ut Sol visus, priusquàm natus. 492. 1. Cur radij nascentis non videntur à cunctis? 2. Quare si omnibus ostenditur, non omnibus nascitur? 3. Fervidos fovet, negligentes negligit. 4. Sine dispositione cordis, eius natalis inutilis. 5. Non vident eius in nativitate mirabilia, quorum indispositа corda, unde ex cordis inflammatione elucet Christi natale. 6. & 7. Quæsitus invenitur, si corde quæritur. 8. Advenit, ubi cor pœnitet. 9. Cur eius nativitas signata per flammam? 6. Quare ad eius adventum cor ardeat, & in adventu tepescat? 10. Imago temporis nativitate Christi. 29. 53. Horoscopus. 57. Miracula in eius nativitate. 58. Arbores florberunt. 54. Templum Romæ corruit. 59. Pavet Augustus, ibid. Per eius nativitatem exuit homo servitutem. 364. 20. Cur ex eius natali tanta festivitas orbi? 497. 5. Quot ex illo beneficia? 9. Mirabilia? 4. Terra flores germinat. 487. 4. Nascitur quo ordine & tempore? 497. 3. In hominis salutem à 6. In mundi illuminationem. 2. & expulsionem dæmonum. 10. Tunc expressit summi amoris demonstrationes. 11. Unde & quare gaudium Angelorum? 12. & 14. Nascitur salus mundi, lætitia cœlorum, & terræ gaudium. 1.

V. *Circumcisio.* Gaudium ex vulnere. 241. à 7. Vid. *Martyres.* Eius per legem servitus in hominum libertatem. 567. 6.

VI. *Nomen Iesu.* Unde dulcissimum & sacratissimum nomen? 15. 27. Eius effectus & virtus. ibid. Quo iure vocatum? 28. Sonus nominis tantùm præut nomen est. nullius virtutis. 25. & 30. Virtus non invocatione, sed in invocatione. 28. Nihil in nomine veneramur, nisi significatum per nomen. 29. Nomen Iesu non est eius imago. 30. Frigida & futilia somniata de nomine Iesu. à n. 24. Vid. *Deus.* I.

VII. *Epiphania*: Vid. *Gentilitas.*

VIII. *Triumphus in die Palmarum.* Triumphi forma Ierusalem ingredientis. 566. 4. Unde triumphus ante pugnam? 5. & 19. Dum certamini properat, de morte triumphat. 7. Quomodò perfecit incipiens? 8. Qua arte tunc vicit diabolum? 10. Unde ex ramis expressa eius divinitas & maiestas? 11. Triumphus humani generis ex hoc triumpho. 13. Umbra in palma. 15. Cur triumphi huius gloria desijt in vulnera? 17.

IX. *Passio.* Quanta à mundanis Christo ludibria! 636. 12. Pravi parvi pendunt sanguinem eius. 153. 36. Liberras generis ex captivitate Redemptoris. Quo ingenio? 567. 6 Exigua Christi amori tota passionis tormenta. 2. Passio Christi scutum cordi. 62. 4. Dæmonis & mundi ruina. 12. Cur Christi flagellatio, tota passio quasi in compendio? 594. 3. Quare coronatur, dum flagellis cæditur? à 3 Per passionis plagas claruit sanguinis pretiositas. 9. Cur Moysi ostenditur cum insignijs passionis? 577. 10.

X. *Mors.* Se Christus morti obtulit, ut hominem liberaret. 565. 1-352. 11. Quia morti occurrit, illam vicit, priusquàm pugnaret. 568. 9. Servitutem victoriâ solvit. 7. Summum fecit & perfecit. 2. Illo morientè Probatica aruit. 27. 49. Et columba exivit è Sancto-Sanctorum. 599. 16. Non viveret homo, ni moreretur Deus-homo. 419. 20.

XI. *Resurrectio.* Cur resurrectioni miraculum non creditum, estò visum? 226. 6. Gloria resurrectionis ex morte crucis, quare propria Christi dicitur gloria? 568. 8. Quare in signum gloriæ ostendit Christus manum & lateris vulnera? 355. 20. Quare vulnerum servavit vestigia, quæ non dicta vulnera, sed cicatrices vulnerum? 544. 9.

XII. *Ascensio.* Quo pacto in gloria ascendentis visa magnetis conditio? 230. 18 Unde secum homines tulit. 11. & 574. 4. Qua arte traxit? ibid. Data servis corona triumphantis. 570. 13. Eius victoria unde completa? à 14. Cur dicitur divina? 16. Triumphus ascendentis in cœlum, & unde gloriosior? 16. Humilitas eius exaltatur à cœlo. 277. 10.

# Rerum & verborum.


*CLEMENTIA* : vid. *Misericordia.*

*CITHARA.*

Quid sit cithara citharædi? 262.38. Cur symbolum regiminis? Ibid. Quid cithara Orphei in manu inepti? Ibid.

*COELUM.*

Nugæ Rabbinorum de cœli foramine. 10. 18. Præcepta cœlorum sunt ordo naturæ. 22. Quomodò cœlum stat pulvere? 628. 6. Quàm copiosa iustis in cœlo merces! 38.5. Qualis in terra vita cœlestis? 269.3. Nulla societas mundi & cœli. Ibid. Cur non amantur cœlestia? 235.8. Cur cœlum dicitur tartarus? 181. 9. Cur in thronis pictum cœlum? 8.

*COGNITIO SUI.*

Symbolum in spongia. 193. 12. Est via sapientiæ ac perfectionis 13. Vid. *Amor proprius.* Fructus cognitionis propriæ. 625. 1. Vid. *Humilitas.*

*COMA.*

Inventione comarum evacuatur auro regnum. 55. 17. Coma fœminarum dicata cur templis? 167.2. Vid. *Fœmina.*

*CONCILIUM* : vid. *Consilium.*

*CONCIONATOR.*

Unde deliret? 438. 2. Quid si deserit necessaria sectans superflua? 1. Unde orationes futiles? 3. Prudentia illi necessaria, sicut exemplum à 5. Quandò fulget lux sine splendore? 7. Conversio cordis ab exemplo concionantis. 10. Futile concionatur, si virtutis absit decor. 8. & 12. Vid. *Prædicator, Consilium.*

*CONCUPISCENTIA.*

Vox ambigua ad bonum & malum. 151. 32. Vid. *Venus, Voluptas.*

*CONFESSIO.*

Ni ore, non fit ad salutem. 443. 1. Dici debent peccata præut sunt in conscientia. 2. & 8. Exponens languorem, nanciscitur sanitatem. 5. Qui cæcitatem, lumen; qui nigredinem, candorem. à 6. Errati medicina confessio. 8. Quæ dicatur aqua confessionis? 11. Ni clarescat culpa, recedit gratia. 7. Dolore confessionis expellitur dolor. 10. Nocent crimina abscondita, sicut intima vulnera. 9. Modus confessionis optimus. 83. 443. 1. Idem criminum confessio, ac animæ pulchritudo. 2. Qua maculata, speciosa. 3. Peccatoris lingua medica. 5. Peccata quæ confessione aperit, operit. 14. Silent peccata confessa, non confessa clamant. à 11. Sæpe peccatores ad confessionem tanquàm lapides. 10. Fugiunt à fonte, quo lavantur crimina. 4. Quando confessarij aulici, pœnitentes sunt illusi. 15. Frustrantur proposito. 13 Ad lavacrum accedunt, ut conspurcentur. 15. Utquid Olim dæmon ethnicos urgebat in criminum confessionem? 13.

*CONOPOEUM.*

Quid sit? 591. 31.

*CONSCIENTIA.*

Confitenda peccata, præut sunt in conscientia. 8. 3. 443. 2. & 8. Iudicium conscientiæ, vid. *Iudicium*, II. Conscientiæ examen proficuum. 47. 14.

*CONSILIUM, CONSILIARIUS.*

In Deorum concilio quale consilium? 106 3. In concilijs amor & odium nonnunquàm personata. 5. Vid. *Electio.* Adulatio in consilijs exitu amara 245. 2. Principibus pravis veritas videtur ministrorum malignitas. 5. Apud illos neutrum licet & tacere & dicere veritatem. 4. Sæpe ministri in consilijs sibi consulunt. 71. 7. Bono consulant publico, non privato. 8. Princeps prior in concilio non proferat sententiam. 9. Vid. *Ministri.*

*CONSPICILLA.*

Orbiculata, cuiusnam effectus? 224. 14-331. à 12. Varia genera, & quorsùm? 236. 10.

*CONTRITIO.*

Vid. *Pœnitentia.* Vulnera criminis curantur dolore cordis. 316. 23. Christus muneri contritionis derelinquit munus iudicijs. 43. 3. Nulla in clementia miseratio, ni criminis accesserit pœnitudo. 14. Contritio à crimine, ni perfecta, quasi nulla. 321. 33.

*CONVERSIO.*

Sine resipiscentia, nulla. 88. 29. Unde iam conversus amat, quod corditus oderat? Ibid. Cur conversio contrito corde, opus mirabile? 550. 7. Conversio pro favore & auxilio. 88. 29. Pro permanentia cordis conversi. 30. Vid. *Cor, Pœnitentia, Peccator, Contritio.*

*CONVIVIUM.*

In illis proponi mos olim varia ænigmata. 124. 6 Qua arte mensa in illorum expositionem? Ibid.

*COR.*

Varia ocularia, queis cor videt & amor fallit. 236. 10. Cogitationes sæpe iuxta cordis qualitates. 403. 11. Quare, quomodò, & unde in peccatore cor durum? 638. à 18. Victima pectoris sine corde, malum signum. 287. 2. Cordis fuga in voce orantis pessima. 3. A corvo victimæ cor raptum. 12 A pravo corde accepta, irridentur vel miracula. 404. 12. Vid. *Affectio.*

*CORONA.*

Graminea, cur cunctis nobilior? 207. 30. Quare à toto humano genere Christo data? 570. 13. Qualis intuitus in concessione coronæ civicæ? 568. 9. Coronæ olim heri merebantur per servos. 13. In sacris certaminibus corona victoris non sibi, sed patriæ. Ibid. In triumphis coronam portabat servus. Ibid.

*CORRECTIO, ET CORREPTIO.*

Tunc correctionis tempus, dum effervescit peccatoris animus. 384. 5. Correptione tempestivà acquiritur mentis commotio, cordis conversio, & ad pœnitentiam utriusque submissio. 6. Cur corrector confertur Auroræ? 7. Correctio frustratur, si corrector ridetur. 8. Non, vel supplicium digno rectum, ni à corripiente directio intendatur cordium. 131. 6. Non sit pœna ex muneris potestate, sed ex lege. 604. 10. industria prudentiæ qualis in punctione correctionis? 11. Haud facilè corrigitur, cui placet error. 12. Amoris flamma simulatur irà. 14. Modus qualis ut correptio sit correctio? à 13. Crimina pœnis luenda sed sine vindicis iracundia. 15. Vid. *Præses.* II.

*CRUX.*

Historia crucis Christi. 24. à 44. Varia signa ligni crucis. à 52. Signum crucis antiquissimum. 45. Figuratum in litera. T. 43 & 53. In Herculis clava. 51. In arbore Penthei & Medeæ, in lancea Amphiarai, Achillis, & Romuli. 51. In manucodiata, & Motacilla. 53. An ab arbore vitæ, vel scientiæ boni & mali? 46. Præciditur à Davide, & apparet in Probatica. 49. Absconditur à Salomone. Ibid. Signo crucis reverentia apud Romanos. 50. Apud varias nationes 51. Apud Ægyptios figura præstantior. 44. Vehiculum dicebatur spiritus mundi. 45. Ab hoc signo iudicabatur vita futura. 44. Mundus pictus sub cruce. 45. Figura crucis in pectore Serapidis. 43. In annulo Pharaonis. 45-133.

12-182 11. A cruce virgæ Moysis & Aaronis thaumaturgæ. 25. 45. Unde hæ virgæ? 46. Crux Christi lignum vitæ, salus ægris, efficax remedium mortis. 323. 1. Primævi vulneris medicina. Ibid. Illa Christus humana corda convertit, ad se traxit. à 2. Per crucis medicamina sanavit vulnera. à 3. Signum felicitatis & salutis. 4. & 6. Ex illa potissima dona. 5. In venabula scutum, oblivio cruciaminum, & abolitio malorum, cum detersione macularum. 7. Lignum crucis sine Christo inutile lignum. 9. Unde lignum aureum? 10. A Christo accepit virtutem adversus mortem. 11. Mirum, si lignum vitæ, quod lignum lethi. Ibid. *Crux pro mortificatione.* Crux propria portanda, non aliena. 233. 4. Crux in sensuum crucem. 29. 53.

*CUBESINDA.*

Quisnam ludus? 539. 37.

*CUPIDO.*

Cur sine corpore? 65. 9. Eius descriptio. 547. 1. Eius faculæ conditio. 564. 12. Vid. *Venus.*

*CURIOSITAS.*

Otiositatis filia, & loquacitatis mater. 399. à 1. & 13. Descriptio. 4. Curiosus, pravus & malevolus. 10. Præceps in temeritatem. 13. Dum curiositate quæritur aliena macula, apparet propria stultitia. 6. Vid. *Monachus.*

*CURTIUS.*

Marci Curtij devotio. 548. 3. Eius descriptio. 565. 1. Quare huiusmodi facinus? 548. 3.

*CYRUS.*

Quis, quomodò nutritus, & in regem Persarum evectus? 412. 4. Qua arte ab illo capta Babylonia? 1. & 538. 34. Decretum de libertate populi, & ædificatione templi. 412. 3. Illi mortem prædixit caput Orphei. 363. 17. Occiditur. 43.

# D

*DAGON.*

Imago Veneris cum capite piscis. 307. 7.

*DARIUS*: vid. *Persia.*

*DECEPTIO.*

Maximus error decipi ubi cogitat animus collimare. 244. 2.

*DECIUS.*

Mus devovetur Manibus. 567. 7.

*DELICIÆ*: vid. *Voluptas.*

*DEUS.*

I. Nomen Iehova quantæ virtutis! 12. 21. Nomen Dei additum rebus excellentiam vel magnitudinem dicit. 261. 36. Unde Dei nomen dicitur ineffabile? 15. 26. Quæ singularia eius mirabilia? 10. Cur dicitur lux sine tenebris? 484. 43. Cur imago Dei apud Ethnicos ex crystallo? Ibid. Hyeme dormire, commenti sunt, & quare? 493. 4. Mens Dei lex est. 6. 10. Verba Dei nequaquàm irrita. 85. 24. Eius promissiones interdùm conditionatæ: & unde constet conditio? à 21. Concursus eius prævius & simultaneus in opus bonum. 27. Quomodò seducere dicitur? 41. & 51. Quomodò cognoscit futura contingentia? 50. Utitur creaturis, præut vult. 5. 10. Vid. *Potentia obedientialis.*

II. *Amor*: eximius, dum filium suum pro homine non pepercit, sed morti tradidit. 71. 5. & 9. Quantà in peccatores patientia! 546. 14. Quàm liberalis! 296. 11. Non cursu, sed volatu descendit gratia. Ibid.

III. *Clementia.* Ut auferat crimen, immittit tribulationem. 317. 27. Respicit vulneratos, ne vulneratos respiciat. 279. 14. Eius maiestatis gloria è remissa iniuria. 543. 7. Mirum in Dei pietate supplicium. 621. 19. Eius pietas quanta! Ibid. Vid. *Iustitia.* Erga peccatores munus sumit medici. 632. 4.

IV. *Iustitia.* Dum peccatum punit, benignè parcit. 639. 20. Ab illo vulnera vulnerum medicamina. 10. Mortificat, ut corda convertat. 130. 4. Vexat in puritatem animarum & rectitudinem cordium. Ibid. & 7-235. 7. Eius ictus amoris vulnus. 389. 6. Sanat dum vulnerat. 556. 10. Diligit vel dum plectit. 601. 4. Gravitas pœnæ in expulsionem culpæ. 5. Non pro delinquente, sed pro crimine. 7. Plectit, ut salvet. 15. Terribile Dei iudicium, dum sine præsenti iudicio grave prætermittit peccatum. 631. 2. Extrema remedia adhibet extremis morbis. 319. 30. Quomodò fegerit erga reprobos? 635. à 11. Maior eius indignatio, ubi nulla indignationis ostensio. 8. Relinquit pravos vivere ad lubitum. 11. Replet bonis temporalibus. 12. Amovet tribulationes. 13. Permittitur peccatorum ignorantia. 15. Etiam verbum Dei non audire, vel prædicatores non loqui. 16. Exultant cæcitate. 19.

V. *Gratia.* Fugit, ubi peccator in criminibus persistit. 86. 26. Conversio Dei in homines, pro gratia & auxilio. 29. Ordo gratiæ & liberi arbitrij in meritum. 30. Quomodò voluntatis humanæ & gratiæ cooperatio? 32. Quomodò nolentem gratiâ Dei efficit velle? à 36. Quomodò Deus fingit vasa in contumeliam & honorem? 42. Summa celeritas ut peccatoribus conferatur gratia? 296. 12.

VI. *Præsentia.* Quomodò in cunctis videndus Deus? 235. 6. Dei præsentia animæ quàm necessaria! 232. 1. Quàm mirifica! 14. Excutit cuncta mala. Ibid. Est via in gratiæ perfectionem, & stimulus in gratiam. 13. In labore quies. 7. Dei præsentia vox miranda. 14. Deus semper in pressuris amanti præsens. 7. Non colitur ritè Numen, sine eius præsentiq cogitatione. 12. Cur dicitur sempiterna lex? 22. 40. Cur Dei præcepta dicantur conspicilla? 235. 8.

*DIANA.*

Eius Ephesi templum. 75. 1.

*DICRÆRON.*

Conditio huius avis, ac veneni. 345. 9.

*DIES.*

Acceptiones huius vocis, & qui dies hominis, & dies cœli? 485. 45.

*DIGNITAS.*

Vide *Electio*, *Affectio*, *Præses.* Deteriores successores ad munera eliguntur, ne pravi eligentes cognoscantur. 112. 5. Commoda duntaxàt in successoribus eligunt. 7. Dignus dignitate apparet, qui digniori cedit. 12. Qui non adæquat meritis, indignus muneris. 13. Dignus respectu dignioris, indignus. 14. Dignus authoritatis, quem priusquàm eligatur, eligunt dotes. 15. Indignitas electi constat fortunâ electrice. 118. 4. In throno acephalus, honoris indignus. 15. Ars Præsidis aulici in munerum distributione. 329. 6. Munus ex favoris gratia, conferentis dependentia. 3. Qui magnus videtur in honoribus, profectò maximus. 277. à 11. Dalice.

licatula dignitatis maiestas. 581.6. Honoris decus, gravissimum onus. 177.1. Urgent interdùm & labor & timor & dolor. 3. Nonnunquàm pondus & pondus, lapis oneris, pondus & vulnus. à 4. Cur in dignitates influit Saturnus? à 9. Solium sepulchrum, dignitas crux, imò mors. à 10. Malum habere, peius adorare dignitatem. 14. Cur dicitur & ducitur dulcis in illa labor, & suavis dolor? à 13. Dignitatum distributio Præsidis prudentis pressio. 329.5. Meritis dignitates non deficerent, si darentur meritis. 6. Dum obtinetur dignitas, floret indigni ambitiosi vanitas. 13. Unde exauctoratorum fletus? 215.4. Cur dignitas confertur fumo? à 3. Pharmacum in huiusmodi fictum. 11. Honoris dignitas, ambienti vitalitas; sine qua moritur. à 7. Cur exitus dignitatis plenus formidinis? 418. à 1. Magnum, honorem deponere, atque auctoritatem aversari. 275. 3. & 5. Vid. *Merita, Indignus, Præses.*

*DIVITIÆ.*

Discrimen opum & divitiarum. 141. 15. Olim non erant aurum & argentum. 18. Fomes malorum. 22. Ex auro noxiorum vincula. 24. Divitiæ sumptæ pro gloria, militia, ac rerum copia. 17. Mors per illas, atque vita in fuga illarum. 19. Vermis illarum superbia. 29. Cur conferantur Cerbero? 31. Cur metalla pretiosa discriminatione custodita? 36. Divitiæ Maris Rubri collectæ ab Israelitis. 206. 26.

*DOLOR.*

Cur nimius excæcat, & cæcum illuminat? 468. 8. Sub specie doloris felicitas beatitudinis. 573. 1. Vid. *Tribulatio, Gloria.*

*DOLUS.*

Quid bonus, & quid dolus malus? 95. à 46. Exempla varia. Ibid. Feliciores doli, sub religionis specie. 357. 4.

*S. DOMINICUS SILENSIS.*

Splendor decorque Hispaniæ, cuius nomen à Deo. 224. à 1. Fulmen Agarenis. 14. Templum eius cur mirificum? 2. Unde Dominici magnitudo? 4. Gratiæ eius inenarrabiles. 2. Contulit Hispaniæ libertatem, ac restituit religionem. 5. Cur eius miracula dicantur incredibilia? à 6. Vel visa, videntur somnia. 8. Imò insania. 9. Per illum reclusus in lucem prodit, & ligatus sine obicibus incedit. 10. Qualis in illo miraculorum potestas, atque virtus potestatis? 11. & 26. Reficit sine refectione captivos, & unde tanti miraculi summa? 12. Facit ambulare catenatos super aquas. à 13. Liberatos non tantùm facit currere, sed volare. 17. Illuminat in tenebris cæcutientes, & obcæcat hostes. à 14. In nomine eius captivus liber socio confert libertatem. 18. Eius prodigiorum magnitudo ex miraculorum instrumento. 19. Ligno contrivit ferrum. 20. Cur Christi miracula, miraculorum Dominici specimina? 21. Quomodò per illum perfecta libertas, & quæ libertas obsequiosa captivitas. 22. Cunctorum rapuit corda. 23. Eius baculus thaumaturgus. 24. Quomodò illi virtus magnetis ad collationem libertatis? 18. Cur trinâ coronâ donatus, & quænam tertia corona? Ibid. & 16. Quanti Dominici nomen! 18.

*DUODECIM.*

Numerus mysticus, à sacris & profanis ad magna usurpatus. 204. 23.

## E

*ECCLESIA.*

Quid apud Hebræos dicatur Ecclesia? 540. 39.

*ELECTIO : ELECTOR.*

I. Varij ritus in electione ac constitutione Principum. 200. 12. Regis Taprobanæ, & Episcopi Herbipolensis. 13. Ducis Corinthi. 12. In electionibus etiam pravis fors felix dicitur pax. 110. 9. Non iudicium, ubi ex affectu suffragium. 512.8. Vid. *Factio, Patria.* Quænam in electione frequens hypocrisis? 518. 6. Prudentibus ludibria, quæ affectis Numina. 8. Si aversio cordis, ad electiones homines calcantur insignes. 9. Sit respectus meritorum, non personarum. 15. Perperàm eligitur, si non ratio, sed voluntas suffragatur. 105. 1. Mala electio, ubi duntaxàt dilectio. 110. 2. Ratiocinia malevolentiæ in expulsionem digni. 5. Nunquàm à pravis elevatur, qui à Deo eligitur. 10. Electio dignioris fit, ubi dignus separatur à se. 11 Indignus eligitur, ut dignus mortificetur. 12. Excellit, qui ad electionem excellentiorem cognoscit. 14. Electio ex approbatione ac voluntate fœminæ, insania ac impudentia cum errore. 119. à 8. Suffragium ambitiosi quomodò vagum? 11. Eliguntur monstra. 14. Pignus tartaro improborum electio. 133. 13. Quinam & quales detestabiles de electione successoris intuitus? 220 4. Unde constet merita vel demerita eligendi, vel electi? 275. 5. & 11.

II. *Electior.* Vanitas vocalium à Præside pravo fautorum. 105. 1. Nocent prudentiæ decretis plures vocales. 4. Unusquisque sibi consulit. 8. Maligno electori merita sunt flagitia. 111. 4. Eligunt deterioris conditionis; ne obices sint digni, in ascensus superioris dignitatis, & ut ipsis regentibus sine regimine neque pondere regant. à 6. Inhiant commodis, & morum relaxatione. à 8. Quæ in propositum embolia, quæ Deus ridet? 12. Amor & odium pessimi electores, ac sine iudicio. à 2. Intuitus pravorum in suffragijs. 117. à 1. Suos extollunt, dignos deprimunt. 6. In exitu mortis serò reformantur vocales. 15. Vid. *Dignitas, Præses, Factio.*

*EUCHARISTIA.*

Symbolum in mensa Trimalci, & mensa ænigmatum expositiva. 124. 6. Quantæ demonstrationes amoris Christi, dum magis mundus consulit insaniæ? 62. 3. Calix mundi despicitur Salvatoris calice. 13. Respondet in Eucharistia hominum amori, quorum corda rapit. à 6. Insipidæ mundi deliciæ coram cœlesti pane. 9. Potus salutaris, ubi mundus propinat vasa mortis. 13. In quo Christi calicis charitas? 14. Cur ex sanguine Christi novum vetus testamentum? 18. Quomodò in Eucharistia præsentia, ac præsentis memoria? quomodò etiam substantia & figura? 19. Per Eucharistiam Christus & homo unum mirificâ unione. à 20.

*EULALIA.*

Cur adinstar rubi Horeb? 598. 11. & 15. Phœnix singularis bibit ignem. à 10. Cur illi ignis pabulum & refrigerium? à 12. Eius ignis in idola, & tyrannorum decreta. Ibid. Cadaver in cruce, vestitur cœlitùs nive. 15. Eius anima in specie columbæ. 17. Miri flores in arboribus iuxta Virginis sepulchrum. Ibid.

*EUPHRATES.*

A Cyro sectus. 411. 1-538. 34.

*EXERCITUS.*

Vide *Xerxes*, & *Holofernes.* In eo equites sagittarij & gravis armaturæ. 524. 4. Ordo expeditionis Sennacherib. 358. 6. Exercitum exarmarunt mures agrestes. 5. Consumptus igni mirabili, & ubi? 42. & 47. Ignominia fugit, & interfectus in templo Nesroch à filijs. à 43.

# Index Generalis.

## F


*FACTIO.*

Vid. *Affectio*, *Dignitas*, *Electio*. Factio affectio sine iudicio. 510. 3. Factiosi vanitas, ex qua rationis deformitas. 9. Diligit phrenesim, & gloriantur furiosi de delirio 10. Factione videntur assumpti in thronum, qui nati in risum. 11. Cur ab illis quæ deliria, vocitentur mysteria? 18. Quanta cæcitas, & unde? 119. 7-518.4.

*FAMA.*

Vid. *Honor*. Fama super omnia bona, si bona fama. 142.16. Maxima gloria, si maior famâ. 4. & 12.

*FATUA.*

Dea, quæ? 254. 22.

*FEBRIS.*

Ut Dea culta. 303. 11.

*FELICITAS.*

Vide *Fortuna*. Insidiosa. 132. 10-194. 2. Nulla maior calamitas, quàm sine ulla infelicitate felicitas. 485. 45. Felicitatis extremum in præcipitium. 11. Cur felicitas per crucis signum & summa pressura cum infelicitate per geminatam crucem? Ibid. Felicitas nimia morum corruptela. 13. Duplex felicitas impossibilis. à 11. Cur felicitas picta cum lancea? 14. Ubi infelix felicitas, felix calamitas. 128.1. Vid. *Salomon*.

*FIDES.*

Sine operibus mortua. 84.22. Cur signata per dextram? 454. 3. Qui protrahunt ad fidem converti, non convertuntur. 429. 43.

*FILIUS.*

Cur dicitur lucerna ac columna familiarum? 78. 8. Mores parentum in filijs. 305. 1. Filij in matrem, pravi filij. 106.2. Filius pro genero, & quare? 80. à 11.

*FLAGELLUM.*

Cur imperij symbolum? & quare in curru triumphantis? 183. 14-595. 4.

*FLAMEN.*

Dialis non poterat ritè tangere fermentum, farinam & fabam. 157. 44.

*FOEMINA.*

Mala pecus, & ruina generis. 166. 1. Otiosa timenda & quæ vaga furibunda. à 5. Quàm noxia mutua illarum conversatio! Ibid. Illarum studia, & vanissima colloquia. 8. Nil agit famula ac filia, nisi quæ mater & domina. à 9. Dos filiarum domesticum genitricis exercitium, cui colus & fusus formæ decus. à 11. In quę tormenta fallax inducat fœminæ gratia! 14. Sub eius forma dæmon. 4. Quantus labor ex illarum victu! 4. Sine ornatu fœmina moritur. 55. 18. Lex Dei fœminis ludibrium. 1. Quæ vitia communia fœminis? Ibid. Ætatem inficiantur. 7. Ni pareant, imperant. 195.2. Tacere non possunt. 372. 37.

II. *Ornatus illarum*. Bellum domi, quæ studet ornatus curiositati. 168. 7. Quod in puellis scandalum, vetulis propudium. 9. Deliria in cultu. 52. 10. Ex pigmentis decor sine decore. 3. Fucis & fucis, species evanescit venustatis. 6. Ad ornatus insaniunt. 3. & 10. Apparent horribilia monstra. 8. Dæmones bipedes. 13. Quò magis elegantes, horribiliores. Ibid. Similes equis, locustis loricatis, leonibus, scorpionibus. 53. à 12. Mari. 171. 14. Modestia sit earum pulchritudinis speculum. 49. 2. Quomodò illæ speculum novissimorum? 167. 3. Pulchra videtur, quæ non videtur, cuius decor ex pudore. 49. 2. Decipiuntur pulchræ in ipsa resipiscentia. 8. Abdicunt pro decore subsidia vitæ. 9. Adorant semper incommoda. 327. 3. Cur matris exercitia filiabus loquacia? 170.12. Imago recti regiminis matris-familias. 11. Fœminæ interventio in electionibus sine iudicio. 119. 8. Quàm pertinax & delirus ambitiosus affectus, estò cognoscat delirium! à 10. Fœmina serpentem peperit. 553. 15. Herculis præ fœminæ amore proiectio. 195.2. Lascivia cuiusdam fœminæ etiam diabolo intolerabilis. 553. 15. Vid. *Venus*. Qui à fœmina interfecti? 583.11. Virtus fœminarum. Ibid. & 33.

*FONS.*

Iovis Dodonei. 563. 11. Virginitatis. 188.11. Epiri. 161.4. Debris. 271.10. Memoriæ & oblivionis. 63.5. Fontes in Oracula, vid. *Oraculum*.

*FORNICATIO.*

Unde vox? 525. 11. Cur idololatria dicitur fornicatio. 9. Pro quolibet flagitio. 11. Pro societate, aut comercio civili. 13. Fornicatio illicita iure naturæ. 12. Vid. *Idololatria*, *Gentiles*, *Venus*.

*FORTUNA.*

Vide *Felicitas*. Embolium insigne dæmonis in sortibus fortunæ Prenestinæ. 310. 13. Cur culta fortuna Redux? 376. 48. Quare disidet à virtute? 466. 1. Vid. *Virtus*. Fortuna cum superbia in eadem ara. 579. 1. Fortuna varia. 10. Mutila, vitria & aurea. 172.3. Cur dicta mala? 134.14. Duplici facie. 640.20. Cum timore. 214.1. Cur maxima, extrema? 133.12. Fortunà hebetatur hominis intelligentia 9. Cur dicta principalis Parca? 10. Cur nimia timenda? Ibid. Si aliquando eligit, semper (ut rideat, & ludat) indignum extollit. 118.4. Vid. *Indignus*.

*S. FRANCISCUS ASISSIAS.*

Quàm humilis! 625.1. Collocatur inter Seraphim. 2. Eius cadaver erectum. 352. 10.

*S. FRANCISCUS DE PAULA.*

Quia minimus, maximus. 625. 1. Maior in regno cœlorum. 2. Ascendit quò non plus, quippè æqualiter descendit. 3. In pusillo magnus, & maior inter maiores, unde celsitudo summa. à 4. Nihil se dicebat. 5. Quia usque in pulverem pronus, usque in cœli fastigium elevatus. 6. Fertur super fructus, & quare? 7. Habebat præ humilitate pondus corporis sine pondere. 8. Quomodò illi tunc Numinis communicata gloria? Ibid. Nihil erat in oculis suis, estò mirabilis cæteris. 9. In quo eius humilitatis perfectio? 11. Cur dicitur humilis corde, si corde & mente? 12. Vid. *Humilitas*.

*FUGA.*

Dea. 376. 48. Fuga ex fœmina victoria. 54. 14.


## G


*GALACTITES.*

Quomodò influat in amentiam? 271. 19.

*GARRULITAS* : Vid. *Lingua*.

*GEMMA.*

Pretiosa, quid? 140. 13. Pro re lucida. Ibid.

*GENTILES*, *GENTILITAS.*

I. Cur illorum Principes infatuati divinitatis præsumptione? 356. 2. Quinam potissimè? & quare si-

sibi templa dicabant? 3. Illorum summa miseria, qui se cogitabant Numina. 586. 16. Simiæ habitu & cultu æmulabantur divinitatem; maximè, igne ante se prævio. 17. Sub religionis larva illorum summa fligitia. 529. 15. Unde illorum filij semiferi? 18. Stupratores in templis cum habitu idolorum. 25. Vid. *Idololatria*, *Infirmi*.

II. Gentilitas ut filia & primogenita habita & cognita, ex quo illi divinitas manifesta. 159. 1. & 12. Magna Dei gratia in eius vocatione, unde felix infelicitate Synagogæ. 1. Adoravit, quod Synagoga despexit. 2. Quomodò facta gemma pretiosa? 3. Facem extinctam accendit, quo lucentem Synagoga extinxit 4. Unde pulcherrima? Ibid. Quo illa vidit, Synagoga cæcutit. 9. Ex sterili fœcunda, & Synagoga econtrà. 5. Hæc aruit, quo Gentilitas floruit. 10. Orto Christo, ab errore desivit. à 6. Mira promptitudo in adorationis obsequio. 7. & 10. Priùs adorasset, si priùs Numen cognovisset. 8. Gentilitas in Synagoga, sed non ex illa 11. In fide semper stetit. 8. Cur Synagogam interrogat de Christo nato, & munera attullit, dum testamentum à Synagoga quæsivit? 14. Electa quo iure in reginam & sponsam? 15. Munera Magorum data ab Abraham. 14. Quæ inventa in sepulchro Adam. 13.

*S. GERTRUDIS.*

Cur signata in Cherubinis Propitiatorij? 389. 6.

*GLORIA.*

In cœlo iustis gloriosa merces. 38. 5. Ex pœna gloria & gloriæ splendor. 130 4 & 8. Gloria quo constet? 573. à 1. Ibi etiam hierarchiæ. 3. Gloria quomodò inter vincula? 5. Unde gratia huiusmodi gloriæ? 6 Quodnam discrimen inter gloriam venientem, & venientem ad gloriam? Ibid. Gloria ex pœna, antequàm adveniat gloria. 7. Vulnera gloriæ vestigia. à 8. Radij beatitudinis per foramina passionis. 10 Summus patientis fulgor, ubi carnis evanescit decor. 11. Gloria in hac vita doloribus oppressa, sed valida. 12. Quæ bona ex gloriæ felicitate? 573. à 1.

*GRATIA.*

Dei, vid. *Deus*. V. Homo per se potest cadere, non surgere. 86. 26. Non ex operibus iustificamur. 28. Dei gratiæ quanta bona! & quænam officia? 40. An splendidior gratiæ lux ex thesauris lucis, vel ex tenebris? 185. 5. Gratiæ efficacia ad corda lapidea. 347. 12. Summa Dei celeritas, ut peccatoribus conferatur gratia. 296. 12. Cum morte in gratia non moritur vita. 44. 5. Cordi converso gratia prompta. 550. 7. Spiritus sancti gratia ad omnium corda. 233. 2. Ordo gratiæ & liberi arbitrij in meritum. 89. 31.

*GRATIÆ.*

Vid. *Aula*. Gratia principum fallax & insidiosa. 545. à 12. Quo pacto expressa per cuspidem gladij? Ibid. Gratia danda, non dispergenda. 297. 13. Quando maior gratia, gratiæ repulsa? Ibid. Modus gratiarum. 4. Sine discretione, gratia est error; & mentis prodigæ furor. 5. Sine expectatione gratiores gratiæ 8. Quæ tardæ, quasi nullæ. 9. Cur dicuntur siccine panis mendax? 10. Minor punctio repulsæ, quàm expectationis gratiæ. 14. Gratia prompta duplex. à 16. Labores gratias ambientium. 16. Sæpe perfidia ex collata gratia. 455. 4. Vid. *Ingratitudo*. Gratia in hostile pectus minimè gratia, sed vulnus. 541. 1. & 14. Gratijs confunduntur inimici. 10. & glorificatur offensus. 11.

*S. GREGORIUS MAGNUS.*

Magnus vel in minoribus: nemo illo maior, melior, vel doctior, factus cunctis ac in cunctis mirabilis. 274. 1. Unde in Ecclesia ille margarita unica & pretiosa? 2. Ascendit, ascensum fugiens. 3. Apparuit munere dignus, quia ad illud raptus, & sibi tantùm vitus indignus. 4. Arcessatur culmen, & tunc dignissimus claruit. 5. Electionem reluctat, & dexteritas in assumptionem clamat. à 6. Honore ita sublimior, ut nemo similis. 8. Unde illi ius ad supremam dignitatem? 9. Demonstratur è cœlo. 10. Unde maximus? 11. Cur floruit ut lilium? 15. Eius lingua ignea & cœlestis. 17. Charitas & zelus, auctoritas & modus, virtus & prudentia. à 11. 13. Iugulavit hæreses. 18. Eius calamus orbis splendor. 2. Imago sapientiæ. 1. Ecclesiæ arma eius scripta. 19. Cur confertur Soli & sali? Ibid.

# H

*Hatto*: Vid. *Monachus*. III.

*HEBRÆI.*

Illorum figmenta insignia. 8. 15. 21. & 22-203. 20. & 32. Nugamenta de stultitia, aranea & musca. 306. 4. De cerva Sedeciæ. 537. 33. De creatione Satyrorum. 24. De nomine Iehova. 11. à 20. Quæ apud illos idola Baal & Baalim? 527. 10. Quæ miracula facta dum mare transierunt? 202. 19 & 27. An processerint armati? 23. An post transitum montes tripudiaverint? 20. Quibus miraculis hæccine victoria insignis? à 30. Quando mutati propriæ linguæ characteres? 426. 35. Testimonia Hebrææ literæ de Christi divinitate, passione & morte. 20. Nugæ de characteribus legis scriptæ. 215 Quid apud illos dicatur Ecclesia? 540. 39. Quæ clavi-scientiæ in fastu Scribarum? 422. à 26. An è captivitate cum tribu Iuda, reversi aliqui filij Israël? 198. 10. Vid. *Synagoga*.

*HELIOGABALUS.*

Eius fictæ & pictæ cœnæ. 64. 7.

*HIPPOCAMPUS.*

Equus marinus. Caro eius influit phrenitidem. 271. 9.

*HOLOFERNES.*

Eius fastus, insolentia & perfidia, cum arroganti blasphemia. 585. 15. & 27. Vid. *Superbia*. Apparatus eius exercitus. 523. à 1.

*HOMO.*

Conditio tam animæ quàm corporis. 318. 29. Quid in homine mortuo apud Ethnicos umbra, corpus, simulacrum, anima, & animæ imago? 366. 25. Proprium hominis, loqui 365. 22. Cur non potuit peccare avaritiâ, antequàm deliquisset superbiâ? 588. 22. Concilium pro hominis reparatione, & in eo varia suffragia. 71. à 6. Eius vita comœdia. 63. 6. Homo qui sapit vltra humana, desipit. Vid. *Gentiles*. I.

*HONOR.*

Et reverentia usurpatur sæpe pro iniuria. 150. 30. De fama proximi quod probus scit, nescit: improbus quod scit, profert. 403. 9.

*HORA.*

Festum 40. Horarum, vid. *Eucharistia*, & *Caro*.

# Index Generalis.


*HOROLOGIUM.*

Cur Principis signum? 216. à 5.

*HUESTE.*

Vulgò, quid sit? 477. 26.

*HUMILITAS.*

Pro urbanitate, exiguitate, & cognitione sui. 539. 36. Summus quis in humilitate gradus! Ibid. Veri humiles, qui humiles verè, & quam pessimi sine humilitate humiliati? Ibid. Ingenium humilitatis, effectus, & fructus. 625. 1. Ars in exaltationem. 6. Celsitudo humilis summa. 4. Quomodò descensu fit elevatio? 3. Cur dicitur bilanx? 5. Discrimen inter humiliationem & humilitatem, & inter hanc, & eius perfectionem. 9. Inter humilitatem cordis & mentis. 12-539. 36. Honor honoris humilitas in honore. 630. 11. In illa sublimius, se exhibere minimum, & cognoscere maximum. 10. Singularis humilitas an in ignorantia vel in cognitione perfectionis? 11. Quàm pius Deus in humiles! 41. 13.

*HYACINTHUS.*

Lapis ignem extinguit. 472. 14.

*HYPOCRITA.*

Fraus in fraudes specie virtutis. 430. 44. Vulnus & virus hypocrisis. 191. 7. Vid. *Amor proprius.* Quando humilitas hypocrisis? 10. & 539. 36. Vid. *Virtus.*

*HYSTASPES.*

Vates ethnicus. 266. 48.

## I

*IERUSALEM.*

Erat in confinio duarum tribuum. 198. 9.

*IDOLOLATRIA.*

Iniquitatum summa. 526. 7. Cur dicitur fornicatio? à 9. Dementat homines. 14. Idola ficta in luxuriam. 15. Unde dicta concupiscentia mala? 17. Vid. *Gentiles.* Cur summè irritat Deum? 9. Sub religionis larva summa flagitia. 15. & sacra lupanaria sub idolorum specie. 25. Quæ idololatria civilis? 183. 14. Unde & quomodò corruit? 595. à 4.

*IGNIS.*

Ante Reges quo intuitu? 586. 17. Mirabilis ignis conditio. 374. 42. Ignis elementatis non est in animali, nec animal valet vivere in igne. 471. 13. Ex carne mortua & viva exilit. 14. Unde à corpore scintillæ. à n. 12. 19. & 25. Cur resplendeant & non urant? 26. Unde etiam vestes scintillent? num. 18. & 22. Ignis in aquis unde? à 20. Cur aliquando ardescat aqua & sopiatur terra? 22. Cur in corpore humano ab ira, periculo vitæ & nimia agitatione? 17. An posit animal ignem concipere & parere? à 14. Quomodo in ventre retentus, & in partum? Ibid. & 23. Unde & quid ignis respiratio & vomitus? Ibid. Unde fax accensa & extincta in aqua? Ibid. Cur circulatores non lædantur ab igne? 14. Quid sit Hispanicè *Hueste*? 26. Cur terra aliquando ardeat? à 21. Vid. *Montes.*

*IMAGO.*

*Pluti.* 309. 10. *Apollinis Smynthei.* 358. 5. *Mercurij.* 341. 10. *Veneris.* 552. 14. Cum *Morte & Somno.* 11. *Cupidinis.* 65. 9. 562. 9. & 11. *Amoris.* 520. 12. *Deæ Syriæ.* 170. 11. *Solis.* 62. 3. *Saturni.* 181. à 9. *Fortunæ.* 172. 3. *Fortunæ Malæ.* 134. 14. *Superbiæ cum Fortuna.* 579. 1. *Palladij.* 168. 5. *Voluptæ.* 65. 9. *Typhonis.* 121. 14. *Solij Iovis.* 301. 9. *Felicitatis.* 134. 14. *Sapientiæ.* 274. 1. *Charitatis.* 281. 1. *Naturæ.* 336. 10. *Affectionis.* 510 à 2. *Iustitiæ.* 69. 2-280. 18-339. 4-604. 10. *Veretatis.* 340. n. 7. 8. 10. & 14. *Veritatis & Opinionis.* 435. 8. *Nemesis.* 442. 12-562. 9. & 11-614. 5. *Virtutis.* 388. 4. Cum *Mercurio.* 440. 8-542. 5. *Silentij.* 399. à 2. Imago mirifica Salvatoris. 38. 4.

*INCARNATIO.*

Summum homini nuncium incarnatio Verbi Dei. 261. 36. Floruit ramus aridus humanæ naturæ huiusmodi incarnatione. 491. 14. Cur dies lætitiæ? 3. & 15. & tota plena felicitas? 5. & 12. Quomodò Verbum verum fuit per carnem Verbum bonum? 5. In carne Verbum singulare prodigium. 6. In quo tunc erga hominem vehementior amor? 7. Quid maximum in hoc mysterio? 9. & 13. Erectus homo in pristinam rectitudinem. 11. Libertatem. 14. Quot in mysterio mira! 15. Illicò ut Christus conceptus, elicita Piscina Probatica. 27. 49.

*INDIGNUS.*

Vid. *Ambitio, Electio, Affectio, Dignitas, præses.* Indigni cur lignis deauratis conferuntur? 154. 39. & Neantho? 262. 38. Cur ambiant tantum reverentiæ! 581. 7. Quò magis infulis ornantur, plus ridentur. 513. à 11. Erga illos gratia meritorum vulnera. 118. 4. Intercessor deaurat, ne iustitia illos cognoscat. 5. Reipublicæ vulnus, dum exaltatur ineptus. 12. & dedecus honoris. 177. 1. Non exaltantur exaltatione colorati dignitate. 14. A fortuna formantur, sed alliduntur. 190. 5. Ferè indigni ambitiosissimi. 330. 9. Illorum merita, habita munera & per munera. 398. 13. Vid. *Merita.*

*INFANS.*

Miraculosè locuti infantes. 364. 20. In utero matris. à 19.

*INFERNUS.*

Cur dicitur terra Silentum? 367. 26. Tenebræ ibi sine luce. 484. 42. & 45.

*INFIRMI, INFIRMITAS.*

Quando Ethnici in salutem consulebant oracula? 311. 14. Vid. *Oracula*, & *Æsculapius.* Discrimen inter morbum, ægritudinem & infirmitatem. 18. Inter naturalem, & violentam. 22. Inter ægrum mente, & ægrum corpore. 20. Cur peccatori tanta solicitudo de corporis sanitate? Ibid. Infirmitas pro defectu virium, decoris, & naturalis pulchritudinis: pro afflictione & persecutione. 21. Corporis ægritudo Conditoris miseratio. 43. 4. Extrema remedia extremis morbis. 319. 30.

*INGRATITUDO.*

Quodnam ei supplicium? 98. 49. Unde in ignato elucet ingratitudo? 325. 8. Sæpe perfidia ex collata gratia. 455. 4. Ingratus intolerabilis. 546. 14. Vid. *Perfidia & Amicitia.* Vertuntur terga post accepta beneficia. 325. 8. Ex quo maior gratitudo, oritur offensio. 346. 11.

*INIMICUS.*

Indulgentia aliquorum Ethnicorum in offensores. 541. à 3. Unde constat nolle ulcisci? 4. Charitatis decus, ubi in reconciliationem quæritur inimicus. 8. Confusio inimico gratiæ collatio. 10. Homo conditione Angelus ex favore in inimicos. 558. 13. Vid. *Iniuria. Vindicta. Ira.*

*INIURIA.*

Glorioſum trophæum ex oblivione iniuriarum. 541. à 2. Quinam intuitus in illarum remissione? 6. Actior vindicta, nulla. 12. & 16. Summè deco-

rosa ex patientia. 15. Cessat memoria iniuriæ mortis considerationc. 17.

*INSULÆ.*

Apparentes & evanescentes. 308. 2.

*INVIDIA.*

Quare excæcat? Proprium symbolum. 520. 10.

*IOANNES BAPTISTA.*

Singularis vel in conditione hominis. 122. 1. Miraculum orbis. Ibid. Totus insigne miraculum. 252. 1. Quo sensu Angelus? 36-128. 15. Claritas eius unde? 501.2. In illo elucet splendor divinitatis. 122.1. Speculum Christi, & econtrà. 2. Eius excellentia nequit dici. 3. Nec cognosci, minusque comprehendi. 4. Quomodò per illum orbis fides? 6. In utero coronatus. 8. Quo pacto vox Verbi in utero? à 8. Splendor Christi per Ioannis splendorem. 125 8. Ex eius voce cognitum Verbum Dei. 7. & 10. Duntaxàt quibat indicari à Ioanne. 12. Cur dicitur plus quàm Propheta? 252. 18. Cur à Domino missus è cœlo? 127. 14. Cur inter homines maior? 225. 3. Eius præstantia non dicitur nisi admiratione. 13. Vid. *Maria.* VI.

*IRA.*

Irati insani studeut ultioni, quanvis cognoscant perire. 546.15. Implacabile odium ultra interitum. 17. Irato maximè procaci cedendum. 361. 12.

*IRRISIO.*

Quæ & qualis mocosa? 589. 24. In re & modo summa. 25.

*IUDEX.*

Partes & dotes iudicis. 69. 1. Conditio pravi. 10. Quæ videtur in illo gratia, latet perfidia. 11. Non sententia in delinquentem recta, si aliquid ultrà. 130. 6. Iudices falluntur in iudicio per uxores. 436. 11. Iuxta munera nonnunquàm sententia. 454. 3. Supplicium promptum ablegat iudicium. 542. 5. Ut iudicet rectè, nudus adinstar iustitiæ. 70. 3 Ex dispensatione legis, damnum iudicis. 4. Unde iudicis integritas? 433. 4. Plectat quantunvis doleat. 70. 4. & filium puniat. 5. & 9. Iustus vel in se torquet vocis suffragium. 8. Quænam optima eius intentio vel in capitali iudicio? 9. Optimi iudices, exitu cogitato dignitatis. 216. 6. Summum incommodum morulæ in expeditione causarum. 72. 7. Cur iuxta iudicum senaculum olim Timoris sacellum? 12. Qui assessores Iovis iudicis? 301. 9 Cur oculis similes iudices? 398. 11. Cur excoriatio supplicium muneribus corruptorum. 6. Unde cæci? 12. Qualis illorum intuitus in pœnalibus. 10. 44. Vid. *Munera.*

*IUDICIUM UNIVERSALE.*

I. Quàm horribile! 484. 44. Prævia signa quàm dolorosa! 38. à 4. 536. 31. Etiam ab Ethnicis prædicta. 32. Peccatoribus tenebræ sine luce. 485. 45. Quantus horror, ex quo pavor! 37. 2. Horribile est incidere in Dei vindicis iudicium. à 1. Quilibet excutere cupiet uti membra non sua, in peccatum instrumenta. 3. Conditio nubis iudicis advenientis, & formidabilis tubæ. à 4. Quæ videntur recta, in Dei iudicio sunt curva, & simul obliqua quæ rutilabant perfecta. à 9. Quæ salubria, virulenta; & quæ sana, leprosa 11. & 13. Quæ iudicio humano glorioſa, apparebunt crimina. 12.

II. *Iudicium à conscientia.* In morte maius periculum, nescire exitum. 37. 2. Vid. *Mors.* Quàm gravis cordi, post mortem expectatio iudicij! 3. Auget formidinem, iudicij ignorare sortem. 6. Quodnam iudicium mortis, & mors iudicij? à 8. Quàm utile ad iudicium iudicium proprium! 10. Timor, ex iudicio certo, & sententiæ ambiguitate. 13. Dum iudicium præcogitatur, crimen corrigitur. 16. Qui non prævenit, damnatur. 17. Cur tunc nulla in peccatores clementia? à 14.

*IUDITH.*

Eius virtus insignis. 183.11. Cur conopœum attulit cum Holofernis capite? 32. Triumphus. 12.

*IUNO.*

Ex lactæ Iunonis lilia & ostra. 355.10. Ludi Iunonis Argivæ. 176. 11.

*IUPITER.*

Myiodes, sive muscarius. 306. 3. Certamen cum Termino. 489. 7.

*IURAMENTUM.*

Discrimen iuramenti & iurisiurandi. 23. 41.

*IUSTITIA.*

Nuda quare & virgo? 69. 2. In solio Iovis cum Æquitate, Pudore & Furijs. 301. 9. Ex iudicij æquitate fructus iustitiæ. 69. 1. Sine acceptione personarum. 5. Cur iustitia pennata? 10. Iustitiæ fulmina vel in pignora chariora. 9. Iustitiæ larvà personantur crimina & illà corruptà generantur monstra. 2. Gladius malitiæ sub iustitiæ colore. 10. A iustitia non præcipitur, quo vulneratur. 12. Cur oculis confertur? 397. 11. Quomodò sociæ iustitia & clementia? 542.5. Vid. *Deus.* IV. *Correctio, Præses.*

L

*LAC.*

Adoptio per lac. 624.26. ex lacte Iunonis ostra & lilia. 335. 10.

*LACHRYMA.*

Ex lachrymis purificatio ni perfecta, omninò nulla. 321. 33. Ubi peccatorum lachryma, percurrit misericordia. 428. 39. Sepeliuntur culpæ, si apparent lachrymæ. 187. 9. Vid. *Contritio, Pœnitentia, Peccatum.*

*LAMIA.*

Quæ bestia? 53. 14-125. 9-531. 19.

*LANCEA.*

Symbolum regiæ maiestatis & ultionis. 179. 6. 546. 16. Cur collocabatur ad cadaveris caput? Ibid. Cur in manu virtutis? 5. Quid sit hasta pura? 16.

*LAPIS.*

Locuti lapides. Vid. *Vox.* Quis lapis sacer & lapis otiosus? 479. à 31. Lapis philosophalis. 184. 1.

*LEPRA.*

Quæ lepra Græca, & Arabica? 319. 31.

*LEX.*

Leges in Reges. 23. 40. Leges seriò pendendæ, verùm pòst non immutandæ. Ibid. Lex loquitur silens, sed magistratus sunt leges loquentes. 370. 32. Mala & bona à lege fracta, vel custodita. 535. 28. Damnum iudici ex legum dispensatione. 70. 4. Ex legis directione adimpletæ habitat Numen in corde. 235. 8. Leges olim clavis fixæ. 303. 13. Rabularum

cum gloſſemata legibus vulnera. 431. 1. Cur leges ad integritatem dicantur vitreæ, & ſimul æreæ? 4. Quando & à quibus leges in leges? 8. Lex legum voluntas peccatorum. 635. n. 11.

*LIBER.*

Qui liber, charra, & volumen? 418. 18.

*LIBERTAS.*

A quibus maximè olim amata? 524. 3. Quæ libertas in libertatem & ſervitutem, & unde perfectio libertatis? 231. à 22.

*LIGNUM.*

Indicum cuiuſnam conditionis? 323. 2. Magnum, ligno conterere ferrum. 230. 20.

*LILIUM.*

Cur amittit imperium in republica florum? 511. 5.

*LINGUA.*

Garrula otioſa. 400. à 4. Deſcriptio garrulitatis. Ibid. Iuxta cordis qualitates produntur cogitationes. 11. Linguæ loquacitas, pectoris iniquitas. 13. Officium, temeritas, & iudicia Ibid. Unde locutio lapidum, cadaverum & irrationalium? Vid. *Vox.* Loqui proprietas hominis. 22. Quid ſit loqui & ridere ſilentio? 37. Nutus in pravo etiam loquaces. n. 2. & 4. A mentis ſtupore ſuſpenſio linguæ. 369. 30. Quid eſt favere linguis. 36. Aliquando diſtinctum ſcriptum & eloquium. 424. 32. In diverſa lingua rei eiuſdem diverſa nomina. 33. Quælibet provincia in eadem lingua proprias habet dialectos. Ibid.

*LITERÆ.*

Furtivæ, & earum varius uſus. 418. à 19. Literæ cœleſtes & Alphabetum 9. à 16.

*LUCERNA*: vid. *Ignis.*

*LUNA.*

Quid ſit quartà Lunà naſci? 532. 22.

*LUX.*

Pro ſpe. 367. 26-482. à 39. Quid lux, lumen, ſplendor & radius? 10. Lux oculorum pro vita felici, & re chariſsima. 36. & 38. Proprietates lucis. 439. 5.

*LUXURIA.*

Proiectio luxuriæ, ex qua horrida monſtra. 530. 18. Herculis & Sardanapali. 195. 2. Ethnicorum beſtialitas. 530. 18. Vid. *Gentiles, Occaſio, Venus, Voluptates.*

*LUZA.*

Singulare clima huiuſce urbis. 379. 7.

# M

*MACHABÆI.*

Unde dicti? 423. 28.

*MAGDALENA.*

Eius corpus apparuit tottoribus pellucida criſtallus. 335. 8.

*MAGOPHONIA.*

Quale feſtum apud Perſas? 413. 7. Vid. *Perſia.*

*MAHOMETES.*

Cur eius ſepulchrum pendulum? 480. 34.

*MALAINSANA.*

Quæ, eius effectus, & quare dicata Veneri? 550. 8. & 14.

*MALOGRANATA.*

Symbola Martyrum, quare? 240. 4. 333. 4. Militum immortalium apud Perſas. 594. 2.

*MANES*: vid. *Silentium.*

*MANUCODIATA.*

Avicula paradiſi, vel Dei, qua ratione dicitur? 29. 54.

*MARE.*

Cur in alta mari non ningit? 474. 19. Quibus in viam apertum? 202. à 18.

*MARE-RUBRUM.*

Hebræis in viam pervium. 202. à 18. In duodecim ſemitas diviſum. 19. Quæ tunc patrata miracula? Ibid. & 32. Tribus Iuda poſt Moyſen ingreſſa. 21. Ibi ſilvæ cum arboribus inſignis magnitudinis, hiatus cæci piſceſque monſtroſi. 27. Eius divitiæ collectæ à filijs Iſrael. 26. In ſaxit interioris maris, ac in littore impreſſa veſtigia illorum. 28. Ex Hebræis tunc nec unus perivit, ex Ægyptijs nec unus remanſit. 30. Arma Ægyptiorum tunc fluitarunt. 31.

*MARGARITA.*

Vid. *Martyres.* Hiſtoria margaritæ Peroſes ſingularis. 352. 10.

*MARIA.*

I. *Elogia.* 405. à 1. Spes deſperantium. 3. Cœlum Domino. 10. Gratiarum corona. 1. Thronus Dei. 494. 9. Præſtantior cunctis. 486. 1. Mediatrix in mediatorem. 31. 56. Signum eius ſignum Virginis. 57. Eius exiſtentia revelata Patribus. 19. & 57. Imò Ethnicis, Romanis. 58. Ægyptijs, Indis, Arabibus. à 60. Non ſolùm privilegium virginitatis, ſed revelata eius reverentia nominis. 62. A Sibylis præconizata. 63. Per illam Salvator in mundum. 498. 5. Quæ dona per illam? 407. 3. Eius ſingularis claritas, materna virginitas. 79. 9. Vid. n. VII.

II. *Nativitas*, vid. n. 1. Ex eius exiſtentia Numini maxima gloria. 409. 8. Spectaculum & Angelis & hominibus. 573. 1-611. 11.

III. *Nomen*, cur inſigne? 30. 56. Vid. n. 1.

IV. *Præſentatio.* Semper perfectiora ſecuta vel ab infantia. 281. 2. & 12. Antevertit tempus. 501. 2. & cum admiratione. 573. 1.

V. *Annunciatio.* Vid. *Incarnatio Verbi Dei.* Cur ad Angelicam ſalutationem habitabat Nazareth? 487. 4. Tota felicitas hominis à conſenſu & interventione Virginis. 4. Quomodò ab illa data forma, ut Dei amoris oſtenderetur vehementia? 8. Lumen cœli in terra, Deum concipiente Mariâ. 9. Eius arte diverſus reformationis modus, à modo quo homo formatus. 10. Per illam Deus homo, & ad hominis imaginem. 11.

VI. *Viſitatio.* Per Virginem Ioannes in utero coronatus, & à genitrice auditus. 125. 8. Ex voce Virginis expulſa ægritudo Ioannis. 9. Voce Ioannis Eliſabeth Chriſtum cognovit. 10. Vid. *Ioannes Baptiſta.* Novus Lucifer. 14. Virgo levavit recens natum è terra. 9. An eius ſiccine facta mater? Ibid. Ex radijs Verbi vox Baptiſtæ. 11.

VII. *Expectatio.* Prærogativa ſingularis Mariæ; mater Dei, & mater Virgo. 31. 56. Quàm antiqua vel apud Ethnicos notitia de virgine paritura! 59. Imago & ritus apud Ægyptios. 60. In myſterij confirmationem templum Romæ corruit. 59. Oſtenſum miraculum à Sibylla. 58. Ex lamina ſepulchri Platonis, & ara Carnotenſi. 61. Ex inſcriptione montis Sinai. 60. Ex libro in rupe recluſo. 64. Per Sibyllas. 63. Quando revelatum Simeoni? 64.

VIII. *Partus.* Quæ in eius partu mirabilia viſa?

497. 4. Per illam gaudium cœlorum in mundo. 6. Vid. *Christus*. IV.

IX. *Purificatio*. Quomodò adimpletione legis, Numen in manibus & in corde? 235. 8. Cur tunc humilis ex corde & mente? 539. 36 630. 12. An singularior, ignorantiâ exemptionis legis, vel cognitione perfectionis? 11. Vid. *Humilitas*. An perfectionem ignoraverit? 286. 15.

X. *Assumptio in cœlum*. Nobis periculorum effugium. 407. 5. Vid. Num. XI.

XI. *Patrocinium*. Refugium peccatorum. 187. 9. Unde singularis spes nostra? 405. 1. & 5. Spes beata, gloriosa & cœlestis. 10. Quomodò in illa spes sine spe? 9. Deus per illam delinquentibus parcit. 8. Placat vindicem, ne procedat in ultionem, & interventione reconciliat. 1. Stella & tabula in naufragio. 2. Auxilium rebus desperatis. 3. In illa quæ spes, gaudium. 5. Eius aspectus uber benedictionum. 7. Errantes in viam ducit, ac desperatos erigit. 8. Vocibus tristis respondet gratijs. 10.

XII. *Rosarium*. Laudes Virginis insculptæ lapidibus. 1. & 34. 62. Quomodo dicendæ, vid. *Chorus, Oratio*. Monachus, XI.

*MARTYRES.*

I. Vid. *Gloria, Tribulatio, Persecutio*. Inclyta virtus, qua vulneribus victores. 238. 1. Cur similes hyacintho? 2. Saxo sagittato? 15. Viti? 4. Statuæ Memnonis? 13. Muris Megaræ? 12. Citharæ? 242. 11. Lilijs & rosis? 332. à 1. Malogranato? 594. 2. Myrrhæ & thuri? 6. Margaritis? 7. Sapphiro? 239. 3-596. 8. Vasis fictilibus? 7. Unde illorum invicta virtus? 241. 8. Tormentum, risus & gaudium? à 5. & 11. Vulnerum acerbitas, cordis hilaritas, & exultatio in musicam. à 9. Splendor ex sanguine, & corona ex vulneribus, quibus legebatur pectoris virtus. à 2. Unde illis voluptatis hortus, & diadema? 4. Vel disruptis membris, audiebantur gaudij voces. 13. Patiuntur tyranni illorum passione, ac inferentes vulnera, vulnerabantur. à 14. Firmantur, dum scinduntur. 335. 9. Unde ex cruciatibus, nec signum sensus? 14. Illis unde pulchra merces? Imò pulchra mors? 239. 1.

II. Speciosiores Virgines Martyres. 332. 1. In Ecclesiæ viridario fiunt ex lilijs rosæ. Ibid. Tota cœli ratio in illarum pectore. 2. Vulnera fidei scribebant testimonia. 5. Quæ in illis videbatur crystalli fragilitas, erat adamas. à 7. Non flectuntur, estò frangantur. 8. Lilia conversa in astra. 9. Quæ illarum contra vulnera vestis? 11. Unde splendor earum à sanguine vulnerum? 11. Catenis ornantur. 12. Virtus virginum valet, quo deficit. 13. Cur vinctæ, sine vinculis? 15. Catenæ illis monilia. 12. In pœna, quare nec doloris pota? 14. Triumphus illarum ex victoria tyrannorum. 593. 1. Suavitas, tormentorum acerbitas. 6. Coronantur, dum percutiuntur. 2-239. 2. Illarum sanguine idololatria corruit. 595. 4. Per illarum cruorem Christus superavit dæmonem. 5. Unde pretium & multiplex, ex martyrio virginum? à 7. Quot in illis virtutes ex flamma ignis? 10.

*MASORA.*

Et Masoretæ, quid & quinam? 422. 27. Crisis de Illorum artificio & munere. Ib. Vid. *Scribere*.

*MATER.*

Officia matris. 125. 9. Hilaria sacra in honorem Matris Deorum. 487. 3.

*S. MATHIAS.*

Eius cœlestis electio. 278. 12.

*MEDICINA.*

Cur dicitur scientia muta? 383. 4.

*MEDIUS-FIDIUS.*

Quodnam Numen? 23. 41.

*MEL.*

Buxi effectus. 550. 8. Heptacometæ. 10.

*MEMNON.*

Eius statua, & cuius symbolum. 124. 7. & 11. 242. 13.

*MENSA*: vid. *Eucharistia*.

*MERETRIX.*

Pro fœmina alterius generis, vel religionis. 527. 12. Ubi honestum officium? 14.

*MERITA.*

Sæpe meritorum gloria merentium vulnera. 572. à 17. Debent esse dignitati patria. 115. 13. Merita cur semper ostiatim? 119. 6. Digni merita indigno fastidia. 111. 4. Vid. *Electio, Dignitas, Indignus*.

*MINISTRI.*

Vid. *Cauſidici & Veritas*. Sæpe student sibi, non prudentiæ, nec Principis famæ. 117. 3. Quantæ ab illis vexationes! 298. 17. Versutiæ aulicorum. 14. Illorum pravitas cur necessarium malum? 299. 1. Unde illorum in afflictos impietas? 2. Technæ & calliditas ne cognoscantur à Principe. 3. Impudentia, ludus, luxus & audacia. 4. Latrocinia & hypocrisis. 5. Fures furibus favent. 6. Cur expectationi in munere non respondeant. à 5. Quàm furaces, ac de his apophthegmata festiva. Ibid. Nihil fugit rapacium manus. 7. Illorum propositum lucrum & lucrum. 8. Inflammatio ab illorum latere, lethalis infirmitas Principi. 177. 3. Vid. *Consilium*.

*MIRACULA.*

Ignis mira, vid. *Ignis*. In operationes extra communem ordinem res creatæ sunt instrumenta principaliter agentis. 4. 7. Omnia miracula facta fingunt Talmudistæ virtute nominis Iehova. 22.

*MISERICORDIA.*

Cur apud Græcos nulla clementiæ imago? 581. 5. Vid. *Deus*. III. *Christus*. II. *Præses*.

*MOLOCH.*

Quodnam, & cuius idolum? 375. 47. Vid. *Nec*.

*MOMUS.*

Eius conditio, libertas, statua, ac notæ in concilio Deorum. 107. à 4.

*MONACHUS.*

I. *Probus*, æstimabilior, si quotidie melior. 171. 1. Eius patria cœlum. 268. 3. In ingressu resecandæ sæculi cogitationes. 5. Unde illius vita martyrium? 240. 5. Ut perfectus sit, quò plus maior, tantò plus. 177. 14. Motus in perfectionem in vitæ fine velocior. 273. 14. Quæ Monachi propriè vita? 281. 3. Ius est studere perfectioni. 102. 7. Ni vincat semper, nullum ex priscis victorijs trophæum. 176. 11. Quorsùm Monachis perfectis de cœlo mittuntur tribulationes? 131. 8. Vita non perfecta, ubi aliquid ultrà. 14. Crux sæcularis gravis veris Monachis. 234. 4. Cur in terra terrena non videnti? à 5. Extollitur qui se vincit, econtrà labitur. 633. 7. Cum fervore novicio æstimabiliori pretio? 273. 14.

II. *Vocatio*. Unde constet vocatio vera vel ficta? 268. 1. Cur verè conversus similis asbesto? 4. Perit, qui primas calcat cogitationes virtutis. 6. Similis fonti Debri. 10. Sæcularis voto Monachus, & econtrà. Ibid. In tepido nec favilla invenitur vocationis. 12. Mirabilis in senecta prima vocationis flamma. 13. Qui futuri pravi, vel frugi, cognoscuntur ex actione. 101. à 2. Quia adherent instituto spiritu diabolico? 209.

1.& 4. Improbus, qui non vocatus. 3. In dæmonem convertitur. 5. Expellatur uti inutilis à 10. Vid. n. VII.

III. *Improbitas.* Sub virtutis specie in mundum curvus 610. 8. Cui necesse labi. 9. Ex tempore hypocrisis. 157. 45. Peiores, dum sibi videntur boni. 46. Illiorum professio, criminum deauratio. Ibid. Pro commodo ingredi in religionem, est quæstus sed non religio. 268. 2. Illius conversio sine conversione. 10. Estò conversio vera, reversio ficta. 11. Quare Hattoni similis studens vivere genio? 220. 5. In diversa vehitur sine ullo fructu. 270. 7. Non illi cana, sed nigra senectus. 13. Flamma religionis priusquàm suscitetur, extinguitur. Ibid.

IV. *Sæcularitas.* Diaboli erga hos officium cur instar Sirenum? 175. 10. Corda separata à terra, cœlo grata: ingrata, si econtrà. 612. 13. Oblivio vocationis in quæ impellit vitia? 268. 6. Frigent igne, gelu ardent. 611. 11. Difficilè revertitur, qui aversus semel. Ibid. Quid quod in religionem veniat, si non perveniat? 174. 7. Cur similis indivisibili? 4. Qui sæculares in habitu religionis? 158. 45. Iacturam non cognoscunt, nec cui serviunt. 176. 12. Gravia fugit, sed graviora patitur. 271. 9. In senectute peior. 611. 11. Mundum contempsit, ut charius adamet. 14. Locus habitationis Monachis ab affectu pectoris. 612. 14.

V. *Negligentia.* In statu Monachismi vel volandum, vel cadendum. 172. 3. Vel suprà vel infrà, quia non crescere, est minui. à 4. Qui virtutem non sequitur, non consequitur. 7. Status neutrorum, pessimus. 155. 39. Non est bonus, qui non pessimus, instabilis inter iniquitates & virtutes. à 40. Descriptio desidiæ. 41. Tepor formidabilis. 42. Tendit in status oblivionem. Ibid. Qui tepidus frigidis frigidior. 44. Relaxatio unde? 509. 25. Ignavià virtutis aurum mutatur in vitrum. 172. à 1. Signum relaxationis, ubi virtus non floret detractis malis. 212. 7. Vel incuriosa negligentia, ploranda. 237. 11. Ex illa, socordia in cœlestia. Ibid. Ruit qui è perfectione descendit. 177. 13. Pravus, ni perfectus. 6. Vita illius, si non pretiosa; non gemma. 2. Sine progressu in perfectionis itinere, sine splendore. 8. Cur similis influxui caudæ Draconis? 12. Potiùs dolet sæcularis conversus, quàm Monachus frigidus. 272. 12. Oblivio vocationis principium frigiditatis. 1. Descriptio torporis Monachorum. 155. 41. Vid. *Negligentia.*

VI. *Institutio.* Vid. n. III. & VII. Cautè de ingredientium virtute iudicium, ne ascendentes descendat deorsùm. 104. à 13. Susceptio cauta, & ad susceptionem interfit electio. 209. 1. Turpe in ædificium opus, quod è ruderibus. 6. Non possunt florere boni, ni expellantur pravi. 7. Qui, à primis cognoscuntur unguiculis. 101. à 2. In Monasterio pravorum consortium, totius ædificij excidium. 212. 7. Sine delectu repletur bestijs & draconibus. 8. Quanta tunc ex facilitate lues! 9. Indignorum artes & vitia. Ibid. Cur muscis similes? 10. Quos sibi sæculares nolunt, in Monasteria inducere cupiunt. Ibid. Quàm inepti, qui amandandi, susceptil 11. Sunt obstacula; & sibi tantùm, sed non Monasterijs serviunt. 12. Vid. n. III.

VII *Observantia & religio.* Cadit Monachorum ambitione. 106. 2 119. 9.& à 13 Vid. *Ambitio & electio.* Dolor matris Religionis in ambitiosis filijs, non ut pariat, sed ut proijciat. 9. Non moventur ad ambitum sæculares, ni moti à Monachis. 328. 3. Ambitione cadit illorum virtus. 4. & 9. Bibunt voluptuosè fæces ex calice. Ibid. Qui in religionem ingreditur cæcè, claudè & gerulè? 209. 1. Invito non vocatio, sed calamitas in exitu. 2. Qui ductus commodo tabescit, quippe non virtus, sed dolus. 3. & 12. Quo magis accedit, retrò abit. 4. Tempestivè removeatur, ne pacem turbet. 5. Non curant de periculo ac dedecore matris, ubi prurìunt scabie abominandæ ambitionis. 121. 13.

VIII. *Otiositas.* Ubi abest muneris opus, informe munus. 269. 4. Lethalis confidentia status. 176. 12. Otiositas nocet. 269. 5. Quàm noxij garruli! 401. 5. Iuxta cordis qualitates concipiunt cogitationes. 11. Descriptio curiosi garruli. 4. Abominabilis. à 5. Cuncta interpretatur finistrè. 10. Malevolus, cæcus & delirus. 14.

IX. *Relaxatio.* Singulare portentum, reverti Monachum lapsum. 611. 11. Pravus difficilè revocatur. 271. 8. Nunquàm expergescitur. Ibid. Fit phreneticus & furiosus. 9. Cuncta illi sine effectu ad cordis commotionem & pœnitudinem. 11. Cur non amant cœlestia? 235. 8. Cur virtute ac vocatione demissis, oritur pravitas relaxationis? 270. 6.

X. *Clausura.* Monasteria & claustra civitates refugij. 380. 7. In illis cœlestis vitæ cogitatio, & vita cœlestis. 269. 3. Viridaria amœnissima atque Numinis habitacula. 234. 4. Monasterij clausura vitæ custodia. 380. 8. Cœlum cella & libertas sine libertate clausura. 1. Cur similes Andromedæ? Ibid. In Monachis idem, quærere libertatem, ac perditionem. 633. 6. Cum sæcularibus sordent, qui in clausura fulgent. 171. 1. Quanta reverentia in Monasterio, uti Dei domo! 237. 11. Ex vagatione quæ incommoda! 377. 2. Quæ videtur in exitu hilaritas, est spiritus frigiditas. Ibid. Qualis tempestas in mari cordis gyrovagi? 6. Friget in sæculo, quæ mirabilis vocatio. 12. Qui libenter extra claustra egreditur, difficilè revocatur. 3. Cur regrediens manet extrà? 4. Sæpe decipula perditionis sub titulo charitatis. Ibid. Cur ita Monachus instar cor alli? 5. Prodit è claustro, vel in naufragium, vel in præcipitium. 6. Iuvenibus abnuatur exeundi licentia, nisi virtute probatà. 9. Egrediatur in exeunte corpus, non animus: in ministerium, nec plus. 10. Qui ita egrediuntur, non exeunt. 11. Quanta extra claustra Monachi circunspectio! 12.

XI. *Oratio*, vid. *Chorus.* Unde cor canentium vanum & dolosum? 287. 1. Cultus est in religione, non in specie. 3. Dedecet in choro Monachum adesse tanquàm iumentum. 4. Qui in choro statuæ? 5. Sunt ibi serpentes muti. 8. Corruptos nec movet Dei præsentia, nec sociorum circunspecta sanctimonia. 7. Unde illis ex choro tædium? 12. Quando extra chorum minùs perfecta, sunt opera perfectiora? 282. 3. Vid. *Deus*, VI.

*MONIALIS.*

Vid. *Monachus.* Eas dedecet coma & speculum. 167. 3. Vid. *Virgo.* Debet viva sepeliri. 377. 1. 462. 7. Vid. *Mors.* 1. Mori in vita, vita in morte. 44. 5. Vid. *Sponsa.*

*MONS.*

Montes ignivomi. 476. 24. Cur noctu fulgurent? 22.

*MONSTRA.*

Eorum causa proiecta luxuria & inordinata.

531. 19. & 21. Varia monstra. 18. Ex bestijs. 19. Ex hominibus & bestijs. 20. Ex solis hominibus. Ibid. & 121. 15. Unde fœtus deformatio & turpitudo? 533. 24.

*MORS.*

I. In morte coma cadaveris suspendebatur pro foribus. 579. 2. Cur mors signata per regulam lucernà duplici? 460. 1. Quid signet stantem mori, & qui stantes mortui sunt? 507. 19. & 22. Quid sit per sapientiam mori, & unde in morte risus? 240. 6. Mori vità, vita in morte. 462. 7. Mortis forma pendet à vita. 1. Nequit malè mori, qui vixit benè; nec econtrà. 4. A vitæ fructibus in morte risus vel fletus. à 6. Invenitur in vitæ messe, quod in semine vitæ. 8. Unde mortis incertæ certissima scientia? 3. Summa scientia scire mori. Ibid. In morte cognoscitur an virtus vel virtutis species. 42. 14. Insania, malè vivere velle, & benè mori. 552. 13.

II. *Signa in morte* quæ in iudicio universali. 36. 1. Concussio qualis animæ in corporis discussione? 7. Tribulatio unde morientis? 13. Cur imago mortis cum Timore & Risu? 456. 8. In morte animæ pœna ex status ignorantia, quæ extremum malum ultra malorum extremum. 42. à 1. Malum mortis vulnus, sed peior nescientia status; scilicet, quid erit, vel quid non erit. à 4. Unde in agone cordolium animæ? 7. Discrimen inter mortem iudicij, & iudicium mortis. 8. Mortis amaritudo præ iudicij acerbitate, dulcedo. 9. Unde mortis timor sine timore mortis? Ibid. Unde mortis felicitas, vel infelicitas? 15. Cum morte in gratia non amittitur vita. 44. 5. Mors dolosa. 552. 14. Cadaver obærati expositum creditoribus. 547. 17.

III. *Memoria.* Oblivio iniuriæ ex mortis cogitatione. 547. 17. Cohibetur appetituum audacia mortis memorià. 182. 10. Efficax in salutis studia. 620. 17. Illà compescuntur crimina. 550. 9. In morte insidiæ diaboli evanescunt, si præcogitantur. 10. Delirium, criminosum in morte faustum cogitare exitum. 13. Æternà flammà plectitur huiusmodi vana fiducia. 14. Electio tumuli in ipsa Imperatoris coronatione. 182. 10. Satius sine illa, quàm in dignitate mori. 224. 13.

*MOTACILLA.*

Eius figura quid signet? 29. 54.

*MOYSES.*

Cur dictus inter homines Phœnix? 599. 14. Quantus fuerit? 508. 24. Mirabilia in eius morte. 20. Virga eius etiam ab hostibus culta. 232. 24.

*MUNDUS.*

Eius excidium etiam ab Ethnicis cognitum. 536. 32. Bona futilia. 39. 8. Transitoria. 45. 7. Fallacia. 607. 1. Cur tantùm figura? Ibid. Amatoribus insultat. 2. Aspectu nocet. 7. Non videtur, si calcatur. 3. Cur similis Protheo? 1. Ut vitrum frangitur. 191. 6. Corona eius spinea. 572. 17. Præcipites etiam felicitas & gratia. 18. Spectabiliora virulenta. 607. 1. & vanissima. 341. 11. Qui ab illo removetur, in cœlum assumitur. 67. 17. Vid. *Felicitas, Fortuna, Aula.*

*MUNERA.*

Iuxta munuscula sæpe à iudice sententia. 454. 3. Vid. *Iudex, Caussidici.* Per illa iudicium totum perversum. 395. 5. Quare munera hamata perfida? 454. 3. & 6. Iuxta leges munerum iudicium fucatum colore legum. 395. 5. Quomodò & quando accipienda? 13. Sanè, si solum offert amicitia. 14. Vid. *Ambitio, Electio.*

*MUSCA.*

Quæ turris Muscarum, quare sic dicta & ubi? 306. 3. Musca culta ut Deus. 4. Fabula Hebræorum de illa. Ibid. Ethnicorum. 7. Cur Beelzebub Deus musca? 4. Cur insigne scutorum militarium? Ibid. Cur dicitur œstrum Veneris, & fomes luxuriæ? 8. Loca muscis exempta. 5. Metamorphosis Muscæ. 7.

*MUSICA.*

Hispani & aliæ nationes hostem adoriebantur canentes. 242. 10. Lacedæmonij in pugna utebantur tibijs pro tubis. 9.

*MUTUS.*

Qui propriè? 365. 21. Quid sit mutus ore? 28. & 40. Vid. *Silentium, Lingua, Vox.* Unde mutui locuti? 365. 21.

*MYOPS.*

Huius herbæ quænam proprietas? 637. 15.

## N

*NABIS.*

Crudelitas, & ad illam inventa. 171. 14.

*NEGLIGENTIA.*

Eius descriptio. 155. 41. Discrimen inter illam & omissionem. 42. Quæ media per negligentiam extremo peiora. 44.

*NERITE.*

Quæ, eius historia aut fabula. 160. 2.

*NESRACH.*

Vel Nesroch, quodnam & cuiusnam simulacrum? 375. à 44. Vid. *Exercitus.*

*NINIVE.*

Quomodò subversa, dum indulta? 427. 38.

*NOBILITAS.*

Cur nobilitatis nec memoria nec oblivio? 452. 15. Quare aquæ pluviali confertur? 10. Nobilitas sola carnis insania mentis. 1. Genealogiæ sæpe fabulæ. 2. Splendor generis semper sursùm & deorsùm. 3. Pluris nobilitas parta, quàm genere ducta. 4. Gesta decorant genus. 10. Quomodò splendet? & quando splendor sine splendore? 11. Discrimen inter genus splendoris & splendorem generis. 12. Unde discrimen nobilitatis? 5. Iactatio de nobilitate quàm odiosa! Ibid. Sola qualitas non est nobilitas. 7. Unde illi dedecus? 9. Non nobilis à genere, sed qui nobilitat genus. 13. Genus facit virtus. 14. & 16. Vid. *Virtus.*

*NOE.*

Habitus apud Ethnicos Saturnus & Moloch. 375. 46. Eius arca & arcæ reliquiæ habitæ in summa veneratione. 45. Imò dicta Numen Nesroch. 44. Quis illam transtulit è loco in quo requievit? 45.

*NOMEN.*

Vid. *Fama.* Quid sit è nomine nosci? 411. 2. Quinam ante nativitatem habuerunt nomen? Ibid. Nomina Regum semper gloriosa. 10. Nomen pro honore & dignitate. 15. 27. Nomen, insigne respectu signati. 30. Nemo habet ex vi nominis excellentiam virtutis. 23. Nihil nomen cum cœli characteribus. Ibid. Nomen pro cuius est nomen. 15. 26. Vid. *Scriptura.*

# Index Generalis.


*NOVITIUS.*

Vid. *Monachus*, VI. Educatio in religionem eget vigili ministerio. 100. à 1. Docilis ætas, & necessaria regenda. à 3. Exerceantur in futura certamina. 5. Nec levis error dissimulandus, ut fugiant gravia, caventes levia. à 6. Non omnia ab ipsis facta, peccata dicenda. 8. Igni mortificationis applicentur, sed non urantur. 11. A directore virtus plantetur, noxia radix evellatur. 4. Vel in putamine imperfectionum sit modus, ut tonsi tondi non sentiant. 9. Sine modo imprudens zelus suffocat spiritus. 10. Ob extrema vitiosa, cuncta sensim. 11. Tandem tandem in ampliora, sed pedetentim. 12. Non censendi in virtute consummati, qui novitij. 13. Repentinæ perfectionis præsumptio; non instructio, sed tentatio. 14. Si radice florentes arescunt. 13. Dum ascendunt, sæpe præcipites corruunt. 14.

*NYMPHA*: vid. *Amorrhæi.*

## O

*OBEDIENTIA.*

Quæ difficilis? 518. 6. Per illam suspensio virtuosæ actionis summa virtutis. 378. 4. 617. à 11. Quæ obedientia sublimior? 15. Quænam in cadavere auris obedientiæ? 14. Commoda meritoria, si ab obedientia. 281. 3.

*OCCASIO.*

Vid. *Venus*, *Voluptates*. In lubricis præceps. 559. 1. Adversus libidinem in occasione fiducia vana. 3. Vis summa in sopito igne, occasione comite. 6. Occasio Veneris sub velamine virtutis, & specie religionis. à 7. Saluti consulit, qui ab illa recedit. 10. Vanum cogitare semper exitum, quia semel factum. 348. 16.

*OCULI.*

Anatomia: humores, tunicæ, musculi. 469. à 9. Unde illis color, colore carentibus? 11. Radij an ex illis, & unde obiecta visa brevia, vel grandiora? à 10. Color obiectum, non lux, & an ex oculis lumen aliquod? 11. Munera oculorum. 33. Nervorum opticorum. 10. Unde ex oculis coruscatio, splendor, fulgor & flamma? 27. Oculus videt, & non anima per oculum. 28. Unde illorum acuitas vel hebetudo? 9. & 35. Præstantia visus. 35. Qui oculi perspicatiores? Ibid. Noctu videntes. 11. Lumen oculorum pro vita & felicitate. 36. Pro re charissima. 38. Cur visus sequitur illuminationem cordis? 234. 6. Quantæ sit perfectionis, oculus videns sensationibus cæcus! 617. 10.

*OFFICIUM.*

Quid ministratio in officij ministerio? 262. 37. Cur citharæ conferuntur officia? 38. Nullus ad omnia. 39. Periculosum inseri in alienum officium. à 37. Rarò quisque sua sorte contentus. 40. Nihil agatur extra ministerium. 430. 45.

*ORACULUM.*

Quid sit, & cur homines anxiè quærebant? 244. 2. Oraculum Alarico ambiguum, & alijs. 4. Oraculum Ethnicis de adventu Christi paucis annis ante adventum. 43. Oracula dæmonum vocalia & muta. 309. 11. Quomodò consulebantur per literas sigillatas? Ibid. Artes sacrificulorum in huiusmodi embolium. 12. Pelles victimarum pro oraculis stratæ. 14. Fraudes in ambiguitate oraculi Delphici. 569. 10. Varia Ethnicis oracula. 310. à 13. Ludicrum Mercurij. 405. 14. Vid. *Prophetæ.*

*ORATIO.*

Nulla in oratione oratio, si cordis deviat intentio. 287. 1. Nil ad orationem vox tantùm. Ibid. Voce solà oratio muta, à voce & corde perfecta. 10. Quæ oratio trunca, & decora ac iucunda? 12. Deus non audit, quæ non exaudit. 11. Vid. *Chorus*, *Monachus*. XI.

*ORPHÆUS.*

Magus, legit sacra volumina. 11. 21. Fabula de eductione uxoris ab inferis. 348. 16. Eius caput sectum prædixit mortem Cyro. 363. 17.

*OTIOSITAS.*

Vid. *Monachus*. VIII. *Lingua.* Quantum lædat! 269. 5. Cur otiosus olim morti addictus? 404. 13. Cur similis muscæ? Ibid. Quodlibet vagum verbum cogitat oraculum. 14. Descriptio otiosi. 2. Eius officium. 13. Vid. *Silentium.*

## P

*PÆONIA.*

Cur modò inefficax in oculorum medicinam? 324. 4.

*PALLADIUM.*

Eius insignia? 168. 5.

*PANTARBA.*

Qualis gemma, & cuiusnam proprietatis? 574. 4. Cur emblema veritatis? 340. à 8.

*PATRIA.*

Amor propensione in patriam quàm fatuus! 511. 4. Abominabilis. 5. In Præside nec memoria. 6. Caro & sanguis consiliarij pessimi. 14. Sunt allucinatio mentis. 17. Amor in patriam sine iudicio. 517. 2. Fatuo, ni honor in patria, haud honor videtur. 2. Quæ dicitur patriæ dulcedo, est hominis infatuatio, & rationis corruptio. 3. Cur exleges ex suis cupiunt tantùm Superiores? 7. Mala in munus designatio, ex patria electio, & merito patriæ. à 2. Vid. *Affectio.*

*S. PAULUS.*

Eius conversio unde mirabilis? 91. 37. Cur ex conversione bonum, ita tenaciter apprehendit? Ibid. Corruit, ut surgeret. 515. 15. Unde illi gaudium de summa tribulatione? 240. 7. Sumpsit de Ethnicis scriptis in conversionem Ethnicorum. 266. 48.

*PECCATOR.*

I. A se seducitur, & iustè à Deo in seductione relinquitur. 95. 45. Quare ex dormitatione lapsus, consurgit crimine somnus? 344. 6. Nemo mundus manens in sordibus. 463. 9. Deus medicus erga illos. 632. 4. Salutem non recipit, qui se infirmum non cognoscit. 605. 11. A medico pungitur, ut compungatur. 4. & 7. Ni totum expellatur venenum, latet malum. 348. 15. Peccatoris conspicilla deaurant scelera. 236. 10. Cur tanta illis solicitudo de corporis sanitate? 314. 20. Illuminatur, qui à peccato convertitur. 91. 38. Delirium, expectare felicem in morte exitum, sine criminis odio. 464. 13. Quàm vana huiusmodi fiducia! 14. Vid. *Mors*, III. Conditio iacentis in peccato. 342. 1. Unde insensatus? 4. Tunc prævalet dæmon. 7. Nec miraculis convertitur. 562. 8. Voluntas peccantium legis lex. 635. 11.

II. *Induratio.* Unde peccatoris obstinatio? 90. 35. Indurescit gravitate. 342. 1. Imò gratiâ. 11. Irrevocabilia illorum desideria. 632. 4. Quomodò Deus se gerit erga reprobos? Vid. *Deus*, IV. Magis indurantur, quò in mollitiem & contritionem tunduntur. 13. Præcipitantur à diabolo similes capro emissario. à 6. Verbi Dei lumine obcæcantur. 17. Deo vocanti ad gratiam, pro-

protervè resistunt. 19. Summa illis plaga tradi in desperatione. 5. Vota illorum quænam? 10. Eitò discepti sine dæmone & peccati veneno non possunt vivere. 347. 13. In peiora corruunt. 14. Pessimum signum peccare, & impunè exire 631. 1. Qui ita felices, miserabiliores. 3. Unde constet reprobatio? 5. extremum malum, derelinqui à Deo. 9. Conversio illorum ficta & prava. 19. Unde illorum vulnera medicinâ deteriora? 316. 25. Non est dolor, ubi de crimine non est pudor. 345. 8. Ex quo maior gratitudo, oritur offensio. 11. Conditio pravorum, conversionem fugientium. 464. 12. Felicitatis consolatio maior peccatoribus afflictio. 637. 13. Pignus inferno, peccatorum exaltatio. 133. 13. Cur desipit, & in quæ cadit? 343. 2. Nec sentit, nec vulnus cognoscit. 3. Omninò stupidus, renuit aperire oculos. à 5. Resumit expulsa venena. 8. Unde cor lapideum, & impœnitentia? 12. & 16. Iustus à peccatoribus semper habetur insanus. 636. 12.

*PECCATUM.*

I. *Originalis*, vulnera & effectus. 318. 29. Cur dicitur rubigo manens & non exiens? 28. Peccata facilius fiunt, quàm excusantur. 304. 14. Peccatum potest esse tutum, sed non securum. 1. Cur lepræ confertur? 444. 4. Conditio consuetudinis. 346. 10. Ne reversio fiat in peccatum, obliteretur vestigium. 14. Sed ruunt in peccatum, quasi non esset supplicium. 60. 11. Fructus peccati apparet in morte. 465. 14. Cur confertur veneno Presteris? 345. 9. Dicræri? Ibid. Hydræ? 14. Viperæ? 315. 23. Pelicano? 345. 8. Pyrophili? 12. Hominum hostes duntaxàt iniquitates. 526. 7 Afflictio ex fœdere cum inferno. 38. Vitia vitam non continuant, sed minorant. 464. 11. Habent crimina linguam. 447. à 11. Si est peccatum, non occultum. 12. Quomodò factum, fit verbum? Ibid.

II. *Consuetudo.* Quàm gravis! 2. 4. Morbus morbo gravior. 342. 1. Vulnera invererata incurabilia. 317. 26. Consuetudo expers doloris. 343. 2. Iacens iacebit. 6. Nec in morte excitabitur. 7. Placent consuetudine venena cognita. 8. Specimen damnationis. 10. Haud facilis in gratiam exitus, ubi intercedit relapsus. 16. Pessimum, in peccato radices mittere. 446. à 9. Morietur infirmus, quem renuit visitare medicus. 634. 9. Crimina sunt crimina cogitata. 87. 29.

III. *Conversio.* Per criminis dolorem evanescit crimen. 187. à 9. Vid. *Pœnitentia.* Iniquitatis error, fomes quo accenditur amor. 12. In medicamen vulneris mutetur materia amoris. 463. 10. Consulit saluti, qui deviat ab occasione. 563. 10. Vanum est cogitare, quia semel de periculo exitus, exire semper. 348. 16. Mala fiducia peccare ex clementiæ confidentia. 446. 14. Unde in tenebris peccati cognoscuntur mirabilia? 186. 7. Non curatur languor, si scitur, unde evulgetur. 402. 7. Vid. *Contritio, Conversio.*

*PECUNIA.*

Dea habita & omnipotens. 146. 23. Numina Ethnicorum cum crumenis. Ibid. Vid. *Divitiæ, Avaritia.* Nationes sine pecunia degentes. 24. Cur legislatrix dicitur pecunia?

*PELICANUS.*

Cur symbolum perfidi? 457. 10. Peccatoris pœnitentis? 345. 8.

*PERFECTIO.*

Modus perfectionis modum antevertit temporis 501. 2. Tribulatione perfectio politur. 129. 2. Magna perfectio, quæ admiratione dicitur. 573. 1. Vid. *Virtus. Novitij.* Ignorantiæ perfectionis perfectio. Vid. *Humilitas.*

*PERFIDIA: PERFIDUS.*

Insignes perfidiæ. 97. à 48. Sub gratiæ larva perfidia. 73. 11. Quàm infamis! 454. 2. Quando auctorata? Unde animus gratior, inde perfidior. 4. Æstus perfidiæ in obsequio. 3. Unde amicitia perfidia maxima? 7. In amoris signo perfidia gravior. 14.

Perfidus se primum sanciat, quàm noceat. 457. 10. Quisnam frequenter perfidus? 517. 3. Perfidus sine 454. 2. Non solùm dæmon, sed dæmon novus. 5. Muneribus mulcet, quem prodere satagit. 6. Risus eius in vulnus, oscula iacula, aperientis pectus, ut vomat virus. à 8. Nudo pectore dolosè accedit, ut amici denudet. 11. Tunc percutit, si amicus aperit. 15. Stellioni confertur. 12. Virulentior & dolosior sub velamine virtutis. 391. 9.

*PERSECUTIO.*

Vid. *Tribulatio.* Mundus quos persequitur, obsequitur. 573. 2.

*PERSIA.*

Insignia Regum Persarum imago Solis. 414. 10. Malum aureum & malogranatum insigne militis immortalis apud illos. 494. 2. Ignis portabatur in hastæ cuspide. 441. 10. Cyrus rex Persarum. 411. à 1. Cambyses eius filius. 5. Eius arrogantia. 10. Ebrietas & crudelitas vel in cadavera. 11. In Deos. 12. Truculentia & insolentia. 13. An fuerit sesostris? Ibid. Delusus oraculo. 6. Mors. 12. Eius gladius Athenis in templo Minervæ. Ibid. Magus rex Persarum qua arte & nomine? 6. Eius & fratrum cum morte expulsio è regno, dicta *Magophonia.* 7. Qua conditione & industria Darius Hystaspis rex Persarum? ibid. Quisnam ante illum fuerit Artaxerxes. 14. Xerxis Persarum regis insolentia & stoliditas. 4. 7. 5. & 17. A cunctis nationibus petebat terram & aquam. 525. 3. Fortuna illum fefellit. 580. 3. Se excogitavit Deum. 4. Se solum præcepit adorari. 5. Quare destruxit templa & contrivit illorum simulacra? Ibid. Mors. 5.

*S. PETRUS.*

Cur collocatur ubi templum olim Iani? 243. 16. Eum Christus vidit, sed non crimen eius. 543. 6.

*S. PETRUS NOLASCUS.*

Charitatis summitas eius eximia charitas. 384. 1. Salutifer orbi, & Redemptoris speculum. Ibid. In cunis facies eius cœlesti splendore radians. Ibid. In manu vagientis ab apibus mellis favus. 20. Unde ex huiusmodi signo obumbretur charitas, & consummata captivitas? Ibid. Valens languebat amore. 2. Ei virgo apparet & instruit. 3. Eius amor, labor & honor. 4. Quàm magnum eius charitatis propositum! 7. Amat amare. 9. Cur si Redemptor, albis induitur? 10. Postquàm cuncta expendit, sese tradidit. 12. Amor quoad omnes, ad singulos. 13. Cuncta tormenta pro captivis illi videbantur exigua. 14. Unde dolor charitatis eius? 16. Incarceratur, ut qui vinctus liberetur. 18. Nescitur, ubi eius corpus. An cum Franciſci & Dominici cadaveribus? 10.

*PHILAUTIA.*

Vid. *Amor proprius.* Eius comites. 158. 46.

# Index Generalis.


Deaurat vtia cæca, inflata, præceps, prava, insolens. Ibid. Eius conditio 111.3. Lutea indicat pretiosa. 189. 1. Eius cogitaminum errores. 2. Calligat mens, & audaciſsima ſine rubore. 3. Voluptatis ſtudium arbitratur Dei obſequium. 4. Cum illa virtus ventus & ventus. 7. Iudicium eius ſine cerebro. 8. Sibi virus & vulnus. 10. Æſtimatio ſui, virtutis iugulatio. 628. 7. Philautia quomodò mater ſuperbiæ, dum ſuperbia vitiorum radix? 588. 21. Philautia ictus priùs diſrumpitur, quàm exinſletur. 193. 12.

*PHRYNE.*

Induſtriâ, ut ſibi Praxitelis haberet opus eximium. 96. 46.

*PHYSALUS.*

Piſcis: eius proprietas, & cuius emblema. 192. 11.

*PHYSITER.*

Quæbellua, & cuius conditionis? 39. 6.

*PISCINA.*

Probatica: eius origo & ariditas, unde? 27. 49.

*POENITENTIA.*

Lapis Philoſophalis, convertens in aurea ferrea. 184. à 1. Per illam quæ lutea, pretioſa. 2. & quod peccatum potentum in exemplum peccatorum. 3. Umbrà pœnitentiæ fugit umbra peccati. 4. Quænam eius mirabilia? à 7. Sub illa peccatum extra Dei iudicium. 8. Facit infecta de factis. 9. Quare in pœnitentiæ luce ſubſidunt tenebræ? 7. Per criminis dolorem evaneſcit crimen. 10. Per illam, qui lapſus, ſurgit in melius. 3. & 13. Non procraſtinetur. 14. Curentur vulnera plagis. 464. 10. Tempus præſens datur in pœnitentiam. 485. 45. Graviſsimum onus, omiſſum à peccatore pœnitentiæ tempus. 44. Cur pœnitentis animus accenſus dicitur fumus? 185. 6. Quæ neceſſaria in pœnitentiam! 639. 19. Cur adinſtar pelicani? 345. 8. Virtus pœnitentiæ quanta, & miracula inſignia! 550. 7. Effectus pœnitentiæ & impœnitentiæ. 461. 5.

*POETÆ.*

Cur dictæ prophetæ? 256. 25.

*POTENTIA.*

Quid ſit in creaturis potentia obedientialis? 3. 6. Quæ inſenſibilia & immobilia, reſpectu Dei cum motu & ſenſu. 8.

*PRÆCEPTUM.*

Acceptiones. 3. 6. Pro Dei voluntate ſeu potentia. 6. Pro divino imperio. 9. Pro tota lege, & actuum directione, pro mandato & obſervantiæ utilitate. 13. Pro ordinatione. 14. Pro regulis, principijs & aphoriſmis. 15. Pro influxu ſtellarum. 16. Pro tabulis templo dicatis. 32. Viticinia dicta præcepta. 42. Edicere pro præcipere potestativè. à 33. Dei præcepta cur dicantur conſpicilla? 235. 8. Diſcrimen præcepti naturalis & poſitivi. 3. 5. Decreti & præcepti. 14. Præcepta ad homines tantùm. 8. Non eſt præceptum adverſus ſuperiorem poteſtatem 38.

*PRÆDICATIO: PRÆDICATOR.*

Fola ad prædicationem, non ſunt ſemina. 438. 3. In floribus nullus fructus. 4. Converſio cordis non à virtute ſermonis, ſed à ſermone virtutis. 10. Plenitudo ſermonis ex vita exemplari prædicantis. 12. Iubet exemplo. 13. Habeat librum & regulam. 12. Non dirigit, ſi vitioſus. 13. Quando nil docet docendo? 6. Se priùs informet. 2. In eius vita amica & opera & verba. 1. Declamatio fructuoſa, ſi pectora puncta. 4. Sit evangelium principale propoſitum. 9. Quando in prædicatore duplex doctrina? 430. à 45. Optimè prædicat, qui vulnera ſanat. 295. 8. Non ſolùm à prædicatore abeſſe debet ſpiritus vanitatis, ſed etiam vanitas ſpiritus. 442. 11. Quæ in vanis plauditur ingenij dexteritas, eſt fatuitas. 9. Ex huiuſmodi acclamatione non plauſus, ſed dedecus. 7. Quàm futilis plauſus! 3. Unde vanitatis origo? 1. Nil prædicat, qui ſe prædicat. 2. Nec dicens ſubtilitates futiles. 5. Vid. *Concionator.*

*PRÆSES.*

I. Scopus Præſidum, bonum publicum. 393. 1. Forma regiminis Eccleſiaſtici Præſidis. 297. 14. Quanta & qualis ſolicitudo? 282. 4. Quin reſpiciat ſubditos, ad Deum nequit eſſe reſpectus. 6. Exemplum neceſſarium. 518. 6. Præſes ad nihilum, dignitatis ſpectrum. 292. 1. Iubet exemplo, & regit vitioſos ſine vitio. 442. 13. Ligetur officio. 183. 14. Maior circunſpectio in ampliore faſtigio. 7. Optimè rexit, qui poſt regimen ſecurus vivere valet. 222. 8. Formidat rectus, ne qui ſuccedit ſit pravus. 11. Eius pervicacia ſubodorata amaritudo amariſsima. 12. Dulcis mortis tranſitus, ſi ſucceſſor religioſus. 14. Modeſtia in illis pretioſa. 511. 5. & affabilitas. 6. Munus commendabile ſine munere. 393. 1.

II. *Iuſtitia & correctio.* Ne quid nimis. 600. 2. Quomodò in illa cognoſcatur zelus vel virus? 14. Exerceat correctionem, ut expellat crimen. 317. 27. Plectendum tractet ut filium. 72. 9. Affectu patris in munere iudicis. 61. 13. Optima correptio, qua flet iudex, & correptus cognoſcitur frater. 13. Correptio in peccati correctionem. 58. 6. Reus plectatur, non dehonoretur. 72. 9. Compeſcendus ſupplicijs, non contumelijs. 603. 9. Ad ſananda vulnera, etiam medicamina celanda. 402. 7. Ut iuſtè plectat, ſeveritas in facie, amor in corde. 603. 7. Corrigitur qui correptus trahitur & eruditur. 58. à 6. Pœna in peccatum non in peccantem. 603. 8. Supplicium etiam ſit in exemplum. 60. 11. Sed cum zelo & charitatis ſigno. 600. 1. & 3. Vid. *Princeps, Regimen, Subditi, Affectio.*

Cedat ſubditis iratis, non cædat, 361. 12. Tempus relinquendum in cognitionem erroris. 384. 5. Valet modus, ſed prævalet tempus. 1. Quid de ſubdito & Prælato, ſi intempeſtiva correctio? 8. Aptetur genio errantium pro reſipiſcentia errorum. 10. Non ſi turbulentus & anxius, ſed ſervet iuriſdictionem in tempus. 12. Effrons & inverecundus non arguendus. 3. Nec deriſor. 8. Faciunt medicamina noxia. 4. Qualis modus in acerbitate correptionis? 56. 2. & 12-382. 2. Ut errorem eliminet, mentem illuminet. 7. Errans eſtò protervus convertitur, ſi illuminatur. 11. Non eſt poteſtatis infirmitas ſevera charitas. 601. 3. Extrema remedia extremis morbis. 319. 30. Quomodò ratio ſtatus obſervanda aliquando in delinquentium ſupplicio? 1. 2.

Peſsima correptio non ex zelo, ſed ex odio. 56. 4. Non in remedium, ſed in damnum. 12. Maximè ſi lingua ſine regula. 604. 10. Acerbitate qui plectuntur, indurantur. 57. 6. Unde animus amarus Præſidis? 183. 14. Quid ſi cum acerbitate ruſticitas? 385. 7. Modus forma regiminis. 55. 1. Hinc optima correctio pendet à modo. 5. Docili ſit criminis oſtenſio, non manifeſtatio. 7. Ni pravi corripiantur, excuſetur, quod arguitur. 8. Occultatio vulnerum cur nobile pharmacum? 402. 8. Sine modo, quod rectum, non rectè factum. 55. 1. Perfectus in reum amor, ſi odio peccati diligitur. 600. 1. & 7. Vid. *Subditi.*


Ma-

# Rerum & verborum.


III. *Malignitas & insolentia.* Improbus auctoratus, quàm improbus! 20. 36. Ut præcipiat, præcipit. 37. Descriptio intolentis. 36. 466. 2. Iniuriam fingit, dum facit. 581. 6. Superbia & arrogantia propter auctoramen. 26. Furor est illi dignitatis splendor. 56. 3. Unde tanta impudentia, procax audacia? 301. 9. Offenditur afflictorum querimonià. 20. 36. Unde tyrannis & quomodò? 518. 6. Gaudet subditorum incommodis in ostentationem dignitatis. 292. 2. Gliscunt scelera, quippe impunita. 304. 14. Abominanda perficit sine iustitiæ formidine. 222. 8. Conditio maligni. 589. 26. Cuncta ratione auctoritatis sine auctoritate rationis. 56. 3. Nulla legum auctoritas, sed dignitatis potestas. 294. 5. Quàm tenaces in delirijs! 302. 11. Furorem phrenetici adorant. Ibid. Eorum spiritus vel in flagitijs inflatus ex patrocinio errorum. 434. 7. & auxilio rabularum pretio emptà interpretatione legum. 303. 12. Apud illos periculosum tacere, & veritatem dicere. 246. 4. Inter pravos posterior peior priore. 221. 7. Quare de dignitatis causantur depositione? 9. Subditi offenduntur, & munera abominantur. 10. Unde disrumpuntur, priusquàm à throno scindantur? 219. 1. Quanti gavaminis de successore inanes cogitationes! 2. Timent successorem, intendentem in institutionis rectitudinem. 3. Quinam in designatione intuitus, & quàm detestabiles! 4. Quæ molimina diabolica? 6. Vid. *Perfidia.*

IV. *Ambitio.* Non serviunt officio, sed officium illorum vanitati. 292. 2. Deserunt seria propter ludicra. 3. Eorum vanissima exercitia, sine circunspectione in prolubijs Ibid. Vel dormiunt, vel ludunt. 4. Ambitio subditorum fovetur ab ambitu præsidum. 330. 8. Ambiunt, ne langueat auctoritas, & continetur temeritas. 303. 11. Qui non consulit muneri, studet iniquitati. 294. 5. Quid illorum ambitio, vanitas, insolentia, & hypocrisis infulatæ? 304. 14. Cur ex ambitu vulpecula Horatij? 393. à 1. Unde illorum avaritia insatiabilis? 3. Cur dicuntur lupi? 4. Cur ab illis fugit innocentia vel iustà causà? à 5.

*PRESTER.*

Cuius conditionis huiusmodi serpens, & cuius symbolum? 345. à 9.

*PRETIOSUM.*

Pro raro, singulari, peregrino & exquisito. 141. 14. Pro re vili. 34. Quid sit thesaurus pretiosus? 15. Quod pretio inæstimabile dicitur sine pretio. 34.

*PRINCEPS.*

Vid. *Præses. Ministri, Consilium, Veritas, Rex, Dignitas.* Maiestas ducit pudori, vel posse offendi. 2. 3. Iudicia insignia Principum in perplexitate causarum. 95. à 46. Varij ritus constituendi Principes. 200. à 12. Non proferat Princeps primus sententiam in expeditione causarum. 72. 9. Eorum nimia comitas & gratia, suspitiosa. 11. Quàm in illis turpis perfidia sub gratiæ larva! Ibid. Analogia Principis & horologij. 216. à 5. Idem in illis principatus ac vita. à 10. Vita semper laboriosa. 341. 11. Servus publicus. 292. 1. & 9. Sunt simulacra Dei. 22. 40. Munera ac dotes spectabilis Principis. 297. 15. Eius ministerium prompta expeditio causarum. 1. Dilatio gravamen. 6. Sine subditis Princeps cadaver vivens. 218. 11. Modus gratiarum, vid. *Gratiæ.* Amandet à senaculis rabulas, ne moderetur iniquitas. Vid. *Causidici.*

*PROMETHEUS.*

Cur cruci affixus? 28. 51. Quomodò quando, & à quo liberatus? 498. 7.

*PROPHETA: PROPHETIA.*

Quid sit prophetia? 251. 13. Quid impropriè? 14. Quid propriè? 26. Ex quo constet? Ibid. Non est habitus. 33. Quid in illa verbum & visio? 26. Quæ in Prophetia necessariò concurrunt? 27. Quomodò prophetia locutio per somnium? 257. 27. Discrimen inter illam, & Visionem. Ibid. Accipitur sæpe pro vaticinij confirmatione. 15. Pro miraculorum patratione. 16. Pro interpretatione & expositione. 7. Vid. *Vaticinium.*

*Propheta* pro cantore. 21. Pro furente. 22. Pro nuncio. 22. pro Poeta. 25. Quid sit Princeps prophetiæ? 21. Cur prophetæ dicti videntes & speculatores? 14. Cur prophetæ veri prophetantes prophetant? 34. Quid sit propheta de prophetis? 35. Quid hypopheta? 21. Discrimen inter prophetam falsum & mendacem. 28. & 30. Quomodò falsis videbatur videre, quæ non videbant? 31. Unde persistentia in errore? 32. Non omnia etiam in idem propositum prophetæ revelat Deus. 98. 51. Unde in propheta error sine errore prophetiæ? 50. Ere malè intellecta seductio propria. 51. Deceptionis occasio quare signetur tanquàm deceptio? à 52. Cur Angeli futura nunciantes non sint prophetæ? 253. 19. Cur Christus verè propheta non fuit? Ibid. *Prophetæ* Ethnicorum, vid. *Sacrificuli.*

*PULCHRITUDO.*

Modestia in fœminis speculum pulchritudinis. 49. 2. Tempus venustatis elegantis pulchritudinis. 6. Mania fœminarum ob eius coloratam speciem inficiari ætatem. 7. Vid. *Fœmina.* Fœdissimum in viris cura decoris. 15.

*PURPURA.*

Insigne Principum. 199. 11. Quæ purpura tragica? 180. 8.

*PYRAUSTA.*

Conditio eius. 381. 12-471. 13.

*PYRITES.*

Gemma, cuiusnam proprietatis, & cuius hieroglyphicum? 467. 4 600. 1.

*PYTHON.*

Quid sit spiritus Pythonicus? 255. 23. Unde vertigo capitis excipientibus pythonem? Ibid. Inolevit alijs in locis superstitio Delphica. Ibid.


## R


*RABSACES.*

Quid fuerit? 360. 10. Procax & inverecundus. 12. Dolosus. 4. Blasphemus. 12.

*REGNUM: REX: REGIMEN.*

Vid. *Dignitas, Electio, Præses, Princeps.* Omnes Reges sub Deo Rege. 22. 40. Arrogantia de divinitate inter Ethnicos. Vid. *Gentiles.* Nomina & cognomina Regum pro inani gloria vanissima. 414. 10. Regimen signatum per flagellum, & catenam. 183. 14. Cur regere, dicatur mori? 10. Non benè regit, qui regimen onus non concipit. 8. Cur huiusmodi dignitas vesti conferatur? 199. 11. & 14. Quare nihil gravius coronà? 180. 7. In regimine cuncta tormenta. 11. Perperàm regitur, ubi error plauditur. 610. 8. Cur in regimine Respublica confertur citharæ? 262. 38. Ipsa aula Regibus insidiosa. 179. 6. Vid. *Aula, Ministri, Causidici.*

# Index Generalis.


*ROSA.*

Quæ rubra, priùs alba. 332. 1. Cur principissa florum? 511. 5.

## S

*SABA.*

Mota Regina Saba in peregrinationem prophetiâ Balaam. 137. 6. An ex Salomone conceperit, & quo intuitu? 2. Filius legem sanctam & Hebræos inducit in Æthiopiam. 4. Fabulæ de illo. 5. Regina an munere, pretio vel dono dederit Salomoni gemmas & aurum? à 6. An dederit balsami germen? 9. In quibus quæstionibus tentaverit Salomonem? 12. An vaticinata de ligno crucis? 27.49. Sibylla dicta. 135. 2. Attullit munera Magorum. 165. 14.

*SABBATICUS.*

Fluvius, cuiusnam conditionis? 137. 4. An decem tribus intra hoccine flumen? Ibid.

*SACRIFICULI.*

Ethnicorum quàm ridiculi gestus in vaticinatione. 254. 22. Cur dicti fatui, & quare se vulnerabat? Ibid.

*SAGITTA.*

Quæ dicatur volans? 249. à 10.

*SALES.*

Vel cum risu acerbi. 107. 5.

*SALOMON.*

Eius scientia tributa Cabalæ Theomanticæ. 11. 20. Ædificationem templi exponit, quasi nihil feciſſet. 77. 6. Acceptio eius apud Deum signatur, ubi in opus eligitur. 21. Unde eius exaltatio, dedicato templo? 23. Vicit famam eius gloria & scientia. 4. & 12. Qualis ad illam eius annulus? 196. 3. An perdiderit sapientiam? Ibid. An Asmodæus in eius figura pro eo regnaverit? 309. 10. Esset felix, si felix non fuisset. 194. 2. Multum Salomoni aurum ex expositione ænigmatum. 138. 7.

*SAMIR.*

Huius vermiculi conditio. 75. 2.

*SATYRI.*

An & qui sint? 533. 23. Quid de illis effrons stolidè Reb. Abraham? 24.

*SCIENTIA.*

Columbæ scientiarum. 8. 15. Vid. *Salomon.*

*SCRIBERE.*

Variæ acceptiones scribendi. 417. 17. Varia materies. 18. Artificium singulare. 21. Scripta minutissima uti miracula olim accepta. 29. Unde apud Hebræos mirabilis scriptura legis? 21. Ars inscriptis & notis. 25. Hæccine industria munus scribarum. 26. Unde aliter scripta & aliter lecta? 35. Sensus oppositus ex appunctuatione characterum. 22. Quando apud Hebræos proprij idiomatis characteres mutati? 31. Insigne scribarum apud Ægyptios. 442. 12. Illorum in scribendo notæ. 421. 24. Celeritas summa per notas. 25. Sententiæ per literas initiales. 28. Scriptura Pythagoræ magica. 22.

*SCRIPTURA SACRA.*

*Phrases. Increpare*, pro præcipere. 5. 10. *Ædificare*, pro gignere. 78. 8. Pro ditare, ornare, favere. 16. *Gigni*. pro institui, seu designari. 14. *Molere, & arare*, pro coire. 135. 2. *Fieri alicui fœminam*, pro nubere. 526. 8. *Cognoscere*, pro diligere. 635. 10. *Sedere*, pro plorare & mœrere. 478. 30. Pro nihil agere. 31. Pro humiliari. 32. *Meretrix* pro fœmina alterius religionis. 527. 12. *Non ego*, pro non solus. 84. 31. *Sindon*, pro pallio. 301. 7. *Honor*, pro irreverentia. 150. 30. *Reverentia*, pro iniuria. Ibid. *Paupertas*, pro afflictione. 314. 21. *Sanguis*, pro filijs. 248. 8. *Filius*, pro genero. 80. 11. & 15. *Frater*, pro simili. 359. 9. *Duplex*, pro summo & pretioso. 123. 2. *Ecclesia*, pro regimine politico. 540. 39. *Verum*, pro summo & excellentiore. 261. 35. *Omnis terra*, non pro orbe. 582. 8. *Facile*, pro naturali. 618. 12. *Nomen*, pro honore & dignitate. 15. 27. *Converti*, pro favere. 88. 29. *Scriptum*, pro exemplari scripturæ. 424. 31. *Manè*, pro maturè & priùs. 43. *Unum*, pro quolibet. 23. *Conversus*, pro denuò, & iterùm. 543. 6. *Prædicatio*, pro manifestatione. 428. 40. *Dicere*, pro sic, vel ita. 31. *Stare*, pro pugnare. 569. 10. Actio pro materia subiecto aut obiecto actionis. 209. 33-263. 41-426. 36. & 46. Pro fine actionis. 537. 33.

*Regulæ.* Suppositum sæpe exprimitur. 263. 41-313. 17. & 32-372. 38-417. 16-483. 41. & 43. Reciprocum pro relativo. 592. 32. Etiam antecedens. 261. 35. Nomen pro genere. 81. 15. Concretum pro abstracto. 147. 25. Abstractum pro concreto. 38. Genitivus abstracti pro superlativo concreti. 535. 27. Adiectivum pro abstracto. 147. 25. Gerundium & participium pro adverbio. 83. 18. Pro superlativo. 19. Participium eiusdem verbi cum verbo pro persona. 21. Pro morula temporis. 201. 15. Participium pro adverbio. 16. Præsens pro præterito. 426. 36. Præteritum pro futuro. 405. 1-419. 20. Infinitivum pro adverbio & gerundio. 41. Pro nomen paragogicum & emphaticum. 313. 19. Verbum pro adverbio. 86. 25-424. 31. Verbum præceptivum pro permissivo. 247. 5. Verbum reale pro mentali. 40-405. 1. Auctor dicitur operis, qui opus permittit. 610. 8. Qui author, auctor. 82. 16. Operationum continuatio, novæ dicuntur operationes. 30. Interdùm in opus cogitatur affectus & non animus: non veritas, sed exterioritas. 44. Plura dicuntur iuxta communem existimationem. Ibid. & 253. 20. Res vestita pro veste. 154. 38. Comparatio sine nota comparationis. 359. 9. Nomen Dei additum rebus pro excellentia & magnitudine. 261. 35. Factum dicitur à Deo, quod potest facere. 6. 11. Et permittit fieri. 93. 42-535. 29. Effectus materiæ pro materia; & consequens pro antecedenti. 22. 39. Actus secundus pro primo. 11-317. 27-369. 31-429. 43. & 45-481. 37. Affirmatio & negatio contrarij, pro firmitate propositi. 86. 25-372. 38. Pro excessu. 483. 40. Instrumentum rei iungitur cum ipsa re. 372. 38. Ex duplici sententia una pro adverbio. 320. 32. Geminatio pro superlativo. 130. 4. Cognomen filiorum pro nomine patris. 517. 3. Pro nihilo habetur, quod sine usu. 315. 23. & 32. Particula *Si* sæpe subaudienda. 7. 12-320. 33. Emphatica est. 248. 8. In nominibus ex duabus vocibus, prima pars omitti solet. 360. 10. *A*, pro *De-post*, *Pro* & *Plusquam*. 534. 26. *Adhuc*, pro *Post*. 427. 38. *Et* pro *Ita* & *Quia*. 320. 32-424. 31. Pro *Quia* & *Eoquòd*. 65. 12-481. 37-638. 16. *Et* pro *Idest*. 536. 30. Pro *Vel*. 212-8. Pro *Ut*. 479. 34. Pro *Etiam*. 416. 14-536. 30-639. 20. *Sed* pro *Idest*. 315. 23 *Figura* in Scriptura. *Amphibologia*. 246. 4. *Antiphrasis*. 152. 33. *Antonomasia*. 538. 34. *Antropopathos*. 22. 40-247. 5-316. 24-368. 28. *Aphæresis*. 360. 10 *Apostopesis*. 196. 4. *Asyndeton*. 99. 53. *Bebæosis*. 85. 25-372. 38-482. 39. 40. & 43. *Catachresis*. 252. 17. & 20-314. 21-359. 9. & 33. *Eclipsis*. 534. 26. *Ellipsis*. 7. 12-360. 10. *Emphasis*. 196. 4-313. 19. *Enallage*. 48. 16-252. 16. *Epizeusis*. 21. 39-148. 26-314. 21.

371.34-589.25. *Epitasis.*20.35.& 37-417.16-482.39-534.26. *Exergasia.*142. 17. & 47-417. 16. *Hendiadys.* 23.42-142.17-250.11-430.46. *Hypallage.* 142. 17. & 25-248. 8-305. 2-585. 15. *Hyperbole.* 141. 15-206. 28-322.36. *Hypocalismus.* 307. 5. *Ironia.* 99. 53-152. 33-246.4. *Metalepsis.*370.33. *Metathesis.*420.23. *Metonymia.*149.29-209. 33-314. 22-369. 30. & 33-536. 31. *Mycterismus.*99.53-246.4. *Palilogia.* 21. 39. & 42-317.28. *Paranomasia.*306.3. *Parrhesia.*21.38. *Periphrasis.*153. 35. *Prosopopœia.* 206. 28. *Sarcasmus.* 152. 34. *Syncope.*360.10. *Synonymia.* 21. 39. *Synthesis.* 420. 23. *Pleonasmus*, vid. *Tautologia.*

*SCRUPULOSUS.*

Eius conspicilla qualia? 326. 10.

*SCYTHA.*

Ritus nutricandi infantes. 545. 12-622. 21.

*SENNACHERIB* : vid. *Exercitus.*

*SEPULCHRUM.*

Eligebatur eius materia eo die quo Imperatori conferebatur corona. 182. 10. Quid viventi sepulchrum? 217. 9.

*SERVITUS.*

Vid. *Amor, Christus*, II. *Petrus Nolascus.*

*SESAC.*

Quis fuerit? 415. 13. Quid ænigmaticè 23. An fuerit Sesostris? 415. 13. Sesostris insolentia. Ibid.

*SIBYLLA.*

An una, vel plures? 264. 44. An fuerint? 42. An virgines. 44. Quo spiritu? 45. An à dæmone afflatæ? 46. An à pneumate sancto? 47. Quomodò si à dæmone, in vaticinijs veraces? 46. An idololatræ? 47. An *Sibylla* à caballa? 42. Quanto studio quæsita & servata illorum oracula, & adulterata reiecta? 43. Oracula illarum de Christo.266.49. De Virgine Deipara.34.63.

*SILANION.*

Quis artifex, & cuiusnam conditionis? 600. 2.

*SILENTIUM.*

Insigne silentij sacrificium. 400. 3. Animæ custodia. 1. In quo maximè eius virtus? 3. Quodnam in silentio eloquium? Ibid. Etiam silentium silendum. 2. Pericula conversationis. 14. Cur fœminæ tacere non possunt? 372. 37.

*SILERE.*

Pro pati. 366.24.& 27. Pro dissimulare. 28. Pro veneratione & reverentia. 29. Pro stupore. 30. Pro admiratione. 31. Pro quiescere, cessare, aut nihil agere. 32. Geminatio silentij pro re arcana. 34. Quodnam discrimen inter tacentem & mutum, taciturnum atque tacitum. 21. 39. & 41. Inter vocum carentiam & privationem? 39. Quid sit silentium loquens? 28. Quid silentia muta & furiosa? 38. Quid altum silentium? 36. Discrimen inter tacere & silere. 23. Cur Manes dicantur silentes, & barathrum terra silentum? 26.

*SIRENES.*

Quæ, & quodnam illarum propositum? 175. 10. Qua arte victæ? 63. 5-502. 6.

*SOL.*

Quibus gentibus invisus? 365. 22. Imago inclusa crystallo apud Persas. 414. 10. Solis excellentia. 482. 38. Cur eius ortus signatus per flammam? 494. 6. Ritus celebrandi eius natalem. 496. 1. Quid partus Solis? 4. Effectus Solis in India singularis. 495. 10. Cur Horis, Gratijs & sagittis cultus. 62. 3.

*SOMNIA.*

Quid Syncramatica, & antophrona? 311. à 15. Vid. *Æsculapius, Oracula.*

*SPECULUM.*

Ad quid inventum? 521. 14. Conditio speculi in Smyrna. 9. Specula dicata templis. 167. 2.

*SPES.*

Quæ spes singularis? 407. 4.

*SPIRITUS-SANCTUS.*

Ad omnia corda. 233. 2. Quàm velox ad gratiam 496. à 11. Vid. *Gratia Dei.*

*SPOLIA.*

Hostium dicata templis. 592. 33.

*SPONSA.*

Desponsatio in religionem fit per fidem. 526. 8. colus & fusus cum nova nupta. 170. 11. Christi sponsa sine sensu ad sensibilia. 609. 6-623. 23. Vid. *Virgo.* Cœlum videt, si in terrena cæcutit. Ibid.

*STATUA.*

Quæ Isiacæ semper magicæ. 312. 16. Quid de statua Alberti Magni? Ibid. Vid. *Beelzebub, & idololatria.*

*STELLÆ.*

Delitium de literis stellarum in combinationem. 9. 16. & 64.

*STELLIO.*

Eius natura & proprietas. 513. 10.

*STRUTHIO.*

Conditio eius ad fotum ovorum. 212. 8.

*SUBDITI.*

Cur ex suis maximè exleges, optant Superiores? 519. 7. Vid. *Patria*, Præses. 11. Notant ac blandiuntur genio Præsidis, ut pœna evanescat criminis. 9. Timendus qui nil timet. 10. In fervore iræ deferendus à Præside, ne plus præcipitetur obiurgatione. 9. Pravi rigidè tractandi. 57. 4. In illos miseratio crudelis, audaciæ fomes. 9. Illis duntaxàt supplicium utile medicamentum. 10. Ruunt in crimina & enormia, quasi non esset iustitia. 11. Quis bonus Præses dicitur ab improbis? 220. 5. Quæ prava ex haccine desiderata conditione? 6. Cur incorregibiles? 605. à 12. Pectus verminat, si correctioni repugnat. 13. Non movetur ex correptione peccator, ubi sine commotione plectitur error. 15. Crimina subditorum quare nec ploranda, nec ridenda? 600. 3. Bono subdito quantæ vexationes à pessimo præside, eiusque ministris! 298. 17.

*SUPERBIA.*

Acceptiones superbiæ. 584. 14. Pro contumacia ac tenacitate propositi. 15. Quid sit? 16. Principium vitiorum. 20. Quo ordine ad illam tanquàm ad radicem illorum processus? 18. Cur primi hominis crimen non avaritia, sed superbia? 22. Discrimen superbiæ & arrogantiæ. 23. Cur superbia cum fortuna? n. 1. & 10. Eius conditio. 7. Pendet ex philautia. 21. Apparet irrisione de cæteris. 25. Potentiæ commune malum. 26. Cur fumo confertur? 1. Sese iugulat. 12. Thronus eius cervix & supercilia. 23. Gradus superbiæ & summa superbia. 28. Superbus acephalus. 583. 12. Eius conditio & signa. 15. Fastus, & exitus. 2. Tandem pœna properat. 30. Stat in lubrico. Ibid. Ferè blasphemus. 27. Superbi caput superbiæ solium. 29. Unde laudabilis & glorioſa superbia? 608. 4.

*SYNAGOGA.*

Quàm in idola proiecta! 534. 26. Insignis meretrix. 25. Symbolum eius reprobationis. 160. 2. Gentilitas adoravit, quem illa despexit. Vid. *Gentilitas.*

Hæ-

Hæreditas Synagogæ ni data, ſed reſtituta Gentilitati. 13. Ingenioſior gratitudine, dum Synagoga ingrata protervitate. 211. 6. Quæ Synagoga magna? 10. 17.

T

*TABULÆ.*
Inſignes Antiquorum. 18. 32.
*TALPA.*
Unde eius cæcitas? 469.8. Cur reprobatur? 636.12.
*TALUS.*
Quis, & an habuerit corpus æreum? 472.15.
*TARTARI.*
Illis mare pervium in orientem. 203. 19.
*TAU.*
Cur in Alphabeto Hebræo nunquàm eius immutata figura, & cur dicta litera longa? 24.43. Iam non mortis litera. 52. Cur *T.* iuncta *M?* 55. Vid. *Crux.*
*TAUTOLOGIA.*
Semper in Scriptura myſterijs pravida. 3.5. Pro adverbio. 19.33 371.34. & 35-424. 30. & 46-534. 27. & 29. Pro exceſſu & ſuperlativo. 371.34. & 35-428. 40. & 46-482.39-589.25. & 27. Pro exaggeratione ac Epitaſi. 20.35-482.39. & 45. Pro qualitate facti. 537.33. Pro promptitudine & eventus infallibilitate. 30. Pro re ſumma in argumento, de quo agitur. 151. 33. Pro vehementiore ſignificatione. 35. Pro continuatione & perſiſtentia in propoſito. 317. 27-534. 26. Idem ex participio & infinitivo cum verbo eiuſdem ſignificationis. 82.17. Quid notet Tautologia activa & paſsiva? 24.
*THALESTRIS.*
Amazonum Regina, quo intuitu inviſit Alexandrum Magnum? 136. 3.
*TECTA.*
Quæ dicantur tecta in Scriptura? 305. 2.
*TEMPLUM.*
Salomonicum, opus eximium. 75.1. Unde lapidum adaptatio. 2. Quoti in fabricam operarij? 1. Diſtributio & topographia. 3. Atrium ſacrum & Gentium cum eorum ſuppellectili. Ibid. Sanctum exterius & eius ornatus. 4. Oraculum ſeu Sancta-ſanctorum & ſupellectilia. 5. Expenſæ præparatæ à Davide. 7. Decretum Cyri in eius ædificationem. 412. 3. Artes Samaritanorum, ne reædificaretur. 5. Templi gloria, quòd reædificatum eodem in ſitu. 85. 24. Templi fabrica pro Dei præſentia. 20. In illo nulla muſca. 306.5. In ultimo excidio porta orientalis ſponte aperta, & intra Oraculum vox diſceſſus audita. 357. 4. In templo hoſtium ſpolia facta donaria. 592. 33.
*TENEBRÆ.*
Vid. *Oculus* & *Lux.* Quid tenebræ exteriores & interiores? 478. 29. Quid tenebræ ſine luce? Ibid. Cur dicantur carcer videntium? 41. Per illas ſignatur quare infernus? 42. & 45.
*TENTATIO.*
Vid. *Tribulatio, Occaſio, Venus, Voluptates.*
*TENTORIUM.*
In illis nimia profuſio divitiarum. 591. 31.
*TERMINUS.*
Numen, eius cum Iove certamen & victoria. 489. 7.
*TERRA.*
Quæ dicatur immobilis terræ commotio? 371. 33. Cur motu ardeſcat? 474. 21. Vid. *Ignis.* Cur ex alto reſpicientes terram, patiantur vertiginem? 609.5.
*S. THERESIA.*
Vivit amore imago pulcherrima charitatis. 281. 1. In amore tantùm quærit amorem. 9. & Dei gloriam vel in gloria. 10. In Sponſum à quo eius gloria quanta amoris vehementia! 11. Quodnam & quomodò eius cordis ſignaculum? 12. Eius charitas vel in infantia pigas, quæ non habuit infantiam. Ibid. Amoris ſummitas in quo? 7. Amoris igne, ignem fecit ardeſcere. 16. Volando quieſcit. 1. Quid votum eius perficiendi perfectiora, & executionis modus. 2. Quomodò quod videtur impoſsibile, perfecit? 3. & 7. Ibat revertens & revertebatur iens. 4. Quomodò eius in Deum elevatio, etiam filias reſpiciendo? à 5. Obtentà perfectione, nonnunquàm tendit ulterius. 8. Eius perfectio virtutis in augmento perfectionis. 14. In quo perfectio & eximia magnitudo? 15. Non cognoſcit ſuam in perfectione perfectionem. Ibid. Cur Auroræ confertur? 13.
*THESAURUS.*
Pro re occulta. 142. 15. Vid. *Divitiæ, Pretioſum.*
*TIRESIAS.*
Eius virga cuiuſnam proprietatis? 557. 12.
*TOBIAS.*
Eius fortitudo mirabilis. 467.4. Unde eius ægritudo? 5. Curatio mirifica. 6. Eius *Charitas.* 31.
*TRIBULATIO.*
Illa virtus perpolitur. 129. 2. Ædificium ſpiritale ex adverſitatum pondere. 1. Virga tribulationis, imperfectionis excutitur pulvis. 8. Quæ à cœlo ſolicitat animarum puritatem. 3. Nanciſcitur votum. 8. Cur tanquàm aurum iuſti in tribulatione poſiti? 573. 2. Pro Chriſto tribulatio beatitudo. 5. Unde & quomodo? 12. Intuitus Dei in pœnis index amoris. 601. 4. Non vexatur, qui vexatione ſanitati reſtituitur. 6. Quæ cæteris afflictio, quomodo iuſtis conſolatio. 636.13. Vid. *Gloria, Triumphus, Martyr, Virtus.*
*TRITONES.*
Et Nereides an ex ſemine humano? 532. 22.
*TRIUMPHUS.*
Forma pompæ & in eum conditiones. 566. 3. Vulnera ſunt triumphi ſigna, & inſignia. 19. Belluæ inſigniores in triumphum invectæ. 613. 3.
*TYMPANISMUS.*
Quid, & cuius hieroglyphicum? 192. 11.

V

*VATICINIUM.*
Vid. *Prophetia, Oracula, Sibyllæ.* Diverſis rebus in vaticinia Ethnici provocabantur. 255. à 23. Quibus Dijs tribuebant vaticinia? 45. Vaticinium inſigne de excidio Hieroſolymitano. 49. Vid. *Hyſtaſpis.*
*VELLUS.*
Aureum, Argonautarum, quid fuerit? 417. 18.
*VENUS.*
Deus, & Dea. 307. 6. Cur eius œſtrum dicitur muſca? à 7. Quæ barbara Venus? 532. 21. Eius furor cæcitas & rabies. 548. à 2. Veneris imago cur confertur vitro. 561.7. Cur adinſtar Sirenum? 13. Prodi-

digiosa atque monstrosa Venus. 549. 4. Descriptio proiecti in Venerem. 10. Vel patulo inferno non compescitur libido. à 4. Draco placet, quasi Seraph. 13. Cur instar mellis buxei. 8. Pomorum insaniæ, & aspidis veneni? Ibid. Illa vulneratur prudentia. 14. Semper Venus insidiosa. 560. 3. Victoria ex eius fuga. 54. 14-559. 2. & 9. Fugabis, si fugeris. 1. Etiam contrita fauciant iacula, quæ mortis instrumenta. à 3. Imagines & signa à memoria removenda. 5. Etiam cultus & munera. 3. Omnis materia, ne redardescat flamma. 7. Nocet in ictu oculi, & nec miraculis sopitur ignis. 8. Arma timidi valida Veneri. 9. Cautè fuga fiat. 11. Non semper qui fugit, periculum removet. 12. Quomodò in fuga periculum, & necessaria fugæ fuga? 13. Unde solet oriri amor in odia? Ibid. Quare quem Venus capit, venena non horret? 551. 12. Cogitatio mortis antidotus Veneris. 11.

*VERBA.*

Indifferentia determinare, error est. 99. 53. Plura verba significationis ancipitis. 150. 30.

*VERITAS.*

Cur eius amaritudo vitæ dulcedo? 342. 12. Veritate cognitâ erroris pœnitent pectora. 9. Ubi nuda veritas, erroris fugit fallacia. Ibid. Exulat ab aula. 245. 2-338. 1. Cur pavet ad veritatis speciem? 2. Unde molesta & odiosa? 245. 3-338. 1. Malè auditur & auditur. 523. 1. In aula nocet & veritatem dicere & tacere. 246. 4. Si auditur veritas appellatur animi malignitas. 5. Quarè vel dum quæritur, inventa vinculis constringitur? 339. 3. Unde persecutio? 6. Pravè non vivitur, ni veritas captivetur. 7. Libertas veritatis exponitur odijs. 4. Imò morti. 5. Cur necessarium mori, proferenti veritatem? 6. Luit veritas, quæ meretur doli falsitas. 9. Cur collocata super acervum lapidum? 14. Cur illa cavet iudicem insolentem? 11. Insigne anagramma veritatis. 339. 5. Sagacitas & solertia aliquorum Principum in investigationem veritatis. 96. 46. Imago Veritatis & Opinionis. 435. 8.

*VESTIS.*

Scintillans, vid. *Ignis.* Quid apud Ethnicos Pura vestis? 336. 11. Delectio vestis in terram plausus & reverentiæ signum. 569. 11. Vestis singularis contra vulnera. 336. 11. Munera publica per vestium discrimina præsignata. 199. 11. Scissura vestium à regno separatio provinciarum. 14. Disrupta vestis in dolore & præmœrore 17. Vestes Israelitarum in Ægypto risum indigenarum provocantes. 64. 8.

*VICTORIA.*

Gloria summa victoriæ, nec unum victorum perire, nec unum hostium salvari. 207. 30. 571. 15. Magna, sese vincere. 633. 7.

*VINDICTA.*

In iniuriæ vindictam quæ voces mundi, & quæ cœli? 541. 1. Ultio maior, posse ulcisci. 3. Et nolle. 4. Vindicatur vulnus offensæ collatione gratiæ. 14. Quàm insani homines in vindictam! 15. Ubi vindicta, vindicta nulla. 12. & 16. Quàm execrabilis in cadaver! 17. Vid. *Inimicus, Gratiæ, Iniuria.*

*VIOLA.*

In illius specie diversæ coloribus, & quid indicent? 338. 15.

*VIR.*

Fœmina monstrum. 54. 16. Fœdissimum in viris cultus studium. 15.

*VIRGA.*

Moysis & Aaron an ex arbore vitæ? 25. 46. Ex Adami ligno. Ibid.

*VIRGO.*

Signi Virginis imago cuius signum? 31. 57. Virgo Sponsa Christi, vid. *Monialis Sponsa.* Deo dicatam decet vestis & cultus modestia. 50 à 4. Illarum pulchritudo ex toto mundo corde, & candore perfecto. 4. Quale illis speculum? 5. Cur dicitur cœlum? 333. à 3. Unde illi splendor? 6. Fons virginitatis, ubi? 187. 11. Quomodò anima virgo, etsi corrupta peccato? Ibid. Virginum Martyrum constantia. 333. 4. Cur dicuntur firmamentum? 5. Unde deceptio tyrannorum in agone virginum? 6. Victæ victrices volant in æthera. 11. Vid. *Martyres*, II.

*VIRTUS.*

Cur confertur Pandoræ pyxidi, itidi, flori miraculo, arbori tristitiæ, Olympo, ac Silenis? 388. 3. Margaritæ, aquæ odoræ & thuri? 8. Malo Punico? 9. Agnocasto? 10. Virtus sibi præmium, fulget, si latet. 1. Non videtur, si videtur. à 2. Ostensa, evanida. à 12. Nec virtutis vestigium cum nebula ostentationis. 14. Ex præsenti gloria perdit etiam acquirenda. 15. Visa fascinatur. 2. Violatur etiam silentio. 1. Quando friget & frigore languet? 4. Nuda friget. 5. Si eius flamma ostenditur, illico extinguitur, ac fit frigida flamma. à 6. Cur alata & peregrino habitu? 4. Eius gloria, si custodita, aliter cum corona dissipata. 9. Nihil gloriæ virtutem prædicanti. 12. Cur dicitur lepra virtus præclara? 4. Quare vera, si auditur & non videtur? 13. Lateat in eius gloria, quę fuerit hominis, & fulgeat Numinis. 5. Gloria ex virtute fugienda. 11. Virtus ficta apparet aurea, cùm sit vitrea. 189. à 3. Quare ficta uxor Mercurij? 440. 8. Variæ semitæ in virtutis itinere. 232. à 1. Pulchritudo virtutis uniformis in diversis. 2. Splendor virtutis nobilitas nobilitatis? 448. 1. & 6. Generi decus inclyta virtus. à 8. Nulla erectio virtutis sine demolitione pravitatis. 131. 7. Impossibilis societas voluptatis & virtutis. 11. Virtus magna, victoria sui. 633. 7. Non virtus, ubi tantùm virtutis species. 466. 1. Qui virtutem non sequitur, nil consequitur. 174. 7. Sine radice, dum floret, aresçit. 104. 13. Minimè perfecta, dum incipit. 1. Vid. *Novitij.*

*Virtus pro fortitudine & constantia*, vid. *Martyres, Tribulatio.* Virtutis imbuitur imago, persecutionis ictu. 129. 2. Elucet virtus adversis. 467. 3. Unde in homine ex virtute Deitas? Ibid. Exercitia fortium & symbola. 4. Vid. *Ædificium.*

*VITA.*

Cur humana dicitur militia? 46. 11-61. 1. Scena & comœdia? 6. Vita mortis regula. 460 à 1. Nihil in morte legitur, quod in vita non scribitur. 4. Cur mediante morte, non recedat forma vitę? 6. Vid. *Mors.* Vitia vitam minorant. à 11. Præsens avolat, dum peccator futurum expectat. 13. Unusquisque in vitam vivat, præut status ordinat. 233. 3. Aliter fugiens crucem, portat maiorem. 4.

*VITRUM.*

Lusus in formatione vitri cuius symbolum? 190. 6. Vid. *Conspicilla.*

*ULYSSES.*

Eius victoria de Sirenibus, qua industria? 63. 5-502. 6.

*VOCATIO.*

Quid vocatio in vocationem? 263. 40. Vid. *Officium Monachus.* II.

*VOLUNTAS.*

Quo pacto resistendo, nemo Dei voluntati resistere potest? 90. 34. Modus resistendi voluntati Dei. 33. Quomodo voluntas humana in Dei & hominis potestate

ſtate? 39. Vid. *Gratia Dei*, & *Deus*, V. Voluntas propria ſemper errat. 233. 3. Quantum noceat! 192. 10. Vid. *Amor proprius.*

*VOLUPTAS.*

Cur Dea voluptatis ſine capite? 65.9. Cur igni confertur? 553. 14. Obcæcant voluptates. 194.2.548.2. Sunt verè dolores. 462. 8. 547.1. Sunt ſenticoſæ. 602. 5. Ardent, quo frigere debent. 563.11. Illarum gaudia virulenta vulnera. 548. 2. Vid. *Venus, Occaſio.*

*VOX.*

Vid. *Motus, Silere.* Vox pro ſpe. 367. 26. Pro motu. 32. Quid ſit vox & ſonor? 13. Vox articulata & ſtridula. 14. Quæ vox vocalis? 14. Diſcrimen inter vocis carentiam & privationem. 39. Nomina & verba vocem conſtituunt articulatam. 22. Vox quomodò in lapide, ſimulacris, & rupibus? 15. Quæ in anima locuta & quomodo? Ibid. Etiam capita cadaverum 17. & 20. Animalia quoque. 18. Quæ vox & ſilentium aquarum? 33.

*VULNERA.*

Veſtis contra vulnera. 336. 11. Vid. *Martyres.* I. & II.

X

*XERXES?* vid. *Perſæ.*

Z

*ZELEUCUS.*

Eius iuſtitia & pro iuſtitia indicium. 70. 4.

*ZELUS.*

Fucatus. 110.9. Si præceps, non zelus, ſed furor. 600. à 1. Prudentia in correptione, vid. *Præſes.* II. Qui quærit exceſsiva, deſtruit perfecta. 2.

*ZIPHRA.*

Quæ priſcorum? 420. 24. Vid. *Literæ.*

*ZODIACUS.*

Quibus ornabatur & indicabatur ſignis? 204. 22.

SOLI DEO HONOR ET GLORIA.

19
57

12.835